


2-a-5-70




4-1

2 400 40



MADE IN SPAIN





ZACH. I. IRA MAGNA EGO IRASCOR SVPER GENTES. ET SAGITAS MEAS COMPLEBO IN EIS DEY 32.



^{H-5199}
D. DIONYSII
CARTHVSIANI OPERVM MINORVM
Tomus Secundus, cui hæc insunt.




De lumine Christiæ theoriæ suæ	De iudicio mortis & varijs casib ⁹
de diuina essentia Lib. II.	cuius Elegia I.
Creaturari in ordine ad deũ consi- deratio Theologica Lib. I.	Inter IESVM & puerum Dialog. I.
De laudibus dei Lib. I.	De reuelatione quadã Epistola I.
De uenustate mundi & pulchritu- dine dei Lib. I.	De reformatione claustralium Lib. I.
De præconio & dignitate beatissi- mæ uirginis Mariæ Lib. III.	De modo corripiendi & iudican- di Lib. I.
De uita & regimine principũ Lib. 3.	De exemplis & documentis auctori- tatis Lib. I.
De uita & regimine principis socie- tatis Dialog. I.	De pconio siue laude ordinis Car- thusiensis Lib. I.
Directorium uitæ Nobiliũ Lib. I.	De uita inclusarum Lib. I.
De uita militari Lib. I.	De uita & recommendatione uitæ solitariae Lib. I.
De laudabili uita cõjugatorũ Lib. I.	De uita & sine solitarij Lib. II.
De iusto precio rerum Dialog. I.	De remedijs tentationum Lib. I.
De regimine politiæ Lib. I.	De uia purgatiua Lib. I.
De laudabili uita uirginũ Lib. I.	De oratione Lib. I.
De laudabili uita uiduarũ Lib. I.	De gaudio spiritali & pace inter- na Lib. II.
Contra auaritiã Epistola I.	Inter IESVM & senem Dialogus I.



Apud sanctam Vbiorum Coloniã Iohãnes
Soter excudebat, Anno M. D. XXXIIII.



Cum gratia & priuilegio Cæsareo
ad sexennium.



CONVERTE NOS DEVS SALVTARIS NR: ET AVERTE IRA TVAM A NOBIS PSAL 84

IN D. DIONYSII CARTHUSIANAE RELI
gionis professoris cōmendationē, Hen-
rici Scheuei Epigramma.

Quisquis acanthophori cupis irā fletere Christi,
Nec Phlegetontæis uoluer usq; focus,
Huc ades: ille tibi pia collectaria scribens,
Commonstret, posito laudis honore procul.
Ille suæ splendor patriæ Dionysius, ille
Qui Carthusiæ religionis apex.
Ingens cui probitas fuit, & cui uiuida uirtus,
Doctrina exundans, nec minus eloquium.
Singula quid referam: uix climata quattuor orbis
Effundent similem moribus, arte, fide.
Singula quid referam: toto non arbitror orbe
Plurima qui scripsit, certe fuisse uirum.
Augustinus Apher præful dignissimus olim
Edidit innumeros non sine fruge libros:
Non tamen (ut perhibent) Dionysius ille minores
Ingenii mira dexteritate sui.
Quid moror: è celso sibi gratia fluxit olympo,
Tutatus lectum dum Salomonis erat.
Quare age si spectas nulli dare lampada cursu
Doctorum, doctum perlege semper opus.
Insuper æthereos campos iuuat ire per amplos,
Hæc pia dicta legas fac Dionysia.
His etenim Paphio canitur non carmine Cypris,
Aut deus hortorum, Marrius atq; furor.
Non opus Alcida, nec inania scripta sophorum
Hic te detineant, nec Ganymedis amor.
Quò feror: ò, sacros (Christum si quãdo tonãtem
Conciliare placet) uolue, reuolue libros.

ALARDI AEMSTELREDAMI IN D. DIO-
nysii Carthusiensis laudē Tetraſtichon.

Nobile Carthusii Dionysius ordinis olim
Et decus & splendor, nil nisi sacra crepat.
Hæc Loer excipiens Theodoricus omnia, tandem
Præstitit ut uoluerent docta per ora uirum.
Poten-

INVICTISSIMO POS-

TENTISSIMO AC CATHOLICO PRINCIPI CA-
rolo V. diuina prouidentia Romanorum Imperatori semper au-
gusto &c. F. Petrus Blomeuëna Leydēsis Hollādus, Carthu-
sien. in Colonia Prior, & circa Rhenū Visitator, sese or-
dinemq; suum commendat.



I CHRISTIANÆ RELIGIONI
unquã refuscitandę aut nō conculcandę penitus
spes ulla fuit (quę aliquot nunc annis heresum;
sectarum, diffidorum, dogmatum impiorum;
ad hæc calamitarum & persequutionum aduer-
sitatibus non leuiter concussa uexatur) uel nūc
maxima esse debet, quando maiestas tua poten-
tissima termaximeq; catholica ex Hispaniis no-
bis desiderantissima rediit. Didicimus uel sero

omnes, quãtum diuę memoriæ auus tuus, quantū ceteri lōgo stēmate pro-
genitores tui Imperatores, quantū postremo præ omnibus excellentissima
maiestas tua præsens contulerit tum paci tum unitati, quando uel modica
tuæ serenitatis abstractiōe rota mox Germania sectarum & dogmatum im-
pietatibus est obscurata. Paucis licet annis tua nobis abfuerit celsitudo, se-
dimus tamē interea perinde ac in captiuitate & regione umbrę mortis con-
stituti, quibus (quotquot antiquissimos; ac orthodoxæ fidei dogmata secta-
mur, quotquot ecclesiæ apostolicæ ritus obseruamus, quotquot deniq; M.
T. obtemperamus edictis) uix licuit palàm progredi. Quandoquidem tan-
tis irrisionibus ac persequutionibus circundabamur, quasi quisquis piissi-
mo se Imperatori in fide conformaret, aut quisquis patrum sanctorum pla-
cira, ab apostolorum temporibus huc ad nos manantia custodiret, impius
foret censendus & hostis. Hęc autē ab iis perpeffi sumus, qui damnatas olim
hæreses conati sunt restituere: qui ecclesiæ, conciliorum atq; ueterum tum
dogmata tum statuta abiecerunt: qui Pontificis deniq; Romani iurisdic-
tionem, & subinde M. T. edicta contempserunt, cum ne umbrã quidē sancti-
monia ipsi habeant sanctorum patrum, quorū sententias ac instituta ab-
rogare moliantur. Et licet utcunq; foret tolerandum, ubi in seipsis tantum
essent impii (si tamen à Christianissimo Imperatore dei iniuria uel leuis to-
lerari debet) si nō etiã aliquos ad pestifera dogmata, execrãdasq; impietates,
quibus quęcūq; sacra, quęcūq; pia temerant, uel illicerent, uel minis & perse-
quutionibus urgerent. Itaq; cum omni ex parte, post deum, in te uno tuę
ecclesiæ, fideiq; seruandę spes nobis relicta sit, quippe cui summa rerū à deo
est commissa, & dexteritas etiam genuina excellentissime indita, tibiq; faue-
ant superi, tremat potentiam tuam uniuersa terra: postremo piorum omni-
um in te spectant corda, hoc unum præstolantium, hoc maxime à deo precã

tium: ut per te ecclesiæ restituat unitatem fidei, incorruptionem integritatemq; morum, pacisq; tranquillitatem. A quo enim alio hoc quæso in terris foret sperandum, si à tua nobis Maiestate hoc non contingat? Nam quæ impensius hodie religioni fauet: quis ecclesiæ placitis deuotius obtemperat? quis leges cum diuinis tum humanas custodit integrius? quis fortius potētiusq; eas tuetur? aut quis quæ hominum sunt sapientius discernit, iustiusq; iudicat, atq; tua maiestatē? Sensit hoc uel communis omnium hostis, qui tot aduersitatibus, tot incommodis, tot hostium infidiis tantisq; præliis, tentauit à fidei negotiis animum tuum remorari: quàmuis non potuerit efficere quin ecclesiæ & fidei curam, omnium regnorum tuorū curis anteferres. Propterea etiam, quod certum est, Angelis suis deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis uis: excitās etiā pioꝝ mētes & mādans ut pro te orēt, qui unus pro omnibus omniūq; salute, & maxime ut dei cultus honorq; nō iniret defudas. Dedit tibi deus uictorias hostiū non paucas, tamq; speciosas quàm gloria plenas: quibus tamen haudquaquam elatus, nō tibi, sed illi qui dedit triūphos instituisti. Eripuit te non semel à nece tibi meditata: nec à paucis hereticorum dolis ne circumueniri posses, immunem seruauit. Nā & in principum comitiis & in Imperii cæteris uel edictis uel sanctionibus ita se tua gessit maiestatē, ut ne exigua quidem serenitatis tuæ fulgor nebulam admitteret. Nemo tam charus amicus, nemo tam ferox hostis, quem in fidei aut iustitiæ respexeris negotio. Et licet ingens omnium semper hereticorum fuerit studium suis pestiferis dogmatibus longe lateq; mundum inficere, idq; acriter moliri, quo reges suorum dogmatum deprauarent contagionibus (quando facile hinc subditos aut seduci aut cogi posse arbitrantur, ut ab orthodoxorum communione desciscant, postquam capita rectoresq; illis reddiderint corruptos) nullæ tamen te fraudes circumuenire potuerunt, quin uel impiorum technas perspiceres, uel infidias caueres. Arriana hæresis olim totum cito peruasit orbem: quando quidem ii qui fidei maxime debebant opitulari, ab eius integritate primi deficiebant. Non ignorabāt hæc nostri quoq; hæretici, haud parum feliciter putantes suam nauare operam, dum nonnullos principes eò dementarunt, ut à se suisq; subditis pietatem prorsus omnē profligarent. Verū nihil adeo illos male habuit, quàm quod Imperatorem haberet germanè Christianum. Sed quid nō subuertere quærit humana temeritas? Nihil non tentatum est, licet omnia frustra, ut orbis uniuersi princeps inuictissim⁹, pro pudor, in apostatæ uerba iuraret Lutheri. Multo reuera uarioq; conatu impiorum defudarunt ingenia, quo syncretissimū iuxta ac potentissimū suis te laqueis potuissent irretire. At fidei castitate pariter ac prudentia, quàm multos uel ecclesiasticos superasti? Non peccus in te offenderunt harundineū, quod molli cederet uēto, aut quod ad auræ flatum quēlibet huc illucq; flecteretur: quin potius, quod optimo principe & præcipue imperatore dignissimū est, continuo te consultantem, maximo perēq; enitentē quō alii quoq; uel incorrupti ab hac labe mancant: aut

qui

qui seducti sunt, queāt reuocari. Pro hac re iā pridē regna & delicias & corporis quietē posthabuisti: pro hac re dilectā coniugē, charaq; pignora reliquisti, nec uiribus nec opibus parcēs. Cuius animum, cuius edicta, conatus atq; sudores, & si non pari quo debuissent honore, principū pleriq; uenerati sunt, id tamē hac tua pietate factum est, ut uel nō quantū uelint liceat impiis debacchari. Vnde sacrę huic deuotioni propemodū soli acceptum referimus, quòd in uniuersum omnia nō pessum eant: quippe qui nō minus orationibus ac ieiuniis mundū propugnās q̄ armis. atq; unus propterea ad exterminandos Amalechitas, & Moyfi & Iosue partes agis. Fecerūt hoc idē olim piissimi quoq; principes, Cōstantinus, Theodosius, Carolus, reliquiq; aui tui: quoꝝ tu sceptrā nunc gerens, ut non minor potētia, ita nec inferior es uirtute ac pietate. Atq; utinā cuncti id principes imitarētur: qui non modo patriam, uerū etiā bona omnia, atq; adeo corpus & uitam, pro fide, pro dei legibus, pro obediētia ecclesiæ, pro dogmatum & sectarū impiarū extirpatione, & ad extremum pro iustitiæ incolumitate deberēt exponere. Quod cum ad oēs, præcipue tamē ad ecclesiasticos pertinet: quibus uel ideo opes ditionesq; terrene, potētia quoq; & iudicia profana sunt admissa, ut pro Christo eadem si mulq; omnia administrēt. Verū quous est hodie illorū, qui zelo domus dei accēsus, uel aureū nummū (non à subiectis extortum) ne dicā corporis salutem, pro Christo, pro reducēdis ouibus, aut pro fide non temeranda, proq; incorruptis moribus restituendis exponeret: paratus interim pro gloria terrena aut in profanos usus (penē dixerm luxuriam) omnia profunderē. Verum si defunt principes, si minus ecclesiæ procures atq; antistites imperatori uigilantissimo assistant, non dormiūt tamen alii tum pii tum docti: qui cum piissimō iuxta ac maxime catholico Imperatore ad pugnam egressi, praua hæreticorū dogmata uel orationum uel lucubrationum telis cōfodiunt. Prodiit enim factio illa iam pridē sub principe & antesignano suo Luthero in campū: quæ fidei puritatē, ecclesiæ obediētiam, ceremoniarū deuotionē, ritū ecclesiasticorum, pietatem, sobrietatem, orationes, ieiunia, atq; adeo castitatē, & quicquid aut carni aduersatur, aut spiritum roborat, expugnare, prosternere, contaminare, uastare satagit ac demoliri: idq; nomine euāgelii machinans, quasi euāgelii sit (quod apud eos esse constat) quicquid honestati ac uirtuti aduersatur. Vnde, cū nihil minus sint quàm euāgelici, sine fronte tamen indigne sibi hoc nomen usurpant: idq; tanto iactantius, quāto sine uirtutum operibus Euāgelii nomē solo in ore circumferūt. Multa de spiritu loquantur, cū opera eorū sint in carne. Et quāuis eorū uita omnino ex diametro cū dei uerbo pugnet, ubiq; tamen etiā si detrahant, si mordant, si moueant seditionem aut rebellionem: si deniq; scripturæ & uerba & sensum corrūpant, audent quicquid garriunt, dei uerbum nominare: hoc solo (quoniā nihil boni agere apud ipsos sanctitas est) oibus hominibus insigniores, quòd uita eorū eos flagitiosos, fœdissimos, apostatas, adulteros & omni opere malo plenos loquitur. Qua enim uersutia alia cōgruētiori, sanctoꝝ patrū calura

aa iiii mnia

EPISTOLA NVNCVPATORIA

imnari possent uita, quos aut martyrii aut miraculorū gloria olim deus dignatus est, quorumq; placita ac sententia ab ecclesia sunt recepta, quam (ut sanctorum quos imitari nolunt, gloriae detrahant) dicere nullum esse liber arbitriū, nulla merita, nulla bona opera ad salutē homini necessaria, ne sanctis patribus uideatur ipsi inferiores, cū ab omni opere bono egregie uacui, omniq; uirtute sint nudati, & à spiritu dei prorsus alieni: Quamuis non parum iactitent se spūm habere, licet non eum fortasse, qui super ieiunantes & orātes apostolos requieuit. Cōtra hos inquam serenissime Imperator tecū multi tuis sunt in castris, pro domo dei excubias seruātes: qui carneam illorum impietatem uersutaq; ingenia, quibus uerbo dei & mendacia & detracti ones iuxtā cōmiscēt, potenter fregerunt. Et nos quoq; postquam proprio Marte pugnare desuimus, uigilantissimū pugilem optimisq; armis instructum, & omni pugnandi arte non minus inuictum quā eruditum, in fidei castra iam nuper educere cōpimus. Cuius scripta cum Euangelio tum patribus, quotquot in ecclesia fuere receptissimi, adamussim omnia quadrant. Hic Lutherum, necdum cognitum, omneq; illius germen pestiferum inde enatum, olim prostrauit. Huius uita quoq; & eruditio sancta (Dionysii illum loquor Carthusianum) consentiunt: in quibus nihil aliud atq; puritas, integritas, pietas & sanctimonia cernitur. Comitata sunt uirum hūc, dum uita hac mortali fungeretur, praestantia atq; diuina opera, nunquam deseruerunt contemplationes mysticae: & ad horas multas in extasim saepenumero raptum, reuelatio diuina de hisce malis tēporibus, aliisq; uariis, erudiuit. Hunc igitur, quo post beatum Augustinū non habet ecclesia qui plura scripsit opulentiorē, castris tuis (quae pro fide, pro ecclesia, pro iustitia, pro deo militant) adiicimus: eius libros omnes, quorum aliquot iam ē praelo nostra sunt opera euulgati, tuae Maieitati dedicantes: praecipue tamen alterū operum minorum Tomum, quem in manibus modo tractamus, in quo insunt De lumine Christianae theoriae siue de diuina essentia libri duo, qui de summo omnium loquūtur opifice, cuius tu ordinatione Imperii uniuersi princeps existis. Creaturarum item in ordine ad deum consideratio theologica liber unus. De laudibus dei liber unus. De uenustate mundi & pulchritudine dei liber un⁹. De praecōnio & dignitate beatissimae uirginis ac matris Mariae (quam non minus colis quā amas, etiam si illa rumpantur haereticis) libri quatuor. De uita & regimine principū libri tres. De uita & regimine principissae dialogus unus. Directoriū uitae Nobilium liber unus. De uita militari liber unus. De laudabili uita coniugatorum liber unus. De iusto pretio rerum dialogus unus. De regimine politicae liber unus. De laudabili uita uirginali liber unus. De laudabili uita uiduae liber unus. Cōtra auaritiam epistola una. Inter IESVM & senem dialogus unus. De iudicio mortis & uariis casibus eius elegia una. Inter IESVM & puerum dialogus unus. Epistola reuelationē quādam continens, una. De reformatione claustralium liber unus. De reformatione monialium liber unus. De modo corripiendi & iudican

AD IMP. CAROLVM V.

dicandi liber unus. De exēplis & documentis authenticis liber unus. De praecōnio siue laude ordinis Carthusiensis liber unus. De uita inclusarum liber unus. De laude & recommentatione uitae solitariae liber unus. De uita & fine solitarii libri duo. De remediis tentationum liber unus. De uia purgatiua liber unus. De oratione liber unus. De gaudio spiritali & pace interna libri duo. Quos omnes, quoniam uarios mundi status, quorum reformationi & maieestas tua intendit, probe, hoc est, quem liber ad tuae institutionis finem erudiunt, M. T. potissimum nuncupandos ideo decreuimus, uel quod manu tenens omnes, omnibus tu imperas: uel quod ecclesiae reformationem, quam tua maieestas summopere quaerit, hoc est, uitae integritatem, abunde docent: ut tuo, qui in terris diuina tueris & humana, patrociniō fulciantur. Et quanq̃ M. T. ut par est omnes Dionysii libros, quod dixi offerimus, nihil tamen eidem credimus derogari, si uel separatim aliis quoq; hoc est, cuius unā lucubrationē aut librum dedicemus. M. T. nostrā commendamus religionē Carthusianā: atq; utinam deus Opt. Max. qui te ut alter David elegit, uis, secūdu cor suū, diu nobis seruet incolumē, perpetuoq; faciat felicē,



ALARDVS AEMSTELREDAMVS.
 Quis nouus extaticus sophus hic? Dionysius ille
 Ricelus, ē coelo seu Carō profliens.
 Quattuor ista nimis metuēda nouissima quorsum
 Hoc gentilitium uendico stemma mihi.
 Quid latus clauus, uestisq; simillima cygnos
 Index Germanae candor amicitiae.
 Quid calami quid pugilares? plurima produnt
 Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
 Ecquod habes epiphonema tandem singula claudens?
 Sit deus in seclum, sit benedictus Amen.
 Quid sol in manibus sibi uult errantibus unde
 In rectam possent monstro redire uiam.
 Sub pedibus prostratus humi cacodæmon, inanes
 Demonstrat fastus, quos ego despicio.
 Quid sibi uult tandem caelum undiq; undiq; lument
 Nil coeleste nisi mens mea sollicitat.
 Sed quid opus multis frustra me prodere signis?
 E' scriptis melius nouicia estigim.

Haec

AD LECTOREM.

Habes studiose lector Dionysii nostri operum minorum Tomos duos, quos si hilari animo susceperis, habebis & tertium & quartum & reliquos ad XII. usque in quibus quid expectes, subiectus hic tibi elenchus indicabit.

Tertij Tomi erunt hæc:

- Philosophi & Theologi de fide catholica, Dialogion Libri VIII.
- De deformatione & reformatione Ecclesie, si inueniri possit, nam hæc tenus desideratū est.
- Commentaria in hymnos Ambrosianos.
- Summa de uitijs & uirtutibus.
- De passionibus animæ.
- De uita contemplatiua Libri III.
- Sonus Epulantis.
- Explanatio in tertiam Regulam S. Francisci.
- De quatuor nouissimis.

De felicitate animæ.

Quartus habebit hæc:

- Commentaria in omnia opera S. Dionysii Areopagite.
- Summaria & conclusiones partium Summæ S. Thomæ.
- Summaria Summæ Gulielmi Antiochodensis.

Quinto inueniunt hæc:

- Commentaria in opera Boethij.
- Commentaria in Climachum.
- Elucidationes in totum Cassianum.
- Sexto sufficienti
- Scripta in primum sententiarum.
- VII.
- Scripta in secundum sententiarum.
- VIII.
- Scripta in tertium & quartum sententiarum.
- IX.
- Opera Sermonum & Homiliarum de tempore.
- X.
- Opera Sermonum & Homiliarum de sanctis.
- XI.

- Refutatio Alkorani. Libri III.
- Dialogus inter Christianum & Saracenum de uitijs superstitionis.
- Apologia, Epistolæ, Collationes & Solutiones dubiorum, & alia depedita, si inueniri possint.
- XII.

- Speculum amatorum mundi. De arcta uia salutis & contemptu mundi. De grauitate & enormitate peccati. De conuersione peccatoris. De fonte lucis & semitis uitæ. De institutione nouitiorum. De professione religiosorum. De utili deductione temporis. De mortificatione uiuifica & reformatione interna.
- De gaudio spiritali & custodia cordis. 517 Meditationes.
- Enarrationes in septem psalmos penitentiales. Monopanton epistolarum Pauli.
- Epistola parænetica ad omnes principes Christianos, de generali Concilio institueno & bello in Turcas.

Hæc mi lector ab hoc uiro expecta, ppitio nobis deo & hominibus, præter elucidissima in utrunq; Testamentū commentaria, quæ uix decem Tomis non minoribus q̄ hi duo sunt, completi poterunt, tantosq; & prænumeratos tomos fore cõfidimus, aut potius maiores.

EPIGRAMMA.

Gemma diu latuit densis suppressa tenebris,
Quæ nunc in lucem gestit abire nouam.

D. Diony.

ARTICVLORVM

HOC EST, OMNIUM QUAE HOC SECUNDO D. DIONYSII A' RIC
kel Carthusiani operum minorum Tomo continentur, Elenchus.

DE LUMINE CHRISTIANAE THEORIAE, SEV DE DIUI
na essentia, Liber Primus, continet articulos 115.



- | | |
|--|---|
| <p>QUENIS PROCESSIO secundum a primo & conuersio eorundem, per similitudinē efficitur utrorunq; Prooemium 1.a</p> <p>1 Quod diuini intellectus sit aia nostra expressio & signaculum 1.a</p> <p>2 Quemadmodum deiformis anima in eo quod diuina lucis signaculum est & imago, sit sapientiae capax, & particeps diuinæ uitæ eod.</p> <p>3 De nobilitate & puritate sapientiae. eod. b</p> <p>4 Quod intellectualis proprietas sit omnium perfectionum eminentissima, ad extremā diuinæ naturæ perfectionē contemplandā inducens eod. b</p> <p>5 De distinctiōe & fundamento duplicis sapientiae. 2.a</p> <p>6 Quæ sit præsentis editionis intentio eod. b</p> <p>7 Quod necesse est in entium ordinibus fore ens ali-quod non factum æternū & independens eod. b</p> <p>8 Quod ex naturis & ordinibus specierum uniuersi demõstrari possit diuinū esse, seu dei fore eod.</p> <p>9 De unitate diuini esse. 3.a</p> <p>10 Quod Deus sit in fine totius simplicitatis, simplici-ssima perseverans unitas eodem b</p> <p>11 Quod deus nec est corpus, neque uirtus corporæ, nec uirtus in corpore, neque corporis uirtus 4.a</p> <p>12 Quod deus est esse tatum, nulli protus cõmiscibile, in semetipso incommutabiliter p̄seruans eod. b</p> <p>13 Et est introductio positionis eorum qui formale seu modale distinctionē ponunt in diuinis 5.a</p> <p>14 Quod diuine simplicitatis nō deroget conceptio-num & nominationum nostrarū tam multiformis diuersitas 5.b</p> <p>15 Quod diuinū esse sit simpliciter perfectū eod. b</p> <p>16 Cur quædam rerum creaturarum perfectiones secundū idem nomen diuino esse attribuatur, quædam autem minime 6.a</p> <p>17 De incircūscriptibilitate & infinitate diuini eē 6.a</p> <p>18 Quemadmodū ex naturis uniuersi numero & perfectione finitis, cognosci possit diuinum esse incircūscriptibile fore & quomodo non 6.b</p> <p>19 Quod secundum doctrinam diuini Dionysij qua dispartito processu ex entib; creatis, ad diuini entis contemplationem procedimus eodem.</p> <p>20 An perfectior sit agnitio quam per negationē de diuino esse habemus, ea que per affirmationem est de deo contemplatione eod. b</p> <p>21 Quod diuinū esse intuitionē quid est, a nullo creato intellectu possit cõtemplari naturalis sua uirtute. 7.b</p> <p>22 Quod deus nō est in ḡfic, nec species, neq; in specie, nec diffinibilis, neq; demonstrabilis, nec aliq; nomine cum sc̄c̄dis uniuoce nominabilis eod.</p> <p>23 Quod ea quæ de deo & secundis dicuntur, non omnino æquiuoce, sed analogice de eisdem entiententur. 8.a</p> <p>24 Quod natura dei est bonitas eod.</p> | <p>25 Quemadmodum iuxta traditionem Boethij nulla substantia citra deum sit substantialiter bona, in quo ostenditur q̄ deus est pura & super substantialis bonitas eod. b</p> <p>26 Quod necessarium est hūc mundum & quicquid in uniuerso contentū est, a primo processisse 9.a</p> <p>27 Quid de processu uniuersi a primo senserit Aristoteles, & in quibus positio a fide discrepet 10.b</p> <p>28 De emanatione uniuersorum a summo deo secundum positionem Platonis & Procli, & fit in eo explanatio, quemadmodum ideales formas ipsi ponere coacti sunt. 11.a</p> <p>29 Et est deductio ostendens præhabita esse de mente Platōis ex uerbis & theorematib; Procli 11.b</p> <p>30 De processu uniuersi a primo secundum traditionem Platonis in Timæo 12.b</p> <p>31 Et est inquisitio simul & disputatio cõtra ea que secundum Platonicos præinducta sunt. 13.a</p> <p>32 In quo a Dionysio correctæ sit Platonico-rum positio, & quid ueritatis contineant ea que secundū Stoicos iam præinducta sunt eodem b</p> <p>33 De philosophia quam in libro Fontis uitæ induxit Auicenna circa emanationem uniuersi a summo deo, & quemadmodum de natura dei & creatorum philosophatus sit 14.a</p> <p>34 Quemadmodum uniuersorum emanationem a primo principio determinet Auicenna eodem b</p> <p>35 De multiformi emanatione & distinctione diuersarum processionum 15.a</p> <p>36 Quod processio entium a deo benedictio non sit naturalis effluxio, ut dixit Auicenna, & Peripateticorum plurimi, neque essentialis emicatio, ut ait Plato: nec formalis generatio, ut quidam opinati sunt. eod. b</p> <p>37 De libertate primi agentis. eod. b</p> <p>38 Quod diuinum ens sit uolens & quemadmodū ei insit uoluntas immobilis complacentia 16.a</p> <p>39 Quod uniuersi a primo processu incongruenter sapientialis ac libera, & tanquam artificialis appellerentur eod. b</p> <p>40 Quæ res a deo benedictio causalis diffusio nec pure naturalis, neq; pure artificialis dicenda sit 17.a</p> <p>41 Quemadmodum in trifor-mi causariū genere primum sit uniuersorum causa eodem</p> <p>42 Quod in omni specie entis sit aliquod summum bonum, quod sit appropriat; finis rebus talis ordinis eod. b</p> <p>43 Quomodo uniuersitas rerum finaliter atq; differenter ordinetur & tendat in primum supersubstantialiale purum bonum eod.</p> <p>44 De fine creationis mundi in quo ostenditur, quemadmodum eiusdem uolens fines ponantur, cum sit tamen omnium u. 18 simplicissimus finis qui est deus. 18.a</p> <p>45 De fine seu felicitate cuiuslibet intellectualis substantiæ. eod. b</p> |
|--|---|

bb Quod

ARTICVLORVM II, TO MI OPERVM MINORVM

45 Qd neq; in cōte mplantatione primæ ueritatis, quæ communiter omnibus inest, nec in ea quæ est per fidem, neque in illa quæ habetur per demonstrationem, sed nec in aliqua speculatione ueri præsentit uitæ possibili sit constituenda humana felicitas. eodem b
47 In cuius intelligibilis contemplatione sit naturalis rationalis animæ beatitudo statuēda obiectiualiter finaliterq; 19.b
48 De positione Auicennæ circa naturalem animæ beatitudinem. 20.a
49 Quemadmodum de naturali beatitudine humane animæ Plato senserit eodem
50 In quo Alexander Peripateticus, Auerois Commentator & Abubather statuerint finalem hominis felicitatem. In quo declaratur, quomodo inter meliores Peripateticorum sit diuersitas in explanando mentem Aristotelis circa præsentē materiam. eodem.b
51 De postūde Thomæ & Aegidij de Roma, & quorundam aliorum doctorum nostræ religionis, nō mediocri autoritatis, circa naturalem anime separatae felicitatem. 21.a
52 Quod primum agens sit substantiualiter in se subsistens intellectus eodem.b
54 De prioritare, simplicitate & perfectiōe diuini intellectus. 22.a
55 Qd in primi actiōis lumine necesse sit oim rerū exemplares rationes constituere eo.b
56 De nomine ideæ, quemadmodum in luce diuini intellectus uniuersorum rationes ideales statuendæ sunt. 23.a
57 Quod idealium rationum seu exemplarium specierum multitudo simplicitati diuini intellectus non deroget eodem.
58 Quod omnium & sensibilem & insensibilem, & uniuersaliter uniuersorum qualitercunq; existentium, propriam atq; distinctam cognitionem habeat diuinus intellectus 24.a
59 De rationibus uolentium deo subtrahere cognitionem singularium. eod.b
60 Quod temporalia æternaliter, sensibilia insensibiliter, partibilia & composita atq; dissolubilia impartibilibiter, simpliciter ac indispargibilibiter, uariabilia quoq; contingētia inuariabiliter & necessarīe diuini intellectus uerissime contēplect. 25.a
61 Quod diuinus intellectus omnia quæ cognoscit, quomodolibet & omiformiter contēpletur in ipso momento æternitatis eod.
62 An diuinus intellectus sit cōtempatiuus an operatiuus, aut alia quacunq; appellatione nominandus eod.b
63 De positione Alberti & Auerois circa appellationem scientiæ & intellectus primi principij & substantiarum separatarum 26.a
64 De obiecto diuini intellectus eodē.b
65 Et est disputatio cōtra præinductam positionem Alberti & Auerois eodem
66 Quod in uniuersitate rerum primus rector statuendus sit, ex cuius intelligentiæ sapientiali fonte, totius regiminis mundani legalis series emanauit. 27.a
67 Quod primus rector quietissima mēte ac simplicissima contemplatione singula gubernet 27.b

Alter pars præscripti articuli.
De dominatione & regimine diuini mentis & totius mundi gubernatione secundum determinationem magni Dionysij 28.a
68 De prouidentia & fato secundum traditionē Boethij. eodem.b
69 De subordinatione & habitudine facti ad prouidentiam, in quo ostenditur, quæ fataliter & quæ prouidentialiter gubernentur 29.a
70 De cōcordia Augustini & Gregorij & quorundam aliorum, qui fatum dicunt non debere ponitum præinducta positione, in qua fatū concessum est & sententia Boethij laudata eo.b
71 Quod prouidentia diuina directē dicatur respectu gubernandorū & per reductionem respectu producendorum. eodē.
72 De rationibus quæ contra positionem facti & prouidentia induci possunt 30.a
73 Quod fatum & prouidentia nec libertatem, neq; contingentiam, nec casum & fortunam ab entibus prædicant eodem b
74 Quod diuina prouidentia sit prouisorum causa, cum tamen nec mali sit productiua, neq; uniuersaliter totius malitiæ exclusiua eodē.
75 De differentia duplicis ordinis sub diuina prouidentia comprehensi 31.b
76 Et est solutio rationum, quæ paulo ante cōtra positionem facti & prouidentia inducebantur 32.a
77 De positione Auicennæ, Albumazar & Alkindi circa præinducta 33.a
78 De positione Platonis & Procli circa prouidentia dei & gubernationem uniuersi eod.b
79 Quomodo interdum dicimus deum cuncta producere per intellectum, aliquando uero appellamus eum omnia facere per uoluntatem eod.
80 An rerum uniuersitas a primo agēte simul producta sit 34.a
81 Quod necesse sit uniuersorum distinctiōe & ordinem in diuinam sapientiam tanquam in fontanam originem reducere eodē.b
82 Quemadmodum ab æterna & incommutabili uoluntate possit recēna & temporalis actio emanare. 35.a
83 Et est explanatio & responsio ad præacta 36.a
84 De ordine & numero & natura intellectualium substantiarum secundum doctrinam Aristotelis eodem.b
85 De diuersitate quæ est inter Platonicos & Peripateticos ex parte una, & Peripateticos inter se, de numero animarum nobilium & intelligentiarum. 37.a
86 De qualitate modi intelligendi specierum intelligibilem & illustrationis intelligentiarum ad inuicem eodem.
87 De similitudine intelligentiæ ad causam primam 37.b
88 De positione Origenis & Auicebron & quorundā eos sequentium, qui in intelligentijs materiam esse uolunt 38.a
89 Et est disputatio cōtra præinductam positionem & rationum eius solutio eodē.b
90 De simplicitate intelligentiæ & animæ intellecti uæ secundum Auerois, quem Albertus sequutus est: & Auicennam, cui Thomas adhæsit 39.a
De cō-

D. DIONYSII A RICKEL
91 De comparatione rationalis animæ ad substantias separatas & formas sensuales ac inferiores. 39.b
92 De natura & substantiali pfectione rationalis animæ secundum Aristotelem: in quo probatur, qd intellectus sit substantialis forma hominis & actus primus corporis 40.a
93 Et est introductio quorundam subtilium rationū, quibus probare conati sunt multi Peripateticorū & Platoniorum, intellectualem essentiam non posse effici primum & intrinsecum actum corporis, seu informantem ac substantialem formam hominis 41.a
94 De positione Auerois circa naturam animæ humanæ & unionem intellectus ad corpus 42.a
95 De positione Alexandri circa naturam animæ & intellectus eo.
96 De doctrina Auicennæ Peripatetici & insequutoris eius Algazelis, de intellectualis hominis anima eodē.b
97 De unione intellectualis animæ ad corpus humanum secundum Platonem, cui consentiunt uidentur Isaac Israelita philosophus, & Proclus in Elementatione theologica 43.a
98 De documentis & demonstrationibus subtilissimi Procli Platonici circa immortalitatem & naturam anime 43.b
99 Et est introductio fortiorum rationū, quibus cōuincitur, rationalem animam separabilem esse & immortalem 44.a
100 De rationibus quibus uidetur ostendi posse animam rationalem, neq; separabilem neq; immortalem esse 45.b
101 Quod sectidum Aristotelem anima rationalis sit immortalis 46.a
102 De doctrina Platonis in Phædone circa naturam & immortalitatem animæ eodē.
103 Et est explanatio quomodo anima intellectualis possit esse corporis forma, cum tamen sit ueraciter in se subsistens eo.b
104 Et est responsio ad rationes, quibus superior argu mentabatur, intellectualem essentiam non posse corporis formam effici 47.a
105 Quid ueritatis contineat, & qualiter sustineri possit positio Platonis & Auicennæ, dicentium hominem aliud non esse nisi animam rationalem: cui positioni uidetur fauere Albertus, dum ait secundum rem idem esse animam rationalem & humanitatem: Hugo de sancto Victore, qui concedit hominem esse animam duntaxat 48.a
106 Quod non est complexio, sicut dixit Galenus: neque harmonia, ut posuit Empedocles: neque de substantia dei, quemadmodum asserbat Manichæus: neque corpus, sicut putabant antiqui naturales. eod.b
107 Verum corpora cœlorum sint animata 49.a
108 De omnipotentia dei eo.b
109 Quemadmodum deus qui omnia potest, dicitur quædam non posse 50.a
110 Quod deus est essentialiter beatus & fons omnis beatitudinis eo.b
111 Quod diuina ueritas sit mensura omnis ueritatis in eo quod deus uerus est, & substantialiter ipsa

CARTHUSIANI, ELENCHVS.
sua ueritas 51.a.
112 De sanctitate diuinæ mentis eodē.
113 An possibile sit mundum ab æterno fuisse, & tamen uere creatum esse eodē.b
114 Quod non sunt alique substantiæ intellectuales, habētes corpora sibi unita simplicia, sicut Platonici posuerunt 52.a
115 Quod deus est lumen per naturam eodē.b
DE VMINE CHRISTIAE NAE THEORIAE LIBER SECVNDVS, continet articulos 101.
1 Quod agnitio rerum creatarum proficit ad fidei intelligentiam. 53.a
2 De duplici lege diuinitus influxa eodē.b
3 Quod congruenter data est hominibus a deo lex, quæ fides appellatur 54.a
4 An eiusdem ueritatis possit esse fides & demōstratio eodē.b
5 Quod non est leuitatis, assentire his quæ fides tradit, & ratio comprehendere non potest, sicut mentiens dixit Auerois 55.a
6 Quod deo & illi soli cōueniat miraculose operari eo.b
7 Contra positionem Auicennæ, uolentis miracula reducere in causas naturales 56.a
8 Quod operationes magorum, efficaciam sortiuntur non uirtute corporū cœlestium, sed ab intellectu aliquo eodē.b
9 Quod substantia intellectualis, dans complementum & efficaciam operationibus magorum, secundum uoluntatem quidem mala est, secundum naturam uero bona 57.a
10 Quod operationes illæ mirabiles, quibus Christiana fides innitit, sint uera miracula, & a diuina uirtute procedentia eodē
11 Et est explanatio eorum, ex quibus sortitur fides testimonium sui ueritatis eod.b
12 De testimonio fidei, quod ex prophetarū oraculis ac ueteris legis circumstantijs sortitur fides 58.b
13 De ueritate fidei ex consideratione altitudinis Christianæ sapientiæ & doctrinæ 59.a
14 De institutione & qualitate legis Machumetici. eod.b
15 De latræ cultu eo.b
16 Quod uni duntaxat deo sit exhibendus latræ cultus 60.a
17 Quemadmodum intelligēda sit generatio in diuinis eo.b
18 Quod uerbum paternæ mentis sit imago dei & figura substantiæ eius, exemplar uero & ratio omnium rerum creatarum 61.a
19 Quid de filio dei Artius opinatus sit eo.b
20 Quod ex documentis Platoniorū sit huiusmodi Artij & Eunomij extorta positio 62.a
21 Reprobatio positionis Artij de filio dei eod.
22 Et est solutio autoritatum, quæ in superioribus uidebantur fulcimentum præbere positioni Artij bb 2. tff

rij.	63.a	74.a
23	Contra opinionem Photini de diuinitate uerbi. eodem.b	Rationes quædam contra fidem incarnationis.
24	Quid de filio dei Sabellius introduxit eod.	74.b
25	Qualiter accipienda sit emanatio illa in diuinis, qua spiritus sanctus creditur a patre filioque procedere. 64.a	Et est harum rationum solutio eodē.
26	Cuius dei uerbum, non autem amor eius seu spiritus sanctus, filius appelletur eodem.b	Quod humanæ naturæ assumptio potissime cōpetebat uerbo 75.b
27	De rationibus quibus Arius & Macedonius moti sunt, ut dicerent spiritum sanctum esse creaturam. 64.b	Cur deus homo, & de originali peccato eo.
28	Contra prænarratum errorem, & quod spiritus sanctus sit uerus deus atque subsistens persona. 65.a	De quibusdam instantiis contra originale peccatum. 75.a
29	Et est solutio rationum Arii & Macedonij eo, b	De solutione obiectionum introductarum eo.
30	Rationes, quæ contra æternam generationem et processionem diuinam induci possunt, continentur eodem.	Quod neque per protoplastum, neque per alium purum hominem, neque per creaturam solam, sed per deum incarnatum conuenientissimum fuerit naturam humanam reparari eodē.b
31	Et est responsio earum rationum uirtutem dissoluens, quæ iam contra æternam generationem et superbenedictam processionem quæ in diuinis sunt, inducebantur. 66.b	In quo finalis beatitudo hominis secundum diuinæ fidei testimonia consistat 77.a
32	An naturali ratione demonstrari possit trinitas personarum. 67.a	Quod per nullam creatam essentiam tanquam per intelligibilem speciem uideri possit? sicuti est, seu per essentiam uel potius in essentia eo.b
33	Et est introductio rationum, quibus Richardus gloriosus esse se non parum fecisse, ut puta superbenedictam trinitatem demonstrasse. 68.a	Quomodo deus uidetur per essentiam 78.a
34	Quod trinitas personarum in super simplici deitate naturali ratione indagari nequeat nec demonstrari: & quid ad ea quæ Richardus introduxit, respondendum sit eod.b	Quod nulla mens creata diuinam essentiam comprehendat eod.
35	Cur potius diuini esse unitas quam personarum trinitas, demonstratiua inquisitione indagari possit. 69.a	Quod creati intellectus est diuinam essentiam contēplentur, non tamen omnia agnoscunt quæ in illa cōprehenduntur, respiciunt & uideri possunt. 78.b
36	De incarnatione uerbi, & quemadmodum intelligenda sit secundum orthodoxæ fidei documenta. eod.b	Quemadmodum diuinam substantiam uidentes, omnia uidere dicantur 79.a
37	De errore Photini & Sabellij circa incarnationem. 70.a	Qualiter quidam probare satagunt, non posse deum uideri per essentiam ab intellectibus creatis, eodem.b
38	De falsitate Arrianæ positionis circa uerbi incarnationem eodē.	De luce gloriæ & harum obiectionum solutione, eodem.
39	Et est reprobatio Apollinaris circa incarnationem, eodem.b.	Quod hæc dei uisio, quæ utique uita est atque felicitas beatorum intellectuum, sit desiderabilissima, purissima, iocundissima, & contemplantem perfecte querens 80.b
40	Contra Valentinum circa præsentem materiam. 71.a	De ordinibus supercoelestium animorum primæ hierarchiæ supsanctæ trinitati uicinisimæ, & descriptione hierarchiæ 81.a
41	Et est improbatio Manichæorum circa incarnationem. eod.	De ordinibus spirituum hierarchiæ mediæ eo.b
42	Quid de unione uerbi ad hominem Theodoros Mopsuestenus & insequutor eius Nestorius opinati sunt. eodē.b	De hierarchia infimæ & proprietate ac operationibus spirituum ordinum eius 82.a
43	De incarnatione secundum positionem Eutyche tis. 72.a	Quomodo coelestium hierarchiarum ordines Gregorius assignat, & in quo eius positio à sententia Dionysii recedere uideatur eod.
44	Positio & reprobatio Macarij Antiocheni, quæ unadunxat uoluntatem & actionem in Christo factetur. 73.a	Et est solutio cuiusdam dubitationis, quæ ex præductis nascitur. eo.b
45	Et est disputatio contra ponentes in Christo non sibi coniuncta corpus & animam eod.	Et est introductio quarundam rationum, quibus ostendi uidetur, non posse esse peccatum in dæmonibus. 83.a
46	Contra ponentes in Christo duas hypostasies uel supposita, non autem personas duas eodē.b	Quomodo in dæmonibus peccatum cadere queat. eo.b
47	De positione Origenis circa productionem & ordinem rerum & unionem dei cum homine eo.	De solutione rationum quæ fiebant 84.a
	Et est huius positionis Origenis impugnatio. 76	De sacramento eucharistiæ. eo.b
		Quid de sacramento eucharistiæ orthodoxa fides teneat eodē.
		Obiectiones infidelium contra sacramentum eucharistiæ consideratur 85.a
		Et est quarundam considerationum introductio, quibus elucescit, nihil prorsus impossibile hæc fidei doctrinam continere eod.b
		De conversione substantiæ panis ac uini in corpus & sanguinem CHRISTI in quo soluuntur ea quæ ex parte conuersionis paulo ante obiecta sunt. 86.a

77	De modo locationis corporis Christi sub speciebus hostiæ. eo.b	Delectati me domine in factura tua &c. Proceumium 99.a
78	Solutio rationum, quæ ex parte loci obtinebatur 87.a.	Quod non est nisi unum primum principium 99.a
79	Et est explanatio, quemadmodum accidentia possint per se subsistere in sacramento Eucharistiæ. eodem.b.	De possibilitate & ratione creationis eod.
80	Solutio rationum, quæ contra accidentium separationem inductæ sunt 88.a	An soli deo conueniat creatio eod.b
81	De solutione eorum, quæ ex parte actionis & passionis opponebantur eo.b	An causis creatis conueniat productio alicuius ueræ essentia. eodem.b
82	Et est responsio ad instantiam, quæ ex parte fractionis introducta est. 89.a	Utrum mundus sit ab æterno 100.a
83	De prædestinatione, reprobatione & electione diuina eod.	De expositione eius quod in principio Genesis scriptum est, in principio creauit deus cælum & terram. eo.b.
84	Quemadmodum prædestinatio Christi sit causa & exemplar prædestinationis nostræ eo.b	Quod deo conueniat agere propter finem. eodem.b
85	An tantus sit numerus hominum electorum, quantus est numerus reprobatorum angelorum. 90.a.	Quod creaturæ sunt propter dei bonitatem participandam factæ eod.
86	Utrum cot sint futuri homines prædestinati, quot remanserunt angeli electi. eo.b	Quomodo omnia dicuntur propter hominem facta. 101.a
87	Quid de resurrectione corporum sentiat fides orthodoxa 91.a	An anima rationalis corpori naturaliter unibilis sit eodē.
88	Instantiæ contra fidem resurrectionis eod.	An idem sint æuum & æternitas eo.
89	Et est responsio præductas instantias euacuans. eodem.b	Utrum omnium æuorum sit unum æuum. eodem.b
90	De positione Platonis & Procli, quorundam quæ præcipuorum Platoniorum circa reuersionem animarum iam separatarum à corpore 92.b	An creature spirituales condite sint ante mundum sensibilem eodē.
91	Quod homines resurgunt immortales, & de improprietate iam enarratæ positionis Stoicorum. 93.a	An cælum empyreum sit corpus eodem
92	De quibusdam rationibus, quibus & si fides resurrectionis non demonstratur, pulchre tamen ostenditur, quam rationalis sit in hac parte assertio fidei diuinæ eo.	An cælum empyreum influentiam habeat supra alia corpora 102.a
93	Quod post resurrectionem neque cibis neque ueneris resurgentes utentur eodem.b	Utrum in angelis sit materia eod.b
94	De materia & dispositione corporum resurgentium tam in electis quam in reprobis 94.b	De personalitate angelorum eodē.
95	De qualitate corporum resurgentium tam in electis quam in reprobis. eodem.	De numero angelorum eodē
96	De loco, sexu & ætate resurgentium 95.a	Utrum plures sint angeli unius speciei 103.a
97	De immutabilitate uoluntatis in animabus post separationem à corporibus eo.b	Quando primo factus est angelus malus. eodem.
98	Quod animabus à corporibus separatis, præmia aut poenæ mox restituantur 96.a	An angelus cognoscat res per suam essentiam eodem.b
99	De finali iudicio eod.b	Qualiter species superiorum angelorum dicantur speciebus inferiorum uniuersaliores. eodem.
100	Quemadmodum immateriales & incorporeæ animæ à corporibus iam separata, à corporali igne torquentur possint 97.a	Quomodo angeli per formas intelligibiles quas habent, particularia intelligere possint 104.a
101	De cessatione motus coelestis & specierum rerum mundanarum, ac etiam de statu mundi post iudicium 98.a	Inquisitio an angeli plura actu intelligant. eodem.
		De hoc, si angeli in gratia creati non sunt, antequam peccatum amabant deum supra se & plus quam omnia eodē.
		Utrum angeli in principio suæ creationis erant beati, & an miseriam suam præcibant. eodem.b
		An angeli sint in gratia conditi eodē.
		Quomodo potuit peccatum esse, in angelia. 105.a
		De peccato angeli quale erat & quomodo dei æqualitatem appetit eodem
		An angeli egerunt gratia in conuersione sua ad deum, & utrum beatitudinem suam meruerunt. 105.b.
		Si Lucifer erat summus angelorum, & quomodo ipse erat alius causa peccandi eod.
		De loco & ordine dæmonum 106.a

ARTICVLORVM II. TO MI OPERVM MINORVM

33	An dæmon ab homine uicicus, retrudatur in infernum	66	An magis in angelo quam in anima fit dei imago, & de differentia imaginis & similitudinis.	eod.
34	Vtrum angeli boni possint peccare	eod.		
35	De obstinatione & naturali cognitione dæmonum.	67	Quod anima nec est de essentia dei neque ex materia constans, sed simplex atque immaterialis forma	eod. b
36	De diuinatione quæ per dæmones fit	eod. c.		
37	De miraculis quæ per dæmones fiunt	107. a	De unitate intellectus in omnibus hominibus, & utrum animæ ante corpora conditæ sunt	eo.
38	An angeli sint incorporei, & quomodo corpora assumant	eod. b	De paradiso, an sit corporalis locus an spiritalis.	116. a
39	De qualitate & materia corporis assumpti ab angelo, & utrum in eo comedere, sentire, uidere loqui & generare possint	eodem.	De formatione Euæ ex costa uiri, & de rationibus feminalibus.	eod. b
40	Qualiter dæmones intra corpora hominum esse possint, & de præstigijs quibus sensus humanos decipiunt	108. a	Cur aliquid miraculosum dicatur	117. a
41	Vtrum deus aliquando in corporalibus figuris apparuerit	eod.	Quod anima rationalis nõ est ex traduce negab angelis creata	eod. c.
42	De diffinitione hierarchiæ & actionibus hierarchicis.	eodem b	An anima sensibilis & uegetabilis sit ex traduce.	eodem. b
43	De diuisione Angelicæ hierarchiæ in tres hierarchias & nouem ordines.	109. a	De immortalitate rationalis animæ	118. a
44	De nominibus angelorum	eod. c.	De immortalitate & impassibilitate Adæ ante mortem.	eod. c.
45	An angeli unius ordinis sint æquales, & de connectione hierarchiarum	eod. b	Quod non erat homo in primo statu immortalis & impassibilis per naturam, & quomodo immortalitas Adæ differat ab immortalitate reurgentium.	eod. b
46	Vtrum distinctio ordinum sit à natura, & an homines ad ordines angelorum assumantur	eod.	Quod in statu innocentie fuisset generatio percoitum	119. a
47	Quod nec omnes assistunt, nec omnes ministrant	110. a	Quales fuissent pueri in statu innocentie nati secundum perfectionem corporis	eod.
48	Qui ordines ministrent, & utrum per ministeriū exterius à contemplatione retardentur	eod.	Vtrum pueri in statu innocentie geniti, in scientia & gratia nati fuissent	eod. b
49	De custodia angelorum	eod. b	Quomodo modum deus tentare dicatur	120. a
50	Vtrum angeli in dei cognitione proficiant, & de profectu eorum per mutuam illuminationem et colloquutionem	eod.	De ordine tentationis primorum patrum, & an peccatum Adæ omnibus alijs peccatis grauius fuit	eod. c.
51	An angeli per homines in incarnationis mysterium didicerunt, & de pugna angelorum ac cessatione ordinum	111. a	Quod peccatum Adæ erat superbia, & quomodo apperijt esse sicut deus: & utrum eua grauius peccauit quam Adam	eod. b
52	Vtrum omnia sint simul facta	eod. b	An ignorantia sit peccatum, & quomodo ipsa excuset peccatum	121. a
53	Quomodo secundum Augustinum possit saluari dierum distinctio.	eod. b	Quod impeccabilitas nulli creaturæ conferri potuit, & cur deus hominem condidit, quem lapsurum præuidit	eodem.
54	De informi rerum primordiali materia, & de quatuor coæquæuis	112.	Quomodo uidit Adam deum ante peccatum.	eodem. b
55	De opere distinctionis, & an lux in spiritualibus proprie esse dicatur	eod. c.	An Adam perfectam rerum cognitionem habebat, & utrum homo ante peccatum decipi potuit.	eod. c.
56	De productione lucis, & quomodo dicitur pater omnia per filium facere	eod. b	De libero arbitrio, an sit habitus uel potentia: & si potentia, an una uel plures	122. a
57	Quomodo dicatur esse aquæ sup. celos, & utrum firmamentum sit de natura elementorum	eod.	An liberum arbitrium sit potentia à uoluntate & ratione distincta, & utrum per ipsum homo peccatum uitare ualebat	eod.
58	De motoribus celorum & numero eorundem.	113. a	De sensualitate & de superiori ac inferiori ratione.	eod. b
59	De opere tertie diei	eod. c.	Quid sit synderesis, & quid conscientia	123. a
60	De ornatu superiorum corporum, & de causalitate requam habent corpora superiora in hunc mundum.	eod. b	De motu sensualitatis & utriusque rationis, & qualiter in sensualitate & in ratione sit peccatum.	eodem.
61	Qualiter corpora celestia in motu liberi arbitrij imprimere possint	114. a	Quod in ratione inferiori possit esse mortale peccatum, & in superiori ueniale	eod. b
62	De materia animalium & ornatu trium elementorum secundum tria genera animalium	eod. c.	Vtrum peccati ueniale possit fieri mortale.	124. a
63	De consummatione operum dei & quiete ipsius.	eodem. b	In quibus est liberum arbitriū, & quod ipsum cogit non possit	eodem.
64	De sanctificatione septimæ diei	eod. c.	De aliquibus ad liberum arbitrium pertinentibus.	125. a
65	Quomodo creatura dei possit dici ad imaginem dei facta, & cur in folijs rationalibus creaturis dei imago reliceat	115. a		

D. DIONYSII A RICHEL. CARTHVSIANI, ELENCHVS.

bus.	124. b	125	Quod omnium reclarum uoluntatum sit tantum unus finis, & quis ille sit	eod.
96	Quæ gratia est quid creatum & accidens	125. a	Quod intentio sit actus uoluntatis, & quod unus sit actus de fine & medijs ad finem, & quomodo ex fine iudicanda est uoluntas esse recta uel perueria.	135. a
97	Quod gratia est in essentia animæ, & realiter aliud à uirtute	eodem.	An intellectus cū ceteris potentijs possit esse peccatum	eod. b
98	De diuisione gratiæ & unitate ipsius	eod. c.	An superior rationis scintilla possit extinguī, & utrum conscientia possit errare	eodem.
99	Quod uirtus est habitus, & de diffinitione ipsius.	eodem. b.	An conscientia errans obliget	136. a
100	Vtrum de condigno mereri quis possit uitæ æternam, & an homo gratiā possit mereri	126. a	Quomodo bonum & malum sunt differentie actionis, & quod e uoluntate dependeat bonitas & malitia interioris actus.	eod. c.
101	Quomodo per meritum gratia augetur, & utrum uisus alij gratiam primam possit mereri	eod.	Vtrum actus exterior aliquid de bonitate uel malitia addat supra bonitatem uel malitiam uoluntatis.	eodem. b
102	Vtrum sine gratia homo nil boni facere queat, & an sine gratia peccata uitare possit.	eod. b	An in actibus humanis reperiatur indifferens.	137. a
103	Vtrum sine gratia implere quis possit diuina precepta, uel ad gratiam præparare seipsum	127. a	Quod si dei sit intencionem dirigere, & utrum omnis operatio infidelium sit peccatum	eod. c.
104	An in statu innocentie homo grā eguit, & utrum ante lapsum gratiam habuit	eo.	An uoluntas & actus sint unij peccatum, & qualiter post peccatum reatus permaneat	eo. b
105	Vtrum ante peccatum maiorem gratiam habuit homo quam postea, & an opera citius erant ante lapsum ad merendum efficaciora.	eo. b	De peccato mortali & ueniali	eodem.
106	De poenis hominis, & quod p peccato primi parentis omnibus inflictae sunt	128. a	De radicibus peccatorum	138. a
107	Quomodo defectus in posteros per originem ueniens, reatum culpæ habeat: & qualiter concupiscentia dicitur originale peccatum	eodem.	De multiplici diuisione peccati	eod. c.
108	Vtrum alimentum trahat in ueritatem humanam naturæ	129. b	De capitalibus uitijs	eod. b
109	An semen sit solum superfluum alimenti	129. a	De speciebus superbiæ, & utrum omnia peccata sint paria	139. a
110	Quomodo per originem carnis peccatum transfunditur, & qualiter in omnes pertrahit.	129. b	De peccato in spiritum sanctum	eod. c.
111	De subiecto originalis peccati, & cur generatiua magis dicatur infecta	eod.	An omnis prælatio sit à deo, & utrum in statu innocentie fuisset prælatio	140. a
112	Qualiter per baptismum originale peccatum tollatur, & de poena quæ remanet, & quomodo formens in aliquibus magis & minus existat	130. a	Quæ obedientia sit specialis uirtus	eo. b
113	An originalis infectio sit à deo, & quod decet diuinam sapientiam animam corpori infecto uniri, & de æqualitate animarum	eod. b	Vtrum Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire, & an obedientiam professi, in omnibus simpliciter obedire teneantur	eo.
114	Vtrum à proximis parentibus proles maculam cõtrahat, aut propter eorum culpam poenam incurrat, & de unitate originalis peccati	131. a		
115	De poena originalis peccati, & an pueri nõ baptizati sensibilem patiantur dolorem de amissione uitæ æternæ	131. a		
116	Quomodo malum, dicitur esse, cum tamen non sit aliqua uera natura	eo. b		
117	Quod bonum est causa mali atque subiectum, et quod malum, totum bonum corrumpere nequeat	132. a		
118	De diuisione mali & diffinitione peccati	eo. b		
119	An peccatum omissionis sit in aliquo actu consistens, & qualiter in exteriori actu sit peccatum, & utrum peccatum corrumpat potestias animæ.	eodem. b		
120	Quod unum peccatum est causa alterius, & poena peccati, & an passio sit secundum se peccatum.	133. a		
121	Vtrum omnis poena pro peccato infligatur, & de diuisione bonorum	eod. b		
122	De existentia peccati, & quod omne ens quod aliqd postiuum nominat, sit à deo	134. a		
123	Vtrum deus est causa actus mali	eod.		
124	Quod deus est causa poenæ, & quod malum per prius dicitur de culpa quam poena	134. b		

DE LAVDIBVS DEI,

Laus dei ut uerus & ueritas	143. a
Laus dei ut unus & unitas	eod. c.
Laus dei ut omnipotens	eod. b
Laus dei ut pulcher	eod. c.
Laus dei ut perfectus	144. a
Laus dei, ut simplex	eod. c.
Laus dei ut infinitus	eo. b
Laus dei ut felix	eod.
Laus dei ut incommutabilis	145. a
Laus dei ut uolens & liber	eod. c.
Laus dei ut sanctus	eod. b
Laus dei ut iustus	146. a
Laus dei ut misericors	eo.
Laus dei ut amans	eod. b
Laus dei ut æternus	147. a
Laus dei ut incõprehensibilis & ineffabilis	eod. c.
Laus dei ut excellens	eo. b
Laus dei ut idea atq; exemplar	eod. c.
Laus dei ut prouidentiam habens	148. a
Laus dei ut prædestinator & reprobator	eo.
Laus dei ut terribilis	eod. b
Laus dei ut dulcis	eo.
Laus dei patris	149. a
Laus filij dei.	eod. b
Laus spiritus sancti	eod. c.
Laus sã,	

ARTICVLORVM II. TOMI OPERVM MINORVM

Laus super benedictā trinitatis	150. a	Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam	eo. b.
Laus uerbi incarnati.	eadē.	Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam	eadē.
Laus dei de rationibus incarnationis	150. b	Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam.	150. a
Laus perfectionis humanitatis Christi	151. a	Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam.	151. a
Laus dei de sapientia Christi &c.	eadē.	Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam.	eadem.
Laus dei ex Euāgelio de Christi diuinitate &c. eodem. b		Laus dei ex euāgelio de Christi sermone post coenam.	eadē.
Laus dei ex euāgelio de præcurfore	eadē.	Laus dei ex euāgelio de Christi passione	eo. b.
Laus dei ex euāgelio de Christi incarnatione.	152. a	Laus dei ex euāgelio de eadem CHRISTI passione	eadem.
Laus dei ex euāgelio de Christi generatione humana	eadem.	Laus dei ex euāgelio de Christi resurrectione.	152. a
Laus dei ex euāgelio de Christi baptismo	eo. b.	Laus dei ex euāgelio de eadem Christi resurrectione	ead. b.
Laus dei ex euāgelio de sermone Christi ad Nicodemum &c.	152. b	Laus dei ex epistola Pauli ad Romanos	ead.
Laus dei ex euāgelio de Christi signis & uerbis, & de documentis præcurforis	153. a	Laus dei ex epistola prima ad Corinthios	153. a
Laus dei ex euāgelio de uerbis Christi ad Samaritanam	eadē.	Laus dei ex secunda Pauli ad Corinthios epistola.	154. a
Laus dei ex euāgelio de diuersis Christi miraculis.	ead. b.	Laus dei ex Pauli ad Galatas epistola	ead. b.
Laus dei ex euāgelio de sermone Christi in monte.	eadē.	Laus dei ex Pauli ad Ephesios epistola	eadē.
Laus dei ex euāgelio de eodem	154. a	Laus dei ex Pauli ad Philippenses epistola	155. b
Laus dei ex euāgelio de diuersis miraculis Christi.	ead. b.	Laus dei ex Pauli ad Colossenses epistola	ead.
Laus dei ex euāgelio de quibusdam sublimibus Christi documentis	ead.	Laus dei ex Pauli prima epistola ad Theſsalonicenses.	156. a
Laus dei ex euāgelio de quo supra, scilicet de Christi diuinitate	eadem.	Laus dei ex secunda Pauli epistola ad Theſsalonicenses	eadem.
Laus dei ex euāgelio de dictis & factis Christi.	155. a	Laus dei ex prima Pauli epistola ad Timotheum	eadem. b.
Laus dei ex euāgelio de diuersis uerbis, factis ac miraculis Christi	eadem.	Laus dei ex secunda Pauli ad Timotheum epistola.	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uocatione interna & eucharistia, alijsq; uerbis ac signis Christi	eo. b.	Laus dei ex Pauli ad Titum epistola	157. a
Laus dei ex euāgelio de Christi transfiguratione &c.	eadem.	Laus dei ex epistola Pauli ad Hebræos	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis	156. a	Laus dei ex canonica Iacobi apostoli	158. b
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex prima Canonica Petri apostoli	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis ac miraculis.	eo. b.	Laus dei ex secunda Petri Canonica	159. b
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex prima Iohannis canonica	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex Canonica iude	170. b
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex actibus apostolorum	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex Actibus apostolorum	171. b
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei ex Apocalypsi Iohannis apostoli	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de opere creationis	172. a
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de opere distinctionis & ornatus	eo. b.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de eodem	eadem.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de angelicis spiritibus	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de celo empyreo	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de ordine Seraphin	173. a
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de Cherubin	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de Thronis	eadem.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de Dominationibus	eadem.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de ordine Virtutum	eadē. b.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de ordine Potestatum	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de ordine Principatum	ead.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de Archangelis	174. a
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de Angelis	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de eius dignatione ad nos	eo.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de hierarchijs communiter	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de gradibus hominum electorum in patria	eadem. b.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de numero & ordine celestium corporum	eadem.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de elementis & mundi dispositione.	175. a
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de dispositione terræ	eadē.
Laus dei ex euāgelio de uarijs Christi doctrinis eodem.		Laus dei de impressionibus aeris	ead.
			Laus

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, ELENCHVS.		
Laus dei de consummatione mundi	175. b	ritus sancti ad inuicem
Laus dei de beatitudine electorum	eo. 25	Quam desiderabilis atque amabilis sit bonitas, pulchritudo & dei. de uanitate quoque, uilitate, insipientia & impietate eorum, quibus caducis, terrenis, carnalibus magis inhæret q̄ summo & incommutabili deo.

DE VENUSTATE MVNDI ET PVLCHRITVDINE DEI LIBER VNVS CONTINET articulos 25.

VNVS EST ALTISSIMVS, CREATOR OIM OI POTENS REX &c. Præfatio.		
1	Quid pulchrum, quæ ratio seu descriptio pulchri, et quod pulchrum sit unum conuertibile cum ente, ita q̄ omne ens est pulchrum	176. a
2	Quomodo etiam in ipso uniuersorū primo principio deo benedicto pulchrum concernit ac pertinet ad rationem causæ exemplaris	ead. b.
3	De distinctione pulchri & ueri	177. a
4	De multiplici diuisione pulchri seu pulchritudinis.	eadē.
5	De pulchritudine corporali.	eo. b.
6	De pulchritudine celestium corporū	178. a
7	Ex quibus principaliter constet, colligatur atque resulter pulchritudo mundi	eadē.
8	An malo culpæ cōueniat ratio pulchri, & utrum huiusmodi malum conferat ad pulchritudinem uniuersū	ead. b.
9	Quomodo ratio pulchri conuenit malis peccatis & monitis, & qualiter conferant ista ad pulchritudinem mundi	ead.
10	De pulcherrima mundi dispositione secundum Richardum atq; Hugonem	179. a
11	An materiæ primæ secundum se considerata cōueniat ratio pulchri	eadē. b.
12	An miracula & mirabilia, incarnatio quorū uerbi & sacramenta pertineant ad pulchritudinem mundi.	180. a
13	Quomodo in omni ente creato reperiantur modus, species & ordo: & quomodo omnia facta dicuntur in numero, pondere & mensura	eadē.
14	De pulchra formatione corporis humani	eo. b.
15	De essentiali pulchritudine intellectualium substantiarum in generali, & specialiter de naturalidecore animæ rationalis	181. a
16	De essentiali pulchritudine angelicorum spirituum.	ead. b.
17	De accidentali pulchritudine intellectualium substantiarum	ead.
18	De supernaturali pulchritudine intellectualium creaturarum	182. a
19	De pulchritudine superspeciosissimi dei secundū doctrinā diuini Dionysii	eadē. b.
20	Quomodo ratio pulchri conueniat proprie deo benedicto	eadē.
21	Quomodo pulchritudo & cætera perfectionalia attributa deo, ei duntaxat conueniunt pure, id est, sine admixtione oppositi tam priuatiue quam cōtrarie & contradictorie	183. a
22	Contemplatio primæ & increatæ pulchritudinis ex consideratione pulchritudinis ordinis uniuersū.	ead.
23	Quomodo pulchritudo approprietur filio dei.	184. a
24	De mutua conuersione, contemplatione, dilectione, fruitione, complacencia patris & filij ac spi-	25

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE LIBER PRIMVS CONTINET articulos 41.

Inimicitias ponam inter te & mulierem &c. Præconium.		185. a
Quæ præsentis editionis intentio sit		ead.
De inimicitia quæ inter mulierem serpenteq; ex orta est.		ead. b.
Quænam sit hæc fœmina serpentis inimica		eo.
Quod per uerbi incarnationem mūdum ab eternæ obligationis necis, deus iustus atq; misericors liberare rectissima ratione decreuit		ead.
Quod ab origine mūdi prælecta dei genitrix præ signata descripta sit		187. a
Quæ diuina MARIA sit ueri dei mater uera		ead.
Quod eundem filium, quem pater genuit in eternitate, benedicta MARIA peperit in tempore. eodem.		
Quod gloria ista Mariæ dignitas & gratia ineffabilis sit & quodammodo infinita		eo. b.
Effusio mentis in amore Mariæ		ead.
De annuntiatione gloriose facta puellæ		188. a
Quemadmodum deus benedictus hanc uirginem dilexit		eadem.
Quod delicia dei sint esse in Maria & uiuere cum ea.		ead. b.
De sanctificatione & puritate deificatæ MARIAE eodem.		
An tãta sit sanctitas Mariæ, qua sub deo maior intelligi nequeat		ead.
Quod diuinitatis splendore, id est filio, qui est splendor patris, non deroget et fœmina concipi & gigni		189. a
Quod ea quæ in uirgine carne prælecta uirginis humilliora uidentur, uehementiore diuinitus decore adornata sunt		ead.
De perpetua præstantissimæ matris uirginitate. eodem.		
De fecunditate incomparabilis Mariæ		190. a
De comparisone fecunditatis sanctæ uirginis ad fecunditatem æterni patris		ead.
Quemadmodum Mariam omnis creatura uenerari teneatur ac diligere.		eadē.
Quemadmodum omne humanum genus singulari Mariam dilectione completi, specialiquenerari honore teneatur.		ead. b.
Quod sacer diuinæ uirginis ueter dei thronus cōuenientissime appelletur		eadem.
Commendatio uirginis maternis uentris gloriose puellæ diuinæ uirginis		191. a
Quemadmodum a sereno amatore Mariam contemplari oporteat		eadem.
Quod post deum in uniuersitate rerū nil sit MARIA amabilius, nil præstantius: imò omnibus dignior sit, plusq; ueneranda		ead.
Quemadmodum ex mūdissima sanctissima uirgine		ead.

ARTICVLORVM II. TO MI

ginis carne uehementer dignificata sic humana caro 192.a
De conceptione, qua mundissima uirgo dei unigenitum concepit eod.b
Quemadmodum uirgineum sacrae matris uterum CHRIVS dominus inhabitauerit eod.b
De natiuitate desiderati cunctis gentibus 193.a
De mirabilibus in MARIA factis eod.b
Quod pulchrum sit atque iucundum dei sapientiam, bonitatem & potentiam contemplari in Maria 194.a
De beatitudine Mariae, quam in praesenti uita sortita est. eodem.
De amoroso Christi Mariae colloquio. eod.b
De dulcedine atque fecunditate uberum uirginis uenerandae. 195.a
De florido lectulo filij sponsi, eiusque uirginis genitricis & sponse eodem.
Quod ex contemplatione diuinis prolis deificata sunt membra cuncta sacrae uirginis eod.b
Descriptio qua coelestis spiritus singularem suam sponfam uirginemque matrem describit. 196.a
De bonitate harmoniae & aequalitate complexionis uirginis benedictae atque diuinis eod.b
De corporali incomparabilis uirginis pulchritudine. eodem.
An supernaturalis aliquis splendor insolitusque odor in sacra uirginis matris carne refulserint 197.a
De lacta illa regis Messiae matrisque uirginea mensa. eodem.

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE LIBER II. CONTI. nec articulos XXVIII.

Prooemium. Maria autem conseruabat omnia uerba quae de Christo erant etc. 197.b
Quod matrem uere uenerandam sapientiam decebat sapientia. eodem.
Quod uirgo benedicta cuncta sibi diuinitus impetrata beneficia excellenter agnouit eod.b
Quod sicut prima parens per ignorantiam cecidit, sic sancta uirgo per sapientiam stetit 198.a
Quod ad perfectionis plenitudinem, quae utique Mariae negari non ualet, sublimis excellensque sapientia opportuna sit. eodem.
De incomparabili sapientia diuinis genitricis eod.
Quod incarnationis modum atque mysterium, unitatem personae, & item naturarum in Christo dualitatem cunctis uiatoribus clarius profundiusque intellexit uirgo beata eod.b
Quod per gratiam atque naturam docibilis studiosa que extitit sapientissima uirgo 199.a
Quod ea quae ad mysteria gratiae pertinent, post filium suum uirgo ueneranda eximie cognouit. eodem.
Qualiter Christo filio uirgo mater in mundi redemptione cooperata intelligenda est eod.b
Quam conuenienter mundi illuminatrix Maria nominetur eodem.
Quod uita Mariae summe contemplatiua extitit. eodem.
De stabilitate itemque actuali suspensione contemplationum uirginis sacrae. 200.a

OPERVM MINORVM

Commedatio sapientie propter honorem & laudem sapientissimae Mariae eod.b
An priuquam uirgini Archangelus dei incarnationem nuntiauerat, ipsa super sanctae trinitatis notitiam ex lege & prophetis habuerit eod.b
De speciebus contemplationum 201.a
Quod in his quatuor contemplationum speciebus summa ac eleuatissima fuerit doctissima Maria. eodem.
Quam eminenter mysticam theologiam uirgo sapientissima a filio suo didicerit. eod.b
An benedicta & uenerabilis uirgo Maria in praesenti uita uiderit deum per essentiam 202.a
Obiectio contra praedicta, eiusque solutio; in quo plenior datur explanatio, quae admodum deus in uita hac per speciem possit uideri. eod.b
Quae frequenter credenda est Maria multa a filio suo secreta didicisse, audisse & interrogasse 202.b
Quam eminenter praedicantis sui filij doctrinam praeter ceteris intellexerit uirgo beatissima. 203.a
Quam auide docentem praedicantemque filium uirgo mater audiuit, atque in his quam uehementer profecit eod.b
Obiectio ex uerbo Lucae euangelistae, eiusque solutio eod.
De doctrina doctissimae Mariae 204.a
De propheta de se Mariae eod.
Quod filium suum MARIA passurum certissime nouit eodem.
Quam excellens in missione paracliti omnis sapientiae incrementum deiformis MARIA sortita fuerit. eodem.
De theoriae felicitatis diuinis uirginis, quas iam glorificato unigenito uberrime coelitus est adepta. eodem.

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE LIBER TERTIVS CONTINET articulos 25.

Praefatio. Vna est columba mea, perfecta mea. 205.b
De perfectione ac magnitudine fidei Christiferae Mariae eodem.
De pleniore laude fidei Mariae 206.a
De uirtute spei uirginis benedictae eod.b
De ardentissima Mariae in deo charitate eod.
De charitate zelo & salutaris proximorum in affectuosissima mundissimaeque matris 207.a
Introductio & explanatio mandati, quod de charitate preceptum est eod.b
Quam praeter uniuersis hoc charitatis praecipit excellenter Maria impleuit eodem.
De calidissima illa Christiferae Mariae charitate, qua post filij adorandi ascensionem, illius uisitatione loca sacra feruebat 208.a
Quod ad originalem conformitatem iustitiae MARIA eminenter peruenit eod.b
Quod uirgo beata moralibus cunctis uirtutibus plena, ornata extitit eod.
De fortitudine uirtutis Mariae 209.a
De reuerentia sobriae pudicitiaeque uirginis eod.b
De honestate, pudicitia, uerecundia atque modestia diuinis uirginis eod.
De uir.

D. DIONYSII A RICKEL

De iustitia matris iustitiorum. 210.a
De misericordia uirginis sanctae eod. 4
De inefficientibus Mariae ueris diuinitus, atque inextinctis eius misericordiae eod. 5
De religione ac latra uirginis admiranda. 211.a
De deuotione super excellentem Mariae. eod. 6
De mansuetudine seu pietate sublimis MARIAE. 212.a
De obedientia uirginis sacrae 213.a
De humilitate magnae Mariae eod. 8
De stabilitate seu constantia uirginis sanctae. 214.b 9
De dulcedine amantissimae dei 215.a
De materna illa acerbissimaque compassione, qua patienti filio affectuosissima eius mater conduluit. eod. 10
Cur matrem suam charissimam rex Messias passioni suae adesse disposuit, & de merito compassionis maternae. 216.b
Quod illustris uirgo deo uirginitatem uouerit. eodem. 11

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE LIBER QUARTVS CONTINET ARTICVLOS XI.

Signum magnum apparuit in caelo. Prooemium. 217.a
De assumptione sublimis Mariae eod. 1
De testimonio magni atque diuini Dionysii, quod ipse de dormitione illibatae uirginis testatus est. eodem. 2
De rationibus fidelis Augustini, quibus Mariam cum corpore iam assumptam confirmat eod. 3
De gloriosissima illa passione, qua ipsam matrem sponsus filius ad gernas coelestesque nuptias introduxit. 218.a
Quod super uniuersos angelorum choros sit Maria exaltata eod. 4
De ineffabili felicitate Mariae, quam in uisione diuinis essentiae ac super benedictae trinitatis profundissima agnitione sortita est eod. 5
De sublimi illa laetitia, quam in contemplatione humanitatis CHRISTI iucundissima uirgo suscepit. 219.a
De praeclearo ac incomparabili honore, quem uirgineae matri unigenitus semper impendit eod. 6
De ueneratione, qua omnis coeli exercitus totaque eius milita matrem dei honorat eod. 7
De gloria quam habet Maria in electis atque beatis. eod. 8
De gloria & claritate carnis admirabilis & magnificandae Mariae 220.a

DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIBER PRIMVS CONTINET ARTICVLOS XXXI.

Audite reges & duces etc. Prooemium. 220.b
De modo procedendi & materia huius tractatus eodem. 1
Quomodo Christianus princeps habere se debet ad seipsum. 221.a 2
De varijs causis, propter quas princeps dare se de

CARTHVSIIANI, ELENCHVS.

ber ad uitam uituosam eodem.
De duplici regimine. eod. b
De fine regiminis secularis 222.a
Quod quanto altioris dignitatis ac maioris potestatis fuerit princeps, tanto timorator & sollicitior esse debet. eodem.
Quod princeps tanto debet esse perfectior in omni honestate, uirtute atque prudentia, quanto sublimior & potentior fuerit eod. b
Quae prudentia ad principem ualde pertinet 223.a
Quomodo princeps possit ac debeat prudentiam adipisci. eod. b
De sapientia & religione principis 224.a
Quomodo studium sapientiae & prudentiae uiguit in praeclearissimis principibus tam gentilibus quam Christianis. eodem.
Quod sapientia utilior est principibus quam fortitudo aut robur exercitus. eod. b
Quod quanto maior atque potentior fuerit princeps, tanto plus necessarium ipsi esse fecum habere uiros prudentes & consiliarios iustos. & quomodo se habere debet ad illos, & quales esse debent consilij principum eod.
Qualiter sit consulendum. 225.b
Quod princeps debet in omnibus esse iustus, & quibus sitia singulariter pertinet ad principes eod.
De iustitia quorundam principum paganorum 226.a
De iustitia quorundam fidelium principum. eod. b
Quae fortitudo in principibus esse debet 227.a
Quod temperantia principibus sit ualde necessaria. eod. b
Quomodo princeps habere se debet in ludis ceterisque solatijs 228.a
De moderantia & mensura obseruanda in cibo ac potu & somno, in uestimentis, pecunijs ac ceteris utensilibus atque diuitijs eod. b
De moderamine excellentissimorum principum circa cibum & potum atque diuitias 229.a
Quod sapientia sit principibus multum necessaria specialiter seruanda eod. b
Quomodo principibus uitanda sit ira, & mansuetudo seruanda 230.b
Quod misericordia atque clementia ad principem eminenter pertinet 231.a
De clementia magnorum nobilissimorumque principum. eod. b
Quod humilitas sit principibus ualde necessaria. 232.a
De causis & considerationibus, propter quas omnis homo quantumcumque excellens, in uita hac tenetur humiliare seipsum eod.
De humilitate excellentium principum tam fidelium quam gentilium. eod. b
Quae magnanimitas ad principes pertinet 233.a
Quae liberalitas & magnificencia ad principes praecipue pertinent 234.a

DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIBER II. CONTINET articulos XVI.

Videns regina Saba omnem sapientiam Salomonis. Praefatio. 234. b
An principes seculares teneantur deo reddere rationem pro subditis suis 234. b
cc 3 Quo

ARTICVLORVM II. TO MI

Quomodo principes tenentur corrumpere subditos & domesticos suos dum peccant. 235. a
Quomodo princeps & quicumq; maritus habere se debet ad coniugem suam eod. b
De moribus mulierum, & quomodo princeps q; liberq; maritus uxorem suam uirtutibus & morib; reformatione dirigere debet 236. a
Quomodo princeps uxorem suam diligere, cognoscere & alloqui debet eod. b
Quando & quomodo princeps debet uti consilio coniugis suae, & quando uel quomodo debet secreta sua suae coniugi reuelare aut occultare. 237. a
Quomodo princeps coniugi suae de concedenti ornatu debeat providere eod. b
Quod princeps omnino sollicitus esse debet circa instructionem filiorum & filiarum suarum eod. b
Qualis esse debeat instructor filiorum principis, & quibus scientijs potissime instruendi sint filij principum ac filiae. 238. a
De moribus iuuenum. eod. b
Quod necesse sit filios principum tempore pueritiae sub uirga tenere. 239. a
Ad quid potissime respicere debent principes, dum filios suos aut filias nuptui tradunt, uel dum ipsimet matrimonium contrahere uolunt eod. b
Quomodo reges, duces ac principes habere se debent ad seruos suos 240. a
De duplici nobilitate, & quod filij principum atque nobilium communiter habent mores nobiliores. eod. b
De moderamine obseruado in loquendo in principum mensis tempore refectionis 241. a
Quod taxillationes & ceteros ludos indecentes ac chorizationes similesq; uanitates, iuramenta & contiones, reges, duces ac principes a domibus suis expellere debeant 242. a

DE VITA ET REGIMINE PRINCEPVM LIBER TERTIVS CONTINET ARTICVLOS LIIL.

In unaquaq; gente deus praeposuit rectorem. Praefatio. 241. b
De differentia inter regem & tyrannu 242. a
De magnis inclytisq; principibus, q; propriae utilitati ac delectationi, imo & propriae uitae pposituerunt bonum commune populi sui. eod. b
De tribus, in quibus princeps debet excellere alios. 243. a
De tribus, in quibus princeps debet suis subditis providere. eod. b
Quod propter peccata hominum regna & dominia transferuntur & destruantur, sed propter uirtutes hominum stabiliuntur 244. b
De decem actibus ad principem pertinentibus 245. b
Quod regibus ac uirtuosis ducibus atq; principibus maior sit delectatio & opulencia etia in praesenti, quam tyrannis. 244. a
Quales esse debeant, quos princeps ad officia promouet, uidelicet iudices & scabini accipere. eod. b
Quod princeps diligentissime inquirere debet, an sui officii in executione officiorum suorum bene & iuste se habeant. 245. a

OPERVM MINORVM

Quomodo princeps iudices officiatosq; suos debeat exhorari, & quod homines uitiosi non sunt digni alios iudicare. eod. b
De decem quae requiruntur ad hoc, quod iudex recte dignetq; iudicet eod. b
De moribus nobilium 246. a
De moribus diuitum 247. a
De moribus potentum eod. b
De moribus tenuum eod. b
De effectibus legis, & an lex humana prohibeat animum ac concupiscentiam 248. a
Vtrum expedit a ciuitatibus innouare patrias leges & inducere nouas, praesertim si nouae sint meliores eod. b
Quid agendum sit dum inter principem & urbes seu populum eius oritur dissensio ob patriae leges seu approbare consuetudinis mutationem uel dissipationem, & q; ad principem terra pertinet leges dare & codere, interpretari ac dispensare 249. a
An liceat principibus atq; iudicibus relaxare poenam debitam reis ac criminosis. 250. a
Qualiter princeps actibus suis atque iudicijs contempere debet clementiam atq; iustitiam, & de multis causis quae principem & iudicem debent mouere & inclinare eodem.
De decem rebus, per quas princeps poliam suam conferuat. 251. a
De multiplici bono, quod consequitur ciuitas obediendo principi suo. eod. b
Quomodo princeps se habere debet ut diligatur ac timeatur a subditis 252. a
Quid sit ciuitas & quid regnum eod. b
De obedientia & reuerentia, quas populus principi suo tenetur eod. b
De causis, propter quas princeps fideliter conari debet, ut cum subditis ius habeat pacem 253. b
Quomodo princeps seculares habere se debent circa reformationem spiritualis atque ecclesiastici status. 254. a
De plurib; causis, propter quas principes seculares decet praesatis modis pro reformatione & statu spiritualis conari eod. b
De feruore ac diligentia sanctissimorum principum ueteris testamenti, circa reformationem atq; augmentum cultus diuini spiritualisq; status, quae sequi debent principes Christiani 255. a
De sancta ac feruida diligentia illustrissimorum principum Christianorum, circa promotionem cultus diuini & meliorationem status spiritualis atq; ecclesiastici. eod. b
De militia & opere bellico 256. a
De quibus non sit in hac editione tractandū, & de quibus regionibus, de quibus etia artibus eligendi sunt bellatores, & de signis animositatis ac roboris corporalis eod. b
De octo proprietatibus, quas expedit bellatores habere. eod. b
De quibusdam documentis ad bellatores pertinentibus. eodem.
Excusatio a diffusiore prosecutione huius materiae. 257. a
Quod princeps non debet ad bella procedere, nisi probabiliter sciat se iusta causam habere eod.
Quod in praelio tota spes ponenda est in deo, & uictoria expectanda ab eo: attamen facere debet homo pugnaturus, quicquid per suam industriam atq; potentiam licite facere potest. eod. b
De magnanimitate habenda in praelijs, & quod cum iucunditate pugnandum sit pro causa iusta. 258. a
De duplici preparatione ad pugnam, & q; duran te ipso praelio sit corleuandum ad decum. eod.
Quomodo princeps bellatores suos debet exhorari antequam ineat bellum, seu bello iam imminente accipiente eod. b
Quod principes & pugnatores debent euentum belli deo finaliter fiducialiterq; committere. 259. a
Quod principes & populi ei diligere debent eos, contra quos pugnat, etiam si eos occidat uel occidat ab eis eod. b
Quod deus interdum permittit iniustos principes melioribus praualere, etiam dum principes iniusti causam habent iniustam eod. b
De amore ac fidelitate militum atque nobilium ad principem suum 260. a
De rebus quae requiruntur ad hoc q; bellum feliciter eod. b
An licet in bellis uti in fidijs, an etiam licitū sit diebus festis pugnare eod.
Recitatio quorundam exemplarium bellicorum gestorum, ex quibus princeps & pugnatores eius multas possunt penitare caueas, & diuersa pericula euadere. 261. a
Prosecutio narrationis bellicorum gestorum: ubi ostenditur quod hostes etia uicti, non sunt nimis angustandi eod.
Prosecutio de bellicis gestis: ubi ostenditur quod bellandum praerudus est aprior locus 261. b
An expedit principem personaliter esse in bello 262. b
Quod principis est providere, ut in urbibus suis seruetur iustitia in mutuis, uenditionibus ac emptionibus ciuium. 263. a
An torneamenta liceant pugnantibus atque militibus eodem.
Exhortatio principum Christianorum ad recuperationem sancti sepulchri & terrae sanctae. 263. b

D. DIONYSII A. RICKEL

Qualiter habere se debent in confitendo & conuincendo eod. b
Qualiter habere se debent in uestitu & ornamentis, & circa ministrationem eod. b
Qualiter debeat homo applicare & unire se deo. 263. a
De contemplatione dei per donum sapientiae & gustum internum eod. b
De modo proficiendi in dei amore & omnium hominum charitate 264. a
Quod diligens consideratio ac frequens recordatio passionis Iesu Christi maxime ualet ad omnium uiciorum extirpationem, ad omnium uirtutum ademptionem, profectum & conseruationem eodem.
De quibusdam rebus salubribus saepe considerandis. eod. b
De misericordijs & gaudijs electorum 265. a

CARTHVSIANI, ELENCHVS.

Qualiter habere se debent in confitendo & conuincendo eod. b
Qualiter habere se debent in uestitu & ornamentis, & circa ministrationem eod. b
Qualiter debeat homo applicare & unire se deo. 263. a
De contemplatione dei per donum sapientiae & gustum internum eod. b
De modo proficiendi in dei amore & omnium hominum charitate 264. a
Quod diligens consideratio ac frequens recordatio passionis Iesu Christi maxime ualet ad omnium uiciorum extirpationem, ad omnium uirtutum ademptionem, profectum & conseruationem eodem.
De quibusdam rebus salubribus saepe considerandis. eod. b
De misericordijs & gaudijs electorum 265. a

DIRECTORIUM VITAE NOBILIVM, CONTINET ARTICVLOS XXXV.

Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Praefatio 266. a
De fundamento atq; exordio conuersationis hominis ac uirtuosa 266. b
De processu in uita uirtuosa, & q; necessarij sit hominibus timor dei eodem.
Qualiter ex praeracto exercitio timoris dei, perueniatur ad perfectum & purum amorem ipsius, & ad sapientiam salutarem 267. a
Quae sancta humilitas maxime necessaria sit cunctis hominibus. 268. a
Quod timor dei & humilitas singulariter sint necessariae nobilibus & excellentibus personis eod. b
Quod personae nobiles non debeant carnale nobilitatem, potestatem & opulentiam multum reputare 269. a
Qualiter omnis Christianus debeat totam uitam suam ordinare ad dei gloriam & honorem eod.
De obseruantia praepceptorum. eod. b
Expositio duorum principalium praepceptorum 270. b
Qualiter omnia corporalia sint ordinanda ad spiritualia bona. 271. a
De moderamine obseruado in cibo & potu eod.
Qualiter nobiles & illustres personae habere se debent in uestimentis & ornamentis eod.
Quam uitiosus, danabilis ac uitandus sit immoderatus, superfluous & lasciuus uestitus atque ornatus, ex uerbis sanctorum patrum & excellentissimorum doctorum eod. b
Quod in praerato ornatu superfluo & uestitu scandalizatio scandalizatio consistat mortale peccatum. 272. b
Obiectio contra praedicta 273. a
Solutio obiectio istarum eod. b
Demonstratio ex diuersis considerationibus, q; in exteriori ornatu superfluo & uestitu scandalizatio consistat mortale peccatum 274. a
De ineffabili enormitate peccati eorum qui ita se ornant. eodem. b
Qualiter oia iam praerata contra ornamenta & reprehensibilia uestimetra foetiae & puellae nobilitate applicanda sint ad uiros ac iuuenes 275. a

DE VITA ET REGIMINE PRINCEPVM DISSAE DIALOGVS CONTINET ARTICVLOS XIIII.

Illumina domine deus meus oculos interiores. Praefatio. 260. b
De praeparatione cordis ad deuotam Christi receptionem, lautam refectionem atq; dignissimam eius in habitationem eod. b
Qualiter omnia ista queant impleri. 261. a
Qualiter personae sublimes ac praesidentes, in omni sua occupatione, honoratione ac praesidentia queant & debeant in dei timore & aequitate, in omni uirtute & aequitate stabiles permanere. eod. b
Qualiter habere se debet persona praesidens ac sublimis in orando ac laudando deum altissimum. 262. a
Qualiter illustres dominae ac domicellae habere se debent in ecclesia, praesertim in celebratione ac diuino officio. eod. b

20	Qualis debeat esse uestitus cuiuslibet Christiani.	275.b
21	Qualiter debeat homo omne tempus suum fructuose & ornate expendere	276.a
22	Qualiter claudendus sit dies, & quomodo circa somnium sit moderamen habendum	eodem.
23	Quod nobilium ac magnatum filij ac filie sint ab infantia diligentissime instruendi in uirtutibus atque scientijs & in uera morum facie	eod.
24	Qualiter circa familiam & ancillas habere se debeat femina nobilis	eo. b
25	De uitandis choreis & spectaculorum ac tornearum aspectibus	eod. 2
26	Quam reuerenter oporteat deo seruire	277.a
27	Qualiter habere se debet homo in orando	eo. b
28	Quod personæ nobiles debeant ad opera misericordiae esse pronæ ac liberales	eodem
29	De cordiali & quotidiana recordatione passionis domini Iesu Christi	278.a
30	De generalibus remedijs contra omnes tentationes.	eod. b
31	Quod uirtutes morales ualde necessariæ sint nobilibus atque magnatibus.	279.a
32	De moribus sceminarum	eod. 7
33	De statu & castimonia uirginali.	eod. 8
34	De statu & continetia coniugali	280.a
35	De spiritali profectu in cognitione & contemplatione dei.	eod. b
DE VITA MILITARI LIBER VNVS CONTINET ARTI- CVLOS XII.		
	Labora sicut bonus miles Christi	Præfatio 281.
1	Cur instituti sint milites	eod. b
2	De actibus qui ad milites specialiter pertinent.	eodem.
3	De præconijs & meritis conuersationis ueraciter militaris, et de dignitate militaris officij	282. a
4	De uirtutibus quæ ad milites specialiter pertinent.	eo. b
5	Quod uirtuosa & exemplaris debeat esse militum uita.	eodem.
6	Quod status uitæ ac dignitatis militaris sit iam ualde deformatus, & quam uiciosa sit atque damna bilis quorundam militum uita	283. b
7	De magnitudine premiorum felicitatis & gloriæ militum uirtuoforum, de acerbitate quoque damnationis & poenæ multiplicis militum iniquorum.	eodem.
8	Declaratio exemplaris de magnitudine felicitatis militis uirtuosi, & de inæstimabili damnatione militis uitiosi, ex reuelationibus sanctæ Brigittæ.	284. a
9	De documentis beatissimi Iohannis Baptistæ, quæ dedit militibus.	eo. b
10	De quibusdam magnis peccatis, uanitatibus, ab usionibus & excessibus, quæ regnât in multis militibus & militaribus & curialibus uiris	285. a
11	Quod de multis rebus in hoc opusculo esset tractandum, nisi in his tractatibus inde esset tractatum.	eodem. b
12	De aliquibus documentis Vegetij in libro de arte	

OPERVM MINORVM		
& re militari, pertinentibus ad pugnatore & milites.		
296. a		
DE LAVDABILI VITA CONIUGATORVM LIBER VNVS; CONTINET ARTI- CVLOS XLV.		
	Dixit dominus deus: Non est bonum hominem esse solum.	Præfatio. 292. a
	Quod matrimonium est unum de septem sacramentis ecclesiæ	eod.
	De commedatione matrimonij	eod. b
	De aliquibus malis statui coniugali adiuunctis.	299. a
	Quod non solum castitas uirginalis, sed etiã continentia uidualis præferenda est matrimonio.	eodem.
	An actus matrimonialis possit exerceri sine peccato, & quâdo actualis ille est culpabilis uenialiter, & quando mortaliter	eo. b
	De tribus bonis, quæ excusant matrimonij actum ab omni peccato & eum honestant	299. a
	De his quæ uiri debent suis uxoribus	eod. b
	De multiplici dilectione, qua coniugati se inuicẽ diligere debent	eod.
	De proprietatibus ac moribus mulierum, & quomodo uir habere se debet in instruendo & corripiendo suã uxorem.	300. a
	Quomodo uir est caput suæ uxoris & superior ea in gubernatione domus & sobolis atque familiæ	eodem. b
	An uiri debeant sua secreta suis uxoribus reuelare, & an debeant uti consilio suarum uxorũ	301. a
	De his quæ coniuges tenentur suis maritis	eo.
	Quid parentes tenentur filijs ac filiabus.	eo. b
	Quam magnum donum dei sit habere coniugem bonam, sicut & infelicissimum est habere coniugem malam & qualiter instruendi sint filij ac filie de modo se habendi circa matrimonium contrahendum.	302. a
	Quomodo pater familiæ & uxor eius habere se debet circa seruos & ancillas ac operarios	eo. b
	Qualis debeat esse uita cuiuslibet Christiani.	303. a
	De aliquibus euangelicis documentis.	304. a
	Adhuc de aliquibus Christi doctrinis, ad omnes Christianos pertinentibus.	305. a
	Persecutio documentorum Christi, in quibus omnium fidelium salus consistit.	eod. b
	Quod quilibet Christianus tenetur obedire præceptis dei atque ecclesiæ & rationi suæ conscientiæ.	306. a
	De primo præcepto	eod. b
	Declaratio secundi præcepti	307. a
	Declaratio tertij præcepti	eod. b
	De quarto præcepto	308. a
	De quinto præcepto	eod.
	De sexto præcepto	eod. b
	De alijs tribus præceptis	309. a
	Cum quanta diligentia, integritate ac fidelitate obseruanda sint diuina præcepta & quod nõ prodest custodire unum sine adimplectione aliorum.	eodem.

Q. Chri.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, ELENCHVS.		
29	Quod Christiani debeant operibus misericordie esse intenti	309. b
30	Qualiter coniugati tempus suum quotidie fructuose ac meritorie expendere debeant	310. b
31	Contra ditiosam consuetudinem & carnalem uitam multorum, tempus suum quotidie negligenter, damuabiliter, miserabiliter que consumuntur.	311. a
32	Contra potatores ex sacra scriptura	311. b
33	Quam decenti, moderato, humilij uestitu uti debeant omnes Christi fideles uiri ac feminae.	eodem.
34	Quam grauissimum peccatum sit adulterium.	312. b.
35	Quam salubre sit confiteri frequenter ac pure.	eo.
36	Qualiter habere se debet homo in confitendo.	313. a
37	Quomodo coniugati & omnes parochiani habere se debent circa suum pastorem aut eius uicarium, & quæ oblationes ac decimas fideliter ac libenter persolvere debent	314. a
38	Informatio pertinens ad principes ac dominos temporales, & ad iudices, scultetos, scabinos ac ceteros in officijs constitutos	eod.
39	Qualiter homo iuste habere se debet in emendo atque uendendo.	eod. b
40	Quibus & quando ac qualiter sit restitutio facienda.	315. b
41	De ludis ac iocis, qualiter liciti sint uel illiciti, & quid fieri debeat de lucratis per ludum	316. a
42	De aliquibus documentis sacre scripturæ, pertinentibus ad omnes Christianos	eod. 8
43	De eadem materia ex diuina scriptura. et quod uita electorum in hoc mundo temptationibus ac tribulationibus plena est, & quam patienter ac fortiter habere se debeat humilissimi	317. a
44	Quomodo Christiani habere se inuicem debent in uerbis	eod. b
45	Qualiter quilibet Christianus quotidie se habere debet in meditando ac orando, ac audiendo diuini officij	eod. b
DE IVSTO PRETIO RERVM, INTER RELIGIOSVM ET MERCATOREM DIALOGVS, continet articulos XIII.		
	Nolite facere iniquum in iudicio & pondere.	
	Præfatio.	318. a
1	Quod mercatoribus & negotiatoribus necessarius sit magnus timor dei & custodia cordis, alioquin incident multa & magna peccata	318. b
2	Responsio religiosi, qualiter mercator in suo officio habere se debeat iuste, uirtuose ac meritorie.	319. a
3	Quomodo negotiator in rotâ ac tantis curis & occupationibus ac inquietudinibus suis possit corâ deo manere custoditus & timoratus	eod. b
4	Responsio ad quasdam questiones negotiatoris	320. a
5	An negotiator competentiam habens, possit adhuc bona conscientia se negotiationibus occupare.	320. b
6	De fallaci & uana prosperitate negotiatoris.	321. a

7	Quod sicut in aquis, ita in terris periculosum sit occupari	eod. b
8	De peccatis negotiatorum officio communiter magis annexis	322. a
9	Recitatio laudabilium exemplorum ex gestis negotiatorum.	eod. b
10	Consultatio negotiatoris.	317. a
11	Responsio religiosi ad ista	eo. b
12	Responsio negotiatoris.	eo.
13	Confortatio atque instructio negotiatoris	eo.
DE REGIMINE POLITIÆ LIBER VNVS, CONTINET ARTI- CVLOS XXXVII.		
	Secundum iudicem populi, sic & ministri eius.	
	Præfatio.	319. a
	De origine ciuitatum & de causis fundationis earum.	eod. 1
	Quid sit ciuitas, & quid respublica.	eo.
	Quales debeat esse rectores ac iudices ciuitatum, eodem.	
	Qualiter præceter uirtutes in antiquis præclarissimis iudicibus ac rectoribus reipublicæ inueniunt.	320. a
	Quid sit prudentia & de actibus eius.	eod. b
	Quod nullus sit uere prudens nisi uirtuosus, & quomodo homo fiat prudens, atque de impedimentis prudentiæ	321. a
	Qualiter antiqui iudices ac rectores studuerint sapientia, & auariciam atque temperantiam uitauerunt.	eod. b
	Quod iustitia ad iudices & rectores reipubl. maxime pertinet	322. a
	De his quæ requiruntur ad hoc, quod rectores ac iudices recte & digne ac meritorie iudicent	eo. b
	Quod iudices tenentur frustratorias dilationes & tardiosas ac non necessarias moras præscindere ac uitare.	323. a
	Quod illi qui in magnis peccatis sunt, indigni sint iudicare eos, qui in iisdem ac minoribus sunt peccatis.	eo. b
	De uarijs causis, ob quas iudices & rectores dare se debent ad conuersationem iustam, uirtuosam & exemplarem.	324. a.
	De aliquibus documentis ad iudices ac rectores reipublicæ pertinentibus	eod. 13
	Qualiter sit consulendum.	325. a
	De aliquibus documentis magistri Henrici de Halsa, pertinentibus ad bonum regimen ciuitatum, eodem.	
	Qualiter Iudæi permittendi sint habitare inter Christianos	eod. b
	De obedientia ac reuerentia, quas communitas superioribus suis tenetur	326. a
	De multis bonis, quæ ciuitates consequuntur obediendo fideliter principibus & officialibus ac magistratibus suis	eod. b
	Quid agendum sit communitati, si princeps tyrannizet	327. a
	De differentijs inter regem & tyrannum	328. a
	De uarijs causis, quæ unumquemque principem mouere atque accedere debent ad hoc, ut sit uere semper pacem habere cum ciuitatibus & ceteris suis distis suis	eod. b
	Ante	

ARTICVLORVM II. TO MI OPERVM MINORVM

22 An expedit urbibus innovare patrias leges & consuetudines suas, potissime si nouæ sint meliores. 319. a

23 Quid uideatur agendum, dum inter principem & cõmuniter seu urbem aliqua oritur dissensio propter patriarum legum & consuetudinum approbatarum immutatione, destructione: & qd ad principem terre pertineat leges instituire, dare, interpretari & dispensare in eis. eod. b

24 De imperfectione legis humanæ. 330. a

25 Vtrum licitum sit principibus ac iudicibus relaxare reis ac criminosis debitam poenã. eod.

26 An iudex debeat terre sententiam contra ueracitatem quam nouit. eodem. b

27 Quod propter peccata hominũ ciuitates, regna ac principatus destruantur, grauantur aut transferantur: sed propter uirtutes hominũ stabiliuntur ac prosperantur. eod.

28 De uarijs causis, propter quas rectores ac iudices ciuitatum, imò & ciues communiter conari debent, ut deuotæ ac religiosæ personæ utriusque sexus abundent ac multiplicentur in urbibus, & ut sacerdotes claustrales ac ceteri ad spiritualem statum pertinentes, reformentur, & uere deuote ac spiritaliter uiuant. 331. a

29 Quod aliqui ciuium debeant artis bellicæ esse periti & ad pugnandum idonei. eod. b

30 De octo proprietatibus, quas bellatoribus decernesse. eodem. b

31 De quibus materijs sit consequenter in isto libello tractandum, & de quibus non. 332. a

32 De duplici preparatione ad bellum, & quod bellum durante cor sit eleuandum ad deum. eod. b

33 Quod bellatores spem suã in deo ponere debent, & euentum & exitum belli ci fideliter finaliterq; committere. 333. a

34 Quod cũ magnanimitate & bono animo sit pugnandum pro causa iusta. eod. b

35 Quæ requiruntur ad hoc qd bellum sit iustum, & de diligentia inquirendi an bellum sit iustum, atq; pugnetur aut succurratur. eodem.

36 An liceat in bello uti insidijs, & utrum liceat diebus festis pugnare. 334. a

37 De cautelis circa bellatores & in prælijs prouide obseruandis. eodem.

DE LAVDABILI VITA VIRGINALI LIBER VNVS, CONTINET ARTICVLOS XIII.

Virgo cogitat quæ domini sunt. Procemiliũ. 335. a

1 Cur dominus & saluator noster in euangelio uirginitatem docuit, cõsuluit & laudauit. eod. a

2 Quid sit uirginitas. 347. b

3 Laudatio sanctæ uirginitatis. eodem. b

4 De his quæ uirginibus sunt uitanda ac metuenda. 336. a

5 De his quæ specialiter ualent ad uirginitatis conseruationem. eod. b

6 De ceteris quæ uirginibus sunt seruanda, & quæ eis sunt fugienda, ut scilicet sint reuocata & moderata in uerbis, custodita in uisu, & operose notiosa, matura non leues, nec curiosæ in ornatus

acuestibus. 337. b

Adhuc de aliquibus rebus, quæ conseruatiuæ & corroboratiuæ sunt uirginitatis. 338. a

Qualiter resistendũ sit tentationibus carnis & inconuenientijs. eod. b

De multiplici, copioso, singulari que præmio. eodem.

Quod uirginitati debetur fructus centesimus in regno cœlesti. 339. a

De obiectionibus infidelium atq; carnalium hominum circa uirginitatem. eod. b

Solutio argumentorum istorum. eod.

Qualiter uirgo debeat se quide, imò & incessanter coram deo habere, ac semper ad meliora & perfectiora festinare. 340. a

Qualiter uirgo deuota debeat mentem suam sponso cœlesti indifferenter unire, & in ipsius contemplatione, amore & cultu gaudere. eod. b

DE LAVDABILI VITA VIDV. ARVM LIBER VNVS, CONTINET ARTICVLOS XVI.

Eo qd castitatem amaues &c. Præfatio. 340. b

De triplici castitate & cõparatione earum ad inuicem. 341. b

Cur castitas uidualis in nouo testamẽto commendetur & consuletur. 342. a

De documentis Apostoli ad uiduas pertinentib; eodem.

De diuersitate uiduarum, & qd non omnibus uiduis sãdem actus conueniunt, neq; æquale præmiũ pro continentia uiduali. eod. b

De uirtutibus atq; operibus ad uiduas, inquantũ sunt uiduæ, specialiter pertinentibus. 343. a

De quibusdam documentis beati Augustini ad uiduas pertinentibus. eod. b

An consulendum sit uiduis seu etiam coniugatis, ut uidualem castitatem deo promittant. 344. a

Quæ castitas difficilissimè obseruetur, uirginalis an uidualis. eod. b

Quam custodite & caute in omnibus habere se debent uiduæ, præsertim quæ castitatem uouerunt eodem.

Qualiter uiduæ ad perfectionem uirtutum pertinere possint ac debeant. eod.

De obseruantia præceptorum dei atq; ecclesiæ. 345. b

Quomodo uidua habere se debet in orãdo ac deum laudando. 346. a

De patientia in omni aduersitate inuolabiliter hilariterq; seruanda. eod. b

De remedijs cõtra tentationem. 347. b

De conuersatione Christi in seculo isto, & de passione ipsius, ac alijs rebus ad salutem spectantibus. eod.

De contemplatione dei. 348. a

CONTRA AUARITIAM, AD QUANDAM VIDVAM EPISTOLA CONTINET ARTICVLOS X.

Vene

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI, ELENCHVS.

Venerabili ac deuotæ personæ. 348. b

Quare filius dei uenerit in hunc mundum. eod.

Quid sit auaritia. 349. a

Quod uehemeter sacra scriptura uituperet & cõdemnet auaritiam. eodem.

Quod bona temporalia debent esse communia, quantum ad usum. eod. b

Quam periculosum sit, temporalia bona retinere superflue. eod.

Contra auaritiam ex dictis sanctorum patrum. eodem.

Quod multa mala sequantur ex auaritia, & qd uenementer impediatur hominem à charitate & gratia dei atq; à regno cœlesti. 350. a

De causis seu occasionibus inducentibus ad auaritiam. eodem.

De remedijs contra auaritiam. eod. b

Consilium eius qui hæc scribit. 351. a

INTER IESVM ET SENEM DIALOGVS.

Ne indigneris quæso bone Iesu. 351. b

DE IVDICIO MORTIS ET VARIJS CASIBUS EIVS ELEGIA. 352. b

INTER IESVM ET PVERVM DIALOGVS, CONTINET ARTICVLOS IX.

Complexans Iesus paruulos, imposuit manus super illos. Præfatio. 353. a

Qualiter puer scholaris mentem suam coram domino Iesu Christo effundat. eod. b

Exhortatio Iesu Christi ad mundi contemptum ac conuersationem deuotam. 354. a

De uarijs motiuis, quibus inducendi sunt scholares, præsertim pueri adhuc innocentes, ad diligentem profectum scientiæ ac uirtutum, ad conuersionem quoq; perfectam. eodem.

An consulendum sit puero iam deuoto, & in particularibus scholis competenter instructo, ad uniuersale studium proficisci. 355. a

Exhortatio ad carnalium parentum & propinquorum atq; sodalium natalisq; derelictionem propter deum. eod. b

Confirmatio salubris propositi. 356. a

Qualiter tentationibus sit resistendum. 357. b

De laudabilibus moribus puerorum, & cur speciatim diligantur à deo. 358. a

Qualiter in religione & sancta cõgregatione possit quis compendiosus proficere & ad perfectionem pertinere. 359. a

EPISTOLA ET REVELATIO MISSA EXECUTORIBUS TESTAMENTI & C.

Animarum cooperari saluationi. 360. a

DE REFORMATIONE CLAVSTRALIVM LIBER VNVS, CONTINET ARTICVLOS XXI.

Omnia honeste & secundum ordinem stant in uobis. 360. a

Qualis debeat esse conuersatio monachorum. eodem.

De tribus principalibus Christi consilijs, in quib; fundantur ista uota religiosorum, quæ sunt de essentia cuiuslibet religionis. eod. b

De diffinitionibus monachi secundum Climachiũ. 361. a

De uarijs considerationibus & motiuis, quæ Abbatibus & superiores monachoru inducere debent ad reformationem monasterioru, atq; sollicitã gubernationem monachorum suorum. eod. b

Exhortatio ad abbates & prædicates. 364. b

Quam periculosa sit uita religiosorum, negligenter irregulariterq; uiuentium. 365. a

Exhortatio religiosorum qui lapsi sunt, ad reformationem, præsertim propter mirabilem spiritum alia & uirtuosæ uitæ dulcedinem. 366. a

An liceat monachis habere proprium aut peculiũ, & quid nomine peculiũ designetur. eod. b

Quod religiosum habere peculiũ atq; proprium, sit contra euangelica Christi consilia. 367. a

Quod monachum habere proprium aut peculiũ, sit contra decreta generalium Conciliorum. eodem. b

Quod monachum habere proprium aut peculiũ, sit contra Decretales summorum pontificũ. eodem.

Quam diligenter & inuolabiliter obseruanda sint generalium conciliorum atq; summorum decreta pontificum. 368. a

Contra quosdam, peculiũ monachorum periculose & imperite excusantes. eod. b

Quod habere peculiũ, sit contra intentionem & iussionem patrum sanctorum, qui ordines instituerunt. 369. b

Quod monachum habere peculiũ, sit cõtra doctores scholasticos. 370. a

De uitijs monachorum, quæ ex peculio & proprietate sequuntur, & quomodo proprietates sine uisum noceret, si usus absq; proprietate. eod. b

Quod ex dictis præfati doctoris sequitur, peculiũ monachorum esse illicitum. 371. a

Quod monachorum ordinis sancti Benedicti & aliorum communiter, demptis solitariam uitam agentibus, debeat esse mensa communis cum lectore ad refectorium. eod.

De sobrietate, siliçio & alacritate in dei obsequio conseruandis. eod. b

Cõtra irreligiosos religiosos, ex dictis sancti Bernardi. eod.

De modo quo, qui præest seu Abbas, procedere debet ad reformationem claustru seu gregis sibi commissi. 372. b

DE REFORMATIONE MONIALIVM DIALOGVS CONTINET ARTICVLOS XI.

Vox sponsi: Aperi mihi foror mea sponsa. Præfatio. 373. a

Quod uniuersæ moniales debeant permanere sub perpetua monasterij sui clausura. eod. b

Quod moniales à principio suæ institutionis fuerunt clausæ, & de causis huius clausuræ, & qualiter ad uiolationem clausuræ istius sint lapsæ. 374. a

Quam necessaria & fructuosa sit monialib; clausura perpetua. eod. b

dd

Qua-

ARTICVLORVM II. TO MI

4	Qualiter inducendæ sint moniales ad clausuram & ad obseruatiã regulæ, sicut professæ sunt & tenentur.	375.a
5	Quam periculosissima, uisiosissima & damnabilissima sit uita monialiu irregulariter conuersantium, nec sua uota implentium.	cod.b
6	Qualiter monialis possit ad tantam uirtuositatẽ atq; tam dulcem cœlestis sponsi degustationẽ uenire, ut non cupiat exire cœnobium, nec habere aliquod mundanum solatium.	376.a
7	De multis rebus, ex quarum cõsideratione debet religiosa persona induci ad executionem efficacẽ suæ professionis.	cod.b
8	Quod moniales in cõmuni & regulariter cõuersantes multo delectabiliorem dulcioremq; uitã, imò & sufficientiorem refectionẽ habent, quã illæ quæ propria habent & præparant sibi.	377.a
9	Contra exteriorem ornatum monialium in uestibus.	cod.b
10	Quã grauitè peccens religiosæ personæ obediẽtiam non seruantes.	378.a
11	Exhortatio monialium ad poenitentiam & reformationem.	co.b

DE MODO IUDICANDI ET CORRIPIENDI LIBER VNVS, CONTINET ARTICVLOS XX.

1	Quæstionem mihi proposuisti frequenter.	4
	Præfatio.	379.a
2	De uerbis scripturæ canonicæ, ex quibus uidetur quod iudicare non liceat.	cod.b
3	De uerbis ac gestis sanctorum patrum, ex quibus uidetur quod nec iudicare liceat neque corripere.	cod.
4	Introductio rationũ, ex quibus uidetur quod nõ liceat alicui, præsertim religioso subdito, quempiam iudicare siue corripere.	380.a
5	Probatio ex scriptura canonica, quod iudicare et corripere alios, actus sint omnibus liciti ac meritorij.	cod.b
6	Quod iudicare & corripere alium, actus sint liciti etiam monachis, ex uerbis & factis patrum sanctorum.	cod.b
7	Ex dictis sanctorum qui ordines fundauerunt, quod monachis etiã subditis iudicare atque corripere liceat, imò incumbat.	381.a
8	Solutio quæstionis, & de multiplici iudicio ac uariã acceptatione iudicij.	co.b
9	De multiplici iudicio, & de uarijs documentis utilibus doctorum in præsentia materia, ex quibus solutio quæstionis proposita clari innotescit.	382.b
10	De quibusdam uerbis sanctorum & expositorũ circa loca scripturæ, in quibus iudicare prohibetur.	383.a
11	Quod timoratus, modestus atq; discretus debeat esse religiosus in iudicando.	384.a
12	Qualiter regulandi sint hominum actus, & quomodo quilibet regulare se debet.	385.a
13	De correptione fraterna & laudibus eius, & quomodo unicuique sit impendenda.	cod.b
14	Prosecutio huius materie, & expositio uerborum Christi de correptione fraterna.	386.a
	De uerbis quorundam expositorum super regulam Augustini	387.a

OPERVM MINORVM

1	Quomodo inferiores habere se debent circa superiores suos iudicando & corripiendo.	cod.b
2	An fraterna correptio liceat peccatori, ei uidelicet, qui sibi de mortali est conscius.	388.a
3	Quomodo facta dubia in meliorem interpretanda sunt partem.	co.b
4	Solutio eorum quæ ex uisitatum inducta ad probandum quod iudicare non liceat, potissime religiosis, & quod intelligenda sunt illa.	cod.
5	Solutio rationum quod non liceat religiosi iudicare neq; corripere.	390.b
6	Exhortatio ad correptionem fraternam & ad susceptionem correctionis paternæ, & de casibus in quibus præceptum de correptione fraterna patitur exceptionem.	391.a

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AUTHENTICIS LIBER VNVS CONTINET ARTICVLOS LXVIII.

1	Sapientiã sanctorum narrat populi. Præfatio.	392.b
2	De Iohanne Cassiano.	393.a
3	Quod ab Aegypti Thebaide monachis duodecim psalmi in uespertinis ac matutinis officijs dicebantur ex angelica traditione.	cod.
4	De tribus lenticulæ granis per festinantiam elapsis, & a dispensatore inuentis.	co.b
5	De charitativo seruire quorundam fratrum in communi obsequio.	cod.b
6	De sancta & indifcreta obedientia abbatis Iohannis, cuius merito cõsequutus est gratiam prophetiæ.	codem.
7	De admirabili patientia abbatis Pasnuri.	394.a
8	De magna humilitate cuiusdam nobilissimi tractris.	cod.
9	De uita, humilitate & patientia abbatis Pasnuri.	codem.
10	De abstinentia senum quorundã.	cod.b
11	De profectu abbatum Phefi & Iohannis.	co.b
12	De gratia & doctrina abbatis Machetis.	395.a
13	De fratre qui epistolâ sibi missas incendit, ne eas legendo distractionem mentis incurret.	co.
14	De sanctitate, sapientia & doctrina abbatis Theodori.	codem.b
15	De qualitate eremi anachoretarum, & de uirtutibus abbatis Arthebij.	cod.
16	De fraterna charitate cuiusdam senis.	396.a
17	De obedientia & continentia duorum adolescentum.	cod.
18	Quantæ mansuetudinis monachum esse oportet, & de falsa quorundam mititate.	cod.
19	De peruersitate cuiusdam fratris acediosi.	co.b
20	De operositate monachorum Aegypti, & de facto quodam abbatis Pauli, & de doctrina abbatis Moyfi.	cod.
21	Introductio exemplaris, qualiter uana gloria tenet ac decipit hominem.	cod.
22	De quorundam infelici superbia.	397.a
23	De rigore & sapientia abbatis Moyfi, atq; inseparabili sodalitate Cassiani & abbatis Germani, de illusione quoq; Iohannis abbatis.	cod.
24	Qualiter quidam in discretione decepti sunt, specialiter fenex Hieron.	co.b
	De duobus miraculis abbatis Abrahæ.	cod.
	Narratio exemplaris de sancto abbate Pasnurio.	codem.
	De abbate beato Ioseph.	cod.b
	De magna patientia cuiusdam foemina nobilis in Alexandria.	cod.
	De patientia abbatis Pasnuri, & mira ac malitiosa inuidia cuiusdam fratris aduersus eum.	cod.
	De patientia fratris cuiusdam.	401.a
	De uirtutibus Iohannis abbatis, qui ab anachoreta ad cœnobitalem redijt uitam.	cod.
	De abbate Theone.	codem.
	De quodam fratre deuoto, qui fragilitatem sustulit quando debuit communicare.	cod.
	De uita & uirtutibus Iohannis Climachi.	cod.b
	De magna contritione & poenitentia cuiusdam prædonis illius.	codem.
	De quibusdam exercitijs atq; uirtutibus fratrum conuentus illius.	402.a
	De compunctione & lachrymis coquinarij.	cod.
	De sancto Isidoro.	cod.b
	De humilitate & obedientia Laurentij sacerdotis eodem.	cod.
	De sanctitate & perfectione sancti Minæ.	cod.
	De humilitate & patientia fratris Abakiri.	403.a
	De uirtutibus Macedonij, primi diaconi cõgregationis præfate.	cod.
	De diuersis exemplaribus factis fratrum præfate congregationis.	cod.
	De mirabili patientia & humilitate fratris Innocentij.	403.b
	De obedientia & patientia magni Iohannis Antiochi.	co.
	De carcere & incarcerationis monasterij memorati eodem.	cod.
	De admirabili contritione & seruire cuiusdam fratris incarcerationi optantis.	405.a
	De magna emedatione cuiusdam solitarij negligentis.	codem.
	Exemplum horribile de Stephano anachoreta, & de diuini distractione iudicij.	cod.

D. DIONYSII A RICHEL

24	De duorum fratrum deceptione & unius eorum perditione.	397.b
25	Qualiter satanas in specie angeli sancti monachos duos decept.	cod.
26	Recitatio abbatis Setaiponis.	398.a
27	De edacitate cuiusdam fratris.	codem.
28	De uita atque uirtutibus sancti abbatis Pasnuri.	codem.
29	De perfectione abbatis Danielis.	cod.b
30	De puritate & eminentia abbatis Sereni.	co.
31	De castigatione prima abbatis Pauli.	cod.
32	De castigatione consimili abbatis Moyfi.	399.a
33	Qualiter duo philosophi & magi per sanctum Antonium sine conuersi.	cod.
34	De occisione quorundam sanctorum eremitarum ab infidelibus.	cod.
35	De importuno labore cuiusdam fratris.	co.
36	De sancto Arthebio episcopo & beatissimo Chæremone abbate.	co.b
37	De iustitia cuiusdam uiri secularis, qui in conuigio absq; carnali copula uixit.	cod.
38	Qualiter sanctus Macharius mortuum suscitauit.	400.a
39	De duobus miraculis abbatis Abrahæ.	cod.
40	Narratio exemplaris de sancto abbate Pasnurio.	codem.
41	De abbate beato Ioseph.	cod.b
42	De magna patientia cuiusdam foemina nobilis in Alexandria.	cod.
43	De patientia abbatis Pasnuri, & mira ac malitiosa inuidia cuiusdam fratris aduersus eum.	cod.
44	De patientia fratris cuiusdam.	401.a
45	De uirtutibus Iohannis abbatis, qui ab anachoreta ad cœnobitalem redijt uitam.	cod.
46	De abbate Theone.	codem.
47	De quodam fratre deuoto, qui fragilitatem sustulit quando debuit communicare.	cod.
48	De uita & uirtutibus Iohannis Climachi.	cod.b
49	De magna contritione & poenitentia cuiusdam prædonis illius.	codem.
50	De quibusdam exercitijs atq; uirtutibus fratrum conuentus illius.	402.a
51	De compunctione & lachrymis coquinarij.	cod.
52	De sancto Isidoro.	cod.b
53	De humilitate & obedientia Laurentij sacerdotis eodem.	cod.
54	De sanctitate & perfectione sancti Minæ.	cod.
55	De humilitate & patientia fratris Abakiri.	403.a
56	De uirtutibus Macedonij, primi diaconi cõgregationis præfate.	cod.
57	De diuersis exemplaribus factis fratrum præfate congregationis.	cod.
58	De mirabili patientia & humilitate fratris Innocentij.	403.b
59	De obedientia & patientia magni Iohannis Antiochi.	co.
60	De carcere & incarcerationis monasterij memorati eodem.	cod.
61	De admirabili contritione & seruire cuiusdam fratris incarcerationi optantis.	405.a
62	De magna emedatione cuiusdam solitarij negligentis.	codem.
63	Exemplum horribile de Stephano anachoreta, & de diuini distractione iudicij.	cod.

CARTHUSIANI, ELENCHVS.

64	Introductio plurimum exemplorum.	cod.b
65	De aliquibus documentis & quasi prouerbis Climachi.	codem.
66	Prosecutio introductionis documentorum salubrium.	405.b
67	Prosecutio hæc salutarium doctrinã.	407.a
68	De cæteris Climachi documentis.	cod.

DE PRÆCONIO SIVE LAUDE ORDINIS CARTHUSIENSIS LIBER VNVS CONTINET ARTICULOS 13.

1	Qui aut sunt Christi &c.	Præfatio.	409.b
2	De institutione ordinis Carthusiensis.	410.a	
3	De antiqua quorundam querela aduersus Carthusiensis, eo quod in nullo casu, in nulla uidelicet in firmitate carni eum aduicant.	codem.	
4	Reprobatio accusationis illorũ, & ad obiecta eorum solutio.	cod.b	
5	Confirmatio prædictorum ex tractatu doctissimi uiri Iohannis Cancellarij Parisiensis.	411.b	
6	De commendatione & testimonij sancti Bernardi ad fratres Carthusienses.	cod.	
7	De præconizatione, commendatione, confirmatione & priuilegiatione ordinis Carthusiensis, ex dictis summorum pontificum.	412.b	
8	De summis pontificibus, qui ordinis Carthusiensis cœnobia fundauerunt.	413.b	
9	Recommendatio & præconizatio ordinis Carthusiensis, ex uerbis & gestis sanctorum qui fuerunt in eo.	cod.	
10	De sobrietate, abstinentia & saluberrima continentia patrum sanctorum & omnium beatorum religiosorum.	414.a	
11	De aliquibus uerbis præfati doctoris circa prohibitionem hanc usus esusq; carniũ.	415.a	
12	Quid his Cancellarij dictis obijci possit.	cod.	
13	Contra quosdam religiosos, ciborum & potum obseruatores & discretiores immoderatos, quasi medicinaliter se regentes.	416.a	
	Exhortatio ad religionis ingressum ac solitarij uitæ amplexum.	co.b	

DE VITA INCLVSARVM LIBER VNVS, CONTINET ARTICULOS 19.

1	Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Præfatio.	417.a
2	De motiuo huius tractatuli.	cod.b
3	De initio uitæ emendatoris in reclusario.	cod.
4	Quam saluberrimum sit, passionem Christi stabili ter insigere menti.	418.a
5	De finali causa reclusionis ac solitariæ mansionis eodem.	codem.
6	De moderamine cibi ac potus & somni.	419.a
7	De discretione in omnibus obseruanda.	cod.
8	De custodia cordis.	cod.b
9	De debito reclusorij seu cellæ ac solitudinis.	420.a
10	De modo orandi atq; psallendi.	cod.b
11	Descriptio unius diei pro exemplo in solitaria uita.	cod.
12	Quomodo perueniatur ad perfectionem.	421.a
13	De spiritali superbia & uana gloria fugienda, & de	dd a humi

ARTICVLORVM II. TO MI OPERVM MINORVM

humilitate semper summe seruanda 421.b
13 Quomodo inclusa ad spiritalem patrem & colesorem habere se debeat 422.a
14 De preparatione mentis ad contemplatione eo. 26
15 De multiplici utilitate tribulationum & tentationum & de modo resistendi tentationibus eo.b
16 De rebus salubriter meditandis 423.b
17 De amore dei, & qd ardentissime debeat persona inclusa caelestem diligere spiritum eod.
18 Quomodo anima personae inclusa debeat deo af simulari 424.b
19 De contemplatione dei 425.a

DE LAVDE ET RECOMMENDATIONE VITAE SOLITARIAE LIBER VNVS CONTINET ARTICULOS 37.

Dixit Iesus discipulis suis. Praefatio. 426.a
1 Quid sit solitaria uita eo.b
2 Quod uita solitaria duplex est, ut puta pura solitaria, & uita sociali admixta. 427.a
3 De periculo solitariae uitae, & cur uita illa non congruat nisi perfectis eod.
4 De fine solitariae uitae. 428.a
5 Quod ista finalis solitariae uitae perfectio, sit omni solitario iugiter appetenda, assidue inteuenda, indefessio & studio exquisita. eod.b
6 De impedimentis praefatae perfectionis. 429.a
7 De requisitis ad eiusdem perfectionis adaptionem, & de remedijs contra impedimenta nunc tacta, eodem.b

8 De modo & ordine ascendendi ad finalem solitariae uitae conuersationis perfectionem 430.a
9 Quid a solitario exigat solitudo eod.b
10 De solitudine fructuosa & infructuosa 431.a
11 De reformatione interna. eod.b
12 Exhortatio ad indefinentem seruidumq; profectum. 432.a
13 Quam periculosum atq; danabile sit, in solitudine & cenobio non proficere omni die eod. b
14 Qd Christus in suis exemplis & documentis oem superbiendi & uane gloriandi occasionem, omne quoq; praesumptionem atq; factantiam abstulit seruis suis. 433.a
15 De actuali metis eleuatione ad deum assidua, imo & quantum possibile ektat continua eod. b
16 De perugili ac perenni cordis custodia. 434.a
17 De stabilitate mentis in deo eodem.b
18 Quam timoratos & humiles nos esse oporteat, si serui propter incomprehensibilia dei iudicia, et ob nostra occulta peccata, quae & frequenter latent nos ipsos. 435.a
19 De lumine discretionis obseruando in cunctis. eo. b
20 Qualiter diem expedere inchoemus, & de surrectione ad matutinale officium 436.a
21 De modo, attentione ac reuerentia in psallendo, orando, ac Horis caeteris persoluendis eo. b
22 De sanctis exercitijs cellae, & qualiter deceat solitarii totum tempus diei ac noctis occupare atq; expendere 437.a
23 De refectione sobria ac silentio spiritali loquutione plena eod. b
24 De somno solitarij. 438.a
25 De moderamine obseruando in exteriore & corpo

rali labore, ne per illum incurratur detrimentum internae deuotionis, sancti feruoris ac spiritalis profectus. eod. b
26 Quod solitarij omnibusq; monachus praecipue de beuitate ac ab horre temeraria & incauta iudicia, nec alios aspnari, neq; facilliter indigna i nec irasci. 439.a
27 De oris custodia ac diligenti silentio, & de forma loquendi eo. b
28 Quam dignum, gratum, saluberrimumq; consistat, dominica passione quoridie, imo assidue, intente & affectuosis reuoluere, tractare ac reminisci. 440.a
29 Qd electissima & incosparabile uirgineae dei matrem iugiter cõtemplari, delectabiliter inueniri, post deusum uenerari debemus. eod. b
30 De studio fructuoso & ordinato 441.b
31 Quod uita solitaria cõtemplatiua sit excellenter suaui, nobilis ac diuina 442.a
32 De laude solitariae uitae, ex uerbis & exemplis sanctorum eodem.
33 De diligenti cellae custodia, & quam difficulter sit egrediendum ex ea. 443.a
34 De quoridiana fructificatione, ordinato processu & iugi custodia solitarij. eo. b
35 De modo & practica proficiendi in diuino amore. 444.b
36 De contemplatione 445.a
37 De contemplatione superessentiali & superiori ossilimae trinitatis 446.a

DE VITA ET FINE SOLITARIAE LIBER PRIMUS CONTINET ARTICULOS 32.

Super quae requiescet spiritus meus. Praefatio. 446.b
De quo praesens intendat editio, & praesumptio nis in super excusatio. 447.a
2 Quod pura & excellentissima diuinae uitae imitatio, sit finis uitae solitarij eod. b
3 De uita primi uniuersitatis principij, dei uique in commutabilis simplicitateq; perfecti eod.
4 De emanatione diuinarum personarum ad intra. 448.a
5 De imitatiua illa assimilatione, qua diuinae uitae assimilatur uita humana, praesertim uero solitarij uita. eod. b
6 Quid cum caeteris fidelibus commune habeat solitarius. eodem.
7 Quid singulare habeat solitariorum intentio atq; professio 449.a
8 De nexu & ordine abrenuntiationis triformis. eo. b
9 Quod uniuersa solitariorum intentio, in contemplatione huius eor; finalia perfectionis incessabiliter dirigenda sit atq; figenda. 450.a
10 De duplici sine bifurmiq; beatitudine eod. b
11 Quod cunctis, praesertimq; solitarijs, sit discretio summe necessaria eodem.
12 Vnde ad deiformem uitae diuinae imitationem spiritu solitario sit ascensus, institutione, & huius assumendum exordium 451.a
13 De cibo & mensa solitarij eod. b
14 De somno solitarij. 452.b
15 Quid post subiectionem carnis sub spiritu agendum

D. DIONYSII A RICKEL

dum sit ad deiformem diuinam uitae assimilationem festinanti 453.a
16 De nobilitate uicticis animae, & ite m uilitate animae, concupiscentijs passionibusq; subiectae eo.
17 De multiplici corporalium exercitiationum, afflictionum, ceremoniarum, ieiuniorum ac uigiliarum commodo atq; profectu eod. b
18 De his qui frustra atq; insipienter corporales afflictiones exercitiationesq; assumunt eodem
19 De debito solitudinis. 454.a
20 De exercitijs & occupatiõibus cellitis, discrete sapientialiterq; in cellis profeguendis eod. b
21 Quae sint sacra dulcissima cellae opera eod.
22 De fructu dignitateq; studij 455.a
23 Ne operi manuum immoderate in sitamur eo. b
24 Vt non iudicemus nec indignemur, sed nec dānemus neq; spernamus 456.a
25 Ne nos ipsos aliquid esse opinemur, neque in propria confidamus iusticia, sed timeamus, atq; confratris nos inferiores arbitremur. eod. b
26 De custodia cellae, & quam difficulter sit egrediendum ex ea 457.a
27 De silentio & forma loquendi eodem.
28 De solitudine fructuosa atq; felici 458.a
29 De laude solitudinis & cellae, ex uerbis (ut fertur) sancti Basilij eod.
30 Laus solitariae uitae ex illustrium dignitate uiroorum qui eam incoluerunt eodem. b
31 De consuetudine ad matutinale officium 459.a
32 An uerus solitarius otiosus dici possit & solus. 9 eodem. b

DE VITA ET FINE SOLITARIAE LIBER SECUNDUS CONTINET ARTICULOS XIX.

Pars mea dominus. Praefatio. 460.a
2 Quod diuini intellectui conformetur intellectus humanus, non utique distaxat in contemplatione increatae essentiae, sed in agnitione in super reum creatarum eod.
3 De contemplatione super ineffabilis dei eod. b
4 De processu cõtemplationis dei benedicti ex creaturis. 461.a
5 Speculatio dei ueri ex operibus donisq; gratiae eodem. b
6 Quam sit fructuosum salubreq; ubertim dominicae passionis diligenter reminisci. 462.a
7 De ordine contemplandorum eod. b
8 Quod a contemplatiua deuotaq; mente felicissima uirginis Mariae contemplatio infatigabiliter amplectenda sit eod.
9 De triplici uia atque triformi actione hierarchica. 463.a
10 De altissimo humanae pfectionis uertice eo. b
11 De ampliori praeductorum elucidatione, & de subtilissimis quibusda dictis admirabilis uiri domini Iohannis Ruifbroich. 464.a
12 De necessitate & praeminentia charitatis eo. b
13 De argumentis & fomento ac causa charitatis fraternae. 465.a
14 De perfecta charitate proximi eod.
15 De uera atq; sincera charitate, per quam deo potissimum conformemur 60. b

CARTHUSIANI, ELENCHVS.

De tribus quae homines ad dei obsequium trahunt, & cur quidam serui quidem mercenarij, quidam autem amici appellentur 466.a
De concordia catholicorum doctorum & distinctione timoris eod.
De amabilitate diuinae naturae. eod. b
De sincera delectatione atq; admirabili dulcedine contemplatiuae uitae 467.a
De uera ac stabili pace cordis eodem.

DE REMEDIIS TENTATIONVM LIBER VNVS CONTINET ARTICVLOS XXXVI.

Militia est uita hominis super terram. Praefatio. 468.a
Quid sit tentatio & tentare eod.
Qui sint, a quibus homines tentari dicuntur, & qualiter tentare diuersimode cõueniat deo & angelis, mundo & carni, daemõnibus atq; hominibus. eod. b
De hostibus animae qui tentant nos 469.b
De inchoatione, progressionem & ordine diaboli cae tentationis in nobis eod.
Qualiter homo a diabolo, mundo & carne uarijs modis teneatur. 470.a
An omnis tentatio sit peccatum 471.a
An tentatio sit appetenda eod. b
De tentatione multiplici eod.
De magna & multiplici tentationum utilitate. 472.b
De quibusdam occultissimis & callidissimis tentationibus atq; in sidjs inimici 474.a
De his quae debent nos animare & accendere ad resistendum uiliter omni tentationi eod.
De abusionib; & impijs, quae in spiritali pugna contingunt 475.a
De generalibus tentationum remedijs, & de primo illorum eod. b
De secundo remedio tentationum, quod est incessabilis inuocatio dei & sanctorum. 476.a
De tertio tentationum remedio, quod est firmiter sperare in deo eod. b
De quarto tentationum remedio, quod est cõtrictio capitis tētoris ac tentationis: & qd se ipsum in omnibus corā deo humiliare, sit ualde accommodū ad praualendū omni tentationi 477.a
De quinto & praecipuo tentationum remedio, quod est dominicae passionis consideratio. 478.a
De sexto generali tentationum remedio, quod est consideratio diligens dignitatis humanae naturae, quam habet in donis naturae, & multo plus ex supernaturalibus donis gratiae eod.
De septimo tentationum remedio, qd est cõsideratio scripturarum, uera discretio & sapientia salutaris. eod.
De octauo tentationum remedio, quod est consideratio damnorum & nocuentor; quae homo incurrit consentiendo tentationi 480.a
De nono tentationum remedio, quod est intenta consideratio mortis eod.
De decimo tentationum remedio, quod est profunda cõsideratio tam uniuersalis quam particularis iudicij dei. eod. b

ARTICVLORVM II. TO MI

De undecimo tentationum remedio, quod est in fernalium tormetorum pensatio 481.b
De alijs decem generalibus tentationum remedijs 482.a
De uarijs adiutorijs, quæ misericors deus impendit hominibus cõtra tẽtaciones ultra uirtutes infusas 483.a
De uarijs modis diabolicæ impugnationis 484.a
De specialibus tentationum remedijs: & primo quod uirtutes expugnant tentaciones ac uicia, et specialiter quelibet uirtus uitium sibi contrariũ nec hoc solum, imò q̃ quælibet uirtus ualet ad resistendũ unicuiq̃ tentationi & peccato 485.a
De remedijs contra tentaciones superbigie 485.a
De remedijs tentationum auaritiæ 486.a
De remedijs specialibus contra tentaciones luxuriae 487.a
De remedijs tentationũ iræ & impatientiæ 488.a
De remedijs tentationũ inuidiæ & rancoris 489.a
De remedijs contra tentaciones acidiæ atque pigritiæ 489.a
De remedijs tentationum gulae 490.a
De remedijs cõtra quasdam molestissimas tentaciones secretas & raras 491.a
De quibusdam tentationibus, quæ solent quosdã religiosos grauius occupare, & earum remedijs 492.a

DE VIA PURGATIVA LIBER VNVS.

Volens purgari de peccatis 494.a

DE ORATIONE LIBER VNVS, CONTINET ARTICULOS XLII.

Opportet semper orare & non deficere. Præfatio 496.b
Quid sit oratio 497.a
De dignitate & utilitate & fructuositate orationis 498.a
De speciebus seu partibus orationis 498.b
De uarijs causis & incitamentis inuocandi deum indefinenter cum omni diligentia & seruire. 499.a
Qualiter exorãdus sit deus, id est, quã instanter ac seruide. 500.a
Quã reuerenter ac timorate oportet nos orare altissimum 500.b
Quod cum ingenti attentione atq̃ pernigili cordis custodia sit orandum 501.a
Quod deum adorandum exorare debemus perseueranter ac confidenter. 502.a
Quod cum omni humilitate, puritate & obedientia exorandus sit deus 503.a
Quod cum fletu ac gemitu sit orandum, præsertim in secreto. 503.a
Qualiter debemus nos præparare ad orandum idonee ac deuote 504.a
De uarijs meritorijs causis exauditionis 505.a
De uarijs quæ orationis exauditionem impediunt 505.a
De magnis & præclaris effectib⁹ orationis 506.a
Quando orandum sit, & quibus potissime horis sit orationi uacandum. 506.a

OPERVM MINORVM

De congruentioribus locis orandi eod.
Quid sit petendum in precibus deo oblati, & an aliquid determinatum sit à deo petendum 507.a
An oratio debeat esse diuturna 507.a
Cur assiduitas, improbitas, importunitas & orandi à Christo laudentur ac doceantur eod. b
De duplici orationis exordio. 508.a
Qualiter orans & poenitens uices & partes dei cõtra seipsum exerceat, atq̃ per hoc misericordiam & gratiam promeretur. 508.a
Qualiter diuersi diuersimode inuocant deũ. eod.
Qualiter deus diuersimode uidetur se habere circa orantes. 509.b
De diuersis nominibus orationis 510.a
De industrijs ac adiutorijs orandi deuote 510.b
Quod in priuatis orationibus in aliorum presentia factis uitanda sint gesta singularia, insolitam specialem deuotionem representantia: & quod uoce suppressa orandum sit cum exteriorum custodia sensuum 511.a
Quod quædam sunt orationes seruētissimæ, quæ tamen per modum orationis non exprimuntur. eodem. b
De duabus alijs & multis pennis orationis. 512.a
De speciebus instructiuorū orationis eod. b
Quod deum laudare sit nobilissimum, celestis atq̃ angelicus actus, & dignior q̃ oratio 512.a
De multiplici laude supergloriosissimi dei in se ipso. 513.a
Laus diuini esse ac diuinæ & increatæ uitæ. eod. b
Laus æternæ & increatæ sapientiæ eod.
Laus diuinæ & increatæ ueritatis, unitatis ac simplicitatis. 514.a
Laus dei de cæteris suis perfectionibus attributis. eod.
Laus diuinæ misericordiæ ac iustitiæ eod. b
Laus superaltilsimæ & superbeatissimæ trinitatis. eod. c.
Laus dei pro beneficijs eius 515.a
Laus dei in suis effectibus 515.a
De modo & practica pertingendi ad stabilitatem mentis in orationibus. 516.a
Qualiter perueniatur ad contemplatiuam orationem, quæ terminatur in raptum eod.

DE GAUDIO SPIRITALE LIBER PRIMVS CONTINET ARTICVLOS XXII.

Deus spei repleat nos omni pace & c. Præfatio. 517.a
Quod in sacra scriptura & dictis doctorũ sanctorum, gaudium uarijs modis accipitur eod. c.
Quod gaudium spiritale dupliciter sumitur, & qualiter ab Apostolo inter fructus spiritus connumeratur. 518.a
De duplici concupiscentia seu desiderio, duplici quoque delectatione & gaudio, & quomodo inter delectationem & gaudium assignatur distinctio. eod. c.
Quid sit gaudium diffinitiuè seu descriptiuè, & quomodo non sit idem quod dilectio uel contemplatio aut operatio, sed quietatio quæ dā ipsius potentie appetitiuæ seu apprehensiuæ eodem. b
Quã frequenter ac uigilanter sacra scriptura nos exhortatur ad gaudium spiritale 519.a
An beatitudo consistat in gaudio, & an delectatio aliqua sit quid optimũ de bonitate quoq̃ et malitia delectationum eod. b
An uiri in uirtutibus consummati sit, consolatio nem internam uel delectationem in domino spiritalem exquirere uel operari 520.a
Ad quid datus est homini affectus gaudendi, & in quo uere gaudendum est in quo ostenditur quid sit gaudere in deo, & iterum in solo acque de solo deo laudandum sit: & item quorũ modis contingat in deo gaudere. 521.a
De diuersa natura & distincta q̃litate gaudij hominum spiritualium atq̃ carnalium, secundũ Gregorium in libris Moralium super iob. eod. b
De gaudio mentis diuine, angelicæ & humane, secundum philosophica documenta seu naturalem rationem 522.a
De gaudio intellectus diuini, angelici & humani, seu dei, angelorum & hominum, secundum theologica sanctæ fidei documenta eod. b
De gradibus gaudij spiritualis 524.b
De multiplici causa delectationis & gaudij 525.a
Quid opponitur delectationi seu gaudio, & quomodo delectatio sit tota simul 526.a
Quæ delectationes sint maiores seu potiores, corporales an spirituales, & de effectibus delectationis seu gaudij eod. b
De subiecto delectationis & gaudij. 527.a
Qualiter ad spiritale gaudij consolationis & diuinæ gustum in eternum perueniatur eod. b
De causis ac uitijs quæ gaudium spiritale impediunt. 528.b
De utilitate & impuritate delectationis uitioꝝ carnalis ac inordinatæ: de nobilitate quoq̃ & puritate gaudij spiritualis ac uirtuosi. 529.b
An gaudium spiritale sit uirtus, actus uel habit⁹. 530.a
Cur consolatio interna seu gaudium spiritale, affectuosum, dulce ac perceptibile, hominibus etiã deuotis nõnunq̃ subrahatur, & quomodo debet se homo in tali subtractione habere. 531.a
De gaudio secundum Damascenum. 532.b

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, ELENCHVS.

exhortatur ad gaudium spiritale 519.a
An beatitudo consistat in gaudio, & an delectatio aliqua sit quid optimũ de bonitate quoq̃ et malitia delectationum eod. b
An uiri in uirtutibus consummati sit, consolatio nem internam uel delectationem in domino spiritalem exquirere uel operari 520.a
Ad quid datus est homini affectus gaudendi, & in quo uere gaudendum est in quo ostenditur quid sit gaudere in deo, & iterum in solo acque de solo deo laudandum sit: & item quorũ modis contingat in deo gaudere. 521.a
De diuersa natura & distincta q̃litate gaudij hominum spiritualium atq̃ carnalium, secundũ Gregorium in libris Moralium super iob. eod. b
De gaudio mentis diuine, angelicæ & humane, secundum philosophica documenta seu naturalem rationem 522.a
De gaudio intellectus diuini, angelici & humani, seu dei, angelorum & hominum, secundum theologica sanctæ fidei documenta eod. b
De gradibus gaudij spiritualis 524.b
De multiplici causa delectationis & gaudij 525.a
Quid opponitur delectationi seu gaudio, & quomodo delectatio sit tota simul 526.a
Quæ delectationes sint maiores seu potiores, corporales an spirituales, & de effectibus delectationis seu gaudij eod. b
De subiecto delectationis & gaudij. 527.a
Qualiter ad spiritale gaudij consolationis & diuinæ gustum in eternum perueniatur eod. b
De causis ac uitijs quæ gaudium spiritale impediunt. 528.b
De utilitate & impuritate delectationis uitioꝝ carnalis ac inordinatæ: de nobilitate quoq̃ & puritate gaudij spiritualis ac uirtuosi. 529.b
An gaudium spiritale sit uirtus, actus uel habit⁹. 530.a
Cur consolatio interna seu gaudium spiritale, affectuosum, dulce ac perceptibile, hominibus etiã deuotis nõnunq̃ subrahatur, & quomodo debet se homo in tali subtractione habere. 531.a
De gaudio secundum Damascenum. 532.b

DE PACE INTERNA LIBER SECVNDVS CONTINET ARTICVLOS XX.

Deus patientiæ & solati det uobis idiplum sapere.

Præfatio. 533.a
Quomodo pax sit beatitudo & fructus, & cur pacifici specialiter filij dei uocentur eod. b
De multiplici acceptione diuisione q̃ pacis. 534.a
De pace interna, spiritali & uera secundum doctorem sanctum: ubi ostenditur, in quo distinguanatur pax & concordia: & an pax sit idem quod uita æterna eod. b
An pax sit uirtus, uel potius effectus uirtutis, & quomodo diuersimode asserat pax esse effectus charitatis ac iustitiæ atq̃ prudentiæ. 535.a
De pace quantum ad suum gradum supremum seu esse perfectum, qd̃ habet in uiris perfectis, diuinis, heroicis. eod. b
De sex gradibus quibus crescit pax in statu contemplationis, & alijs quinq̃ gradibus eius. 536.b
De pace & diffinitionibus eius secundum Augustinum 19. de Ciuitate dei 537.a
De gradib⁹ pacis: & qualiter sit de necessitate salutis & in præcepto. eod. b
De pace secundum diuinum & magnum Dionysium. eodem.
De increata, immensa & sup̃dulcissima pace mentis diuinæ. 538.b
De pace uiatorum & comprehensorum: & quod pax uiatorum non possit in seculo isto esse perfecta 539.a
De commedatione seu laudibus pacis, in quo tangitur, an pax sit summum hominis bonũ eod. b
Quomodo perueniatur ad pacem spiritalem, ueram ac sanctam 540.a
Quæ sicut impissimum est pacem spiritalem ac bonam corrumpere, sic utile est pacem uitiosam destrucere. 541.a
De his quæ pacẽ reddunt commendabilem eod.
De his quæ ad pacem adipsicendam, seruandam ac perficiendam idonea sunt & magis accõmoda. eod. b
De his quæ paci aduersantur, eamq̃ expellunt ac auferunt. 542.a
Quod per pacem internam efficitur mens deuota lectul⁹ ueris uimiq̃ Salomonis, uidelicet unigeniti filij dei, imò totius superdignissimæ trinitatis. eod. b
An omnia naturaliter cupiant pacem 543.a
Instructio compendiosa de pace atque concordia. eodem. b
F I N I S.



ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAVDEM DIONYSII RICELI CARTHVSIVS ANTIQVARI EPIGRAMMA.

Quis nouus extaticus sophus hic? Dionysius ille
 Ricelus, e' coelo ceu Cato profiliens.
 Quatuor ista nimis metuenda nouissima q̄sum?
 Hoc ḡcilitium uendico stemma mihi.
 Quid latus clauus, uel istisq; simillima cygnos?
 Index germanæ candor amicitiae.
 Quid calami? quid pugilares? plurima produnt
 Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
 Ecquid habes epiphonema tandē singula claudēs?

Sit deus in seclum, sit benedictus Amē.
 Quid sol in manibus sibi uult? errātib; unde
 In rectam possent, mōstro, redire uiam.
 Sub pedib; p̄stratus humi cacodemō, inanes
 Demonstrat factus, quos ego despicio.
 Quid sibi uult tādē coeli undiq; & undiq; lumē?
 Nil coeleste nisi mens mea sollicitat.
 Sed qd opus multis frustra me prodere signis?
 E' scriptis melius noueris effigiem.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIVS, DE LVMINE CHRISTIANAE THEO
 ria, seu de diuina essentia, Liber Primus.



OMNIS PROCESSIO SECVNDORVM A PRI
 mo, & conuersio eorundem, per similitudinem efficitur
 utrorunq;. Porro om̄ium entium causale principium est
 per se bonum: ab hoc enim ente depēdent cœlum & ter
 ra, & tota natura uniuersi, quoniā ab ipso omnibus cōmu
 nicatum est esse & uiuere, his quidem clarius, his aut̄ ob
 scurius. Fluēs nanq; a primo bonitas, forma est in
 proximis, imago in distātibus, in ultimis uero obumbrata re
 splendētia. Vniuersitas ergo secūdorū, a per se bono pro
 cessit. Primum quippe bonum substācialiter bonum est,
 & ipsius natura bonitas est: boni autem est se diffundere,
 quē admodum lucis est lumē emittere: & fontis, riuos sca
 turire. Deniq; om̄e procedens ab aliquo, ad id cōuertitur a quo propriæ naturæ participat
 subsistentiā. Causatū em̄, esse & bene esse a causa suscipit. Cōuertitur autē unūquodq; ad id
 a quo dependet & perficitur. Præterea, causati forma in causa præexistit, cū agēs agat in si
 bi simile, si causatis causæ proportionatæ sunt. Quod autē conuertitur, copulari fatagit: co
 pulat uero & unio omnia similitudo, sicut & dissimilitudo distantiā in ducit. Iam igitur elu
 cescit, sic unumquodq; conuerti quemadmodum procedit: entium etenim quæ dā substā
 tialiter solum, quædam aut̄ uitaliter, quædam uero etiam cognitue conuertunt. Nūc itaq;
 palā est, qd omnis processio secūdorū & eorundē reditio, per similitudinem ipsorū ad pri
 mum fiat, cui conforme est, quod Proclus ait: Omne causatum & manet in sua causa, & pro
 cedit ab ipsa, & conuertitur ad ipsam.

Articulus I. Quod diuini intellectus sit anima nostra expressio
 & signaculum.

EST aut̄ omne causatum, participata quædam similitudo suæ causæ: Cognitio nanq;
 per assimilationem efficitur, cum oporteat cogniti formam esse cognoscenti. In
 ducit uero causatum in causæ cognitionem, & ob hoc ipsum est tanquā species &
 imago causæ. Omne itaq; creatum radius quidam est & exemplū sui creatoris. Nō
 enim aliter superinuisibilis deitas & creatæ illæ supermundanæ mentes, per huius sensibi
 lis mundi corpoream naturam conspicerentur. Intellectualis autem essentia, primæ & fon
 tanæ bonitati simillima est. Nulla enim uirtus cognitiua est ad se rediens, nisi intellectus.
 Denuo, nulla natura immaterialis est, & in seipsa indissolubiler subsistens, nisi intellectu
 lis substantia: Ob hoc ergo super substantiali primæ luci, est intellectus simillimus. Est autē
 anima intellectualis substantia, propter quod necessario creatæ est: Nam secundū Aristote
 lem, intellectus est ab extra. Rursus, Omnis in destructibilis & immortalis essentia creatæ est,
 anima aut̄ huiusmodi est, est em̄ ad se rediens: omne uero ad se conuersiuum, habet sub
 stantiam separabilem ab omni corpore (secundum Proclum) Sic igitur est anima nostra di
 uini intellectus expressio. Quippe primæ lucis diffusio omnia illustrat, cum nil sit diuinæ
 influxionis expertis: Intellectus aut̄ quoniā largius & uehementius diuini luminis immis
 siones suscipit, præ cæteris entibus diuini & diuini intellectus signaculum appellat. Vn
 de Dauid: Signatum est, inquit, super nos lumē uultus tui domine. Hoc igitur modo intelle
 ctualis anima deiformis, & primæ lucis imago describitur.

Articulus II. Quemadmodū deiformis anima in eo qd diuinæ lucis signaculum
 est & imago, sit sapientiæ capax, & particeps diuinæ uitæ.

QVONIAM uero anima diuinorum animorum et supersimplicis dei contemplati
 ua est, necesse est nos confiteri lumē quoddam deiforme, immortale & simplex
 in mente consistere, cum oporteat obiecto uirtutem proportionari: propter qd
 Aristoteles ait quid diuinum inesse nobis. Hoc nempe lumen continuo & tē
 pori obligatum non est, quia secundum Anaxagorā, intellectus immixtus est. Nostro ita
 q; intellectui, secundum hunc ipsius aspectum quo a corpore comprehensus non est, diui
 na & sa

Boni pprietas

Entiū uaria cō
 uersio.

Aristoteles.

Plat. 4.

Anaxagoras.

na & sapientialia intelligibilia correspondent. Nunc igitur elucescit, quae admodum anima sit sapientiae capax. Porro diuini intellectus uita, contemplatio est: Haec enim uita dignissima est, & omni uita indissolubiliior, dicit enim Aristoteles in secundo Caeli: Extra huc quidem ergo mundum nihil est, neque tempus neque locus, neque uacuum, sed sunt ibi entia, optimam uitam ducentia. In primo autem Caeli ait: Operatio dei est immortalitas. Fit ergo anima diuinorum contemplationi intenta, diuinae uitae particeps: Propterea namque secundum testimonium Aristotelis, Vita nostra quandoque quidem, sed ad modicum prorius, talis est, qualis est uita primi semper: dei equidem uita aeternaliter delectabilissima est. Contemplatio autem animae multiformiter interruptitur, itaque fit anima diuinae menti consimilis per uitae imitationem. Vnde & a Dionysio deata & diuina dicitur. Quoniam omnis natura in id quodammodo transformatur, cuius sectatur opus, secundum Boethium. Denique similitudo est causa amoris: ideoque homo contemplatiuus, fit amantissimus deo, iuxta doctrinam Aristotelis.

Aristoteles.

Articulus III. De nobilitate & puritate sapientiae.

Preriorum autem & digniorum intelligibilium contemplationes & habitus puriores sunt & sublimiores. Necesse igitur est, sapientiae dignitatem participari his de quibus est: Sapientia uero diuinorum est, quorum natura incorporea, & esse indispertigibile. Huiuscemodi autem entia lumina quaedam sunt, & prima lucis radij in se subsistentes, non recepti neque obtenebrati in materia: Sapientia igitur purissimorum est. Quae admodum ergo haec diuinae substantiae sunt sensibilis huius mundi gubernatrices, instrumentales: sic uniuersorum scientiarum habituum & speculationum, sapientia finis est, & entium reatrix. Propter quod de natura & mobilibus, propter separata & diuina, se determinasse ait Aristoteles, qui rursus dicit: Sapientis esse cetera ordinare. Vnde desiderabilis est parum de diuinis illis essentis scire, quae de corporeis naturis plurima cognoscere. Praeclarissimi sunt itaque intellectus sapientiae intenti: quoniam secundum Aristotelem, Sapientia est diuina possessio: Splendor namque & species mentis, est sapientia, & non competit nobis, nisi per diuinum id quod in nobis est. Amplius, sapientia ab Aristotele diuina theoria & theologia, ac omnium scientiarum capitanea appellatur. Adhuc, primorum rerum principiorum, & uniuersitatis entium fontanae causae sapientia consideratiua est: deoque eius est omnes scientias stabilire & fulcire. Praeterea, intellectualium naturarum finis, est primi & summi intelligibilis diuinissimarumque rerum contemplatio, quod sine possessione sapientiae contingere nequit. Ignobilis igitur permanet anima, quae sapientiae experta est, neque sui, neque superiorum animorum, neque simplicissimi sui creatoris particeps agnitionis: vnde philosophorum quidam proprias animas brutorum animabus secundum speciem conformes assererent, sicut Pythagorici, quorum princeps erat Pythagoras, de quo ait Aristoteles, quibus multa nouit, se tamen ignorauit. Alij intellectualem mentem, ut Alexander Peripateticus, aut certe humanam animam, ut Auerrois, cum corpore destructibilem aestimant: Quidam uero ut Auicenna, & eius sectator Algazel, non a primo immediate, sed ab intelligentia nostras profuxisse animas effati sunt: Sapientia itaque mentem ad suum primum conditorem reducit & felicitat: omnibus ergo bonis desiderabilior est sapientia.

sapientiae appellatio uarij.

Articulus IIII. Quod intellectualis proprietas sit omnium perfectionum eminentissima, ad extremam diuinam naturae perfectionem contemplandam inducens.

Diuinum quippe esse simplicissimum prorius est, & in deo sunt omnia unitas praerant: ueruntamen diuersis conceptionibus secundum diuersas rerum creaturarum perfectiones in ipsarum ordinibus compertas, mens nostra ipsum intuetur diuinum esse contemplans. Quamquam enim in deo esse, uiuere, intelligere, & cetera perfectiones identificentur penitus, diuinus tamen deum nedum esse, sed & uiuere: nec duntaxat ipsum fore naturae uitalis asserimus, sed & intelligere deo conuenire confitemur: nulla autem sublimior est perfectione deo inesse inuenimus. Porro, ad hoc diuina bonitas omnia produxit, ut ipsius perfectio in entibus reluceret: ideoque diuini esse naturam, non nisi prout in entibus respicimus, ceterum plamur: ob id perfectiones quas in rebus formaliter distinctas cernimus, secundum ordinem quandam & distinctionis modum deo attribuimus: in entibus uero superior perfectio non est intellectus: Vnde substantialis diuinae naturae perfectionem extremam per intellectualem

Entium superior perfectio, intellectus.

actualem esse explicamus. Si igitur deo inesse, aut produci posset sublimior natura quam intellectualis, uniuersum frustra & incomplete foret institutum: non enim repraesentaret propriam sui officis naturam, neque ultimam ipsius imitaretur perfectionem, quod tamen suae institutionis finis est. Hoc autem de deo & mundo hoc cogitare fas non est secundum Platonem, dicente Boethio: Mundum metere gerens pulchrum, pulcherrimus ipse. Nam iuxta Platonem, mundus iste ideo mundus, id est purus dicitur, quia a mundo multo diffuso qui diuinae mentis exemplar est, emanauit. Denique agens secundum propriae naturae existentiam agit: cum ergo constet sapientialiter omnia a deo fluxisse, palamque propria dei natura sit intellectus. Si autem quod obiecerit, quia secundum Dionysium, propriae diuinae naturae nomen est bonum, intantum quod natura dei bonitas aptissima dicitur: secundum Damascenum uero & Hilarium, primum nomen dei est esse: iuxta Aristotelem autem conuenientissima diuinae naturae appellatio, est per nomen actus: Quo ergo per intellectualem existentiam optime enuntiat: deus? Sed ad hoc iam transeundo parum, illud respondendum est, quod distinctus per intellectualem naturam cognoscitur deus: Bonum in super, optime deum exprimit, secundum quod omnium ipse est fons indeficiens: Foecunditas enim in bono primordialiter cooperitur. Interim in quantum omnia comprehendit, & perfectiones uniuersorum, primum in se simpliciter manens, possidet: Esse, primum nomen dei fertur: Esse namque communissimum & actualissimum est secundum Boethium, cum sit ratio omnis actualitatis. Actus denique nomen dei est optimum, secundum quod perfectissimum intelligitur: Quippe & si diuinum esse sit super simplex, uere tamen super ipsum multifarie conceptiones fundantur: cognitio enim sit secundum naturam cognoscentis, non autem cognitio secundum Boethium. Rursus, nam & si diuinum esse sit omnimode simplex, uniuersale tamen omnis perfectionis plenitudinem comprehendit, sicque multiplicium contemplationum terminatum est.

Mundus curritus.

Obiectio.

Responsio.

Esse, primum nomen dei.

Articulus V. De distinctione & fundamento duplicis sapientiae.

In omnibus equidem rerum ordinibus, natura inferior, exemplum est & tanquam imago quaedam supraposita naturae: semper enim secundum Isaac, secundum oritur in umbra principii. Et iuxta testimonium Aristotelis libro causarum, & Procli, anima coelestis exemplum est uirtutis superioris, exemplar autem inferioris naturae. Nam rerum species habent se ut numeri secundum Aristotelem. Diuina namque sapientia fines primorum necesse est principium secundorum, secundum Dionysium. Vnde intantum haec uera sunt, ut uideatur in multis rerum ordinibus a superiori natura, creata natura inferior, sicut etiam Auicenna posuit, hoc tamen uerum non est: Primus etenim omnium opifex deus, unum quodque constituit secundum ipsum & uniuersorum congruentiam. Nunquam enim natura inferior esset ratio cognoscendi altioris essentiae, neque quidditas una in alterius speciei notionem induceret, si non esset haec naturae conformitas mutua. Propter quod Plato ait: Separatores & per se bonorum, haec bona coniuncta, resonantias quasdam & resultantias fore ex participatione illorum procedentes, separata bona ideales formas appellans, quas ob suae substantialitatis exuberantiam dixit essentialiter communicabiles: Sicut si sol esset naturaliter ipsa sua lux, lucis diffusio substantialis esset solaris essentiae emicatio. Quoniam igitur iuxta praedicta naturaliter noster intellectus sapientiae possessiuus & adeptiuus est, huiuscemodi eius sapientia, philosophica dicitur, quae ex naturis rerum secundum essentialia principia, naturalemque proprietatem & legem ipsarum procedit: Ad hanc nempe sapientiam pertingit intellectus, sensibiles naturas supergradiens, atque in intellectualium essentialium speculationem prodiens: Est enim humana in intellectu creatus in umbra intelligentiae secundum Isaac. Porro sapientia alia est quae non in lumine natura, sed gratia data est, neque ex naturali rerum processu, sed supernaturali & misterioso patet: haec enim sapientia per desuper mentibus factam reuelationem influit, & in mirabilibus diuinae uirtutis operibus stabilitur. Haec est ipsa nostra sapientia, Christiana theoria, quam fides sacra tradit & suscipit, quae non in naturali lumine, sed in increata ueritate fulcitur. Sed de his posterius determinatio inducenda est: Itaque lumen gratiae, donum est supra naturalem dignitatem & capacitatem animae menti influxum, in quo earum ueritatum fit mens inspectrix, ac operum causa, quae naturalem rationem & potestatem supergradiuntur, ut sunt unitatis confessio, solis quietis, mortuorum ad uitam reductio.

Sapientia philosophica.

Sapientia Christiana.

Articulus VI. Quae sit praesentis editionis intentio.

Duplici quidem igitur sapientia, praesentis operis intentio est eius, quae per fidem traditur, cognitionis & sapientiae, Christianae uidelicet theoriae ueritatem inducere, & fundamenta referare, ipsiusque certitudinem ostendere, non dico demonstrare, quoniam autem conformis est habitudo scientiarum habitudini re-

rum, sicut natura conditori seruit, sic naturalis agnitione diuinae subseruit agnitioni. Non enim in toto, sed in parte seu imperfecte natura creatorem suum repræsentat. Ob id igitur primo diuinorum naturam secundum naturalem sapientiam oportet cõtemplari, dehinc id prosequi, quod præsentis est editionis intentio.

Articulus VII. Quod necesse est in entium ordinibus fore ens aliquod nõ factum, æternum & independens.

CAUSAM autem necesse est effectui priorem esse natura uel tempore. Si igitur omne esse causatum est, oportebit ante omne esse ponere causam: Non est aut possibile ante omnia aliquid esse. Amplius, nihil causat, nisi secundum quod est: Si ergo omne esse causatum est, erit aliquid esse ante omne esse. Præterea, omne esse causatum est de se in potentia, non ergo potest se reducere in actum: necesse est igitur ante omne esse causatum ponere esse incausatum, nihil enim est prius eo: unde necesse est ipsum nunquam incepisse: est igitur esse tale æternum, quia dissolui nequit: quod enim est & propria uirtute cõpetit, inseparabile prorsus est. Propter hoc dixit Aristoteles, quamuis in eodem potentia præcedat actum, simpliciter tamen actus est prior potentia. Præterea in entibus est status & ordo, est ergo primum ens, hoc autem necesse est incausatum fore: si enim eius esse dependet, habebit causam ante se, nõ ergo esse primum. Amplius, dabile est esse causatum tantum, & esse causans & causatum, oportet ergo fore esse causans tantum. Nam ubique dari potest mediū cõpositū, dari oportet extrema simplicia, aut ibitur in infinitum. Adhuc, quod est per se & per essentiam, prius est eo quod est per aliud & per participationem. Primum ergo ens substantialiter est suum esse & independentem. Ideoque Hilarius ait: Esse non est accidens deo, sed subsistens ueritas, manens causa & naturalis proprietates. Unde & in libro causarum dicitur: Causa prima lumen est quod non illuminatur ab alio, sed ipsum illuminat omnia. Insuper, rerum ordo nõ stat in imperfecto, primum igitur esse incausatum est. Iam igitur elucescit, quod quædam modum æterni esse contemplatio difficillima, imò impossibilis est, quo ad quid est in uita hac naturali, sic facillimè penitus est agnoscere ipsum, quo ad quia est.

Articulus VIII. Quod ex naturis & ordinibus specierum uniuersi demonstrari possit diuinum esse, seu deum fore.

CONTEMPLANTIBUS quippe ordinem uniuersi id ipsum constat, quod in naturis rerum una semper formalior est & actualior alia: In omni autem multitudine ordinata necesse est constituere terminum & initium, nam naturæ rerum finitæ sunt, quia ordinata: est ergo aliqua prima natura actualissima & formalissima, & rursus aliqua infima. Sed quoniam principium & finem oportet esse incomposita & omnino simplicia, oportet primam naturam esse simplicissimam, & conformiter ultimam oportet incompositam esse in se, sic ut prima natura sit actualissima, ultima uero potentialissima. Quod autem simplicissimum est & simplex actus, hoc perfectissimum est: tale autem ens, deum nominamus. Ordo ergo naturarum & specierum, deum demonstrat. Præterea, in ordinibus actuum & formarum semper superior forma seu actus purior est cæteris: unde intellectus propter sui immunitatem à materia immixtus dicitur, & forma uitalis eleuator est formis non uiuentium. Necesse est igitur fore formam omnino separatam & immunem à potentia, quia in omni ordine primum est simpliciter tale: Ideo Aristoteles dixit deum esse purum actum. Adhuc, sicut processus ordinis stat in imperfectissimo in descensu, sic stat in ascensu in quodam perfectissimo, quædam modum igitur infimum entium est pura potentia, sic principium in entibus est purus actus. Amplius, naturalia desideria non tendunt finaliter in infinitum bonum, quod ex eo constat, quia nullum bonum finitum replet capacitatem & appetitum intellectus desiderij: Nam sicut omni bono finito intellectus malus aliquid intelligit & apprehendit, sic & uoluntas appetit, cum bonum intellectum sit obiectum uoluntatis. Id autem quod infinitum bonum est, dicimus deum. Præterea deus est id quo nil maius cogitari potest, hoc autem non potest esse in solo intellectu, quia amplius est quod est etiam in re ipsa, quam quod in solo intellectu est: Est ergo in entibus id quo nil dignius apprehendi potest, hoc autem necessario est infinita bonitas, secundum probata. Denique in quolibet ordine primum est simpliciter perfectum secundum rationem perfectionis illius ordinis, primum enim est mensura aliorum: hoc autem in omnibus patet: nam primum lucidum, primum etiam calidum & primum sensituum etiam huiusmodi sunt, aliter enim ordo sisteret in incompleto, esset quoque uniuersum omnino imperfectum: In ordinibus ergo intellectuum primum intellectus

Deus ens perfectissimum.

Deus bonum infinitum.

est purus

est pure actiuus, sicut etiam ultimus est omnino possibilis. Et consimiliter primum uiuens & primum bonum perfectum est secundum omnem perfectionis plenitudinem, quæ ad rationem & substantiale complementum uitæ & bonitatis pertinere potest. Primum itaque erit pura bonitas, omnem defectibilitatem & commixtionem sui contrarij præscindens: tale uero ens, deum appellamus. Pariformiter ostendi potest, deum esse ex ordinibus simplicium, perfectorum, & dependentium, inducendo aliquid fore summe simplex, similiter perfectum, & nullius egens. Insuper in omni gubernantium multitudine necesse est primum regens & cæteris gubernandi legem influens ponere, quoniam pluralitas principum mala. Oportet enim multitudinem reduci ad unitatem, aut ordo peribit: est igitur in uniuerso primus rector omnium finis, quem deum enunciamus. At uero in octauo de auditu physico demonstrat Philosophus, primum motorem penitus immobilis, quem in duodecimo primæ philosophiæ dicit esse finem omnium cœlestium orbium, motuum & motorum: hunc nempe dicimus deum sublimem & benedictum. Iterum in ordinibus causarum, imò in omni genere causarum necesse est esse primam causam. Quædam modo in secundo Metaphysicæ ostendit Aristoteles. Primam autem causam, que sit primum efficiens & ultimus finis, deum asserimus. Præterea omnium naturalia desideria appetunt bene regi secundum Philosophum, & ut probat Proclus, omnia cõuertuntur ad primum bonum. Bona autem gubernatio nõ est, nisi sit unus princeps: ipsa itaque rerum naturalia desideria, diuinum esse constantur. Adhuc necesse est ordinis uniuersorum esse ordinem causarum: sic ergo deum esse, naturalis ratio ex specierum ordinibus inuenit & conuincit.

Articulus IX. de unitate diuini esse.

EST equidem secundum præinducta deus substantialiter & simpliciter perfectus. Nam (ut ostenditur clarius) omnis essendi perfectio secundum meram plenitudinem ei cõuenit. Talia autem plura ponere implicat: cum enim deus sit natura simplex & formalissima, si duo sunt dii, substantialiter distinguuntur: itaque uniuscuiusque perfectio alteri deerit, imò cuiusque infinita perfectio ab esset, cum uniuscuiusque eorum sit substantialiter ipsa sua infinita perfectio: si enim duo sunt, aliud necesse est in uno esse, quod non in alio est aliquid: cumque deus sit suum esse & sua perfectio, deitatis perfectio quæ inest uni, alij nõ poterit cõpetere: quæ enim omnino similia sunt, distinguere nequeunt. Insuper si dii plures esse possunt, hoc erit aut uniuoce, aut certe equocefisi & quiuoce, nihil ad præsens: sed nec uniuoce, tunc enim necesse erit ut sint uel unius generis species, aut eiusdem speciei indiuidua. Primum autem horum impossibile est: species enim naturam determinatæ & cõtractæ perfectionis dicitur. Nam differentia generis naturam limitat, & ad specialem perfectionis gradum cõtrahit in specie: deo autem cõuenit totius esse uniuersalis perfectio, & omnis perfectionis plenitudo. Cõsimiliter nec solo numero distinguuntur: id enim secundum idem non est ratio distinctionis & cõuenientia: Diuinum autem esse simplicissimum prorsus est: non ergo potest numerari in multis, nisi per alicuius additionem, quod diuersitatem inducat. Itaque si in duobus diuina natura diuersificat supposita liter, fieret ei additio, quod puro actui non cõgruit. Præterea, illa quorum esse & substantia sunt eadem, non numerantur: necesse est autem deorum (si multi sunt) esse & substantiam eadem fore: deus enim est ipsum suum esse, seu simplicissimus actus, cui omnis repugnat additio: ideo quicquid in esset uni, in esset & alteri. Præterea si plures dii sunt, aut est inter eos ordo, ut sit unus alio perfectior, aut non: Si ordo, erit tantum unus eorum uere deus, is scilicet qui simpliciter perfectus est: si uero non est illic ordo, erunt necessario unius speciei indiuidua, quod iam impossibile esse ostensum est in speciebus namque est semper ordo. Præterea numeralis distinctio fit semper per aliquod potèntiale principium: species enim totam & plenam simplicium quidditatem exprimit: in diuino autem esse nõ inuenit sibi locum ratio principij potentialis. Denique diuinæ naturæ ex se & per se repugnat ratio uniuersalis seu multiplicabilitatis, cum ipsi secundum se & propriam essentiam conueniat per se subsistentia & incommunicabilitas in plura, cuius demonstratio est: Deus enim est pura bonitas, & actus simpliciter perfectus: quo autem actus sublimior est, eo est ad subsistentiam per se efficacior: cum sit igitur deus naturaliter actus illimitatus, infinita ratio subsistentiæ per se ei conuenit. Quæ uero ex se & secundum quod ipsum subsistens est, ex ipsa sui subsistentia incommunicabile essentialiter efficitur diuersis. Propter hoc enim potissime Aristoteles Platonem rearguit, quia ideales formas dixit & subsistentes & substantialiter communicabiles: subsistens namque ob sui subsistentiam singulare fit & in diuiduali substantia, quæ secundum quod huiusmodi, à se indiuisa est, diuisa prorsus ab alijs: diuinum ergo esse omnino & omnimode impar-

Deus pura bonitas.

Deus finis omnium.

Esse diuinum imparabile.

tibile est & indiuisum. Adhuc deum dicimus omnium causam & principium: si sunt ergo plures dii, à pluribus substantialiter diuersis, erit una actio, aut certe unus & non alter & etiam fontana causa, uel forsitan quorundam iste, & quorundam ille erit causale principium. Horum porro trium quodlibet impossibile est, natura nanq; est principii agendi, ideo quorum natura diuersa, etiã actio ipsa diuersa est. Rursus, eius est agere cuius est esse: quorundam itaq; esse aliud, & actio alia est: Non igitur primum horum stare potest: Sed neq; secundum, nulla enim est ratio diuersitatis, cum uterq; dicatur uniuoce deus, sitq; omnino perfectus & alteri deo coræqualis: iterum, quia sic deus non esset omnium causa & finis. Proinde tertium non stat, non enim esset deus omnium ultimus finis: sed neq; fingi potest, cur istius aut illius iste aut ille dicatur causa, & non e contrario, causatis entibus inæqualibus, causis uero æqualibus. Ostenditur tamen illatio: Secūda enim creata sunt à primo, ut cito probabitur: aut igitur ab uno tantum, & sequitur secundum membrum: aut à pluribus, & sequitur primum: aut quædam ab uno, quædam uero ab alio: Unus igitur est princeps uniuersorum principium & finis. Amplius, omnium deus finis est: si igitur plures dii sunt, entia naturaliter & finaliter reducerentur & tenderent in plura, quod ordini uniuersitatis obuiat, non sunt ergo plures dii. At uero ante omnem multitudinem necesse est unitatem constitueret nã scđm doctrinã Procli Platonici, Omnis multitudo participat aequaliter uno, qm̄ omnis multitudo scđa est ab uno: omnis nãq; multitudo una est & nō una: sit em̄ una per reductionem ad fontalem unitatē, per distantiam uero est nō una. Si aut plures dii essent, oporteret multa prima æque immediate consistere. Adhuc sicut pura potentia nō multiplicat nisi per actū, sic nec purus actus sine potentia: Potentia autem in puro actu conuentionem non habet, diuina itaq; natura plurificari non potest. Ideoq; author libri causarum dixit: Primum ens propter ipsam sui puram bonitatem ab omnibus separatum est & in se subsistēs. Denuo si plures dii sunt, nullus eorum omnipotens & perfectus est, cum neque dominari possit alii, aut certe destrucere disparem. Adhuc, species rerum concatenatæ sunt, & omnium naturarū ordo unus est, unus est ergo omnium ordinator, deus. Adhuc, non est sine necessitate inducenda pluralitas, deus autem unus omnia potest, sed & pluralitas principum mala, Unus igitur deus, qui est excelsus & benedictus.

Deus unus.

Articulus X. Quod deus sit in fine totius simplicitatis, simplicissima perseverans unitas.

Deus simplex omnino.

PRæinducta nempe suscipientibus elucescit, primam naturam quæ deus est, actualissimam ac penitus formalem esse. Nihil igitur potentiale diuino esse adest: est ergo deus purus actus, simplex ergo est omnino & omnimode. Adhuc, primum est causa tantum, nihil habens in se causatum, est enim ens omnino in dependens secundum præostensa, nihil ergo potentialis naturæ est in ipso: Potentia enim quoniam secundum se & ex se non est quid actu ens, necessario causata est. Ideo enim secundum Aristotelem est actus prior potentia. Deniq; per se est ante id quod est per aliud: & substantialiter tale, est ante participatiue talis: deus uero primum bonum est per se, igitur & substantialiter bonum est: omne autem compositum est participatiue & per aliud bonum, dependet nanque totum omne ex his quorum unione subsistit. Deus itaq; omnino & simpliciter in compositus est. Enim uero diuinum esse in seipso simplum manens, omnem perfectionem comprehendit, omnis enim perfectio secundorum excellentius inest primo quam secundis. Nulla ergo prorsus sit ei additio, esset nanq; pluralitas sine necessitate. Deus igitur simplicissimus perseverat, unde necessario esse, posse & agere in ipso identificantur, quoniam si causata essent posse & agere ab esse, ipsorum perfectio plenius præcomprehenderetur in causali eē. Insuper hoc nos omnis rerum ordo erudit, quoniam in omni ordine primum simpliciter perfectum est secundum omnem perfectionis plenitudinem, quæ rationi entium ordinis talis congruit: Primum etenim per se & essentialiter tale est: ideoq; à plenitudine suæ perfectionis indistans. Nil nanq; imperfectū cernimus, nisi ut à suæ perfectionis fonte & principio abscedens. Cum igitur diuinum esse sit simpliciter primum, omnis ratio unitatis & prioritatis omnimoda plenitudo ipsi conueniunt. Præterea in entibus infimum à philosophis adeo simplex ostenditur, ut sit ipsum pura potentia in suæ naturæ essentia, nihil actualitatis participans. Primum ergo & altissimum uniuersorum, purus actus est. Purum quippe id appellamus, quod alienæ naturæ incommixtum consistit. Amplius, ante probatum est, id quo nil dignius concipi potest, fore deum: Omni autem composito & potētiali enti sublimius quid apprehensibile est, deus ergo pura unitas est & simplex actus. At uero omnis entis

Purum quid.

entis partibilis atque multitudinis termini simplices sunt & indiuisibiles unitates: ultimat enim resolutio nō nisi in impartibili unitate sistit, quoniam omne unitum resolubile est. Vnde Proclus ait: Omne unitum alterum est à per se uno, deus autem omnium terminus est & finis. Adhuc, quod uirtus indispertior fuerit & simplicior, eodē maior existit (ut in libro Causarum dicitur): Diuina autē uirtus est uirtus uirtutum indispersa, est ergo & simplex prorsus. Rursus, ab eodem habet res esse & bene esse: diuinum autem esse à seipso imparticipatiue subsistit, omnis igitur ipsius perfectionalis bonitas independenter ei conuenit: quia quemadmodum habet res perfectionem primam, sic habet & secundam: Nulla ergo unio substantialiter distinctorum inest deo sancto & excello. Ob id quippe in Ethicis dixit Aristoteles, uitam dei incommutabilem stabilemq; consistere, quoniam eius natura simplex est & pura, nostra uero uita multiformis est ob naturæ compositionem. Porro in cunctis rerum ordinibus uiscimus id quod primum est in quadam perfectione supergredi dignitatem cæterorum, quemadmodum in ordine sensitiuorum homo ratione intellectualis luminis cæterorum sensitiuorum legem euadit: itaq; in ordine simplicium naturarum, prima natura aliarum excellit conditionem per hoc, ut nullam habeat potentiam admixtionem: immunitas enim à potentia altissima est perfectio. Primum igitur penitus simplex est, & à potentia liberum. Quicquid itaq; est in deo, est deus: & quicquid deus est, hoc est ipse totaliter. Propterea quoq; Proclus ait: Omnis deus unitas est per se perfecta. Et in libro Causarum dicitur: in deo non est modorum aliquorū diuersitas.

Proclus.

Aristoteles.

Articulus XI. Quod deus nec est corpus, neq; uirtus corporea, nec uirtus in corpore, neq; corporis uirtus.

Porro corpus omne diuisibile est, habens partes priores se: Diuino autem esse nihil penitus prius est, non est igitur deus corpus. Præterea corpus omne compositum est, deus autem est substantialiter unitas pura. Adhuc, omnis corporis esse dependens est & indigenus, quoniam unitum omne indiget: Diuinum autem esse independens est. Iterum, esse corporis omnis causatum est, cum sit receptum in potentia, non sufficiens se fulcire in semetipso, sed susceptaculo innitens: Nulla nanq; informans forma habet esse à se, sic enim non indigeret se sustentantem materia, neq; esse formati dependeret à materia: sed hæc posterius plenius elucidabuntur: diuinum autem esse cum sit actus purus, in potentia recipi, materiæ ue inuiti nequit: non est igitur deus corpus. Ideoq; octauo Physicorum primum motorem nominat Aristoteles omnino incorporeum & immobilem, nullam prorsus habentem magnitudinem. Enim uero corpus omne ens est per aliud finitum & impurum, quæ deo non conueniunt. Mentitur itaq; perfidus Manichæus, qui deum appellat corpoream lucem, per infinitum spatium distētam. Rursus anti quorum ex hoc claret ruditas, qui nil ultra sensibilia asserere uoluerunt: Sed & error Epicureorū nunc patet, qui deos corporeos putabant. Omniumq; constat gētilium modo uasania, qui uel manufacta idola, aut elementa, uel certe celestes orbes aut illorum sydera tanq; diuinū esse coluerunt. Amplius uirtus corporea hæc est, quæ in maiori corpore maior est, & minor in minori: Vnde per accidens diuisibilis est, quæ admodum calor & siccitas. Denuo uirtus talis à substantia corporis emanat & subiecto inest: hæc aut diuino esse nō cōgruunt, nō est igit diuina uirtus corporea cogitanda. Amplius, Virtus in corpore est, quæ et si subiecto nō in hæret aut organo corporis, tamen perfectio est & specificum principium, ut est humanus intellectus: Quippe uirtus talis in operari & esse dependentiam quandam habet ad corpus, & cum alio speciem constituit, & est in potentia, proportionem habens ad materiam: quæ omnia clara sunt in natura rationalis animæ: Simplicissimo autem & puro actui hæc non competunt: non est ergo deus corporis perfectio seu endelechia. Adhuc uirtus in corpore corpori proportionata est, diuina autem uirtus cum sit prima & fontana uirtus, simpliciter perfecta est & penitus illimitata, non est igitur uirtus in corpore. Porro uirtus corporis ipsa est quæ secundum conditionem harmoniæ agit, & est actus organi secundum Rabi Moysem: huiusmodi autē uirtus dependet & innititur susceptaculo, sed & ad naturam corporis determinata est, materie existens perfectio, quoniam ex bonitate harmoniæ & organi consistit uirtus talis perfectio: si nanq; (ut ait Aristoteles) uirtus uisua sensis sic disposita inest organo, sicut dispositum est iuuenis uisuum organum, agelet utiq; sicut uisus iunioris: iam autem ante deductum est, quod diuinum esse omnino purum est & nullo egens susceptaculo, non est ergo deus corporis uirtus.

Deus corpus non est.

Deus nō est uirtus corporea.

Deus non est uirtus in corpore, neq; uirtus corporis.

DEniq; cum esse sit omnibus commune, nil autem commune sit appropriatū unī, nisi per determinationem aliquam uel specificetur uel indiuiduetur; diuinū uero esse indeterminatū omnino est, nullam prorsus uel sciens additionem, cū sit simplex & in contrahibile: fuerunt aliqui qui dixerunt diuinum esse substantialiter cōmiscibile, tanq̄ omnium existens esse formale. Rursus simplicissimū est id, in quod omnium sit ultimata resolutio: quia em̄ non itur in infinitū, necesse est illud omnino irrefolubile fore: Deus aut̄ secundum predicta esse esse simplicissimū & omnino irrefolubile, uideatur ergo in diuinū esse fiterē resolutio. Resoluitur uero unumquodq; in ea ex quibus subsistit, ex diuino igitur esse omnia substantialiter constituta essent. Hoc aut̄ pessimus error est, omnes em̄ res ordines destruit: Ordo enim uniuersū in diuersitate specierū & naturarū consistit, hæc aut̄ positio omnium formale esse aserit idem fore. Præterea generationem & corruptionem entium naturalium tollit, diuinū nanq; esse æternū est & ininchoabile, & tamen secundum eam non est aliud generatio, quā diuini esse formalis participatio. Adhuc secundum eam deus est pars rei eam essentialiter constituens, itaq; diuinū esse dependeret ad aliud, & esset imperfectus ipso toto. Insuper forma est finis materiae: Nec coniungitur forma materiae, nisi propter bonum formæ, digniora nanq; sunt finesignobiliorū: si igitur diuinum esse materialibus entium formaliter cōmunicaretur, diuini esse perfectio dependeret à materia, quod mens sapientis non concipit. At uero quo forma actualior est, eò à materia est liberior: diuinū aut̄ esse secundū præostensa est purus actus totaliter & substantialiter formalis, infinite ergo omne materiae contactū euadit esse dei summi & benedicti. Iam igitur cōstat diuinū esse omnino incōmiscibile fore. Propter quod in libro *Causarū scriptū* est, q̄ prima causa ex ipsa suæ bonitatis puritate ab omnibus distinguitur, & quodāmodo indiuiduatur. Vnde rursus illic dicitur: Causa prima est in omnibus, præter q̄ cōmiscibilis est: cui conformis est sermo Procli dicentis: Omne quod prima causa dicitur, exaltatū est ab effectu. Et ite: Omnis causa productiua aliorū, manē si ipsa in seipsa producit quæ post se & quæ deinceps. Et rursus: Omnis deus, i. idealis forma à quocunq; inceperit ordine emicāre seipsū, procedit per omnia, semper quidem plurificans suas deriuationes & partiens, seruans aut̄ proprietatē propriæ hypostaseos. Ex his nepe lucidū sit, q̄ diuinū esse in seipso incōmutabiliter perseverat. Quippe nunc claret antiquissimorū error, qui deum dixerunt esse omne quod est, sicut Hermes Aegyptius Trismegistus, & Apollo Trismegisti discipulū philosophati sunt: Ait nāq; Hermes Trismegistus, deum esse omne quod est: sed dupliciter, inquit, consideratur deus, in se uidelicet, & in secundo deo quē ex seipso constituit: Et in se quidem ipse solus in se est lumen lympidū & syncerū existens: in secūdo aut̄ & deinceps est ipse esse omnium, cuius aptissimū, ut uidetur, in anima humana exemplū sumitur, quæ sic est formale esse corporis, secundū uirēs coniuictas, & rationabilem perfectionē, ut tamen cōprehensa non sit à corpore, sed secundū intellectualem partem in se stans & ad se rediens agnoscat. Ob hoc denuo multa deorū genera facta isti dixerunt, ponentes omnia deo formaliter plena, sic saluantes idololatriā, pro eo q̄ sit secundum ipsos idē, deo cultū latriæ exhiberi in seipso, aut in secūdo & deinceps. Est aut̄ error hic ut ante dictū est pessimus: Enim uero secundum istos in uniuerso præter materiam & accidentales formas, aliud nō est nisi diuinū esse. Et hi quidem primū principium posuerunt formale, dicentes Iouē esse omnia: Iouē em̄ primum principium appellabant, quē errorē Alexander renouauit. Alij uero quī primum principium ponebant materiam, Palladis dicebant esse omnia: & in Apollinis templo scriptum fore, q̄ Pallas est quicquid erat, quicquid est & quicquid erit: Et hic error Epicureos assequitur, quoniam Epicurus qui omnia ad materiam reducit, primū principii dixit materiam, formas nihil æstimans nisi modos quosdam materiae, ex ordine & compositione partium eius resultantis. Propter quod deum materiam & uirēs, i. mentem identificauit, eò q̄ unumquodq; eorū cætera sustentat. Quod aut̄ primo obijcitur, debile est: Deus em̄ dicitur esse tantum, eò q̄ est omnino simplex, & in ipso suo esse omne perfectionē cōprehendens. Sic igitur indeterminatum est diuinū esse, non quasi indistinctum, sed quasi simpliciter perfectū: quod uero est esse tantum, tanq̄ cæteris bonitatibus carēs, determinari eger. Quod aut̄ secundo obijcitur, per hoc soluitur, q̄ uniuersū q; substantialis resolutio sistit non in qualicūq; simplicissimo, sed in eo ex q̄ primo cōponit, & q̄ est pars eius imparibilis & simplicior. Hoc ergo mō est deus esse tm̄, tanq̄ ab oibus omnino separatū, libere prorsus & penitus purum.

Proclus.

Antiquorū errores.

Solutiones superius argumentorum.

Articulus.

Articulus XIII. Et est introductio positionis eorum, qui formalem seu modalem distinctionem ponunt in diuinis.

EX omnibus igitur præinductis iam omnes in hoc consentiunt, q̄ deus est simplex unitas, & substantialiter ipsum suum esse, sic q̄ nulla substantialis distinctio ipsi inesse potest. Quidam tamē posteriorum quandam nouellā positionem inuenerunt, ponendo distinctionem formalem in deo: Et uidetur opinio ista orta à doctoribus ordinis sancti Francisci, cuius positionis defensores dicti sunt Formalistæ. Porro de distinctione super benedictæ & super perfectissimæ trinitatis nunc non loquimur: hæc enim inuestigatio de natura diuinorum, secundum naturalem traditionem procedit: Præfatam distinctionem citra distinctionem sanctæ & summæ trinitatis asserunt. Dicunt ergo triplicem esse distinctionem, realem uidelicet, rationis, & formalem seu modalem, & hanc dicunt mediam inter distinctionem realem & rationis tantum, ita q̄ ex natura rei sit quædam distinguibilitas: & secluso creato intellectu, adhuc alicuiusmodi remaneat in diuinis. Hanc autē positionem quadruplici uia nituntur ostendere: Primo quidem per uiam diuisionis, quoniam illic uidetur esse formalis distinctio & nō pura identitas, ubi sunt differentia diuisionis entis, seu ea quæ modum differentiarum habent, diuisione enim sunt distincta, quæ antè erant indiuisa: primæ autem differentia entis in diuinis sunt, uidelicet absolutum & respectuum, ut pater & essentia. Secundo arguunt per uiam diffinitionis: In diuinis enim sunt ea quæ diffinitive distinguuntur: quæ autem huiusmodi sunt, formaliter distinguuntur, quoniam diffinitio sumitur à natura seu quidditate diffiniti secundum Aristotelem primæ philosophiæ: Vnde uoluntas & intellectus, sapientia & bonitas, secundum proprias rationes differunt, quæ tamen utiq; in diuinis sunt. Tertia ipsorum ratio est per uiam oppositionis, quoniam contradictione diuersa dicuntur de his quæ in deo sunt: essentia enim neq; generat neq; generatur, pater uero generat. Quarta uia qua inducunt, est demonstrationis uia: distincte enim proprietates conueniunt his quæ in deo sunt: proprietates uero conueniunt unicuique secundum naturam propriæ existentia. Quia igitur alia est proprietates essentia, alia iustitiæ, alia benignitatis, non uidentur hæ proprietates conuenire eidem secundum meram naturam in distinctionem. His equidem addi potest, q̄ etiam ante mundi constitutionem alia ratione agnouit deus hominem, alia angelū, alia lapidem: Semoto ergo intellectu, adhuc remanet in deo distinctio alia quā personalis. Adhuc mirabile uidetur quomodo in tam simplici esse fundari possent tam distincti conceptus, & rationum tanta diuersitas, cum tamen speculatio rei debeat adæquari intelligibili, quoniam sicut res est, sic habet intelligi. Hæc ergo profuæ positionis fulcimēto inducunt. Insuper, quatuor signa imaginantur in deo, in quibus ordine quodam constituuntur omnia quæ in diuinis sunt, ut in primo sunt attributa substantialia diuinæ naturæ, ut sunt bonitas, lumen & intellectus: In secūdo autem perfectionia diuini esse prædicata ponunt, ut sunt immensus, æternus & increatus: In tertio uero ponunt prædicata notionalia emanationum a dextra: In quarto deniq; ea quæ designant emanationem ad extra, quemadmodum creator, dominus, iudex & misericors. Hæc proinde positio aliena est à ueritate, neq; principijs philosophiæ, neq; sanctorum sententijs consona: cuius destructio sufficienter patet ex his, quæ de simplicitate dei præexplana sunt: Intantum tamen nunc dicatur, quia (secundum Aristotelem) unum in substantia facit idem in quantitate autem, æquale in qualitate uero, simile. Si igitur, sicut omnes dicunt, & ante ostensum est, deus est esse tantum, & substantialiter irrefolubilis ac pura unitas, nulla poterit in eo esse non identitas: sed sicut unitas eius est pura & perfecta, sic & identitas erit omnino plena & incommixta. Ad omnes uero rationes præinductas una solutio est: quicquid enim in secūdo est multiplicatum & diuisum, in primo est super simplex unitas: & omnis ipsorum distinctio in deo, à sola nostra ratione dependet, quia primum ens propter suæ actualitatis infinitatem in propria puritate contemplari nequit: sed secundum q̄ multiformiter in entibus creatis est deus agnoscibilis, sic ipsum distinctis cōceptionibus apprehendit: Quippe cum sit deus substantialiter ipsum suum esse, ipsi conuenit esse secūdo modo tam essendi plenitudinem: ideoq; simplici suo esse omnibus nostris cōceptionibus satisfacit. Vnde quia in creatis entibus natura est principii & quo agēdi: suppositū uero id q̄d agit mēs nra ipsum diuinū ens, etiā accipit secūdo proprietatē naturæ & per se, secundū hoc diuersa de ipso enūciās. Si dixeris, ratione nra amota, adhuc sunt in deo gnare, & nō gnare, spirare & spirari, uelle & intelligere, nec uidet quin adhuc distincta sint: Dicēdū, q̄ tūc hæc oia sunt pura unitas in substantia sed de psonali distinctioe nō est iā inq̄sitio. Denuo ex hoc patet

Formalistarū rationes quartor.

Prima.

Secunda.

Septimo meta phy.

Tertia.

Quarta.

Prædictarū rationū solutio.

Obiectio.

Solutio.

166

et eius rationis quæ de idealibus rerum exemplaribus introducebatur, solutio. Quod aut ultimo adiectum est, iam solutum est: cognitio enim fit secundum naturam cognoscentis, secundum Boëthium.

Articulus XIII. Quod diuinæ simplicitati non deroget conceptionum & nominationum nostrarum tam multiformis uarietas.

Eandem aut essentiam uirtus sublimior plenius cõtemplatur uirtute decliuiori: idē nanq; ens aliter cognoscit sensus, aliter intellectus: est enim singulare dum sentitur, uniuersale uero dum intelligitur. Præterea unaqueq; natura agit secundū suæ subsistentiæ qualitatem: cumq; nos ter intellectus sit à primo intellectu distantissimus, compositioris actionis est & in operando multiplicior, quia naturaliter potentialior est cæteris intellectibus. Amplius cognitio omnis fit secundum proprietatē formæ, quæ est principium & quo agendi: Cum igitur diuina essentia sit pura & incircumscribibilis quidditas, nos ter uero intellectus sit potentialis, & à fonte intellectualis luminis remotissimus, atq; diuinum esse ex speciebus huius sensibilis mundi contēplans, palam fit, qd diuinæ simplicitati non derogat hæc intellectio nōstræ multiplicitas: imò ut nūc ante ostendebat, id ipsum est iudiciū diuinæ superexcellentiæ: se d contingit huic modi diuersitas ob nōstræ intelligentiæ deficientiam. Cum enim esse sit actualissimū, id quod uniuersaliter secundum totam essendi potestatem perfectū est, etiam secundum distinctos perfectionis ipsius esse gradus cognoscibile est: Vnde elucescit, qd si diuinā essentiam per se ipsam & non per ænigmata conspiceremus, uno nomine nominarem deum, quod electis mentibus in patria præstatur, sicut scriptum est: In die illa erit deus unus, & nomen eius unum.

Articulus xv. Quod diuinum esse sit simpliciter perfectum.

Enim uero simpliciter perfectum id est, cui omnis nobilitas conuenit. Nunc aut sepe deductum est, qd diuinum esse competat omnis perfectio, quæ ad plenitudinem atq; potestatem ipsius esse pertinere potest: summa aut ipsius esse perfectio est, uniuersaliter & non secundū partem perfectū fore, diuinū igitur esse uniuersaliter perfectū est. Amplius, Deus est esse per se, & substantialiter ipsum suum esse: quod aut enti substantialiter cõuenit, excludit omnino de id, quod sibi contrariū est: sicut id quod naturaliter calidum est nil habet de frigido: Non esse aut, contrariatur essentialiter deo non esse diuino esse admixtum est, sed omnis defectus nobilitatis & contractio perfectionis, est quoddam non esse: in deo igitur nullus nobilitatis carentia seu non esse fore potest, est ergo dicēdus omnino perfectus. At uero quod enti per se conuenit & per essentiam, minoratū in eo esse nō potest, quoniā natura rei sicut & species consistit in indiuisibili: deo aut conuenit esse omnino ex se & per se, imò esse dei est natura eius, non ergo potest esse minoratum fore in deo, sicut nec natura humana in Socrate, sed esse ad mēsurā nobilitatis limitatū, minoratū est ab essen di plenitudine: diuinū ergo esse omnino perfectū est. Deniq; quod substantialiter bonū est, totaliter & indepēdenter est tale, quoniā talis rei natura est bonitas: Natura aut quæ rei substantialiter & per se conuenit, in ipsa minorata esse non potest ut ostensum iam est: tale uero bonum quomodo libet & quoquo modo bonū est, secundū nullā ergo cõparationē seu habitudinē est ipsum nō bonū: sed omne perfectum in genere & secundū partē defectuosum est, & ad bonū perfectius cõparabile: sic uero cõparatum deficit à ratione actus & bonitatis: diuinū ergo esse omnifarie & extra genus perfectum est: & est ratio hæc Boëthij. Præterea in omni ordine primū est simpliciter & per se tale secundū Aristotelem: Nulla igitur perfectio ei deest, quæ ad plenitudinē perfectionis sui ordinis pertinet, aliter ordo sisteret in imperfecto. Ratio aut huius iam tacta est: natura nanq; & species uniuersaliusq; consistit in indiuisibili: Quoniam igitur primū est per essentiam & nō p participationē, natura primi in omni ordine necessario plena est: Nam quod substantiale est enti, minui in eo nō potest. Vnde Proclus ait, Nil imperfectum esse, nisi ut distans à fonte suæ perfectionis: quod enim causam nō habet, est per se. Propterea in secūdo Metaphysicæ ait Aristoteles: Quod maxime uerū & maxime ens, est ueritatis & essen di causa cæteris ueris & entibus, quoniam nihil secundū distare potest à plenitudine suæ perfectionis, nisi secundum qd ab illo abscedit quod essentialiter tale est. Ex quo clarissime patet, impossibile esse duo aut plura fore increata: sed hoc posterius latius elucidandum est: Omnis ergo defectus bonitatis, omnisq; carentia nobilitatis, & omne nō esse quod ipsius esse aut bonitatis minoratiuum est, à per se bono longe re legata sunt. Adhuc, in puro actu nulla imperfectio est, quoniam quod quid actualius est, eo est & perfectius: deus aut est purus actus. Adhuc, omnis imperfectio est propter permixtionem

Zach. 14.

Deus omnino perfectus.

Proclus.

Aristoteles.

onē actus cū potentia, finit enim actū potentia: illic enim incipit rei potentialitas, ubi actualitas sua terminatur: in puro ergo actu nulla profusus erit imperfectio. Adhuc secundū præficten sa, deus est quo nil sublimius concipi potest: sed omni eo quod perfectū est in genere, mens perfectus bonū concipere potest: deus ergo simpliciter perfectus est. Adhuc, deus est esse substantialiter separatū: sed forma omnino si separata esse possit (ut Platonici dixerūt) ex ipsa sui separatione omnino in suo ordine perfecta esset, ideales enim formæ substantialiter & perfectè secundū eos sunt id quod sunt formaliter: Vnde ait Proclus: Omne quod in dijs fuerit, secundum ipsorum proprietatem præexistit in ipsis, & est proprietatis ipsorum uiualis & super substantialis, uiualiter ergo & substantialiter omnia in ipsis: deus igit qui est esse omnino separatum, simpliciter perfectus est.

Proclus.

Dionysius.

Articulus xvi. Cur quædam rerum creaturarum perfectiones secundum idem nomen diuino esse attribuantur, quædam autem minime.

Causalis aut primi agentis influxio super omnia diffundit, & est latissima, cõtingēs usq; ad ultimū, ait enim Proclus: Omnis causa & ante causatū operat, & post ipsum plurimum est substitutua. Et itez: Omne quod plurimum causa, melius est uirtutem habente ad pauciora participatio quippe esse & boni latissima est, qm esse est prima rez creaturæ: & secundum Dionysium, primæ bonitatis diffusio super omnē naturæ uultū expansa est: ideo dictū est, qd primæ causæ est influere esse: qm igit esse & bonitas primæ emanationes primæ lucis sunt, ideo uniuersalissimæ sunt & diuinissimæ, tanq; omniū bonitatū fonti uicinissimæ & omnibus cõmunicabiles. Porro, primū ens nominabile non est nisi per causas secundas: primæ ergo & potissimæ per has secundas bonitates, quæ in se & secundū se ipsas cõsiderat purissimæ sunt & actualissimæ, est diuinū ens enarrabile. Denno bonitatū à summo deo fluentiū de quibusdā determinatiores sunt & materialiores: quo nāq; primæ lucis diffusa bonitas à suo fonte fit distatior, eo potentialior & materiæ propinquitior efficitur: Esse etenim à primo emanans in summis rez creaturæ ordinibus, uirtutē sui fontis usq; ad intellectualem perfectionē tenet: in anima aut determinat amplius: deinceps uero fit ipsum materiæ obnoxiiū, uitale tamē remanens, postremo uero fit omnino corpori immersum. Per has itaq; bonitates & secundas perfectiones, quæ naturā dicūt à determinatione materiæ liberā, & ad specialem ordinem seu speciem incontractā, atq; secundū differentiam additione perfectā, nominabilis est deus, quem admodū dicimus deū formā, actū, intellectu & lumen: in his enim est sublimior diuini esse reluctance. Ob hoc nēpe plurimum specierū nomina deo attribuimus, quoz genera diuino esse ascribi nequeunt, & contrariio: Inesse nanq; deo sapientia & scientia, non autem quantitas: & rursus dicitur deus naturæ intellectualis, non aut rationalis: quæ enim actualitati derogant, deo non conueniunt: quippe in quibusdam uniuersalitas est perfectionis causa, quoniam uniuersalitas illa est ob distantia à materia & communicabilitatem formæ: sic nanq; esse, uiuere & conregnare actualissimæ sunt & communissimæ bonitates. In alijs autem uniuersalitas imperfectio nature est, quoniam am communitas illa est propter differentiam quæ essentialem perfectionem largiunt, abstractio nem: ideo genus potentialius est specie, & derogat diuino actui talium generū nomen. Jam ergo palam est, qd duplici ratione quarundam perfectionum creaturarum nominibus potius qd per alias bonitates creatas, diuinum ens appellatur: aut quia bonitates illæ sunt fontæ næ dei bonitati propinquoies, tanq; uniuersalioies in semetipsis: aut quia sunt actualioies & distinctioies, non tamen ad speciem specialissimā limitatæ: Veruntamen in omnibus his, & si nomen idem est, natura tamen per ipsum significata secundū rationem unam deo & secundū dis non conuenit. Veruntamen licet naturæ & perfectiones, quas nomina ista designant, non sint in deo uniuoce & prout in nostrū intellectu cadunt, sunt tamē uerius in deo quā in entibus creatis, secundū proprietatē & cõplementū rei: sed de hoc infra amplior erit explanatio.

Articulus xvii. De incircumscribilitate & infinitate diuini esse.

Duplici eqdē existēte infinitate hac. I. molis, qd quātitati cõgruit, hac uero pfectionis, qd formæ cõpetit & actui, id hoc modo. I. secūdo modo infinitū dicimus, cui pfectio ad nullum terminū determinata est: qm igit nūc multiformiter demōstratū est, diuinū ens ob id simpliciter pfectū fore, qd secundū dēmodū cōstat qd diuine pfectiois finis nullus est. Incircumscribibilis est ergo diuina essentia, & eius esse in infinitū. Præterea, Deus est actus purus nō receptus: infinitus est ergo. Adhuc, diuinū esse neq; p differentia neq; p potētiā determinabile ē, qm differentia naturā gnis ad determinatā pfectionē cõtrahit specificā pfectionē finiens,

finiens. Ideo ei quod uniuersaliter perfectū est, ratio differētiā omnino repugnat. Potētia quoq; multominus in puro actu cadit: deus igit omnino infinitus est. Porro ante probatum est intellectuale appetitū finaliter ferri in infinitū bonū, alio em̄ bono nō repleto ei⁹ capacitas: quā quē admodū omni finito bono intellectus altius bonū concipit, sic & uoluntas appetit: deus igit qui est omniū finis in circūscriptā bonitatis est. Itēz, quia praeostēsum est deū esse id quo nil perfectius maius ue intelligi potest, innoteſcit deū omnino infinitū fore. Insuper ostendit finitā ueritati nō posse cōpetere ut creet: diuinā autē uirtus uniuersū esse creatrix infinita est ergo. Enim uero diuinū esse simplicissimū est, hoc autē qd simplicissimū est totaliter est ubiq; est: nihil em̄ sui habet extra se neq; partibile est. Non est igit diuinā naturę infinitas per modū corporeę expansionis intelligēda, quippe cū deus per ipsam suam purā bonitatē ab omnibus infinita excellētia exaltatus sit, nullius rei terminis circūscribi potest aut cōprehendi: neq; secundū se ullā habet habitudinē ad locū aut ad res alias. Nec itēz intelligendū est, diuinū ens ampliorē habere determinationē ad hūc mundū & terminos eius, q̄ ad hoc ut sit extra mundū hūc sensibile, nisi quia potius hūc se diffundit & cōmunicat. Vnde nec in productione uniuersū cepit esse ubi ante nō fuit per aliquā sui mutationē. Intelligendus est ergo deus purę & simplicissimū lumē, æternaliter in semetipso, in cōmūta biliter subsistēs, ad nihil extra se habēs habitudinē: sed infinita exaltatione uniuersa supergrediēs: propter quod dictū est à Gregorio, qd deus est ante omnia nō solus, post omnia nō pręuentus, supra omnia nō elatus, infra omnia nō oppressus, extra omnia nō exclusus, intra omnia non inclusus. Primū em̄ ob sui simplicitatē cuncta penetrat. Hęc aut ueritatē de infinitate dei in libro fontis uitę Auicebron indagatus est: & Aristoteles 8. Physicorū ait, primū motorē infiniti uigoris fore: quod etiā Auicēna in sua Metaphysica dixit. Propter quod author libri causarū ait: Omnes uirtutes quibus inest finis, pendentes sunt per infinitū primū, quod est uirtus uirtutū: ideoq; dixit Dionysius, qd deus est omnibus æque immediatus.

Gregorius.

Obiectio.

Responsio.

Aristoteles.

Articulus xviii. Quemadmodum ex naturis uniuersū numero & perfectione finitis, cognosci possit diuinū esse in circūscriptibile fore, & quomodo non.

Quoniam aut naturę reę imagines quę ad sunt ad cognoscendū diuinū esse, ex præhabitis palā est: orit̄ tamē dubitatio circa hoc ipsum: cū etiā cognitio fiat p̄ assimilationē, naturę aut reę finitę sint, primū autē ens omnino infinitū, mixtū uideat qd species huius mundi ad cognitionē infiniti esse nos inducat: præsertim cū finiti cū infinito nulla sit proportio neq; habitudo. Sed respōdendū, qd finiti & infiniti naturalis nulla proportio est, eiusdē scilicet generis existens, sed imitativa duntaxat. Potest igit species uniuersū finita in circūscriptibilis esse notionē nos inducere quo ad qd est, nō autē qd est. Ois nāq; creata essentia à diuina puritate in finite occūbit, eā ob id plene representare nequens. Articulus xix. Quod secundū doctrinā diuini Dionysii quadripartito processu ex entibus creatis, ad diuini entis contemplationē procedimus.

Oportet quippe omnium entū positiones seu perfectiones in deo ponere, tanq̄ in oim causā & exemplari principio. Etem̄ qd ad imitationē exemplaris sit, pprie exemplū dicit. Si igit est deus causa & exemplaris ratio bonitatū & positionū secūdoz, necesse est ipsum bonū & pfectū fore, prima igit uia est per positionē: alia uero p̄ abnegationē est uia, cōtēplari primū ens, ut uidelicet secūdoz pfectiones nedū de deo tāq; oim causā affirmēt, sed etiā de eo tāq; de supexistēte sup oia auferant: quā diuinū esse, neq; difficile est, neq; in gñe, nec in aliq; ordine cōstitutū. Denuo, tertius processus per supexcellētiā est, ut secūdoz bonitates deo cōpetere intelligat: id qd impfectionis in eis est tollēdo, atq; qd pfectiois est, cū supexcellēti plenitudine ipsi attribuendū: cui⁹ exemplū sic sumi pot̄: In creatis nāq; sunt esse & bonitas, sed nō sine depēdētia: ad speculandū itaq; diuinū ens, ex his necesse est depēdētiā tollere, & eā q̄ remanet actualitatē superexcellētē primę bonitati ascribere: quā à causā pfectionibus, causata occūbere oportet. Porro quarta uia est p̄ defectiā, uidelicet p̄ secūdoz defectibilitatē & incōpletionē, ex opposito sumēdo diuinę naturę pprietatē: quē admodū ex uisibiliū & corporaliū intelligētiā, simpliciū & separatorū naturā cōtēplamur secūdū Aristotelē. Articulus xx. An perfectior sit agnitio quā per negationē de diuino esse habemus, ea quę per affirmationē est de deo cōteplatione.

Deniq; ut ait Dionysius, hoc est uere deū cognoscere super substantialē, supersubstanti aliter per omniū entū ablationem laudare: secretissima em̄ & mystica diuini esse cōteplatio, est per transcensum & eleuationē mentis super omnes formas creatas, ipsum diuinum ens ut possibile est, in semetipso cōteplando. In hac nempe

nempe speculatione, positiones secūdoz plenissime relinquuntur: & conspiciunt intellectus ipsum primum ens infinita sublimitate super omnem naturā & specię secūdoz exaltatum fore: ideoq; penitus per affirmationē in nominabile non em̄ nominabilis est deus affirmatiue, nisi nominibus secūdoz, quē admodū in libro de causis scribitur. Causa prima superior est omni narratione, & nō narratur nisi per causas secundas, quę illuminantur lumine causę primę. Vnde & sanctus doctor circa uerbū hoc ait: Ille uerissime deum agnoscat, qui hoc de ipso tenet, qd quicquid de eo cogitari aut dici de eo potest, minus est eo quod deus est. Adhuc, nulla perfectio seu bonitas uniuoce de deo & secundis entibus dicitur: eo qd nō sit in genere, neq; circūscriptibile diuinū esse: nō est autē deus affirmatiue entibus dicitur neq; cognosci bilis, nisi nominibus secūdoz: potius ergo & uerius omnium ablationes quā positiones primo enti conueniūt. Habet aut hoc obiectio: quoniam necessario reducit ad affirmationē, sicut priuatiuum ad positiuū. Itēz, affirmatio perfectior est negatione, sicut habitus priuatione. Prior ergo & principalior est affirmatiua diuini esse intuitio, quā negatiua. Adhuc, secundum Dionysium & Platonē, propriū nomen dei est per se bonū. Bonū autē nomē affirmatiuum est. Rursus, soli deo cōuenit esse, si esse pure & uere dicatur secūdum Hilariū & Damascenū dicentes, qd primum dei nomen sit esse seu quod est: propter quod scriptū est: Qui est, misit metāq; esse sic diuino enti appropriata appellatio. Per affirmationē ergo perfectissime cognoscit deus. Insuper, plena cognitio facit scire qd res est: negatiua uero agnitio nō facit scire nisi quid res nō est: non ergo est ipsa perfectior. In huius rursus oppositū sunt sententię summorū philosophorū, deū nō nisi negatiue, & sic perfectissime eum cognosci attestantiū: Proclus nāq; ait: Omne quod superes, ipsum quidē propter super substantialitatem unionē penitus indicibile & incognoscibile omnibus secūdis: participatiuis aut capibile est & cognoscibile: propter qd solū primū penitus ignotū, tanq̄ ameteētū ens. Cui sententiā Alphorabij consona est. Sic igitur de hac dubitatione difficultas cōstingit. Sed ex præhabitis eius solutio pendet: ostēsum nāq; est, qd quis secūdoz perfectiones & naturę diuino enti nō conueniant secūdum proprietatem, qua in nostrę mētē in intelligētiā cadunt, & ut illis secūdis nomina imponimus, uerū tamen bonitates causarū secūdam naturā rei, seu secundū plenitudinem perfectamq; suarū entitatū rationem, uerius & sublimius primę causę qd creatis cōpetunt. Nos quippe diuinū esse aliter cōspicere nequimus per affirmationē, nisi ut in secūdis resplendet, nō aut ut in seipso subsistit. Cūq; secūdoz bonitates à sui fontis plenitudine in finite deficiant, potius deū per ablationē q̄ positionē dicimus agnoscere. Nihilominus perfectior est diuini entis intuitio positua, si bonitates secūdoz secūdam fontem suam plenitudinem contemplantur. Horum uero exemplum sic accipi potest: dicitur nāq; deus esse & bonitas atq; intellectus, & nō nisi per causam & exemplar. Neq; hæc uera est: deus est bonitas, nisi quia nō est nō bonus. Sed hæc omnino uera est: Deus nō est bonitas: si natura boni sumatur ut à nobis agnoscibilis est: si uero bonitas simpliciter & secūdam suam plenitudinē dicatur, tūc uere deo & ipsi duntaxat cōuenit, sic uero à nobis nō potest dinosci. Ideoq; quo deum perfectius agnoscimus, eo omnia secūda purius & distantius ab eo remouemus: per hoc lucidius diuini esse cunctis suppositam exaltationem explicātes. Si dixeris, Ex rebus & rerum ordinibus scimus deum fore puram & super substantialem acin: circūscriptibile bonitatē: Neq; uideatur bonitas sic dicta posse negari de deo, cū sic cōcepta, ipsi soli cōueniat: bonitas ergo ut à nobis agnoscibilis est, potissime deo competit: imo ex hoc apparet, qd diuinum esse secūdam plenitudinem suę naturę in sciēdis reluceat atq; resplendet. Sed dicēdum, qd bonitatē sic dictam, nō nisi quia est, de deo cōteplamur. Sic em̄ diuina natura perfecte agnoscibilis est in secūdis: nō aut caput intellectus, quid sit in finita bonitas: eo qd facultatem eius in finite supergrediēs sit, per nihil secūdoz plene representabilis existēs. Enim uero quod primo obicitur, negatiuum reduci ad affirmatiuum tāq; ad digno rem partem entis, hoc obrinet, qd aliquis intellectus neq; primus, diuinum esse plenum comprehendit. Denuo, auctoritates inductę intelligēdę sunt prout naturę illę impermixtę & uerę dicuntur: sic enim deo soli conueniunt: sed ut habitum est, sic nō cognoscuntur de primo, nisi quia sunt, nō autem quid sunt: ob hoc nempe ideo ad cognitionem quid est, uerior & potior est negatio quam positio: melius nanque scimus quid deus nō est, quam quid est: neque dicitur deus pura bonitas, secūdam qd pura bonitas à nobis agnoscibilis est. Vltima deniq; ratio hoc cōuenit, qd simpliciter cognitio positua sit potior in eo, scilicet intellectu qui diuinę quidditatis compræhensiuus est: quod etenim in nobis potior est ablatio q̄ positio de diuinis, nostrę defectibilitatis est.

Thomas.

Exod.

Proclus.

Obiectio.

Responsio.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XXI. Quod diuinum esse intuitione quid est, à nullo creato intellectu possit contemplari naturali sua uirtute.

Aristoteles.

Dicente Aristotele, quemadmodum se habet uespertilionis uisus ad intuitionem solaris radij, sic ad agnitionem separatarum substantiarum se habet noster intellectus. Id omnes consentunt, quod separatas substantias secundum suas quantitates in hac uita conspiciere est aut impossibile, aut certe omnino difficile: primus uero & diuinus intellectus omnium supernorum animorum sublimitatem interminabili supergreditur perfectione, omnino ergo impossibile est ipsum secundum quantitatem intueri. Adhuc, nihil secundum essentiam uidetur nisi propria suae essentiae similitudo in similitudine mentis non enim lapis, sed species eius est in anima: nihil autem creaturarum rerum diuinæ essentiae adaequata similitudo esse potest, eod quod omnis perfectio secundorum à diuini esse plenitudine infinite deficiat, per nullam igitur creaturam speciem deus secundum essentiam uisibilis est. Amplius, species intelligibilis adaequata & propria representando comprehendit & finit naturam intellecti, aliter enim aliquid extra remanet, & sic in specie illa res plene non uideatur: diuinum autem ens omnino inuisibile est, cum eius perfectionis plenitudo ad nullum gradum seu speciem entis limitetur: nulla ergo creata similitudo poterit esse forma intelligendi deum per essentiam. Denique, intelligibilis forma sic est naturæ intellectæ uicaria, ut sit per idem, ipsam autem essentiam inesse intellectui: natura autem creata species eatenus potest diuini esse similitudinem gerere, ut sit per idem, eam autem diuinam essentiam uniri intellectui. Iterum, semper forma intelligibilis est proportionata reid diuino autem esse, cum sit infinitum, nihil secundorum proportionari potest, neque simile esse nec genere neque species per nihil ergo creaturam uisibilis est diuinæ naturæ quidditas. Insuper, corporeus uisus, in corpore eorum, ob nimiam eorum simplicitatem, uisus non est: quicquid namque corporale est, uideri potest: uehementius autem superexcellit diuini esse simplicitas omnis creati intellectus simplicitate, quam alicuius creaturæ substantiæ simplicitas corporei uisus puritatem inuisibilior est ergo diuinitas omni creaturæ menti quo ad quid est, quæ aliqua natura condita uisui corporali. Manifestum est ergo, quod per nil aliud quam per ipsam diuinam essentiam deus secundum quantitatem suam conueniri potest & agnosci. Hoc autem est, ut diuina essentia sit quod & quo intelligendi. Id quippe nullibi naturaliter contingit, nisi in diuino intellectu. Naturalem enim uirtutem omnis creaturæ mentis, hoc infinite superat, ut infinito lumine immediate coniungatur. Sed hæc posterius plenius elucescent. Nunc uero sufficiat ostendendum fore, quod diuinum esse non nisi ab increato intellectu possit conspici secundum agnitionem quid est & essentia. Ob hoc equidem Moysi dictum est: non uidebit me homo & uiuet.

Exodi. 33

Articulus XXII. Quod deus non est in genere, nec species neque in specie, nec diffinibilis neque demonstrabilis, nec aliquo nomine cum secundis uniuoce nominabilis.

Quemadmodum septimo Physicorum manifestat Aristoteles, genus naturam imperfectam essentiali perfectione perfectibilem dicit. In quocumque igitur ratio generis uere fundabilis est, necesse prorsus est ex natura rei aliquid esse se per modum potentialis principij habens. Iterum, oportet tale ens secundum se determinabile & contrahibile fore: nec enim aliter ratio fundare uere possit intentionem generis in natura tali. Deo autem qui est omnino purus actus & simpliciter perfectus, hæc non conueniunt: non est ergo deus genus. Porro, species omnis naturam determinatam & limitatam perfectionis exprimit: quoniam differentia naturam generis in specie ad certum atque distinctum perfectionis gradum coartat: Differentiæ enim ordinem in speciebus causant in eo, quod genus secundum diuersos perfectionis modos in speciebus designant. Ei ergo cui conuenit uniuersalis essendi plenitudo & infinita perfectio, directe repugnat ratio speciei. At uero, hanc ipsam substantialem perfectionem quam differentia conferat generi in specie, terminat & finit in essendi perfectione: quoniam differentia cum genere diffinitionem rei constituit. Diffinitio autem secundum Aristotelem terminus dicitur, eo quod tota speciei perfectione comprehendat & finiat in semetipsa: faciès perfecte scire, quod quid est. Nunc autem sæpe præclaratum est, primum ens omnino incircumscribibile & interminabilis perfectionis fore. Non est ergo deus species, nec per consequens in specie: cum sit omnino simplex non habens aliquid additum suæ naturæ. Et si deus non est species, non potest esse diuinum suppositum in specie: enim uero ordo in speciebus constituit. Si ergo est deus species aut in specie, sub ordine specierum sui generis inclusus est. Impossibile est autem ea quæ in eodem ordine sunt, infinite distare: sed, necesse est ea proxime & immediate colligari: ita quod secundum naturam rei nihil possit intermediare aliter.

DE LUMINE CHRISTIANÆ THEORIÆ, LIBER I. 8

aliter nancq non erit imperfecta ratio ordinis: natura enim non prodidit à distanti in distans, nisi per mediū secundum Dionysium: deus autem omnino infinitus est: est ergo (ut ait Auicenna) extra genus & ordinem. Adhuc, species res se habent ut numeri secundum Philosophum. In numeris autem inter species numerorum nihil mediat, neque potest numerus infinite distare à numero. Deus ergo omnino nec species est neque in specie: cum inter primam intelligentiam & diuinum intellectum, nil implicet plures intermedias species esse, ob id quod infinita est diuini entis superexaltatio. Denique, diuino enti ex se & propria natura repugnat multiplicabilitas, ut supra de unitate ipsius inductum est: Uniuersale autem naturam in multis subtilem atque uersatilem explicat. Non est ergo deus species, neque genus, nec omnino in specie. Adhuc, quod est in specie secundum suam essentiam cognoscibile est à nobis, cum sit diffinibile & demonstrabile: quod deo non conuenire preostentum est. Ex hoc autem constat, deum diffinibilem non esse neque demonstrabilem subiectum: non enim sine differentia & genere diffinitio neque sine diffinitione demonstratio secundum Aristotelem: quippe, uniuoca sunt, quorum ratio eadem: deus autem rationem non habet. Amplius, uniuoca sub eodem genere continentur: deus autem est extra genus omnem: ergo uniuoce de deo & secundis enuntiaripotest: Omnia enim de quibus aliquid uniuoce dicitur, sunt aut unius generis species, aut certe eiusdem speciei in diuina.

Articulus XXIII. Quod ea quæ de deo & secundis dicuntur, non omnino æquiuoce, sed analogice de eisdem enuntiantur.

Denique, ut iam ante claruit, perfectiones secundorum dicitur de deo per causam & exemplarem quod ab ipso tanquam ab exemplari principio emanauerint: agens autem omne & præsertim exemplare, producit sibi simile: necessarium igitur est in secundis quandam diuinæ naturæ similitudinem expressam esse. Non ergo est omnimoda æquiuocatio, sed analogia in his quæ deo & secundis attribuitur. Dum namque pura æquiuocatio contingit, nihil de ueritate nature prioris est in posteriori, ut sanum de uitio & humore. Adhuc, agens agit secundum quod in actu: actus autem dei est sua essentia: ideoque per essentiam agit deus: effectus autem participatio similitudo est suæ causæ, sicut ante præhabitu est res ergo creaturæ, diuinæ naturæ participationem habent. Non ergo est pura æquiuocatio, sed analogia in predictis affirmationibus. At uero, deus produxit hunc mundum ut sua bonitas & perfectio reuiceret in eo (ut ait Plato) oportet ergo res huius mundi, diuini esse imagines fore. Rursus, quod agens fuerit melius, eo communicat se largius: & quo fuerit perfectius, eo magis assimilati sibi effectus: agens enim semper intendit sibi assimilare passum: primum autem agens optimum profusus est & penitus perfectus: omnino ergo decuit, ut secunda diuinæ bonitatis communicatione acciperet. Porro ut de causa & causato aliquid uniuoce dicat, necesse est ut effectus forma secundum quæ causam agit, secundum specificam similitudinem recipiat: non enim de sole & igne dicitur calor uniuoce: ideoque ob secundorum à prima distantiam, non est de eis idem aliquid uniuoce dicibile. Sed scire conuenit, quod analogia quæ non est nisi ordo seu habitudo plurium ad unum, uno modo attenditur secundum participationem naturæ in diuersis, sicut de substantia & accidente ens analogice enuntiat: uera enim, quæ uis tenuis & deficiens entitas in accidentibus est: Ens enim ueræ & extra animam in decem prædicamentis paritur. Secundo autem, ordo talis analogicus non secundum naturam ueræ communicationem, sed secundum puram habitudinem pensatur: sicut militare non dicunt, ut demonstratum est. Talis quoque analogia uera æquiuocatio est, cum sit illic ratio maxime diuersa. Rursus, est æquiuocatio à causato, & in significatis per ipsum nullus ordo attenditur unius ad aliud, sed in eis natura secundum eandem rationem esse potest, ut in animali latrabili & pisce est ratio una generis, & per nomen canis æquiuoce significatur. Hac autem æquiuocatio de deo & secundis eadem non dicitur, quoniam habitudinem adinueniunt habent.

Plato.

Analogia g.

Articulus XXIII. Quod natura dei est bonitas.

Vt autem Dionysius ait, Primum dei nomen est bonum: & est in hoc ipse Platonicorum fautor, qui summum deum ideale dicebant bonitatem: ponentes per se ens in secundo deorum ordine. Aristoteles autem esse quatuor ens ponit ante bonum. Propterea inter Theologos eximios est dissentio. Damascenus enim & Hilarius, esse seu quod est, primum & diuinæ naturæ principale nomen constituant: Dionysius uero & Platonicus cum Stoicis & Proclo Platónico, bonum aiunt diuinæ nature perfectissimum & primordiale nomen. Quid autem horum magis tenendum sit, non est meum determinare. Hoc solum affirmandum existimo, id in quo diuina natura plenius refulget in creatis, fontem autem & primum diuinæ nature nomen ponendum fore: quoniam secundum omnia antehabita, neque nominabilis

bb 2 neq

neq; cognoscibilis est à nobis deus, nisi ut in secundis resultantia quaedam est suae existentie. Quamq; uero, quicquid in deo est, sit natura eius, aptius tamē diuini esse natura sub quibusdā appellationibus & scitur & exprimitur quam sub alijs: cum lympidius diuina perfectio in quibusdā secundis bonitatibus expressa sit, q̄ in alijs. Itaq; diuine perfectionis plenitudo & natura dei per nomen bonitatis sublimius explicari uidef. Porro, cū esse rei sit bonitas eius, rursum quicquid sit uel appetibile uel sui diffusiuum, nisi secundū qd est, Et iteq; æqui ambitus sint ens & bonum, quo ad presentem inquisitionem parē refert ad bonū aut esse diuinū, ens & naturam eius primæ uel nominet. Ob singulare tamen & appropriatas rationes dei natura bonitas est. Natura quippe rei id est, à quo nobilissime & singularissime ipsius proprietates emanāt: secundum rationem uero boni, excellentius deo conueniunt ea quę ipsi dūtaxat & notionaliter attribuuntur. Bonū em̄ est quod omnia appetunt secundum omnes philosophos. Diuinum autē esse cunctis appetibile est, tanq; omnis esse & subsistentiæ cōseruatiuum natura ergo dei, cognitue bonitas nuncupatur. Amplius, boni proprietates est communicabilitas: id ergo quī uerbaliter & fontaliter sui diffusiuum est, uehemētissime & naturaliter bonū est: Deus autē sanctus & excelsus, omnium causa est & fontanū lumen. Deniq; perfectū est quod fini suo plene cōiunctū est. Finis igitur est perfectionis ratio. Bonū autē & finis coincidunt secundum Aristotelem in Physicis. Est igitur bonitas ratio perfectionis rei. Solū uero deo cōpetit simpliciter perfectū esse. Bonitas ergo cū ab ea hęc proprietates fluat, rectissime natura dei dicitur. Enim uero in 1. primæ philosophiæ ostēdit Aristoteles, primū intellectu mouere orbium motores, sicut desideratū mouet desiderū. Nihil autē desiderat nisi bonū uel apparēs: nō est nēpe cogitabile, primū bonū nō fore uel bonū, supernos uel intellectus in sui desiderio falli posse. Deus ergo bonū est, & omnis boni bonū: quia omnium finale desideratum & causale principium ac prima mēsurā. Denuo, hoc naturaliter bonum est, quod secundum proprię naturę subsistentiā, omnium est illuminatiuū, reductiuū & causatiuum. Tale autē ens est deus: quoniam, ut ait Dionysius, quēadmodum corporeus iste sol dā uinā lucis eui dens imago, totus splendens & semper lucens corporibus suae illuminationis capacibus, proprię radiōy lumina paritur, sic diuina lux ex proprię naturę bonitate cunctis superfluit, deriuationes suas scaturiens, & secundōy capacitates adimplēs: est ergo deus naturaliter bonus. Cūq; sit deus omnino simplex & substantialiter omne qd est, necesse est ut sit in eo idem ipse & bonum ac bonitas.

Bonum quid.

Dionysius.

Articulus XXV. Quēadmodum iuxta traditionē Boethij nulla substantia citra deū sit substantialiter bona: in quo ostendit quod deus est pura & supsubstantialis bonitas.

Inuestigauit quippe sanctus Ioannes Romanus diaconus à Boethio, quomodo substantialitatis in eo quod sunt, bonæ sunt: cum tamen non sint substantialia bona seu substantialiter bona. Et quidem omne quod est, in eo quod est, bonū est: esse em̄ est bonitas entis: omnia em̄ appetunt esse. Rursum, cōuersio est propter similitudinē cōuersi, & eius ad quod sit cōuersior: quoniam omnia tendunt ad simile: omnia autē quæ sunt tendunt ad bonū: omnia ergo bona sunt. Aut ergo per essentiam & substantialiter, aut participatione primi boni. Si participatione, tūc utiq; nō per se & essentialiter bona sunt: quod em̄ entis substantialiter & independentē cōuenit, hoc ei quolibet & indissolubiliter cōuenit: ideoq; p nullius extrinseci ablationē sit ipsum separabile. Quod uero p participationē est, necessario dependet, & priori amoto ipsum periri necesse est. Relinqt ergo pro cōstitū, nullū bonū participatū substantialiter bonū seu substantialiter bonū fore. Ea ergo quę bona sunt, si substantialiter bona sunt, necesse est ea per se & independentē bona esse. Primo ergo bono paulisper amoto ab animo, adhuc erūt bona, aut ergo totaliter erūt bona, ita ut eis idē esse & bonū esse, eo quod oīno nihil aliud fieri nisi bona. Quod si dicat, erūt oīno primo bono similia, neq; diuersa essent ab eo: id nāq; substantialiter & totaliter bonū est. Egdē, supra de unitate dei demonstratū est impossibile esse duo fore entia substantialiter & totaliter bonā in nullo eorū: esset natura boni minorata: itaq; esset utrūq; simpliciter perfectū: Hoc autē impossibile. Impossibile ergo est aliqd citra primū sic bonū esse, ut sit omnino & totaliter bonū: sed hoc necessariū est admittere, si aliqd citra primū dicat per se & substantialiter bonū: quoniam quod substantialiter inest, hoc quomodo libet & irremouibiliter inest: Ideoq; si secunda substantialiter bona essent, omniūq; bonæ essent: secundum nullā ergo habitudinem essent nō bona. Itaq; sublato ipsorū mutuo ordine, adhuc bona erūt: cū tamen hoc modo cōfusa essent & inordinata. Rursum, per cōparatiōnē unius ad aliud, aut omnium ad primum, nulla poterit eis inesse imperfectio, dependētia aut potētia: si substantialiter bona sunt: hæc em̄ oīa defectus sunt bonitatis & malitię quędā.

Argumentatio.

Solutio.

Erunt

Erunt ergo æque perfecta actus puri & sibi per se penitus sufficientia. Hoc autem inconueniens: impossibile igitur est aliquam substantiam citra deum bonā substantialiter esse. Præterea supra deductum est, ipsum quod entis substantialiter conuenit, nō posse minoratū fore in eo, sicut natura humana minui nō potest in Socrate: quoniam natura rei sicut & species, cōsistit in indiuisibili. Si igitur bonitas secundorum, substantialiter & secundum propriam naturam eis inesse, nō utiq; secūda distaret à plenitudine perfecti ratione bonitatis: cū nō posset in eis minorata esse bonitatis natura. Itaq; essent omnia purę bonitates. Hoc autē omnino insipientissime mētis est dicere. Rursum, quod naturaliter & secūda specie inest, nō excludit id qd sibi cōtrariū est, quēadmodū homini inesse nō potest irrationalitas, cū sibi per se inest rationalitas: si igitur secūda esset substantialiter bona, nihil malitię & indigentię, cōmixtū eis fore: esset em̄ bonitas natura ipsorū. Itaq; essent omnino pura & perfecta: quod cogitari prohibet ratio. Nullum ergo ens citra primū est substantialiter bonū. Si dixeris, substantialitatis bonitates substantialiter sunt, sicut & eorū naturæ sunt ergo substantialia bona. Adhuc secūda præhabita, oīa secūda erūt actualia bona: nō est em̄ inter substantialia & accidentalia medium. Iteq; entia creata quędā sunt substantialia, quędā accidentalia: res em̄ per se stantes substantialia sunt: ens autē & bonū cōuertunt, sunt ergo inter creata quędā substantialia bona. Sed dicēdū, quod substantialia nūc sumptū est pro se & essentialiter tali. Ei autē qd est per se & essentialiter opponit qd est per aliud. Accidentes deniq; uno modo accidentalis forma dicit, quę in gñe accidentis aliquo ponit: sic aut bonitates substantialitatis accidentales nō sunt: sunt uero accidentales. Si participare & per aliud entes. Si uero substantialia suscipiat pro eo cuius esse nō inhæret cōtingenter, quędā secūda dicitur entia & bona substantialia. Enim uero cū deus sit naturaliter ipsa sua bonitas, nil malitię ipsi inesse potest. Ideo nēpe ab Alphorabio & Dionysio pura bonitas dicit: Pura em̄ dicit, qd alienæ naturæ impermixtū est: quis uero malū naturā nō habeat, tamē quo res à plenitudine ipsius esse amplius distat, eo malo seu nō esse pmixtior est, tanq; ex propria natura defectibile & imperfectū existens. Vnde in Timæo ait Plato: Fabricator mūdī optimus est. Et iteq; Porro à primo omnis profusus inuidia lōge relegata est. Propter qd primo primę philosophiæ antiquos poetās increpat Aristoteles, quę dicebat quod diuinū ens inuidet. Insuper, sequit deū quomodo libet bonū esse: & quēadmodū ex oibus secundis nulla bonitas ei aduenit, sic per nullū extrinsecū quicquid imperfectiois ei cōtingere potest: & cū sit ipse deus omnis bonitatis inenarrabilis causa, optime super substantialis bonitas appellat.

Objectiones.

Bonum quid.

Plato

Articulus XXVI. Quod necessarium est hunc mūdū, & quicquid in uniuerso contentum est, à primo processisse.

Quoniam quidē aut in uniuersitate res ordo est ab infimo usq; ad supremū per ordinata media, elucescit & omnino palā est uniuersitate secundorū: reduci in primū. In omni namq; ordine ignobiliora cōuertunt ad sublimiora, tanq; ad sui perfectiua principia: quēadmodū in corporibus oīa huius mūdī corpora ad supermundanū corpus conuertunt: quoniam oportet hūc mūdū contigū esse latioribus superiorib; ut tota eius uirtus inde gubernet secūda Aristotelē. Itaq; in ordine entis & boni, omni entitate & bonitate imperfectiora, ad primū & diuinū ens cōuertit necesse penitus est, alioquin nō erit ordo ille necessarius: ordo quippe res omnino indissolubilis est. Deniq; omne qd ad aliud necessario cōuertit, indispērgibile ad ipsum cōnexionē habēs indiget eo: Hęc namq; cōuersio appetitus est: Appetitus uero necessitatis indigentia est. Omnia ergo indigent, & necessariā dependentiā habēt ad primū ens: secundorū itaq; perfectio à primo ente dependet. Sed ab eodē habet res esse & bene esse: quoniam ab eodē sunt actus primus & actus secundus. Iteq; quā ab eodē habet ens omne esse & agere. Rursum, quoniam nulla natura expers est naturali actione esset em̄ frustra. Si igitur haberet à se esse & non bene esse, esset secundū se omnino frustra & inane. Omnium denique horū ratio est: Esse nāq; formalissimū est, & omnium secundorū substantiā ca radix. Si ergo habet aliquid à seipso, hoc quod actualissimū est scilicet esse, quod fingi potest ipsum nō habere à se quod minus perfectū est, præsertim cū oīs natura & species secūda dignitate sui esse sit secūda ad proprias & generales perfectioes: proprietates em̄ rei à differētia sunt. Relinquit igitur unū quodq; ab eo habere esse, ad qd dependet in sui esse bonitate & naturali perfectione. Cūq; ad primū omnia cōuertant & indissolubiliter ordinent, necesse est omnium esse à primo profuisse. Præterea, si secundorū aliqua habent increatū esse, inuestigare rectū est, utrū talium naturæ secundū seipsas cōsideratæ, & primo ente per rationē paulisper semoto ab aīo erūt otiosę: uel secundū cōuenientiā proprię subsistentiæ operantes. Si adhuc tūc operabū, nō necessario dependēt ad primū quo ad bene esse: itaq; omnium ordo & essentia

Aristoteles.

ialis subordinatio describunt. Si uero otiosa erunt, sequuntur oia quae iam praeducta sunt inconuenientia. Insuper, possibile erit naturas reze esse, & otiosas esse, seu nihil agere. Primum enim agens influxum suum eis subtrahere potest, cum sit agens extra genus & liberum, ut posterius introduceat. Hoc porro factum, adhuc naturae secundae indissolubiles permanent, cum in dependenter & ex se subsistant causam non habentes. Amplius, quod rei per se & essentialiter conuenit, omnino inseparabile est & perpetuum. Si ergo aliqua citra principium habet incrementum esse, ad illius fixationem nullo eget extrinseco. Aut ergo habent a semetipsis uirtutem agendi & bene esse, aut non. Si habent a seipsis, omnino nullam habent necessitatem primi entis, & omnis ordo causarum & causarum mouentium & motorum peribit: aut certe omnino dissolubilis & imperitaneus erit, non existente primo cui necesse sit obedire secundae. Si autem non habent a se bene esse, tunc ex se habebunt possibilitatem, ut sint sine operatione, frustra uidelicet & otiosae: habent enim ex se necessitatem ad esse: omnimoda uero contingentia ad naturalem perfectionem: hoc autem est impossibile: sic enim haberent ex se necessitatem essendi, & possibilitatem ad non esse. Quod nanque ex se possibile est priuari propria actione & perfectione, eo ipso quo tale, possibile est non esse: cum nil possit esse frustra. Hoc autem est frustra, quod sine non habet, neque in bonum ordinatum esse: cum sine actione est naturalis, huiusmodi est: quoniam unum quodque per operationem propriam sine attingit, ut in libro de caelo ostendit Philosophus: imo ut idem ait, felicitas in operatione consistit: neque necessitatem essendi habet eo ipso quo increatum. Haberet ergo aliquid ex se necessitatem ad esse, & possibilitatem ad non esse, quod implicat. Si dixeris ut quidam dicunt, primum non esse causam reze effectiuam sed conseruatiuam dumtaxat, iam hoc destructum est: Intelligi enim non potest, quod aliquid destruat illo remoto a quo nihil sui esse seu naturae suae recipit: praeterquam, si ex se esse habeat, nullo requisito extrinseco causante ut sit ipsum. Adhuc, quod res habet ex se, habet propria uirtute: non ergo indiget alieno. A uero ostensum est, ens nullum propriam & conseruatiuam perfectionem expers esse posse. Itaque sicut ex se potest esse, sic poterit ex se agere & permanere. Praeterea, permanere in esse, non est aliud quam esse secundum quod transit & fixum: quae fixio nihil reale superaddit ipsi esse: Dum enim lux diffusum lumen conseruat, nihil luminis sui perinfluxit. Si igitur res propria uirtute est, non eget conseruante: si enim indigeret, esset uirtute aliena, cum non sit aliud esse rei, & ipsius esse permanentia. Ex his ergo innotescit, omne quod est citra primum, ab eo profluxisse. Haec proinde rationes super naturam conseruatiuam secundae, ad primum stabilitate sunt: & assumptae sunt rationes ex dictis Platonis & Elementatione theologica subtilis Procli Platonici. Enim uero ratio his apponi potest, quae omnium confirmatio est praedictorum: Si enim alicui naturae conueniat aliquid per se & necessarium, tunc eadem necessarium & per se conuenit id quod necessarium conseruatiuam est illud. Si enim ab aliquo conueniret, tunc non necessarium, neque per se competere. Unde si homini per se conuenit esse ratio cinatiuum, tunc ei per se competit esse disciplinabile: & si ammiratiuum, esse risibile. Agere autem & posse ut ostensum est, necessarium sequuntur ad esse, cum sine illis nihil esse possit: quod ergo ex se & propria natura habet esse, necessarium prorsus & ex se habet posse & agere. Amplius, per se praesupponit de omni, sicut primo posteriorum dicit: quod ergo ex se & per se est, semper est ex se. Pro firmo igitur relinquitur, unum quodque ab eo habere uirtutem agendi & permanentiae, a quo est ipsum suum esse. Enim uero secundus processus ad huius ostensionem ex ipso rerum ordine suscipitur: etenim ordinem intimum esse entibus & optimum uniuersis, aiunt Aristoteles & Dionysius: habent se nanque (ut cernimus) species reze tanquam numerum & ut Isaac in libro definitionum scripsit, semper secundum quod oritur in umbra primi, & tertium in umbra secundae. Ordo denique alium non est, quam conuentio quaedam & habitudo, seu concursus plurimum ad unum. Aut ergo ordo uniuersis ad primum casualis est, causam uidelicet nullam habens, aut certe praetentus & causatus est ab aliquo. Inconueniens est autem dicere, quod sit casualis, cum sit uniformis & perpetuus, & optimum quid in rebus. Est ergo omnino causam habens & praetentus: quippe ordo non nisi a causa sapientiali esse potest si causam habet: sapientis nempe est ordinare. Ordo equidem naturaliter uniuersis secundum substantialia suas quidditates eis conuenit: species nanque per suas essentialia differentias ordinat. Unde nihil superaddit specificis rerum essentialibus ordo ista quoniam omni accidentali entitate seclusa, ad huc naturae & species ipsae, ordinem essentialiter prorsus tenent. Hoc est ergo naturaliter & speciebus causa quod ordinis causa est, cum sint idem. Primum autem est causa ordinis uniuersorum cum nihil aliud ab eo sit prius his, quae in ordine comprehendentur: omnium ergo rerum est deus causa, eo quod necesse sit ordinem reze causatum esse. Si dixeris, ordinis huius nullam causam esse, non tamen esse omnino casualiter sed naturaliter adiciens, quod sicut naturae secundae habet esse ex se, sic & ordinem hunc habent. Sed dicendum, quod naturae coipso quo sic ordinatae sunt,

conueniunt

conueniuntur causatae fore. Plura enim & quae distincta sunt, secundum quod huiusmodi non conueniunt, nec tendunt in unum: multitudine enim potius est secundum se confusionis radix, quam causa ordinationis: nec tendunt diuersa in idem, nisi per aliquid commune inexistens eis: conuersio enim & appetentia sit per similitudinem, sicut in principio huius operis demonstratum est: simile itaque aliquid inest omnibus, & ipsi primo cuius causa omnia primo uniri fatagunt: quae aut diuersa sunt & speciebus distincta, secundum quod huiusmodi in tali communi neque addit, neque communi dicitur: differentia namque distinguit & separat, & quod commune fuit diuersificat. Necessarium est ergo aliquid commune & simile inest speciebus & naturis, cuius causa concurrat & conueniunt. Hoc autem natura communis est, secundum quam etiam cum primo conueniat: quod aut diuersitas & omnibus secundum se distinctis conuenit, non potest eis conuenire, nisi per participationem ab uno, cui id per se & essentialiter conueniat: hoc enim commune quod omnibus formaliter inest, secundum diuersos gradus eis inexistit: ideoque non per se neque per essentialiter conuenit ipsas. Iam nanque frequenter explanatum est, id quod per se & substantialiter tale est, plenum esse & perfectum. Est ergo aliquid substantialiter hoc habens, quod omnibus speciebus commune est, cuius causa in idem tendit suo ordine. Per illius nempe participationem species similes sunt, & inter se cum illo. Haec denique communis natura, siue sit bonitas siue entitas, omnibus secundum se conuenit: formaliter, cuius causa substantialiter conueniunt hinc, aliud non est a specifica quidditate: non enim eadem inest plures quidditates & formales essentialia. Primum ergo, quae ad modum huius similis, & communis communis naturae causa est, sic & specificae: diuersae ergo reze naturae & species a primo creatae sunt. In ordinis porro ratione, & conformitas, & diuersitas intelliguntur: & quidem conformitas naturis inest, secundum quod ab uno simplici profluxerunt: diuersitas autem secundum diuersos participatiui gradus. Demonstratum est ergo ex ipso substantiali reze ordine ipsarum naturarum specificas bonitates, ex ipsa diuersitate diuersae lucis fonte emanasse, & hanc rationem Damascenus partim introduxit. Si rursus dixeris, Primum non nisi finalem causam esse ordinis & naturae secundae, hoc nunc destructum est: nepe deductum est a primo profluxisse secundae: finis autem nihil, & praeterea nihil essentialiter principiorum inest nisi per efficientem. Amplius, si plura sunt increata, non uidebitur cur unum dicat primum, aliquid secundum, reliqua uero tertium, & sic deinceps. Aut enim in esse & bonitate sunt conformia, & sic non erit illic ordo. Verum nec hoc dici potest, sic enim essent plura simpliciter perfecta & infinita, quod ante perceptum est. Denuo, cum unum quodque sit ens per se & ab aliquo independens, non uidebitur cur esse inest plenius uni quam alij. Omnino ergo impossibile est, & totius ordinis & decoris unum uerbi ablatiuum, ponere plura increata. Praeterea, si plura sunt increata entia, non erit in omni ordine, primum mensura & metrum secundae, sed neque uerbi erit quod in omni genere primum sit maximum, & causa ceterorum, quae tamen ab Aristotele inducunt, & a tota schola Peripateticorum suscipiunt. Est autem huius deductio: primum enim ideo aliorum mensura fertur, quia secundum recessum ab eo, & accessum ad ipsum, perfectionis ordo inest ceteris. Si autem reliqua habent esse, non ita in ordine ad primum seu recessum ab eo pensanda erunt: naturae in eis dignitas, sed ex propria uirtute: praeterea cum sit in prima ratione ostensum, entia talia necessaria connexionem ad primum non habere: quod enim ex propria uirtute habet esse, & substantialiter est ens, in se non potest habere principium destructibilitatis: contra dictoria namque non conueniunt eidem, dum alterius naturale est. Cui ergo per se conuenit esse, non ex se habet dissolubilitatis originem, sicut nec homini, cum sit per se rationalis, in esse potest non rationalitas. Propterea ens tale increatum scilicet, non eget extrinseco conseruante. Omnino ergo impossibile est plura increata fore. Praeterea, ab omnibus astronomis ostendit, & a philosophis ponitur essentialis subordinatio primariae & conuenientiae causarum. In specie autem subordinatis causis secundum non agit, non agente primo: neque agit, nisi in uirtute primi. Si autem ponatur plura increata, quod maxime foret in separatis substantiis & caelorum orbibus, tunc haec peribit subordinatio: cum sit ostensum, huiusmodi entia, & uirtutem essendi, & potestatem agendi habere remoto omni extrinseco. Non igitur esset haec subordinatio in causando, nisi ipse per se uellet primo subternere, & naturalibus uirtutibus spoliare. Omnino igitur necessarium est, omnem causalitatem et naturam secundae, a deo sublimi et benedicto emanasse. Propter hoc etenim in secundo Metaphysice, unam simpliciter primam causam ponit Aristoteles: imo in omni causarum genere ait primam quandam fore causam: qua non causante, nil ceterorum causare potest. Enim uero, natura uniuersalium et species plena est, neque minorata esse potest in essentiali perfectione: quoniam in indiuisibili consistit: species enim non recipit magis et minus in specifica essentialia: quod autem est increatum, est ens per essentialiter, et naturaliter bonum: quod uero tale esse illius natura est bonitas, & substantialiter est ipsum ens, ut iam saepe ostensum est. Non ergo poterit natura bonitatis in ipso a sui plenitudine deficere: itaque esset ipsum simpliciter perfectum: cumque nihil sit tale citra diuinum esse, nil prorsus secundae potest increatum esse habere. Praeterea omne increatum est necessarium esse in se subsistere: si enim receptum esset, indigeret ad sui subsistentiam potentiam ipsum ful-

Solutio.

Natura communis.

Obiectio 12.

Quid sit ista.

Isaac.

Obiectio.

eficente & sustentante, cū non sit pluralitas sine necessitate in eodem ponenda. Quā deniq; ali quo indiget nō per se & propria uirtute est, cum egeat extrinseco. Sed ens increatum ex se & propria uirtute subsistit: est enim ens per essentia. Adhuc, in eodē potētia precedit actū, cum recipiat eum (ut ait Aristoteles) ipsum autē increatū eē nil penitus prece dit. Iterū, actus unitus potētiā, de se est in potētia, cū non sit, neq; eē possit, nisi iam sit receptus. Itaq; reci pi præcedit naturali ordine eius eē: & sic non sua uirtute, sed per aliud subsistit: unde necesse sarium est ipsum prius uniri potētiā quā possit eē: nil autē unit unum alteri, nisi prius sit: si ergo actus unit se ipsum potētiā, esset ante quam eē: quod implicat. Rursus, sic ut quod est in potētia ad eē, reduceret se ipsum ad actum, quod comprehendit nō potest: ideoq; securū dūm Aristotelē, semper extra actū & potētiā oportet quærere causam efficientem. Relin quitur ergo, qd esse in creatum est in se subsistens: quod enim enti per se cōuenit, omni utiq; extrinseco amoto, competit ei. Elucescit proinde ex hoc, nullius materiale substantiā esse posse in creatum fore: Receptum est enim: nec materia quæ est pura potētia, est aliquid de esse rei. Vbiq; quippe est substantialis unio actus & potētiā, est causa effectiua. Itaq; celorum corpora, & omnes sensibiles substantiā, participant esse. Porro, nihil citra deū est esse in se subsistens: quod enim est ens per essentiam, & esse in se stans, est purus actus omni carens materia & potētia. Esse enim secundum se, est simplex bonitas: nec potest esse subiectum: sed ipsum quod est, est subiectum. Si ergo est ipsum imparticipatum, erit simplici ter & non secundum partem bonum. Per nihil nanq; potest esse ad suę plenitudinis perfecti onem minoratum, cum sit omnino separatum & independens: & ob id non distat a suę per fectionis fonte. Etenim, nihil imperfectum est, nisi ut distans a fontana sui origine: quod er go est sibi ipsi ratio essendi, non potest imperfectum esse. Huius quoq; confirmatio est, qd in tali ente natura rei est ipsum suum esse: imō esse, est ei natura & species, si in specie est. Sæpe autē demonstratum est nunc, qd in tali ente sit plena perfectio ipsius esse: cum natura stet in indiuisibili, sicut & numeri cuiuslibet species. Insuper, quod enti naturaliter inest, penitus excludit id quod ei cōtrarium est: quæ admodum in primo calido non frigidum esse potest: & hoc uerius esset, si esset primum calidum substantialiter suus calor: sicut tale ens est sub stantialiter suum esse. Increato autē enti esse naturaliter conuenit ipsum quoq; est substanti aliter suum esse, ut probatum est. Nil ergo de non esse, seu defectus ab esse, illi enti compete ret: sicut & homini nil inexistit irrationabilis naturæ species enim rerū impermixtæ sunt: sed tale ens cui nil deest plenitudinis ipsius esse, est simpliciter perfectum. Non autē potest ipsum quod simpliciter perfectum est plurificari, ut supra ostensum est. Impossibile est ergo aliquid citra primum fore increatum & independens seu imparticipatum.

Articulus xxxvii. Quid de processu uniuersū à primo senserit Aristoteles, & in quo eius positio à fide discrepet.

In secundo autem primæ philosophiæ ait Aristoteles: Summe ens & maxime uerum, omnibus alijs fore entitatis & bonitatis causam. Alibi denuo uniuersalius loquens di cit, qd in omni genere primū est causa posterior. Decimo deniq; Metaphysicæ indu cit, qd in omni ordine primum est metrum & mensura cæterorū: quæ dici non possit, si non esset ens primum omnium fontale principium. Insuper ne putet quis qd uoluerit de um finalē huius mundi causam duntaxat, & nō effectiuam constituere, apertissime loquēs ait in secundo Cœli: Ab hoc quidem ente omnibus deriuatum est esse & uiuere. Propter quod 21. primæ philosophiæ dixit: A primo autem ente cœlum & terra & tota natura de pendent. Ostensum est autē qd non dependerent, si non ab eo esse suscepissent. Adhuc, in epi stola quam scripsit de principio uniuersū, dicunt dixisse Aristotelē, qd nisi in deficiens pri mi entis cōmunicabilitas, quæ semper in actu est, esse à se diffunderet & conseruaret, omnia in nihil uerterent. Amplius, octauo de auditu philosophico, probando ut potest æternita tem mundi, motus & temporis, sibi ipsi obijcit, eo qd primum agens sit intellectualis naturæ & ita poterit sine sui mutatione, mundum de nouo produxisse. In uerbis autē his subtiliter contemplanti, innotescit eum uoluisse, qd mundus esset à deo manās, licet huiusmodi pro ceptionem posuerit suæ causæ coæternalem, quemadmodū esset luci radius coæuus, si sol semper lumen diffudisset. Quippe in hoc à fide dissentit, qd mundi & motus, generationum quoq; & specierū uniuersū æternitatē constituit. Verūtamen ipse bene nouit processum rati onis, quibus id ostēdere nitus est demonstratiuū nō esse. Dicit nanq; in Topicis, qd proble ma de æternitate mundi est problema neutrum. i. pro utraq; parte probabile sunt et eū utri q; rationes eius ad soluendum faciles: dum deum mundi causam ex tempore ponimus, nō per præ

Aristoteles.

per præuiam mutationem, sed per simplicem emanationem. Vex ipse satis demonstrat, nō sic potuisse mundū incepisse, quemadmodū antiqui, uidelicet Empedocles, Leucippus, & Anaxagoras philosophati erant. Porro numerū substantiā separatarū ultra cœlestes latio nes non multiplicat. Sicut igitur indubitabile est, quin Aristoteles uoluerit mundū creatū esse, nō præuia munitione, sed simplici emanatione. Et Auerois quidē hoc nō admittit mū dū creatū negās, sed nec in hoc sicut neq; de unitate intellectus in omnibus hominibus, po test positionē suam fulcire, nec fragmenta defendere, neq; scdm ueritatē, nec scdm Aristote lem, nisi qd semper ea quæ sacra fidei contraria sunt, nitebatur infelix introducere.

Articulus xxxviii. De emanatione uniuersorum à summo deo secundum positionem Platonis & Procli, & fit in eo expla natio, quemadmodum ideales formas ipsi ponere coacti sunt.

E Nimvero omne instabile & difforme ad stabile & uniforme reducere necesse est. Pro pter quod ad incommutabiles & simplices causas generalitū periodū, & huius mū di transmutabilem consistentiā referre oportet. Nec enī sensibilis mundi huius natu ræ & species, mobilitatum uicissitudinūq; suarū leges tam immutabiliter seruaēt, si non ab immobili & uniformi causa gubernarent. Porro materia cōtingentiā radix est & mobilitatis origo. Non ergo potest primū principium esse materia, uel materiā habēs: esse nāq; cōpositum & difforme. Ob hoc ergo primū principii necesse est formale fore: cūq; sit oimode simplex, aliud nō est nisi simplex & in se subsistēs forma. Hinc itaq; posuerūt Plato nici primū agēs formā purā esse. Hoc igit prima pars ē positionis ipsorū. Deniq; quocū ad uniuocū, sicut difforme ad uniforme, & cōpositū ad simplex reducē dū ē. Primū ergo agēs uniuoce est agēs: si enī æquiuoca causa est primū agens, non iam per se ipsum immediate, & per suū esse uidebitur agere. Itaq; nō esset primū agēs pure, simplex & simplicissime cau sās: quod omnino nefas est dicere. Quippe uniuoce causans semetipsum largitur & com municat scdm cōformitatē essentia emanantis: qm quod ab uniuoco agente procedit, sui fontis naturā participat: & est ueritatē naturæ suæ causā imitans. Hoc est ergo secūda pars positionis Platonicoꝝ. Porro, omnis processus secundorū, à primo, & eorundē conuersio p similitudinem efficitur secundi ad primū: si enī procedēs processionis principio simile non esset, nō iam esset simile à simili, neq; procedens conuertere in sui principii, cum cōuersio hæc nō aliud sit qd appetitus causati ad causam: appetitus uero nō nisi per similitudinē fieri potest. Vbiq; igitur & in quocunq; ordine sunt plura, naturā unam & cōsimilem parti cipātia, unū quod sit per se & essentialiter tale, oportet cōstituerē: omnis enim multitudo est ab unitate, quæ utiq; multitudinē illi sit cōgenæ. In omni enī ordine, id quod est substanti ali ter & per se tale, nō nisi unū esse potest. Itaq; quo natura aliqua latius & uniuersalius parti cipata fuerit, necesse est ipsum quod in tali multitudine primū est, causalium & cōmuniū fo re. Hinc denuo, plura & sibi coordinata formalia principia ponebāt, dicētes scdm cōmuni tatē naturæ participatæ, ponendā esse imparticipatā essentiā, ordini eā participantū coele mentalē, uniuersaliorem atq; priorē: ut quia uita pluribus participata est q̄ intellectus, auto uitam, quæ est per se uita, priorē & causaliorē dicebant ideali seu autointelle ctu. Sic ergo ordinē ponebāt priorē & formalii principiorū: & est hoc tertia pars positionis Stoicoꝝ. In sup. cū uniuersalis causalitas & causalis providentia diuini esse proprietates sint tanq; excel sentissimæ dignitates, hæc quoq; formalia principia in proprijs ordinibus uniuersalē & in cessabilē causalitatē habeāt, & saluatiuā se participantium providentiā, rectū uisum eis est, ut hę primordiales causæ dñ appellentur. Verūtamen unum dicitur, id est, per se & summū deū cōstituebant. Hoc itaq; quarta pars est Platonice assertionis & Procli. Proinde cū sint hæc rerum principia exemplaria secundorum, ita qd ad similitudinem ipsorum omnia for mentur, per intuitum quoq; eorum primus omnium opifex deus cuncta ordinet, secundū qd in ipso sunt, sed & intellectuales supermundanæ mentes, summi dei imperium exequē do, ad ipsa prospiciant, dum orbem uolunt, & in hunc mundum influunt, ob id huiuscumodi rerum principia ideas seu ideales formas Plato appellauit: est enim secundum eum idea causalis & exemplaris forma: & est hæc quinta suæ positionis particula. Rursus, cum ab his ideis formæ huius mundi emanent, ideo eas datores formarum dixit has equidem formas immobiles & imparticipatas uocauit. Epilogādo igitur dici potest, qd Plato & Proclus eū se scdm Stoicis, in summo reg. ordine ideales formas ponebāt, dicētes eas esse uniuoce in suis ordinibus causantes, formaliter communicabiles, omniumque exemplares causas & for.

Auerois.

Prima pars po sitionis Plato nicoꝝ de priæ agentis.

Secunda pars.

Tercia pars.

Quarta pars.

Quinta pars.

& formarum datrice: sibi inuicem coordinatas secundum ordinem formarum: & naturarum eas participantium: sicut id quod omni naturæ commune est, à summo & primo idealis principio singulis deriuatur. Denique, bonum ente ponebant cõmuniuismam ut uolunt, materia ens non est, cum omni actu secundum se careat: bonum tamẽ est, cum in bonum tendat & appetat illud. Propter hoc igitur primam omnium causam & formale principium dicebãt esse autobonum: quod appellabant summũ deum, & bonitatis idealem formã, omniumq; idealium formarum: uniuersalissimam & primã, & ipsius participatione formali dicebant bonum fieri omne, quod in uniuerso qualitercũq; bonum est. Post autobonum aut per se ens ordinabãt, cuius participatione fit ens, omne quod actũ essendi participat. Deinde id quod post ens cõmuniuismam ac formã secundorum & participantiũ ac dependentiũ, ab idealibus formis ponentes profuere. Insuper, & deos inferiorum ordinum & superpositis dijs dicebãt participare id quod cõmune cum illis habet: quoniam per se ens & autouita ac idealis intellectus, à summo deo bonitatem & diuinitatem participat. Nullus tamen deus, id est, idealis forma, id quod ei essentialis proprietas est, & in suo ordine fontalis ratio, participare potest. Summus autẽ deus nil prorsus participat. Enimvero sic has formas dicebant cõmuniuismam, ut essent totæ participantium hypostases, substantialiter se emicantes, proprietatẽ tamen & puritatem sui esse in se referuantes: & hoc fit propter supereffluentem plenitudinem super substantialis bonitatis ipsorum. Propterea eas dixerunt per se intellectuales, & non esse scientiam nisi de ipsis, eos quoq; enuntiabiles asserunt de participantibus, secundum esse tamen quod participantibus inesse ipsas licet. Habent namq; formæ esse ante rem, in re, & post rem: & in his omnibus essentia ipsa uniuoca manet quod em sunt ideæ primo, sunt ideata secundum huius nempe simile est. Si em esset ignis essentialiter utiq; foret effluxio, & ipsa sua lux, tunc emanatio caloris ab igne, seu luminis à sole, formalis utiq; foret effluxio, & essentialis communicatio, ideocq; has formas dixerunt omnibus adesse, tanq; ubiq; & semper existentes, & per se cunctis cõmunicabiles, à materia quidem naturaliter, ab intellectu uero intellectualiter. Per intellectualem etenim ipsarum participationem, omnem mentẽ ponebant fieri intelligentem. Ideocq; & nostræ menti scientiam uolebant esse concreatam, in eo quod in ipsam à sui origine profuant ab ideis intellectuales formæ secundũ ipsos: sicut in Menone ait Plato. Porro celorum motus & motores aliud agere non dicebant, nisi huius mundi materiam præparare ad idealium formarum naturalem participationem: formas em ponunt esse omnino ab extra. Equidem uniuersorum ordinem ad deos refererebant sed deorum ordinem ad summũ deum eos referre oportuit: ipse enim bonitates & dona secundorum distinguit, & quibus ideæ suorum ordinum essentialem proprietatẽ à nullo participat, pro eo q; in nullo priori fit hæc ipsa ipsarum proprietates secundũ suam propriam rationem, uerũtã necesse prorsus est, ut ois bonitas & natura earum, à summo deo emanet: qm per se uita & idealis intellectus, necessario id qd in ipsis est uita & intellectus, ab autobono suscipiãt. Nõ em intelligi potest, qd bonitatẽ præineffe exigat: sed quia qcqd est in dijs, est in eis secundum ipsorum proprietatem, omnia quæ in autobono sunt, per modum boni utiq; in ipso sunt, & per modum uitæ quæ in autouita. Ideo secundum deos proprietates per se eis cõueniunt, quæ secundum eandem rationem alibi non sunt, quamuis substantialiter ipsis communicentur. Summus namq; deus deos distinguit, & plenitudinem eis influit suarum proprietatũ: ideocq; ad aliqua sunt fecundi: & in se quidem sunt uelut clara & incommixta lumina, super substantialia, superiuales, & super intellectus existentes, cum sint in primo rerum ordine: & post ipsos sunt cœlestes intellectus, dehinc nobiles animi: post quas sunt cœlorum deiformes orbis. Hoc ergo modo Plato & Proclus cum se sectantibus producent uniuersa.

Articulus XXXIX. Et est deductio ostendens præhabita esse de mente Platonis ex uerbis & theorematibus Procli.

Quod denique uniuersorum fontale principium sit per se bonum, inducit Proclus duodecimo Theoremate dum ait: Omnium entium principium & causa prima bonum est. Quod autem omnia sint ab una prima causa, ostendit Proclus 11. Theoremate dum ait: Omnia entia procedunt ab una causa prima: quæ autem hoc bonum & primum causans sit super simplex, & in se subsistit ac totaliter bonum, ostendit dicitur octauo Theoremate: Omnia em qualitercũq; participata bona, præcedit quod per se bonum, & quod nihil est aliud q̃ bonum. Quod uero bonũ sit ante ens, ostendit dicitur 13. the. Omnium

Formæ tripliciter esse habet

Plato.

Proclus.

Omnium participantium diuina proprietate & deificatorum, primum est & supremũ ens. Hoc em de per se ente intelligit, ut in Cõmento patet. Etenim hoc ens, qm post bonum immediate sequitur, primo ipsum participat. Quod deinde in omni multitudo naturã aliquã participante, sit unum essentialiter tale, seipsum diffundens, & uniuoce causans, ex pluribus theorematibus Procli elucescit: Quod em sit illic unũ essentialiter tale, 2. theoremate ostendit, dum ait: Omne per se & principaliter ens, secundũ unũ quocq; ordinẽ unum est: & neq; duo neq; plura duobus, sed unũ omne. Quod de uero hoc tale per se fit tota se participantium hypostasis, ostendit 18. Theo. dicitur: Omne deriuans esse alijs, ipsum per se est hoc quod tradit recipientibus deriuationẽ. Et ite: 125. Theo. ait: Ois deus, id est, idealis forma, à quocũq; ordine in ceperit emicare seipsum, procedit per omnia secunda, semper quidem plurificans suas deriuationes & partiens: seruans autẽ proprietatẽ propriã hypostases, in cuius Cõmento ait: Procedens quidẽ propter submissionẽ: alterẽ factũ propter cõtinuitatem: aut ad illud, id est, ad se emicãt, ab identitate nõ elõgatum. Quã autẽ has formas dixerint Stoici per se & formaliter cõmunicabiles, tanq; seipsis participata causantes, ostendit Proclus 25. Theodum ait: Omne imparcipatũ instituit à seipso participatũ: & omnes participatẽ hypostases, ad imparcipatas essentias eriguntur. Et ite: 131. ait: Omnis deus à seipso propriam operationẽ orditur. Enimvero quod tale formale principium sit uniuoce causans, ostendit 19. Theo. dum ait: Omne quod prime inexistit alicui nature entium, omnibus adest his quæ secundum illam naturã ordinantur, secundũ unam rationem & eodẽ modo. Dicebant em Platonici multitudinẽ participantiũ imparcipatẽ unitati cõelementalem: à qua utiq; unitate fit multitudinis processus, & ad quam est ipsius reditio, sicut 21. Theo. explanat Proclus dum ait: Omnis ordo ab unitate incipiẽs, procedit in multitudinẽ unitati cõelementalẽ, id est, cõessentialẽ: & omnis ordinis multitudo ad unã reducit unitatẽ. Quippe quod scdm latitudinem participantiũ, & cõmunitatem naturæ participatæ statuendæ sunt ideæ uniuersaliores aut particulariores, ostendit Proclus 136. dum ait: Omnis deus totalior quidẽ existens, propinquius primo ordinatus, à totaliori gñe entium participat: Particularior autẽ & remotior à particulariori: & ut ens ad ens, sic unitas ad unitatẽ. Sic ergo deorum coordinationẽ statuebãt, quemadmodũ 132. Theo. ait Proclus: Oes deorum ordines mediate colligant. Insuper, q; in summo rege ordine sint hæc ideales formæ collocandæ, & dijs appellandi, ostendit dicitur: Omnis deus unitas est bonitas aut bonitas unificans: & hanc habet existentiã, scdm q; uniusquisq; deus: sed prius quidẽ simpliciter bonũ & simpliciter unũ. Eorum autẽ q; post ipsum, unusquisq; quæ dã bonitas & quæ dã unitas. Ut aut in Cõmento ait Proclus, Neq; oes deorum existentia simul adæquantur uni, id est, summo deo: tantam illud ad multitudinem deorum sortitum est excellentiam. Porro q; hæc idealia lumina secundum propriam rationem ordinẽ proprietates impartitas sunt, tanq; per se & prime talia, ostendit Theo. 99. dum ait: Omne ametectum qua ametectum, ab aliqua causa non subsistit: sed ipsum principium est, & causa eorum quæ participat omnium: & sic principium omne secundum unũ quocq; ordinem & ingenitum. Est nempe ametectum non posthabens, id est, per se tale ens. Rursus, quod inferiorum ordinum ideæ à prioribus idealibus unitatibus dicebant participare, id quod cõmune cũ ipsis habet, testatur Proclus 118. dicitur: Omnis deus participabilis est. i. participat, excepto uno. i. summo. Itẽ, q; uniuersorum ordinem ad deos refererebant, ostendit Theo. 144. dum ait: Omnia entia, & oes entium dispositiones in tantũ processerunt, in quantũ & deorum ordinationes. Insuper, & dijs saluatiuã se participantiũ attribuebãt prouidentia. Ait namq; in Cõmento Proclus: Etenim proprietates diuina distinxit unitates & bonitates deorum, ut unusquisq; secundũ aliquã bonitatis idioma oia bonificet, puta perficiat, aut contineat, aut custodiat. Et Theo. 120. ait: Omnis deus in sua existentiã totis habet præuidere: & primitus prouidere in dijs. Unde & deo oim paternales causas uocabãt Platonici. Ideocq; summũ deũ oim patrẽ materiã uero materculã: procedentẽ autẽ formã, prolẽ dixit Plato. Quod quippe hæc idealia dixerunt Stoici ubiq; & semper esse, ac simul nusquã & intemporaliter, in Cõmento ait Proclus sic loquens: Neq; enim illas. i. deorum uirtutes impedit aliquid, & prohibet præsentiam ad omnia. Neq; enim indigent locis & distantis, propter inhabitu dialem ad omnia excellentiam, & non mixtam ubique præsentiam. Ideocq; Theoremate nonagesimo octauo ait: Omnis causa separata ubiq; simul est & nusquam. Has igitur ideales formas per se intelligibiles & scibiles aiebant: quoniam ad saluandum ueritatem conceptionum nostrarum, & scientiã quam de uniuersalibus formis habemus, uideatur non minime talem positionem Platonem induxisse. Has namque formas dixerunt uniuersalia, & non nisi ante rem quæ forent sui essentia

Proclus.

Ametectum quid.

Proclus.

essentialiter diffusa, ut ait in Cōmento Proclus sic loquens: Si em̄ p̄cedit uniuersum or-
dinem, uidelicet huiuscemodi forma, & omnia coessentialia ad ipsum coordinantur, palam
quae illa dat omnibus unam ideam sc̄dm quam sub eodem ordine coordinantur.

Articulus xxx. De processu uniuersū à primo secundū traditionem
Platonis in Timōe.

Inuestigās equidem in Timōe Plato, emanationē uniuersorū à primo rege opifice deo,
mundani operis machinā à primo profuxisse cōtestatur. Eten̄ uniuersorū effectuum
principium deum ait. Denuo, formalem mundi causam exemplares diuinæ mentis ra-
tiones nominat. Porro, diuinæ bonitatis superfluentē largitatē, ac diuini esse imita-
tionem finalem inducit fore causam mundanæ molitionis. Voluit quippe cuncta effici de-
us, ut suæ bonitatis forent omnia participium gerentia: & hoc non uoluit nisi ob suæ boni-
ficiæ naturę exuberantiā, ab inuidia longe prorius relegatę. De exemplaribus igitur formæ
diuinę mentis, quas omnia formando deus cōtemplatur & aspicit, sicut in Timōe ait Plato,
operi formam dat opifex suus. Quippe ad immortalis quidē, & in statu gemino persisten-
tis exempli similitudinē, atq; æmulationem operis formans effigiē, honestum efficiat simu-
lacrum necesse est. i. opifex deus formans effigiem operis ad æmulationē immortalis exē-
pli, necessario simulacrum efficit honestū: & est hoc conforme Boethij uerbo, qui ait: Mun-
dum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipse. Tu cuncta superno Ducis ab exemplo.
Has quoq; res in summa mente existētes rationes, intellectualem & archetypum mundū
Plato appellauit. Vnde in 2. Timōi de deo loquens ait: At uero ut mens cuius uisus contem-
platioq; est intellectus idearū, ḡna contemplat̄ intelligibili mūdo, quę ideę sunt illi anima-
lia, sic deus in hoc mūdo sensibilis, diuersa animalium ḡna statuit esse debere. Qualis denuo
fit iste in prima mente archetypus mūdos, inducit Plato dum ait: Certe dubium non est, ad
cuiusmodi exemplum animaduertit mundani operis fundamenta constituēs, utrum ad
immutabile aut ad elaboratum. Nam si, ut est pulchritudine incomparabilis, mūdos est opi-
fexq; eius primus, perspicuū est, quod iuxta syncerę atq; immutabilis proprietatis exemplū,
mundi sit instituta molitio. Eten̄ primus factorū est, non factus: factor autem, non factus
æternus est. Deniq; factor, non casu aut fortuna, sed sapientialiter agēs, operis sui rationem
habet & prospicit. Aut ergo ad immutabilem æternalemq; rationē opus suū refert, aut cer-
te ad cōmutabile. Non aut̄ potest æterni agentis ratio mutabilis esse aut facta. Haberet enī
priorem se rationem, cum ad æternale & non factum, cōmutabile omne & factum reduca-
tur. Primi ergo opificis ratio omnino stabilis est, & nō elaborata. Cui assentaneū est uerbū
Boethij dum ait: O qui perpetua mundū ratione gubernas. Porro fabricator mundi cūcta
secundū proprias capacitates uolēs suę beatitudinis esse capacia, primū cœleste animal pro-
duxit diuinitatis plenū, in quo sydera tanquā parua animalia statuit. Eten̄ Cœlum animal
est uenerabile & magnum secundū Platonem. Sed & sydera animata sunt, & in cœlo meāte
secundū eundem. Deinceps calo demones in ethere mansitantes: hinc catodēmones: & post
hos cacodēmones: omnia animalia rationabilia & immotabilia factos esse Plato philosopha-
tus est. Quippe calodēmon, aīal est rationabile, immortale, impassibile: eten̄, quā inferiori
bus non coniungitur, sed summo semper assistit principi, impassibile fertur. Deniq; eos dæ-
mones qui hominibus in bonis custodes dati sunt, superiorem aerem inhabitare ait: hos ue-
ro passibiles ait Plato, quā circa nos afficiantur, bonis nostris cōgratulantes. Cacodēmones
nepe, scelegē nostrorum punitores, malorūq; consultores appellat̄ ideorū & passibiles sunt,
& humectum aërem incolētes. Verunt̄ de his latius loqui, alterius negotij est. His itaq; di-
uinis & immortalibus animalibus sic cōstitutis, adhuc tria animalū ḡna deerant perfectio-
ni uniuersū: uolatile uidelicet, gressibile & aquatile. Hoc insuper productionē ac guberna-
men (ut Plato inducit) cōmittit summus deus, dijs deorū. Per quos utiq; sydera & orbēs Pla-
to intelligit præcipue, ut in Timōe elucecit. Vnde summū deū ad deos loquentē introdu-
cit dū ait: Dii deorū, quorū opifex idē paterq; ego, opera siquidē uos mea, dissolubilia natu-
ra, me tñ ita uolente in dissolubilia, tria nunc motabilia ḡna uniuersitati desunt: Vnde uere
iubeo: Aggređamini secundū naturā motabiliū generū institutionē: huius nanq; generis
fementē faciā, uosq; tradā: uos aut̄ cætera exequi par est. Enī uero in exordio mundialis in-
stitutionis, omnia corporalia cōfusa & indistincta fuisse, atq; postmodū in ordinē redacta
ait. Rursus, quā mundi cōsistentiā posuerit Plato æternalē, putandū nō uidetur, quin omnia se-
cundū speciem simul producta senserit. Nō em̄ potuit materia esse unq; informis, ut sic ex
ea omnia corporea formata forent, quāuis id ipsum uideatur uelle dum ait: Omne uisibile cor-
pore-

Boethius.

Plato.

Trianimalium
genera.

Boethius.

Platonē obste-
ritatis notat.

Summō deorū
nomēclatura.

unq; motu importano fluctuans, neq; unq; quiescēs, ex inordinata iactatione redegit in or-
dinem, sciens ordinatoz formam confusis inordinatisq; præstare. Huic porro Platonis sen-
tentię fauere uidetur Boethius, dum ait: Omni nō externæ pepulerunt fingere causā, me-
dia fluitantis opus: neq; in summi Forma boni liuore carens. Rursus præinductum est, quod
secundum Platonis participatione primę bonitatis, cōstitit omne quod qualitercūq; bonū
est materia quoq; sc̄dm eos, & si est nō ens, est tñ bonū aliquid, quā appetit bonū. Itaq; secū-
dum Platonē ille creatū est: & hoc Proclus manifeste ostēdit. Causalitas enī autoboni, uni-
uersalior est secundū eum causalitate autoentis, quia ad nō ens quod est materia, ut ipse ait,
pertingit. Vnde uidet̄ huiuscemodi dictū Platonis de præexistētia ille, seu cōfusi chaos acci-
piendū fore secundū considerationē nostram, qua procedimus, ipsas res cōsiderando secū-
dum originem cōpositionum suarū: eten̄ sic omnis corporalis substantia, quā iuncta est, & ex
ile atq; forma cōstans, uidetur quasi ex quodam chaos cōfuso extracta, & forma exornata:
præsertim cum sit materia secundū se indeterminata, & in differens formaz susceptaculū.
Verunt̄ per figurata & obfcuras similitudines loqui consuevit Plato: neq; de facili sci-
tur, quæ suæ mentis fuerit intentio. Hoc igitur modo de productione sensibilis mundi phi-
losophatus est Plato in Timōe, tanq; ex fluctuante & informi materia sunt or̄na corporalia:
primo quidem supermūdana animalia, ut cœli & sydera: post immortalia demōnū ḡna, ani-
malia in æthere & aëre mansitantia: deinceps motabilium animalium species sint à summo
opifice producta. In multis aut̄ quę secundū Platonicos iam dicta sunt, neq; Aristoteli neq;
fidei consonus est Plato, ut posterius innotescet.

Articulus xxx. Et est inquisitio simul & disputatio contra ea quę secundum
Platonicos præinducta sunt.

Huiuscemodi porro positionē Stoicorū admiratur Aristoteles, & uniuersi sui sectatores
Peripatetici: quod em̄ separata & in se subsistēs quidditas, sit formaliter cō-
municabilis, & tota coniunctoz essentia, enūtiabilisq; de participantibus, & id de
quo est scientia ac demonstratio quæ habet de entibus, omnino incōueniens est:
quod em̄ subsistit ex ipsa sui subsistentia, singularē est & substantialiter incōmunicabile factū:
nec intelligi potest res esse id quod subsistentialiter à se separatū est. Adhuc, scientia habet
per intrinseca rei principia: hæc aut̄ quidditas secundū esse separata est: nec capit ratio, quod
eadem forma sit & intrinseca & separatim subsistens. Non igitur talis quidditas species est
aut genus singularium, neq; de ea est scientia quæ de rebus habetur. Amplius, cōtra subor-
dinationem & multitudinem separatarum talium quidditatum arguit Aristoteles: aut em̄
ab eodem formali principio sortitur res naturam specialem & generalem, aut non sit ab eo-
dem, non oportuit multitudinem idealium formarum inducere secūdem communitatē &
determinationem naturaz: participatū: quā sic unumquodq; ab eodem participaret spec-
ificam quidditatem, & quicquid substantialē habet. Itaq; non oportebit ponere per se unū
& autoens, ac idealem bonitatem distincta à se inuicem: quoniam socrates ab eodem uitā, en-
titalitatem, bonitatemq; ac specificam suscipiet essentiam. Si uero non, tūc unius utiq; erūt plu-
res quidditates, rationes plures, ac plura esse: quod omnino ineptum est asserere. Multipli-
citer nempe hanc positionem Stoicorum destruxit Aristoteles. Omnino etiam mirabile ui-
deretur, si summi dii sunt autouita, idealis intellectus, per se ens, & prima forma bonita-
tis, dicantur de participantibus enuntiabiles. Vnde dicitur, quod non posuerunt Platonici ge-
nera separata. Verunt̄ hoc non apparet, quia per se ens & autouita, species nō sunt: ideoq;
ipsorum positio implicare uidetur quibusdam. Enim uero difficile profus uidetur, ea quæ
iam tradita sunt secundum Platonem in Timōe, his quę supra dicta sunt secundū eum & Pro-
clum, & quæ de Platone refert Aristoteles cōcordare: quā secundū dicta in Timōe, primū
agens nedū bonificatiuū, sed & distinctiuū & formatiuū est causatoz. Redegit em̄ cuncta
in ordinē, & traduxit ad speciem secundū archetypaz: rationē cōtemplationū, quę in diuina
mēte sunt quasi quidā fontes, & æterna paradigmata secundū Platonē. Itaq; nō oportebit pro-
pter determinationē & specificationē rez, citra primū ideale principij, quod est autobonū, se-
cundorū deorū, catenā inducere: quippe iuxta sententiā Procli, id ipsum necesse est. Vult em̄
summi & uniuersalissimi dei donationes boniformes, nō descēdere ad genus & spēm atq;
in diuidū, nisi per irradiationē & determinationē deorū subordinatoz, sic ut bonitas super
oem naturę uultū diffusa, ab autobono ad esse uitale & intellectuale ac corporeū atq; sensibi-
le, ab autouita per se intellectu ac ceteris ideis determinet. Vñ nō uidet̄ resoluta esse Plato-
nis traditio, Amplius, sicut hic hō est participatione autohominis, sic hoc cœlum erit iuxta
cc Plato

Platonem participatione autocœli. Non ergo esset eius forma immediata ab autobono: quæ tñ in Timeo ait. At uero quæ ex fluitante & informi materia tanquam confuso chaos posuit Platonem generatum hunc mundum sensibile, omnino philosophiæ contrarium est, nisi id modo præalle gato intelligat: tempus enim, motus, materia & motor orbis, sunt coæua. Nunquam ergo fuit materia nuda, nec confuse subsistens: forma enim diuidit & separat. Habet denuo hæc positio Stoicorum dubitationes multas: si enim dii secundorum ordinum sunt species per se, id quod in suorum ordinum proprietatibus prime & imparte dicuntur, quasi omnino id non suscipiant, ac simpliciter primo tanquam per se homo & autouita, hanc sui substantialem proprietatem non habeant à summo deo, tunc utique non omne esse, neque natura omni secundorum: à deo processerunt quæ ante preceptum est. si autem suscipiunt quicquid sunt, non iam imparte & per se, sed per participationem dicentur tales: nisi dicatur sicut ante dictum est, quod omnino à primo suscipiant quicquid sunt, sed imparte & per se dicuntur, quia hæc ipsorum proprietates alibi non est secundum modum talis ordinis. Sed tunc necessario oportebit deorum ad proprios ordines determinatione, ad summum referre opificem & autobonum. Cuius simile procedat à simili, proprietates seu rationes secundorum deorum summo deo præinexistere necesse profusus erit: & sic principium erit prime tale, & per se ipsum distinctiuum secundorum. Itaque erit autobonum, & autoœtis, & autouita, & ceterorum habens excellentias quæ dijs attribuuntur: sic quoque ab eo oia immediate emanabunt, uelut ab uniuersorum exemplari principio neque necessarium erunt dii secundorum ordinum. Si autem dicant Stoici, quod & dicunt, quod omnia sunt in ipso uniuersalissime, & secundum proprietatem suam bonitatem nature, & sic ob determinationem ac participationem suam bonitatis sunt dii secundum, quia simile sit à simili secundum speciem uel propriam rationem, hoc non oportet. Primum enim est extra omne genus, ut ante demonstratum est: attamen est ipsum secundorum causa. Itaque, quoniam causata à plenitudine bonitatis causas occubunt, ideo sufficit analogiæ similitudo. Verum hoc profusus uerum est & omnino necessarium, quod omnia propriis distinctis rationibus sint à deo condita, ut manifeste ait Augustinus: non tamen ob id compellimur extra diuinæ mentis lucem, separatas rationes & species statuere, quæ sint in identitate nature ac unitate essentia participatibus similes & appropriate. Insuper, ad agnoscendam talem idealem formam, essentiali participationem, uidetur id ipsum asserendum esse, quod quædam modo peripatetici naturas uniuersaliores à particularioribus formis aiunt formaliter participari secundum actum rationis & conceptionis nature, sicut ait Porphyrius, genus esse principium specierum, specierumque causam indiuiduorum, sic Platonici formas uniuersales secundum se separatas ponebant: easque & æseiuicæ, & à singularibus formaliter secundum actum nature participabiles existimabant. Ideoque deos inferiorum ordinum à superpositis diis, id quod cœcum cum eis habent, dicebant participare, quod nos species genus participare asserimus. Quippe quod sic pluribus participat, à pluribus produci ac compositus esse dicebant. Hæc igitur secundum mentem & intentionem Platoniorum introducta sunt tantum.

Articulus xxxii. In quo à Dionysio correctæ sit Platoniorum positio: & quæ ueritatis continent ea quæ secundum Stoicos iam præinducta sunt.

EX his autem quæ iam ante de perfectione dei demonstrata sunt, elucescit quod cum sit deus ens per essentiam, & substantialiter ac totaliter purus actus, intantum prorsus, ut natura eius sit bonitas, omnino necesse est, ut deus in ipso suo simplicissimo esse, oem totius nobilitatis perfuntionisque uniuersæ plenitudinem superexcellenter comprehendat. Unde oportet, ut quicquid ad integritatem boni, & complementum entis pertinet, super essentialiter & nobilissime ipsi insit. Quædammodum igitur est deus substantialiter ipsum suum super simplex esse, sic necesse penitus est, ut sit ipse per se sapientia, super substantialis uita, idealis intellectus: & ut ad omne dicam, ipse substantialiter per se & omnimode independentiter est omne id quod bonitatis est uenustatiuum, ac entis nobilitatiuum. Ideoque deus pulcher est & sanctus, & omnis pulchritudinis superuiuificus fons, sanctitatisque fontana ratio. Denuo, ipse felix est & totaliter felix, ac substantialiter ipsa sua felicitas. Est præterea uirtus uirtutum, in circumscriptione uirtus, & uniuersaliter quicquid sublimis est & præstantis, & purius ueriusque cogitare mens ualeat, ipse est. Porro, cur huiusmodi nomina ordine quodam diuino esse conueniant, supra nunc elucidatum est. Propterea nempe magnus Dionysius in libro de diuinis nominibus, deum ordine quodam diuersis nominibus ac perfectionibus laudat, prout in entibus creatis diuinæ lucis resplendentia nominata est. Laudat equidem in primis deum tanquam bonum, & puram bonitatem ac lumen, luminumque fontanum lumen. Insuper, laudat ipsum ut ens & omnis entis causam: deum in eum uitam: & ita deinceps.

In hoc

In hoc ergo deficiunt Platonici, quod citra summum deum autobonitates & ideales formas statuant, deorum inducentes multitudinem secundum catenam descensus diuinæ emanationum. Est namque ut modo ostensum est, unus idemque omnium opifex, & paternalis causa, qui unus manens, est autobonum, per se ens super substantialis uita, & omnium rerum exemplaris ac fontalis ratio: & huic quidem sententiæ satis cōcor est Plato in Timeo, dum intelligibilibus animalibus uelut quibusdam supersynceris fontibus, plenum in diuina mente archetypum mundum statuentem ait. Etenim Platoniorum principia, & quibus innuntur, maxime à ueritate aliena penitus non sunt: quod enim aiunt processionem & conuersionem causas, & causas esse per similitudinem utrorumque, uerum quid est, sed non sic, ut ponendæ igitur putentur species separatæ, ut iam deductum est. Rursus, quod in omni ordine dicunt fore unum per essentiam, & per se tale, omnino uerum est: primum enim est per se, sed non ideo, necesse est tale primum substantialiter separatum fore à participantibus in genere formalis cause. Denuo, tota ipsorum doctrina sublimibus ueritatibus permixta est, & principia eorum subtilia sunt, sed non licet omnia hæc referre ad mentem & positionis modum ipsorum. Etenim ante Platonem pauca profusus erat de separatissimis inuenta sapientia: ideoque non tam mixta, si ordines & naturam insensibilium & diuinorum entium ad plenum determinare nequit, quam mirabile est, quod tantam de eisdem sapientiam adinuenit.

Articulus xxxiii. De philosophia quæ in libro Fontis uitæ induxit Auicebron circa emanationem uniuersæ à summo deo: & quædammodum de natura dei & causatorum philosophatus sit.

Platonem porro assequutus Auicebron, summum deum ait omnium agentem causam. Denique pro constanti habet primam causam omnino infinitam esse, & per omnia expansionem cunctaque penetrantem, non utique corporea (ut ait) sed simplicissima expansione. Infinitum quippe habitudinem non habet, neque proportionem ad finitum, nisi per aliquid ordinetur & determinetur ad illud. Necesse est ergo, ut primo agenti insit ratio sui operis, & facti archetypa forma. Propterea nempe ait Auicebron, deum cuncta producere per uerbum interius præconceptum, uerbum diuini intellectus æterna appellans diuinæ mentis exemplaria. In hoc quippe rursus Platonem sectari uidetur, omnium ideales rationes in deo statuens, ac per hoc formalem mundi causam ipsum nuncupans. Insuper deum per uoluntatem agere dicit, & executiuum diuinæ actionis principium, uoluntatem ait intantum, ut uoluntatem dei asserat ex electione determinantem quod sit agendum. Cum enim diuinus intellectus formam sui operis ab extrinseco non recipiat, non ipse sed uoluntas, ut uult autor iste, infinitum agens determinat: quoniam intellectus primus secundum se non ordinatur ad proportionem secundorum, nisi ut uoluntas eligit, eo quod agens primum libere & ut uult, operis formam in semetipso composit. Huic etiam sententiæ Auicebron hoc quod in Timeo dicit Plato, cōforme est dum sic ait: Uoluntatem quidem dei originem rerum certissimam, si quis ponat, recte eum putare cōsentiam. Hoc ergo modo secundorum processionem à primo ponit ipse. Denique in omnibus quæ citra primum sunt, materiam aut spiritualementem aut corporalem ponit, affirmans in omni intellectu uel essentia spiritali fore materiam: itaque tam in uerbo, quam in anima mundi materiam statuit. Quæuis autem huius plurimas conetur rationes adducere, una tamen potissima est: quoniam ut dicit, in omnino ente citra primum, sunt proprietates simpliciter primæ materie. Materiam etenim est suscipere, sustentare, fluxum & comunicabilitatem formæ terminare. Hæc uero in intelligentia & in anima sunt: est ergo in eis materia, cum ubicunque sint proprietates rei, illic sit & ipsa: ideoque summam post deum mentem compositam dicit habentem materiam, cuius forma est, ut ipse ait, lumen à paterno intellectu prime egrediens. Etenim agentibus naturalibus & sensibilibus, proprias actiones subtrahit. Dicit namque, quod uirtus separatæ substantiæ corporeæ naturam penetrans, sit omnium operum effectiuum principium: quæ naturalibus rebus attribuunt, & à corporalibus substantiis fieri uidentur. Unde in metaphoris loquens dicit: Nil esse in sphaeris materialibus, quod non præinstitit intellectibus sphaeris. Virtutem quippe oem agere ait secundum naturam suscipientis & instrumenti. Huius porro causam inducit, quoniam in ordine rerum corporalis substantia infima est. Ideoque sicut primum est actiuum tantum, sic & ipsa duntaxat passiuæ erit: nec uidebitur causalis uirtus descendere usque ad eam. Rursus, quantitas acti uitate formæ impedit: æternitatem enim, quia quo quod plus de grauitate susceperit, eo potius derosus efficitur, & tardius ad motum. Non ergo substantiæ quantæ actiuitas propria compositur: nec in hoc à Proclo dissentire uideatur.

Cæterum quid horum recte ab Auicebron dictum sit, quid uel incongruenter, ex his quæ in hac editione disperse introducuntur, elucescet locis suis, Etenim in multis philosophia eius

Platoniorum error.

Platonis & sequacium laus.

Auicebron quæ ueritas cōsentiam.

i. mente.

Stoicorum opinio rionis confutatio.

Porphyrius.

Dei nomina uariæ.

sublimis est: præsertim circa exitum uniuersorum à primo: & ut posterius ostēdetur, fides in hoc uicinior est ipsa q̄ sit quorundam Peripateticorū traditio. Erat namq; (ut in libro de mirabilibus scientiis dei Albertus ipse) Auicenna in ista Platonice, tam uero positionem ipsius, hoc modo enarrasse sufficit.

Articulus XXXIII. Quemadmodum uniuersorum emanationem à primo principio determinet Auicenna.

Primum porro uniuersorū principium, agens intellectuale est, & penitus simplex. Huiuscemodi aut agens nihil causat, nisi res actiue intelligendo, & seipso immēdiate bonitates largiendo. Non em̄ potest primum agens agere per medium à se diuersum, cum agat per esse suū, ut in libro causarū dicit. Primum ergo agens omnino de simplex est ab agente: deniq; simplici & uniuersimiliter se habente, non uidetur immēdiate procedere, nisi unum simplex idem em̄ scdm̄ quod idem, natum esse facere idē scdm̄ Aristotelem: & ideo natura est ad unū tantum, non aut uoluntas: quia ad utrumq; uerbilis est à primo itaq; omnino incommutabili, immediate nō nisi unū effluat, cuius constitutio est per hoc quod prius uniuersaliter agens intellectus seipsum intelligens, rem procedentē à se in semetipso actiue intelligit, & sic intellectam emittit: quæ emissio, est rei constitutio, ad quā utiq; sui intellectus lumen terminat. Sic ergo primā intelligentiam ponit Auicenna à deo creatam, quæ aliud non est, nisi lumen à prima luce prime egrediens, mens intellectualis, & diuini intellectus imago propinquissima. Nec differt à puritate & plenitudine sui fontis, nisi quia ab aliquo est. Quia aut ab aliq; est, à simplicitate primū occidit, & triplicē cōparationē habet: scdm̄ quā triformiter se intelligit: cōparat em̄ ad primū causans ad seipsum scdm̄ id qd̄ est, & ad se scdm̄ qd̄ ex nihilo in esse producta est. Dū ergo intelligit se à prio immēdiate effluat, lumē primi in ea exuberat, & plenius super eā descendit, ideoq; seipsum diffundit. Lumen namq; illud ob sui redūdantiā infœcundū esse nō potest, sed instar sui fontis germē emittit, & sic intelligentiā secundā causat. Sic ergo ponit Auicenna secundā intelligentiā à prima procedere, qm̄ totā substantialitatē, & esse secundē intelligentiē, plenius prima intelligentiā præhabet quā scdm̄ suscipere possit: quæ admodū lux solis lumē astris generat, eo qd̄ ipsum excellenter præcōtineat: præsertim cū intelligentiē actiua productio aliud nō sit, nisi rei causatæ intellectio, & luminis emicatio secundū Auicennā. Insuper, intelligit se intelligentiā prima scdm̄ id quod est: & quia substantialiter causata est, necessario esse suum, cōuenientiam habet & habitudinē ad aliud: & sic causat animam primi cœli, quæ secundū qd̄ anima, cōuersa stat ad aliud. Dū aut intelligit se, ut ex nihilo factam producit substantiā, in qua potentia ad esse per naturam materiæ primæ reperitur: & sic ait factum primū orbem. Conformer, secunda intelligentia tripliciter se intelligit: & secundum quod intelligit se, ut à primo, intelligit se in lumine pleno & exuberante: & ita constituit tertij ordinis intelligentiam. Ut uero se intelligit secundum id quod est, causat secundam animam nobilē, quæ secundi cœli motrix est. Dum aut intelligit se ut ex nihilo, secundum orbem producit: & ita deinceps ponit Auicenna omnes animas cœlorum, & orbis ipsos, ac etiam intelligentias producti hoc ordine, sic ut ab infima intelligentia, quæ est post intelligentiam determinatam ad ultimum orbem, & ipsius motricem animam, emanent formæ huius mundi, & etiam anime humanæ: ipsa enim præest specie actiuorū & passiuorū, & fluunt ab ea rationales mentes, sicut ab intelligentiā sublimiori intelligentiā decliuior. Cæteræ uero formæ ab ea sunt, sicut est anima orbis ab intelligentiā, suo mobili præfidenti. Elementa quoq; ab ea sunt, sicut est orbis ab intelligentiā. Hoc igitur modo Auicenna & Peripateticorū plurimi, uniuersorū processum à primo statuunt. Denuo, mundū fuisse semper ponit Auicenna, sicut & Aristoteles: & omnia hæc simul esse facta scdm̄ tempus asserit: sed prioritas est duntaxat scdm̄ naturæ ordinem. Sed numerabilis uidetur hæc philosophia, causis em̄ secundis attribueret uirtutem creatiuā, in cōueniens prorsus est. Creare enim est infinitæ uirtutis qm̄ non esse, distat ab esse infinitate. Ideoq; ipsum ad esse reducere, infinitæ est potentia. Nulla aut causa secunda est infinite potentia. Rursus, actus creationis, quia nihil præsupponit, cadit super ipsum, esse simpliciter. Nullum aut agens, in genere extendit se ad esse secundum se, sed solum ad modum entis producendum: sed de hoc erit alibi inquisitio. Cæterum, quia hanc rerum processionem à primo, ponit tanquam naturalem effluxionem, saluat omnia quoad tempus simul fore producta. Non est aut intentum in hoc articulo positionem hanc impugnare, sed eam sic recte sufficit: posterius enim erit indagatio de his quæ conueniunt.

Aristoteles.]

Prima intelligentiæ quæ sit.

Intelligentiæ secundæ.

Articulus

Articulus XXXV. De multiformi emanatione & distinctione diuersarum processionum.

Anteq̄ uero determinetur, utrum processus rerū à prima causa sit naturalis effluxio, an potius libera & artificialis diffusio, uel certe formalis generatio, aut essentialis emicatio, an magis intellectualis, & sapientialis emanatio, conuenit de his distinctionē & descriptionē præinducere. Natura quippe determinata est ad unū, neq; libere actiua est, neq; in oppositū suæ actionis potest. Ideo naturalis appellat effluxio, dum causa agens necessario agit in sui diffusionem, sicut lux solis lucem emittit, & fons riuū scaturit. Porro, dū agens per uoluntatē agit, diffusio libera est artificialis quoq; dicit, scdm̄ quod uoluntas procedit in opus per rationē & formā intellectus illustrata. Quoniam enim ex se cæca est, nō eligit operandum, neq; transit in actū nisi præuio intellectu: obiectum namq; uoluntatis est bonū intellectū. Deniq; formalis generatio aliud non est nisi processio formæ à forma, sicut fluunt radij uisuales à colore & lumine. Essentialis denuo emicatio est, dū unū substantialiter cōmunicat se alteri: quæ admodum de ideis & separatis rebus quidditatibus Platonici opinati sunt. Em̄ uero, dū causa producens per preconceptā sui facti rationē & speciem agit, emanatio intellectualis est. Sed & sapientialis erit huiusmodi factio ordinē causa largiatur. Nil nempe prohibet has processionem aut ipsarū aliquas coincidere in re.

Articulus XXXVI. Quæ processio entium à deo bene dicto non sit naturalis effluxio, ut dixit Auicenna & Peripateticorū plurimi, neq; essentialis emicatio, ut ait Plato, nec formalis generatio, ut quidam opinati sunt.

Quod equidem in semetipso sterile sinit infœcundū perseverans, nil prorsus habet honorabile secundū Proclum: qm̄ ut ex prime philosophiæ ait Philosophus, semper causans dignius est quandoq; duntaxat, & nō semper causante. Causalis namq; fecunditas, nō nisi ab exuberantia & plenitudine quadam emanat agentis. Primum porro cum sit optimū, & nō aliud q̄ super substantialitate lumen, omnino & naturaliter fecundū est. Cūq; sit ipsum semper in sui optima dispositione existens, eius prorsus fecunditas nunq; sine germine stabit, sed erit semper & incessanter se diffundēs & exeret, imo cum sit naturaliter bonitas, naturaliter sui diffusiuum est. Quoniam ergo emanationē quæ in diuinis est ad intra & immanens, naturale philosophorū ingenij quis subtile prospicere nō ualuit, emanationē ad extra deo cōternā posuerunt. Quoniam aut deus naturaliter bonus, & interminatæ fecunditatis, diuinæ naturæ cōuenit aliqua actio scdm̄ quod est natura, & aliqua scdm̄ quod intellectualis existens. Omnia namq; entia seu essentia in quantū natura quædam est, quædam actio naturalis & necessario cōuenire uidetur: quæ admodū intellectus noster primis principijs naturaliter assentit. Voluntas quoq; in ipsum bonum scdm̄ uniuersalem ipsius rationem necessario fertur: sic diuinū ens ut natura est, actionem quandā naturāle & necessariā habebit. Quia uero eius natura est bonitas, bonitatis rursus essentialis proprietates est sui diffusiuū esse, naturale erit deo, & ut uidet, inseparabile necessario, ut se diffundat & cum aliam diffusionem dei q̄ creaturū rebus ab ipso non uiderunt philosophi, posuerunt Peripateticorū eximij, Auicenna uidelicet, Alphorabius & Algazel, & ut uidet, etiam ipse Aristoteles, emanationem rerū à primo per modū naturalis effluxionis. Deniq; cum hæc dei bonifica natura sit omnino intellectualis, primū principium res nō producit, nisi eas actiue intelligit: simul em̄ se & causara intelligit: se nempe intelligit deo, propriā cōmunicabilitatē intuetur: quam intuens, necessario formam sui facti præcōcipit, anteq̄ lumē ab eo effluat ad secundū constitutionē: sed se sic intelligendo propter propriæ naturæ bonitatem, naturaliter se diffundit tanq; necessario se cōmunicet, nō ut sit hæc necessitas cōactionis & obligatiōnis, sed immobilitas potius cōplacetiæ: cū sit omni naturæ iocundū id agere, qd̄ ei scdm̄ gradū naturæ cōpetit. Hoc ergo modo ponit Auicenna res à primo procedere. Si dixeris, quod accipit in diuina essentia gradus naturæ distinctus à cōditione intellectus: dicendū, qd̄ omnis secundorū perfectio diuino esse indistincte & simplicissime inest aliæ tñ attributiones deo cōueniunt, ut est uoluntas: & aliæ ut intellectus: & itē aliæ ut natura, secundū uidelicet qd̄ diuinū esse à nobis multiformiter agnoscibile est, prout, scilicet in entibus pluriformiter respiciet. Omnis equidē uirtus & species, natura quædam est inquantū est essentia, à qua necessario fluunt posse & agere: sic quippe diuinus intellectus natura est, & naturæ gradū ac proprietatē seruans, qm̄ secundū propriā substantiā manāt ab eius essentia posse & agere, quæ tñ in re naturæ identificant. Porro, hæc Auicennæ positio theologice ueritati in parte magna uidet cōsimilis circa emanationē uerbi à paterno intellectu: sicut namq; primam intelligen-

Opinio Platoniorum.

Boni proprietates.

Obiecta, solutio.

tiam ponit Auicēna à diuino intellectu, per diuinæ mentis præcōceptionē naturaliter, eter-
naliterq; emanare, sic sancta tradit fides, à paterno intellectu filiale germē naturaliter & ab
æterno prodire. Vnde sanctus doctor in Summa cōtra gētiles ait: Quēadmodū in felicis illi
us Arrii error ex positione Platonicoꝝ uideat exor̄, quos & Auicēna sequitur in hoc, q; post
deū ponit intelligentiā primā esse tanq̄ naturale germen diuinæ fœcūditatis. Nūc uero in-
quirendū restat, an in naturali rōne permanēdo dicere oporteat, reꝝ processioneē à primo
naturalē fore. Sed dicen dū, q; nō: Primū em̄ est libeꝝ agens: & ut demōstrabit, diuinus
intellectus omnifarie liberrimus est, ideoq; eius bonificæ natura est in ipso scđm modū in-
tellectuālē & omnino libeꝝ, nec immobilis cōplacētia est in agēdo, sic ut nō possit nō age-
re: sed quēadmodū libere ab æterno oia agere statuit, sic uniuersa producit: & per hoc ratio
Auicēnæ soluta est: si em̄ stemus in naturali lumīe, nulla actio ad extra, neq; sui diffusio po-
test demōstrari ipsi necessario aut naturaliter cōuenire: sed naturalis actio ei⁹ erit in suis ipsi-
us beatissima cōtemplatione æternaliter sistere. Cūq; diuinæ naturæ libertas nulli profus
obligata sit, nec ullā habēs dependentiā, oēm creatę essentię libertatē infinite superexcellit:
intantū tñ reꝝ effluxio à primo naturalis est, q; diuinæ naturæ substantiales pfectiones, ut
sunt esse, uiuere, & cognoscere, res creatę participāt: sed hæc participatio neq; in gñe neq;
specie cū diuina natura cōicatisē analogia dūtaxat. Amplius aut, quēadmodū emanatio-
nem uniuersōꝝ à summo deo & ideis Platonici essentialē emicatioē & formalē partici-
pationē appellabāt, & de huiuscemodi positionis reprobatione iam ante in multis articulis
disputatū est, fuerūt proinde qdā, q; reꝝ processioneē à primo nō proprie factionē, sed dūta-
xat formalē gñationem nominandā finxerūt: ex quoꝝ positione hæc or̄ta est. Dixerūt
neꝝpe, sic à natura diuini luminis naturaliter mundū effluere, ut à luce radius, & à calore ca-
lor. Et est positio ista partim Platonē, partim Auicēnā sequētum. Ob cuius destructionē,
symbolus fidei factorē oim̄ appellat deū. Est quippe positio hæc falsa oim̄, & à philosophia
etiā aliena. Cū em̄ primū agens sit infinite profus fœcūditatis, & sublimitate infinita oim̄
scđm supergradēs, cogitari nō pōt, quō aliud determinatū in perfectione & specie ab ipso
prodiret, nisi ipse donationē suā p̄intelligat, & ad capacitātē finiti effectus determinādo limi-
ter, ut uult Auicēbron. Nec esset rō, cur tāta pfectionis esset natura emanās, potius q̄ ampli-
oris uel minoris: nihil nāq; determinat seipsum ad substantiālē perfectionē & speciem. Sed
huius positiois falsitas posterius patebit amplius, dū de libertate primi agentis & exempla-
ri uniuersorum ratione in ipso agetur.

Articulus xxxvii. De libertate primi agentis.

Quoniam deniq; natura est ad unū duntaxat, nō em̄ potest naturalē agens q̄tum
in se est nō agere, sed uniformiter agit, ob id igitur, quod per necessitatē naturæ
agit, nō nisi unius effectus potest esse proxima causa. Ideoq; Auicēna non nisi
primā intelligentiā aiebat immediate à primo procedere: dixit em̄ primū p ne-
cessitate naturæ eā producere. Q; ūo sic agit, nō est liberū agēs. Actio quippe est supplemē-
ti tanq̄ eius qd̄ agit, & naturæ tanquā eius qd̄ est rō, & principii quo agēdi. Dū ergo natura
ad agendū necessitati subiacet, agens libere nō agit, sed in euitabiliter: cū natura talis, neces-
sariā & indispēgibile causalitatis habitudinē habeat ad effectū. Neꝝpe libere agit, q; cā sui
& nō alterius agit: dū uidelicet causa agēdi est in agēte. Si igitur agens naturaliter causans,
nō est ipsum agens causa sui pure & simpliciter: sed causa necessarię habitudinis ad effectū
& ob necessariā cōcomitanā unius ad aliud. Hoc quippe mō deū agere in reꝝ productio-
ne dici nō potest. Libeꝝ nanq; est, ut ait Aristoteles, quod est causa sui. Primum aut agens,
est potissime causa sui: cum ad nullum secundōꝝ habeat dependentiā seu necessariā relatio-
nē, q; sibi per se, ex se, & scđm se, est plene sufficiens: cū sit (ut supra ostēsum est) simpliciter in
seipso perfectū. Primū ergo oim̄o libeꝝ est tam in essendo q̄ in agēdo. Agere etem̄ sequit
ad esse: nec in primo diuersificat esse & agere. Præterea, natura necessario operans, nō est
in optima sui dispositione si nō agat, cum nil possit expers fore naturali sua operatioē: imō
nec esse potest nisi operetur. Si igitur primum agens per necessitatem ageret, non bene se
haberet, nō producēdo ad extra propter inditā suę bonificę naturę naturalē inseparabilēq;
ad diffundendum se proprietatem. Itaq; bonitas dispositionis diuini esse, pendet per aliud
& per ordinem ad secundum. Hoc autem falsum est, qm̄ nunc ante multipliciter ostensum
est, q; deus cū sit substantiāliter ipsa sua bonitas, quōlibet bonus est, & in seipso omniformi-
ter perfectus, omni extrinseco profus amoto. Primū ergo penitus liberrime agit. Amplius,
cum liberum sit id quod est causa sui, quo quid elongatius fuerit ab habendo causam, eo
est li-

Thomas,

Questio cum
responsione.

Libeꝝ quid.

est liberius. Primum autem nullam omnimode causam habet. Pura est ergo primi agentis
libertas. Adhuc, nullū agēs agit nisi per finē: sicut igitur habet se effectus ad finē actionis suę
causæ, sic se habet ad causalitatem causæ. Quēadmodum si medicus sanitatem inducere
uelit, tunc si sine potione amara sanitas effici non possit, necessario habet de potione se pri-
mo intromittere. Si uero sine ea sanitas fieri ualeat, libere se ad eam conuertit. Finis autē pri-
mi agentis est diuina bonitas, & propter eam deus omnia operatus est: ut etiam infra mani-
festabitur. Hęc autem à deo plene & perfecte possidetur omni secluso extrinseco: nec ha-
bet aliquid indifolubilem ordinem ad eam, quasi sine ipso non ualeat illa felicissime compe-
tere primo agenti: Nil ergo habet necessariam habitudinem ad causalitatem primæ causæ
ut naturaliter ab ea emanet. Præterea, primum agens dignissimum & honorabilissimū est
excellens est autem libere producere ad extra quam necessario. In hoc enim homo cæ-
teris agentibus antefertur, q; est dominus actuum suorum, neq; astrorum necessitabilis in-
fluxionibus: multo ergo uehementius est primum libere agens, & plenum omnium ope-
rationum suarum dominum habens. Insuper statim demonstrabitur, q; primum sit uolens,
& per uoluntatem agens: libertas autem primo inest uolūtati: propter quod primum actor
liberrimus profus est: quod Platonicoꝝ præcipui admiserunt, & in Fonte uitæ Auicē-
bron id ipsum induxit. Si dixeris, liberum est in quo est agere & non agere: quod autem est
tale, non profus incommutabile est: est em̄ in utrunq; uertibile: primū uero est omnino im-
mutabile. Adhuc, Deum necesse est esse: nam ergo est esse eius libeꝝ: idem nanq; nō est ne-
cesse & libeꝝ. Præterea, agit per se suum seu per essentiam, ergo per naturā necessario ergo
agit, sicut lux necessario lucet. Amplius, dictum est, & Aristoteles hoc ait, q; dignius sit sem-
per agere, q̄ quandoq; & quandoq; non: deus ergo semper & æternaliter produxit: nec op-
positū ut uidetur potuit, cū non possit id quod ei non cōgruit. Sed dicendū pro nunc bre-
uiter, quia post erit de his explanatio, q; diuini esse libertas nō est ratione mutabilitatis, sed
ratione inobligationis: diuinū etem̄ ens ob sui superexcedentē exaltationē nulli obligatum
est: fuerunt tamē incommutabiliter se uertit in id ad quod se conuertit: nō est em̄ in æterna uo-
luntate nouitas aut recens dispositio. Conuertit se aut in id quod ei plus cōgruit, nec ab illo
in aliud transponit: sapientis em̄ est nō per inconstantiā agere ut ait Messahala: Deus quoque
uniuersa quę circa opus suū contingere possunt, ab æterno simpliciter in ictu contuet.
Ad secūdū dicendū est, q; ideo utiq; deus liberrimus est, quia ipsum esse est penitus necessariū:
quoniā quidē nullā habet sui causam, aut ad aliud dependentiā, ideo liber est omnimode, & ob
eandē rationē ipse necessario semper existēs. Hęc nāq; prima libertas tali necessitati nō re-
pugnat, sed ei quæ est per dependentiā ad aliā causam: nec ideo sequit qm̄ libere agat. Quod
aut tertio aditū est per hoc soluit: nā primū ratione suę simplicitatis (nō aut inuoluntatis)
dicitur per esse aut per essentia agere: nihil em̄ est in ipso quod nō identificet naturæ agen-
tis. Quod denuo ultimo est appositū, trāsit & ueritatē habet in his agētibus, quoꝝ perfectio
depēdet ab extrinseco, sicut in oim̄ ente creato utiq; cōtingit. Nō autem in primo ente ha-
bet hoc locū, cū neq; p necessitate causet, nec in reꝝ pductioē aliqd ipsi pfectiois adueniat.

Articulus xxxviii. Quod diuinum ens sit uolens: & quēadmo-
dum ei inest uoluntas immobilis complacentia.

Omnis porro uirtus & natura propriā perfectionē appetit: & dum nondū eā ha-
bet, ipsam adipisci satagit. Et quidē quæ uita carent, naturali appetitu hoc faciūt,
tanq̄ natura ad hoc instinctū imprimēte. Opus equidē naturæ, est opus intelligē-
tię secūdū Auerroim: qm̄ ut idē ait, Natura regit ab agēte infallibili & nō erratē,
qd̄ est intelligētia. Si ergo natura ob intelligētiā impressionē propriā pfectionē desiderat,
amplius id ipsum intelligētię cōpetere necesse prorsus est: quippe ut in li. causæ. Scribit, oim̄
op⁹ intelligētiæ, est opus primæ causæ. Primū igitur uehementissime p̄pria pfectionē amat: est
ergo uolēs: Amor em̄ & appetitus, nō nisi uolūtati cōueniūt. Præterea, ois causa naturaliter
diligat opus suū: oim̄ d̄q; p̄uale & fœcūdū, amat p̄pria germē. Signū ūo hui⁹, est cōuersio
causati ad causā, & puidētia seu cōseruatio causę ad causatū. Primū aut oim̄ est fontale prin-
cipiū: oia igitur amat: uolēs ē ergo. Amplius, secūdū Arist. in Eth. Homo cōtrēplatiu⁹ ē amatissi-
mus deo: ip̄sū igitur amat deus: itaq; uolēs ē de⁹. Adhuc, de⁹ substantiāliter felix ē & oim̄o felicis-
simus, ut infra deduce homo aut qd̄ intellectualiter felix est, iocūdū oim̄o est & penit⁹ gaudi-
osum. Est em̄ cōtentū in bonis q̄ habet, nec aliud optat: deus ergo gaudēs est. Sed gaudere
intellectuali gaudio, sine uolūtate nō cōtingit. Em̄ uero, de⁹ oim̄ causa ē p expleatē ip̄sōꝝ ra-
tionē, nō qd̄ ab aliq̄ elicit, sed ex se & à se cōceptā, ut dicit Plato, Auicēbrō & Boët. & hoc

Objectiones,

Responsiones,

Sapientis offi-
cium,

Aristoteles,

ante ostensum est. Quod autē sic causat, uoluntarie causat: determinat enim naturam sui facti & libere eligit, in quo perfectionis gradu effectum constituet: quia etenim perfectio dei est prorsus infinita, & omne causatum determinatum est ad perfectionis terminum, fingi nō potest, cur huius determinatae perfectionis sit effectus, nisi propter ordinationem uniuersa liter agentis intellectus. Insuper, intellectus non exit in opus nisi per uoluntatem: nihil enim causat nisi propter finem aliquem: finis uero & bonum coincidunt secundū Aristotelē: sed finis seu bonum, est obiectum uoluntatis, sicut uerum intellectus: necesse est ergo intellectuale agens anteq̄ in opus egrediat, moueri à forma sui operis, quae in ipso est sub ratione boni. Sic autē moueri à forma intellectus, est propriū uoluntati quae mouetur à suo obiecto sub ratione appetibilis. Deniq̄, bonum intellectum est obiectū uoluntatis: oportet ergo ut bonum intellectum in quantum huiusmodi, sit uoluntatum. Quicquid enim apprehēditur sub ratione boni, apprehēditur ut appetibile, quā bonū est quod omnia appetunt. Diuinus autē intellectus cognoscit se & omne ens perfecte: ergo secundū proprietatē boni agnoscit seipsum: se ergo sic cōprehensum uult & amat. Rursus, uoluntarium est & uolendo operans, cuius principium est in semetipso constituyente singula in quibus est actus: hoc nēpe primo maxime conueniet ut ostensum est, cū per rationē & scientiā à se & in se existentē, sit uniuersorum fontana causa. Primum ergo uolēs est, & liberrimā uoluntatis, faciēs omnia propter semetipsum ob superredundantē suā bonitatis plenitudinē. Veruntamē quia in incommutabili ente necessario est semper quicquid illic semel fuerit, ideo diuina uolūtas immobilis cōplacētiae dicitur. Deus quippe uult seipsum necessario, cū sit ipse sibi ultimata felicitas & finis ultimus: alia autē uult libere ut ostensum est: nō enim habet necessariā habitudinē ad finē diuinā uolūtatē. Volūtas namq̄ ea quae sunt in finē, nō uult nisi secundū quod ad finē sunt necessaria. Cūq̄ deus in seipso per purā suam bonitatē sit simpliciter felix, perfectus, & quomodolibet bonus, nil extra eum necessariū ordinē habet ad finē diuinā subsistētiae & ultimati finis: sed dicitur deus aliqua à se uelle necessario, ratione suā immobilis cōplacētiae: haec uero necessitas non nisi conditionis est uel ex hypothesi. Denuo, est uoluntas quae est appetitus rei deficiētis, quā quidā appellant appetitū desiderij, & huiuscemodi in deo non est. Et de hac uoluntate loquuntur Philosophorū meliores, negantes in primo uolūtātē esse, Aristoteles uidelicet, Auerrois, Auicenna, Theophrastus & Porphyrius.

Bonū quid.

Volūtas quid.

Articulus XXXIX. Quod uniuersi à primo processio incongruenter sapientialis ac libera, & tanq̄ artificialis appellatur.

E Nimuero dum producens nedum causatorū substantiam producit, sed & ordinē illis largitur, sapientialiter agit. Omnis quippe multitudo ordine carēs imperfecta prorsus est. Primū autē perfectissimum est agens secundū Platonē. Non igitur decet eum imperfectū op' producere, nedū ergo multorū causa est, sed & ordinis largitor est: sapientialis est ergo uniuersorū à deo sublimi deriuatio. Adhuc, secundū Platonem & Auicbron, primū agit per rationem interius præconceptū, imo omnia secundum archetypas formas in se & ex se conceptas, producit diuinus intellectus. Ipse ergo cuncta in proprijs essentialium perfectionum gradibus cōstituit: est igitur uniuersorū ordinis primordialis origo. Itaq̄ sapientialis est entitū à deo excelso causalis diffusio: sed hoc posterius clarebit plenius. Rursus, quoniā iam probatū est primū omnimode libere esse, & totius libertatis fontē, constat, cur libera dici ualeat mūdi molitio. Deniq̄ secundū Aristotelē, ars imitatur naturam: sed & natura imitatur artem. Est etenim ars quae causatur à rebus, & haec humana est: legē utiq̄ naturae imitans. Est itē ars quae rege causa est, & natura ipsum constituens. Iam namq̄ dictū est, qd natura regitur ab ineffabili & intellectuali principio. Haec quoq̄ uera sunt siue natura dicatur uirtus diffusa in cœlorū, substantijs, orbibusq̄ & astris impressa potestas, siue sensibilibus speciebus catena, aut etiam ipsarū naturalis lex atq̄ proprietates: omnia nēpe haec ab intellectibus separatis gubernantur. Porro, cū opus naturae & intelligentiae sit opus primae causae, eo qd primū sit fontanum regens, omnisq̄ naturalis legis fontalis institutor, tam ars nostra quā natura, ac etiam intellectualium supermundanorumq̄ gubernantium catena, diuini intellectus artem imitatur. Propter quod non inepte à Theologis laudatur deus ars rationibus plena: & uidetur id ipsum ab Alphorabio præinductū: quippe ars recta rege factibilium ratio nominatur. Ideoq̄ ideales entium similitudines quae in deo sunt, ars diuinæ mentis optime profantur, cum sint uniuersorū productiua principia & rerum ratio recta: imo non dūtaxat recta, sed totius recititudinis mensura. Ex his quidem iam elucefcit, quæadmodū entitū à supersplēdidō diuini luminis fonte artificialis dici possit. Etenim secundum

Artis finitio.

dū Aristotelē septimo primae philosophiae: Domus est à domo, & sanitas à sanitate, domus quidē sensibilibus intelligibilibus domo: sic & mūdus est à mūdo. Mundus quippe corporeus, à mūdo archetypo ut ait Plato, & eū sequēs Boethius dū dicit: Mūdū mēte gereas patribus. Deniq̄ ut uult Alphorabius, sic sunt oia à diuina arte, quō essent artificialia à nostra arte, si ipsa ars nostra foret substantialiter artificis anima, & seipsa simpliciter intelligētia artificiatorū productiua. Primū enim cū sit in fine totius simplicitatis, est & ipsa ars sua, & per se simpliciter intellectu oim causale principium. Iam igitur manifestū & palā factū est, quæadmodū uniuersorū à superuualui diuinæ fecūditatis fonte emanatio, cōparabilior sit sapientiali & libere ac artificiali processioni, quā naturali effluctioni, aut certe essentiali emicationi, seu etiam generationi formali. Veruntamen nulla prorsus processio in creatis entibus consistit, in qua iusticiēter reluceat perfectio illius primæ ueræ rege institutionis à deo.

Alphorabius.

Articulus XL. Quod rerum à deo benedictio causalis diffusio, nec pure naturalis, neq̄ pure artificialis dicenda sit.

Quod autē in primis est per modū simplicē, in secundis est per modū cōpositiorē: quæadmodū intellectualis pfectio diuinæ mēti inest simplicius q̄ separatis substantijs, hisq̄ humanis mētibus inest simplicius, sic prorsus perfectio diuine emanationis qua oia à deo in esse processerunt, nō in una processione specie e' causis secundis cōpetente plene relucere potuit, sed in multis generibus processioneū ampliū innotescit. Cernimus porro apud nos, qd artificiatorū causa, causatis suis propriae naturae substantialē perfectionē nō cōmunicat. Nō enim homo per artē operās, artificiato essentialē suae speciei inluit perfectionē, ut effectus aliq̄ modo per hoc prædicationē fortia sue causae, quā nullatenus dicit domus uiuens aut cognoscēs seu rationalis, quāuis à uiuio & ratioabili agere prodierit. Rursus, cōspicimus qd naturale agēs nequaquā libere se diffundit, quāuis effectū secundū naturā sibi similit̄ efficiat. Cū igitur nūc præinductū sit, qd primū propriae naturae substantiales pfectiones secundū se cōmunicet, in t̄m prorsus, ut eadē diuino enti & causatis attribuat (Sūt enim oia bona qd à bono: & entitū qdā uiuūt, qdā aut cognoscūt & sapit: q̄ utiq̄ deo cōueniunt) hinc palā est, qd nō sit rege à primo effluxio artificiali emanationi duntaxat cōparanda: sed & partim naturalis est, nec tamen p̄tē naturae quia libera. Veruntamen quā huiuscemodi diuinæ naturae cōmunicatio, neq̄ secundū unitatē ḡnis nec speciei, sed t̄m analogice cōuenit creatis, ut ante habitū est, ob hoc simpliciter est uniuersorū à summo deo scaturitio, potius libera & artificialis diffusio, q̄ naturalis effluxio seu essentialis emicatio appellāda. Insuper, ex hoc lucet qd cōtineat ueritatis positio Auicēnae & etiā Platonis assertio: quāuis namq̄ dixerit Plato, primū bonū se substantialiter emicare & diffundere, non tamen dixit ipsum participatibus cōmisceri, sed eo plus esse exemptum ab omnibus quo foret prius & uniuersalius: quemadmodum Proclus in Elementatione Theorematica ait.

Omnia bona, quia à bono.

Articulus XLI. Quæadmodū in triformi causae ḡne primū sit uniuersorū causa.

Quatuor etenim existentibus causis, duæ quidē intrinsecæ sunt, materialis utiq̄ & formalis, duæ primordiae extrinsecæ, utpote finalis & efficiens. Quā igitur ostensum est, primū principium esse puræ actū in se subsistentē, & propter ipsam suam superuualuē excellentiam nulli prorsus cōmiscibile, constat ipsum nullius materialis aut formalis fore causam. Amplius, antehabitū est qd primum nec est corpus neq̄ uirtus corporea, nec uirtus corporalis, neq̄ uirtus in corpore: nō est ergo materiale alicuius elementū, neq̄ formale principium: forma namq̄ est endelechia materiae: materia etiā à quantitate inseparabilis est. Propter qd Auerrois dimēssiones interminatas dixit materiae cōaeternas. Non est ergo primū principium entitū causa, nisi in biforini causandi ḡne. Et quidem qd sit omnium efficiens causa, nunc ante multipliciter probatū est. Est præterea & finalis omnium causa: omnia namq̄ cōuertuntur in ipsum quemadmodum ab ipso procedunt. Adhuc, finis & bonū coincidunt: quod igitur maxime bonum est, potissime habet rationē finis: ideoq̄ sicut primū est omnis boni bonum, sic est omnium finium finis. Præterea, omne indigens desiderat cōferentiā sui causam: deo autem omnia egēt. Sicut enim diurnum iubar nec in ictu oculi sine præsentia solaris luminis permanet, sic prorsus subtracta influxione bonifica primi boni, omnia natura uultus discoloraretur, & uniuersum esse secundorū in nihilum, tanq̄ in sui primordialē originem uerteretur. Primum ergo omnium finis est, & finale desideratum. Porro agēs nō agit propter finē ipso decliuorē sed sublimiorē: finis enim habet rationē optimi in omni ordine. Vñ cōspicimus, qd finis ḡnatiois in corruptibilibus est nedū esse & forma particularis ḡnati, sed diuini & perpetui esse secundū speciem participatio, secundū Philosophū &

Forma est endelechia materiae.

Boethium

Boëthium & ob hoc dicitur qd finis & efficiens, sunt eiusdem ordinis. Primum aut omnino perfectum est, nec comparari habet neq; contrarium. Nil ergo suae actionis ultimus finis esse potest nisi ipse: enim uero effectus dat effectui formam, ut ait Plato: operi formam dat opifex suus. Quoniam namq; effectus est suae causae imago quae dam, necesse est ut ad similitudinem sui formet opus suus institutor. Propter quod dixit Aristoteles, qd agens agit propter assimilare sibi passum. Quippe efficiens ut formans, per formam sui facti operatur: aut naturalem ut ignis: aut intellectualem ut uoluntas. Ob id igitur efficiens causa etiam formalis dicitur: est enim secundum Platonem & Boëthium duplex forma, uidelicet informans & foris manens: Sic enim separatas entium quidditates dixit Plato esse formas, eo qd omnia formarēt sicut cera sigillum, & tamen pure in seipsis subsisterent. Sed quoniam non sunt tales formae ut ille putabat, intellectus separari & prima natura, hoc modo formae dicuntur: Intellectus enim est plena forma, & simplex in se subsistens essentia, ut autor libri causae ait. Primum quoq; cuncta superno ducit ab exemplo. Sic igitur primum est formalis causa, tam forma omnia formans. Vnde quidam appropriatius loquentes, dicunt primum uniuersorum fore exemplarem causam. Sic ergo in duplici causae genere dicitur primum entium causa, quia forma formans & efficiens, semper coincidunt neq; separantur. Sed propter modalem diuersitatem uicissim in triformi causandi genere dicitur primum agens uniuersorum causa.

Forma duplex

Summi boni cuiuslibet rei, quid sit.

Frustra quid.

Articulus XLII. Quod in omni specie entis sit aliquid summum bonum, quod sit appropriatus finis rebus talis ordinis.

Est nempe cuiuslibet rei summum bonum id, in quo ipsius excellentissima consistit perfectio. Perfectiones uero correspondent perfectibilibus. Vnicuique ergo naturae & entis competit aliquis appropriatus finis, qui est sibi summum bonum. Adhuc, summum uniuersumque bonum consistit in hoc, ut secundum propriam naturam res optime se habeat: cuius nihil sit expers propria uirtute & naturali operatione, nihil expers est suae speciei & propriae esse summo bono. Natura enim omnis per operationem optimam suae optimae uirtutis, in optima sui dispositione consistit. Praeterea, natura & deus nil faciunt frustra secundum Aristotelem. Quod autem nullum sui finem habet nec propriae subsistentiae summum bonum, frustra est. Id namque frustra dicimus esse, quod ad nihil ordinatur, aut quod adipiscitur inquit hoc, ad quod ordinatum est. Vnicuique uero competit ordinari in aliud secundum suae naturae exigentiam, quae meliorum sunt meliores fines: omne ergo ens & natura omnis, appropriatum finem habet qui est ei summum bonum secundum naturalem propriam speciei gradum. Rursus, si natura omnis propriae perfectionem desiderat, tunc procul dubio excellentissimam sui perfectionem uehementissime amat: sed tale omnium naturarum desiderium impossibile est inane esse, & ad impossibile tendere. In omni ergo specie entis est aliquid bonum summum, & appropriatum ordini tali. Ob hoc denique nil carere potest naturali operatione, finis namque significat semper, & habet se per modum distantis ab ordinato in finem. Quod uero distat, per operationem acquiri oportet. Naturam igitur agere necesse est, si finem sui adipiscatur. Ideoque, quae a suo fine minime distant, unica simplici actione ipsum consequuntur, ut sunt supernum danae mentes: quae autem amplius distant, pluribus modis hoc faciunt: & hoc in libro de caelo ab Aristotele dictum est. Quod si sit aliqua substantia quae est sibi ipsi finis, illa per se & non diuersa a natura operatione proprium finem utique possidet: hoc autem non nisi primo competit bono.

Articulus XLIII. Quomodo uniuersitas rebus finaliter atque differenter ordinatur & tendat in primum super substantialiale purum bonum.

Nil porro finis est neque bonum, nisi secundum quod desiderabile est appetenti. Primum autem est fons omnis perfectionis, & causa cuncta conseruans: omnibus ergo desiderabilissimum est, & fontale principium totius desiderabilitatis: itaque est ipsum omnium principalissimum finis. Adhuc, nullus finis secundum se appetibilis est, nisi inquantum participat rationem appetibilitatis a primo fine. Primus ergo finis qui deus est, maxime est finis uniuersorum: quippe, cum per hoc sit deus rebus finis, quod ipsum omnia secundum modum sibi conuenientem appetunt: quia namque omnia desiderant permanere in sui esse, hoc autem sine primi influxione non acquirunt, omnia naturaliter ipsum appetunt. Ex hoc palam est, quod iste entium appetitus summi boni, aliud non est, nisi conuersio eorum in primum principium. Vnde quodque enim in id conuertitur a quo procedit, ut suae bonitatis communicationem suscipiat secundum Proclum. Denique, processioni parificatur conuersio: quod enim a pluribus procedit, ad plura conuertitur, quia per eadem est conuersio, per quae processio. Entium autem quae ad immediate a primo producuntur: quae ad autem per media agentia, Rursus, eorum quae immediate a primo profluunt,

unum

unum est aliquo honorabilius & causalius, sicut intelligentia orbe. Denique, a primo fluentium quae ad fluunt essentialiter, quae ad autem uitaliter, quae ad uero intellectu. Quoniam igitur appetitua ista secundum ad primum finem conuersio est, ut creata creantis causae bonitate participet, & diuino esse assimilentur, constat ea quae immediate a primo procedunt, quod ad substantiale esse, immediate in ipsum conuertitur: quorum uero unum est alterius illuminatiuum, & quo ad secundum perfectionem causatiuum, id quod perficit, ad perficiens conuertitur secundum quod ab ipso dependet. Hoc nempe modo secundum auctorē libri causae & Areopagita Dionysium, Intellectus inferior ad superiores conuertuntur, ut ab eis intellectualem lumē in ipsis confortet & amplius purget: quae admodum in corporum ordinibus mundana corpora ad celestem corpus conuertunt. Nam secundum Augustinum & Auicembron, quod in corporalibus facit fitus, in spiritualibus efficit ordo. Quae autem a primo mediate causant, ad illa primo conuertuntur a quibus proxime dependunt: quoniam illic incipit conuersio, ubi terminatur processio. Ideo plus a primo distantia, compositius atque debilius diuinorum donorum largitiones suscipiuntur secundum Aristotelem. Enim uero, quae ad duxat essentialiter primum appetitum ut naturalia: quae ex impressione uniuersalis naturae & gubernantis intelligentiae, in primum bonum tendunt: quae admodum sagitta ex directione sagittantis in signum meat. Intellectuale etenim agens, naturam in finem sui operis contemplans, naturale sibi desiderium proprii finis & boni imprimit, & sic ea quae cognitione caret, boni appetitua sunt. Rursus, quae ad uitaliter primum appetitum, quae uidelicet uita participant, quibus primum uiuēs prouidet de his quae uita in ipsis conseruent, aut in specie, aut certe in supplemento. Cetera uero intellectualem & cognitiuam atque dilectiuam in primum conuertunt: quae uidelicet diuini luminis prime & intelligentiae sunt capacia: haec enim immediate a primo illustrant. Nunc igitur explanatum est, quod primum sit omnium finis & ratio totius desiderabilitatis: & quae admodum differenter entia creata appetant & tendant in omnium fontanum bonum.

Dionysius Areopagita.

Aristoteles.

Articulus XLIII. De fine creationis mundi in quo ostendit, quae admodum eiusdem plures fines ponant, cum sit tamen omnium unus simplicissimus finis, qui est deus.

Quonia uero rebus creatarum summum bonum est, ut unaquaeque secundum conditionem propriae naturae & speciei diuino esse assimilaret, constat quod finis productionis uniuersae sit, ut in entibus creatis diuinae lucis ac primae bonitatis appareat relucetia: haec enim id est sunt. Vnde Plato in Timeo ait: Dicendum ergo cur conditor fabricatorque uniuersum, omne hoc instituentium putauerit: optimus erat. Ab optimo porro inuidia longe religata est. Et post mundanae molitionis finem propalans addit: Itaque consequenter sui similia, cum cetera prout cuiusque natura capax beatitudinis esse potuit, efficit uoluit. Denique, id est finis rei & constitutio eius: hoc namque est entis creati finis, propter quod opifex deus ipsum esse cit. At uero, cum sit deus mens, cuius intellectus est uisus ac contemplatio iuxta Platonem, in rebus emanatione ad earundem optimum bonum speculatur: Cuius ipsius bonitas sit fons omnis perfectionis, ipse est ratio totius desiderabilitatis & omnium finis, neque enim est aliquid desiderabile & finis seu bonum, nisi ut participata quae dam existens primae bonitatis & finis primi similitudo, atque ad primum finem perducens: ideoque utique, quauis primum agens uniuersa condiderit propter uniuersumque proprium finem ac proximum, propter tamen suam bonitatem ultimam omnia creauit: quoniam nullius naturae proprius finis appetibilis est, nisi inquantum prima bonitas est eius bonum. Primum enim est omni boni bonum: nec esset res sibi ipsi amabilis aut bona sine ipso. Nunc itaque elucescit, quomodo unius possunt esse plures fines: sicut dicitur, quod uirtus uel sapientia sit finis anime. Et rursus: finis eius est deo assimilari & uniri: hoc nempe unus est communis, alter uero specialis: aut certe unus est propter alterum. Deus autem est omnium finis obiectualiter: aliqua uero sicut formalis perfectio.

Plato.

Superiorum epilogus.

Articulus XLV. De fine seu felicitate cuiuslibet intellectualis substantiae.

Enim uero, quae admodum intellectualis hypostasis ceteris naturis sublimior est, sic prorsus eius finis digniori nomine exprimitur quam rebus ceterarum. Vnde fit, ut quauis in omni specie entis, sit aliquid summum bonum speciei illi appropriatum, nullibi tamen nisi in intellectuali essentia, bonum tale, felicitas seu beatitudo talis modi entis appellatur: quoniam nullum subsistens felix, proprie seu beatum dicit, quam intellectualis hypostasis. Quippe iam nunc habitus est, quod uniuersum competit suus finis & finale bonum secundum optimam suam uirtutem & actionem. Intellectus autem est dignissima & diuinissima uirtus secundum Aristotelem. Ideo necesse penitus est, ut intellectualis naturae felicitas, in optima intellectualem potestatis operatione consistat. Efficitur autem actio digne & nobiliter ex parte obiecti, seu etiam

etiam ex parte finis & modi operandi circa obiectum. Non enim ideo duntaxat actio mentis digna est, quia de nobili obiecto: aut ideo uilis, quia de ignobili: qui etenim de turpibus & libidinosis uoluptatibus, ueritatem discutit, uel zelo uirtutis effatur, nobiliter utiq; agit, quamuis de turpibus determinet. Rursum, qui de primo non recte aut obliquo sine philosophatur ignobiliter agit, licet de summo bono loquatur. Ob hoc itaq; dictum est, qd ex parte obiecti uel certe ex parte modi & finis agendi circa ipsum, actionis nobilitas attendenda sit. In ea ergo intellectus operatione, est ipsius felicitas: quæ est circa optimum intelligibile secundum convenientiorem naturæ suæ maneriem. Primum uero optimum intelligibile est, cum sit ipsum substantialiter ueritas prima, & totius ueritatis ratio fontana. In hoc ergo uniuscuiusq; intellectualis substantiæ consistit felicitas, ut primam ueritatem secundum naturæ suæ congruentem maneriem cõtempletur. Adhuc, uniuscuiusq; naturæ finis est, ut in quâtuor fas est, diuine luci uniatur: cum omnia conuertantur in primum principium secundum præinducta. Nulla autē uirtus cognoscitiua, uicinius deo unitur intellectu uel potentia: quæ intelligendo, naturam intellecti quodammodo contingit: hoc est ergo intelligentis finis, ut primo uero per intellectum uniatur. Amplius, in illo consistit intellectualis naturæ beatitudo, per quod plura sibi bona innascitur primordialiter ac principaliformiter: intellectus autem est huiusmodi: est nãq; amoris delectationisq; interioris causa: amor enim in agnitione ueri fundatur: similiter & interior delectatio: quippe uoluntas non nisi secundario mouet intellectum, in quantum scilicet intelligere apprehenditur ut bonum. Intellectus enim proponit uoluntati intellectum, & mouet eam per modum quo finis mouet: cū bonum intellectū, sit obiectum uoluntatis. Deniq; optima entis uirtus ea est, à qua ratio speciei suæ accipitur: ab intellectu autem separata substantiæ, rationalis etiam anima, speciem sortiuntur: unde necesse est ut secundum intellectum conueniat eis felicitas: dicuntur enim substantiæ tales, intelligentiæ ratione intellectus: principaliter igitur in intellectu est felicitas: deinde in uoluntate: quæ etiam immaterialis uirtus est & inorganica, & post intellectū dignissima: amor autem in uoluntate est. Sed quoniam amor est tam de non habito quam de habito, in eo nõ consistit principaliter felicitas, sed potius in contemplatione ad quam sequitur amor: propter quod saluator ait: Hęc est uita æterna ut cognoscant te deum uerum &c. Amor itaq; perfectus non est, nisi in quantum est iam habitus: non ergo ratione sui perfectus est: felicitas autē per se perfecta est: contemplatio uero non est nisi iā habitus: Perfectio namq; intellectus est, secundum quod intelligibile ei unitur. Uoluntatis autem perfectio, in unione sui ad uoluntatem consistit: deoq; tam in tendentia quā in termino est amor. In amore equidē tendente tantū non est felicitas: ille enim imperfectus est, neq; contentum reddat appetitū. Rursum, amor habitus & præsentis perfectus est ratione unionis: hæc uero unio uel ratio ne contemplationis est, aut certe cõtemplatio ipsa: iam enim de intellectuali amore fit loquutio. Elucescit igitur, qd contemplatio sit formalior beatitudinis ratio quā amor. Veruntamen per modū quendā in actu uoluntatis consistit felicitas ratione iā dicta, sic etiā in delectatione interiori: potentia; actus cõcomitate, uicissim beatitudo cõstituit quædamodū dici cõsueuit, qd summū bonū hois sit agnitiō ueri, operatio boni, & delectatio in utroq; hæc nãq; secundū diuiores suas potestates ei competunt: propter quod dixit Auicenna, animā corpori infusam ut mundificetur & sanctificetur: & hoc ante eū Socrates & Plato testificati sunt. Consistit itaq; in operatione contemplatiuæ intelligentiæ felicitas principaliformiter, sed non nisi secundū quod eā assequuntur amor & gaudiū. Ob hoc nepe dixit Boethius, qd felicitas est status omnium bonorum aggregatione perfectus: tanq; non in nuda contemplatione consistat. Nunc denuo innotescit, cur actiones uirtutum operatiuæ in actione contemplatiuæ potentia; ordinari dicantur. Constat igitur, qd intelligere deū, sit finis omnis intellectus, cuius signū est, qd naturaliter id ipsum omnis intellectus appetit: nec sistit mens in agnitione causatorum, donec perueniat ad primā causam. Si quoq; omnis natura primū bonū appetit, tūc utiq; mens quælibet illud intellectualiter desiderabit. His aut concordat traditio Aristotelis dum decimo Ethicorum ait: Vltimam hominis felicitatem esse speculatiuam, quantum ad speculationem optimi speculabilis.

Articulus XLVI. Quod neq; in contemplatione primæ ueritatis quæ cõmuniter omnibus inest, nec in ea quæ est per fidem, neq; in illa quæ habetur per demonstrationem, sed nec in aliqua speculatione ueri præsentis uitæ possibilis, sit cõstituenda humana felicitas.

Deniq;

Deniq; felicitatem perfectū bonum, felicitabilisq; desiderij contentatiuum fore, ex præinductis palam est. At uero, felicitas optima est optime uirtutis operatio secundum statū perfectum, secundum Aristotelem, aut certe secundū Boethium: Status omnium bonorum aggregatione perfectus, est felicitas. Ad huc secundū nunc habita, in ea intellectus operatione quæ sibi secundū nobilissimā dispositionis suæ materiem conuenit, felicitas utiq; consistit. Cognitio autē dei omnibus cõmunis est illa, quæ cõfule & indistincte cunctis, etiam Barbaris populis innotescit: deū esse, quod cultus gentium ostendit: quo oēs id quod deū existimant colunt. Hæc quippe cognitio imperfecta omnino est & confusa. Scitur enim in ea deus, secundum quæ dā cõmunia duntaxat: uidelicet ut primū regens seu potens. Vtrum uero tale ens sit incorporea natura, perfecta & æterna, unita tantū & infinita, nõ dū claruit: non est ergo in ea humana felicitas. Conformiter, neq; in speculatione fidei consistit felicitas: hæc enim in sublimiorem perfectioremq; agnitione ordinatur. Felicitas uero est quid ultimate intentum, cū sit rei finis. Adhuc, si fidei cognitio ex parte cognoscentis penitus incõpleta est: nõ em̄ capit ratio quibus assentit: ueritatem ex parte obiecti dignissima prorsus existit: non est igitur in ea felicitas. Amplius felicitas naturalis conuenit naturæ secundū sui essentialē & intrinsecā perfectionē, à qua uidelicet fluit optima ipsius uirtus ut nunc dictū est: fides uero non cõpetit menti per lumē naturæ & principium intus existēs, sed per lumē gratiæ & extrinsecā illustrās: nõ igitur est in ea animæ beatitudo. Adhuc, fides neq; animū quietū, nec deo proximū efficit: hoc em̄ cognitio illa duntaxat facit, quæ est per speciem: non ergo in ea beatitudo statūda est. Enim uero, neq; in contemplatione dei demōstratiua, qua uidelicet distinctus agnoscitur deus, uel per abnegationē, uel per positionē (quæ admodū prius elucidatū est) consistit felicitas. Proprietates namq; felicitatis sunt, omnē miseriam excludere, animū quietare, & omnē potētiarē desiderij actuare & perficere: adeo pro namq; sine, cessat morio. Cernimus autē, qd quo plura de deo nobis demonstrantur, eo ampliora scire cõcupiscimus nõ ergo quietat mentē. Plurimū etiā in certitudinis habet ista cognitio propter nimiam excellentiā & simplicitatē intelligibilis supra naturā & modū ratiocinantis & potentialis intellectus: quod ex multiplicitate opinionum patet illoz, qui naturā diuinorū per demonstrationis processum scrutari conati sunt. Rursum, intellectus possibilis cū sit in potentia ad omnes formas intelligibiles, sicut materia ad formas sensuales secundū Auerroem, qui etiā ait, qd intellectus possibilis sit infinita potentia: in recipiendo, ideo non potest per demonstrationis processum reduci ad actū perfectū: demonstratio em̄ per quæ dā propria procedit, & ex sensitiua cognitione ortū sumit secundū Philosophū primo Posteriorū: sed non omnia ex quibus diuini esse demonstratiua speculationi haberi potest, secundū proprias sui rationes & species cognoscibilia sunt à nobis, nec sensui subiacent: non est ergo talis contemplatio felicitans, quietans, aut perfecta. Porro, ex hac radice facile est ostendere, qd in hac uita non sit animæ naturalis beatitudo statūda. Si etiam loquamur philosophice, tūc intellectualis anima cū sit naturaliter immortalis ut posteriori deducetur, sublimioris & deiformioris uitæ est ac status separata, luminibusq; separatōz intellectū immediate unita, q̄ sit in corpore existēs. Si uero theologicā ueritatē sectemur, tūc utiq; felicitas est status sanctæ mētis separatus, quæ corpori cõmunicatus secundū suā corruptibilem quam nunc habet harmoniā, destructibileq; dispositionē. Nunc autē in ductū est, qd felicitas secundū optimū statum sit unicuiq; attribuēda. Cumq; sit homo uel maxime secundū Aristotelem, uel totaliter secundū Platonē & Auicennā suus intellectus, hominis felicitas nõ huius uitæ est, sed, sed altioris status. Præterea, sine stabilitate & securitate atque quiete, nullus prorsus felix dicitur: sed in hac uita nullus tā stabilis esse potest: quin possibile sit eum per infortunia & infirmitates, in miseriam quandam delabi. Rursum, non sinit præsentis uitæ conditio incessabiliter insistere mentē speculationi: itaq; ob instabilitatis adhesionē, non est quis in hac uita felix. Denuo, quæ admodū felicitas est desiderabilissima, sic eius amissio pœnalissima est. Quoniā igitur necesse est hominē mortē non euadere, possibile quoq; est, ipsum multipliciter à perfecta cõtemplatione impediri. Ratione igitur insecuritatis, nullus perfecte felix est in hac uita. Quippe nõ cõstet illi, in nulla diuinorū agnitione huic uitæ possibili cõtentiari seu sistere intellectuale desiderium. Ob hoc igitur nõ est in hac uita perfecta ac ultimata felicitas, quā ois utiq; natura, uirtus & species secundū propriæ perfectionis subsistentiam desiderat: neq; inane est tale entis desiderium: neq; potest humanus intellectus felicitate ea frustrari, ad quam naturalem inclinationem habet.

Felicitas quæ dicitur.

Felicitatis pro prietas.

Neminem in hac uita esse felicem.

Ioan. 17.

Summū hois bonū quod sit.

Felicitatis finis.

In archetypo
spacium erat:
desiderantur
enim quaedam.

dum procedit forma ceræ à forma sigilli: sed quaedam separabiliter, quaedam uero inseparabiliter dixit participari à materia: & quidem immortales dixit ascendere & descendere secundum interminabilem periodum, quæ *

Articulus L. In quo Alexander Peripateticus, Auerrois Commentator & Abubather statuerint finale hominis felicitatem. In quo declaratur quomodo inter meliores Peripateticorum sit diuersitas in explanando mentem Aristotelis circa præsentem materiam.

Hoc denique Peripateticorum solenniores pene uniuersis concorditer asserunt, quod huius manus intellectus in præsentis uitæ possit substantias separatas secundum proprias ipsarum quidditates contemplari: & hoc dicunt fuisse de mente Aristotelis. Quippe in determinando modum possibilitatis huius, maxima est inter ipsos diuersitas. Alexander enim, Auerrois & Abubather, hoc concorditer dicunt quod anima quæ humani corporis endelectia est & substantialis actus, sit destructibilis pereunte corpore. Quam ut Autor libri causarum, & ante eum Proclus testati sunt, omne compositum ex contrariis aut delatum super illud dissolubile prorsus est & alteri hypostaticum: forma uero quæ est corporis actus primus, super compositum delata est utique: dispersibilis est ergo ab esse ut inferunt. Veritamen inter hos rursus non pauca diuersitas est: Auerrois enim & Abubather, intellectum dicunt incorruptibilem, separatum & immixtum: quemadmodum ante eos dixit Aristoteles & ante eum Anaxagoras: sed dicunt animam humanam neque formaliter, neque substantialiter fore intellectualem: sed duntaxat per irradiationem intelligentiæ agentis & separatæ. Unde Auerrois dixit intellectum possibilem in omnibus hominibus fore unum numero: dixit namque eum non esse aliud, quam intelligentiam illustrantem animas hominum: quæ ideo possibilis dicitur, quia mediatis phantasmatibus & passio intellectu qui est uirtus cogitativa, umbilicus est nobis: & per hoc dixit hominem intellectualem fieri. Abubather equidem dixit intellectum non esse in nobis secundum substantiam, sed per esse quoddam: quemadmodum natura lucis est in corpore terso, per uio & polito per esse cuiusdam resultantiæ & non per substantiam. Insuper, solus Alexander intellectum posuit destructibilem & perfectionem materialem. Dixit enim eum non esse nisi perfectionem animæ ex coeliformi elementorum æqualitate orientem: dum uidelicet ad maximam celestis dispositionis conformitatem rediguntur elementa per fractionem contrarietatum quæ in eis sunt: Ideo dixit formas cognoscibiles simplicius sibi inesse: tanquam sic perfici posse, ut splendet in eo lumen intelligentiæ ut sol in cælo: & per hoc asserbat eum substantias separatas posse in hac uita speculari. Hæc itaque & qui eos sequuti sunt, finale hominis felicitatem ponunt in contemplatione separatorum intellectuum in hac uita: & hoc uolunt esse de mente Aristotelis. Enim uero Alphorabius, Theophrastus, Auicenna & Algazel, animam dicunt formaliter & per speciem propriam intellectualem fore, & substantias separatas posse in hac uita contemplari. Sed quemadmodum dicunt eam à corpore separabilem & immortalem, sic prorsus ponere habuerunt finale & plenam ipsius felicitatem in hac uita non esse statuendam, sed in ea potius, in qua irreuerberabiliter, indestructibiliterque stabit ad illustrationem & contemplationem supermundanorum animarum conuersa: Et hoc dicunt fuisse de mente Aristotelis. Sunt autem & præsentis temporis quidam, uel re uel potius nomine tantum philosophi, qui Alexandrum de natura animæ optime philosophatum reputant: quem tamen Albertus rudibus & indoctis philosophis non irrationabiliter comparauit, eo quod solus inter omnes egregios philosophos, intellectualem uirtutem destructibilem dixit. Veruntamen hoc conuenit scire, quod Peripateticorum princeps Aristoteles in libro Ethicorum de felicitate præsentis uitæ specialiter loqui intendit. Propterea nempe dixit, non simpliciter posse hominem felicem fieri. Ostensum enim ante est, quod in hac uita non possit fore intellectus humani uera & naturalis felicitas. Necessarium equidem est, ut quemadmodum intellectualis substantiæ teris naturis est perfectior, sic & illis sublimius proprium finem, qui est ei felicitatis obiectum, aut finalis beatitudo pertingere possit. Cætera autem naturæ in tantum proprium finem assequuntur, ut naturale ipsarum desiderium quiescat in illo. Necesse igitur est id ipsum intellectui potius conuenire. Sed nunc supra multipliciter probatum est, intellectualem appetitum non quietari neque sistere in contemplatione huic eius statui competentis: necessario igitur

Auerrois, Abubather, Alexander de intellectu opinionis.

Albertus Alexandri rudibus eis inculcat.

consequens est, ut in uita alia, hoc ei conueniat: præsertim cum natura non tendat ad impossibile: neque ut ait Philosophus, possibile sit naturale desiderium inane fore & frustra. Amplius contra has opiniones nunc disputandum non est: sunt enim in eis multa, propter quæ posterius latius loquendum est de eis. Quod enim animam intellectualem dixit Alexander corruptibilem, omnino perniciosum est. Sed non minus intolerabile est, quod Auerrois & Abubather sinxerunt. Denique, quid sit de hoc sentiendum, quod omnes dicunt de contemplatione substantiarum separatarum in hac uita, loco suo & singulari inquisitioni referendum est: altissimum enim est hoc negotium.

Articulus LI. De positione Thomæ & Aegidij de Roma, & quorundam aliorum doctorum nostræ religionis non mediocris autoritatis, circa naturalem animæ separatæ felicitatem.

Sanctus Thomas in editione quam de fide catholica induxit, & ipsum secutus Aegidius, circa naturalem animæ separatæ felicitatem aliter loquuti sunt: Ait namque Thomas in Summa contra gentiles, naturale separatorum intellectuum desiderium, seu etiam humani, nec sistere neque quiescere in contemplatione primæ ueritatis qua duntaxat agnoscitur, sed quod in entibus creatis respiciet atque cognoscibilis consistit. Propterea neque positionem Auicennæ nunc ante laudatam Aegidius non suscipit: sed neque Thomas admittit alicuius creati intellectus naturale desiderium quietari posse citra eam diuine contemplationis essentiam, qua uidetur sicuti est secundum propria uidelicet sui naturam, & ut in semetipsa subsistit: ideo secundum eum, naturalis felicitas creati intellectus in contemplatione creati intelligibilis non est: neque in agnitione primi ueri ut in secundis relucet: quoniam secundum nunc ostensa, & ut ipse admittit, cuiuslibet naturæ & potissime intellectualis substantiæ naturalis desiderium illo quiescit ad pro, quod sibi finis est aut naturalis felicitas. Si ergo intellectualis hypostasis naturalis appetitus, in ea tantum primæ ueritatis speculatione quietus est qua agnoscitur secundum sui quidditatem & per essentiam, tunc utique hoc erit naturalis omnis creati intellectus beatitudo. Huiusmodi porro positionem his satagit rationibus fulcire: Cognitione qua deus cognoscitur per speciem creatam, & ut in secundis resultat, imperfecta est: omnis enim creata uirtus, natura atque perfectio, à plenitudine ac superuiali exaltatione diuini esse infinite occidit: & igitur diuinam puritatem non nisi incomplete representat. Omne autem imperfectum appetit perficere: Qui ergo rationale dei cognitionem habet, eam desiderat quæ perfecta est: non igitur citra ipsam subsistit, qua uidetur diuina natura ut in se subsistit. Præterea, ex agnitione causatorum acceditur desiderium ad agnitionem causæ. Per hoc ergo quod creati intellectus substantiam rerum creatarum conspicunt, non quiescunt donec creatoris substantiam contueantur. Amplius, cognoscentes quia est de aliquo, naturaliter appetimus scire de eodem quid est: cognitio autem diuini esse qua in secundis speculabile est, est tantum, quia est: non ergo in ea naturaliter quiescimus, sed tunc solum dum quid est per essentiam uidelicet ipsam intuemur. *

Perniciosi Alexandri de anima opinio.

Aduersant Aegidius & Thomas Auicennam.

Hic desunt nonnulla.

q̄ unicuiq̄ naturæ & speciei cōpetit proprius finis secundum essentialē sui perfectionē: sublimiori itaq̄ menti conuenit altius intelligibile speculari modo eminentiori. Vnde soli creato intellectui cōpetit infinitum illud lumen quod deus est per essentialē contemplari, naturali entium processu & ordine. Vnicuiq̄ uero menti creatæ cōpetit illius lucis uisio secundū propriæ naturæ & speciei substantialem gradū & specificam substantiā. Quod igitur primū arguit de imperfectione iam dictū est q̄ secundum huiuscemodi rationē nulla dei conuictio creatæ mentis desiderium contentum redderit aut quiescēs. Dicendum est ergo, quia contemplatio talis quamuis simpliciter perfecta non sit, est tamen perfecta in certa specie, & secundum proportionem atq̄ capacitatem secundorū intellectū. Pariformiter ad secundum dicendum est: Intellectus enim primæ causæ agnitionem naturaliter appetit, sed non nisi secundum q̄ propriæ naturæ uirtus sustinet. Nam & Auerois ait, q̄ quæstio de diuino intellectu sit naturaliter omnibus desiderata. Quippe si hæc eius ratio uim haberet, nihil perfecte sciremus in hac uita, cum nullius entis primā causam quæ deus est, in uita præsentis perfecte speculari possimus. Hoc tamen consequens, est manifeste contra Aristotelem. Propterea dicere oportet ut dictum est, primæ uidelicet ueritatis contemplationem à naturali creato intellectu desiderio non requiri, nisi secundum ipsius naturalem habitudinem & capacitatem. Per hoc insuper reliquæ rationes eius dissoluuntur: quod enim tertio inducit, quo ad hoc uerū est, q̄ cognitioni quid est in tantū appropinquare concupiscimus, quam naturæ rei admittit: sed simpliciter id uerū non est de diuino intellectu. Quod proinde quarto obijciatur iam solutū est: uerum etenim est, q̄ non nisi in infinito bono ac etiam primo uero sistit intellectualis substantia, sed sic secundum quod adipsibile est ens tale ab ipsa. Nō est autem hoc uerum ita, quasi creatus intellectus non quiescat in sciendi desiderio, donec ipsi infinita primæ ueritatis insit agnitio: hoc enim soli diuinæ menti congruit. Ad quintum dicendum, q̄ quædam modum creati intellectus natura limitata est, sic & intellectuale desiderium ad naturā à qua fluit analogiam coartatum est. Conformiter ad ultimum dicitur, q̄ sit huiuscemodi tendentiæ intellectualis desiderij assignare finem: qui ut probatū est circa contemplationē dei per essentialē statuendus est utiq̄ naturaliter. Ratio uero hæc præsupponebat tendentiæ intellectualis desiderij finem, illam fore diuinæ naturæ speculationem, qua cognoscitur secundū quid est. Id ergo suppositū quod probare debuit.

Auertols.

Articulus LIII. Quod primū agens sit substantialiter in se subsistēs intellectus.

Speculantibus quippe in ordinem uniuersarum uirtutum & potentiarum, id ipsum elucefcit, unamquāq̄ potentiam eō intellectu uirtuti uiciniorē effici, quō fuerit à contactu materiæ longius relegata. Intellectus etenim immaterialis est secundum Anaxagoram: cuius signum est, q̄ forme sensibiles non fiunt actu intelligibiles, nisi depurentur à materia & materiæ appēdentijs. Diuina uero uirtus cū sit simplicissima nedū à materia, sed & ab omni potēntialitate penitus est immunis. Deus ergo intelligens est & ob suæ naturæ puritatem simplicissima in ipso omnino idēficat essentialē intellectualis & eius uirtus: substantialiter igit̄ & totaliter diuina natura intellectus est. Præterea, omne q̄ determinate tendit in aliquē finē, aut ipsum præstituit sibi ipsi finē, aut certe ab alio præstituit ei finem. Alioquin non potius in hunc, q̄ in aliū finē tenderet. Naturalia aut̄ in suos fines regulariter tendūt, non utiq̄ à casu: cū uel semper uel frequentius hoc agant: quā uero cognitione carent, ipsa sibi finē nō præstituant, quia rationē finis non agnoscunt. Necessariū est ergo ponere intellectuū, naturalium agentium institutorē & rectorē. Huc aut̄ deū dicimus, cui soli cōpetit naturas rerū & earundem naturalē legē condere: deus ergo intellectualis est natura. Ex hoc nepe innotescit cur omne opus naturæ dicat̄ opus primæ causæ. Amplius, omnium cœlestium lationū ac etiā orbis mouentium intellectuū est deus finalis causa motorūq̄ finalis: nam secundū Aristotelem duodecimo primæ Philosophiæ, Primū mouet sicut desideratū & appetibile: cū ergo secūdi & effectiui orbium motores sint intellectuales essentię, incōueniēs prorsus esset, si nō foret primū mouens cūcta finaliter intelligēs. Adhuc, primū est causa ordinis uniuersorū ut præostēsum est, ordinare uero sapientiali intellectu dūtaxat cōgruit. At uero ens primū uiuēs est aut erit omnino imperfectissimū, q̄d fingi nō potest: aut ergo uiuit intellectu uita, aut certe sensuali, uel forsan uegetabili seu alia uita aliqua. Sed cū nulla uita sit penitus libera ab omni materia nisi intellectualis, cōsequens sit per primū, hac dūtaxat uita uiuat. Denuo, antehabitū est primū agens omnino de libere fore & uoluntariū: q̄d nō esset si intellectuale non existeret. Insuper, omnium uirtutum dignissima statuitur intellectus: nā & actus eius & obiectū, ceterarū potēntiarū obiectis & actibus puriora sunt. Sunt namq̄ sine materia

Deum intellectu uocari.

materia, imō quo natura aliqua formalior fuerit & simplicioris actualitatis, eo ex se est intelligibilior. Primo igit̄ entū, q̄ cūctis superexaltatū est, huiuscemodi uirū nō deest. Emuero totius uniuersū regimē stabile admodū & indissolubile, prorsus in unū primū regens oportet reducere. Pluralitas enī principū malauerunt ergo princeps, quem deum appellamus.

Vnus princeps deus.

Articulus LIII. De prioritate, simplicitate, & perfectione diuini intellectus.

Omnis porro cōpositio indigetia: indicium est: si enī cōpositū in altero cōponenti totū sui perfectionē possideret, nō iā pluribus indigeret, sed nec ex plurib. cōstitaret: cui nō sit sine necessitate pluralitas statuēda. Ex hoc nepe nūc ante demōstratū ē, primū principū simplicissimā ac purissimā unitatē fore: quā namq̄ primū simpliciter perfectū ē, ipsi suo eē nulla prorsus pot̄ aditio fieri, sed in ipsius substantiā eē p̄cōrentū est, q̄cqd ad plenitudinē p̄fectiōis essendi p̄tinet. Deniq̄, in omni natura in q̄ actio differt à potēntia agētis, potēntia de se imperfecta est, & per aliud ad se p̄ficiat. Cōformiter, dū diuersificat̄ eē, posse, & agere, q̄ unū est alterius cōplementū, altero se habere per modū principij potēntialis: alio aut̄ per modū formalis principij. Denuo, cū obiectū potēntia diuersificatū est, uel ab essentialē agētis, aut etiā ab ipsa potēntia, tā esse agētis, q̄ ipsius posse, ab extrinseco p̄fectionē adipsicū: quæ admodū & à lumine p̄ficiat uisus, & à sono auditus. Palā igit̄ sit ex his, intellectualitati diuinæ naturæ neq̄ cōpositionē cū aliquo, nec p̄fici ab altero, neq̄ diuersificari à sibi cōiuncto posse cōuenire: nō enī esset simpliciter in semetipsa perfecta & pure actualis, q̄d multiformiter ante destructū est. Rursus, ex hoc innotescit, q̄ esse & essentialē, posse & potēntia, agens & agere, in primo omniformiter unificant: imō non aliud sunt nisi supersimplex unitas: nec est horū diuersitas in deo, sed ex parte nostrarū: mētis simplicissimū illud lūmē in ipsius naturali puritate, nō potētis cōtueri, quæ admodū ante probatū est. Amplius, constat q̄ obiectū diuini intellectus aliud nō est, nisi diuina essentia: propter q̄d 12. primæ philosophiæ dixit Aristoteles, diuinū intellectu nil extra se intelligere uisesceret namq̄ diuinus intellectus, si per speciem extra se existentē intelligeret: quā scdm Aueroim intelligibile p̄ficiat intellectu. In deo ergo idē sunt intelligens, intellectū, uirtus intellectualis & intelligibilis forma: simplicissimus est ergo diuinus intellectus. Præterea, necesse est uirtutē intellectualem correspondere substantiæ à qua fluit. Rursus, obiectū & intelligibile speciem necessarium est intellectuæ potēntiæ proportionari, quā à digniori essentia fluit altior uirtus: sed & sublimiori potēntiæ debet præstātus obiectū. Deniq̄, ab excellentiori agere manat actio honoratio: uirtus quoq̄ uigorosior per perfectiorē formā operat̄. Si igitur in deo hæc oīa, aut horū aliqua quæ nunc nominata sunt, utpote esse, agere, uirtus, forma agendi, & ipsum agens, à se uicē uel à deo diuersificēt, tunc uel omnia ista in finita sunt, sicut ipsorū unumquodq̄ sit perfectionis in finita: aut quædam finita sunt & quædam nō: aut certe nullum horū infinitū est. Sed tertium horū dici nō potest: iam enī supra probatū est, diuinum esse penitus infinitū fore: neq̄ primum stare potest: quā etiam præostēsum est, q̄ implicet duo simpliciter perfecta seu infinita existere. Pariformiter nec secundū dici ualeat: siue enim unum tantū dicatur infinitum, & reliqua omnia finita, aut e contra, aut dicantur quædam infinita, quædam uero finita, semper cōsequēs sit, q̄ nō esset inter illa omnia debita correspondētia seu cōgrua proportio: cū infiniti & finiti nulla prorsus sit conuentio. Itaq̄ aut̄ ab infinita essentia fluere uirtus intellectualis finita, aut infinitus intellectus per finitam speciem intelligeret, & sic deinceps: quæ omnia absurda sunt: simplex igit̄ in fine totius simplicitatis subsistit diuinus intellectus. Enim uero, si non cadit in deo accidens, non potest fore distinctio potēntiæ & actionis atq̄ intelligibilis speciei, à natura intellectus in diuino esse: quippe ex his facile ostendit̄, q̄ purissimus sit diuinus intellectus: Purū est enī quod aliene naturæ incōmixtū est. Sed nō patuit, q̄ omne id quod in deo est, sit substantialiter diuinus intellectus: omnino ergo purus est. At uero, actus lumen quoddā est potēntiā illustrans, & unū quodq̄ p̄ficiēs: diuinus aut̄ intellectus penitus actualis est, & semper in actu: nō enī exit aliquē de potēntia seu habitu in actū: quā semper in optima sui dispositione cōsistit: consequens igitur sit, ut sit in fine totius puritatis inuariabiliter perseuerans. Amplius, deus lumen est cuncta irradians, & eius intellectus est uniuersaliter agens: diuinus ergo intellectus substantialiter lumen est, & lux simpliciter p̄fecta: splēdidissimus est igitur ac superpulcher & pulcherrimus ipse. Proinde ex his manifestum efficitur, q̄ perfectus sit diuinus intellectus omnino & omnimode à se enim, in se, & ex se, omnem sui perfectionem habet, nil extrinsecusicipiens: idēq̄ penitus in deo eē est, & se ipsum plene contemplans, æternaliter sibi nō dūtaxat

Diuinus intellectus nil extra se intelligit.

Purum quid dicitur.

unitus, sed essentialiter unus: perfectio nēpe intellectus est, ut sit intelligibili & speciei qua intelligit, perfecte unitus. Nunc autē inductum est, qd diuinus intellectus sit semper in actu, si bñpsti existens intelligendi rō & obiectum. In fine igitur totius perfectionis subsistit. Vnde in 12. primę philosophię Aristoteles, diuinū intellectum honoratissimum appellauit.

Articulus LV. Q. in primā actionis lumine necesse sit omnium rerum exemplares rationes constituere.

OMne causatum manet in causa, & procedit ab ea, & conuertitur ad eā. Simile em̄ procedit a simili, & effectus uirtualiter in suo effectiuo principio perseverat. Quā nanq; est effectus secū dari, est causa primā, qā per modū sublimiorē: quō et erit daret, quod non prehabet. Nunc equidem prā demonstratū est, qd a primo ente tanq; a fontana origine necessariū sit effluxisse omne esse & bonitatem oēm: omnia ergo in illo sunt. Quod autē est in aliquo, est in illo secundū naturam ipsius (ut in libro causarū dicit) Primum uero est intellectualis essentia, & ut Plato ait, deus est mens, cuius uisus cōtemplatio: uniuersa ergo intelligibiliter in ipso cōsistunt. Hoc uero aliud non est, nisi omniū intelligibiles similitudines seu exēplares rōnes ipsi inesse. Amplius, deus sicut uniuersorū est efficiens causa, ita est & omnium causa finalis: qm̄ ut probatū est, omnis natura creata naturaliter non tenderet neq; conuerteret in ipsum, nisi id ipsum cunctis entibus ab ipso inditū foret. Necesse nanq; est, ut naturā quę cognitione caret, prāstituat finis ab intellectu. Ideoq; opus naturā, dicitur opus intelligentiā: & multo amplius primā causā, deus ergo cuncta in seipsum ordinat, & omni naturę proprium atq; naturalē finē prāstituit: ordinans uero, sapientialiter agit, rōnem sui facti prospiciens. Primum ergo actor cūctā superno causat exemplari. Enim uero scđm Aristotelem, sapientia est diuina possessio: deus ergo summe sapiens est. Et ut in libro de causis scribitur, Primum creat scientias: sapiētis uero est prā determinare & ordinare qcqd producit. Hoc igitur deo potissime congruit: proprijs ergo rōnibus cuncta creauit, & hanc rōnem in libro octogintatium quāstionum introduxit Augustinus. Deniq; Plato sic arguit: Primum factor est factor non factus: æternus est ergo. Aeternus autē factor nil a casu aut fortuite agit, cum perfectissime agit: consequens igitur est, ut propter finem agat ad operis sui rōnem prospiciēs: sed æternus factor cum ab aliquo neq; finem, neq; rōnem sui operis accipiat, cum sit simpliciter primus, necesse est, ut sibñpsti finē prāstituat, atq; ex se metipso rōnem facti sui excogitet. Primū igitur per rōnem & exēplar cuncta producit. Prāter ea, cum processus fiat per similitudinem, necesse est diuersitatis rōnem, quā in causatis est, ad causam reducere idem nāq; scđm quod idem, natum est facere idem scđm Aristotelem. Non igitur diuinus intellectus distinctas species produxisset, si non earundem distinctas rationes, apud se & in se contemplatus fuisset. Et quo ad hoc, uerificatur doctrina Platonicoꝝ, dum ponunt formas quā in materia sunt, a formis separatis & similibus profluere. Verūtamē quod huiuscemodi formas extra intellectum diuinum constituebant, rōnem efficacem non habet. Adhuc, primum agens infinite cōcūditatis est, & secundum se prorsus infinitum est ab infinito, aut secundum quod tale nō procedit effectus determinati gradus & ordinis: aut em̄ determinatio effectus ad gradum & specię, erit a causa prima aut a casu: sed a casu non est: ordo nanq; est optimum in rebus scđm Aristotelem & Dionysium. Itēq; nullum casuale perpetuū & indissolubile: ordo autē res in dispersibilibus penitus est. Primū ergo est determinationis causa, sed infinitū, scđm qd tale habitudinem non habet ad ens finitū, determinādo ipsum, nisi rōnem sui facti p̄concipiat, & per eam ordinat: quemadmodum id quod producit, producentē imitari debeat & assimilari ei. Necesse ergo est inter factorem deum & naturā factam mediū constituere exemplarē rōnem. Hanc autē rōnem uidetur tetigisse Auicebron, dū in libro Fontis uitę deū asserit agere per rōnem interius prāconceptā. At uero nunc ante multipliciter deductum est, qd uniuersorū a prima causā processio non naturalis, sed intellectualis sit emanatio: qm̄ non per necessitatem naturā, sed libere agit primus actor: sicut illic probatum est. In ipsius ergo super plenitudinem lumine uniuersorū exemplares rōnes statuendę sunt. Porro supermundanę mentes, intellectus utiq; separati, hunc mundum neq; gubernant, nec in ipsum formas suas influūt, nisi secundum traditā ipsi ab altissima mente legem: ab ea em̄ habet esse & cognoscere. Vñ Plato inducit deum his agentibus iubentē & dicentē: Dñ deorū, quos pater opifex egoꝝ horū sementem faciam uobisq; tradam: Vos uero aggrediamini iuxta meam functionem, ut opus mundanū exequamini. Primo ergo intellectuui fontaliter omniū rōnes innotescūt. Denuo iuxta Aristotelem, necesse est uniuersū regimē a primo primordially descendere, atq;

Cuncta in se ipsum ordinat deus.

Platonis argumētatio.

Ordo optimū in rebus.

atq; in ipsum finaliter illud reducere: nā pluralitas principum mala. Primum autē gubernas est rectiuz legis institutor: necesse ergo est, deo excelso prime & fontane omnium secundorum exemplares rationes, quā intelligibiles formę sunt, illi inexistere.

Articulus LVI. De nomine ideę, quemadmodum in luce diuini intellectus uniuersorum rationes ideales statuendę sunt.

Est autē idea intelligibile exemplar, factiuum, non factū. Vnde elucescit duplicē proprietatem cōpetere ideę. Prima ut sit intelligibilis similitudo intellecti, qua cognitum cōtemplatur intellectus. Secunda est, ut sit productiuum principium causatum: & sic ad rationē ideę plus exigitur q̄ exemplaris. Potest nanq; dici exemplar, si sit duntaxat intelligibilis similitudo. Proprietā dicitur exemplar, ad cuius imitationē aliud producit. Verūtamē in hoc penitus differt exemplar ab ideā, qm̄ idea est principiiu factiuum cōtinuum, & non factū: deoq; in solo diuino intellectu subsistit: hoc autē exemplaris rō non requirit, ut sit factiuum duntaxat: nam et si factū sit, adhuc exemplar erit, dūmodo ad ipsius imaginem aliud fiat, sed secundū quod est factū, proprie exemplā dicitur. Sic nāq; ad similitudinem prioris se rōnis exemplatū est, ut faciens uero exemplar sit. Sed & exemplar dicitur nō ob id solum qd faciens est, sed etia quia ad ipsius contemplationē respicit factor: deus etenim qd ordinis uniuersorū causa est, producit unumquodq; scđm exigētiam habitudinis suę ad aliquā: sic nēpe inferior natura exemplū dicit nature superioris, qm̄ ad imitationem illius creata est, tanq; participata existens superioris imago, nō ut sit effectus eius. Propter quod in libro diffinitionum dixit Isaac, qd semper secundum oritur in umbra primi, & tertium in umbra secūdi, & sic deinceps. Et Augustinus dixit, Materiam in umbra in formę formę creatam. Hoc deniq; modo autor libri causarum, & Proclus aiunt, animam nobilem quam cœli animam asserunt, exemplū quidem esse uirtutis superioris, & exēplar de celi uirtutis. Enim uero qm̄ extra diuinū intellectum, qui uniuersaliter agens est, ideam formale principiiu omnia formans, nil prorsus in formans. In hoc ergo a Platone distinguimur: nam ille extra diuinam mentē idealia formę, quas deos nūcupauit, ordinē statuēbat, sicut iam ante de eo recitatū est: nos autē nō nisi in lumine primi principij eas cōstitimur. Vñ Plato ideā dixit non tñ factiuū principium, sed etiam formam exemplatā ideam uocauit. Oēs nanq; secundorū ordinum dñ, participatione summi dei deitatem fortiuntur. Quā ut ait Proclus, unus dñ, i. ex se deus. Sed in hoc cum Platone concordamus, qd tam causalitatē, q̄ etiam cognitionis fontalē originē attribuiumus ideę. Nā ut 7. primę philosophię referet Aristot. propter duo hæc posuit Plato ideales formas per se subsistere, quā intelligibili participatione causare scientia in cunctis intellectibus: & earundē formalis seu essentialis emicatione dixit omnia produci. Quoniam igitur diuinus intellectus cūctā æternis rōnibus produxit, ut iam demonstratū est, manifestū est has rationes æternas illi ideam esse: ideoq; in splendido diuino lumine fonte uniuersa idealiter consistūt, propter quod in Timęo sic Plato locutus est: Dū hic mundus nondum contineret omnia quę intelligibilis mundus, ad cuius æmulationē fiebat, hoc quod deerat, addebat opifex deus: atq; ut mens cuius uisus cōtemplatioq; est intellectus, ideę gnā cōtemplatur intelligibili mundo, quę ideę sunt illi animalia: per idearū quippe gnā intelligit multiplices atq; distinctas animatium notiones: hæ nēpe notiones sunt deo animalia. Et post pauca addidit Plato: Sic deus in hoc sensibili mundo, diuersa animalium genera statuit esse debere, quę admodum utiq; archetypus ille mundus preconstituebat. Hęc uero quę nunc dicta sunt, sententijs Augustini & Anselmi per oia conformia sunt: hæ etenim ideales rōnes æternę & incommutabiles sunt diuine mentis notiones, quā cōtēplatione cūctā cōdita sunt atq; regūt, & quę destrucibilia sunt, & quę indissolubilia. Deniq; cum temporalibus nō oriatur, neq; cū corruptibilibus occidit: cuius positionis Boethius extitit dū dixit: O qui perpetua mundum rōne gubernas. Et alibi: Mundum mente gerens pulchrum, pulcherrimus ipse. Nūc ergo innotescit qd sit idea, & qd idealis ratio: qm̄ aliud nō est nisi diuine mentis notionale exemplar: causale tñ & nō causatū.

In quo exemplar ab ideā differt.

Plato de ideā.

Boethius.

Articulus LVII. Q. idealium rationum seu exemplarium specierum multitudō simplicitati diuini intellectus non deroget.

Prum quippe est, quod alienę nature incōmixtum est: sic em̄ pur; autē dicit, si nil naturę ceterorū metallorum habeat adiunctum. Quoniam ergo secundum prā inducta, diuinū esse simplicissimū est & unitas pura, mirū forsan uidebit, qualiter multitudō

Augustinus.

Plato.

Aristoteles.

Idea in essen-
cia diuina ut
immutabilis
intelligitur.

multitudo aliqua ipsi in esse possit idearum, aut certe exemplarium rationum. Adhuc, unum in substantia facit idem, in quantitate uero æquale, in qualitate autē simile, ut probat Aristoteles. Quoniam ergo deus est pura unitas, ipsi omnino cōpedit pura identitas, nulla ergo diuersitas ipsi cōgruit. Itaque nō essent in eo plures idearum, quod tñ directe est cōtra Augustinū in libro octogintatertii questionū. Præterea, secundū autorē libri causarū, Primū adeo simplex, ut non sit in ipso diuersitas aliquorum modorum: sequitur igitur id quod prius. Amplius, cū deus per suā essentiā intelligat quicquid intelligit, non uidet quod ipsius essentia possit per pluriū in intelligibiles species cōcipi: quod em̄ unius similitudo est & species, alterius similitudo esse nō potest: quoniam diuersarum naturarum sunt distinctæ similitudines. Sed hæc omnia per hūc modum dissolui poterint: Manifestū nanq; est diuinæ essentię identificari omne quod in deo est: diuinus deniq; intellectus cuncta producit ad contemplationē idealium rationum, nō quidem ab alio elicitarum, sed ex semetipso conceptarum, ut Plato testat̄ dum in Timæo sic ait: Certe dubium nō est, ad cuiusmodi exemplū animaduertit mundani operis fundamenta constituens nam si, ut utiq; est, pulchritudine incomparabili mundus est, opifexq; & fabricator eius optimus, perspicuum est, quod iuxta syncerā atq; in cōmutabilis proprietatis exemplum, mūdi sit instituta molitio. i. secundū æternā rationē. Si autē sic non est, consequens est, quod secundū elaboratū exemplum, i. ab aliquo susceptum, sensibilem orbem produxerit: quod nec cogitari quidem, aut mente cōcipi fas est. Vnde elucescit, quod exemplaris ratio & idea, sit substantiāliter diuina essentia, sed quæ sit inter ea distinctio, & quæadmodū simplex essentia plurium possit esse species & similitudo, inuestigandū est. Nunc autē præostensum est, diuinum intellectū naturas omnes ad proprias species determinare, atq; uniuersorum ordinis causam fore: in seipso ergo ordinat, quo perfectionis gradu quæuis creata essentia ipsius bonitatem debeat imitari, perfectionemq; diuinę assimilari. Per hoc equidē ipsius essentia sit secundum duos: & secunda diuinæ essentię efficiūtur participatæ quidē imagines. Porro, quā deus in ipso suo super substantiali esse, simplicissime præcontinet, atq; unitim habeat quicquid ad plenitudinē plenāq; perfectionē ipsius esse pertinere potest, eius essentia in diuersis rebus ordinibus scđm multiformes perfectiones à scđis participabilis est: quædā em̄ esse tñ, quædam autē & esse & uiuere, quædam uero in super & cognoscere à diuino ente suscipiunt. Itaque non est difficile uidere, qualiter simplex essentia sit plurium exemplaris ratio: quia nō ut absolute accepta, sed ut multiformiter imitabilis in intellecta, uniuersorum species & rō exemplar dicitur. Quō autē hoc cōtingat, sic accipi potest. Intellectus multa segregat & segregatim intelligit, quæ in re separabilia non sunt. Considerat etem̄ genus sine specie, & speciem sine indiuiduis, quæ natura nullatenus separare potest. Denū, ut ait Philoſophus, species rebus habent se sicut numeri: sicut enim in numeris uariatur species per subtractionē & additionem unitatis, sic per additionem & subtractionē essentialis differētia, efficitur altera species in omnibus naturis & ordinibus. Rursus, sicut numerus maior cōtinet minorem & amplius, sic species & forma altior inferioris naturæ perfectionē includit & amplius: propter quod dixit Aristoteles, Vegetatiuum & sensitiuum esse in intellectu, sicut trigonū in tetragono, Quicunq; ergo natura aliqua plura in se cōprehendit, potest intellectus unū illorum intelligere siue aliquo, si unum nō fuerit de rōne alterius: sicut in ternario potest considerare binarium tantum, & in homine sensitiuū solum: & secundum hoc potest intellectus id quod plura cōplectitur accipere, ut propriam rōnem plurimorum: quæ in ipso comprehēsa sunt: quæadmodum animā rōnalem, quæ ceterarum formarum perfectiones includit, potest accipere ut rōnem & similitudinem formæ corporeitatis, in quantum ab ea fluit esse, ceteris eius perfectionibus, non cointellectis: sic potest eam etiam considerare ut similitudinem formæ uegetabilis, secundum quod ab ipsa sit diffusio uitę, & ita deinceps. Sic & quaternarium potest accipere, ut propriam rationem ternarij, una relicta unitate, & conformiter ut ceterorum numerorum rationem quos includit. Cūq; nunc ostensum sit diuinū esse uniuersaliter & simpliciter perfectum fore, cum sit independens, & per essentiam subsistens, diuinus intellectus ipsam suā essentiam cōtemplari potest, ut propriam rōnem & speciem omnium naturarum, quæ in semetipso cōplectitur perfectiones: imō quā ampliorem perfectionem cōprehēdit, quæ res creatæ representare ualent propter sui infinitatem, dubium nō est quin etiam ea quæ nō sunt, imō infinita in se simplici uisione contemplari queat. Hoc igitur modo diuina essentia est uniuersorum ratio & idea: propter quod secundum Augustinum & Anselmum, idea est in essentia diuina ut imitabilis intellecta. Vnde palam est, diuersitatem seu distinctionem hanc idearum diuinæ simplicitati non contrariari: nam distinctio non est nisi secundū habitudinē ad crea-

Obiectio.

Iohannes Scotus.

Responsio.

Obiectio.

Responsio.

ad creatas: ideanempe relationē dicit ad ideata, sed hæc relatio nō est nisi rationis, quā in deo nulla prorſus est dependētia ad causata. Diuinus etem̄ intellectus unica & simplicissima cōtemplatione comprehendit suam superuialem essentiam scđm oēm perfectionē & modū quo cognoscibilis est: idearum ex parte nostræ rōnis non potētis super simplex illud lumen in propriæ simplicitatis puritate cōtineri, idealium rōnum est intelligēda distinctio. Quod si dixeris, non existentibus creatis intellectibus, adhuc utiq; diuinum lumē cūcta proprijs atque distinctis rationibus speculabitur, sicut & ab æterno fecit. In ipso igitur (ut uidetur) est ita uenanda distinctio idearum: & hanc rationem Iohannes Scotus ualde magnificat, & qui eum sequuntur, simile huius inducunt. Omnia nanq; relucēt ideis proprijs in diuina essentia, uelut proprijs imaginibus uisibilia resplendent in speculo polito. Constat autē, quod nullo oculo speculū tale cōspiciente, adhuc permanebit in ipso imaginū distinctio. Sic igitur apparet, quod nullo creato intellectu diuinam naturā speculari, nō minus perseuerabit in ea diuersitas idearum. Sed quoniam de horum opinione iam ante disputatum est, & sepe ostēsum, qualiter diuinum super simplex esse uerissime cognosci possit à mentibus creatis, sub multiplici proprietate & habitu dicitur, nunc breuiter dicendū, quod id quod uirtus inferior facit per plura, superior facit per pauciora. Diuina igitur uirtus, que est uirtus uirtutū, simpliciter utiq; perfecta & omnino infinita, unica simplicissima specie, cūcta purissime agnoscit: quicquid em̄ ad plenitudinē, plenamq; perfectionē intellectualis naturæ spectat, diuino intellectui cōgruit. Sed hæc in sequētib; amplius patebūt: rōnes autē quæ inducebant̄ ex his solutæ sunt.

Articulus LVIII. Quod om̄ & sensibiliū & insensibiliū, & uniuersaliter uniuersorum, qualiter existentiū, propriā atq; distinctā cognitionē habeat diuinus intellectus.

E Nimero diuinus intellectus neq; potētialis est nec habitualis, sed actualis penitus & uniuersaliter agens. Nō em̄ est in ipso uicissitudo, aut certe de potētia seu habitu in actū emigratio. Hæc nanq; sine mutatiōe nō sunt, quæ in cōmutabili æternęq; mētis nō cōueniūt. Quā igitur in præinductis articulis iam multipliciter demonstratū est, uniuersorum exemplares rōnes & ideas diuini intellectus lumini inesse, palā utiq; quia uniuersorum cognitionē habet. Amplius, quicquid intellectualiter agit, facta propria dinoscit, quæ admodum artificia cognoscit artifex. Deus autē intellectualiter cuncta produxit, ut ostensum est, cū sit agēs per rōnem & exemplar sui operis, oia ergo agnoscit. Præterea, perfectio intellectus est intelligere, sicut & cuiuslibet potētię perfectio, est propria sui operatio. Quā ergo scđm præhabita diuinus intellectus simpliciter perfectus est, nil prorſus ipsius cōtemplationē effugere potest. Adhuc, omne esse natura ois, & omnis ordo scđorum, aut immediate aut mediate ex superbonifico primæ bonitatis fonte processerūt, ut probatū est ante, & quidē, quæ immediate à se fluentiū habeat deus notionē, nullus oino ambigit: sed quæ etiā cæterorum habeat cognitionē, ois dicitur cause scđe siue cœlestes, siue supercœlestes, siue subcœlestes, nil producūt regūt aut exequunt̄, nisi scđm primi opificis imperialē p̄stitutionē, atq; ad imitationē artis diuinę mētis. Necessē em̄ est regimē, ordinēq; ac etiā causale p̄tātē oim scđorum, finaliter in primū redūcere, itaq; i fōtale principiū ois bonitatis, ordinisq; totius institutiū. Ipsa ergo diuina rō uniuersa primordially cōtemplat & instituit. Pluralitas nepe regū mala: cuius signū est, quod et tñ naturalia desideria desiderat bene disponi. Bona uero dispositio non est sine ordine. Ordo autē ad unitatē exigit multitudinē reduci: omnis itaq; natura nos cōtestat unū oim fore primū rectorē & causale principiū. Sed forsitan dices, ex quo primus actor causis scđis uniuersalibus, utpote orbū motoribus, uniuersales formas tradit, quibus oia singularia producūt, ob id nō nisi uniuersalē habebit inferiorum notionē. Adhuc, ordo uniuersi consistit in speciebus eius. Per hoc ergo quod ordinē rebus deus instituit, ut uidetur, ostendi non potest, quod distinctam, sed cōmunem dūtaxat horum agnitionem habeat. Sed respondendū, quod si cause secundæ p uniuersales suas à primo susceptas formas singularia producūt, tñ utiq; p easdē causata suasingulariter agnoscūt, cū sint intellectualiter operantes: orbes quippe sunt morricis intelligentiæ instrumenta, sicut terebellū & dolabrū artificis. Sicut igitur artifex instrumenta mouet, ut formā artis explicet scđm præcōceptā mētis suę rōnem, sic & orbē mouet in telligētia. Cūq; hæc sic sint, tñ primus utiq; intellectus p uniuersales suę mētis formas, oia prorſus distinctiū cognoscet: quicquid em̄ uirtutis habet formæ separatis intellectibus influxe, ex formis diuinę rōnis participat: quā primus intellectus est fons ois cognitionis. Ad scđm dicit, quod licet primæ & principaliter ordo uniuersi in speciebus cōsistat, in successione tñ in diuiduorum, & saluat & quodāmodo ponendus est. Deniq; qui cognoscit rem aliquā perfecte, cognoscit oia quæ in ea resplendent, aut non totaliter cōtemplatus est illam. In diuina autem essentia uniuersa

uniuersa relucet tanq̄ in prima origine atq; fontana rōne, cum nil penitus sit expers diuinae bonitatis secundū Dionysium. Omnia ergo in seipsa speculatur mens diuina. Iusuper, q̄ cām aliquā & uirtutē eius plene dinoscit, scit ad quā se extendat causalis uirtus cause talis: ratio nanq; causae, consistit in ordine ad aliud: Causa em̄ est ad cuius esse sequitur aliud secundum Petri Hispanū. Qm̄ ergo diuinus intellectus seipsum plene cōprehendit, ipse autē omnium causa est & causalis uirtus, omnia consequens est, ut comprehendat ad quā sua se extendit causalitas. Ipse autē est principium totius entis: totum ergo ens cōprehendit. Porro complementum practicae cognitionis est per appropinquationē ad singularia. Actiones em̄ & passiones sunt circa supplementa scdm̄ Aristo. primae philosophiae. Cognitione autē qua deus res creatas agnoscit, potissime practica est, qm̄ ex ipsa agnitione nō perficitur, neq; finis huiusmodi notionis est scire, sed bonitatem diffundere & cōmunicare. Cūq; diuina agnitione sit omniformiter perfecta, cōsequens est ut ipsius practica cognitio sit singularium distincte contuitiua. Denuo, Aristoteles reprobauit Empedocle, deum licet nō agnoscere asserentem scdm̄ Aristotelem ergo singularia sensibilia intelligit deus. At uero secundum Aristotele in Ethicis, Homo cōtemplatiuus est amatissimus deo: amor uero sine agnitione non est. Hominem ergo singularē cōtemplatiuum, uidelicet et amat & agnoscit deus: & pari rōne sensualem odit: scdm̄ Aristo. itaq; hominum curam & cōtemplationē gerit deus. Quidam tamen dicunt huius oppositum, sed de hoc posterius erit determinatio. At uero, cognitio uniuersalis & indistincta imperfectissima est: neq; hominē sapientem dicimus propter huiusmodi agnitionē: diuina autē cognitio omnino perfecta est: omnium est igitur distincte cōtemplatiua: quippe, qm̄ dei cognitio est causa rerū, etiam eorū, quae nō sunt, cognitionē habet, prout uidelicet in eius apprehensione subsistunt: imō qm̄ per hoc deus res alias cognoscit, q̄ propriam essentiam intelligit, ut similitudinē creabilium seu imitabilem à creatis, ut prae habitum est. Eius autē essentia cū sit infinita: incircūscriptibilisq; perfectionis, ab infinitis speciebus imitabilis est, neq; finitay naturay multitudo eam plene adaequat aut representat: ideo utiq; etiam infinita intelligit deus: praesertim cū ad infinita ipsius se expandat causalitas. Enim uero quoniam eadē potentia est cōtrariorū, sicut uisus albi & nigri, sic deus cognoscit bona, sic & mala. Rursus, intellectus est ueri & falsi scdm̄ Philosophū: ut scilicet falsum refutet, & uerū suscipiat. Vñ cū deus ea noscat circa quae p̄uaticatio & malitia cōtingere p̄nt, priuationē & oēm negationē etiā dinoscit: Qui nāq; rē plene cognoscit, scit ea quae inesse & cōuenire p̄nt enti tali. Deniq; unū oppositorū perfecte nō scit reliquū igno-rator: ideoq; opposita apud se posita magis elucescūt. Quoniam ergo cōpletissime deus dinoscit omnia bona, opposita mala necessario cognoscit. Contemplandum tñ est, q̄ ex quo mala & priuatiua, ac etiam negationes, nisi non cognoscuntur, nisi per positua eis cōtraria (nō em̄ cognoscerentur, si nō p̄cognoscerentur ipsorū positua, in quibus natē sunt esse, aut quibus opponuntur) ob id si diuinus intellectus se tātum & nulla extra se cognosceret, neq; mala, neq; negationem, nec priuatiua agnoscere posset cum bono quod est ipse, nulla priuatio cōtrariaretur: nec etiam malum, cum sit purus actus & bonitas pura.

Articulus LIX. De rationibus uolentiū deo subtrahere cognitionē singulariū.

Scientia quippe est uerorum, quoniam scdm̄ Aristo, non entis nō est scientia. Cum ergo singularia destructibilia sint, nō uidetur q̄ diuinus intellectus, cuius scientia oīno in cōmutabilis est, talium habere possit agnitionem. Praeterea, principium indiuiduationis sensibilibus substantiarum, est materia signata, quae per immaterialem uirtutē nō cognoscitur: cognitio nāq; fit per assimilationem. Vnde in nobis cernimus, q̄ singulariū rōne materialium, appēdiciay nulla uirtus nisi organica apprehēsa est, directā & irreflexa agnitione: diuinus igitur ut uidetur intellectus, cum sit simplicissimus, singularium inuētiū non est. Amplius, singularia contingētē se habēt, non igitur potest certa & infallibilis cognitio haberi de eis: certitudo enim scientiae adaequat naturae sciti. Adhuc, quorundam singularium causa est uoluntas: uoluntatis autē motus à uolente dūtaxat sciri possunt. Quoniam ergo effectus antequam est, nō nisi in sua causa cognoscibilis est, sequitur q̄ sola uolūtas sit talis praetellectiua, nō igitur deus huiusmodi cōtemplatur immobiliter. Deniq; ars & intellectus naturaliter refugiunt infinita. Vnde ait Philosophus, q̄ infinitum in quantum huiusmodi, est incognitum: singularia autē infinita sunt. Non igitur sunt ut uideat, cognoscibilia. At uero dignitas scientiae ex dignitate scibilis p̄pēdenda est. Vilesceret itaq; ut apparet, diuinus intellectus, si singularia agnosceret: multa em̄ uilia sunt. Adhuc, cognitū est quodammodo in cognoscente: si ergo priuationes & mala, aut ea quibus haec inesse

in esse possunt singularia deus agnosceret, malū & priuatio modo quodā ipsi inessent, quod purae bonitati non congruit secundum Alphonabū & Dionysū. Porro ille intellectus aerax non est, qui res aliter intelligit q̄ sunt: ex hoc nanq; q̄ res est uel non est, intellectus uerus est aut falsus secundū Aristotele. Omnis autē dei cognitio aeterna est & immobilitas prorsus: non ergo potest deus (ut uidetur) temporalia cognoscere: nisi enim cognoscit, in temporaliter cognoscit. Soluendae sunt autē haec rationes posterius articulo c. ubi rationes contra positionem prouidentiae & fati introducendae, soluendae sunt.

Articulus LX. Quod temporalia aeternaliter, sensibilia insensibiliter, partibilia & composita atq; dissolubilia impartibiliter, simpliciter ac in dispersibiliter, uariabilia quoq; & contingentia inuariabiliter & necessarie diuinus intellectus uerissime contempletur.

A Verrois Cōmentator dixit, q̄ si natura possibilis & humani intellectus esset ignota, separatorum intellectuum contemplationem adipisci non possemus: ex sensibilibus nanq; & inferiorum uirtutum speculatione, ad immaterialium essentiarū, & uirtutum primarum considerationem sursum ducimur. In nobis quippe certimus, q̄ eandem substantiam aliter sensus, aliter imaginatio, & aliter intellectus agnoscit. Etenim intellectus ea quae materiae immerfa sunt & corruptioni substrata, non cognoscit nisi fuerint per intellectum agentē depurata, & incorruptibili quodam esse cōstitutata: quoniam secundum Aristotelem & Boethium, scientia est eorum quae incommutabilem sui fortuntur substantiā, diuina ergo uirtus cū sit purissima atq; perfecta, omnia potissime cognoscit secundū esse depurati & indissolubilem rationem. Adhuc, omnis intellectus cognitua sua cōtemplatur secundū naturā formae per quā fit intellectio: iam uero p̄cōstentum est uniuersa diuino lumini patere per ideale exemplaresq; & eternales rationes: omnia ergo hoc modo intelligit deus benedictus. Insuper ut probat Boethius, cognitio sit secundum conditionem non quidē cogniti, sed cognoscentis: diuina ergo uirtus quae fons est & fontana ratio omniū uirtutū, cuncta secundū proprietatē propriae substantiae dinoscit: & non secundum modū secundū. Denuo ut autor libri causay ait, quod in alio est, est utiq; in illo secundum modum eius in quo est, & non secundū modū propriū. Propter quod deiformis ille Dionysius scripsit, q̄ diuinū lumen toti naturae ut lūi superexpansum, in intellectu alibus quidē hypostasibus intellectualiter, in sensitiuis uero sensibilibus, in uiualibus aut uiualiter, & in naturalibus naturaliter, atq; in entibus subsistat: entaliter: quod Proclus Platone sequutus etiā introduxit. Huius equidē ratio est, quoniam recipiens determinat naturā recepti. Cūq; diuinus intellectus sit prorsus supersimplex & penitus perfectus, omnia in ipso erūt simpliciter, perfecte & dei formiter atq; per modū intellectuale: & cum sit ipse mensura ueritatis & super substantialis ueritas ut posterius demonstrabitur, uniuersa uerissime per modū hunc cōtemplatur. Enim uero quod agit uirtus decliuor per plura & cōpositius, uirtus sublimior agit per pauciora & simplicius: & quidē hoc ipsum dixit Boethius & Alphonabius. Hoc nepe in omniū uirtutū ordinibus palā est. Sensibilia nanq; cunctorū sensuū solus intellectus simplicius illis dinoscit. Ratio autē huius est: agere enim sequit esse, & actus secū dus imitat actū primū sicut operatio habitū. Modus equidē operandi parificat modo essendi: quia igitur inferiora superioribus cōpositiora sunt, utpote illis potentialiora, cōpositius etiā agunt: diuinus autē intellectus simplex est & unitas pura: omnia itaq; unitim ac una specie quae est sua essentia contuetur. Rursus, diuinus intellectus nec habitualis est neq; potentialis, sed semper in actu & purus actus: omnia ergo aeterna, praesentia & superuiali cōtemplatione suo lumini apparere necesse est. Quamobrē Theoremate 12.4. Elementationis suae theologicay dixit Proclus: Omnis deus impartibiliter quidē partibilia cognoscit: in temporaliter autē temporalia: non necessaria autē necessaria: & transmutabilia intransmutabiliter: & uniuersaliter omnia eminentius q̄ secundum suum ordinem: quoniam ut ait in Cōmēto, Non utiq; à deterioribus suscipit deus cognitionē: ut cognitio sic se habeat, sicut cognoscibile in natura. Vnde rursus Theoremate 11.8. Proclus dixit: Omne quod in diis fuerit, secundum ipsorum proprietatem praexistit in ipsis: & est proprietates ipsorū uiualis & super substantialis. Viualiter igitur & super substantialiter omnia in ipsis. Et huic cōsonum est quod Ioannis, dicitur: Quod factum est, in ipso uita erat. Hoc ergo modo cōtemplatur omnia superlucens primae mentis, quae super omnem mentem est splendi dissimum lumen.

Articulus LXI. Quod diuinus intellectus omnia quae cognoscit, quomodo libet & omniformiter contempletur in ipso momento aeternitatis.

et Quoniam

Causa quae dicitur.

Aristoteles.

Volūtas motus a uolente dūtaxat sciri.

Auerrois.

Boethius.

Proclus.

Iesū.

Quoniam autem deus est ipsum suum esse independentem & per essentiam, necesse est in ipso tanquam in fontali principio, omnem essendi perfectionem constitutur: sic quia diuinus intellectus substantialiter atque totaliter intellectus est, diuino utique esse idem omnem intellectualis naturae perfectionem ipsi congruere necesse est. Ideoque quemadmodum nulla entitas est aut bonitas, quae in diuino esse uelut in causali origine non sit comprehensa, sic prorsus nec ad secundorum diuini intellectus contemplationem euadere potest: haec autem nunc praeducta sunt & demonstrata. Omnis denique modus entium & eorumdem habitudo atque proprietates, entitates quaedam sunt. Oportet igitur diuinum intellectum non duntaxat quidditates essentialis conuenientias & modos rerum contemplari, sed omnia quomodolibet & omniformiter agnoscit: utpote omnem habitudinem, modum omnem, omnemque consistentiam & proprietatem uniuersorum contemplans. Agnoscit itaque omnia secundum quod ab eo quasi a primo fonte originant, infallibiliter praedictur. Item omnia scit secundum propria uniuersumque principia: proximas causas, ut in seipsis subsistunt. Rursus, quicquid rebus contingere potest aut etiam contingit, incommutabiliter praedignoscit: perfectissime ergo & omnifarie cuncta speculatur. Porro, quoniam diuinus intellectus per hoc omnia dinoscit, quod sui ipsius essentiam propriamque uirtutem contempletur in ipsius quippe essentia omnia resplendent, tanquam in prima origine idealiter cuncta comprehendente: in uirtute autem sicut in fonte omnis potestatis sua causalitate omnia attingente) essentiam denuo & uirtutem sui aeternaliter ac omnino plene deus conspiciat. Aeternaliter ergo, & in ipso aeternitatis nunc atque momento, uniuersa uidet diuinus intellectus: omnia igitur aeterna praesentia diuinae menti apparent: & quemadmodum fertur uisus hominis super uisibile quod in prospectu est, sic super omnia fertur diuinus praesentius: non enim ipsius scientia à rebus causata est aut certe dependens, sed omnium potius causa est, & omnia formans. Mutatio itaque scitorum, in deo mutabilitate uisionis non inducit. Hoc equidem considerato, non difficile est intelligere qualiter contingetia & futura necessario & praesentialiter deus agnoscat: sed hoc posterius plenius patebit, dum de fato & prouidentia determinatio fiet. Palam rursus est, quod licet deus temporalia, corruptibilia & creata omnia secundum modum suae puritatis aeternaliter prospiciat, ueruntamen scit sensibilia esse sensibilia, & uniuersaliter omnium proprietates nouit, sed per modum suae naturae competentem: ipsa nempe aeternitas licet omnimode impartibilis sit, toti tamen temporali coexistit tempus omne comprehendens. Ea igitur quae omnino nec sunt, neque erunt, nec fuerunt, agnoscit deus tantum ut suae uirtuti potentia: nequaquam uero ut in seipsis aliquo qualiter existetia: & haec cognitio dicitur notitia simplicis intelligentiae: ea uero quae sunt uel praesentia apud nos, uel praeterita siue futura, contempletur secundum quod sunt in sua potestate, & in propriis causis, & in semetipsis: quae cognitio dici solet notitia uisibilis. Unde sicut diuina essentia representabilis est per infinitas species non creatas, ad quae productione sua uirtute se extendit, sic & non entia & infinita, simplici intelligentia diuinae menti apparent.

Articulus LXXII. An diuinus intellectus sit contemplatiuus an operatiuus, aut alia qualicumque appellatione nominandus.

Differt equidem diuini intellectus scientia ab omni scientia quae post eam est tanquam intelligentiae quae animi: quoniam ipsa est causans tantum & non causata: scientia uero intelligentiae causata est & causans: naturales enim formas materiae largitur educendo eas per motum orbis. Nostra autem scientia ex praesistenti fit cognitione secunda dum Aristoteles, & causatur à rebus de quibus est scientia: nam intelligentiae causa est scitorum suorum quorundam, quamuis à primo intellectu causata sit. Tam itaque diuine quae intellectus separati scientiae commune est scitorum suorum causam esse: sed primi scientia est uniuersaliter causans secundum Auicennam & extra genus: Intelligentiae autem scientia causalitate non habet, nisi super ea quae sphaerae subiecta sunt. Praeterea scientia primi principii neque à sciente, neque à specie intelligibili diuersificata: scientia autem secundorum intellectuum accidit naturae, & distinguitur à sciente, & à forma scibilis. Adhuc, scientia primi nec in genere est neque in specie, cum sit in distincta à sciente, quod extra omne genus est secundum Algazel & iam prehabita: scientia autem secundorum intellectuum in specie est: omnis enim natura creata determinati gradus est, & perfectionis limitatae quod in circumscripibili primi entis perfectioni non conuenit. Amplius, scientia primi est duntaxat per unam speciem non diuersificatam propter multitudinem scitorum: nisi secundum relationem nostram: diuina enim essentia uniuersorum species ratio & exemplar est diuino intellectui: nullus autem creatus intellectus omnium, unica specie contemplatiuus est. Ex his palam est, scientiam primi uniuocam non esse, cum scientia creata

Simplicis intelligentie notitia, Notitia uisibilis.

creata, nec genere quidem nec specie: scientiam autem intelligenti nostrae scientiae uniuocari genere nihil prohibet: propter quod clarum fit, quod scientia primi seu intellectus eius, nullo nomine uniuocae designari potest cum secundis. Quae ritur tamen qualibus appellari: nibus aptius noiarum debeat. Et quidem, quod diuinus intellectus non sit possibilis, constat: nihil enim sui habet primo in potentia, & dehinc in actu. Iterum, habitualis esse non potest: talis enim intellectus medius est inter potentialem & totaliter actualem: primum uero est purus actus. Rursus, talis intellectus exit de non agere in agere: quemadmodum habitum scientiae habens, & actualiter non considerans, egreditur in actum. Ita namque sumendum est habitus pro perfectione quiescenti ab actu proprio suspensa. Adhuc, intellectus sic habitualis existens, non semper in optima sui dispositione subsistit: quia agendo habet se melius quam non agendo. Primum autem (secundum Aristotelem duodecimo primae philosophiae) semper in optimo sui est: operatio enim dei est immortalis, ut primo Coeli ait: Si denique diuinus intellectus contemplatiuus & speculatiuus, seu operatiuus & practicus dicatur, non iam erit hoc uniuocae cum intellectu nostro, ut ostensum est: ueruntamen his nominibus satis congruenter appellandus est. Speculatiuus namque intellectus dicitur, cuius finis est scire ut speculatur: operatiuus uero, cuius finis est praxis. Et quidem iam saepe ostensum est, quod diuinus intellectus se ipsum & multa quae nec sunt neque erunt plene dinoscit: cuius agnitionis finis non est praxis & factio, sed speculatio, quae intelligentis est felicitas & essentia. Deus enim inteligit se propter se in bonitas eius est sibi ultimus finis. Denuo, res creatas practico intellectu deus conspiciat & producit: est namque circa eas ut operabiles: neque ipsius perfectio in illorum agnitione seu factio consistit, sic ut dependeat ex ipsis. Quamuis autem uno actu deus se & aliqua agnoscat, agnitione tamen, qua se conspiciat, contemplatiua dicitur. Et practica dicitur illa, qua creata dinoscit propter diuersam relationem, & habitudinem actus & obiecti diuini intellectu nostro, prout uidelicet ipsius essentia plurimum spes est & eius actus ad multa comparabilis: sed haec in re ipsa compositionem non inducunt secundum praesentia. Amplius, elucet quod diuinus intellectus conuenienter uniuersaliter agens dicitur, & cuncta illustrans, à nullo illustrabilis. Rursus, formalis optime uocatur, eo quod sit sibi ipsi forma omnia contemplandi & omni potentialitate & materialitate carens: imo ipse substanti-aliter forma est non utique informans, sed exemplaris & foris manens, ut prius probatum est.

Articulus LXXIII. De positione Alberti & Auerois circa appellationem scientiae & intellectus primi principii & substantiae separatae.

Aueroim quippe sequutus (ut ait Albertus) scientiam intelligentiae dicit nec uniuersalem esse, nec particularem, sed unam in constitutione uniuersalis in particulari, & particularis sub uniuersali: cuius rationem assignat, quia ipsa non causatur à scitis, imò scitorum causa est. Uniuersale autem & particulare, differentiae uocantur esse scientiae à scitis causatae. Est autem nunc idem, inquirere de appellatione scientiae dei, & diuini intellectus: tam enim scientia quam etiam intellectus appellationem sortiuntur à fine & obiecto. Ait itaque Albertus, quod diuinus intellectus possibilis non est nec habitualis: & hoc quidem iam probatum est. Rursus, adeptus non est, quoniam intellectus adeptus antequam adeptus est, in actu non est, quod diuinae perfectioni non congruit: haec equidem praedictis non dissentunt. Praeterea dicit, quod non sit contemplatiuus nec operatiuus: hi namque intellectus in corpore sunt, cum sint susceptiui specierum, & dependent ab intellectibus: nam secundum Philosophum, si sensus omnis destruat, destruit scientia horum intellectuum. Denuo, nec formalis dici potest, ut arguit: Formalis enim intellectus in alio est: primus autem intellectus in seipso subsistit. Pariformiter asserit, quod scientia primi nec sit uniuersalis, nec particularis, nec in potentia, nec in actu, nec in agere: omnes enim haec differentiae scientiarum, speculatiuae scientiae duntaxat conueniunt, quae à scitis causata est & dependens. Aut enim scitum accipitur uniuersaliter, & sic scientia uniuersalis est: aut accipitur secundum quod diffusum in particulari, sicut superius in inferiori, & sic scientia particularis dicitur: aut accipitur scitum non in se, sed in eo in quo potentialiter est ut species in genere, & in specie in diuiduum, & sic facit scientiam in potentia: uel accipitur in eo in quo est in effectu, uidelicet in seipso, ut homo in homine, & sic scientia in actu: aut accipitur in principii facientibus scientiam, non ut conceptam, sed ut exercitatum, quemadmodum scientia conclusionis accipitur in discursu syllogistico aut in praemissis, & sic facit scientiam in agere. Quia ergo nunc saepe habitum est, quod primi scientia sit causans tantum non causata, non uidetur aliqua appellatione iam data nominabilis fore. Praeterea, obiectum diuini intellectus & scientiae diuinae, non est aliud quam diuina

Operatio dei immortalis.

Albertus.

Aristoteles.

essentia, quæ secundum præinducta uniuersorum idea est & exemplar: uilesceret enim diuina perfectio, si per aliquid extra se sciret aut intelligeret: quia ut ait Philosophus, diuinus intellectus nil extra se contempletur. Quoniam igitur ab obiecto fit appellatio intellectus, diuina autem essentia incomparabilis est, & neq; uniuersalis nec particularis, sed prorsus omnibus incommensurabilis, uidetur quod scientia primi nec uniuersalis dici debeat nec particularis, neq; cæteris nominibus præactis nominanda: & conformiter de intellectu.

Articulus LXIII. De obiecto diuini intellectus.

Quoniam itaq; intelligibile est perfectio intellectus, sicut & uniuersaliter omne obiectum propriæ potentiæ perfectio est, diuini autem intellectus nulla perfectio est quæ non sit substantialiter sibi coessentialis, nec aliquid extra perficit eum, necesse est igitur ut ipsius obiectum sit propria eius essentia. Si autem quis obiciat, intelligibile est obiectum intellectus: si ergo deus res alias intelligit, tunc utiq; naturæ creatæ erunt obiectum diuini intellectus. Amplius, cognitio causatorum secundum esse quod habent in suis causis, indistincta est & uniuersalis: quoniam uniuersaliter & non secundum proprium esse sunt in eis. Si ergo diuinus intellectus res non agnoscit, nisi pro ut sunt in eo, indistincte & non singulariter eas cognosceret: si uero agnoscit eas secundum proprias eorum subsistentias, intelligibile & obiectum diuini intellectus non erit duraxat ipsius essentia, sed quid ditas & natura secundorum. Sed ex prælibatis huius innotescit responsio: ostensum nempe est, quemadmodum in deo omnimode identificetur, intelligens, intellectus, species intelligibilis, & intellectus. Proinde deductum est, qualiter diuina essentia omnium sit idea & exemplaris ratio: & quomodo diuinus intellectus cuncta quomodo libet ac omniformiter agnoscat: eo quod in ipsius natura tanquã in fontana origine uniuersorum bonitates & perfectiones plene resplendant & præcomprehendantur. Palam est itaq; quod proximum & immediatum diuini intellectus obiectum sit diuina essentia, quoniam eam contemplan-do, & se & cætera omnia simplicissimum mentis cõtiuitu intuetur. Quoniam uero creata etiam uidet, & in seipsis & in causis proximis, ut probatum est, constat quod res creatæ secundarium ac mediatum dici possunt diuini intellectus obiectum. Veruntamen quicquid in secundis est aut euenire potest, conspiciat deus in seipsis: sic prorsus, ut eius contemplatione nullatenus dependeat seu causetur ab huiusmodi obiecto secundario. Et per hoc prima ratio soluta est: diuinus enim intellectus primè propriam naturam intelligit, quam intelligendo, cuncta conspiciat secundum quod in ipso reuolunt. In ipso de nouo reuolunt tanquam suæ uirtuti potentialia, & uniuersaliter secundum omnem existentiam, quam uel in se aut proximis causis habent, in ipso resplendent. Vnde claret, diuinum intellectum nusquam extendi extra se per qualemcunq; dependentiam: ideoq; non uilescit in contemplatione uilium, ut finxit Auerois, ob id deo subtrahens cognitionem quorundam singularium. Sunt enim talia obiecta diuini intellectus propter hoc solum, quoniam sunt ea quæ in diuino esse reuolunt: non quod ab illis intellectu dei sit pendens. Secunda autem ratio sæpe euacuata est ante: nedum enim uniuersalium, sed & singularium existentia: diuino intellectui elucescunt: & omnium horum distinctæ intelligibiles rationes ipsi insunt: cū sit ipse etiam essentialiū principiorum ex quibus res cõponunt, practico intellectu causa.

Articulus LXV. Et est disputatio contra præinductam positionem Alberti & Auerois.

Suando igitur prædeterminata de diuini intellectus appellatione, rationes huius positionis oportet soluere, & insuper declarare, quæ admodum diuinus intellectus, seu scientia diuina, uniuersalis dici debeat & particularis. Cõtemplatiuū quoq; & operatiuū nomē, qualiter possit sortiri, & ita deinceps. Quod ergo primo inducit, satis cõuincit, qd nō uniuoce scientia nostra, & scientia separatorum intellectui, & potissime dei, particularis uocetur aut uniuersalis: quod uero supponit, ratio eius, qd uniuersale & particulare nō sunt differentia, nisi scientiæ à scitis suis causatæ. Fundamētum em̄ habet, sed uoluntarium est: imo sententijs autoris libri de Causis, & Procli nō consonat. Hi nāq; dicunt intelligentiā plenā fore formis: sic tñ ut superior formas cõtineat uniuersaliores: inferior uero particulariores. Formæ autē superioris intelligentiæ, ideo uniuersaliores dicuntur, ut in Commentis autorum istorum habetur, quia simplices & indiuisæ manentes, plurimum sunt comprehensiuæ. Ceteræ uero formæ magis diuiduntur, & pauciora repræsentant: sed hæc citò plenius explananda sunt. Quemadmodum itaq; separati intellectus species intelligibiles

Obiectio.

Responsio.

Auerois signum.

bilis uniuersalis dicitur, quia plura cõprehendit, sic utiq; eius scientia uniuersalis est, quia uniuersalium comprehensiuæ: Etenim ex parte scibilis uniuersalis dicitur scientia uniuersalis. Sed quod isti addunt etiam exigi, ut causetur à scibili, fulcimento caret. Enim uero quod addit Albertus, diuinum intellectum nec contemplarium, nec operarium, nec etiam formalem fore, certum est, quod non uniuoce cum nostro intellectu huiusmodi appellationem suscipiat: ceterum qualiter eas recipiat, nunc præhabitu est. Sed quod ait ad rationem cuiuscunq; intellectus contemplatiui aut practici requiri, ut per organum amminiculati onē species recipiat, uidetur uoluntariū. Ostensum nanq; est, qd intellectus hinc contemplatiuus uocetur, quoniam uersatur circa naturam contemplati sub ratione, non quidem operabilis, sed ut intelligibile est: sic ut eius intuitionis finis sit scire, & ideo operatiuus dicitur quia eius finis est opus seu praxis. Vnde dicit Philosophus tertio de Anima, quod speculatiuus intellectus extensione sui sit practicus. Conformiter soluenda est ipsius ratio, qua argumentatur scientiam primi principii, nec uniuersalem esse, neq; particularem, nec in potentia, neq; in actu, neq; in agere. Dicendum igitur, quod primum ens est uniuersalissimum in causalitate & communicabilitate: singularissimum uero in suis ipsius naturali & pura ac superbonifica subsistentia. Vnde Dionysius ait, diuinum lumen simplicissimum esse in essentia, & summe multiplex in efficacia. Deniq; Proclus attestatur, Diuinū ens propter ipsam sui superiuualem ac super substantialiorem excellentiam, ab omnibus penitus exaltarum fore: sic utiq; diuina scientia nedum uniuersalis, sed & uniuersalissima dicenda est: omnium namq; comprehensiuæ est & conditiua. Porro, quamuis partim sit Albertus Auerois sequutus, non tamen in toto ei assentit. Negauit nempe Auerois, deum omnium indistinctam habere agnitionem: sic igitur, quia non duntaxat uniuersorum secundum uniuersales rationes, sed etiam secundum singulares proprietates cognoscitiuus est primus intellectus, eius scientia particularis dicitur, tanquam distincta, & singularium prospectiua: ex parte enim scibilium diuersorum, diuinæ scientiæ multiformes appellationes conuenire nil prohibet, sicut & idearum multitudo in ipso ponitur. Porro, scientia primi in actu est & in agere: cū sit æterna inuicissitudinabilisq; contemplatio. Ea uero distinctio Alberti quæ præacta est, in nostra tantum scientia locum habet. Quod uero in nobis intellectus contemplatiuus & operatiuus, ac etiam formalis organo egeat, & in alio subsistat, nostræ imperfectionis est, sicut & de diuisione atq; differentia scientiarum contingit.

Articulus LXVI. Quod in uniuersitate rerum primus rector statuendus sit: ex cuius intelligentiæ sapientiali fonte, totius regiminis mundani legalis series emanauit.

EX præinductis equidem constat primum agēs in triformi causandi genere, utpote in genere efficientis causæ, finalis & exemplaris, uniuersorum causale principium fore. Finalis autem causæ proprietas est, ut causata in se ordinet & reducta in finem enim cætera ordinantur: deus ergo omnia propter semetipsum operatus est: omnibus itaq; naturalem inclinationem largitus est, qua singula secundum propriam uirtutū habitudinem, in ipsum tanq; in finem finium, omnisq; boni bonum remeare festinant. Oim̄ ergo est ipse rector: quid nanq; aliud appellatur regere, q̄ rem in sui finē dirigere. Præterea perfectissimum & optimū agens, summum priorum causatorum bonum operando interit: quoniam ex conditione effectus causæ, existētia pensanda est. Primus autē actor optimus utiq; est, & penitus perfectus: cuiuslibet uero naturæ & uirtutis summū bonū, est proprius ipsius finis: quo adeptus, sistit desiderium. Primum ergo in mundanæ molitionis primæ uac constitutione, oim̄ suæ bonitatis participationem suscipientium, summum bonū intendebat: aut ergo speciebus cunctis desideria præstitit & potestare id bonū adipiscendū, aut nō: si non præstitit, impotentissimum erat: quod enim finem intendit, media ad finem etiam intendit, & per consequens fieri potuit, largiebatur: quod si cõtulit, omnia gubernat: donans uidelicet singulari in proprios fines directionem. Deniq; primum agēs est causa totius esse, & uniuersale totius bonitatis principium. In omni autē multitudine si desit regens, desit & ordoregētis em̄ est omnia ordinare. Ordinationis ergo uniuersorum, primum causa est: cū optimum entium sit eorundem ordo: sed ordo uniuersi in triplici habitu dine consistit: partium uidelicet inter se, & ad totum, & ad suum fontale principium: totius ergo ordinationis huius est deus causa: uniuersa ergo gubernat. Adhuc, quemadmodū præostensum est, finis uniuersi & omnium rerum summum bonum, est diuino esse assimilari: propter quod dixit Plato, opificem deum cuncta produxisse, ut diuinæ beatitudinis iuxta propriarum

Albertus.

Aristoteles.

Albertus ab Auerois distinct.

Regere qd sit

Aristoteles.]

uirtutum facultatem forent capacia. Nam secundum Aristotelem, generabilibus ob id generationis uicissitudo donata est, quatenus diuinum & immortale esse, quod in seipsis fixum habere nequeunt, in sibi similibus referunt, ne prorsus diuinae bonitatis communicatione destituantur. Omnium ergo naturalia desideria, in primam bonitatem conuertunt student. Hoc autem esse non posset, si non ab institutore naturae id ipsum cunctis foret impressum; ab eo ergo omnis regendi esset originata est. Amplius, quicquid alijs prouidet de necessarijs ad finem, recti uim et illorum; quod autem finem cunctis praestituit, habet de medijs ad finem disponere. Vana etenim est prouidentia, si non curet ea, sine quibus id quod principaliter intendit & curat, haberi nequit. Quoniam igitur deus omnibus finem praestituit, cunctis de necessarijs ad finem prouidit: est ergo uniuersorum gubernator. Enim uero cognoscens & diligens causata, si potest regit ea: cum hoc sit illorum summa perfectio. Offensum est autem, uniuersorum & communium & singularium notionem & amorem deo cōpetere: cum sit ipse exemplaris atq; bonifica causa: omnia amans quae suae naturae participationem habent. Est namq; assimilatio causa amoris secundum Boethium, deus ergo cum sit in circumscriptione potestatis, cuncta gubernat quae condidit. At uero nullum instabile, indigens & multiforme, in dissolubilem habere posset permanentiam, si non ab uniformi, simplici ac inuariabili principio dirigeretur: ex se namque non nisi impotentiam habet fixationis: ideoq; sic omnia mobilia, generabilia atq; indigentia, ipsum etiam morum & tempus, quia proprii cursus perpetuam legem seruant, ab immobilibus causis regi necesse est. Hic ergo mundus à supermundanis substantiis gubernatur. Sicut autem se habet hic mundus ad superiores causas, sic supermundanarum naturarum uniuersitas ad primum ens habet reductionem: omnis enim multitudo reducitur ad unitatem scdm Proclum. Primum ergo est fons ois rectitatis legis. Denuo, diuersa & summe distantia non in unam concordemq; legem coeunt, nec idem appetunt, si nō ab aliquo sapientiali principio coordinentur: & hoc quidem supra ostensum est, ubi de creatione rerum agebatur. Quoniam itaq; uniuersitas secundorū in primum finaliter tendit, palam quia hoc non nisi ex directione ipsius contingit: omnia ergo regit. Porro, ab eodem habet res esse & bene esse: omnia autem participatione primi entis subsistunt: ab illo ergo bene esse acquirunt. In regimine autem recto unum quodq; bene se habet sine quo, caret ordine, confusum & inquietum perseverans. Omnium ergo gubernatio ex simplicissimo primi principij fonte profluit. Insuper, sicut ars nostra imitatur naturam, à qua etiam causata est, sic natura intellectualem primae mentis artem fecit. Ut enim ostensum est, opus naturae est opus primae causae: quoniam natura cognitio carens, in sui finem non tam ordinate graderetur, si non à cognoscente ei finis praestitutus esset. Sicut igitur naturalis lex nostrae artis causa est, sic diuina ars naturam instituit. Lex autem ciuilis regiminis & per humanam artem statuti, naturali lege orta est. Fit ergo reductio totius gubernationis, in regimen exemplare diuinæ rationis. Praeterea in ordine prouisorum & rectorum, secundi prouisores à primo regiminis legem accipiunt, si prius rector perfectus sit: primo enim secundi subserviunt: à primo igitur intellectu omnis regendi ratio nata est. Adhuc, primus intellectus omnis sapientiae & cognitionis fons est, totiusq; rectitudinis mensura: omnibus ergo regentibus regulam processus recti influit. Nunc ergo elucescit uniuersitatem rerum regim in quo antiquorum error patet, qui naturalia omnia ponebant casualiter euenire. Rursus patet omnia à primo ente gubernari: in quo Epicureorum positio confusa est. Illi enim dicebant hunc mundum à dijs non dirigi.

Articulus LXVII. Q. primus rector quietissima mente ac simplicissima cōtemplatione singula gubernet.

Epicureorum Platoniorūq; de deo opinio nes uarioe.

Epicurei quippe, qui ad diuinorum entium simplicitatis ac puritatis speculationem pertinere nequibant, hunc mundum à dijs quos ponebant non putabant gubernari. Conspicientes nempe legislatores ac rectores mundi huius curis distrahi & sollicitudinibus conturbari, ne deorum quietem minuerent, regiminis curam ipsis subtraherebant. Platonici autem subtiliori mente diuinorum naturam attendentes, uniuersorum gubernationem ad summum deum tāquam ad primum fontem, & ad causas secundas separatas, quas uel deos uel intelligentias uocant, reuulerunt: sic tamen, ut omnia pulsa distractione, & inquietudine omni sublata, id ipsum primis illis mentibus competere faterent: Vñ in lib. causarū dicit: Causa prima regit res oēs, quanq̄ nō cōmisceatur cum eiss quod

quod Theoremate 122. Proclus patentius sic introducit: Omne diuinū & prouidet secundis, & ereptum est ab his quibus prouidet, neq; prouidētia submittente suam immixtam & uiualem excellentiam, neq; separata unitione prouidentiam exterminante. Porro ad efficaciam prouidentis & regētis, duo necessaria sunt: utpote sapientia & uirtus, ut per sapientiam ordinet: per uirtutem uero eandem exequatur. In his nōpe duobus quae sunt ordinatio & ordinis exequutio, perfectio prouidētia consistit: quorum primum ad uim in intellectuā, secundū aut ad operatiuam potestatem spectat. Quoniam ergo secundū praedicta, primum agens simpliciter perfectum est, sic ut omnis perfectio omnisq; perfectionis plenitudo ipsi conueniat, palam, quia sapientissimū est: & nedum hoc, sed substantialiter sapiens est, & in circumscripibilis sapientia. Vnde Aristoteles sapientiam diuinam uocat possessionem. Et in libro Causarū scribitur, q; primū creat sciētias. Rursus, primū (ut in eodem libro dicitur) est uirtus uirtutum, fons omnis uirtutis & infinita uirtus. Tam ergo ex parte sapientiae, q; etiam uirtutis primū agens super exaltatam habet regendi efficaciam. Nūc deniq; sepe ostensum est, q; uirtus & natura sublimior simplicius agit id quod uirtus inferior facit compositius. Primum itaq; simplicissime ac in purissima unitate perseverans omnia gubernat: & hanc rationem tangit Proclus in commento dum ait, Primum omnia regere per suū esse & absq; habitudine, habitudinē appellās dispositionē ipsi regenti super adiunctam. Ideo quippe rector curis distrahitur & sollicitudine inquietatur, quoniam diuersis ad diuersa disponit. Primum uero non sic sed in propriae puritatis super bonifica simplicitate manens singula dispensat. Adhuc, primum uniuersa regere aliud non est, nisi ipsum in suos fines omnia dirigere: per hoc uero cūta sic dirigit, q; singulis naturalem inclinationē ad propriam ultimamq; perfectionem imprimi, dans ea & prouidēs quae ad finis adaptionem requisita sunt. In quibusdam equidem utpote separatis intellectibus haec agit, eo q; bonitates quas ipsis influit, in eis semper conseruat. Hi enim intellectus uniformi ac aeterna receptione suscipiunt bonitates primae causae, sicut in libro de Causis scriptū est. Porro, quae recenter prouidit per hoc regit, q; illa in se ordinat & reducit: caetera uero regit per subserviētes causas quibus utiq; mensuram regiminis & gubernationis legem praestituit. Nunc autem praehabitu est cuncta idealiter aeternisq; rationibus diuino lumini apparere: in uniuersorū itaq; gubernatoria exequutione per nihil recēs disponitur neq; nominatate immutat, sed quoniam admodum unico simpliciq; mentis prospectu cuncta agnoscit, sic quietissima mēte eadem regit. Enim uero primum regens purus actus est & fons omnis intellectualis luminis. Nulla ergo uicissitudo, nulla prorsus distractio in suae mentis exemplari cadit regimine quinimo, stabili & incommutabili ratione singula dispensat. Deniq; quod in aliquo est, est illic secundum modum illius & non proprium. Omnia ergo in deo secundum modum diuinæ subsistentiae cōsistunt. Deus autem non duntaxat unus ac simplex, sed unitas simplicissima est secundum praedeterminata. Nō ergo in uniuersorum exemplari praedestinatione aut etiam executione contemplationis suae lymphidissima puritas interrumpi potest uel minorari. Propterea utiq; uniuersitatis rerū i uniformi stabiliq; directione primi agentis respendet sapientiali alis uirtus. Vnde Dauid ait: Magnus dominus noster & magna uirtus eius, & sapientiae eius non est numerus.

Prouidentiae perfectio in duobus consistit.

Primum uniuersa regere quid sit.

Platō.

Articuli sexagesimiseptimi pars altera. De dñatione & regimine diuinæ mētis & totius mundi gubernatione secundum determinationem Magni Dionysij.

Ad plenitudinem porro dominij & regentis efficaciam bonorum exuberantia et dignitatis excellentia necessariae sunt: ostensum etenim nunc est, ad perfectionē prouidentiae, regentis uirtutem requiri. Si autem diuitiae et excellentia regenti deesse, deesse utiq; uirtus gubernandi. Sunt ergo dominantis & regenti bonorum copia, & super exaltatio seu dignitas necessaria, ut sic prouidere possent etq; subiecta pareant. Primum autem agens in bonis omnibus super effluentissimum est, & cunctis superpositum. Vnde in libro Causarum dictum est: Causa prima est diues in se, & diues in alijs. Errursus: Ens primum est super omne nomen quod nominatur: ad regendū ergo efficacissimum est. Denuo, omnis decor & pulchritudo qui in gubernatarum rerum ordinibus sunt, à rectoris sapientia procedunt & dependent. Constituit namq; cuncta in naturalibus debitisq; loco, situ uel gradibus: omnia rursus cōnectit & coordinat, in proprios fines dirigēs uniuersa esse quae igit fit, eminentē ac fontanā pulchritudinē gubernati oportere inesse: propter qd dixit Dionysius: Dñatio est ois pulchrorū & bonorū pfecta possessio: qd utiq; de dominio primi principij potissime uerū est. Oñsum est em, qd deus sit naturaliter

et q; bonus

bonus & substancialiter bonitas pura. Ipse quoque pulcher est & pulcherrimus ipse: pulchritudo cuncta pulchrificans: totiusque pulchritudinis primordialis origo: ordinis namque & omnis decoris largitor est, ab eo nepe est omnis perfectio, actualitas omnis: omnis quoque bonitas, lux & uirtus, a superflucida ac superbonifica sua naturae fontali fecunditate emanauit, quemadmodum ante patuit. Elucescit ergo, quod deus sublimis apertissime omnium dominus & rex nuncupatur: cum cunctis prouideat & praesit. Denique ut iam habitus est, primum agens omnia gubernat: tum quia in proprios fines singulara inclinat, tum quia uniuersa necesse suis ordinibus, tum quia naturae cuiuslibet speciem & essentialem proprietatem tribuit qua sui finem queat adipisci. Quae obrem dixit Dionysius: Regimen, est omnis finis, & legis, & ordinis distributio. Etenim per legem substantialis gradus, & eum concomitans essentialis proprietates non incongruenter accipitur. Quod si praeductis uerbis distributio actiue dicatur, ut uidelicet aliud non sit quam causalis influxio, tunc diuino & exemplari primae mentis regimini ratio illa congruit. Si uero passiuue dicatur, ut designet a donante impressam rebus dispositionem, sic mundanae gubernationi ascribenda est illa regiminis explanatio: regiminis namque dispositio ut in regentis ratione sistens, ordinatio est & institutio legis eorumque reguntur. Dicitur quoque exemplare regimen & regentis prouidentia. Insuper, haec ipsa dispositio ut emanans & rebus influxa, passiuum regimen, aut certe secundum quosdam, fatum appellatum est.

Dionysius.

Articulus LXVIII. De prouidentia & fato secundum traditionem Boethii.

Boethius.

Noster autem Boethius uniuersorum gubernationem inuestigans, subtilissimam atque ueracem induxit de rebus regimine philosophiam. Ex multiformiter porro praestitissimam iam supponi congruit, uniuersorum naturam & proprietatem, omnemque habitum dinem, modum ac ordinem, diuino intellectui aeterna contemplatione stabilisque notione innouescere: sic prorsus, ut nil fiat aut eueniat, cuius & esse & essendi modus non sint infallibili prope se ut praegnita a summa ratione. Quod sit, ut quantum nobis hunc ordinem minime contemplari ualentibus, confusa quaedam perturbataque atque fortuita uideantur & indeterminata, nihilominus diuina prouidentia singulara moderans, disponit omnia: intantum utique, ut sit certus causarum ordo in his quae contingunt secundum relationem ad diuinam prouidentiam, quae omnium rebus reuera est & causa, secundum modum & naturam singulorum: ad bonum unum quodque inclinans. Suscipientibus equidem praehabita, luciformiter constat omnium exemplare regimen quod diuina prouidentia uocatum est, in deo statuere oportere. Quae admodum uero summus rex, opifex deus secundum causalitatem tribuit, sic & reuera uirtutem eiusdem comunicauit. Dicitur est autem ex diuinae intelligentiae sapientissimo fonte, totius regiminis legalis seriem prodijtisse. Propterea nepe certum est, quoniam omnium rebus generatio omnisque natura & uniuersaliter omnis existentia secundum, ex diuinae bonitatis fecundissima causalitate originem ducit: causam, ordinem & formam inde fortiens & acquirens. Enim uero, diuinae mentis simplicitas in sui ipsius puritate perseverans, haec omnia quae in creaturam omnem ab ea procedunt, simplicissimo mentis intellectu dinoscit: quae praenotio secundum quod in fontano diuini intellectus lumine subsistit, prouidentia dicta est: sed secundum quod huiusmodi diuinae mentis exemplaris praeratio natio causalis est, & reuera praenotio in rebus iam explicata est atque digesta, fatum appellatum. Quod etenim summa illa primae mentis ratio simplicissime in se conspiciat & ordinat, hoc rebus regendis indidit, atque per multiplicem modum exequendum eiusdem statuit: fontalem suum exemplaris regiminis praerceptionem fans. i. eloquens: & imperiali dictione gubernandis imprimens atque inducens, unde a fatum nomen sumpsit. Elucescit itaque, tale fore comparationem fati & prouidentiae, qualis est habitudo formae domus secundum quod in lumine stat mentis artificis, & ut iam influxa est & largita administrantibus ad executionem praerceptionis ipsius artificis: Haec namque forma non differt nisi secundum quod in diuersis considerata, aliam aliamque obtinet proprietatem: sic eadem regiminis dispositio, ut in diuina intelligentiae luce quiescens prouidentia fertur: quae tunc fatum dicitur, dum in rebus digesta est: quae uera esse plenius liquebit, si utriusque rationem accipiamus. Est igitur prouidentia, ipsa illa diuina ratio in summo omnium principe constituta, quae cuncta disponit: fatum uero inherens rebus mobilibus dispositio, qua prouidentia quaeque suis necesse ordinibus. Claret igitur fatum in mobilibus, non autem in intellectualibus naturis statuendum esse: Prima namque & suprema entia, fatum exercet atque complent, dum iuxta diuinae mentis sanctionem corporalia quaeque gubernant. Veruntamen exemplariter & causaliter inesse fatum causis illis deo uiciniis: sed hoc cito amplius explanabit. Nunc uero intantum dictum sit & palam factum simpliciter ac immobilibus rebus: gerenda forma fore prouidentia: Fatum autem mobile nexum ordinemque temporale eorumque prouidentia ordinata uel producta disponit.

Fatum unde dicitur.

Prouidentia fatum.

Articulus

Articulus LXIX. De subordinatione & habitudine fati ad prouidentiam in quo ostenditur, quae fataliter & quae prouidentialiter gubernentur.

Quoniam uero fatum est inherens rebus mobilibus ordinatio, entium autem quaedam quidem supra motum & tempus sunt, de quibus est prima philosophia, palam, quod non omnia illa comprehendit fatum quae prouidentia: Etenim prouidentia uniuersa comprehendit: fatum uero mobilia duntaxat. Ea itaque quae summam diuinitati uiciniora sunt, fatalis ordinis seriem euadunt. Haec denique sunt intellectuales substantiae, quae a solo conditore in esse procedunt & reguntur: Ideoque prouidentialiter gubernari dicuntur, quoniam nulli influxui corporei agentis substrata, libera manent: ipsi etiam astris dominantia. Unde anima humana fato non subditur, nec directe caelestium orbium lationibus subijcitur: cum sit incorporealis & simplex natura, omne equidem corporeae conditionis uirtute & causalitate supergreditur, eo quod intellectus sit immixtus & inorganicus secundum Aristotelem. Veruntamen quae forma corporis esse independens tamen & separabilis prorsus, quodammodo & indirecte motibus caelorum subdi uidet: quos influxione non necessitatur sed inclinatur: sapienter namque tantum sibi & inferioribus naturae suae uirtutibus, sed etiam astris dominabitur secundum Ptolemaeum. Porro, quaeque una intellectualis substantia ab alia illustretur & regatur, omnes tamen fati ambitum superant, & ob id prouidentialiter & a solo deo dicitur gubernari. Item, hoc ideo uerum est, quoniam a solo deo producuntur, naturaliter propriae beatitudinis appetitum non nisi ab illo suscipientes. Omnia de nouo mobilia, & quae mediantibus causis secundum a summo deo producuntur & reguntur, fato subsunt & fataliter recta sunt. Hoc quippe modo etiam humani euentus & actus fato producuntur, ut Boethius manifeste testatur: quod intelligendum est quod ad inclinationem quandam, qua homo secundum partem inferioris caelorum influxionibus & impressionibus subest. Sed quoniam haec pars inferior, intellectusque portio quae libera & immaterialis est copulatur, ideo per caelorum actiones disponitur solum, & inclinatur ad actiones meliores aut peiores seu fortunatiores: sed in seipso habet principium quod ex se auertere potest seipsum, & conuertere quo uult: quod utique propter inaccessibile & incoactum perseverat. Hoc uero nulli naturae aut ueritati quae sub homine est, potest competere: quoniam omnis uirtus & species non in intellectualis, in euitaliter obedit superiorum corporum impressionibus, quantum ex se est: quod namque uicissim non obedit, ratione alicuius accidentaliter adiuncti contingit. Illa igitur coordinatio & dispositio, quae mobilibus inesse substat, qua singularia aguntur & aguntur, procedunt & sui legem seruant secundum praerceptionem prouidentis dei, fatum appellanda est. Unde elucescit, fatum quodammodo omnia comprehendere: nam ea agentia quae fatum exercent, ipsius utique fatum exemplariter & cognitue praehabent: a primo namque principio ipsis traditur seriem gubernandi omnia. Sed quia huiusmodi fati existentia non nisi exemplantur, & causalis, non illic fati nomen obtinet, sed in mobilibus tantum: cuius simile est: Species enim & formae huius mundi in diuini intellectus & supermundanorum animorum lumine praerexistunt: sed quoniam causalis ac exemplaris est haec praerexistentia, non secundum idem nomen illic statuuntur: Non enim forma hominis in deo & in humano supposito idem retinet nomen. Dicitur igitur potest, quemadmodum prouidentia in diuina mente intellectualibus hypostasibus existit, sed in deo ut in causa & exemplari principio, in intellectualibus uero sicut in rebus a fontana prouidentia, sic pariformiter fatum in separatis substantiis, & quodammodo etiam in humana intelligentia atque in caeteris mobilibus naturis ponendum est: sed in illis ut in regentibus, & fatalis ordinis seriem rationemque cognoscentibus: in his autem sicut in gubernatis. Exemplum ad itaque de fato adijciendum, quod ea fati series caelestium ac siderum uoluit, elementa unit in mixto et commiscet inter se. Nascentia denique et orientia, quae uidelicet corruptibile esse habet, secundum similes fetus, germinaque similia renouat, ne species tota disperdat: Quippe fortunatae & actiones hominum in dissolubili causarum connexionione constringit: quod omnino accipendum est secundum sensum praerexplanatum. Sed quod dicitur, omnia etiam humanorum euentuum fortuita, per fati ordinem, in dissolubili seu necessaria causa: connexionione constringi, referendum est ad ipsam fontalis prouidentiae originem: quoniam namque ab immobilibus prouidentiae exordia fatum proficiscitur, ipsum quoque immutabile esse necesse est: non quod fatum necessitate res, sed quae quicquid prouidentia statuit esse debere aut causari, id per causas secundas et fatali serie, sic incommutabiliter exequitur sicut prouidit. Manet ergo entia in propriis naturis libera et contingenter, et secunda se, et in ordine ad propria principia ac proximas causas: quod uero in omni uniuerso contingit, siue fato siue prouidentia dispesit, si ad prouidentiam aut fatum referatur, in dissolubile habet causas: connexionem ac certum causarum ordinem secundum

Fatum dicitur

Sapienter dicitur naturae uirtute

Fatum non necessitate

secundum Boethium. Non enim hæc fluitantia & instabilia in deficientem suorum ordinã cursum retinerent, nisi per fatalem feriem diuina prouidentia proprijs ordinibus quæq; cõnecteret & coerceret. Sed hoc multiformiter ante demonstratum est.

Articulus LXX. De concordia Augustini & Gregorij, & quorundam aliorum, qui fatum dicunt non debere poni cum præinducta positione in qua fatum concessum est, & sententia Boethij laudata.

Sed præostensis fortassis contrariari uidebuntur ea quæ Augustinus & Gregorius introducunt. Ait namq; Augustinus quinto de Ciuitate dei: Si quis uirtutē uel potestatem dei, nomine fati appellat, sententiã teneat, linguam corrigat. Gregorius quoq; dicit: Absit a fidelium mentibus, ut fatũ aliquid esse dicat. Ex his nempe Thomas in Summa contra gentiles simpliciter concludit, nomine fati non esse utendum: ne per cõmunionē nominis, uideamur his qui de fato male senserunt gentilibus sic conformari. Saluandõ igitur & Boethium qui fato utitur, & cæteris qui illud reprobant, considerãdũ, quod quæadmodũ iam prædictũ est, Epicurei omnia naturalia, casualia asserbant & fortuita. Vnde ea quæ in hoc mundo indeterminate fiunt & fortuite, non reducebant in aliquã causam superiorem, respectu cuius cuncta prouide & ordinate fierent. Secundũ hos ergo fatũ nil penitus est. Alij autē, puta Stoici, & etiã Peripateticorũ plurimi, quos Alkindus & Auicenna sequuti sunt, omnia quæ hic confusa & incerta uidentur atq; casualia, in cõlestem quandã uirtutem reduxerunt: cuius respectu & influenza, dicebant omnia necessitari & inuitabiliter euenire quæ in hoc mundo geruntur; & hi fatũ ponebant uim quandã sydey, cuius impressioni aiebant omnia cũ necessitate quadã parere. Vnde poetã: Fata uolentē trahunt; nolentem cogunt. Porro, cæteri in dispositione diuinæ prouidentie omnia reduxerunt: etiã illa quæ à casu & fortuita uidentur; & hi de fato loquuti sũt: sicut nũc diffuse tractari est; & hoc modo Boethius nomine fati usus est. Gregorius igitur fatũ penitus prohibet, de fato secundo modo sumpto loquutus est: hoc em̄ statuendum non est ut posterius dicitur. Quod deniq; sic sumptum fatũ neget, ex his quæ præallegatis ipsius uerbis addidit innotescit. Probat namq; hominum statũ nõ subdi fato, i. fatali necessitati. Deinceps negare fatũ ad mentē Boethij & præhabitorũ, est negare diuinam prouidentiam: & ob id nil prohibet sic dicto fato uti. Quod uero Augustinus ait, uerũ est ad mentē eius: propter cauteliã namq; non est utendum nomine fati simpliciter & sine distinctione. Sed si quis prædiffiniat fatũ ut Boethius, aut certe prædistinguar ut iam factũ est, nullũ prorsus erit periculũ. Enim uero quod Thomas inferebat non conuincit. Vtimur quippe nominibus à Græcis philosophis exortis, quanq; re significatã non uniformiter explicemus cũ illis. Vtimur namq; nomine intelligentiæ sicut & illi. Veruntamen naturam significatam, uarie ualde ab eis determinamus.

Articulus LXX. Quod prouidentia diuina directe dicatur respectu gubernandorum, & per reductionem respectu producendorum.

Vniuersorum insuper gubernatio, deo in quantum omnium finalis est causa congruit: sic enim reducit omnia in seipsum. Productio uero regy, ipsi sicut efficienti causæ attribuitur: distinctio autē, secundũ quod ex plaris causa est entiu: eiusdem equidem effectus est deus causa in triformi causandi genere secundũ triplicem proprietatē, quæ rei creatæ largitur: dat quippe esse ut efficiens; speciem ut exẽplare agens; & naturalē appetitũ ultimi finis ut finalis causa. Quoniã ergo prouidentia cõpetit deo sicut omnĩ finali causæ ac ultimo fini (est autē finalis causa secundũ quod singula ab exordio in se ordinauit & reduxit: quæ reductio est directio, qua cuncta in proprios fines meare facit, & ad sui beatitudinē festinare naturali desiderio; quæ rursus directio aliud non est q̄ gubernatio, qua deus uniuersa gubernat) propterea prouidentia dicitur prime & directe in deo respectu gubernandorũ: id eo qd̄ dictũ est, quod prouidentia sit summĩ principis in cõmunitabilis ratio qua omnia disponit. i. ordinat & gubernat. Regere autē nõ nisi supra id quod iam præsubstitit proprie cadere potest. Est namq; regere, in finem dirigeret: tunc autē reges rectum in sui finē dirigit, dum ipsum operari facit debite ac ordinate: per operationē etenim res quælibet finē sui adipiscitur. Quoniã uero oportet regentē etiã curare ea sine quibus id quod principaliformiter curat acquiri nequit (quod utiq; est proprius finis recti finis autē uicissim acquiri non potest sine quorundam effectuum productione, qui rei quæ regitur sunt media in finē) ideo talium mediõy etiã est prouidentia sed per reductionem, in quantum uidelicet ordinant in finem gubernati: imo omnium productio, sine quibus finis mundani regiminis adipisci nõ ualeat, secundũ hũc modũ sub prouidentia cadit. Vnde nõ incongruenter à quibusdam

Philosophorũ de Faro opinione uariet.

Prouidentia quæ dicitur.

à quibusdam dictum est, quod sapientia dei propter multos ac diuersos effectus ab ea emanantes, diuersa nomina sortitur, quæ particulariter quodammodo designant id quod uniuersaliter in sapientia cõprehenditur. Etenim sapientia dei secundũ quod diuina cõtemplatio est, diuinæ mentis super substantialis beatitudo appellatur, quæ rursus sapientia, prouidentia dicit respectu gubernandorũ: respectu autē scitorũ aliorũ à se, scientia: & respectu creandorũ, practica intellectio. Porro, quoniam omnia quæ fiunt propter bonũ fiunt, aut uerũ, aut appetens, quoniam secundũ Dionysium, nullus respiciens ad malũ operatur malũ: bonũ uero & finis coincidit secundũ Aristotelē, ideo omnia propter finē aliquẽ fiunt. Ob id ergo omnium tam agendorũ quã regendorũ dicitur prouidentia. Sic namq; dicunt omnia prouisa à deo: sed ut dictũ est, agendorũ est in quantum sunt uel gubernãda uel gubernãdis necessaria: quoniam prouidere, est actus regentis.

Articulus LXXI. De rationibus quæ cõtra positionē fati & prouidentie induci possunt.

Certitudo autē & stabilitas scientie, fixationi & constantie sciti æquatur & conformatur: cognitio namq; correspondet cognito aliter foret de omnibus æqualis certitudo: quod ideo falsum est, quoniã de firmioribus est amplior certitudo. Cũq; diuinam prouidentiam in cõmutabilem æternamq; cõsistere fas non sit dubitare, consequens uidetur, si omnia à deo prouisa sunt, nil contingentem aut uariabiliter eueniret & tolleretur omnis libertas, contingentia omnis: omnis quoq; fortuna, cõsiliatio & orationis fructus amouerentur. Si autē quædam libera, mutabilia & contingentia statuant, nõ erit horũ secundum uim præinductæ rationis infallibilis prouidentia, sed fallax potius incertaq; opinio. Ideo equidem scientia falsitati in cõmixta est: quoniam id de quo est, aliter se habere nequit q̄ cõcipitur. De eo uero quod aliter se habere potest q̄ apprehensum est, nõ iam stabilis scientia, sed existimatio quædam ambigua esse potest. Aut itaq; cõtingentia & fluitantia quæq; mundana entia agnoscit deus immobili ratione, & ita nõ cõformabilis, neq; correspondens debet scientia scito: aut certe uariabili instabiliq; p̄intuitione hæc ipsa à diuina luce cõspiciunt: sic autem non erit diuina notio perfecta prorsus & penitus uera: quod nõ dandum dicere aut cogitare, sed suspicari solum omnino nefas est. Non ergo ut uidetur, si aut simul uniuersorum immobilis ac certa præcognitio, & quorundam contingens casualisq; euentus. Præterea, si omnia quomodo libet ac omniformiter prouisa sunt à deo, tunc cuiuslibet effectus determinatam causam præuidit: imò cum prouidentia sit omnium ordinatiua certo ac debito ordine cuncta prospiciens & disponens, unusquisq; effectus reducibilis erit in causam aliquam ordinatam & per se. Posita uero causa ordinata & per se, necesse est effectum fieri: omnia ergo de necessitate & nulla casualiter efficerentur: quod quia dicendũ nõ est, nõ uidetur uniuersalis dei prouidentia admittenda. Adhuc, ex antecede te necessario, fit cõsequens necessarium: & oportet cuiuslibet conditionalis consequens fore necessariũ, cuius antecedens necessariũ est: sequitur ergo, si hoc prouidit deus, hoc erit: sed hoc antecedens deus prouidit hoc, est omnino necessariũ cum sit æternũ: cõsequens igitur eius etiã necessariũ est. Si ergo omnium habeat deus prouidentiam, necessaria illatione inferetur de uno quoq; quod ipsum eueniet. Nam de quolibet tali unã cum diuina prouidentia formari potest huiuscemodi conditionalis. Amplius, si omnia prouisa à deo, certus & indissolubilis est ordo causarum, quod dato, omnia disponuntur fato. Quod si omnia fato aguntur, nil relinquatur in nostra libertate aut potestate & omnia futura necessario orientur. Nil em̄ aliud est fatum, q̄ complexio & ordo causarum in rebus digestus, iuxta diuinæ prouidentie certissimam sanctionem. Et hanc rationem Marcus Tullius in libro de diuinationibus introduxit. Deniq; cognitio uera est naturam cogniti cõtemplari non aliter seu per oppositas proprietates quam est, sed secundum propriam sui conditionem, & sicut ipsum est. Aut ergo diuinus intellectus censeret omnia inuitabiliter euentura, aut non: si primum, duplex sequitur inconueniens: primum, quod res non agnoscantur sicut sunt & secundum proprias sui proprietates: itaque non uere dinoscerentur: secundum, quod fallibilis esset diuina prouidentia: multa namq; non inuitabiliter sed contingenter fiunt. Fallitur igitur, si omnia inuitabiliter censerent euentura, quæ æque fieri & non fieri possunt. Si uero præagnoscit ea uentura sicut sunt, ut uidelicet contingentia contingenter futura præsciat, tunc dei præscientia esset omnino incerta: quorum quodlibet quam sit iniquum de diuina prænotione sentire, Barbarorũ etiam mentibus elucescit. At uero posito, quod hunc ditandum fore, sit à deo prouisum, tunc uel necesse est hunc ditari uel contingens: si necesse, omnia de necessitate euenient: si uero sit contingens, possibile est eum non ditari. Ponam ergo hoc possibile in esse: quo facto, nullum sequetur imposibile. Hæc ergo stabunt simul: deus prouidit hunc ditandum

Dionysius.

Fatum quidē. Cicero.

& hic non ditabitur: quo stante deficiet & fallatur summæ mentis prouidentialis ratio quod nimis incongruum est.

Articulus LXXIII. Quod fatum & prouidentia nec libertatem, neq; contingentiam, nec casum & fortunam ab entibus præcendant.

Est autem sapientis potentisq; prouisoris gubernata singula secundum uniuersumq; proprietate, propriamq; naturam gubernare. Prima autem entis distinctio (secundum philosophum sexto Metaphysicæ) est per contingens & necessarium: summi ergo rectoris est contingentia, non sic in sui finem dirigere quemadmodum necessaria: necessaria quippe à finis adeptione non deficiunt. Cadit igitur sub intentione diuinæ prouidentiae, ut quidem effectus stabiliter ac uniformiter eueniat, nec aliter se habere possint. Et rursus, ut quædam uicissim à fine suo cassentur & sic fiant, ut æque non fieri nil prorsus prohibeat. Non ergo diuinum regimen & prouidentialis ratio contingentia auferunt, & per consequens nec fatum, cuius dissolubilis nexus ab origine prouidentiae manat. Porro natura quædam ex gradu proprietatis speciei libertate participant, sic ut obiecto sibi præferant, in determinate perseuerent, uertatq; se quo placet. Si ergo prouidentia cuncta secundum uniuersumq; conditionem dispensat, palam quod nec libertatem tollit. Ex his uero innotescit, quod nec casum prohibet siue fortunam: ex hoc namq; quod agere aliqua immutabilia sunt, & à fine suo uicissim deficiunt, contingunt casus & fortuna. Præterea, sapientis est ordinare: ordo autem si tripartitus sit, perfectus est: quoniam secundum philosophum primo Cœli, omne trinum perfectum. Unde cernimus in ordinibus rege, quod inter naturas multum distantes, est semper natura media: quæ (ut ait Auerrois) est quasi ligamentum distinctiuum naturarum: sed secundum philosophum sexto primæ Philosophiæ, ordo causarum penes triplicem gradum assignatur: quædam enim semper agunt ut supermundanæ mentes & naturæ cœlorum: & hæc sunt causæ ut semper: alia uero agunt ut frequenter sicut natura particularis. Naturalia enim raro à suo fine deficiunt: & ideo ut in paucioribus, producuntur monstra. Cætera proinde sunt causæ raro, & extra frequenter ac semper: ut sunt casus & fortuna: in hac igitur trimembri causaliter stat ordo causarum. Ordo denique est pulchritudinis origo: Quoniam ergo diuinæ prouidentia non est tollere ordinem, atque ordinem naturarum & causarum, ideo nec casum & fortunam præcendit. Adhuc, prouidentia non tollit imò largitur rebus id quod substantiale est eis: materia autem substantiale est, ut sit radix contingentiae & mobilitatis origo in his in quibus est: quod de materia priuationi immixta potissime uerum est. Non ergo à materialibus rebus contingentia excludit, sed potius tribuit. Denique, prouidentia est ordinem in rebus statuere, ut diuina bonitas quæ in una specie non sufficit reuolueret, in distinctis & multis perfectionibus ac naturarum gradibus plenius resulset. Hoc autem esse non posset si species contingentium tollerentur. Iam enim elementata & elementa subtraherentur uniuerso, fieretq; non modica mundanæ pulchritudinis discoloratio. Non ergo prouidentia & fatum ab illa proficiscens contingentiæ perimunt in rebus. Amplius, summæ prouidentia primi rectoris est, ut substantiis sibi uicinioribus plus de participatione diuinæ perfectionis in fluat: cæteris autem, quo magis distant minus largiat secundum seriem processus & procedentium. Hoc uero optime fit per hoc, quod quibusdam necessitate, quibusdam uero contingentia natura impartitur secundum diuersos ordines utrobique. Rursus, ut iam præhabitu est, diuina prouidentia non excludit causas secundas & proximas, imò constituit eas: stat autem effectum propter causam proximam habere contingentiam, quantum à superiori regente necessitate quando participare possit: sicut generatio plantæ est contingens ratione proximæ causæ quæ est uis generatiua: potest etenim hæc uis impediri & deficere: sed sol qui causa remota est, in deficienter agit. Claret igitur non tolli contingentiam propter prouidentiam. Enim uero quoniam per libertatem naturæ quædam diuino esse præcipue assimilantur, per quæ etiam meritis & laudem adipiscuntur uirtutum & cætera disponunt, quemadmodum de omnibus rationalibus creaturis manifestum est, hinc utique diuina prouidentia & fatum (ut ita loquar) proles illius consistens, non duntaxat non tollunt libertatem, sed prouidentia ipsa eam constituit: si enim non esset libertas, non haberet locum laus & uituperium circa hominum actus: & ex consequenti nec esset lex puniendi, seu iustitiam præmiandi: consiliations quoque deserere essent, quæ omnia ordini rerum non congruunt.

Prouidentia libertatem non tollere.

Ordo est pulchritudinis origo.

Conditio prouidentia libertatem constituit.

Articulus LXXIII. Quod diuina prouidentia sit prouisorum causa: cum tamen nec mali sit productiua neq; uniuersali- ter totius malitiæ exclusiua.

Si igitur

Si igitur ipsa illa diuina ratio in primi principis mente constituta quæ omnia disponit sit prouidentia, palam, quia ipsa dispositio causa est. Præterea, præhabitu est diuinam prouidentiam aliud non esse quam diuini intellectus exemplare dominium seu frontale regimen ex quo fluit omnis lex & regendi series: Dominium autem & regimen primi intellectus (secundum Dionysium) est omnis finis, legis & ordinis distributio: Ipsa ergo prouidentia singulis distribuit finem, legem, ac ordinem: igitur gubernatoris causa. Adhuc, fatalis series aliud non est quam prouidentialis præcœptionis executio ut iam multipliciter tradidit: prouidentia ergo fatum causat & statuit. Fatum denique cœli ac sidera uoluit, tempora & motus dispensat, elementa unit, generabilia secundum speciem manu tenet: omnemque euentum mobilium rege insolubili causatum ordine cõplectitur secundum Boethium: eo quod ex certissimo diuinæ prouidentie fonte procedat: est ergo futurorum prouidentia causa. Porro omnis regens dispositionis rectoris causa est, respectu cuius dicitur regens: sicut dux est ordinis, qui in exercitu est causa. Diuinæ autem prouidentia omnia subsunt tanquam primæ gubernatrici: omnia ergo producit. At uero prouidentia ordinis rege rectoris, rege causa est ut iam præhabitu est: ordo uero primus qui in rebus est, cõuenit eis secundum species suas & substantiales perfectiones, imò ut ante ostensum est, aliud non esse iste ordo quam ipsæ rege naturæ & species instar numerorum colligat: est itaque prouidentia rege causa. Enim uero scientia dei, est causa existentium: ergo & prouidentia causa est gubernatorum: id enim sunt in deo scientia & prouidentia, nisi quod scientia dicitur respectu scitorum: Prouidentia uero est de rebus in ordine ad finem, in quo consistit ratio gubernationis. Si autem quis istis obijciat, Origenes ait non ideo quid esse euenturum, quoniam illud prouidentie, seu quia prouidentia illud futurum prospexit, sed potius econuerso, quoniam illud futurum est, ideo prouisum est. Sequitur igitur quod res potius sunt causæ prouidentia quam econtrario. Rursus, malum dupliciter remouetur, ut potest per anticipationem ne uidelicet eueniat, & per correctionem ut quod factum est deleatur. Sapientius denuo uidetur euitare malum per anticipationem quam per correctionem: illud enim melius est isto. Quoniam ergo ad bonitatem principis spectat & per uere omne malum & inordinatum à suo regno, eo quod ipse sit quæque optime disponere, primus quoque princeps optimus est, in uirtute utique & sapientia penitus perfectus, consequens uidetur, si ipse prouidentia sit cuncta cõplectens & ordinans, quod totius mali & inordinati sit exclusiua per anticipationis uirtutem: & quia hoc non cernimus fieri, consequens fit ut uidetur, diuinam prouidentiam non esse causam rerum aut certe regentem omnia. Præterea, quicquid procedit ab immobili necessaria causa quæ nec impediri potest nec deficere, id non potest non euenire: si enim non eueniret, causa impedita foret & deficiens. Diuina uero prouidentia falli nescia, nec impediri potest cum omnino fortissima: si est ergo rege causa, uniuersa de necessitate fiet quod incongruum ualde est. Adhuc, si omnium prouisorum sit prouidentia causa, mala autem multa ipsa futura prospexit, omnium talium esset causa. Esset equidem omnium furorum, stuprorum, criminumque uniuersorum causale principium cum nil eam lateat: quod non dicit nisi mens illa, quæ omnis ueritatis & sanæ rationis experta est. Non ergo uidetur bene traditum, diuinam prouidentiam causam fore futurorum. Sed respondendum, & quidem si Boethium quis sequi uoluerit, omnino negandus est ille Origenis sermo: ut enim sonat, sic ex eo sequeret, quod æternæ prouidentia temporalium rerum euentus foret causa, quod omnino præposterum est. Rursus sequeret, quod diuina præscientia dependeret ex aliquibus, quod non contingit secundum prædeterminata de libertate, perfectione & independentia diuini esse. Veruntamen non æstimo hanc sententiam intendisse Origenem: intendit ergo quod præscientia non esset necessitatem imprimens. De hoc nempe uerbo Origenis alibi locus erit, quando de præscientia & prædestinatione quaesitum fuerit. Ad secundum, patet ex dictis responsio: Non enim deus res regit secundum suam uirtutem, sed secundum rerum capacitatem: cum enim diuinus intellectus sit omnium differentiarum entis causa & institutor, non est eius auferre ab entibus id quod naturas eorum concomitantur: proprium est autem contingentibus ut uicissim deficiant à finali sui perfectione: non ergo decet, ut corruptionem & monstruositatem, & naturalem quarundam specierum inimicitiam tollat: imò in his consistit ordo rerum, & reuoluet perfectio uniuersa: Nam & opposita iuxta se posita,lympidius elucescunt. Ad tertium dicendum, quod utique prouidentia non fallatur: ueruntamen necessitatem omnibus non imponit: imò namque deus sua æterna atque perfecta præagnitione omnem naturam præuenit, eius libertatem & contingentiam sciendo: ideoque nouit quo se unumquodque uertet, aut quid potius eligeret. Et quando dicit, non potest non euenire, dicendum quod non sequit, deus prouident hoc futurum, ergo hoc necessario fiet: prouidentia namque non est proxima sed remota causa ex

Prouidentia quid.

Obiectio, Origenes, Malum dupliciter remouet.

Responsio.

ff proximis

Obiectio cum
responsione.

Peccatum qd.

Heresis Apol-
linaris.

proximis aut causis foritur effectus necessitate. Et si dicatur, causa non potest deficere, ergo nec effectus. Dicendum, quod effectus in ordine ad providentiam habet necessitatem, sed illa necessitas non est absoluta sed conditionis ut statim clarior patebit. Ad ultimum dicendum, quod peccatum formaliter nihil est, neque subsistens, nec in subsistenti existens secundum Dionysium in libro diuinorum nominum: & ideo non habet causam efficientem sed deficientem: nec agnoscitur aliter quam ut priuatio per habitum. Non est ergo deus causa peccati, sed causa ordinatorum & rectorum. Peccatum uero non est nisi recessus ab ordine secundum Dionysium: ideoque peccati non est proprie providentia: non enim cadit sub intentione providentiae, nisi dispositio rerum utpote finis, & ea quae sunt in finem ordinabilia: unde peccatum praesertim per suum oppositum. Ob hoc equidem, quamuis scientia dei sit rerum causa, malum quoque praesertim scitum quod, non est tamen scientia primi, causa mali. Cum igitur dicitur, furtum & stuprum actus quidem sunt & non tantum priuationes: cumque sint prouisa, erit eorum providentia causa. Haec uel ei similis ratio duxit Apollinarem in haeresim, ut diceret animam rationalem non creatam a deo sed produci a genere: arguit quippe ita: dans complementum operi cooperatur agentibus ergo creat deus animas, quae fornicationis & stuprationis actum concomitantur, tunc huiusmodi actibus ipse dat et complementum: & ex consequenti cooperantur agentibus. Solet proinde haec ratio solui, quia huiusmodi actionibus dat complementum in quantum naturales sunt: uim uidelicet uegetabilis animae consequens: sed secundum quod referuntur ad uoluntatem corruptam, sic male sunt, nec sic dat eis creator complementum. Ita & nunc dicendum, quod in omni actu criminoso duo consideranda sunt: actus uidelicet & actionis obliquitas. Actionis denique est uoluntas causa, in quantum a deo est, a quo est omnis potestas & actio: sed obliquitatis causa est secundum quod ex nihilo processit in esse, ut ait Dionysius: sic namque est eius potius deficere quam efficere. Cadit ergo sub providentia id quod entitatis est in omni malo: sed obliquitas ipsa & peruersitas processus minime immedie uidelicet et directe non cadunt sub providentia. Quoniam etenim omne agens agit ad beatitudinem festinans, ob quam geritur quicquid gerit, agere uero propter beatitudinem seu finem, competit naturae ex directione & impressione ultimi finis qui deus est, hinc sequitur quod actiones secundum quod ordinem habent ad naturalem appetitum, cadunt sub ordinatione providentiae: sed in quantum ad peruersum iudicium rationis ac infectam uoluntatis reducuntur, non cadunt sub intentione providentiae singula in propriis fines dirigentis.

Articulus LXXV. De differentia duplicis ordinis sub diuina providentia comprehensi.

Quia denique deus totius bonitatis fons est, a quo omnibus deriuatum esse effectus & uiuere secundum Philosophum, sicut ipse omnium causa est, sic conseruationis & gubernationis eorundem principium est & origo. Unde necesse est, ut in providentia suae sapientissimae dispositionis omnia ordinem quantumcumque modica uideantur: sic cum fecit primum, uidit ultimum & media uniuersa: & quaecumque secundorum agentium aliquid causant, instrumentaliter causant tanquam huic diuinae praedestinationi deseruiant: haec autem diuinae mentis ordinatio uniuersalis dicitur, omnia complectens. Unde effectus omnes, sed & causas & modos omnium quae fiunt: & hic ordo ex solo deo dependet, utpote ex uoluntate & scientia eius. Hunc quoque uniuersalem ordinem, secundum quem omnia ex diuina providentia ordinantur, possumus dupliciter considerare: Vno modo ex parte originis quae est scientia & uoluntas primi principii: & sic dici solet, quod deus non potest operari praeter uniuersalem providentiam suam exemplarem ordinem: non enim potest quid producere quod non sit ab eo praecognitum & uoluntum: neque esse potest, ut ab aeterno non uiderit & uoluerit omne quod postea uult & uidet. Si autem hic ordo consideret ex parte rerum, cum res a deo emanant quo ad primordiale institutionem, non necessitate naturae sed libera uoluntate, ut supra habitum est, sic deus de absoluta sui potentia multa facere potest praeter ordinem eorum quae sua providentia connectit: non est enim diuinae uirtutis causalitas exhausta aut determinata. Enim uero alius est ordo diuinae providentiae particularis, cuius origo est aliqua causa creata, & continet ea quae causae tali subsunt: & hic ordo multiplex est secundum diuersitatem causarum in creaturis existentium. Omnes autem particulares ordines sub uniuersali ordine comprehenduntur & ab illo originantur, sicut ordines inferiorum rectorum in politicis sub ordine principis contenti sunt. Quamuis itaque ille diuinae rationis uniuersalis ac providentialis ordo incommutabilis semper permaneat

permaneat, nil tamen prohibet particulari ordine quaedamque immutari: quia supra se habet sublimiorem causam, cuius ordinationi & uirtuti cuncta parent. Idem ergo effectus per relationem ad uniuersalem providentiam inuicibilis est, qui in ordine ad causas secundas omnino uariari potest: sic enim quaedamque legit deus dixisse aliquid futurum esse, quod tamen non euenit, in id illius oppositum idem immutabilis deus paulo post subintulit. Nam secundum particulari ordine effectus erat contingens, utpote a causa creata dependens: & sic dicebat uenturus: sed deus eius providentia omnia connectit, etiam illa prouidit per quae impediri potuit, & diuina uirtute ab executione suspendit: sicut quaedamque per orationem immutat quod uenturus dicebat. Deus autem cognoscit res in sua luce, in seipsis, & in proximis atque creatis causis: & secundum hoc de eodem diuersa iudicia profert, cum tamen ipse inuariabili ratione sciat quicquid euenit. Quippe cum orationes ipsae etiam sub hoc uniuersali ordine causae quae diuina providentia prouidit contentae sint, innotescit quod propter immutabilitatem aeternae dispositionis non potius tollenda est efficacia orationum sanctorum, quam ceterorum: secundumque agentia. Propter quod dici solet, quod quamuis praedestinatio non emanat ex meritis, effectus tamen praedestinationis aliquando ex meritis est: Unde Gregorius ait: Non mutat deus consilium, quamuis quandoque mutet sententiam non illa quae exprimit dispositionem aeternam, sed eam quae exprimit ordinem inferiorum causarum: sicut de Ezechia dicebatur, quod moriturus esset, & paulo post oppositum huius latum est. Sed ob digressionem hanc forsitan increpabilis uidebor. Spondeo etenim olim in huius libri exordio, in primo huius operis de natura diuinorum non loqui, nisi secundum naturalem rationem: haec uero ad secundum librum pertinebunt, in quo secundum Theologicam traditionem & fidei supernaturalem ueritatem, de eisdem pertractandum est. Sint igitur haec incidentaliter dicta propter euidenciam illorum lucidiorum.

Articulus LXXVI. Et est solutio rationum, quae paulo ante contra positionem fati & providentiae inducebantur.

Quoniam proinde cognitio cognoscentis & non cogniti operatio est, operari autem sequitur ipsum esse, sic quod modus agendi parificatur modo essendi, quia praestantior natura congruit sublimior operatio, hinc palam, quod cognitio non secundum uim & modum cogniti, sed potius secundum facultatem & gradum cognoscentis efficitur: Ipsum nepe hominem aliter sensus, aliter imaginatio, aliter quoque ratio, & aliter intelligentia conspiciantur: & multo uehementius consequens est, ut ab omnibus his longe aliter diuina uirtus unumquodque contueatur: quo namque est ipsa ceteris uirtutibus & intellectualibus & alijs cunctis perfectior eo praereliquis uiribus uniuersis altius atque perfectius operatur. Porro, cum diuini esse sit prorsus aeterni orbi carnis uicissitudine, totum utique perfectum esse simul, clare est quod eius operatio quae intra manet, ut sunt intelligere & uelle, etiam aeterna sit, omnino de temporis mensura & conditione supergre diens: ostensum est etenim iam frequenter, cuncta aeterna praesentia obiecti cognoscit: Vt, sicut ferre humanus uisus in praesentialiter uisum, sic diuinus intellectus in omni quod suae subiacer notioni ferri putetur. Cumque aeternitas ipsa in se simpli permanens singula tempora concludat & comprehendat, ipsa quoque diuina notio in se simplicissima perseverans, omnes temporum temporaliumque uicissitudines, & quicquid in eis subsistit & geritur super simplici intelligentia, ac aeterna semperque sibi praesenti ratione dinoscit: & cum non causeatur a scitis ob scitorum mutabilitatem, eam permutari nullatenus oportet. Ex his insuper quae inducebantur contra fati & providentiae positionem, soluenda restant: cum enim primo dicitur, quod certitudo & stabilitas scientiae fixationi sciti conformari debeat, primo dici potest hoc non oportere: nam perfectio scientiae non ex uirtute sciti, sed facultate scientiae procedit: eandem nempe substantiam firmiter atque constantius conspici ratio quam sensus. Secundo id solui potest, quia certitudo scientiae aeternari debet scito, non secundum quod in seipso existit, sed secundum relationem quam habet ad uirtutem cognoscentis: quae uirtus quos fuerit excellens, eo profundius naturam & omnem habitum dinoscit sciti conspiciat: sic namque ratio supra naturas contingentium & casualium ac mutabilium necessarias rationes fundat, secundum quas est de illis scientia: hoc equidem sensui quae non nisi extrinsecus apparentia agnoscit competere nequit. Quippe cum adicitur, cognitio correspondet cognito, iam dictum est, quod potius correspondet cognoscenti quam cognito. Rursus patuit quod correspondeat cognitio secundum habitum dinem quam ad cognoscentem habet. Et cum dicitur, aliter foret de omnibus aequalis certitudo, dicendum dupliciter: Primo quia deus cuncta conformi certitudine speculat, Secundo quod utique cognitio correspondet cognito, quo ad hoc

Gregorius.

Solutio prima

Solutio secundum.

Obiectio cũ
responsione.

quod diuersorum cognitio: est diuersa cognitio: sed non oportet ut cognitio sequatur modum cognitionis. Et cũ dicitur, de firmioribus est firmior scientia, hoc ueritate habet ad eos intellectus quorum scientia dependet à scitis: diuina autem scientia non iam dependet, sed causans est & non causata: non est ergo prouidentia fallibilis aut incerta: non enim est secundum manerem scitorum sed scititatis. Neque rursus tollunt contingetia & libertas, cũ deus singula disponat & agnoscat secundum naturam & proprietatem rerum ut nunc probatum est supra, sed modus diuinæ dispositionis & agnitionis ut in primæ lucis fontali simplicitate consistens, diuinæ naturæ uim atque substantiam imitatur. Ad secundum dicendum, quod in ordine ad diuinam prouidentiam incommutabilem sanctionem, nil prorsus casuale est aut contingens: ueruntamen causas quædam quæ prouidentia sunt, si secundum se ipsas ac proprios ordines attendantur, deficere possunt & necessarie non sunt. Ad tertium, quod ex antecedente necessario sequitur necessarium cõsequens si seruetur idem ordo & recta illationis ratio. Ideoque sicut res prouisa est à deo, sic eueniet: Prouisa est autem contingenter fiat, cũ deus omnia secundum rerum congruentiam disponat: sic ergo eueniet: & quia hoc necessaria prouidentia prouisum est, hinc utique inuitabiliter ita continget. Per hoc innoscitur quid ad rationem Tullij respondendum sit: In ordine namque ad deum singula quæ fato subduntur, & ipsum fatum indissolubili cursu gradiuntur: non quod prouidentia necessitate entibus imprimat, sed quia singulorum proprietates, modos & habitudines, futurosque exitus cuncta proueniens, æterna prouidentia inuariabili ratione comprehendit. Ad quintum dicitur, quod hæc propositio qua dicitur, uera cognitio non comprehendit rem aliter quam ipsa est, distinctione eget: Aut enim hoc quod dicitur aliter, refertur ad modum cognoscentis aut cognitis primum, tunc falsa est: ostensum etenim est modo, modum cognoscentis non sequi cognitio conditionem: si uero refertur ad cognitum, hoc quod dicitur aliter ut denotet proprietatem naturæ illius, tunc uera est prædicta propositio: deus enim & omnis uerax agnitor, proprietatem & naturam agniti dinoscit, nec opposita de illo affirmat hinc que ei cõueniunt. Scit ergo deus materialia materialia esse, & contingetia fore contingetia: futura quoque contingenter futura prænoscit: sed suæ cognitionis modus immaterialis, necessarius & æternus est. Scit denique futura euitabiliter esse futura, non quasi ipse ignoret quid determinate proueniet: nam in ordine ad se nil prouisorum euitabile est: sed in propria natura id quod prouisum est, innecessitatum manet. Ad ultimum dicendum (ut Boethius ait) quod idem effectus in se proprijsque principijs ac proximis causis consideratus contingens est, qui tamen in ordine ad diuinam prouidentiam est necessarius: sed hæc necessitas non est absoluta sed conditionis: Ideoque sicut unum quodque prouisum est, sic fiet necessario: sed hunc dicitur prouisum esse ut contingenter fiat, sic igitur fiet. Si ergo prouidit deus hunc ditandum, impossibile ut non dicitur secundum comparationem sui ad modum prouidentiam qua prouisum est. Enim uero ex his patet solutio rationum, qua supra articulo 5o probare intendebant, singularia omnia à diuino intellectu non posse cognosci. Quod enim dicitur non entis, non est scientia: uerum est de scientia quæ à scibili dependet. Porro diuina scientia cum rebus nec oritur nec occidit: sed quomodolibet & omniformiter æterna præsentia cognoscit quicquid in tempore cursibus qualitercunque existit: non enim ab esse uel non esse sciti ueritas diuinæ scientiæ dependet, sed potius e contra. Unde cum es aut sedes, scit te esse & sedere: & dum nec es neque sedes, scit te nec esse neque sedere: non tamen ideo eius scientia mutabilis est: quia in ipso momento æternitatis sciuit te, & quicquid tibi euenire potest, simplici mentis contuitu. Nec iterum sequitur, quod contradictoria sciat de eodem simul, eo quod cum es, scit te esse: Postea autem scit te non esse, cum tamen nil scire incipiat, sed totum simul sciat. Eius enim scientia quamuis sit simplex & inextensa, omne tamen tempus comprehendit sicut & æternitas. Ad secundum quod illuc introducebatur dicendum, quod uirtus quæ ex sensibilibus cognitionem recipit, non nisi mediante organica potentia materialia agnoscat: deus uero uniuersa contempletur per causam & exemplar: omne quoque ens assimilationem quamdam habet cũ diuina superbonifica natura: cuius bonitas nil suæ diffusionis expertis reliquit secundum Dionysium. Ad tertium dicendum, quod omnium uirtutum uoluntatis etiam & intellectus, motus & actiones diuinæ luci patent, & prouidentiam dei subduntur. Ad quartum dicendum quod si scientia dei à scibili creato dependeret, aut si creatum scibile diuinæ scientiæ proprium obiectum foret, ratio concluderet: iam autem oppositum ostensum est. Ad quintum dicendum, quod mala & priuatiua non sunt ideata à deo, sed per positiua & habitualia ipsi opposita cognoscuntur. Vltima autem ratio quæ illic ponebatur, in hoc articulo nunc soluta est.

Boethius.

Dionysius.

Articulus

Articulus LXXVII. De positione Auicennæ, Albuma far & Alkindi circa præinducta.

Avicenna autem & Algazel, rationalem animam immortalē, incorporeā & creatam fatebantur: quā obrem nullū corporale agens per uirtutē corporeæ naturæ dicebant posse agere & imprimere in eā secundū intellectuale & diuinā eius portionē. Auicenna itaque ita dicens effectus omnes huius mundi, tam naturalis quæ uoluntarios, à corporibus cælestibus cum necessitate quadam provenire, sic argumentatus est in sua Metaphysica: Si effectus cælestium corporum impediatur, hoc erit aut per causam naturalem aut uoluntariam: omnis autem causa naturalis & uoluntaria reducitur ad aliquod cæleste principium: ergo impedimentū cælestium effectuum procedit ex principijs quibusdā cælestibus ad quæ uidelicet reducitur causa naturalis & uoluntaria. Si ergo consideremus totū ordinem cælestium corporū simul, impossibile erit effectū ipsius unquam cassari. Porro, ad ostendendum quod uoluntas etiam subdatur cælesti corpori, ita procedit: Afferit nempe quod & omnes philosophi meliores concorditer aiunt, cælū animatum esse: ideoque motus cælus est ab anima secundum eum. In quantum autem est actus corporis, habet efficaciam transmūtandi inferiora quæque corpora: cõformiter igitur in quantum est ab anima, causalitatem habebit super animas inferiores omnes. Cælus denique anima: à philosophis nobiles ob naturæ excellentiam appellatæ sunt. Cū ergo rationalis anima tali animæ naturaliter inferior sit, uidetur sequi quod ipsius impressioni pareat necessario. Itaque fiet cælestis anima causa electionum & uoluntatum animarum nostrarum. Et huic positioni Albuma far cõcors est: Alkindus quoque astronomus pessimus errorum ex his collegit, omnia quæ in hoc mundo contingunt inuitabiliter esse necessitate cælus influxionibus obedire affirmans. Est autem positio hæc prorsus inconueniens: cælū namque quāuis animatum esset, non agit tamen in hunc mundū nisi corporali influxione: nā anima cæli non causat in hoc mundo, nisi motū & subseruientia sui orbis: quoniam ergo corporalis impressio non directe incidit in immaterialē uirtutem, ut est superior animæ portio, impossibile est ut cælum in uirtute suæ animæ in animam nostram agat. Præterea secundum Auicennam, corpus cæleste est quasi instrumentum motricis animæ: non est autem possibile, principale agens aliquod influere alteri per instrumentum, nisi actio instrumenti attingere ualeat id cui fit impressio. Neceesse nempe est instrumentum proportionatum fore & agenti & actō sui moto. Cum autem uoluntas & intellectus sint uirtutes immateriales & inorganicæ ut etiam Auicenna attestatur, actio corporei instrumenti non directe attingit eas, neque corporale instrumentum proportionatum est tali immixtæ & incorporeæ uirtuti. Unde etiā cernimus apud nos, quod anima unius corporis nil pandit aut influit alterius corporis animæ, nisi mediante corporali actione: quæ neque directe neque immediate cadit in corporalem uim animæ sed per sensibiles uires uehitur ad uoluntatem & intellectum. Sed ut Plato in Phædone contestatur, sicut est in maiori mundo, sic est & in mundo minori. Non ergo necessitatur anima in intellectualis cælesti influxione, siue sit motus cæli ab anima, ut Aristoteles & Plato & cæteri uoluerunt: siue ab intelligentia ut alij dicunt: Nulla namque creata substantia directe potest causa esse electionum & uoluntatum nostrarum. Nulla enim uirtus mouetur proxime nisi à suo obiecto: quoniam naturalis ordo hoc postulat, ut unum quodque à proxima causa ac immediato principio prius & immediate moueatur: Proximū autem quod est uoluntatis motiuum, est bonū intellectum: hoc etenim est obiectum eius. Nil ergo mouet uoluntatem nisi mediante bono intellectu: hoc uero est secundum quod offert uoluntati aliquid tāquam dignum ad appetendum: quod iterum aliud non est, nisi persuadere & non necessario inclinare. Nullum ergo creatum agens est uoluntatis & electionis causa, nisi tanquam suadens. Præterea, quod naturæ essentialē est, hoc inseparabile est. Uoluntati autem per se & essentialiter conuenit ut sit libera. Denuo, liberum est in quo est agere & non agere: omnino ergo indelebile & inseparabile est à uoluntate, secundum quod uoluntas quasi representato sibi obiecto suo uertere se queat quo uelit: prorsus ergo innecessitata perseuerat. At uero, quod rei conuenit cõtra naturalem suam inclinationem, uiolentum est: sicut ferri deorsum, uiolente competit igni & omni leui: uoluntati autem naturale est, ut à seipso operetur & libere agat: per hoc namque differt à natura omnino igitur uiolentum erit ei, si cælesti uirtute inuitabiliter operari cogatur. Ea propter utique irrationabilis est præinducta Auicennæ & aliorum positio: neque equidem recenter ab eis inuenta est, quoniam antiquissimi philosophi eam in duxerunt. Aristoteles uero Peripateticorum princeps in secundo Physicorum eam tangit, & in sexto Metaphysicæ destruit.

Cælus autem
nobiles.

Alkindi error

Voluntas quo
differt à natura.

Siquidem unus ^{deus} ex se & per se deus, iuxta Platonem: & quidem hic deus est prima causa & fontale principium totius bonitatis, deiformis, proprietatis: & ipse in mediata participatione constituitur dii secundum ordinem, qui iccirco dii dicunt quia in causali bonitate prouidentiaque solertia summo deo possimul affimulant: quippe causalitas & prouidentia, diuini entis cognatione proprietates sunt. Omnis itaque diuina substantia ceterorum productiua & restructiua, deus quidem nominatur. Ponebat proinde Plato quadripartitum ordinem diuinorum entium: Primo statuens ordinem idearum, quas deos uocat: de quo supra late dictum est: Secundo addidit ordinem intellectuum separatorum, quos intelligencias dicimus: Tertio ordinabat animas syderis & coelorum, quas etiam deos dixit: Quarto autem orbes & astra, quae secundum eum sunt deificata animalia & dii hunc mundum sustentantes: Propter quod Theoremate 129. Proclus ait: Omne corpus diuinum propter animam diuinam: omnis autem anima diuina propter diuinum intellectum: omnis autem intellectus diuinus, secundum participationem diuinae unitatis. Nempe diuinitas summum dei ordinem quodam dicitur participari a secundis. Veritatem in Timaeo, adhuc citra hos ordines introducit ordinem demonum, quos deos dicit: distinguens illos in cacodaeones, calodaeones & catodaeones: de qua positione iam superius deterrimatum est. Insuper & hominum genus diuinum appellabat ratione utique intellectus, per quem etiam ceterorum gubernatiuum est. Ait namque in Timaeo homini quidem consortium diuinitatis est & appellationis paritas. Porro, triplicem prouidentiam Plato posuit: Vnam summum dei qui ipse prouidet diis & intellectualibus separatimque metibus principaliter, ac etiam quauis consequenter totum mundum quantum ad genera & species ac caelestes orbes: summus etenim deus diis deorum generationem regimur huius sensibilis mundi mandata exequitur iuxta decreta atque sanctionem suae legis. Vnde Proclus in Theoremate 12. ait: Ois deus in sua existetia totis habet prouidere, & primitus in diis. Secundam denuo prouidentiam posuit Plato separatimque causas, quae ipse summum dei iussione implendo prouidet generalibus & corruptibilibus quantum ad ipsorum generationem & corruptionem, ac cetera ipsa necessaria. Tertiam rursus prouidentiam ponit, quam daemonibus attribuit sicut ante relicitum est: quos ait custodes esse humanorum actuum, & circa terram asserit illos mansurare. Enimvero in hoc Plato ueritati praedeterminatae, & etiam fidei consonus est, quod uniuersos prouidentiam in diuinum intellectum tanquam in primum atque totius legis & regiminis certissimum fontem reducit. Ceterum de ideis positio eius ante destructa est. Quod quoque daemones tales constituit, necessitatem non habet, quemadmodum infra plenius patebit.

Articulus LXXIX. Quomodo uicissim dicimus deum cuncta producere per intellectum: aliquando uero appellamus eum omnia facere per uoluntatem.

Enimvero, diuinum esse separatim penitus est in suis ipsius superiualibus & super simpliciter puritate uniuersaliter perfectum constitutum. Sicut autem ens unum quodque habet esse, sic nominabile est. Cuius sit primum ens unitas pura, secundum naturam rei congruit sibi simplicissima nominatio. Vnde Dionysius ait compositionem multilogora fore: simplicia uero simpliciter appellabilia. Hinc contingit, quod intellectus creatus diuinum esse non nisi in entibus creatis, in quibus multiformiter relucet uales contemplari, multifaria notatione illud concipit & appellat: intellectus uero qui ipsum uicinius proprietate suae luci poterit intueri, eo & perfectius & simplicius speculatur ipsi: ideoque mens deum sicut est contemplans, nomine uno ipsum cognoscit & nominat. Porro unamquamque naturam nominamus secundum quod in agnitione nostram descendit: deum autem non agnoscimus nisi per ipsum effectus: necesse est ergo, ut secundum diuersitatem diuersarum proprietatum & conditionem diuinorum operum, multiplici nomine deum appellemus. Deus denique ob suae perfectiouis plenitudinem in ipso suo super simpliciter esse, omnem prorsus nobilitatem comprehendit: & ob id quibus unum sit & omnimode simplex, diuersarum tamen proprietatum & bonitatum productiuum est: quod in entibus creatis non fluunt, nisi a diuersis principijs formisque distinctis. Id igitur simplicissimum dei esse, uarijs nobis explicamus secundum proprietatum & perfectionum quae creatas diuersitate. Quaeque autem ad increata naturam contemplationem ex creatarum naturarum speculatione consurgimus (in creatis autem uidemus distinctas proprietates & effectus distinctos a principijs causalibus formaliter differetibus emanare) hinc causales res creatarum perfectiores diuino esse sub quibus distinctio attributionis. Veritatem ipso res ordine eruditum & diuine simplicitatis notionem habent res, scimus huiusmodi distinctionem in deo non esse, nisi secundum rationem & modum nostrae mentis. Eadem uoluntatem & intellectum cernimus summam res creatarum fore perfectiores. Vnde elicimus eas primo principio inesse oportere. Voluntas autem actus sunt, desiderare, amare & impetare: Intellectus uero, agnoscere, sapere & ordinare. Ipsum ergo diuinum esse intellectum

Prouidentia triplicem Platonem posuisse.

Dionysius.

Voluntate & intellectus actus.

dicitur, quia omnia contemplantur, distinguit & ordinat. Rursum uoluntas uocatur, quoniam seipsum & omnia que condidit amat, & cuncta libere producit. Ostensum nempe est ante, processionem uniuersa a primo agente libera & sapientiale fore. Ex his autem perpendi potest, qualiter diuersimode de dicimus deum agere per intellectum & per uoluntatem: Per intellectum quippe causa dicitur, quoniam omnia in seipso distinguit & ordinat, sicut & artifex dicitur practico intellectu causa artificiali: Per uoluntatem uero dicitur causa secundum quod hangentium praconcepta ordinationem imperiali potestate exequitur eam amans & manutenuens. Praeterea saepe probatum est, deum omnium causam fore efficientem, exemplarem & finalem. Est autem exemplaris causa in eo, quod singula proprijs rationibus condit: hoc uero pertinet ad intellectum, ut ita operata praedeterminet. Est itaque deus per intellectum producens omnia in quantum exemplaris causa: per uoluntatem autem, secundum quod effectiuum principium. Amplius, intellectus nil producit ad extra nisi per uoluntatem: quoniam nil facit intellectus nisi propter finem. In omni ergo suo opere transeunt, intendit & appetit bonum & finem sui operis. Intendere uero & appetere bonum, sunt proprii actus uoluntatis, cuius obiectum, est bonum apprehensum: non fit ergo executio operis nisi per uoluntatem: cui concurren ferri in bonum apprehensum. At uero, deus seipsum conspicit, contemplatur se pura ac incoercibiliter fore bonitatem: unde & agnoscit se summe comunicabile, sui que diffusiui esse. Ex cognitione autem oritur amor. Amat ergo se sicut in finem, & sui maxime diffusiui bonum. Est quoniam non necessitate naturae causat res, iccirco uult se diffundere. Quoniam autem haec uoluntas sapientialis est, ordinat & distinguit operanda.

Articulus LXXX. An rerum uniuersitas a primo agente simul producta sit.

Ex praedictis quippe palam est primum principium res producere per intellectum tanquam exemplarem causam: & per uoluntatem sicut per causam effectiuam. Cumque pateat, deum omnia simul & intelligere & uelle, cum nulla prorsus sit in eo uicissitudo, elucet, omnia simul facta esse. Dum autem dico omnia, non intelligo omnia secundum numerum, sed secundum speciem. Praeterea, haec quatuor, intelligentia, orbis, tempus & materia, ab omnibus philosophis ponuntur coaequae, i. simul existentia. Quae autem quatuor haec creata sunt, constat ea simul facta esse. Non est autem possibile secundum philosophiam, esse materiam sine forma, aut tempus sine generabili & corruptibili: semper ergo fuit materia huius mundi informata. Aut ergo forma mixta, aut elementis: si mixta, ergo praerant elementa secundum ordinem naturae & originis: si uero habuit tantum formam elementis, sequitur inconueniens. Motus enim caelestis facit generationem & corruptionem in hoc mundo, non autem potest generare perfecta entia sine concursu particularis agentis: non enim sol et motus caeli generarent formam equi aut equum sine cooperatioe huius equi: & ideo dici solet, quod necesse sit in qualibet specie duo supposita simul producta fuisse: quod de his ueris esse, quae perfectam naturam habent: Quae namque ex pure factioe generant, uirtute caelesti imperfecta sunt & ceteris imperfectiora. Ea quae in uno indiuiduo saluantur, quauis corruptibilia, a praedictis demunt: non ergo potest esse motus caeli sine generabilibus & ipsis etiam elementis: sunt itaque omnia simul facta. Adhuc, in causis caelestibus inter se & ad particularia agentia, generabiliaque specierum ponit essentialis subordinatio in causando: sicut homo subordinatur soli sine quo nunquam generaretur: sicut nec sol generat hunc hominem sine cooperatioe homine: sol autem subordinatur motorum motor uero causae primae. Impossibile est autem eorum quae essentialiter subordinantur, unum esse sine alio: sicut enim sine altero alterum non causatur, sic nec existit. Causare nempe, & mouere, & imprimere in hunc mundum, est essentialis actio & quasi uita quaedam orbibus & motoribus caelorum secundum Aristotelem: & ideo inseparabilia sunt. Praeterea, uirtus quo plus fuerit unita & simplicior, eo causalior est & ad plura se extendens. Diuina autem uirtus simplicissima est & fons uirtutum: omnium ergo est simul productiua. Nec uideat cur esse in creatione res uicissitudo aut temporis interuallum, cum plus uideat congruere unitate & simplicitati uirtuti plura simul producere, quam uicissitudinatum. Amplius, primum agens optimum est, & finis creatiois res est diuinae bonitatis relucetia & assimilationem quandam participare sicut ante demonstratum est: optimi uero agentis est pulcherrimum & perfectissimum opus producere: quod potius contingit, si omnia sint simul facta quam non. Rursum, plenius respicendum ab origine in mundum constitutione diuina perfectio, si cuncta simul condita ponantur. Haec denique secundum philosophiam dicta sunt. Si uero quis dicat, ab uno simplici & uno eodemque modo se habente, non possunt plura immediate procedere, ut Albertus refert dixisse Aristotelem, Alphonsum, Auicennam, Algazelum & Auerrorim: adiiciens hanc propositionem a nullo unquam esse negatam nisi ab Auicembron: primum autem omnino incommutabile est & simplex: non igitur bene traditum est, omnia simul facta esse ab illo. Sed dicendum,

Voluntas propria actus qui sunt.

Ostendit.

Respondet.

uerum hoc intelligendū esse, q̄ plura non fluunt à primo immediate, id est sine ordine: et si nanq; mediatio ordinis in emanatibus: & sic saluatur Aristoteles. Si uero sic intelligatur, q̄ à primo non procedunt plura nisi mediante secundo causante, ut scilicet secunda intelligētia dicatur à primo ente produci non immediate sed per primam intelligentiā, sic omnino falsum est: & hoc modo Auicenna intellexit ipsum. Vnde recte negatum est uerbum illud ab Auicebron in Fonte uitæ, secundum hunc intellectum.

Articulus LXXXI. Q̄ necesse sit uniuersorum distinctionem & ordinem, in diuinam sapientiam tanquam in fontanam originem reducere.

Auicennæ signum.

Quod equidem nil facit nisi ad rationē & formā operati respiciens, si plura producat, in perfectionibus distincta specie & natura diuersa, ordinē illis largitur: format enim singula proprijs rationibus. Omnium autē quæ creata sunt, est deus immediata causa ut sepe habitū est: quamuis huius oppositū finxerit Auicenna, cōcedens secundis agentibus uim creatiua: propter quod ordinē & distinctionē uniuersi reduxit in ordinē secundorū agentium, quemadmodū supra de eo recitatu est. Deniq; multipliciter iam explanatū est, primā causam cuncta distinctis rationibus & intelligere & causare: omnibus ergo ordinē impressit. Præterea, uniuersali & primæ omnium causæ est intendere & donare id quod est bonū totius. Bonū autē uniuersi, est ordo eius secundū Philosophum 12. primæ philosophiæ: imō ut probat Dionysius, Bonū uniuersuiusq; in suisq; ordine eatenus consistit, ut peccatū seu malū aliud non sit, nisi recessus ab ordine: & ordinis ergo causa est primū principium. Præterea in microcosmo, qui secundū Platonē in Phædone, est exemplum macrocosmi, cōspicimus aliud esse bonū partium, & aliud totius: & hoc in omnibus naturalibus patere potest: bonū quippe totius, cōsistit in debita habitudine & diuersitate partium inter se: ad totū: quoniam non cōgrueret homini, si tam nobilē harmoniā haberet manus, quæ est organū organorū: & ut ait Philosophus, instrumentū practici intellectus sicut oculus habet: sic ergo est & in uniuerso: ut uidelicet bonū eius sit species: ordo & naturæ debita habitudo: dicere uero tale bonū non procedere ab optima causa, irrationabile est: imō sicut qui hominis causa est, distinctiōis quoq; & ordinis organorū est factor: sic qui mundi nam machinā finxit, ordinē ei influxit. At uero in artificialibus, quæ secundū Philosophū naturalia ut ualent imitantur, idē cernimus: Non enim esset perfecta domus, si partes eius uniuersæ æqualis perfectionis forent: ad perfectionē itaq; mundi, naturæ ordo requisitus est. Amplius, ad hoc instituta est (ut Plato ait) mundi molitio, ut entia quæq; iuxta proprias capacitates diuinæ beatitudinis forent capacia: cui omnes posteri consenserunt. Nam modo præinductū est, reuoluentiā diuinæ perfectionis esse finalē causam creationis. Diuina autem perfectio, non tam plene resplendere potuit in uno ordine aut re: æquali dignitate, sicut in multiformibus entium ordinibus, & diuersis perfectionū gradibus: quod enim est in primo, est in eo uniuim, simpliciter & perfecte: secunda autē nō nisi per modū multiplicem & compositū, possunt capere huiusmodi diuini esse perfectionū ordinē: ergo decuit uniuerso largiri ab opifice eius. Adhuc, gubernatio, causalitas & dominium non inueniuntur nisi inter distantia in dignitate. Si ergo omnia eiusdē essentialis perfectionis creata forent, non inuenirentur hæc perfectiones in secundis. Primū autē est causa, rector & dominus. Nisi igit esset re: ordo, non assimilarentur res deo in eo quod est causare, regere et dominari: quæ tamen sunt diuiniore participationes. Itaq; non esset perfecta diuinæ perfectionis relucētia in uniuerso, quod non conuenit: quoniam omne agens similitudinē sui intendit inducere in effectū. Amplius, creationi nil prorsus subternitur: nihil autē nequit fore ordinis causat nō ergo potest prima ordinis origo fore ex parte secundorū: quicquid enim in illis est, productum est: solus ergo summi opificis sapientialis intellectus est ordinis singula: præsertim cum dicat Aristoteles, sapientis est ordinare. Denuo, in hoc q̄ prima causa res tam dissimiles, et tam distantes, tam indigentes, et tam instabiles in dissolubilibus connectit ordinibus, regens, prouidens et manutens ea, uidetur potentia et sapiētia eius Lympidius relucere, si omnia essent unius speciei & gradus: ob relucētia igitur diuinæ perfectionis lucidus entibus imprimendam, necessarius erat entibus ordo: in quo elucescit error Origenis & Auicennæ. Origenes nempe, ordinem re: ex diuersitate meritorū & demeritorū, rationaliū creaturarū dixit originaliter prodixisse: de cuius positione posterius determinandū est: et quid Auicenna dixerit, iam patuit. Si autē quis inestet, quoniam Proclus et autor libri de Causis, dicunt primā causam esse, et operari, et influere omnibus secundū unā dispositionē: dicit quippe in libro Causarū: Causa prima est in omnibus secundū unā dispositionē: non autem

Creacionis mundi causa.

Origenis error.

Obiectio.

eccluso

econuerso. Proclus insuper sic arguit: Primum agit per esse suum sine habitudine superaddita: alioqui neq; primum, neq; simplex esset: quod autem sic agit, agit uniformiter & semper, quoniam per propriæ naturæ bonitatem immediate agit: & sic indifferenter habet se ad omnia: non igitur distinctionis & diuersitatis, in quibus ordo consistit, poterit esse causa. Adhuc, his uidetur consentire Dionysius: ait enim q̄ sicut sol iste sensibilis, diuinæ lucis euidentis imago, totusq; lucens & lucidus, his quæ suæ illustrationis capaciora sunt, ampliorum lucis influit communicationem, sic sol iste intelligibilis cuncta illustrans, omnibus uniformiter superexpanditur & influit: sed illuminata non eodem modo ipsum participant: non ergo ex parte primi, sed recipientium erit distinctionis ordo. Adhuc, idem Dionysius ait deum omnibus æque immediatum esse, licet non omnia sint illi æque immediata. Rursus, distantiam secundorū à primo uicissim inuicit ordinis rerum causam esse: non igitur primum erit ordinis fontana origo, sed secundorū possibilitates. Ad plenitudinem ergo intelligentiæ præhabitorum, declarandum est ex doctrina Procli, Dionysii, Authoris libri Causarū & Aristotelis atq; Platonis, primam causam fore ordinis uniuersorum fontale principium & causalem institutorem. In Commento equidem Theorematis 133, ait Proclus: Etenim proprietates diuina distinxit unitates & bonitates deorum, ut unusquisq; secundum aliquod bonitatis idiomata omnia bonificet, puta perficiat, contineat aut custodiat: unde & Plato dixit: O dii deorum, quorum idem pater & opifex ego. Inducit enim summum deū loquentem primis & separatis causis. Et post pauca legem ordinis formamq; distinctionis rerum sensibilis mundi manifestans datam & ostensam dijs deorum, à prima causa in persona opificis primi sic loquitur: Horum sementem ego faciam, uobisq; tradam: uestrum autem par exequi erit. Per sementem porro, formas & bonitates causatorum intelligit (ut Calcidius exponit) Rursus Theoremate 144, ait Proclus: Omnia entia & omnium dispositiones intantum processerunt, in quantum & deorum ordinationes. Et in Commento addidit: Etenim dii entia secum produxerunt: & nihil possibile erat subsistere & mensuram & ordinem sortiri extra deos. Manifeste itaq; docet primum agens esse primordiale ordinis fontem. Insuper author libri Causarū ait, primum omnia regere ut nunc prædictum est: regens uero ordinat recta, porro cum dixisset Aristoteles, A' primo quidem ente omnibus deriuatum est esse & uiuere, addidit: his quidem clarius, his autem obscurius: in quo utiq; datarum ordinem bonitatum confiteretur à primo procedere. Enim uero duodecimo Metaphysicæ dicit, naturalia entium desideria unum principem exigere: entia nanque non sunt male disposita: pluralitas uero principum mala: naturalia ergo entium desideria naturaliter conuertitur fatagunt, & student coniungi primo principio: sed unumquodq; ad id conuertitur à quo procedit, sicut causatum ad causam: præsertim cum ostensum sit res non dependere à primo, neq; necessario conuerti ad ipsum, si non ab illo, sed à seipsis esse habeant: quod enim res habet à seipsa, quomodo indiget alio extrinseco pro illo? Primum ergo entium desideria distinxit & impressit: unde & primum ens dicit esse finalem causam orbium & motuum atq; motorum illorum. Finis autem est causa ordinis eorum quorum est finis. Deniq; Dionysius ait: Diuina sapientia fines primorum coniunguntur principijs secundorum & econtrario: diuina ergo sapientia ordinis primorum & secundorum causa est. Rationum denique præinductarum solutio ex his quæ subtiliter ait Auicenna, patebit: Primum nanq; (ut dicit) triplici influenza influit omnibus, utpote influentia constitutionis ad esse: & hoc facit in quantum efficiens causa influentia illustrationis ad agere, & hoc ut formalis seu exemplaris causa: sic enim distinxit creata dans cuilibet propriam formam. Formæ uero, & agere & mouere secundum Aristotelem & Aueroiōm, & influentia reductionis ad primum fontem: quod facit secundum quod finalis causa. De secunda autem & tertia influenza intelligenda sunt omnia quæ in instantijs opponebantur: quia etenim in illis ponitur stramentum suscipiens diuinas influxiones, ideo dicitur primum principium indifferenter se habere ad susceptacula. Veruntamen de ratione illa Procli quæ posita est, cito erit inquisitio. Deniq; distantia dicitur ordinis causa non nisi ut signum, non autem ut efficiens: distantia nanq; imperfectum quid & priuatio quædam est.

Dionysius.

Monarchia laudatur.

Articulus LXXXII. Quemadmodum ab æterna & incommutabili uoluntate, possit recens & temporalis actio emanare.

Tota

Boethius.

Tota porro & Platonice & Peripateticorum schola æternitatem mundi intro duxit: ne in terminis fiat difficultas, dum mundū æternū asserūt, aliud nō lunt dicere nisi q̄ semper fuerit quando eius causa fuit: sic q̄ non sit determinatū & finitum tempus assignabile durationis eius. Si uero æternum dicatur in termini nabilis uitæ tota simul perfecta possessio, constat dūtaxat diuinū ens æternū esse. Sic namq̄ quinto de consolatione dixit Boethius: q̄ quamuis mundus sine temporis initio fuisset secundum positiones Platonis & Aristotelis, non tamen esset deo coæternus. Aristoteles de niq̄ in principio octauū philosophicæ manifeste ait, mundum, motū & tempus æterna fore: quam positionē Aristoteles agnoscit se non posse demonstrare, dum in Topicis dicit problema de æternitate mundi, esse problema neutrum, id est, ad utranq̄ partē probabile. Auerrois autem Commentator, putabat se æternitatem mundi demonstrare posse. Nūc ergo subtiliores meliorū philosophorū rationes tangendæ sunt. Quod agit per esse & per propriam essentiā, agit per naturā: essentiā enim entis, est natura eius. Quod aut agit per naturam, agit uniformiter & semper, quia actio naturæ est secundū quod ipsa est. Voluntas autē agit non secundum modū esse sui, sed propositū: quod ergo agit per naturā, illi natura est ratio agēdis: oportet ergo ut operatio sequatur modum essendi seu naturæ talis agentis: primi autē natura in eadem sui esse dispositione semper existit: est ergo primo semper eadem & omnino indifferens ratio agēdis, si per naturā & esse suū agat: agit autē per esse & naturā sui. Quoniam enim simplicissimū est, sibi cōpetit agere secundū quod ipsum abiq̄ omni uidelicet appositione ad esse & naturā eius: quod uero cōpetit rei secundū quod ipsum, inseparabile est, ut primo Posteriorū demonstratū est. Primum ergo sempiterna suæ lucis diffusionē mundū condidit. Et hæc ratio ex doctrina Platonis oritur, & à Proclo multipliciter deducitur. Adhuc, natura primi entis est lumē, bonitas & actus essentialis autē lucis actio, est sui diffusio. Bonum quoq̄ ex propria natura est sui communicatiuū: primo ergo naturale est se diffundere. Quod uero naturale est, inseparabile est: & hæc ratio cum ea quæ ante posita est in articulo positionis Auicennæ de creatione rerū, uidetur Alphorabiū, Algazel & Auicennā induxisse, ut ponerent æternitatem mundi. Præterea, causalis diffusio summa perfectio est nam ut sexto Metaphysicæ ostendit Aristoteles, ea quæ semper causant, meliora sunt frequentius causantibus: & hæc meliora sunt his quæ raro causant. Primum autem optimum est ipsi ergo cōpetit sempiterna rerū causatio. Adhuc, quod quandoq̄ causat & quandoq̄ non causat, seu quod sic causat nunc quod non ante, est quandoq̄ in actu uidelicet dum causat: & quandoq̄ in potentia anteq̄ scilicet causat: quod autē dum quandoq̄ in actu, quandoq̄ uero in potentia est, melius habet se dum in actu est quàm dum in potentia est. Actus namq̄ est perfectio potentie: & potentia est propter actū. Primum autem semper in optima sui dispositione subsistit: semper ergo rerū causa est, & non nunc, & non ante. Nec sufficit si quis dicat non fuisse ante & ante, priusquā mundus fieret. Ratio enim inquit, q̄ non sit dandū determinatum tempus exitus diuine potentie in actū creationis: & hæc rationes uidentur mouisse Aristotelē. Sed in octauo physicorū arguit ad idē: quia si mundus incepisset, esset dare motū priorē primo motui: & q̄ deus sine mutatione sui non potuisset produxisse mundū de nouo: quia quod non semper agit, mouetur per se uel per accidens: habet enim se aliter ante quàm tunc quando agit: aut non potest responderi cur potius in hoc nūc quàm in alio operari placuit: idem enim in quantum idem, natū est facere idē: & à causa eodē modo se habent. proce dit semper idem effectus quantum est ex parte agentis. At uero, uoluntas non retardat suum opus nisi ratione alicuius quod non adest sibi: si enim omnia assunt ei ante quā operetur, quæ tunc assunt quando operatur, semper uniformiter ageret. Si ergo retardet suū opus, hoc est quia aliud expectat in futuro: hoc autē expectatū, est uel ex parte agentis, quia uidelicet non dū adest sibi perfecta uirtus: aut quia nondum remotum est prohibēt: uel ex parte alicuius extrinseci scilicet optimi temporis, aut eius coram quo fiat actio: deus autem in agendo perfectus & indefectus est: non ergo ex parte ipsius fuit delatio. Rursus, ex parte temporis non est dilatio, uel alicuius tunc aut nunc expectatio: agens enim non præeligit unum alteri nisi ratione eminentie eius præ aliorū: eorū autem quæ non sunt, unum non præeminet alteri: sed ante constitutionem mundi sola æternitas erat: non ergo præelegit deus in hoc nunc potius quàm in alio, quod constituere poterat mundum producere. At uero, uel ab æterno potuit & uoluit creare mundum, aut potuit sed noluit: aut uoluit sed non potuit. Si potuit & uoluit, ergo ab æterno fecit. Si potuit sed noluit, postea uero uoluit, mutatus est à nolle in uelle. Si uoluit sed non potuit, impotens fuit, si autem quis respondeat dicens, ab æterno

æterno uoluit tunc facere quando fecit: & neq̄ ante neq̄ post, & in hoc immutabilis mansit, tunc adhuc sequitur q̄ uoluit eum facere tunc, & postea noluit, & sequitur quod prius. Præterea idem est, rem fieri deo uolente & deo agente (ut Augustinus ait) sed deus non fit uolens prius nolens: ergo nec fit agens prius non agens: sempiterna igitur est rerum productio. Adhuc, inuidiæ est nolle alteri donare quod illi prodest, & danti non obest. Primum autem optimum est: ab optimo porro inuidia longe relegata est: primum igitur semper se cōmunicauit: nil enim sui danti perdit.

Articulus LXXXIII. Et est explanatio & responsio ad præacta.

E Nimero prima causa actus purus est, in qua nec materia terminans, nec potentia finiens esse potest: ideoq̄ profus in finita est. Quemadmodū itaq̄ ab infinita causa tam in esse q̄ perfectiōe & uirtute, procedit finitus effectus, sic ab æterno actore fluit recens emanatio & res temporalis. Nēpe natura & ars, uoluntas & intellectus, quatuor sunt principia rerum. Natura namq̄ ad unū determinata est: non enim libere agit, sed secundum proprietatem sui esse. Unde & ea quæ naturaliter agunt, necessario agere dicimus: sicut in igne & sole & in omni agente, citra intellectus naturalis naturæ participationē contingit conspiceret: nisi namq̄ aliunde impedimentum occurrat, natura uno duntaxat modo operatur, & in oppositum sui operis non potest. Intellectus autem non agit secundum necessitatem naturæ suæ, sed per rationem & speciem sui causati: determinat enim & discernit singula: quippe, uoluntas non secundū uolentis esse, uel secundū propositū agit. Eius igitur cuius propositum immobile est & profus liberum, non repugnat ut in æternitate perseuerans, agendorum ordinem, tempora & proprietatem instituat: præsertim cum omnia simplicissimo mentis intuitu agnoscat & disponat, sicut nunc ubertim præhabuit. Ostensum est autem, emanationem uniuersū à primo principio liberam & sapientialem fore: non ergo ipsius incommutabili simplicitati repugnat operum tempora & uicissitudines præordinare. Denuo, primum non agit necessitate nature, sed propria libertate: & per hoc prima ratio soluenda est. Platonici namq̄ dixerunt, primum agens formale agens esse, cum sit simplicissima forma omnia formans. Ideo secundum eos, ipsum largitur & diffundit bonitates secundorum in seipso & per naturæ proprietatem, sicut sol effluit lucē, & calor calorē. Nam ut solaris lucis irradiatio est dei constitutio, & quasi essentialis emicatio solaris luminis, potissime si sol poneretur substantialiter ipsum suum lumen, sic dixit Plato processionē creaturum bonitatis à prima & fontali bonitate aliud non esse, nisi essentialē emicationē diuinæ lucis: sic tamen, ut diuinū lumen proprietatē proprie hypostaseos in se retineret. Hæc autē ante multiformiter recitata sunt. Dicendū ergo Proclo & Platonis, q̄ licet primū ratione suæ simplicitatis agat per essentiā, hoc tamē est in quantum diuina essentiā est species, ratio & idea operati: Et ita ad secundā rationē dicendū est: bonitas enim & lumē in deo intellectua liter sunt: & ob id non naturaliter, sed intellectualiter operantur. Ad terciā respondendum, q̄ ipsa ueritatē habet de ea causa quæ ad causandū naturaliter ordinata est: deus uero ad nil extra se necessariā habet habitudinē: unde simpliciter summa perfectio est habere uirtutē & fecunditatē producendi omnia: & hanc ipsam fecunditatē cōmunicare secundis non semper & necessariō, sed pro agentis beneplacito. Quod enim necessariō se diffundit, non tam perfecte operatur, sicut libere se diffundens. Quoniam quidē finis creationis est, ut diuina perfectio in entibus reluceat. Perfectio uero dei super res omnes est, ut nulli obligatus sit, omnia libere conseruans & sapientialiter condens. Hæc insuper lympidius clarent in rebus creatis per hoc q̄ in tempore factæ sunt, q̄ si ab æterno fuissent: & per hoc soluta est quarta ratio. Ipsa nēpe procedit de agente naturali, & cuius perfectio dependet ex operatione. Perfectio autē uoluntarij agentis in eo consistit, ut secundū propositū sui & determinatiōnum opportuni nunc operet. Ad rationes deinceps Aristotelis dicendū, q̄ primū est mundi causa non per præuā aliā quā mutationē, sed simplicē emanationē: et quoniam dei actio est essentiā eius, non sequitur q̄ primū aliquo modo moueatur de nouo aliqd̄ creādo. Ad aliā dicitur, q̄ diuina uoluntas in eo nunc mundū produxit, in quo æternaliter id ipsum facere proposuit: igitur non retardauit opus suū, et si deus dicatur retardasse mundi molitionē. Ratio huius nunc assignata est: quoniam per hoc in entibus syncerius resplendet diuini operis libertas et inobligatio. Veruntamen, quoniam deus totius temporis causa est, non est inuē frigidū cur potius in hoc nunc q̄ in alio mundū condiderit: sed quæreere solū cōgruū, cur nūc et nō ante. Sequē quorū ratio iam soluta est: in eo etenim nūc factus est mundus, in quo factor eius id ab æterno prædisposuit. Ad aliam dicendum, quod actio dei nil superaddit agentis

Quatuor sunt principia que sunt.

Primum, quo potest agere.

agentiū deoq; non fit deus de nouo agens per præuiam mutationem, sed æternam dispositionem. Ad ultimam dicendum, q; uicissim ex alia ratione confurgit, ut dator dona sua distinet: & sic esse in proposito nunc palam est.

Articulus LXXXIII. De ordine, & numero, & natura intellectualium substantiarum secundum doctrinam Aristotelis.

Intellectualium substantiarum ordines quatuor.

Quadriformem autē ordinem intellectualium substantiarum uidetur posuisse Aristoteles: Primo constituens diuinum intellectum, quem in duodecimo primę Philosophiæ appellat honoratissimū, perfectū, simplicissimū & omnino immutabile. Secundo ponit eos intellectus, quos separatat substantias dicimus. Tertio uero ordinat cœlestes orbis, qui secundū eum animati sunt & intellectualis naturæ, uerius & plenius q̄ homo: & secundum hoc uidetur distinguere animas cœloꝝ ab intelligentijs. Non enim decet, ut substantiæ illæ quæ immediate ex purissimo diuini lucis fonte manant, corporibus uniantur: præsertim cum processus secundorū à primo fiat per similitudinem: & ob id intellectuale lumen à prima luce primę egrediens, non eatenus occūbit ut fiat corpori coaptabile & coniungibile. Quarto autē ponit racionales animas, quæ intellectus in principio sui est tanq̄ tabula rasa. Hunc ergo ordinē diuinorū ponit Philosophus. In hoc uero distat eius & Peripateticorū positio, à Platonis & Procli assertionē, q; ordinē idearū quas Platonici deos nuncupant, non ponit extra lumen primi intellectus. Rursus, cœloꝝ demōnū & calodæmonū & catodæmonum ordines, quos Socrates & Plato cum stoicis, & post eos Apuleius & Porphyrius statuunt, nec aperte reprobant, nec palam admittit. Albertus tamē refert, q; in magna parte illis assentit. Deniq; numerū substantiarū separatatarum inuestigās, multitudinem substantiarū separatatarū parificat motibus cœloꝝ, ut sint tot intelligentiæ motrices, quorū sunt motus in cœlestibus. Probantē, non posse esse substantias separatatas præter motus qui in cœlis sunt: quoniam motus cœloꝝ ordinantur in substantias separatatas sicut in fines. Si ergo sunt substantiæ separatatæ præter illas quæ numeratæ sunt, essent aliqui motus in eas ordinati, aliter essent motus imperfecti. Hæc autem ratio (ut ipsemet in textu cōfiteretur) non est demonstratiua, sed probabilis. Vnde cum intelligentia sit finis cœlestis motus, nō potest necessario concludi numerus intelligentiarū: ex numero moruorū: quoniam in his quæ sunt ad finem, necessitas sumitur ex parte finis, ut secundum Physicos idē ipse docet.

Aristoteles nō exatē omnia quæ pollicetur, docuit.

Porro, naturā intellectualiū substantiarū, & multa quæ in diuersis suis libris tractanda promisit, non plene determinauit. Nam in 1. Metaphysicæ, secundum famosiores sui temporis opiniones in maxima parte loquitur. Vnde conicitur eum nō cōsummasse suā Metaphysicam morte forsan præuentus: aut certe si perfecit, hoc translatio nō edocuit. Intantum tamen ostendit, q; deus sit ens in quo nulla materia, potentialitas nulla, nulla etiam perfectio nis carētia esse potest. Vnde uerissimā & profundissimā cōclusionem intulit dicens, q; deus sit actus purus: quod nō est aliud dicere, q; ipse sit ens cui omnis inest nobilitas, & totius esse plenitudo. Quippe, deū nō docet esse efficientē causam latēdis alicuius orbis, sed finale omnium motorū, & moruorū, & mobiliū causam ponit primum intellectū, qui omnia mouet, quem admodum desideratū & amatum mouet desiderii seu amantē: sic q; propter primum ens, omnes illæ supermundanæ mentes, cœlestes orbis & ipsorū motus, moueant & agant, seu agantur. Vnde rursus infert, q; ab hoc ente dependent cœlum, terra, & tota natura uniuersa: sine enim amoto, omnia auferūtur. Enim uero, cum omnia desideria naturaliter tendant in ipsum sicut in finem finium, signū est q; entia naturaliter appetūt bene disponi, sed ut in libro de Cœlo & mundo dicit, deus & natura nil faciūt frustra: hinc necesse est, ut res non frustrantur hoc appetitu. Cernimus autē, q; pluralitas principum mala sit: concludit ergo Aristoteles: Vnus igitur princeps, qui est deus benedictus & sublimis. Denuo, diuinum intellectū ait prorsus incommutabile: & ideo infert, q; uita eius sit æterna, in superexuberantia sui gaudij perfecta plenitudine, neq; uicissitudine, neq; interruptionē sustinēs. Addit quoq; q; nihil extra se intelligat: quod accipiendum est sic, q; eius intellectio nō dependet neq; caulatur ab extrinseco obiecto. Præter ea ut septimo Ethicorū & secundo Cœli docet, quo natura est simplicior, eo est simplicioris actiōis: & quo fuerit primo uicinior, eo in cōmutabilior est. Vnde elicit, q; primum gaudet & uiuit unica simplicissima actione, quæ est simplicissima æterna contemplatio: quo substantia aliqua intellectualis fuerit ipsi uicinior, tanto paucioribus motibus coniungitur ei & felicitatur in eo. Vnde prima intelligentia unico actu fertur in ipsum, & immediate suscipit bonitates ab ipso: cæteræ uero secundum ordines suos: nam & una illustrat aliam. Introducit equidem, q; primum cœlū ratione animæ suæ

suæ sit omnium formarū huius mundi causa: quod de illis formis uerū est quæ educuntur. Intellectus enim est ab extra, sicut in libro de animalibus asserit: & addit, q; ipse sui corporis, sit corporis huius mundi causa: oportet etenim mundū hunc contiguū esse lationibus superiorū, ut tota eius uirtus inde gubernetur. Intellectus equidē non est uirtus mundana, sed diuina (ut decimo Ethicorū ait Philosophus) ideoq; non regitur motibus cœloꝝ. At uero, has substantias intellectuales ponit immobiles, cum sint immateriales & inalterabiles, quoniam (secundum Auerroem & aurotem libri Causarum) intelligentia uniformi & æterna receptiua, recipit diuinæ bonitatis immisionem, & superioris intellectus illustrationem. Huiusmodi igitur philosophiam de natura diuinorum tradidit Aristoteles, dux utiq; Peripateticorum & Philosophorum princeps.

Aristoteles.

Articulus LXXXV. De diuersitate quæ est inter Platonicos & Peripateticos ex parte una, & Peripateticos inter se, de numero animarū nobilium & intelligentiarū.

Etenim (secundū doctrinam Platonis) orbis cœlestes animati sunt: ait enim in Timæo post quæ dā illic præinducta: Ex quo apparet sensibilem mundū animal esse intelligens diuinæ prudentiæ functionē. Nedū autē cœlos ponit animatos, sed & stellas & planetas appellat diuina, intellectualia & immortalia animalia. Asserit nāq; stellas non motu sphaeræ, sed proprio motu moueri per ipsum orbem, sicut auis per aërem. Meant enim inquit stellas in cœlo. Ideoq; secundum eum tot sunt animæ nobiles, quot cœli & sydera. Hanc uero opinionem conuicit Aristoteles falsam esse. Nec etiam scripturæ sanctæ consonat, quæ cœlos solidissimos quasi ære fusos nuncupat. Porro secundum præinducta constat, q; Aristoteles non parificat intelligentias animabus cœlestibus, sed motibus cœloꝝ. Pōnit quippe numerum motuum cœloꝝ, seu etiam intelligentiarum (ut quidam textus habet) circa quin quaginta quin q;. Sic enim Calippus & Eudoxus tempore suo in Astronomia famosi, numerauerunt orbium lationes. Idē nāq; orbis motus plures habet: & planetæ quidē multos habent motus: sed & planetas & astra omnia ponit orbibus infixas: & cœlos pōit nō posse scindi motu stelle. Auicēna autē & Algazel, & Autor libri Causarū, constituūt numerū intelligentiarū secundū numerū animarū & orbium. Nam in lib. Causarū dicitur: E non numerant animæ nisi per modū quo numerantur intelligentiæ. Auicēna tamē ponit intelligentiā unā post cœlū lunæ, quæ secundū eū est dator formarū: à qua formæ quæ in materia sunt emanant: omnes enim formas & etiā rationalē animā ponit creati & fluere ab hac intelligentia, quæ præest specie actiuorū & passiuorū: & sicut ille ait, illustrat semper animas nostras. Hi ergo dicunt cuilibet orbi seu planetæ, non necessarias esse tot intelligentias quot habet motus: sed cuilibet orbi appropriant intelligentiā unā, per quam sit cœlestis anima capax luminis, & formarum à primo procedentium.

Plato.

Iob 37.

Articulus LXXXVI. De qualitate modi intelligendi specierum intelligibilium, & illustrationis intelligentiarum adinuicem.

Ea autem quæ primo enti uiciniora sunt, maioris unitatis sunt, & in perfectione illi propinquiora. Ostensum uero est, diuinū intellectum omnia distincte & plene intelligere, intellectu utiq; practico, qui intellectorū cōstitutiuus est: intellectus nāq; cognoscit quæ producit. Quo ergo intelligentiæ fuerint primo uiciniores, eo in modo & perfectione intelligendi erunt ipsi similiores. Et quoniam practico intellectu intelligunt & producant inferiora, distincte cognoscunt ea: operatiuus nāq; intellectus perficitur per accessum ad singularia: nam suppositorum est agere & pati secundū Philosophū. Adhuc, obiectum intellectus separati est ens intelligibile, quod comprehendit sensibilia & separata, aliter non cognoscerent naturā, & ordinē, & consistentiā uniuersa: & sic nō essent perfecti in naturali perfectione: sed intellectus, qui ab origine sui est in actu & naturali perfectione cōpletus, cognoscit omnia quæ sub obiectu suo cōprehendūtur. Intelligentia autē à principio semper in naturalibus eque perfecta est: cognoscit ergo orbis tanquā operatio nis suæ instrumenta & formas huius mundi, sicut à formis quæ in ea sunt procedentes: materiam uero, sicut stramentum cœlestis influentiæ, & formarum susceptaculum. Vnde Boëtius ait, q; formæ quæ in materia sunt, ex eis formis quæ sine materia sunt profuixerunt. Propterea Plato appellauit primum opificem patrem, formam autem prolem: Materiam uero materculā: & hoc ponit Auicebron. Adhuc, formæ quæ in lumine intelligentiæ sunt, ab idealibus formis diuini intellectus immediate emanant: ideo necesse est ut illis formis maxime assimilentur. Vnde patet q; formæ intelligentiarum causales sunt, & non dependent à rebus, sed causant res sicut forma artificiatū, quæ in mēte est artificis est causa formarū,

gg quam

quam inducit artifex in materiã: & igitur, sicut per uniuersales formas cuncta producunt, sic & agnoscunt: quæ tamen agnitio non oritur neq; occidit cum his que gignuntur & dis-
 pereunt: quoniam sicut deus in ipso momento æternitatis omnia uidet, sic in ipso æuo intel-
 ligentia. In ipsis enim causalibus intelligentiã formis reuocent quæ per illas producibilia
 sunt. Veruntamen non oportet q; omnia simul uno actu intelligat, quia non omnia una spe-
 cie agnoscit: hoc nempe diuinæ menti duntaxat congruit, quæ penitus simplex est. Quo-
 niam enim secundum Philosophum intellectus in actu & intellectum sunt unum, idem autem
 rem non est simul multa, intellectus non intelligit actu nisi ea quæ per speciem unam repre-
 sentantur. Præterea, intellectio est quæ dã actio: & ideo terminatur ad aliquid unũ. Omnia
 enim quæ una specie representantur, in specie illa unum sunt & unitim conspiciuntur. De-
 niq; ad intellectu nostrũ formæ intelligibiles ueniunt à rebus, & causantur ab illis: & ob id
 est pene opposita conditio formæ, quæ in separatis mentibus & in mente nostra sunt. Il-
 læ nepe mentes per uniuersales formas singularia & cuncta agnoscunt: non autem mens no-
 stra. Porò, primus intellectus una forma quæ est ipsius essentia uniuersa contemplat. Ob
 hoc, quo intellectus creatus fuerit ei propinquior, eo formæ minus multiplicatur in eos sed
 manent uniuersaliores, quia simplæ manentes in plurium notionem inducunt. Hinc etenim
 dicitur, q; una specie intelligit intelligentia genus, speciem & indiuidua, & intellectus earũ
 discursiuus non est, sed in causa uidet effectum & e contrario: non tamẽ oportet quod una
 specie agnoscat separata & coniuncta. Hęc equidem ex testimonijs Procli & Autoris libri
 Causarum elucescunt. Proclus enim Theoremate 177. sic ait: Omnis intellectus plenitudo
 ens specierum, hic equidem specierum uniuersaliorum, hic autem particulariorum est con-
 tentiuus. Et rationem ponit in Commẽto: In superioribus nanq; est uirtus fortior, uiualior
 & incontractior: ideo per pauciora agunt. Et in libro Causarum sic scribitur: Omnis intelli-
 gentia est plena formis: ueruntamen ex intelligentijs sunt quæ continent formas plus uni-
 uersales: & ex intelligentijs sunt quæ continent formas minus uniuersales. Enim uero, de
 illuminatione unius intelligentiæ ab alia hoc uerum: quia quod in corporalibus facit situs,
 agit in spiritualibus ordo. Vnde sicut in corporibus quod luminosus est radius diffundit
 ad situatiter ei obiecta: sic superior intellectus confortat & augeat lumẽ inferioris. Amplius,
 inferior intelligentia mouet ad formam superioris, sicut & suprema ad formam primæ cau-
 sæ: ideo in libro Causarum dicitur, quod intelligentiæ inferiores proiciunt uisus suos in-
 tellectuales, & intelligentiales uultus ad lumina superiorum. Inferiora enim conuertuntur
 ad superiora: sic igitur una illustrat aliam. Denuo, in ordine omni est quidam coordinato-
 rum contactus (secundum Isaac) semper enim secundum subsistit in umbra primi. In separa-
 tis autem spiritualis est contactus iste, per hoc quod superior intelligentia inferiorẽ con-
 cludit & uirtute continet: inferior uero superiorẽ contingit quasi eam cupiens. Per hęc
 ergo modum una applicatur & unitur alteri. Veruntamen diffusio & communicatio ista in-
 tellectualis luminis unius intellectus separati super alium, naturalem ipsorum ordinem se-
 quitur: & ideo uniformis & perpetua est secundum philosophos.

Proclus,

Isaac,

Aristoteles.

Articulus LXXXVII. De similitudine intelligentiæ ad cau-
sam primam.

OMne proinde producens similia sibi, antè dissimilia constituit, si fuerit plurimum
 & in specie differentium causa. Omnis nãq; (sicut in exordio libri huius dictum
 est) processus secundorum à primo, & conuersio eorundem in primum per simi-
 litudinem efficitur utrorumq;. Præterea, effectus sunt in causis uirtute & causalitate
 rate: aliter nunq; procederent ab illis. Veruntamen sunt in illis secundũ modum non pro-
 prium sed causarum. Necessẽ est ergo effectum assimilari causæ. Adhuc, conuersio caulato-
 rum ad causalia, principii aliud non est nisi appetitus copulandi illis, quoniã omnia cupi-
 unt perfici. Perfectũ uero est unumquodq;, cum ad sui principium redierit, sicut in octauo
 Physicorũ dixit Aristoteles: appetitus autẽ fit ratione similitudinis secundũ Boethium: &
 ideo omnia bona sunt, quia bonum est quod omnia appetũt. Vnde etiã Plato & Dionysius,
 qui ordinant bonũ ante ens, dicunt q; materia sit bonũ quia appetit formã: sicut turpe bo-
 num & femina masculũ. Non est autẽ materia ens secundũ eos: est enim potentia pura: nã
 omne esse est à forma: materia uero creata est in umbra formæ, & prope nihil potentia pura: nã
 gustinum. Nunc ergo innotescit, causata causis esse similia: cuius etiam signum est, q; natu-
 raliter unum diligit aliud. Constat rursus primo causata & causis propinquiora, etiam illis
 conformiora fore: hoc nanque ordo rerum postulat. Quoniam igitur prima causa est
 lumen

lumen purum & incircumscriptũ bonitas infinita & uirtus uirtutũ, id quod primo ab hac
 causa procedit, erit ei similitimum. Nec enim decet (ut Plato ait) præstantẽ & superpulchram
 diuinitatẽ optimumq; per se opificẽ producere quicquã, nisi pulchrũ & nobile: incompara-
 bilitatq; pulchritudine & decore stipatũ est & perfectiõe fulcitũ primum & summũ huius
 causæ causatũ, quod est intelligentia. Oportet deniq;, ut in intellectuualitate, & simplicitate,
 & immobilitate, sit primo propinquũ: præsertim cum ad hoc sit apud Platonem infirmita
 mundi molito, ut singula iuxta sui capacitatẽ diuinæ beatitudinis essent susceptiua. Quippe,
 cum ob hoc sit mundani operis machina à summo agente fabricata, ut diuinæ bonitatis
 plenitudo in entibus resplendeat, intellectuualis autem proprietates excellentissima est: ob id
 ordini uniuersorum congruit, ut in summo rerum cardine intellectuuales substantiæ ponã-
 tur. Vnde & decuit, ut hæc deiformis bonitas, præ ceteris diuinis donationibuslympidius
 & redundantibus in rebus aliquibus resultat. Prima ergo creata substantia uehementem ha-
 bet diuinæ naturæ assimilationem. Propterea equidem Dionysius ait huiuscemodi intel-
 lectus deatō animos, & deificatas mentes: & supremi inter eos ut ait, sunt quasi in uestibulis
 deitatis collocati, & diuinis luminibus superreplentur. Deniq;, cum omne agens inten-
 dat similitudinem sui causato influere, perfectus factor perfectam utique similitudinem sui
 impressit summo suo effectui: Hinc etenim dici solet, q; omne creatum est radius quidã pri-
 mæ lucis. Nam & effectus omnis, est participata quẽdam similitudo suæ causæ. Ex his igitur
 rationibus & principijs Auicenna Platonicos sequutus, ait primum intellectum à diuino
 intellectu immediatẽ emanantem splendorem, radium, riuulum & imaginem esse diuine
 mentis. Platonici nempe tres statuebant primas & ceteris superexaltatas naturas, ut po-
 te diuinum intellectum & uisũ, quam dicunt primam intelligentiam, & animam mundi. Por-
 rò, quoniam ratio fecunditatis est bonitas, sicut prima causa est fons bonitatis, sic & omnis
 fecunditatis est ipsa fontana origo: ideo primam causam posuerunt Platonici paternalem
 & omniũ paternũ fontẽ: & igitur mirũ non est, si primã intelligentiã dixerint proleẽ & uer-
 bũ paternẽ mentis seu diuini intellectus. Omnia enim creata sunt uerba quẽdã diuini cõce-
 ptus. Veruntamen arbitrandũ non est, q; Plato uel Auicebron aut ceteri, qui talibus appella-
 tionibus uisũ sunt, in explicatõ emanatõẽ primũ intellectus, qui à diuino intellectu prime
 fluit, uoluerint seu ualuerint explanare super benedictã & super ineffabilem trinitatẽ: quanq;
 propter communionẽ nominũ quidã principia doctrinæ ipsorũ aut ignorantẽs, aut non fa-
 tis attendentes, æstimẽt personarũ trium, aut certe patris & filij agnitõẽ ipsis splenduisse.
 Sed de hoc erit indagatio in sequentibus. Nunc quoq; palam est, cur in primis illis intellectu-
 bus dicatur relucere diuina natura per modum similitudinis.

Dionysius.

Auicenna.

Platoniorũ
opinio.

Articulus LXXXVIII. De positione Origenis & Auicebron & quorundam eos se-
quentium, qui in intelligentijs materiam esse uolunt.

Simplicitatẽ deniq; primi entis cuncti consistuntur: Primum nanq; est actus purus. Nil
 autẽ secundorũ, est actus purus. In omni nepe creato est potentia & actus. Si em̃ nõ
 esset in eo actus, quomõ adhuc subsisteret: Esse enim, est ratio subsistẽtię: esse quoq;
 actualissimũ est. Rursus, omne participans, dependens & recipiens actualitatẽ quã ha-
 bet, potẽtiã est & potẽtiã habet: omne uero creatũ huiuscemodi est, & ideo creatũ omne
 actũ habet & potẽtiã. Veruntũ philosophorũ diuersę positiones sunt, quid sint & qualiter
 diuersificẽt actus & potẽtia in primis illis substantijs, quę diuine simplicitati uiciniores sunt.
 Origenes etenim ait, nullã substantiã post summã deitatẽ sine materia posse subsistere: qui
 ideo uidef hoc uoluisse: actus enim & forma secundũ se & de se interminata est & incircum-
 scripta: non igitur finitur in seipsa: Nam ideo primũ ens incircumscriptũ est, quoniã potẽtia
 quę finiat, et materia quę circũscribat, penitus caret. Oportet igit in omni creato sub actu et
 formã, ponere potẽtiã quę terminet. Hoc uero quod actualitatẽ formę terminat, materia
 dicit. Inferit igit, in omni natura quæ post diuinã puritatẽ subsistit, materiã statuere oportẽ
 re. Porò in libro Fontis uite ad hoc plurimas inducit rationes Auicebron quaz; efficacissi-
 ma ante posita est in articulo de philosophia eius: et ideo iam reiterada nõ est. Insuper mul-
 tipliciter arguit: Prime em̃ et simpliciter, primę materiæ correspondet prima forma: Prima
 autẽ forma est intellectuualitas: prima igitur unio materiæ erit cũ intellectuuali natura. Adhuc,
 materia prima est in potẽtia ad omnia: sed materia quę quantitate determinata est, nõ est in
 potẽtia ad omnia: nõ enim initiones rez; potest cõprehẽdere. Prima ergo materia in sub-
 stantia nõ quãta primordiallyter ponẽda est. Amplius, materia quæ accidentibus substat ea
 est, quæ quãtitate & corporali seu sensibili forma determinata est. Materia em̃ simpliciter
 gg 2 prima,

Origenis opi-
nio.

prima non substat generibus accidentiū: sed illa quæ cōposita est & informata. Necessè est igitur simpliciter primā materiā in illis naturis ponere, quæ dimensione carēt ut sunt intelligentiæ. At uero prima materia ad omnia possibilis est: quātitas autē & sensibilis forma maxime impediūt uniuersalē susceptibilitatē & cōmunicabilitatē: nā secundū Philosophū, de Anima, oportet recipiēns denudatū esse & immixtū. Intellectus autē est in potētia ad omnia: prima ergo materia in intellectu est. Deniq; uniuersaliter secundū & posterius fundat in primo sicut homo in animali & sentire in uiuere, uiuere uero in esse: sed materia quæ quātitate determinata est & corporalis existēs, non est simpliciter prima materia sed secūda. Fundat ergo in materia priorī: & ita alicubi erit simpliciter prima materia. Præterea, proportio seruāda est inter actū & potētiā. Materiæ autē simpliciter primæ, maxime correspondet intellectualis forma. Nā intellectualitas minime claudit possibilitatē materiæ: omnia enim recipere potest cū sit immixta. Huiuscemodi itaq; in ductus rationibus, spiritalē materiā ponit in omni intellectuāli substantiā: in quo etiā Platoni & Proclo partim cōformis est. Hi nē pe ponūt intellectuāle animā sensibili corpori & corporali materiæ uniri me diatē spiritali quādā materiā. Hanc in super positionē defendūt & alij multi: ex hoc argumētantes, q; materiæ est pati, uariari & moueri: formæ uero agere & mouere, & secundū se inuariabile esse ut ait Gilbertus. Vbi cūq; ergo inueniunt hęc omnia, illic sunt forma & materia. Nihil enim mouet se ipsum primo & secundū idē: sic nāq; idē inquantū idē, esset in actū & potētia. Intelligentiā autē mutat de uno uolitionis & contemplationis actū in aliū. Mobilis etiā est, licet in substantiā eo dūtaxat motus: est ergo materiā habēs. Et si dicat eis, q; corporalis motus & passio naturalis materiā requirāt, dicūt ad motū & mutationē proportionālē exigi materiā. Sicut ergo ad temporālē motū & physicā passionē corporalis materiā necessaria est, sic dicūt ad spiritalē mutationem, receptionē & passionē, spiritalē requiri materiā. Alia pene infinita introducunt illorum qui prænominati sunt, nouelli sequaces.

Aristoteles.

Gilbertus.

Articulus LXXXIX. Et est disputatio contra præductam positionem & rationum eius solutio.

Hæc quippe positio neq; subtilis est neq; uera, & Aristoteli & cūctis Peripateticis melioribus in accepta: quod ex hoc potissime elucescit: Forma enim est finis materiæ: nō etiā unī forma materiæ nisi propter bonū formæ: neq; unī forma materiæ nisi indigeat ea. In nulla enim substantiā est ponēda pluralitas sine ratiōe. Operatio deniq; arguit formā secundū Auerroim: operatio nāq; indicat naturā operantis, nā unīcūq; debet actio secundū qualitātē essentiæ suæ & speciei. Cuius igitur propria & notionalis operatio pfectius & plenius explet sine materiā q̄ cū materiā, illud utiq; prorsus immateriale est. Operatio autē intellectiua est immaterialiū: quia quo aliqd immaterialiū fuerit & simplicius, eo ex natura rei est intelligibilius. Nā & sensibilia, & quāta, & corporalia, nō intelligunt nisi p abstractionē a materiā & materiæ appēdictiō: singulare nāq; dū sentiūt uniuersale uero dū intelligūt, secundū Aristotē, Auerroim & Boethiū. Separata autē sunt p se intelligibilia. Cōstat igitur, q; ex parte intelligibilis nō requiritur materiā in natura intellectuāli, sed necesse est uirtutē proportionatā esse obiecto: & susceptiui oportet correspondere suscepto: actus enim actiōis sunt in patiēte seu suscipiēte p̄disposito. Intellectualis ergo uirtus etiā immaterialis est, quoniā aliter susceptiua nō esset speciei: immaterialiū quid dicitur, & p cōsequēs neq; intelligeret oīnino separata: qd de separatis intellectibus cōstat falsum esse. Præterea, sicut calor cōsequit ignē & lux solē, sic naturaliter intellectus consequit intelligentiæ speciem: sunt enim a principio in natura intellectus perfectē. Videmus autē in humano intellectu, quia nō eget materiā nisi in quantū p sensus, intelligibiles formas adipsit: illi ergo intellectus nullā necessitate eget materiā. Insuper est propter agere, q; p actionē finis entis acquiri: sed in omni intellectuāli essentia intelligibilis operatio est eo pfectior & sublimior, quo essentia agēs fuerit simplicior, sicut in cūctis intellectuū ordinibus palā est, si quis a primo intellectu usq; ad ultimū descendat: illi ergo intellectus q; ab origine nature pfecti sunt, materiā nō hnt. Nihil enim proficeret eis, imō potius ut ostēsum est, impediret ad intelligendū. Intelligere nāq; pfecti p distantia a materiā. Porro, materiā simpliciter prima imperfectissima est tanq; eius formalis pfectionis expers, & prorsus præuijs formis in disposita. Dicere autē tali materiæ unibilē esse perfectissimā formā, cuiusmodi est intellectualitas substantiā sup̄mundanæ seu intelligentiæ: omni ratione caret. Cernimus nēpe in mūdānis materiēbus, q; nō suscipiūt uirtuales & cognofcitiuas formas, nisi prædispositæ fuerint. Adhuc, primā causa ē purā & penitus

Auerrois.

& penitus infinitū lumen: Processus autē secundorū a primo fit per assimilationē utrorūq; sicut nunc ubertim præinductū est. Dicere igitur q; intellectuales illæ & deiformes mētēs, quæ aliud nō sunt nisi radij quidā primæ lucis & diuinæ puritati similes, a qua immediate egrediuntur, dicere inquam, q; illæ naturæ materiā habeant, & q; lumen a primo & fontano lumine primē emanans, in materiā impuritatē statim occūbat, non est ordinē uniuersi, & naturā speciei eius subtiliter contemplari. Quamobrem incongrua est talis positio Origenis & Auicbron. Vnde etiā solennioribus nostrę religionis philosophis, qui in doctrina Peripateticorum & Aristotelis profundius eruditi sunt, ipsa displicuit, utpote Boethio & Alberto, Thomæ & Aegidii. Prima autem illorum ratio in sequenti articulo soluetur. Ad duas sequētes rationes dicendum, q; ideo materiā aliqua dicitur prima, quia ad omnes formas informantis est in potētia. Intelligentiā autem si forma dicatur, non nisi a formis manendo sic nominatur: & huiuscemodi forma dicitur forma formans: causatis enim speciem imprimi & formam largitur. Ad tertiam dicendum, q; in re est eadem materiā quæ prima dicitur & secūda: sed prima dicitur inquantum respicit substantialem formam, cui per se & immediate unitur. Dicitur autem secūda, inquantū unā cū forma accidentibus substat quoniā prima unio est inter substantialem formā & materiā. Nam secūda Aristotē, actus & potētia substantialiter uniuntur. Non igitur sequitur, q; materiā prima sit alicubi separatim a materiā secūda, sicut nec homo species esse potest sine homine in diuiduo. Ad quæ tam dicendū, q; materiæ maxime conuenit quantitas, & per eam cæteris accidentibus substat: & ideo dixit Auerrois dimensiones interminatas, materiæ cōæternas. Auicbrō uero supponit in hac ratione, q; omnē formā possit materiā sustentare, quod falsum est. Quinta ratio soluta est. Hęc enim fundatio materiæ secūdæ in prima materiā est secūda ratio nem, sicut species fundatur in genere. Ex hoc autē inferri non potest realis præexistentiæ primæ materiæ ante secūdam. Ad ultimam dicendum, q; materiā est in potētia ad formas sensibiles: non autem ad formas incorporeas, ut sunt intellectus & species intelligibiles. Nihil ergo ueritatis habet ratio ista. Ad ea denuo quæ posteriores inducunt, quæ utiq; pauca differunt ab his quæ in Fonte uiræ scribit Auicbron, respondendum, q; recipere, uariari, pati & moueri, omnino æquiuoce insunt intellectibus & sensibilibus. Omnis proinde creata essentia, quia ex nihilo processit ad esse, & secundum se nihil est, sed dependet p̄ infinitum primum quod est uirtus uirtutum, ut dicitur in libro Causarum, ideo uariabilitatem quandam habere potest & mobilitatem.

Soluciones ratio modo præcedentium.

Articulus XC. De simplicitate intelligentiæ & animæ intellectuæ secundū Auerroim quem Albertus sequutus est, & Auicennā, cui Thomas adhaesit.

Quoniam qui dem nulla creata substantia actus purus esse potest, quemadmodū ex præinductis palam est, omnes compositionē quandā admittunt in intelligentiā & animā. Etenim ea quæ nunc de simplicitate & compositione intelligentiæ dicuntur, de anima quoq; intellectuāli pariformiter accipi possunt. Est enim anima talis, iuxta Isaac in libro diffinitionū in umbra intelligentiæ creata, imō intelligentiā obumbrata est secundū Auicennā & Algazelē. Porro iuxta authorē libri Causarū & Proclū, esse superius quod utiq; intellectuāle appellatur, secundū triplicē gradū partitiū est: aut enim est supra eternitatē, & sic est esse primæ causæ: aut est cū eternitate, & sic est esse intelligentiæ: aut est in horizonte eternitatis & supra tempus, & sic est esse animæ intellectuālis: quæ quia corpori immerfa non est neq; destructibilis, supra tempus est & in ordine superioris esse permanens. Omnes itaq; actus & potētiæ, compositionem in intelligentiā constituunt. Verūtamen, an realis sit hęc distinctio, an eiusdem secundum diuersos modos sumpti, difficultas magna relinquitur. Ex probatis autē nunc, fiat hypothesi, non esse spiritalē materiā in intellectuāli substantia. Porro secundū Aristotē, & 7. primę philosophiæ, & Boethiū, & omnes philosophos, substantia diuiditur in formā, materiā & compositū. Forma autē duplex est, utpote foris manens & informans. Necessè igitur est totam essentiam seu substantiam intelligentiæ, aliud nō esse nisi formam in se subsistentē. Vnde in libro Causarum dicitur, q; intelligentiā est stans per seipsam. Et Proclus ait, q; omnis intellectus est stans per seipsam, id est per se stans & simplex. Si igitur in intelligentiā nihil reale ponendū est quod forme substat, non facile uidetur quomodo sit in ea cōpositio, actus & potētiæ. Et qui dem Auicenna & Thomas, qui in rebus creatis realē distinctionem ponunt inter esse & essentia, dicunt, q; essentia intelligentiæ secundum quod recipit esse a primo ente, sit potētia. Recipere enim est proprietas potētiæ. Ipsum autem esse participatum in quo subsistit essentia,

Substantia quo modo diuidetur.

Boëthius.

appellant actum. Esse namq; est actualitas essentia. Huic equidem positioni uidetur fauere Boëthius, qui ait, in omni creato diuersificari quod est & quo est. Vnūquodq; enim est maxime sua substantia seu essentia; & ita essentia ut recipiens actū subsistentia, congruenter nominatur quod est: esse eius, bene quo est dicitur. Est enim ratio existendi, imo est existentia existentis; per esse namq; iam intelligendum est esse actualis existentia: & ideo secū dum Boëthium, esse est actualissimum & formalissimum. Rursus, sententia isti author libri Causarum assentire uidetur. Ait enim q; intelligentia est forma & esse. Distinguit ergo essentiam intelligentia: quæ est forma eius, ab esse ipsius. Deniq; clarum est, ipsum esse nō posse dici potentiam seu quod est, cum sit actus essentia. Hic ergo author formam in quātum dependet à prima bonitate, uocat quod est & potentiam: non q; sit proprie potentia, sed quia habet se per modum potentialis principij. Vnde rursus ait, q; intelligentia est habens hyleatum. i. quod est, & potenziale principium. Huic quoq; sententiæ fauere non enim uideo qualiter in intelligentia possit poni hyleatū, & quod est siue potentia, nisi secundum modū explanationum: aut certe admittēdo in ea spirituale materiā, quod iam reprobatum est. Enim uero, esse secundum rem distingui ab essentia, ex hoc potissime elucescit. Nā quæ realiter idē tificatur, unum intelligi non potest sine altero. Vel sic: unum non intelligitur quia intelligatur aliud: sunt enim idem. Iam autem intelligitur & scitur essentia, omnino ignorato esse ipsius: imō intellecto ipso quod intelligitur non fore. Adhuc, essentia intelligitur & diffinitur, & ita in eodem intelligitur essentia sine ipsius esse: dum enim nullum existit tonitruum, intelligo quidditatem tonitruum dum dico, sonus factus in nubibus. Hæc autē saluari nō possunt per distinctionē ratiōis, sicut genus nō potest intelligi sine specie. In eodē enim rō intelligitur natura generis sine specie & e contrario, licet secundū esse abstractionis hoc fieri possit quo ad naturā generis. Genus etiā intelligi non potest sine eo quod sunt suæ species, sed Auerois & Albertus non distinguunt in eodem esse ab essentia secundum rem. Dicit enim Albertus in angelo seu intelligentia nō esse realem distinctionem inter quod & quo, sed rationis rei rationabilis duntaxat: sic q; idem secundū concretionē & habitudinē ad diuersa, dicitur quod & quo: sic dicit q; essentia cōparata ad primū fontē, sit quo est, & est q; est secundū quod causalitate primi principij ex nihilo in esse surgit. Ipsum etiā esse secundū eū est idē cū essentia, nō differēs nisi sicut idē nominaliter & uerbaliter significatum. Hanc equidē positionē iā non oportet deducere: alibi enim locū habet, & chaos quoddā difficultatū cōsistit in ea. Nūc uero sufficiat de numero, ordine, natura, intellectu & qualitate intelligendi ac intelligibiliū formarū & simplicitate intelligentiarū dixisse hoc modo.

Articulus XXI. De comparatione rationalis animæ ad substantias separatas & formas sensuales ac inferiores.

Proclus.

Dionysius.

OMniū diuinorū ornatum summa (ut Theoremate 14. ait Proclus) assimilantur ultimis superpositorū. Hoc est dicere, in cūctis ordinibus perfectissimū inferioris ordinis simile est infimo superioris ordinis, cui fauet Dionysius dum ait: Diuina sapientia necuntur principia secundorū finibus primorum. In omni enim ordine est continuatio quædam coordinatorū, quæ aliud non est nisi copulatio secundorū ad primā. Copulatio uero ratione similitudinis efficitur: similitudo ergo erit principiorum inferioris ordinis ad ultima ordinis superpositi. Porro, species entium habent se sicut numeri. In numeris autem proximis nihil intermediare ualet: sic ergo est habitudo inter species uniuersas, ut tantum conueniant, q; plus conuenire non possint si distincte remanebunt: quod de speciebus proximis accipiendum est. Si igitur rationalis anima in umbra intelligentia immediate creata est, tunc necesse est huiusmodi esse similitudinem inter eam & intelligentiam in ascensu, & formas naturales in descensu. Est autem immediate intelligentiam affluens: nam cito ostenditur, non oportere ponere animas cælorum: quæ si essent, similiores forent utiq; intelligentiis, quàm sint animæ humanæ. Saluator deniq; adhuc pulchritudo ordinis mundani sine orbium animabus: quæ tamen si ponantur ab aliquo Origenem & Platonem & Aristotelem defendente, æque bene uera sunt quæ nunc dicuntur. In omni itaq; ordine mediū ordinis, in quodam cum rebus superioris, & in quodam cum rebus deuiorū ordinis oportet cōmunicare: sic in natura intellectuali cum separatis, & in gradu sensuali cum cæteris uiuentibus communicat anima humana: cum ultima ergo intelligentia maximam communionem habet. Vnde existimandum est, q; fluxus intelligibiliū specierum à diuino intellectu in intelligentias manantium, in ultima intelligentia tam cōfusa & imperfecte recipiatur, ut in ea merito finiatur: sic quod intellectus eam affluens, naturaliter

naturaliter corpori copulabilis fiat, quatenus per organa sensus species hauriat, quas ab influxu separatō intellectū immediate recipere nequit: & hic intellectus humanus est. Enim uero sicut in libro causarū scribitur, Inter rem cuius substantia & actio sunt in momento æternitatis, & inter rem cuius substantia & actio sunt in momento temporis, exitus est mediū & est illud cuius substantia est in momento æternitatis, & operatio in momento temporis. Sumit autem æternitatem, sicut æuō uti solemus. Nam intelligentiam ait æternam hoc modo: Sensibilia uero quorum formæ corruptibiles sunt, in esse & agere temporis subsunt. Rationalis autem anima secundum substantiam sui, tempus supergreditur, sed in operationibus tempore metitur. Congruenter igitur ponitur ligamentum formarum omnino intellectuum, & formarum sensibilibus: & ideo (secundum Auicennam) sicut se habet color ad lumen, sic se habet anima ad intelligentiam. Præterea, inter substantiam omnimode immortalem, immobilē & immaterialē seu foris manentē, & substantiā quæ prorsus mortalis, mobilis & coniuicta est seu materiæ immersa, optime ordinatur substantia quæ secundū quasdā sui dispositiones immortalis est, immobilis & in se stans: secundū quasdā uero mortalis, mobilis & in hærensialis autem est humana anima. Intellectus enim nullius corporis actus est secundum Aristotelem, sed separatur à sensitiuo sicut perpetuum à corruptibili. Omnes uero organice uires destruantur corpore destructo. At uero, sicut post intellectū qui purus actus est, bene ordinatur intellectus qui non pure actualis est, sed partim in potentia uel potius in habitu, sic post hunc pulchre ponitur intellectus penitus potēntialis. Diuinus autem intellectus pure actualis est. Intelligentiæ uero intellectus partim in potentia est, quemadmodum frequenter deductum est ante. Post eum itaq; ordinate constitutus est humanus intellectus, qui secundum Philosophum in exordio sui prorsus possibilis est. Amplius, cum sit tæra decliuitas humani intellectus in ordinibus intellectualium essentiarum, necessario finitur in anima rationali intellectuum ordo: quoniā citra intellectum pure potentialem, inferior poni nō potest. Nam ut ait Auerois tertio de Anima, sicut se habet materia prima in uniuersitate entium, sic se habet intellectus noster in ordinibus intellectualium naturarum. Ex his necesse fit, speciem quæ hominem immediate sequitur, multam ual de habere conformitatem cum homine. Verū tamen nulla forma post animam rationalem uniuersales conceptiones habere potest. Intellectus enim est qui facit uniuersalitem in rebus, secundum Boëthium & Auerois. Nam nulla uirtus materialis & organica, cognosce re uel operari potest sine hic & nunc. Non est igitur mirum, si in quibusdam animalibus uideantur actiones quæ dā humanis operationibus multum pariformes, hoc enim ordo specierum postulat, sed ex hoc non est fortienda argumentatio, q; rationalis anima unā cum illis destructibilis sit propter hanc conuenientiam. Propter hoc in errore rudissimum Alexander ductus est, ut assereret intellectualem animam petire pereunte corpore. Non enim considerauit, q; species superior in quodam penitus supergreditur naturam inferiorum naturarum. Quippe Philosophus formas rerum comparat numeris & figuris: sicut etenim superior numerus inferiorem continet, & figura una in alia contenta est, ut in tetragono trigonum, sic cæterarum formarum inferiorum perfectiones & gradus, in anima uirtualiter comprehenduntur. Ex his equidem innotescit, q; à philosophis antiquissimis homo ratione intellectus apte ponitur ultimus annulus aureæ catenæ rerum, & prius catenæ argenteæ. Omnium namq; specierum ordo, catena rerum dicitur. Sed in corporalium substantiarum & superiorum causarum ordo aurea catena appellatur. Rerum denuo inferiorum & sensibiliū causarū ordo, argentea catena nominatus est. Cū his nepe cōuenit homo secutum organicas uires, & temporales sui dispositiones.

Articulus XXII. De natura & substantiali perfectione rationalis animæ secundū Aristotelem: in quo probatur q; intellectualis essentia fit substantia-
lis forma hominis, & actus primus corporis.

IN tota deniq; multitudine philosophorum, philosophia Aristotelis Christianæ theoria conformior inuenta est, firmioribusq; fulcimentis subnixā. Etenim in eis punctis in quibus fidei dissentit, non erubuit confiteri, processum determinationis suæ demonstratiuum non esse sicut de æternitate mundi & numero intelligentiarū: quippe corpora cælog; animata fore, uideretur uelle demonstrare: sed hoc fidei nō obuiat, sicut Augustinus manifeste tradit. Damascenus autē huiusmodi positionē prorsus molitur auellere: sed hæc posterior determinanda sunt. Sūt in sup q; dicit Aristoteles possuisse, q; nō sit deo hominū cura, quasi nō gubernet humanū genus: & id ipsū Ambrosius & Gregorius Nissenus

Imponunt ei. Verum tamen de hac materia non manifeste loquutus est ad plenum: imò ut præ-
 ostensum est ex doctrina eius, huius oppositum potius potest intelligi. Ait namq; homines cõ-
 templatiuos & theoreticos viros, amatissimos deo. Rursum, scribit in Politicis bestiales & cri-
 minosos, bestiis incomparabiliter deteriores fore. Quod si illi secundum eum sint deo amabi-
 les, tunc utiq; & hi sunt secundum eum odibiles deo. Hæc equidem quomodo dici possent,
 si non remuneraret deus & diligeret illos, hos aut puniret, præsertim cõ aperte doceat, in-
 tellectualem animam immortalem esse & omnino intrãcorporabilem: Porro si quis librum
 de morte & pomò, & epistolas quas Alexandro regi miserat conspiciat, palã agnoscat Ari-
 stotelem non fuisse talis opinionis. An tamen librum illũ ediderit, ambiguum uidet. Ad Am-
 brosium igitur dici potest, qd id imposuit Aristoteli quod à quibusdam Aristotelicis tẽpo-
 re suo currentibus forsã dicebatur. Sic namq; multa ascribuntur Platoni & Aristoteli, que
 nõ ab eis, sed à quibusdam ipsorũ sequacibus traduntur. Hæc aut digressionẽ faciẽdo dicta
 sunt. Hic igitur omnium Græcorũ philosophorũ sapientissimus Aristoteles, quidditatẽ animæ
 inuestigans, substantiam partitur in materiam, formã & compositũ. Claret denuo animam
 formã esse nõ utiq; à formando uel foris manendo, sed ab inpositũ. Vnde animæ diffini-
 tio ait: Anima est actus primus, i. substantialis forma corporis organici physici, uitam ha-
 bentis in potentia, & postea: Anima inquit est id quo uiuimus primũ, i. formale principium
 uitæ. hæc proinde diffinitiones animæ (ut in textu subdit) de omni anima dantur. Enim uero,
 sicut ex doctrina ipsius haberi potest, duo requiruntur ad hoc qd aliqua uniantur sicut sub-
 stantialis forma & materia. Primũ, ut unũ sit intrinsecus actus alteri esse communicans. For-
 ma nempe accidentalis nõ dat esse simpliciter, sed esse tale uel secundum quid. Ideo ait Phi-
 losophus, qd materia & forma immediate & essentialiter uniuert. Secundũ est, ut ex unione
 formæ & materiæ resultet unũ: qd sic esse totius, ut nulli partiũ cõueniat. Propterea ex
 duobus entibus in actu nõ potest fieri unũ. Forma etiã quæ habet esse personale aut suppo-
 sitale, nõ potest effici actus corporis. Non em̃ potest concipi qd sit aliquid stans per essentia
 suam in se, & qd sit secundũ idem alteri innitens. Quoniam igitur rationalis anima corporis
 forma est hominẽ constituens in specie, necesse est hæc prædicta sibi conuenire. Vnde con-
 sequens est hominẽ per intellectuale rationale in specie poni. Ideoq; Philosophus in deci-
 mo Ethicorũ dicit quoddã diuinũ inesse nobis, quod est intellectus. Adhuc, uniuersaliter
 in eodem actus secundus sequitur ad actũ primũ & præsupponit illũ sicut considerare sci-
 entialiter præsupponit scientiam. Intelligere aut & discurre sunt actus secundus essentia
 rationalis, prærequirunt igitur in homine actũ primum, & hic est natura rationalis: illa est
 ergo substantialis perfectio hominis, aliter discurre nõ esset propria & naturalis operatio
 hominis. Præterea, eiusdem & in eodem sunt actus primus & actus secundus. Vnũ quodq;
 em̃ agit per id per quod substantificat, & eius cuius est esse, eius est & agere, sicut primo pri-
 mæ Philosophiæ dicitur. Si igitur intellectualis forma nõ esset substantialis actus hominis,
 nullatenus homo intelligeret, nec actio intelligibilis inesset ei, sed formæ illi quæ subsisten-
 tialiter secundum aduersariũ ab homine se iungitur. Amplius, quod aduenit enti in actu ac-
 cidentale est & substantiam nõ ingreditur. Si igitur intellectualis anima nõ esset corporis
 forma, accidentaliter haberet se ad hominem, & ea remota homo remaneret homo. Hæc quoq;
 prædicatio accidentalis esset, homo est rationalis: quod qd ab hominabile fit, etiam in doctis
 innotescit. Per solam namq; rationem à cæteris secernitur homo. Præterea, formæ est agere
 secundum Philosophum. Omnis igitur actio & actiua operatio à forma egreditur. Mani-
 festum est aut hominem contemplari, sapere, & uniuersaliter intelligere. In homine igitur
 est horũ actionum formale principium. Hæc autẽ forma habet esse substantialiter separatũ
 ab homine, sic qd non est intrinseca pars eius, aut subsistit sub esse totius sicut substantialis
 actus: uel certe est forma accidentaliter inhærens. Hoc tertium autẽ à nullo admittit nisi for-
 san ab Epicureis, qui ponebant formas rerum aliud nõ esse nisi modos quosdam materiæ.
 Si scẽdum dicatur, datur quod inquiritur, qd scilicet intellectualis forma sit primus actus
 corporis. Primũ uero est penitus absurdissimũ: impossibile est enim à duobus substantialiter
 & suppositaliter segregatis, eandem egredi operationẽ, licet possint in idem subiectum
 agere, sicut trahentes nauim: quorum enim substantia & esse sunt diuersa, operationes etiã
 diuersæ sunt. Nisi ergo intellectualis natura esset substantialis forma & primus actus homi-
 nis, nunq; ab homine, sed à tali per se stante & separata substantia emanarent prænominate
 actiones, quas nullus sanæ mētis dubitat homini cõuenire. Insuper, intelligere, uelle, & sapi-
 entiales cõtemplationes, sunt actiones immanentes & perfectiones operatis. Si ergo intel-
 lectualis

Substantia
diuisioAd unionem
quæ requiratur

lectualis anima non sit intrinseca corporis perfectio & prima, sed substantia separata ut mul-
 ti finxerunt, nunq; uere diceretur homo intelligere aut contemplari: sed illa separata natu-
 ra, intra cuius substantiam remanent huiuscemodi operationes: quod non dicit nisi is qui
 omni ueritati rebellis est. Deniq; omnis uirtus cognoscitiua infra rationem seu intellectũ &
 ipsam uoluntatem manens, materialis est & sensitiua: potentiaq; ordinem non euadens. Si
 igitur per perfectionem citra intellectualem gradum constituatur homo in specie, non in-
 telliget sed potius intelliget. Nã ut habitũ est, actio intellectualis, subiectiue fit in natura
 formæ quæ substantialiter intellectualis est. Per hoc ergo qd separatus intellectus in corpora
 hoi, intelliget homo dicitur: qm̃ ipsum intelligere remanebit in tali separato intellectu.

Articulus XCIII. Et est introductio quarundã subtilium rationũ quibus pro-
 bare conati sunt multi Peripateticorum & Platoniorum, intellectualium
 essentiam non posse effici primũ & intrinsecũ actum corporis, seu
 informantem ac substantialem formã hominis.

NVLLA substantia stans per essentia suam & in se ipsa subsistens, est substantialis pars
 substantia subsistentis & innitens alteri. Hæc em̃ penitus contrariatur subiun-
 uicem: quod em̃ est substantialis pars subsistentis, non in seipso subsistit, sed sub
 esse totius: esse enim & subsistere cõpetit toti & non partibus sicut frequenter
 docet Aristoteles. Sed omnis intellectualis essentia est stans per se & in propria sui natura,
 quod ex nunc ostẽsum claret, & ex determinãdis plenius clarebit. Nunc quoq; in tantũ di-
 cat. Nam omne cõuersiuũ ad seipsum secundũ operationẽ etiã secundũ essentia cõuertit ad
 se: & illi essentia cui inest subiectiue potentia intellectiua & actio intelligibilis ei, inest esse
 & subsistere: in eodem em̃ fundant actus primus & secundus, quia unũ quodq; per id agit
 per quod substantificat. Potẽtia deniq; intellectiua, qd inorganica est & immaterialis secun-
 dũ Philosophũ, & ipsius actio in essentia intellectualis aia subiectiue reducatur, ergo huic es-
 sentia cõpetit per se subsistere, nõ igitur in aliq; neq; alteri illabit, sed nec alterius pars est, sed
 is se quid pfectũ. Præterea, ab una simplici formali essentia nõ fluit nisi unũ simplex esse: lo-
 quor aut de esse actualis existentiæ qd à forma tanq; ab intrinseco fonte procedit. Nã nisi sic,
 res non esset uere una per formã suam. Vnũ em̃ dicit unũ quodq; ab unitate sui esse quod à
 forma diffunditur: ab anima ergo intellectuati si est forma corporis, unũ dicitur esse eman-
 nat: hoc equidem esse, aut manet in essentia animæ, sicut esse intelligentia in ipsa sui simpli-
 ci quidditate perseverat, aut certe cõmunicat corpori & diffunditur in materiã. Si primum
 horũ dicatur, tunc intellectualis anima nõ erit actus primus corporis: omnis em̃ substantia-
 lis actus materiæ dat illi esse secundũ præhabita: sed & talis actus quia corporis forma est,
 nõ in proprio esse sed sub esse totius subsistit, uel potius existit. Si uero alterũ mebrum des,
 tunc inuitabiliter sequit, qd illud esse sit materiale: quo cõcesso, multa sequuntur. Primo qui-
 dẽ, omne em̃ eius esse est materiale & diffusum super corpus per formale intimationẽ, uel
 potius impressionẽ est delatũ super cõpositionẽ & alteri innitens: sed tale esse necessario de-
 struit destructo corpore: dependet em̃ ad corpus. Corruptio quoq; terminat ad non esse,
 sicut generatio ad esse: & igitur necesse est illius esse corrupti quod corrupti. Anima aut incor-
 ruptibilis est, ut cito demonstrabit. Amplius, & est confirmatio huius rationis: dicit em̃ for-
 san aliquis, qd ipsum esse animæ propter sui plenitudinẽ & cõmunicet corpori, & tamẽ ma-
 nerit in ipsa animæ essentia. Contra hoc obijcit: Esse aliud non est nisi simplex diffusio ipsius
 essentia, imò unius cuiusq; esse est simplicissimũ quod in eo est secundũ Boethium. Est nãq;
 prima actualitas entis. Sicut aut procedit radius à luce, sic ab essentia profluit esse. Sed unũ
 esse nõ est nisi unius existentiæ actus secundũ eundẽ modũ. Vez nãq; est in oibus naturalibus
 qd esse est actus formæ, sicut eius qd est, & cõpositi sicut eius qd est. Sed impossibile est qd
 unũ esse sit duorũ, qz unũ qd sit subsistens, hoc em̃ implicat: qd si sunt duo subsistentia, erit &
 duo esse. Sed ex dictis utiq; lucet, & posterius lympidius patebit, qd ois intellectualis essen-
 tia est in se stas, sic qd esse & subsistere cõuenit ei: & est in ea sicut in eo, qd ueraciter p se exi-
 stentialiter nepe yrus intellectualis & intelligibilis opatio in nuda essentia aie nõ subiectarẽt.
 Cõstat ergo, qd esse actualis existentiæ sit in anima sicut in eo quod stat in se, & ad se conuer-
 suũ. Aut igitur totũ quod est homo, quod utiq; in eodẽ esse, subsistit, in quo & intellectu-
 lis forma, est aliqd aliud qd rationalis aia aut nõ. Si scẽdũ, tũc aia erit psona & nullus intrin-
 secus actus. Si primũ, seqt qd duo subsistentia subsisteret in uno & eodẽ esse, qd idã destructũ est.
 Si aut qd rãdeat, qd aia & homo nõ sunt duo subsistentia, neq; prope unũ subsistens, qd pars et
 totũ nec sunt penitus idẽ neq; omnino diuersa, denuo adijciat, qd esse sit in anima sicut in eo
 quod

Aristoteles.

1017-44

quod non pure neq; perfecte subsistit: in homine autem sicut in perfecte subsistente, istud non tollit uim argumentationis: quia enim intellectualis anima redit ad se secundum esse & agere, stat per essentiam suam: & sic, sicut operari ueraciter subiectatur in ea, sic & esse conuenit ipsi. Amplius, si homo aliquid realiter addat ultra animam quod sit substantialis pars eius, comprehendere non potest, quod idem numero esse sit totum in anima quae est pars, & in homine qui est materiam & formam comprehendens. Perfectiones enim & actus & quae recipiuntur, numerantur & diuersificantur numeratione & diuersitate perfectibilium, & potentiarum, & recipientium: esse uero est perfectio & actus subsistentis in quo recipitur. Praeterea, nihil constituit aliud formaliter in specie, nisi per id quo illi coniunctum est: quoniam quod aliud in specie ponit, est forma illius & essentialis perfectio. Forma uero est causa intrinseca secundum Aristotelem secundo Physicorum. Si igitur per esse rationale ponat anima corpus in specie, tunc anima secundum gradum rationalis seu intellectualis suae perfectionis erit corpori formaliter coniuncta, & intrinsecus eius actus: hoc autem est impossibile. Nam ostensum est, quod omnis intellectualis essentia in quantum intellectualis est, sit in se subsistens. Rationalis uero anima, secundum quod rationalis, intellectualis essentia est: sin autem, non erit homo intellectualis naturae a formali principio. Impossibile itaque uidetur per rationalem perfectionem poni hominem in specie. Et haec ratio coegit Alexandrum, ut diceret rationem esse uirtutem materialis. Non enim uidere potuit, quomodo aliter poneret materiam in certa specie: Auerroem autem & Anepothe & Abubather, qui concesserunt rationalem perfectionem separatam esse & immaterialis, copulit dicere, quod non esset intrinsecus actus hominis, sed potius substantia separata. Porro omnis essentia in se subsistens, est hoc aliquid & indiuidualis: esse enim est subsistere, non competit nisi huiusmodi rebus, sed intellectualis forma est in se stans: quod posterius certissime deducetur. Est ergo hoc aliquid & indiuidualis. Sed dicere tale substantiam posse fieri actum corporis & formaliter comunicabile, est manifeste contra omnem doctrinam Aristotelis: hoc enim admiratus est Aristoteles de Platone, quod Plato dixit ideas seu species sensibilibus, & subsistere in se seu separatas fore, & tamen formaliter comunicari posse, & res in specie intrinsece constituere. Nepe qui dicit intellectualis essentiam & stare per essentiam suam, & tamen actum esse materiae, & eam in specie reponere, Platoni in conuenientiam uidei prosum incurere. Si autem quis respondeat, quod anima secundum inferiores quosdam gradus sit coniuncta & materiae impressa, secundum intellectuale uero portionem eleuata & libera, hoc dupliciter obiectionem habet. Nunc etenim probatum est, quod si per rationalem seu intellectuale perfectionem reponat anima hominem in specie, consequens esse, ut etiam secundum hanc sui portionem sit corpori coniuncta & materiae forma. Rursus, impossibile est idem simul oppositas & omnino contrarias proprietates inesse: & quod firmiter dici potest, impossibile est alicui naturae inesse aliquid naturaliter, quod contrarium est substantiali suae perfectioni & differentiae, quae prime ab ea sunt: sed stare in se & impressum esse corpori, sunt mere contraria. Denuo, animae humanae competit substantialiter & per se esse rationale: imo ratio fundatur in ipsa essentia animae tanquam in subiecto. Ceterae uero formae naturales, nullam habent potentiam nisi coniunctam & materialis. Unde elucescit rationale competere animae, non solum sicut principio a quo, sed etiam sicut ei quod per se opera rationis exercet. Ex hoc autem quod anima rationalis est, habet non esse materiale & inniti materiae, sed in se stare & immaterialiter atque uniuersaliter operari. Si igitur in se stare, consequitur naturam & differentiam animae humanae, uidetur nullatenus posse ei oppositum huius inesse, quod est fieri actum materiae, & esse per aliud eam recipiens. Enim uero, si intellectualis anima immortalis est, est autem tunc post separationem subsistit in eodem esse, in quo et in corpore existens stabat, aliter non esset eadem anima. Idem enim dicitur aliquid ab eodem esse: esse quoque animae simplex est et impartibile sicut et ipsa. Illud ergo esse in quo subsistit anima dum separata est a corpore etiam in sola essentia animae radicatur dum adhuc in corpore est. Sicut ergo post separationem in se subsistit, sic et tunc quando in corpore adhuc manet. Et si quis respondeat, quod esse animae dum in corpore est, sit totius materiae et formae: sed dum separatur tunc retrahit totius esse ad se. Istud non soluit uim argumentationis: tum quia omne esse quod commune est materiae et formae est materiale, et tale dependet a materia, ideoque inseparabile est: tum quia idem esse potest esse utrobique dare eandem subsistentiam. Praeterea, materiae est determinare, contrahere, et ad naturam sui limitare formam: cuius uerissima ratio est, quia omne quod recipit aut existit in alio, recipitur et est in illo secundum modum illius. Si ergo intellectualis essentia sit actus corporis, determinata esset ad naturam materiae et materialis efficere: quo dato plura sequuntur. Primo, quod sit corruptibilis, sicut bene ostendit Alexander

Esse quid sit.

Aristoteles.

Materie officium

Alexander. Ideo etenim dicimus uisum & sensitiuas uires animae corrumpi, quia sunt uirtutes materiales, & in organo operantur. Secundo sequitur (ut Auerrois arguit) quod species intelligibiles essent indiuiduales, & cum conditionibus materialibus in intellectu: & sic non possunt in intellectu uniuersalia & uniuersaliter intelligere. Praeterea, non est operatio aut potentia dignior essentia a qua fluit. A philosophis autem ostenditur, quod intelligere est sine materia: & rursus, quod intellectus nec sit corpus, neque uirtus in corpore, nec uirtus corporea: neque ergo intellectualis essentia quae illorum causa est, poterit fieri actus corporis. Haec ergo & his conformis rationes, plurimum philosophorum animos in diuersas perfectiones perduxerunt.

Articulus XCIII. De positione Auerrois circa naturam animae humanae, & unionem intellectus ad corpus.

Præinductis igitur argumentationibus consentiens Auerrois, in rudes errores subtilis Commentator ductus est. In primis ergo ait, humanam animam quae materiae actus est & hominis forma, corruptibilem esse, & de potentia materiae eductam: unde etiam dixit hominem fortiri speciem a uirtute cogitativa, quam Aristoteles appellat intellectum passiuum, quae potentia in brutis aestimaua uocatur. Secundo ait, quod intellectus possibilis quem Philosophus nominat separatam, immixtum, simplicem & impassibilem, non sit aliquid animae, neque perfectio formalis hominis, sed substantia quaedam separata: quae substantia (ut ait) dupliciter considerari potest, uidelicet ut in se subsistens, et sic intelligit separatam & perpetuam, ad quorum contemplationem se habet sicut diaphanum ad lumen. Sed secundum quod continua nobis, est in potentia, ut perficiat a formis sensualibus, quae per irradiationem intellectus agentis abstrahuntur a phantasmatibus: quippe cum intellectus iste possibilis in quantum separatus, non sit causa ut per ipsum dicamur intelligere, fatagat inuenire modum quo saluare queat nos ueraciter dici intelligentes, & uniuersaliter contemplantes per huiusmodi intellectum. Dicit itaque, quod species intellecta in actu, est forma intellectus possibilis. Et ex hac forma & intellectu possibili, fit quodammodo unum secundum Philosophum, sicut ex perfectibili & perficiente. Cuius ergo coniungit forma praedicta intellecta, illi etiam intellectus possibilis continuatur: sed forma haec coniungit nobis mediante phantasmate quod est subiectum quoddam formae intellectae. Hoc ergo modo unum nobis intellectus possibilis. Quae sic manifestare conatur: Virtutis enim cogitativae est distinguere & adiuuare comparare intentiones indiuiduales, sicut & separatus intellectus comparat & distinguit intentiones uniuersales. Quia igitur per hanc uirtutem cogitativam una cum imaginatiua & memoratiua praeparantur phantasmata, ut recipiant actionem intellectus agentis, qui etiam secundum Auerroem & Alexandrum est substantia separata, a qua habent ut sint actu intellecta, ideo haec uirtus dicitur ratio particularis & intellectus passiuus. Sic ergo species intellectus possibilis a phantasmatibus abstractae sunt in formis uirtutis cogitativae, & relucunt in eis sicut in subiecto. Sed haec positio ualde friuola est & irrationalis. Nam secundum eam homo non intelligeret sed intelligeretur solum a tali intellectu, quoniam species & intentiones uniuersales non sunt nisi in intellectu possibili: qui (ut dicit Auerrois) secundum esse separatur ab homine, & cuius operatio intelligibilis manet in eo. Denuo, non esset homo naturae intellectualis secundum eam neque per se rationalis. Sed quoniam contra hanc opinionem plenissime disputatum est ab Alberto & Thoma, & potissime ab Aegidio, qui iudicio meo opinionem praetactam ceteris subtilius destruit, ideo pro praesenti sufficiant reprobationes eius illae, quae paulo ante articulo 92. ponebant. Porro autoritates quasdam Aristotelis adducit Auerrois, quas non oportet intelligere sicut ipse commentatus est. Sciebat autem Auerrois ex doctrina Aristotelis intellectum esse ab extra & non eductum. Rursus, sciebat in eodem simul esse actum & potentiam: non enim secundum Aristotelem animae temporaliter praesunt corporibus, sed nec transcorporari possunt: igitur si dixisset intellectualem essentiam esse animam & formam substantialem hominis, coactus fuisset admittere creati animam, & incessanter animas multas creari: quod concedere horruit, increpans tres sectas quae creationem admittunt, utpote Hebraeorum, Christianorum et Machumetitarum.

Articulus XCV. De positione Alexandri circa naturam animae et intellectus. Atonibus porro quae contra Auerroem inductae sunt contradicere neque Alexander, intellectualis essentia dixit hominis formam esse: aliter enim non esset hoc uere rationalis: sed argumentationibus quae supra positae sunt de immaterialitate & eleuatione intellectus, non acquiritur: dixit itaque rationale animam materiale esse & harmonicae formam, & de potentia materiae eductam. Unde etiam concessit eam destructibilem fore: rationibus namque, quae in articulo

Auerrois error

Aegidium Iam-
dac

Articulo 93, habitus sunt, coactus est dicere essentiam perpetuam & incorporalem atque in se stantem, nullatenus posse materiam endelechiam effici. Denuo, intellectum agentem dixit esse intelligentiam irradiantem supra intellectum possibilem, qui secundum eum est in nobis: & est preparatio naturae humanae ad recipiendum lumen intellectus agentis. Dixit enim, quod nobilioris formae debetur nobilior materia. Unde quia anima humana in ordinibus formae inferioris mundi nobilissima est, eius materia ad coelestem aequalitatem, & coelestis corporis puritatem maxime accedit: & ita ex anima & materia resultat praeparatio, qua homo capax est lucis intelligentiae agentis, quae facit intelligibilia in actu esse. Denique, positionem istam Auerois satis reprobat, & est manifeste contra Aristotelem, qui ex intentione demonstrat intellectum possibilem immixtum & separatum fore, & cum nullo quicquam commune habere. Oportet enim recipientem denudatum esse a natura & qualitate recipientis, quoniam si pupilla colorata esset, non reciperet omnes differentias coloris. Nunc autem constat, quod intellectus possibilis est in portione ad omnes formas saltem sensibilium: est ergo immixtus, immaterialis, & supra materiam eleuatus. Adhuc, quanticumque humani corporis harmonia ad aequalitatem redigatur, nunquam tamen penitus excedit conditionem materiae, neque efficitur capax immaterialium specierum. Intellectus autem recipit formas sine materiae appendicibus, quae sunt hic & nunc. Haec quoque positio Alexandri neque Stoicis aut Platonis, neque Peripateticis aut Aristoteli concordat. Omnes enim intellectum dicunt destructibilem: etiam illi, qui formam hominis corruptibilem putant. Denegat itaque Alexander in hac positione a nobilitate Peripateticorum, & Epicureorum quorundam ruditatem sequutus est. Praeterea, quod Alexander dicit de puritate & coelestium formae qualitate humani corporis, omnino uanum est. Videmus enim corpora rara & subtilia, maiorem habere convenientiam cum perspicuo coeli, quam corpora densa & terminata: corpus autem hominis densum est & terminatum. Adhuc, nulla potentia cognoscit uia organica, est reflexiua supra proprium actum sicut probat Aristoteles, & post ostendit. Intellectus autem intelligit se intelligere. Multa autem alia hanc opinionem destruunt, quae adhuc inducuntur.

Articulus XCVI. De doctrina Auicennae Peripatetici & insequutoris eius Algazelis de intellectualis hominis anima.

Inconuenientia igitur quae Auerois, & Alexandri, & Auerois & Abubather contrahunt euitans Auicenna, dicit animam humanam ex propria specie intellectuali ac corporis endelechiam. Intellectum quoque possibilem dicit in essentia animae fundari: sed intellectum agentem aut esse substantiam quandam separatam. Porro animam immortalem multum plerique ostendit, & intellectum possibilem probat inorganicum, immaterialem & a corpore in dependente, & prorsus separabilem: sed ut ante de eo recitatum est, animas humanas ponebat ab intelligentia creati, quae praestitit speciem actiuam & passiuam secundum eum. Hoc uero inconuenienter dictum est: nam causis secundis non conuenit uirtus creatiua, sed soli infinitae & illimitatae potestati, sicut multoties praehabitu est. Denuo dicit, quod cessante actuali intelligentia, species intelligibiles non remaneant in intellectu possibilem: sed quae docentur de nouo aut recenter quid intelligimus, in intellectu possibilem suam formam intelligibiles ab intellectu agente, qui semper animas hominum illustrat ut ait: cuius ratione assignat, quam quam diu manent formae apprehensae in potentia apprehensiuam, apprehenduntur actu. Forma enim est principium & ratio agendi, & ex hoc fit sensus in actu, quia est idem cum sensato. Virtus quippe cognoscitiua dicitur idem cum cognito, in quantum forma illius habet: sequitur ergo quod cessante actu intellectus, species non conferuentur in eo. Insuper, uires quae species cognoscibiles referunt, non apprehensiuas, sed apprehensiuas uirtus thezauros nominat. Hoc autem quod uires quae da solui referunt species, habent secundum quod organicae sunt organalia habentes corporea, in quibus recipiunt & permanent species apprehensae. In parte autem intellectiua non est uis organica non ergo remanent formae in intellectu possibilem cessante actu intellectiua. Aut igitur stant per se & subsistunt, sicut Plato dixerat de ideis, quae intelligibilibus participatione, dixit species intelligibiles fluere in animam. Aut fluunt in intellectu possibilem ab intellectu agente de nouo, quae docentur reciter intelligimus. Primum horum Stoicum est, & contra Aristotelem. Secundum ergo dicere oportet: intellectum autem agentem ponit substantiam quandam separatam. Porro secundum Auicennam, phantasmatia praeparant & disponunt intellectum ad recipiendum species, quae in ipsum a lumine separati intellectus fluunt, sicut etiam asserit, quod agentia naturalia per formas suas nil agunt, nisi quod materia coaptant ad recipiendum formas naturales, quae secundum eum sunt omnino ab extra, scilicet a datore formarum. Unde etiam ait, omne animal posse generari absque semine, admittens uniuersale diluuium

Alexandrum
notat,

diluuium possibile esse per naturam. Si autem quis ei obijciat, quod secundum haec non fit differentia inter hominem ante scientiam adaptionem, & post acquisitionem scientiae, quia forma non remanent in anima. Respondet, quod addiscere nihil aliud est quam perfectam beatitudinem adipisci copulando se luminis intellectus agentis, & sic post formam & scientiam habitum, est anima amplius tali influxui aptificata. Est denique haec positio Platonis uicina: sicut enim dixit Plato a pluribus idealibus formis profuere formas intelligibiles in nos, sic iste ponit eas ab una separata substantia in nos descendere. Rursum, sicut dixit Plato, sensibilia duntaxat experientia animam ad uniuersalium formam cognitionem, ita hic ponit ea tantummodo mouentia & praeparantia intellectum possibilem: per hoc quod inspicit sensibilia quae relucet in phantasmatibus, illustratur luce intelligentiae agentis ad cognoscendum uniuersalia. Enimvero haec positio Auicennae, Aristoteli in quibusdam uideat contraria. In tertio enim de Anima dicit, quod intellectus possibilis est locus specierum. Rursum, si materia prima potest retinere formas naturales, mixtae apparet, cur in intellectu sui utique firmiter est existentia quam materia, tenax non sit formae intelligibilium. Adhuc, quod dicit intellectum agentem non esse aliquid animae, ratione caret & Philosopho non conuenit. Ait enim, de Anima, quod rationi natura in qua est aliquid quod est omnia fieri, sit etiam aliquid quod aeternum omnia faceret: & postea infert, quod necesse est in anima has esse differentias, utpote quia habet intellectum possibilem qui est in potentia uniuersali ad recipiendum, habeat etiam uirtutem quae possit efficere in actu ea ad quae possibilis intellectus est in potentia. Haec uero uirtus appellatur intellectus agens: hic ergo est uis animae & non secundum esse separatus. Adhuc, natura in nulla specie stat in imperfecto, imò unicuique largitur ea quae ad essentialē sui perfectionem & naturalem operationem pertinent. Unde etiam Aristoteles dicit, quod si stellae haberent motum progressiuum in orbibus, natura contulisset eis organa tali motui opportuna. Iam autem innolescit, quod intelligere, formas rerum recipere & ratiocinari, sunt essentialis hominis operationes consequentes speciem, ratione possibilis intellectus. Hi uero actus sine agente intellectu expleri nequeunt, ut omnes affirmant. Haec igitur intellectus natura sagax & prouida dedit animae habere intra se & propriam naturam. Denique secundum Philosophum, intellectus agentis est species a phantasmatibus abstrahere: non autem a semetipso diffundere, sicut Auicenna, & in omnibus his sequens eum Algazel attestantur. Ratio proinde Auicennae, qua probat species non remanere, soluitur, eo quod post actualem intelligentiam, formae tales non remanent in intellectu, nisi sub actu perfecto, sed in esse quodam medio inter actum & potentiam. Insuper, necesse non est omnem uirtutem referuatiua specierum organicae esse, sed eam solui quae sensibiles formas retinet. Unde quia in superioribus id fit per pauciora, quod in inferioribus per plura efficitur, rationabile prorsus est, ut sicut in parte sensitua cognitio & referuatio specierum per duas potentias contingit, sic in parte intellectiua per unam potentiam existat: sicut etiam duplex ponitur appetitus sensituius, & unus duntaxat intellectualis. Veruntamen de natura rationalis animae, praeter caeteris Peripateticis subtilius loquutus est Auicenna, licet aliquid imperfectionis habeat, & in quibusdam Philosopho contraria sit positio doctrinae suae.

Articulus XCVII. De unione intellectualis animae ad corpus humanum secundum Platonem: cui consentire uidentur Isaac Israelita philosophus, & Proclus in Elementatione theologica.

Enimvero, animae haec quidem sunt desuper stantes, corpora sua gubernantes & mouentes, haec uero materiae impressae sunt secundum Platonem, operatione nullam habentes in uero communicet corpus. Rationibus itaque quae articulo 93, positae sunt Plato acquiescens, dixit intellectuale animam corpori non uniri sicut actum primum & formam, sed ut motorem & rectorem: sicut nauta unitur nauis, & intelligentia orbi. Cumque obijceretur Platoni, quia tali positioni suae contrariari uideretur ipsa hominis natura, qui ex anima & corpore constat. Respondit hominem substantialiter non componi ex anima & corpore, sed quod anima utens corpore esset homo, sicut Socrates est homo utens ueste: non autem ex ueste & utente compositus. Denuo, dum a Platone inuestigatur, quae sit corporis endelechia. Respondit, in corpore humano tres esse aias, rationalem quam locauit in cerebro: nutritiua quam secundum eum est in hepate: & concupiscibilem quam esset in corde. Haec Auerois narrat de Platone & etiam Thomas. Veruntamen positionem Platonis resoluere difficile uideatur: dixit nempe formas naturales ab idealibus formis procedere, & ita secundum ordinem & communitatem formarum uniuersalium quas ideas nominat, ponere esse in eadem re plures formas particulares. In hac igitur parte philosophia Platonis irrationabilis est.

Auicennae positio,
Platonis uicina.

Auicennae subtilius caeteris
Peripateticis
de anima locutus est.

Ex motore em & mobili nō fit unū secundū speciē, sed secundū operationē: & ita homo nō ponetur in specie per animā rationalē, neq; constaret ex forma & materia: & sic non esset homo res naturalis, neq; mobilis siue sensibilis. Amplius, si homo est anima utens corpore, hæc erit falsa, homo est animal: nā anima quæ est homo in quātum corpore utitur, est rationalis: hæc autē nō est animal: animal em est substantia animata sensitiva: & per sensitivā animā ponitur corpus in natura animalis. Sequitur itaq; q; homo nō fit animal, sed utens animali qd inepte sonat. Præterea, quæ supposititaliter diuersa sunt, unū nō est de alio enuntiabile, neq; operatio unius est operatio alterius: & hoc uerū de operatione secundū qd egredit ab operationē diuersis em non exit una numero. Si igit corpus humanū habet formā aliā ab anima rationali uidelicet sensitivā, & per hanc efficit animal & subsistēs ac sentiēs, si quoq; anima rationalis sit motor tantū & non forma corporis, erit & suppositum. Nequāq; igit erit hæc uera, homo est animal: aut rursus ista, homo sentit: quæ omnino absurde sonant: quippe q; eodē plures formas admittit, inconueniēs est & ab Aristotele destructū. Res em unaquæq; est una ab uno esse: esse autē est à forma. Et igitur si sint plures formæ, erunt plura esse. At uero, per formā sit ens actus: quod aut aduenit enti in actu, speciē non largit sed accidentaliter copulatur. Itaque autem in libro definitionum in quo plura de Platone loquitur, quo ad hoc Platoni assimilari uidetur, quia dicit intellectuale in animā desuper asserere, & ita motum & uitā corpori influere. Proclum autē Platonice prædictis Platonis dogmatibus fauere, nō est necesse ostendere. Rationes deniq; istæ secundū principia Aristotelis, & ueritatē re- cta: Philosophiæ procedunt: sed qui Platonem sustinere uellet, per aliam uiam graderet, Plato enim posuit materiam nihil pertinere ad rationem specierum naturalium: nō dixit, q; homo & equus, & leo separatim existentes, uerum essent homo, equus & leo, q; singularia ipsorum quæ materiæ coniuncta sunt: bona nanque separata dixit incomparabilia esse coniunctis.

Platonis opinio.

Articulus XXVIII. De documentis & demonstrationibus subtilissimi Procli Platonici circa immortalitatem & naturam animæ.

Principium quippe ostendendi immortalitatem rationalis animæ, est id quod Theoremate decimoquinto inducit Proclus dum ait: Omne quod ad seipsum conuersum est, incorporeum est, cuius rationem in Commento addit: Nullum enim corporeum ad seipsum natum est conuertitur: quod enim ad aliquod conuertitur copulatur illi ad quod conuertitur. Si igitur corporeum aliquid ad se conuersum est, tunc partes eius omnes ad se inuicem copulatur. Nam si totum copulatur toti, tunc partes omnes sibi inuicem unietur, & sic quælibet pars esset cum qualibet: quod ideo impossibile est, quia partes à se distant. Deniq; ex hoc Theoremate inducit aliud theoremata dum ait: Omne ad seipsum conuersum, habet substantiam separabilem ab omni corpore: ad cuius intelligentiam agnoscendum, q; ad se conuertitur dicitur omne id, quod sui ipsius contemplatiuum est, uel cuius actio radicitur & quiescit in eo quod est formale principium operandi. Formæ autem est prima origo & ratio operandi: & ideo si forma operationem habet quæ à se egreditur, & in se terminatur & subiectatur, tunc dicitur conuersua ad seipsum. Palam est autem omnem formam quæ totaliter materiæ immersa est, nullam posse habere actionem nisi materialem & toti composito communem. Sed intellectualis anima nude suæ essentia: & inmaterialium quidditatum est contemplatrix: est ergo ad se conuersua secundum operationē. Operatio uero nō excedit facultatē operantis: est ergo huiusmodi anima etiā secundum sui substantiā ad se rediens, neque materiæ impressa, neque ad illam dependens. Constat igitur rationalem animam incorpoream esse, & ab omni corpore separabilem, atq; per propriam essentiam in semetipsa subsistentem. Porro, quod ab alio dependet secundum esse & essentiam, nullam habet operationem propriam & liberam seu exaltatam supra id à quo dependet: Principiata enim & dependentia, semper necesse est conuerti ad principia & se manententia. Si igitur anima intellectualis dependet ad corpus, in omni utiq; sua actione conuerteretur ad illud, & non posset agere in seipsa & circa incorporalia, quæ tamen sunt maxime eam perficientia. Quia ergo intellectualis anima maxime perficitur per recessum à sensibilibus, & stat in sui ipsius uisione suspensa, manifestum, quod sit per se subsistens: & hoc in multis Theorematibus inducit Proclus. Ait enim Theoremate 42. Omne ad seipsum conuersum, id est, per se subsistens, ad seipsum conuersum est. Nā quod per se subsistit, non est materiæ obligatum, & ideo ad seipsum redit: quod si redit, clarum q; in se stet, &

Ad se conuertitur quid sit.

& ideo postea subdit: Omne quod ad seipsum conuersum est, & in isto fundat regula illa pulchra quæ dicit: unū quodq; per id agit, per quod substantificat. Nam quod est per seipsum, per seipsum agit: cuius autē esse est innitens susceptiuo, per aliud agitur: nempe q; necesse sit essentiam illā in se subsistere quæ secundū actionē ad se redit, confiteretur Proclus dum paulo post Theoremate 44. ait: Omne quod secundū operationem ad seipsum est conuersum, & secundū substantiam conuersum est ad seipsum. & quidem huius causa iam assignata est. Insuper probat talem animam in generabile esse & incorruptibile atq; perpetuā. Formæ namq; generabiles imperfectæ sunt & dependent ad materiam, quod prænominate aiæ ostēsum est nō conuenire. Rursus, nihil corrumpitur nisi ut remotū à sua causa: sed essentia formalis in se stans, est sibi ipsi causa essendi & non materia: nihil uero separat à seipso: & ideo formæ naturales non sunt per se corruptibiles, sed quia delatæ sunt supra materiam in qua est potentia ad non esse. Hæc autem omnia diffuse tradit Proclus dum ait: Omne ad seipsum conuersum ingenerabile est. & postea: Omne ad seipsum conuersum incorruptibile est. Rursus: Omne ad seipsum conuersum impartibile est & simplex. Insuper Theoremate 85. ait: Omne sui ipsius cognitiuū, ad seipsum omniquaq; conuersum est, i. secundū esse & operari: esse equidē est propter agere: & ideo quod sine corporis communicatione operatur, subsistere potest sine corpore. Ex alijs etiam principijs ostendit immortalitatem animæ, dicens omnem animā esse ueritatis, i. per se uiuentem. & alibi ait: Omnis anima & uita, est uiuēs. Sed in his & quibusdā alijs, intendit omnem animam etiam non intellectualem, immortalem ostendere: & in hoc Platonem sequitur, qui animas brutorum dixit incorruptibiles: quæ positio à ueritate abscedit, quoniā sola intellectualis portio animæ operatur sine organo & corpore. Sensus em secundū demonstrationes Philosophi est uirtus passiuæ, & operatio eius materialis est. Tales etiā formæ secundū philosophos educunt de materia, licet Auicenna oppositū sustinere uoluerit.

Regula pulchra.

Proclus.

Articulus XXIX. Et est introductio fortior rationum, quibus conuincitur rationalem animam separabilem esse & immortalem.

Licet autem ex multis præostensis in editione hac patenter elucescat, omnem intellectualem essentiam simplicem fore, & ab esse in dispergibile, iam tamen ut immortalitas animæ rationalis lymphidius innotescat, rationes colligendæ sunt in idipsum fortius demonstrantes. Porro ut stabili fundamento processus hic innitatur, contemplanandum quæ rationes sufficientes ostendere immortalitatem animæ, seu quid necesse sit demonstrare, ut clareat immortalitas intellectus. In primis igitur accipiendum est, quod in libro Causarum dicitur: Omnis substantia destructibilis non sempiterna, aut est composita, aut delata super compositum. Formæ enim quæ omnino in seipsis subsistunt, ab omnibus ponuntur perpetuæ: sed de anima quæ est forma corporis multis ambiguè est, si naturali lumine demonstrari possit immortalis. Denuo, formæ aliquæ triplici ratione destructibiles efficiuntur, uidelicet uel actione contrariæ formæ ut calor à frigore, uel corruptione subiecti, sicut ex dyscrasia harmoniæ corrumpitur uisus, uel defectu & remotione causæ, sicut lumē perit si sol non asit. Manifestū est autē, q; intellectuali formæ nihil est contrariū. Intellectus enim est omnium receptiuus. & Aristoteles probat eum esse immixtum & inorganicum: quod etiam ostensum est supra: substantiæ quoq; nihil est contrarium. Rursus, anima ex defectu suæ causæ non perit, illa enim sempiterna est uel saltem perpetua, quod nunc nil differt. Si igitur probari possit, q; rationalis anima sit stās & subsistēs in seipsa, sic q; neq; in esse neq; in agere innitatur ad dependeat ad corpus, tunc palam est, quia immortalis sit: quod in articulo immediate antecedenti satis utiq; probatum est. In primis igitur sic argumentetur: Omnis natura quæ appetitiua & inuentiua bonorum, honestorum & piorum ac religiosorum, immortalis est: omnis enim appetitus sit ratione similitudinis & conuenientia, quæ est inter appetentem et appetibile. In anima ergo est aliquid per quod assimilatur bono honesto & religioso. Honestum autē diffinitur quod propter seipsum appetibile est, seu quod propria & essentiali sua uirtute appetitum allicit, quāq; nihil utilis uel delectabilis adducit: sed nulla uirtus per harmoniam operans & materialis existens, appetit tale bonum: nihil enim operatur aut appetit, nisi secundum harmoniam & qualitatem corporis: & ideo quicquid appetit, appetit in quantum illud conueniens est sibi & coniuncto. Sic autem appetere, est appetere sub ratione utilis uel delectabilis: quod uero appetit propter seipsum, illic ratio appetendi est propter nudam similitudinem inter appetentem & appetibile: & igitur ratio appetibilitatis quæ est in appetibili, est per abstractionem ab esse & modo harmoniæ & existentia: qua fit ipsum utile aut delectabile appetenti. Vnde etiā uidemus nul-

Argumentatio.

lum animalium irrationabilium letari in aspectu pulchrorum, aut olfactu suauium, uel perceptione sensibilibus, nisi in quantum hæc utilitatem uel delectationem utputa alimentum seu Venerorum expletionem conferunt appetentibus: solus autem homo in pulchris & dulcibus & bonis lætatur, & concupiscit propter illorum essentialia dignitatem & naturalem uirtutem. Est ergo in anima quoddam principium supra corporis harmoniã, & materialem dispositione eleuatum. Unde patet, qd in bono honesto ratio appetibilitatis consistit in perpetuitate quadam: quia uidelicet bonum illud appetitur propter seipsum. Cõformiter possit hæc ratio deduci de bono religioso & pio. Hoc ergo operã diuini principium nõ destruitur pereunte corpore, imò separatim existens, liberius & purius operari potest circa huiuscemodi bonorum appetitũ, tanq̃ minus indigens bono utili & delectabili. Præterea, nulla forma per uirtutẽ materialem et coniunctã, communicat cum propria operatione diuini intellectus & intellectuuum supernorũ: quoniam omnis uirtus corporea & in agendo ad corpus dependens, non operatur nisi secundũ qualitatem & harmoniã corporis & materiæ in qua fundatur: qui modus operandi primæ menti & supermundanis atq; deificatis intellectibus nequaquã cõuenit. Sed rationalis animę operatio conuenit cũ illorũ propria actione essentialis em̃ & connaturalis diuinorũ intellectuuum operatio, est immaterialium & uniuersorum contemplatio, Anima autem ex uisibilibus ad inuisibilibus, & ex his ad superinuisibilibus deitatis speculationem assurgit, rationes rerum & ordinis, ordinis quoq; causam inuestigat: quod per nullam potentiam materiæ coniunctam fieri potest. Virtus deniq; non est melior substantia à qua procedit: non est ergo ipsa animæ substantia ad corpus dependens uel materialis, sed separata & in se stans. Amplius, de possibilibus facit natura id quod melius est: sed anima per species & scientiales ac sapientiales habitus atq; uirtutes in corpore acquiras, tantam adipisci potest conformitatem & habitudinem ad cœlestes animos, ut iam non solum sit nata sine corpore operari, sed perfectus ac liberius operaretur separata quam coniuncta: cuius probatio est hoc quod cernimus: nam quo anima magis uacat studio, scientiã & puritati abstractionis à corporalibus curis & oblectationibus, eo uicinior fit & capacior sapientialis contemplationis diuinorum & cœlestium influxionum: & in hoc luce, qd si penitus separaretur, copiosius irradiaretur luminibus intelligentiarum. Non ergo pereunte corpore ipsa perit. Nam nulla res corrumpitur ex eo, in quo consistit sua perfectio. Potentia autem organica & materialis ut uirtus, non perficitur in recessu, sed in temperamento harmoniæ. At uero, unicuique naturæ debetur quoddam summum bonum secundum speciem propriam sibi debitum, quod sicut præostensum est, in intellectualibus hypostasibus felicitas appellatur. Quorumcunq; ergo summum bonum in eodem constituitur, illa in natura & uirtute communicant: imò secundum proportionem identitatis, talis summi boni necesse est accipere modum identitatis & cõuenientiæ in natura & uirtute eorũ, quorũ est illud summum bonum. Sed in antea habitis multipliciter deductũ est, & in 10. Ethicorum ab Aristotele probatum, qd contemplatiua felicitas sit summum bonũ omnis naturæ intellectualis: omnis quoq; rerum creatarũ contemplatio, ad speculationem optimi speculabilis naturali ordine ordinatur, secundũ quod illius speculationis possibilis est mētibus creatis: & ideo dixit Auerrois, qd quæstio de diuino intellectu, est ab oibus desiderata. Cõmune est ergo aĩæ & intelligentiæ, in cõtēplatione & primæ ueritatis speculatione felicitari. Necesse est ergo in natura aĩæ similitudinẽ quãdã esse cũ natura intelligentiæ. Hæc aut similitudo, uel radicat in aĩa in quãtũ cõiuncta est & de p̃dēs ad corpus, uel in quãtũ separatũ aliqd habet qd in corruptibile sit & nihil cõmune habes cũ corpore. Primũ horũ intelligi nõ pot. Contemplatiua nanq; felicitas & primæ ueritatis speculatio, in nulla uirtute fundata in materia, subiectari potest: neq; per uirtutẽ talẽ cõmunicat cũ natura diuinorũ intellectuũ, neq; recipere pot talis uirtus species tam synceras & uniuersales: & hæc ratio subtilis est & firma si bene consideretur, & sequentiã plus eam stabilient. Adhuc, eiusdẽ esse, posse & agere. Potentia em̃ sequitur esse, & ideo quod habet in seipso posse & agere, habet etiã in seipso recipere esse simpliciter, sed sicut concepit, sic appetit. Intellectus ergo cui proprium est uniuersaliter cognoscere, cognoscat esse perpetuũ secundum qd tale est sine determinatione ad tempus. Sic ergo propriũ est sibi appetere ipsum esse: est ergo profus indestructibilis. Porro necesse est operationẽ correspondere perfectibili: & ideo quod conuenit perfectioni in quantum est alterius perfectio, oportet etiã perfectibili cõuenire: sunt em̃ unius generis: sed intelligibile est ppria perfectio intellectus sicut obiectũ potētia: intelligibili aut secundũ qd huiusmodi cõuenit esse incorruptibile & necesse. Nã materialia & singularia nõ sunt intelligibilia actũ & secundũ se, sed per abstractione à motu & materia, que est cõtingentiã &

Auerrois

Aristoteles.

corpore uel organo uel corporis materiali parte, tũc materialis erit: ergo omnia que recipit, recipit materialiter, qd profus salum & cognoscit em̃ ipsas res: simplices formas & essentias: & que in seipsis materialia & singularia sunt, uniuersaliter & immaterialiter sunt in anima. Adhuc, omnis uirtus materialis extensione habet extensione subiecti ut in uisu patet, sed nulla uirtus diuisibilis & extēsa, est reflexiua supra seipsam & propriũ actũ suum: nõ enim uirtus uidet seipsum aut proprium actum. Intellectus aut intelligit se intelligere & seipsum uidet. Iã quoq; in articulo immediate præhabito probatũ est, qd nulla uirtus corporea seu corpus, conuerti possit aut reflexe supra semetipsum. Intellectus ergo omnino immaterialis est. Adhuc, cognitio fit per similitudinẽ cogniti q̃ inest cognoscere. Cõstat aut, qd intellectus ipsas rerum simplices naturas cognoscit nude & absolute, utpote non cõintelligendo ea quæ accidentalia sunt, quæ admodũ sunt quantitas, locus, tempus, figura, motus & similia: in ipso ergo est species que est similitudo naturæ sic cõtēplata. Aut igitur hæc species recipit in intellectu cũ appēditiõis materiæ, quæ scilicet naturã cõmunẽ singularizat, quæ iã nominata sunt, ut non si primũ, nunq; per eam cognosceretur simplex natura nude & in se necesse est enim speciem proportionatã esse ei cuius imago est: & ergo si species res sensibilibus essent in anima secundũ qd procedunt à rebus, non ducerent nisi in cognitione unius certi singularisiam aut per unã speciem omnia quæ in una natura conueniunt, cõprehendunt. Est ergo hæc species depurata ab his & nunc & cæteris singularitatis circumstantiis, quibus unum in diuiduum differt ab aliquo, & per quas indiuiduat natura cõmunis. Oportet igitur intellectu cui inest hæc species à materia immunem esse: fundat ergo in sola essentia animæ. Sed in eo est actio in quo est potentia: tam ergo posse q̃ agere hominis, secundũ partẽ intellectualem in sola substantia animæ fundat: anima ergo in seipsa subsistit. Præterea, nulla uirtus corruptibilis & materialis, constituere pot corruptibilia & materialia in corruptibili & necessario atq; separato essentia enim largitur alteri qd ipsum non habet. Facies quoq; est honorabilis factio, neq; pot aliqd operari ultra gradũ proprię dignitatis & subsistentiæ. Sæpe aut præhabiti est, qd nulla uirtus organica agere possit nisi secundũ horum materiã & q̃litate corporis. Quõ ergo poterit cõiuncta motu & materię, & corruptibilitati atq; contingentia, separare ab his si ipsamet cõiuncta ac mobilis & mortalis permanet? Sed de sensibilibus & mobilibus est scientia, non secundũ esse quod habent in seipsis & ad exteriora. Scientia nãq; est uniuersalis & necessario: sicut sæpe probat Aristoteles. Est ergo de illis scientia secundũ esse quod habent ab anima depurata & abstracta ante prænominatis imperfectioibus. Sic ergo si animæ intellectus sensibilia quæq; & corporalia ac superficietenus apparentia propria luce penetrat, occultissimas res rationes inuestigat, & essentia sub accidentalibus formis latentia cõperiens, tunc utiq; dubiũ nõ remanet sane mētē talem uirtutẽ animæ incorporeã simplicem & separatã consistere. Enim uero, quod secundũ esse & essentia dependet ad corpus, nullã habet operatione quæ proportionabiliter nõ causetur & de p̃deat à corpore: talem enim entũ corpus est: eatenus causa essendi, ut sine ipso esse nequeat. Anima aut ex se & per se est gubernas corpus, & operationũ suarũ causa, sic qd ad suas operationes nõ agitur neq; impellitur ab alio uel natura: quod manifestũ est in operationibus quæ procedunt ab anima per artẽ & prudētiam et intellectualem directione: non ergo cum corpore perit, cũ neq; de p̃deat. Deniq; impossibile est naturale desideriu cassari. Nam secundũ Aristotele, Deus est natura nihil facienti frustra, neq; natura inchoat quod perficere nequit: sed omnis intellectus desiderio naturali appetit semper esse: quod ostenditur: Omnis enim appetitus est uel per apprehensionẽ præuiam, uel per solum instinctum. Appetitus aut intellectualem qui natura intellectus cõsequitur, qui etiã uoluntas nuncupatur, fit per præagnitione. Sicut ergo intellectus cognoscit bonum, sic ipse uel potius uoluntas appetit illud. Hoc aut interest inter sensum et intellectum, qd sensus nõ cognoscit ipsum esse neq; aliqd nisi secundũ hic et nunc, cũ sit potentia organica et materialis: ideo nõ pot esse simpliciter, sed sicut concepit, sic appetit. Intellectus ergo cui proprium est uniuersaliter cognoscere, cognoscat esse perpetuũ secundum qd tale est sine determinatione ad tempus. Sic ergo propriũ est sibi appetere ipsum esse: est ergo profus indestructibilis. Porro necesse est operationẽ correspondere perfectibili: & ideo quod conuenit perfectioni in quantum est alterius perfectio, oportet etiã perfectibili cõuenire: sunt em̃ unius generis: sed intelligibile est ppria perfectio intellectus sicut obiectũ potētia: intelligibili aut secundũ qd huiusmodi cõuenit esse incorruptibile & necesse. Nã materialia & singularia nõ sunt intelligibilia actũ & secundũ se, sed per abstractione à motu & materia, que est cõtingentiã &

Aristoteles.

corruptibilitatis radix secundum Aristotelem sexto primae Philosophiae. Necessesse est ergo intellectum incorruptibilem esse. Amplius, entia ordinis mediae inter duos ordines extremos, necesse est cum utriusque ordinis entibus aliquid commune habere: & hoc iam supra diffuse tractatum est. Vnde videmus quaedam animalia tanta uicinitate cum plantis habere, ut sint affixa petris, & localiter secundum se tota non mouentia sese. Sed omnes hoc aiunt quod intellectus anima inter formas omnino separatas & penitus coniunctas media est. Dicitur enim horizon formarum, & cingulus ac ligamentum superiorum ac inferiorum: non est ergo totaliter secum esse & posse ac agere, materiae impressa. Quia obrem etiam dicitur similitudo & sigillum intellectuum superiorum, quonia sicut illi sic & ipsa recipit formas rerum uniuersaliter, seu secundum esse ubique & semper propter abstractionem hic & nunc. Etiam quaedam modum asserit Albertus, sic & ego sentio, quod uidelicet omnis in his praeductis rationibus se exercens, indubitate agnosceret eos naturam intellectuales animae profus ignorare, quae ea destructibile putant.

Albertus.

Articulus C. De rationibus quibus uidetur ostendi posse animam rationalem, neque separabilem, neque immortalem esse.

Respondet denique ad omnes prehabitas rationes forsitan aliquis, satis demonstratum esse, intellectum non operari per organum, neque materiae esse immixtum, non tamen incorruptibilem duplici ratione. Primo quidem: nam destructo priori neque remanet neque agit posterius: in homine autem intellectuum praesupponit sensitiuum & in agendo deperdet eum, sicut in procemio Posteriorum aperte tradit Aristoteles. Constat autem, corpore perennante sensitiuum perire: nil ergo deinceps operabitur intellectus. Secundo: nam Philosophus comparat intellectum ad phantasma sicut uisum ad colorem. Sine colore autem non fit uisus: ergo nec sine phantasmate erit operatio intellectus: certum est autem post corpus non remanere phantasmata. Praeterea, uidemus omnem operationem intellectus obedire per turbationem & discrasiam uirtutis cogitativae & memoratiuae: unde Philosophus dicit, quod nihil intelligit anima sine intellectu passiuo, quem uocat uirtutem cogitativam. Praeterea, si anima secundum philosophos fit immortalis, oportet eos condecere, esse iam actu in finitas animas numero: ponunt enim aeternitatem mundi, motus & temporis. Adhuc, formae eiusdem speciei non differunt nisi per materiam quae eas in diu duat: quia ergo corpora sunt causae in diu duationis rationalium animarum, non remanebunt (ut uidetur) in diu dualiter existentes post corpus resolutionem. Sed respondendum rationibus his, & ad primam dicendum, sensitiuum esse prius intellectui in homine secundum uiam generatam, non autem secundum uiam perfectionis: & ideo anima uniuersa corpori, ut per sensum ministerium scientiae acquirat. Vnde non oportet, ut destructo imperfecto, scilicet sensitiuo, pereat intellectiuum: quia de qua anima per sensum, rebus species habet, tunc ministerium sensuum complectitur est quodammodo. Veruntamen quia anima creata est in umbra intelligentiae, ideo capax est illuminationis ab intelligentia, si nondum rebus sensibiliu agnitionem adeptam sit, sicut de infantu animabus dicere habent philosophi. Sed haec illuminatio confusa est & multum imperfecta: ideo naturalis est animae prius per corporis sensus, formas & scientias rebus adipisci, ut sic capax fiat & aptissima ad illuminationem intellectus separati. Nepe natura facit quod melius est: melius autem est indistincte illuminari & contempleri, quam penitus non esse: & ideo intellectus omnis omnino incorruptibilis est. Ad alias autem duas rationes diuersi diuersimode respondet. Auicenna enim et Albertus & multi philosophorum solentiorum, dicunt animam in hoc statu posse substantias separatas conspiciere, & quidditates rebus sine phantasmatu intuitionem contempleri. Aristotelem autem dicitur loquutum de primordiali speciebus adreptione, Thomas uero respondet ad duas has rationes, quod modus operandi pariter modo essendi. In corpore autem existens anima aliu habet modum essendi quam separata: & ita quia corporis forma est, a sensitiuis potentijs deperdet ois sua operatio quam diu corporis forma remanet: sed quia tali forme non repugnat alius modus agendi sicut ostesum est, ideo separari potest. Sequens ratio difficilis est ualde. Auicenna namque & Algazel admittunt eam, nec habent pro inconuenienti esse infinita numero in his quae non habent ordinem adinuicem neque essentiali subordinationem, sicut esset de animabus separatis. Et licet haec positio uideatur mirabilis, non tamen apparet alter respondendum de modis his, qui animas ponunt intellectuales, & secundum corpora multiplicabiles & immortales ac aeternitatem mundi, licet multi plura sine fructu dicant: nisi forsitan quis Platonicos uelit se qui, qui secundum deteminata tempora interualla, ponebant easdem animas corporibus in infinitum reuiri. Sed quia haec positio Aristoteli non placuit, & Auicennae responsio mirabilis ualde uidetur, diuersi Peripatetici in extremas uias abierunt. Nam quidam (sicut Alexander) dicebant etiam perire cum corpore. Veruntamen huic opinioni pauci admodum adhaeserunt. Nam sicut ostesum est, ois meliores Peripateticorum

Thomas.

Peripateticorum
aria de ani-
ma opinio.

ticorum & Stoicorum dixerunt intellectum profus indissolubile: sed ne infinitate animarum conpellerentur admittere, quidam ut Auerois & Auerothe & Abubather ponebant intellectuale naturam non formaliter, sed per resplendentiam quandam uniri nobis: & sic omnibus animalibus pereuntibus, remaneret daturat quoddam uniuersale lumen intelligentiae separatae quae illustrauit animas, quaedammodum cunctis destructis coloribus, remanet uniuersale lumen solis. Contra hanc autem falsitatem prolixius iam disputatum est. Ceterum quid Aristoteles ad haec diceret, aperte non inuenit ab eo dictum. Vnde etiam multi putant eum sensisse, animam fore mortalem.

Articulus CI. Quod secundum Aristotelem anima rationalis sit immortalis.

In undecimo autem primae Philosophiae contra Platonem loquens Aristoteles ait, quod causae mouentes seu efficientes sunt priores causatis, non autem causae formales. In eodem etenim sunt simul tempore actus & potentia. Sed Plato dixit ideas formas esse rerum & praexistere. Constat denuo, animam rationalem corporis formam esse. Ne ergo quis arietaret Philosophum uoluisse dicere, animam cum corpore finiri, subiecit: Si autem & posterius aliquid manet, perferuntur duntaxat in quibusdam nihil prohibet: ut si est anima talis, non omnis sed intellectus, quod de anima caeli accipi non potest: illa enim non separatur ab orbe incorruptibili. Insuper, primo de Anima dicit quod intellectus uidetur substantia quaedam esse & non corrupti. Et alibi ait, quod si est aliqua operatio animae propria, tunc ipsa non destruitur. Sed in tertio de Anima palam docet intellectum immixtum esse & nullius corporis actum, sicut uirtus per organum operans: & sic anima habet operationem separatam a materia. Adhuc, tertio de Anima attribuit intellectui agendi quatuor proprietates dicens, quod sit separabilis, immixtus, impassibilis & actus ens. & paulo antea dicit intellectum possibilem, etiam immixtum & separabilem quatenus omnia recipere possit. Passibilis quoque est communiter dicta passioe, quia recipit rebus species: sed quod sit actus ens negat, imo est in potentia ad omnes formas rebus. Agens autem intellectus dicitur substantia actu ens, quia illuminat & abstrahit & depurat. Ostensum rursum est & multipliciter probatum, haec uerba Philosophi de intellectibus quae sunt potentiae animae oportere intelligi. Dicitur enim quod necesse est in anima has esse differentias, ut scilicet sit in ea aliquid quod est in potentia ad omnia, & aliquid quod possit potentiam hanc actuare: sed hoc satis habitum est supra in his quae contra Auerois & Auicennam introducta sunt. Manifestum est ergo secundum intentionem Philosophi, humanum intellectum immortalem esse: unde de intellectu tandem concludit: Et hoc solum immortale & perpetuum est. Praeterea, in Ethicis dicitur & saepe allegatum est, quod uidelicet homo contemptiuius sit amantissimus deo: si autem post uitam hanc nullam beatitudinem retribuere deus tali homini, non est appetibile neque perutile amantissimum esse deo: praesertim cum in hac uita plures aduersitates frequenter contingant uiris contemptiuius quam carnalibus: quonia opprimuntur & occiduntur uicissim ab his. Adhuc, proprium est amici ut comunicet & largiatur bonitates suas ei quem diligit. Stiguitur his uiris theoreticis nil profus retribuere deus post hanc uitam qui iam praeter ceteris affligunt, non uideret in quo pensari posset diuinus amor super eos. Sed haec in libris Boethii de consolatu philosophico requirant. Elucescit igitur non bene a quibusdam dictum dum asserunt secundum doctrinam Aristotelis, animam inseparabilem fore: quam uolentes quidam idipsum dicant. Hi etiam qui nominales dicti sunt, istis & Alexandro consentiunt: neque secundum Aristotelem, neque secundum naturalem rationem aeternitatem posse ostendi immortalitatem animae. Nec mirum si hoc dicant nam dum rerum naturas & proprietates perferuntur, ad terminos frequenter & ad sophismata conuertuntur.

In intellectu
possibile & pot
abilem esse.

Articulus CII. De doctrina Platonis in Phaedro circa naturam & immortalitatem animae.

Essentialis quippe animae definitio, est esse principium uitae & motus eius in quo. In omnibus igitur quae a se mouentur necesse est primum motorem constituitur, cui per se & non per accidens conueniat moueri: omni ergo animae motui animalis, est essentiali ut moueat. Quod autem essentiali est, inseparabile est: semper ergo mouet. Non igitur peribit anima pereunte corpore, etiam quae solum sensitiua est ut Plato inserit. Adhuc, cui coepetit per se agere, coepetit etiam per se & separatim posse esse: sed animae etiam brutorum conuenit per se mouere, corpori uero moueri, & sic non comunicat anima talis cum corpore in eo quod est mouere. Nam mobile constat ex duobus, quorum unum est mouens & alterum motum: sic ergo separabilis erit a corpore. Si autem obijciat Platonem, quod quis animae essentiali sit mouere, quia tunc sine corpore non potest esse expletio motus, non poterit anima sensitiua a corpore separari. Ad hoc Plato respondit illud esse in uno quod principium motus, quod seipsum mouet: dixit enim omne mouens moueri. Et ideo mouere seipsum, est prius eo quod est mouere aliu. Si enim (ut Plato inquit) mouens non potest se mouere in se, nunquam mouebit se in aliud: & sic mouere seipsum

Obiectio.

Responsio.

est prius eo quod est mouere aliud. Posteriori autē deficienti non est necesse prius deficere. Ratio autē horū est: nam secundum Platonē motus non solū est actus mobilis inquantū mobile seu entis in potentia & eius quod imperfectū est, sed etiā est actus mouentis: & ita si mouens non mouet se, non mouebit aliud. Quia igitur mouere est connaturalis operatio animæ, & non semper mouet corpus, necesse est ut seipsum moueat. Adhuc, sicut ait Plato ad discipulum suum Phædonē loquens, in minori mundo quod est animal, est similitudo cum maiori mundo quod est cælū, in hoc quod est moueri à seipso & mouere seipsum. Hoc enim omnibus animalibus perfectis conuenit ut diuidantur in partē mouentē & motā. In maiori autē mundo motor est incorruptibilis, eo quod per se & non per accidens, sed essentialiter competit ei mouere sic ergo & in minori mundo oportebit esse. Amplius, motus naturalis animalis est à principio coniuncto & intrinseco. Illud ergo principium aut habet ali- quid prius se mouens ipsum, aut seipsum mouebit. Si primum, tunc non esset primum mouens, sed non igitur in infinitū. Oportet ergo in unoquoque quod mouetur à seipso, esse primum quod essentialiter & per se mouet: hoc autē est simplex. Quod autē seipso immedia- te mouet, prius mouet se quā aliud ut probatum est. In hoc ergo quod est mouere se, nō depēdet ad aliud: & ideo ponebat Plato animā sensitīuā habere operationē per se non so- lum mouēdo, sed etiam sentiēdo. Nam dixit sentire esse motū animæ per corpus, sic quod senti- re est primo motus animæ sentiētis, & anima sic mota moueret corpus ad sentiēdū: & ob id dixit omnes animas esse brutales ac in infinitū posse ascendere & descendere in generati- nem. Vnde etiam ponebat omnia quandoque renouari, & mortua redire in eodem esse: quæ omnia Proclus Platonius ad Iōgum pertractat. Sed hæc Platonis philosophia neque firma est neque uerā: licet enim motus sit operatio mouētis quodammodo, non tamē quiescit in eo, sed procedit in mobile: non est enim actio immanēs sicut uelle & intelligere, sed d transcens sicut ædificare & calefacere. Nihil ergo mouet actiue motu secundum intentionē Platonis utendo motu seipsum, si non asit corpus mobile recipiēs influxionem mouētis. Et quod dicit animam moueri à seipso, nihil est: nullum enim indiuisibile est per se mobile: nullum etiam simplex & incorporeum mouetur per se. Veruntamē ut tactum est, Plato qui dixit animam esse simplicē & incorporeā, non intellexit eam moueri à se motu locali, aut motu illo qui est exitus de potētia in actū: sed mouere seipsum dixit, quod in actu existēs exierit & emittit à se actionē: sic enim dicebat primum mouēs moueri à seipso: sic quoque dicit Philosophus in- telligere esse motū. Cum ergo dixit animā mouere seipsum, uoluit dicere quod operatur sine amminiculo corporis e contrario formis, quæ non agunt absque materia: sed hoc est impossi- bile in anima solum sensitīuā, ut sine corpore operetur. Sepe enim demōstrauit Aristoteles, quod sensus sit uirtus pessima, appetitus quoque sensitīuus nunquā sine transmutatiōe corporis inuenitur operari. Quoniam ergo anima brutalis nō mouet nisi per sensum & appetitum, si- ne corpore operari nō potest. Rationes denique Platonis in æquiocis cōsistunt: animæ enim est mouere sicut formæ est esse, nō quasi mouere sit in anima, sed anima est principium quo fit motus. Quod insuper dicit mouere inseparabile esse, quia essentialiter cōuenit animæ, cer- rum est quod anima bruti per accidēs corrumpitur: quia secū dum se totā super compositionē delata est, & ita per accidēs cessat mouere. Rursus, essentialē est ei mouere sic ut sit formale principium, causans & emittēs uirtutē mouēdi in ipsum totū. Hoc tamē elucescit & cōside- ratiōe dignū est, quod hæc rationes Platonis sufficiēter ostēdunt immortalitatē animæ rationalis: eo quod illa sit ex se ipsa causa operationū & gubernatiōis sui corporis, sicut nūc præinductū est.

Articulus CIII. Et est explanatio quomodo anima intellectualis possit esse cor- poris forma, cum tamen sit ueraciter in se subsistens.

Porrò, forma & materia substantialiter & immediate uniuertur. Substantialiter di- co, quoniam unam eandemque speciē & naturam cōstituant: immediate uero, quoniam actus & potētia, nullo ea colligante coniunguntur. Denique sicut ait Aristote- les, susceptiuum non est cōtingens: actus enim requirunt potētias sibi propor- tionatas, & ideo necesse est inter formā quamlibet & suam materiā, cōueniētē habitudinē esse, quatenus per materiā forma congruētē operari possit. Eadē itaque conformis est habi- tudo formæ ad materiā, in esse & in agere: quæ enim in nulla sui operatione eget materia, non requirit materiā in essendo, neque uniri ei potest. Quoniam quidē ait humanus intelle- ctus in principio sui est uelut tabula rasa, hinc utique phāstasmatibus & sensitīuis potētīs in- diget, ut scibiliū species & res formas adipiscatur. Veruntū quia intellectus immixtus est & sine organo operans, separabilis est. Sic igitur Auicenna & Algazel contestantur, quod ra- tionalis

ionalis anima quo ad sui esse inceptionē, non autē quo ad incepti esse permanentiā, sit de- pendentia habens ad corpus. Enim uero quæ admodū iam dudū dicebatur, formæ resque natu- raliū, figuris & numeris assimilaretur. Superior enim totā potēstatē & perfectionē inferio- ris cōprehendit: sed perfectiones inferiorū formæ sunt in superiori forma, nō secundū mo- dum propriū, sed secundū exigentiā formæ superioris. Sic nepe uegetatiuū & sensitīuū, & cæterarū formæ perfectiones sunt in anima rationali, secundū modū naturæ ratiōalis. Cō- stat equidē omnes uirtutes formæ naturalī, citra intellectuā partē animæ qua ipsa uiuit & sapit, materiales & à materia inseparabiles existere. Elucescit ergo, ipsam animā rationa- lem in essentia præ cæteris formis esse simplicissimā, in uirtutibus uero & operatiōibus ma- xime multiplicē: in quo etiā uerissime ostendit esse imago diuini intellectus. Dionysius ete- nim ait, diuinū lumē seu paternū radiū, in essentia esse simplicissimū, & in efficacia multipli- cissimū. Nunc ergo innotescit, qualiter secundū quasdā potētias & operationes ponit ani- ma separabilis, secundū quasdā uero minime. Quippe, sicut lucere est actus lucis, sic esse est actus essentiæ: & ob id esse purificatur essentiæ in simplicitate suæ actualitatis, & multipli- citate efficacis suæ uirtutis. Rursus, unio, propinquitas & distantia formæ ad materiā, qui- bus formæ quæ dā dicuntur materiæ uiciniores aut ab eo magis separatae, attendenda non est penes localē approximationem uel elongationē, sed ut habitū est, penes gradum perfec- tionis & ordinem dignitatis. Formæ namque naturales, quo fonti & omnium formæ condī- tori fuerint propinquiores, eo dicuntur à suis materiæbus distantiores, ut puta uirtutem & operationem, facultatē materiæ uehementius super gradientes, habentes. Cumque anima rationalis sit in umbra intelligentiæ creata secundū Isaac, habens se ad intelligentiā sicut e ha- bet color ad lumen secundū Auicennā, ideo mixte non est, fidetur secundum hanc sui per- fectionem à materia separata, cui tamen coniuncta est secundū esse & essentiā, per cæteras perfectiones & potētias sibi & materiæ communest sic quoque idē esse animæ propter expā- sionē uirtutis suæ, dicitur immateriale & solius anime, secundū quod fluit ab anima intellectuā- li, secundū uires suas separatas & diuinas: & idē dicitur materiale & totius cōpositi, inquantū emanat ab anima secundū materiales & organicas suas uirtutes: ipsum tū nunquā est aliquid ab essentia animæ separātū: sed sicut anima dicitur coniuncta & separata, sic & esse eius: neque diffundit esse ab essentia, ubi nō est essentia. Materia autē & forma sunt penetratiuæ, & ubi- que simul. Hoc pie accipiēdū ē: quia proprie nulla creata essentia penetrat aliā tanquā illabēs ei.

Articulus CIII. Et est responsio ad rationes quibus superius argumentabatur, intellectualem essentiam non posse corporis formam effici.

EX his itaque prælibatis, parata est uia dissoluendū uim eorū, quæ præinducebantur, quod rationalis anima non esset intrinsecus & primus actus materiæ, & ut mihi uidet, uis omnīū ratiōū illarū aliud non postulat, quā ut manifestetur, qualiter eadē forma sit in se stās & alteri innitens: seu quomodo idem esse, possit attribui formæ & toti cōposito: sic quod in uno eodemque esse, utriusque subsistat. Formæ nepe non intellectuales, licet sint principium ipsius esse totius cōpositi, non tamen in seipsis subsistunt. Hęc autē iam ex- planata sunt. Animā autē esse in materia ut actū & stare in seipsa, non est localiter distare eā à seipsa, sed est eā secundū quasdā operationes & gradus communicare cum materia, & se- cundū quasdā potētias sine cōmunicatione corporis operari: quod utique rationaliter con- tingit, cum sit ipsa horizon formæ, & tanquā confiniū quoddā corporearū & in corpore o- rum. Denuo, anima dicitur in se subsistere in corpore, nō sicut quid completū in specie, sed quasi non dependens neque immerfa materiæ: habens uidelicet operationes & potētias, quæ neque in organo, neque in materia radicatur: & ita nec anima in materia suscipit subsistētię sul- cimentū secundū hunc suę perfectionis gradū. Hoc tamen non impedit, quin secundū hęc suā perfectionē possit corpus ponere in specie, uel potius toti speciē largiri: nā esse intelle- ctuale animæ habet habitudinē ad corpus, sicut in articulo præcedenti ostēsum est. Per sent- tiuū itaque & cæteros gradus inferiores, sit intellectualis essentia informans materiā: per esse autē rationale, ponit eā in specie, & est ei cōiuncta non per impressionē aut informatio- nem sui in materiā, sed potius per tractū quendā quo trahit corpus ad naturā & modum sui esse. Esse enim substantiæ intellectualis tam plēnū est, ut secundū se totū à materia cōprehen- di nequeat, sed solū secundū uires materiales & organicas. Quippe, ob hoc quod anima secundum perfectionē intellectuāle nō est informās sed in se stās, non sequitur quod totus homo nō sit uere rationalis, aut quod ipsa sola anima sit homo. Dicitur enim homo rationalis, non quia in- tellectus sit uirtus corporis aut materialis, uel quia operatio intellectuāla sit communis

Plato.

Sensus, uirtus pessima.

Aristoteles.

Dionysius.

animę

animæ & corpori, sicut uisio uel cogitatio, sed quia totū compositum quod est homo, habet in se formale principium sibi coniunctū: quod secundum inferiores gradus est materia informans, & secundū esse rationale, materia informatā ad se, & modū suum trahens & eleuans, ut sibi subferuiat. Non ergo anima in quantum rationalis fit in se subsistit, ut non fit pars hominis: homo enim dicitur substantiā non solū intellectuāle, sed etiā sensitiuā, mobilē ac naturalem: alius non esset animal. Intellectiū enim hominis non est purus, sed ut dictū est, cōprehendit in se tantū secundū modū sui, sensitiuū & alios formas gradus. Si dixeris, per ratiōalem ponitur homo uel corpus in specie: ergo illud erit cōmune animæ & corpori, neque radicabitur in sola substantiā animæ: quod enim ponit aliud in specie, est pars speciei: & id quod ponitur in specie, participat naturā & esse principij formalis dantis speciei. Non ergo bene dictū est, animā secundum gradū rationalis perfectionis in se subsistere, quasi potentia separata, & operationē propriam habentē. Ad hanc obiectiōnē secundū diuersos diuersimode responderi possit, ut cito patebit: sed iam dicendū, quod utique hæc est per se. Homo est rationalis, & anima est pars hominis, ponens corpus in esse humanæ speciei. Sed aliter conuenit esse intellectiū seu rationale homini, & aliter animæ: uterque tamē cōuenit, sicut ei quod per se subsistit: homini etenim conuenit secundū totam suam uirtutē, quæ scilicet comprehendit in se & diffundit ad se sensitiuum & alia. Animæ uero conuenit, in quantum ab ea fluit potentia intellectiua, & intellectualis operatio: & quo ad hoc, anima subsistit in se sed non perfecte. Homo autē est perfectæ substantiæ: quia tam secundū sensitiuū, quā intellectiū subsistit per se: quod animæ non conuenit. Corpus uero participat esse intellectuāle secundum modum capacitatis suæ: nam ad illud ordinatur omne esse inferius, & coniunctū corpori. Nūc igitur lucide claret, quomodo fit anima subsistēs in se, & tamē pars subsistentis: & per hoc prima ratio soluta est. Secunda ratio similis est primæ rationi. Nam quod prima arguit de essentia, secunda arguit de esse, ideoque qui non distinguunt realiter esse ab essentia, ad eam dicerent sicut ad primam. Sed dicendū, quod idē esse in identitate suæ actualitatis manet in anima dans ei subsistentiam, prout fluit ab ea secundum diuinā & separatā suā portionem: communis autē corpori, sicut essentia animæ, ut in præcedenti articulo declaratum est. Dum namque materia recipit essentiam formalem, recipit etiā esse formæ. Corruptum quoque illud esse in quantum materiale est, sicut & forma in quantum materialis est, corrumpi dicitur: non quod substantia formæ uel actualitas esse simpliciter destruantur, sed quia definitū habere modum existentie quæ habebant. Sic nēpe dum moritur homo, esse eius corrumpi dicitur, quia non manet esse totius. Ad tertiam respondendū, quod in eodē esse subsistit forma intellectuālis & ipsum totū: nec tamen in homine sunt duo subsistentia, quia anima quod esse cōpletæ substantiæ, est pars eius quod perfecte subsistit: non tamē idē esse quod est in anima & toto, differt aut distat à subiecto, semper enim manet in forma: sed dicitur materiale & actus materiæ atque totius, ut egrediens ab anima secundū perfectiones suas quibus materiæ immerfa & impressa est, uel toti speciei & rationē largiēs. Est ergo idē esse totū in anima secundum entitatem actualitatis suæ: non autē secundū potestatem suę efficacis. Virtus enim ipsius esse, participat uirtuti essentie secundū præhabita. Hoc equidē modo anima subsistit in se secundū totalitatem suę essentie, non autē secundū totalitatem suę potestatis: & anima subsistit in suo esse in quantum esse fluit ab ea secundū supremū illud & diuinū quod in ea est. Esse uero dicitur fore in materia, in quantum materia formā recipit cui immediate unitur, & participando formā, participat esse, sicut substantia per superficiē est susceptiua albedinis. Quarta autem ratio, in responsione primæ rationis omnino soluta est. Quinta in super ratio procederet, si esset anima perfecte subsistentis, sicut de ideis dixit Plato. Inniti autem materię & in se subsistere, conueniunt animę secundū diuersos gradus perfectionū: neque unum horum cōtrariatur alteri. Anima enim in quantum rationalis, est forma corporis: non tamen ut fit materia lis aut corpori impressa, sed ut dictum est, per inferiores perfectiones, & esse suum inferius, primo materię proportionatur. Naturā denique rationalis animę non conuenit per se ita re perfecte: imo quia rationalis est, habet ad corpus naturalē habitudinē. Ad sextā dicitur, quod in eodem esse subsistit anima dum separata est, & dum est in corpore: sed in corpore stat etiam sub esse totius, per quod efficit opera sensus & motus. Sed omnia hæc sunt iam clare præposita & in præcedenti articulo. Est enim eadē substantia animę dum in corpore est, & dum separata est: sed non est idē modus subsistēdi. Responso sequenti ratiōis frequenter data est. Non enim est anima à materia omnino comprehēbilis: sed hoc uerum est, quod intellectus in corpore, in multis cogitur operari secundum qualitatem corporis: non tamē recipitur

Obiectio.

Responso.

pitur in materia sic actus, cū sit immixtus. Ultima ratio præ cæteris clarior soluta est. Articulus uero. Quid ueritatis contineat, & qualiter sustineri possit positio Platonis & Auicennæ dicentium, hominē aliud non esse nisi animam rationalem. Cui positioni uidetur fauere Albertus dum ait, secundum rem idem esse animam rationalem & humanitatem: & Hugo de S. Victore, qui concedit hominem esse animam duntaxat.

EX prædeterminatis quippe nunc penitus innoscit, quod rationalis anima secundum diuinū illud quod in ea est, uidelicet intellectuū, posuit hominē in specie, absque hoc quod esse rationale uel intellectuāle fuit materiale seu uirtus corporis, aut impressum materiæ. A Platone enim & Aristotele, & ipsos sequutoribus concorditer perhibetur, intellectu esse separatum, immixtum, & cū nullo cōmune aliqd habentē. Quod si de substantia animæ intellectuæ accipiatur, habet intentū. Si uero de potētia, tunc palā quod non est potētia separator uel melior quæ essentia à qua fluit. Ex his (ut uidetur) conueniēter dictū est à Platone & Auicennæ & alijs quibusdā, quod homo non fit nisi anima rationalis. Corpus enim nihil pertinet ad naturā intellectuālis perfectionis. Nam ut multipliciter præhabitu est, esse rationale uel intellectuū, in sola substantia animę radicanē, aliter inuitabiliter procederet ratio Cōmentatoris, quod scilicet tale esse, esset materiale & per corpus operans, sicut uirtus corporis, ut uisus: neque potētia intellectuā & intellectualis operatio subiectarent in sola essentia animæ, sed periret destructo corpore. Quoniam ergo homo dicitur à natura & perfectione & operatione rationis, uidetur prorsus anima intellectuā esse id quod est homo, quasi in se habēs quæ ad esse hominis sufficiūt. Præterea, Aristoteles 9. Ethicorū dicit, quod homo est suus intellectus. Adhuc, idē quod nunc meref & demeref, gaudet & contristat, post separationē animę & corporis remunerat & lærat, uel mœret: sed post separationē sola anima manet: illa ergo in corpore operabat ea quæ homo operari dicitur: & sic (ut Plato ait) homo non est nisi anima utēs corpore. Amplius, si corpus est de essentia & ratiōe hominis, tunc necesse est quod anima in quantum rationalis, sit intrinsecus & informans actus corporis: quod negatū est superiorius. At uero, persona est naturæ rationalis indiuidua subsistentia. Si ergo anima secundum quod rationalis, non sit substantiālis & intrinseca forma corporis, tunc erit persona & non nisi homo. Plurima nēpe adduci possent ad confirmationē huius, quæ nuper & dispersim præacta sunt. Licet igitur difficultas uehemēs uideatur eē in hac materia, ex prædeklaratis tamē in proximis articulis non est difficile ueritatē horū indagari. Ostēsum est equidē, quod uiuū, uegetatiuū & sensitiuū sunt in intellectu hominis, sicut ternarius in quaternario, & trigonū in tetragono. Quādo ergo ratiōale dicitur essentia animę ratiōalis, tūc cōprehendit in se gradus & perfectiones inferiorū formas, aliter ab eodē non sumerentur species & genus. Si uero ratiōale dicat illā perfectionē animę, à qua sumitur specifica & ultimata differētia hominis, tūc non fluit ab ea nisi potētię separata, uidelicet intellectus & uolūtas, per quas differt homo à cæteris. Ad perfectionē autē rei non sufficit id per quod differt ab alijs, sed etiā ea necessaria sunt, in quibus cōmunicat cū alijs. Quis enim dicat hominē perfectū, si careat sensitiuo & mixtiona li, per quæ cū inferioribus essentialē cōuenientiā habet: Præterea nēpe paulo ante dicebatur, quod anima ratiōalis non perfecte subsistat in se, quia non secundū totā suā potestatem, sed prout effluit ab eo intellectus. Homo autē est res perfecte subsistētię: cui conueniūt omnes uires & operationes, quæ ab anima emanāt. Sic ergo uerificatur positio Platonis & Auicennæ, & auctoritas Aristotelis, & hoc quod Hugo & Albertus dicūt: quia scilicet secundū id quod actualissimū & formalissimū in homine est, est homo suus intellectus uel anima ratiōalis: sed simpliciter uerū non est id ipsum. De ratiōe enim hominis est anima, & uiuū seu corpus animatū: quæ non sunt ipsa anima. Hæc tamen non prohibēt quin anima in quantum ratiōalis, sit forma corporis, & homini speciei donās. Non enim est necesse, quod sit tota materię inherens uel impressa, sed sufficit, quod per eē suū inferius informet, & per eē suū superius corpus ad naturā & modū sui trahat: Et ideo sanctus Thomas dicit non esse in cōueniēs, quod idē sit esse in quo subsistit compositū & forma: cū cōpositū non sit nisi per formā, nec seorsum utrunque subsistat. Dicendū igitur, quod totū esse rationale uel intellectuū per quod homo speciei fortitur, est in ipsa anima totaliter & integre: nec dicitur esse in toto nisi ratiōe animę, quæ est pars totius: & sic anima est totū id quod est homo secundū esse suū specificū. Sed hoc idē eē ratiōale, in quantum ceterarū formas inferiorū perfectiones comprehendit & exeret, sic ueraciter est in toto: & per hoc esse, est homo animal, corpus & uiuū, nec sic homo est id quod est anima. Sed quia de ratiōe speciei est genus & super

Quod homo sit anima ratiōalis, rationes.

Responso ratiōis præcedentium.

& superiora, ideo hæc nunquã concedenda est, homo est anima rationalis. Patet ergo, qd homo secundũ esse speciei ab ultimata differentia procedentis, excedit ordinẽ & conditionẽ ceterarũ sensualium substantiarum. Hoc enim esse eius, separatũ est à materia in se subsistẽs & immortale. Sed hoc idem esse hominis, secundũ quod procedit ab anima per inferiores quas includit perfectiones, materiã concludit. Et si obijcias, qd qualitercumq; consideretur anima, semper manet forma corporis. Rursus: quia quocumq; modo accipiatur homo, semper de ratione eius est materia, cum sit species naturalis. Dicendum, qd semper anima manet forma corporis, sed speciali modo à cæteris formis. Quia enim anima est horizon & ligamentum formarũ omnino separatarũ & omnino coniunctarũ, oportet in ea aliquid esse de modo & natura utrarumq;. Non est ergo necesse, qd si ponat corpus in specie per supremũ quod in ea est, qd ideo secundũ illud sit coniunctũ ei per impressionẽ & dependentiam ad corpus: imò illud esse manet totum in anima, quod fuit ab anima secundũ diuinũ quod in ea est: & idem ipsum comunicatur corpori sicut & anima ipsa secundũ inferiorem suã portionem. Sed hæc iam sæpe dicta sunt. Denuo sic: cum dico homo simpliciter, dico cõpositũ: quod utiq; non est solũ anima: sed cum dico homo secundũ esse quod habet à sola differentia finali, tunc dico essentialẽ illam hominis perfectionẽ, à qua duntaxat fluit ratio & esse, quod materiale non est, neq; in materia receptibile, uidelicet esse intellectuũ. Per hoc manifestum est rationes præinductas solutas esse. Albertus tamen dicit, qd materia non sit de essentia substantiã naturalis, sed intrinsecus terminus fluxus formã: sic qd materia requirit ad constitutionem speciei, non quasi quidditatẽ ingrediens, sed quasi fluxũ formã intrinsecã terminans. Vnde secundum eum, in eodem identificantur forma partis & forma totius: & sic dicit idem esse, animã rationã & humanitatem: non tamen dicit, qd homo sit animã sed homo secundum eum includit materiã non sicut partem essentia, imò ut ait, in omni specie naturali sola forma est tota quid dicitur & totũ esse rei: quã omnia nititur Thomas destruere, dicens materiã esse de quidditate rerũ naturalium, & esse aliud ab essentia affirmã. Quid autem horũ rationabilis dicatur, alibi inuestigandũ est. Auicenna porro positio cũ præinductis cõcordari potest. Non enim posuit in homine plures formas, sed loquebatur de homine secundũ illud esse solum, quo est ei cum deo & diuinis intellectibus pluralitas nominis apud Platonem: sicut etiam dicit Aristoteles decimo Ethicorũ, & 12. primã Philosophiã, diuinum quiddã esse in homine, quod est intellectus. Ratio uero & intellectus idẽ sunt. De doctrina deniq; & positione Platonis, specialis articulus præhabitus est: eius enim assertio, cum prædeterminatis in toto concordari non potest.

Articulus CVI. Quod anima non est complexio, sicut dixit Galenus: neq; harmonia, ut posuit Empedocles: neq; de substantia dei, quemadmodum asserbat Manichæus: neq; corpus, sicut putabant antiqui naturales.

Quoniam quidem ex diuersis complexionibus diuersas passiones anime in nobis esse uiderimus, sic qd eadem passio attribuitur complexionibus alicuius & anime eius sicut cholericæ complexionibus, & etiam anime eius qui hanc complexionem habet attribui solet repentina ira, hinc motus est Galenus ut diceret animam complexionem esse. Sed hæc positio rudior est positione Alexandri: & ideo rationes quibus dudum argumentabatur contra Alexandrum, efficacius destruunt positionem istã quã illam. Sunt tamen usq; modo quidam Galenistæ, qui si non magis prohiberentur fide quã naturali lumine, æstimarent positionẽ Galeni uerã esse: quorũ defectus ex eo confurgit, qd non reflectunt considerationem suam nisi ad animales & harmoniacas corporales motus, & operationes atq; proprietates anime. Si etenim diuinum illud quod in nobis est contemplantur, scirent utiq; qd operatio intellectualis penitus supergreditur uirtutẽ & modũ complexionis. Ostensum est namq; esse intellectum non uirtutẽ corporis aut organi cum sit immixtus. Præterea, complexio non est forma substantialis sed accidentalis: nõ igitur potest largiri speciei & essentiali rationẽ, quod tamen anima efficit. Amplius, species rerũ stant in indiuisibili, sicut & numero: species, ut supra præhabuitur est, aliter periret ordo rerũ: complexio aut nõ stat in indiuisibili: suscipit em intentionẽ & remissionẽ: nõ cũ cõplexiões hominum differant specie, homines quoq; specie differant, si esset anima cõplexio. Præterea, cõplexio non mouet corpus nisi secundũ naturã elementi prædominantis in mixto: anima autẽ mouet corpus in omnẽ differentia loci. At uero, anima regit motus corporis, & passiones quæ ex cõplexione nascuntur uicissim refrenat & superat, nõ est ergo cõplexio. Rationẽ proinde Galeni facile est soluere. Cũ em anima sit forma corporis, cõprehendẽs in se sensitiuum

Obiecto.

Responsio.

Galeni de anima opinio.

tium & mixtionale, disponit diuersimode secundũ diuersas corporis cõplexiones. Passiones ergo tales quæ nominatæ sunt, attribuuntur anime sicut principali causæ: cõplexiõ autẽ sicut disponenti, & causæ materialiter se habet. Porro huic prædictæ opinioni positio Empedoclis similis est, dicens animã esse harmoniã, non quidẽ sonorã, sed contrariorũ: quæ positio debilis est. Si enim anima esset harmonia, tunc illic esset uniuersaliter anima, ubi est harmonia: quo concessio, omne mixtũ esset animatũ. Rationes deniq; cõtra Galenũ positæ, eã sufficienter destruit. Sed ea quæ sunt de subsistentia & immaterialitate & simplicitate, & immortalitate intellectualis anime diligenter tractata, has duas positiones, & potissime opinionem eorũ qui dicebant animã esse corpus, plene redarguunt. Habitũ nempe est, qd forma & materia sunt ubilibet simul, alioqui aliqua pars materiæ esset informis, quod implicaret. Si igitur esset anima corpus, corpora penetrarent se mutuo, & essent ubiq; simul: quod non sinit partium distantia. Præterea, anima in uiuentibus est primũ mouens, sicut in Phædone demonstrat Plato, & octauo Physicorum Aristoteles. Corpus autem non potest esse primũ mouens in animalibus: quia primum mouens oportet esse simplex, ut ostendit Philosophus. Adhuc, substantia diuiditur in materiam, formam & compositum. Compositum uero est corpus constans ex duobus illis: non est ergo anima corpus. Præterea, sicut Gilbertus arguit, omne corpus additum alteri, facit ipsum maius: sed præsentem animam non est corpus maius quã absente, quemadmodum sensus edocet: anima ergo simplex essentia est. Manichæus autem, qui dixit deum esse lucem quandam corpoream, dissentiam per spatium infinitum, adiecit animam de natura dei esse, & particulam quandam diuinæ lucis. Hæc quoq; positio, neq; Aristoteli, neq; Philosophiã, neq; si dei consona est. Aristoteles enim octauo Physicorum ostendit, deum nullã profus habere magnitudinẽ, & omnino incommutabile esse: & alibi docet, qd deus sit purus actus, impartibilis & simpliciter perfectus: quæ omnia sunt cõtra signemta Manichæi. In superioribus autẽ determinatũ est, & disputatũ contra Trismegistum, & eos qui dixerunt diuinum esse, esse omnẽ quod est, tanq; sit deus esse formale omnium: quæ omnia Peripateticorum sapientia efficaciter improbantur.

Articulus CVII. Vtrum corpora cœlorum sint animata.

In cunctis rerũ ordinibus palã conspicimus, qd per se & essentialiter tale, est prius illò, quod est accidentialiter & per extrinsecũ talẽ. In mouentibus autẽ & motis, oportet esse statum: est ergo aliquod primũ motum. Hoc igitur aut mouetur à seipso & intrinsecò principio, aut certe à motore secundũ esse separato. Hoc secundũ, iuxta Aristoteli nõ potest dici: quia ut tactũ est, sic primũ motũ non moueretur à seipso. Quia ergo primũ motum est per se & ab essentiali principio motũ, ideo cœlũ mouetur à forma sua. Motũ enim diuiditur in partẽ mouentẽ quæ est forma, & partẽ motã quæ est corpus. Sed dici non potest, qd hæc forma cœli sit non uitalis, quia sic motus cœli esset à natura: quæ quia determinata est ad unũ tantũ, circularis & perpetui motus causa esse non potest. Rursus, Aristoteles 8. Physicorũ demonstrat, qd nihil mouetur à seipso nisi animatũ. Ob hoc Aristoteles asserit cœlum animatum esse, anima utiq; nobili & intellectuali: quod secundo Cœli, & 12. primã Philosophiã, & 8. Physicorũ aperte confitetur. Rursus nõ nobilissimo corpori quod etiã ceterorũ corporũ causatiuũ & gubernatiuũ est, debet nobilissima forma, quæ non est nisi intellectualis anima. Et hæc doctrinã tota schola Peripateticorũ sustinet: quã etiã ante eos Socrates & Plato cũ Stoicis introduxerunt, quã iam frequenter ostensum est ex dictis Platõis & Procli: neq; cõgruit illa resumere modo. Etenim hac positione sic stãte, difficultas maxima relinquatur, an cœlorũ anime intellectuales solũ, an etiã sensitiuæ appellandæ sint. Et quidem qd sensus exteriores nõ habeat, palã est, qm corpora cœlestia sunt maxime uniformia & simplicia: nõ igitur hãt organa. Sed quia intellectus secundũ se omnino separatus est secundũ esse & operari, ut frequenter demonstratũ est supra, si anima cœli solũ intellectualis esset, nõ posset ut forma substantialis, & intrinsecus actus uniri orbi. Intellectus em secundũ quod intellectu, habet eẽ in se stãt & propriã subsistentiã. Ex hoc moti sunt multi Peripateticorũ, utpote Alexander & Porphyrius, Auicenna & Algazel, & qd eos sequuntur, ad ponẽdũ qd anima cœli sit nõ tã intellectualis, sed etiã electiua & imaginatiua, licet ceteris sensibus careat. Si em (ut inquit) sensitiua nõ esset, hoc modo actus corporis nõ fieret. Porro, Cõmentatori Auerois hæc positio nõ placuit. Dicit em in lib. de substantia orbis, qd in cœlo nõ sit materia, nisi illa quæ est subiectũ motus: nõ aut illa quæ est secundũ se pura potẽtia, & subiectũ primũ forme substantialis. Vnde consequenter dicit, qd anima cœli sit solum intellectualis, nõ orbe sed primũ actus informãs: sed p sui luminis influẽtiam appropriatus eiet sic asserit cœlũ eẽ animatũ.

Gilbertus.

Manichæi error.

Trismegisti error.

Moti diuina.

Deniq; admittit qd orbis secluso motore, sit adhuc actu ens, sicut & anima eius dicit in se subsistere. Hac aut opinio ualde irrationabilis est: qd em ex duobus entibus p se subsistētibus & in actu existētibus fiat uere unū, prorsus impossibile est. Ideo saluare nō potest, qd celi sit uere animatū, quasi aliqd unū secundū esse & specie, fiat ex orbe & anima. Neq; aliqua uitalis operatio cōmunicaret orbi a tali anima, nisi quis dicat motū orbis esse uirtū eius: qd non est nisi p similitudinē quā dū uey. Præterea, qd negat in celo esse materiā, cōtra Aristotelē est in multis locis: Ait em omne sensibile, omne mobile, & omne quantū habere materiā: diuidit etiā substantiā in materiā, formā & cōpositū confis ex illis. Cū igit celi nō sit forma tū neq; materia pura, oportet qd sit ex his cōpositū. Sed hæc sufficiat sic tãgere. Non em in hoc opere cōtra hæc eius positionē diffusius disputādū est. Insuper, sanctus Thomas in hoc Auerrois cōformis est, quia dicit secundū mentē Aristotelis animā celi solū intellectuāle eē: sed in hoc dissentit à Cōmentatore, qd dicit secundū Philosophū talē animā uniri corpori fecidū substantiā suā sicut formā: supposuit em qd & uey. ē, qd scilicet secundū Philosophū celi sit uere animatū, habēs in se oēs differētias positionū ex natura rei qd z. Celi apte tradit. Sed istud nō uidet stare postemā ut probatū est, intellectus secundū qd intellectus, nullius materię actus est nisi p aliquid inferius depēdeat ad corpus sed secundū Philosophū z. de Anima, anima ē actus primus & substantialis, atq; intrinseca forma corporis. Nō est ergo secundū doctrinā Philosophi possibile, animā celi uerā eē animā, & tū solū intellectuāle esse, & in se subsistere: qd tū Thomas affirmat. Præterea, aia celi in nulla operatiōe cōmunicat cū orbe si tū intellectuālis est nisi in mouēdo: est ergo tū motor orbis & nō intrinsecus actus. Sed de rōe animę ē qd sit principiū uite & motus eius in quo ē: aia ergo celi si uere aia est, & corpori uitā cōmunicās, solū intellectuālis nō est. Amplius, animatū p animā efficiat aia: aia aut est substantia sensitua & nō solū intellectuālis. Plura uero adduci possent ad confirmationē huius, quoz multa præhabita sunt in articulo illo, quo olim in superioribus arguebat, essentiā intellectuāle nō posse fieri formā corporis: sed hæc sufficiant. De hac etiā materia, utputa de animabus celoꝝ & sydera, nil prorsus determinare audeo. Hoc tū scio, qd naturalis ratio hoc potius cōtestatur qd eius oppositū, licet forsan neutriū demonstrare possit. Denū, siue celi dicant animati siue nō, nil uidet ad fidē pertinere. Augustinus em in Enchiridion ait: Nec illud quidē certū habeo, utrū ad eadē, uidelicet angeloz, societate pertineat sol & luna & cūcta sydera. Alibi quoq; dicit: Magna quidē & nō euidēs questio est, an magna hæc supermūdana moles, ab anima quadam uoluat an nō: quę repelli nō debet, nisi salutas eius clarius eluceat: nec recipi donec ueritas eius certius cōperiat. Origenes quippe celoꝝ dicit animatos: solē quoq; & sydera. Veruntū, quoniam scriptura creaturas dei, & præsertim intellectuāles determinando & distinguendo, de animabus celoꝝ aut beatitudine earundē nil uidet dicere: quæ tamen si essent, dignissimæ & honorabilissimę foret, & in laudē cōditoris merito describēdę, hinc quibusdam apparet tutius esse, si celi ponant inanimatū.

Substantię diuisio.

Augustinus.

Articulus CVIII. De omnipotentia dei.

Este autē, est prima rez creataz, & proprius effectus primi principij uirtus. Deniq; omnis uirtus perfecta ad illoꝝ productionē se extēdit, quibus ratio sui proprij effectus non repugnat. Est enim idē iudiciū de re & ratione rei. Quibuscūq; ergo ratio entis congruere potest, illoꝝ diuina uirtus conditiua est, quēadmodū & uirtus illuminatiua solis perfecta dicit: qm̄ quicquid luminis sui capax est illustrare potest: & uirtus edificatiua artificis perfecta nō esset, si nō posset in ea, quibus rationē domus cōuenire nil prohibet. Certū est autē ex antecedētibus, diuinā uirtutē q̄modolibet perfectā existere. Esse autē, repugnat eius oppositū quod est nō esse: omnia itaq; potest deus efficere, quæ non includūt in se nō eē, cuiusmodi est cōtradictio. Præterea, prima causa est causa extra genus omnino illimitata & nihil præsupponēs, quæ omnia superius probata sunt. Et ergo cōuenit esse causam entis, in quantū est ens. Si ergo diuinæ uirtutis causalitas determinata esset & contracta ad certos effectus, non esset causa entis absolute, sed huius entis in quantū talis quod omnino absurdū est. Amplius, causalitas cōcūditas eminētissima perfectio est, ut 6. primæ Philosophiæ patet. Ei ergo qui simpliciter perfectus est, conuenit perfecta causalitas, quæ utiq; nō est nisi illa quę omnia potest. Deus ergo omnipotēs est. Porrò materię est pati & moueri, formæ uero agere & mouere. Forma q̄q; duplex est, utputa informās & foris manens: nec dubiū quin formę foris manētēs sint causaliores ceteris. Materia em actiuitatē & cōmunicabilitatē formę determinat & coartat: deus autē est forma omnia formās, & omnimode foris manens, propter ipsam suā purā superuiualem & incōmūscibile bonitatē: ergo eius

Forma duplex.

uirtus

uirtus causalis, omnino incoartabilis est. At uero, modus agendi parificatur modo efficiendi diuinū autē esse simpliciter perfectū est: ipsius ergo causalitas omnipotēs est, aliter nō esset perfecta. Amplius, agēs in uirtute atq; essentia penitus infinitū, non restringit ad determinatos effectus, nisi per uolūtātē & scientiā intellectus: aliter em habitudinē & proportionē non haberet ad effectus, qui finiti sunt in numero & perfectione, ut probat Auicēbron. In præhabitis uero iam deductū est, primū principij infinitū esse, in esse & posse: & qd nō agat necessitate naturæ, sed sapiētialiter & liberrime. ratio ergo determinatiōis rez creataz, est diuina uolūtās: deoꝝ alia a se deus nō uult absoluta necessitate: sed ea necessitate dūtaxat, quæ est ex suppositione. Quoniā namq; ipsius uolūtās incōmutabilis est, quod semel uult, semper uult secundū ordinē quo uolūtū tale cadit in uolentē. Simpliciter ergo loquēdo, nō est diuina uirtus in agēdo limitabilis, sed omnia ualet. Enim uero, quo causa in bonitate & diuitijs uberatior fuerit, eo ad cōmunicatiōē sui potentior est. Id ergo cuius natura est incircumscripta bonitas, interminabilis efficacię est in agēdo. Amplius, & est ratio hæc ex doctrina Platonis sumpta: Agēs em omne in tribus perfectū est ad agendū, uidelicet in scire, posse & uelle: præsertim in scire nō obnubilato, posse nō impedito, & uelle a rācore profuso relegato. Quod autē sciētia & potētia atq; uolūtās primi agētis, ab omni inuidia, restitētia omni, & omni obtenebratiōe longe distēt & penitus liberę sint, agnoscit qui nouit, qd deus est id quo nil dignius concipi potest. Deus ergo in agēdo efficacissimus est, & uere omnipotēs. Insuper, triplici de causa cōtingit ad nō posse ab aliquo produci: aut quia non habet similitudinē & affinitatē cū causā: oportet em simile a simili procedere, quēadmodū uirtus quæ est in semine animalis plantā nō potest producere, cū tū animal producere queat quod plāta præstantius est. Secūdo modo, quia effectus excellentia excedit uirtutē & modū causæ, sicut incorruptibilia nō possunt a corruptibilibus produci. Tertio propter indispositionē materię, quia actus actiōis sunt in partibus prædispositis secundū Philosophū. Nullo autem hōꝝ modo: potest aliquid excludi a potētia diuinę causalitatis: quicquid enim aliquo modo participatiū est esse, in hoc ipso, primo enti assimilāt. Rurſus, dignitas primæ causæ omnibus super exaltata est: quoniā deus etiā materiæ causa est, in dispositione materiæ ipsi nequit resistere: potissimum cū primus actor in actione sua nihil præsupponat: deus ergo oia potest, quæ enti factū uel factibili in quantū huiusmodi non repugnat: illud enim est obiectū causalitatis diuinæ uirtutis. Est igit deus in agēdo omnipotēs, quod nec Aristotelē latuit neq; Auicēnā Aristoteles neq; philosophū quēdā nomine Agathonē cōmēdat, quoniā nil nisi impossibile a diuina potentia excludit. Auicēna quoq; dixit, qd ideo primū principij omnipotēs est, quia omnia potest quę uult & sicut uult. Propterea in lib. Causaz scribit, qd primū est uirtus uirtutū & in potentia infinitū, præstās singulis fixationē & substantiā: fulcimen: quoniam siue ipsius præsentia, nec in ictu oculi duraret omne creatum.

Aristoteles.

Articulus CIX. Quēadmodum deus qui omnia potest, dicitur quædam non posse.

Vniuersalissimæ ac primæ, & omnino illimitatæ causæ correspondet effectus cōmuniſsimus, & nil nisi causam ante se præsupponens: deoꝝ esse qd omnij generalissimū est, dicitur proprius effectus primæ causæ. Causis equidē secundis nō conuenit esse, creare, sed determinare. Dū ergo dicit deus causa entis in quantū est ens, hoc uey est de ente qd habet esse receptū, qd etiā diuidit in decē prædicamenta. In hoc quippe est deus omnipotēs, quia ad quecūq; extēdit se capacitas & passua potētia taliter dicitur entis, illoꝝ diuina causalitas productiua est. Omnia autē quę excipiunt a uirtute diuinæ potētis, uel capacitatis non hnt in re creata, nil derogaret puritati & perfectioni uirtutis diuinæ: quod sic ostēdit potest. Nā sicut quinto primę Philosophiæ aristoteles docet, Potentia duplex est, uidelicet actiua & passua. actiua est, quę est principium trāsmutandi uel producēdi aliud in quantū aliud. Vnde etiā causa diffinit esse id, ad cuius actus, esse sequitur aliud. Passua uero potentia est principij trāsmutandi ab alio in quantū aliud. Primo modo dicit deus habere potentia sed secūdo modo dicit materia pura potentia. Dicitur autē aliquid posse ab utraq; potētia, sicut lædi & mori, aut agere aliquid posse dicimur. Illa ergo congruit deo excludere, quæ potētia passiuā concomitant: potētia aut passua, quā doꝝ est ad eē, q̄q; ad operationē & passionē aliquā. Cū ergo sit deus purus actus, non potest non uū esse induere, neq; corpus fieri, nec deficere, neq; augeri &c. Quęcūq; itaq; passionē & defectū designat ut fatigatio, obliuio, pœnitere, irasci & contristari, a deo longe relegata sunt. Porrò, nulla uirtus extēdit se ultra latitudinē sui obiecti. Vbi ergo deficit & tollit ratio entis factibilis uel facti, hoc dicit deus nō posse, nō ratione suæ impotētia, sed propter incapacitatem

Potentia duplex. Causę finitio.

citatem potētia passiuē entis facti. Ob id contradictoria esse simul, uel opposita dici de eo-
dem, dicitur deus non posse efficere: & uniuersaliter, quācūq; contradictionē implicanti-
sicut, præteritū non fuisse: quod est, non esse: dū est autē, quod aliquid sit sine his quæ ad es-
sentialē rationē suā pertinent. Hinc patet, qd deus non potest creare deū. Nā de ratione en-
tis creati, est ad aliud habere dependentiā, & finitā perfectionis esse, alioquin non differret a
deo. Vnde etiā non potest deus seipsum destruerē, uel uelle non esse. Hæc ergo tria, uide-
licet priuatiua mala & materialia, a diuina potentia remouentur. Qui enim potest quod sibi
nō expedit, quo hoc magis potest, eo impotētiōr est. Vnde nec currere, nec comedere, neq;
dormire potest, neq; malum cogitare, uel uelle aut agere.

Articulus cxx. Q. deus est essentialiter beatus, & fons omnis beatitudinis.

Soli quippe intellectuali naturæ felicitas attribuenda est, quāuis in omni specie entis
sit quoddam summū bonū speciei illi possibile. Felicitas deniq; in contēplatione opti-
mi speculabilis statuenda est. Intellectus enim est perfectissima uirtus, & optima in
rebus sunt non utiq; sensibilia, sed intelligibilia. Quo ergo uirtus intellectualis fue-
rit sublimior, & obiectū intellectus præstātius, speciesq; intelligibilis perfectior, & modus
intelligēdi conuenientior, eō felicitas quæ aliud non est nisi optima potētiā operatio opti-
ma, erit plenior & maior: nepe ex his quatuor depēdet perfectio operationis. Sed diuinus
intellectus est fons uirtutū, purissima uirtus, & causa uniuersæ perfectiōis: quæ omnia mul-
tociens præhabita sunt. Denuo, præostēsum est, qd diuini intellectus obiectum sit eius essen-
tia, quæ est pura & incircumscribibilis bonitas: species etiā diuini intellectus, quæ se & cun-
cta contempletur, non est nisi diuina essentia, quæ est omniū idea & fontana ratio. Modus
quidē diuinæ contēplationis æternalis est, omni carēs uicissitudine. Vnde & delectabilis-
simus, & immobilis atq; perfectus consistit. Constat ergo, qd operatio seu beatitudo dei sit
omniiformiter plena, pura ac infinita. Præterea, beatus est cui inest perfecta delectatio. Dele-
ctatio autē oritur ex fruitione & possessiōe boni amati & concupiti qd ad uoluntatē dū uidelicet
uolūtas perfecte unī bono peroptato. Delectatio uero intellectus ex contēplatiōe uerū na-
scitur. Quo ergo bonū amatū fuerit melius, & uerū contēplatiū præstātius, ac modus fruēdi
utroq; sereniōr, eo gaudiū uolūtatē & intellectus perfectius erit. Sed obiectū diuinæ uolū-
tatis est bonitas dei, & diuina ueritas quæ est mēsurā omnis ueritatis, est diuini intellectus
obiectū. Et qm̄ in deo est summa simplicitas, unio & fruitiō uolūtatē & intellectus dei, ad
bonitatē & ueritatē diuinā intima & indissolubilis est. Deus quoq; suā bonitatē sic infinite
amat, sicut ipsa infinita est: essentia etiā suā in qua omnis ueritas intelligibilis imptitudine
cōspicit, cū & ipsa infinita sit. Vnde necessario sequit, qd delectatio dei, tā in uolūtatē q̄ in in-
tellectu omnimode infinita existat, beatissimus est ergo deus, & fons omnis beatitudinis: &
eatenus eius beatitudo omnē beatitudinē ceterorū excellit, quantū infinitū excedit finitū.
At uero, quo id qd beatū est, fuerit beatitudo diuinæ intimitas ac inseparabilis copulatū, tā-
tō ipsum beatius est: id igit quod substantia est ipsa sua beatitudo, hoc secū dū se torū felix
est & felicissimū prorsus: talis em̄ beatitudo omnino in dependēs est & nullo indigēs. In sim-
plicissimo autē deo idē sunt, eē & agere seu cōtēplari, qd nulli secundorū cōuenit. Solus ergo
deus felicissimus & substantia felix. Amplius, beatus est & sup̄beatus, q̄ habet in se rationē
omnis gaudiū & totius felicitatis: sed huiusmodi inest deus: habet em̄ pro uoluptate ut
ostēsum est, infinitū gaudiū. Ideo dixit Aristot. qd uita primī entis uoluptuosissima est. Pro
diuinitis autē habet plenā sufficientiā omniū pulchrorū & bonorū: secundū Dionysiu, quibus
sibi plene sufficit & uniuersis prouidet. In sup̄, pro dignitate habet totius mūdi primatū &
dominiū: pro fama autē, qd nullus intellectus eius maiestātē satis mirari ualet. Vnde Isaac ait
in libro diffinitionū: Fama dei sublimis est. Pro potestate uero habet illimitatā uirtutē, qua
cūcta, eius impio parere rectū est & necesse. Præterea, uere beatus est cui nihil p̄fectionis &
nobilitatis deest, & sine q̄ nihil subsistere potest. Deus autē excelsus & benedictus, uniuersa
liter p̄fectus est, cū sit ens p̄ essentia & naturaliter bonitas pura, a qua depēdent cœlū & ter-
ra, & tota natura mūdi, sicut Aristot. scripsit. Adhuc, felicitas quietat felicitas omne desiderū
Id ergo quod nihil appetit, neque appetere potest quod nondū habet, hoc quomodo liber
beatum est. Cumq; deus sit purus actus, cui nulla perfectio aduenire potest, sed nec deest,
necesse est ipsum summe felicē esse. Est & fons omnis beatitudinis: nam quo intellectus ei
similior & uicinior efficitur, eo feliciōr sit et diuinarum influxionum capaciōr. Porro, felici-
tas optimum bonum est & perfectio felicitas. Deus autem omnium bonorū optimū & finale
bonum est, nil se p̄ficiēs, recipiēs: Est ergo substantia liter & in dependēs, ac æternaliter
beatus

Volūtatē diuini
intellectus ob-
iecta,

beatus in seipso infinitis diuinitis, quæ non sunt nisi lux & uita super effluens: delectabilissi-
ma contēplatione & sibi ipsius interminabili amore & cōplacētia æternaliter fruens.

Articulus cxi. Q. diuina ueritas sit mēsurā omnis ueritatis in eo, qd deus uerus
est, & substantia liter ipsa sua ueritas.

Quemadmodū bonum uoluntatis perfectio est, sic uerū, est perfectio intellectus.
Quoniam ergo diuinus intellectus simpliciter perfectus est, uerū contēplatio-
nē nil subterfugere potest uel latere ut probatū est: palā, qd huius intellectus ue-
ritas prorsus perfecta sit. Deus ergo uerus est. Et cū non sit in eo nisi pura simpli-
citas, cōstat qd substantia liter uerus est, & ipsa ueritas. Præterea, ueritas est adæquatio intel-
lectus ad rem intellectā: deus autē cognoscit omnia in ipso momēto æternitatis, cū omnia
suæ luci æterna præsentia parere necesse sit: quod nunc frequēter præinductū est. Intelle-
ctus autē sic intelligēs, agnoscit omnē modū & proprietatē intellecti immobiliter & in de-
pendēter. Sequitur ergo, qd maxime adæquatur rei quā intelligit: cū rē secū dū se totam
intelligat: diuinus ergo intellectus maxime uerus est. Porro, qd diuina ueritas sit mēsurā
omnis creatæ ueritatis, ostēditur: Deus em̄ ratios rerū, differētiās specierū, ordinē uniuers-
orū & omniū naturarū proprietates, a se & ex se instituit: omnia em̄ æternis ratios quæ
diuinæ mētis idē sunt, ab illo processerūt. Deus ergo causa est ueritatis quæ in rebus est, &
per illā est causa ueritatis propositiōalis quæ in mente est. Nā sicut illa causatur a rebus, sic
ueritas rerū a deo instituta est. In sup̄ ut præhabitu est, emanatio mūdi a diuino intellectu, si-
milis est emanatiōi artificiorū ab artifice, potissime si esset artifex substantia liter ars sua, &
seipso simplici intellectu cunctorū productiuus, ut ait Alphorabius: Omnia em̄ libere & ca-
pietialiter cōdita sunt a diuina arte, quæ est dei essentia ratiosibus rerū plena. Sed ars uel in-
tellectus artificis, est mēsurā ueritatis artificialiū. Dicit em̄ uera domus, si cōsonet & cōcor-
det cū ratioē & forma quā habet in mēte artificis. Sic ergo res naturales uere appellātur, se-
cū dū conformitatē sui ad artē primæ mētis. Veruntū, qm̄ artificis intellectus falli potest
& deficere, nō autē diuinus, hinc nō oportet semp̄ artificia cōformari iudicio artificis: sed
diuini intellectus iudicio omnia necesse est cōformari. Ideoq; cōsequens est uerū eē, q̄ quid
deō apparet eē uerū. Imō si quis diceret diuinū intellectū posse fallum esse, sequit uerū nō eē
uerū, & uerū esse fallum, & fallum nō esse fallum. Sequit em̄, hoc apparet deo uerū esse, ergo
hoc uerū est. Si ergo possibile est, ut fallum appareat ei uerū, tunc fallum erit uerū, & uerū erit
nō uerū. Ostēsum est equidē malū nō posse inesse deo, qui pura bonitas est. Nullo ergo mō
potest diuini cēsura iudicij falsificari. His autē attestat Auicēna in sua Metaphysica ubi ait,
qd res uera dicit, secū dū qd actū proprię naturę cōsequitur, & in quantum nata est facere uerā
estimationē in intellectu. Proprie tamē secū dū Philosophū, uerū & fallum sunt in mente.
Cū ergo deus sit purū, & in se subsistens esse, maxime uerus est ueritate rei. Amplius, in omni
ordine primū est p̄fectū secundū rationē illius ordinis & ceterorū mēsurā: qm̄ p̄ accessum
ad ipsum, & recessum ab ipso, reliqua mēsurantur in natura & p̄fectiōe: sic em̄ deus est mē-
sura rerū. Quia ergo diuina ueritas prima & imp̄cipitata est, ipsa totius ueritatis mēsurā
phibet. Adhuc prædemonstratū ē, qd diuinū eē eo ipso qd imp̄cipitatu & in dependēs, sit sim-
pliciter p̄fectū, omnisq; p̄fectionis plenitudinē simplū manēdo in se cōprehendēs. Veritate
ergo quæ sublimis p̄fectiō ē, includit absq; cōpositiōe & diuersitate. Deus ergo substantia liter
uerax est. Necesse nepe est, ut primū sit substantia liter & p̄fecte omne id qd est. Nō em̄ eēt purus
actus, si sibi additio cōueniret: & si quid participaret, eēt ex se imp̄fectū. Vñ elucescit, diuinā
ueritatē infinitā fore. Eadē nāq; ē dispositio rerū in ueritate et enitate secū dū Philosophū.

Articulus cxii. De sanctitate diuinæ mentis.

Est nepe sanctitas, munditia mentis totius impuritatis expers. Deus autē naturaliter
et imp̄cipitater bonus est: ideoq; natura eius bonitas est, et nō nisi pura et omni-
mode perfecta. Nil igitur admixtū esse potest impuritatis diuino esse. Mū diffimus
est ergo deus, & ab omni impuritate liber, sanctus ergo est. Præterea, sanctitas est
pulchritudo & bonitas mentis. Cui igitur nihil deest pulchritudinis, hoc sanctū est & super-
sanctū. In diuino autē superdiuini esse, est omnis pulchrorū & bonorū perfecta possessiō: &
deus fons est omnis ornatus, & ordinis atq; decoris. Quāobrē secundū Areopagitā Diony-
siū, deus est substantia liter ac totaliter pulcher, & superpulchritifica pulchritudo. Rursus, in
his quæ de diuina beatitudine paulo ante habita sunt, ostēsum est, neq; priuatiua, neq; ma-
la, neq; materialia in deo posse cōsistere. Eius ergo sanctitas prorsus libera est & imp̄mix-
ta. Adhuc, sanctitas est lux quæ dā mētis: & oppositū eius, tenēbrositas quæ dā est: & quo

Sanctitas qd.

mens fuerit luce plenior, eo purior est & mundior. Deus autē est lumen luminū, & fons totius lucis: nec defectus aliquis aut lucis carētia ipsi cōuenit. Est ergo substantiāliū & quomodolibet sanctus. Eius uero, sanctitas est contēplatio ueri, & amor boni, & firma fixio in utroque. Diuinitas autē intellectus eterna contēplatione speculatū suū ipsius superessentialē ueritatē, & uoluntas dei ab amore diuinā bonitatis, quā pura & infinita est, declinari non potest. Deus ergo ex se, & in se, & per se sanctus est, tā sanctitate intellectus, q̄ uoluntatis. Diuina ergo sanctitas, fontana ratio est omnis sanctitatis, infinita & supersubstantialis existēs in se ipsa, & impuritas mētis creatā, aliud nō est nisi recessus ab ordine & institutione diuinā sanctitatis. Deniq̄, sanctitas cordis est per conuersionē & transpositionē suū ipsius in superessentialē sanctitatem primā mentis, contēplatione intellectus & uoluntatis affectu. Et quo primā ueritatis & bonitatis primā contēplationi atq̄ affectui fuerit mens uehementius intenta, eo deiformior, & diuinā sanctitati similior efficitur.

Articulus CXIII. An possibile sit mundum ab æterno fuisse, & tamen uere creatum esse.

Quemadmodū à principio editiōis istius dictū est, secundū omnes philosophos, tam Peripateticos (qui cæteris meliores sunt) q̄ Stoicos, Vniuersum ab æterno fuit, & tamen à primo bonitātū fonte ueraciter processit. Etenim Aristoteles q̄ Physicorū æternitatē mūdi, motus ac tēporis, & c. de Generatione perperitua tem & infinitatē generationis conatur ostendere, idē ipse in 2. Cœli ait: A primo omnibus datū fore esse & uiuere. Et secundo primā Philosophiē inducit, q̄ ab hoc ente dependant cœlum & terrā ac omnis natura: & hunc sequitur schola Peripateticorū. Deniq̄ in Timæo Plato asserit hunc mundū sensibilem ab archetypo & intelligibili mundo, in quo omnium idē uelut quidam fontes rerū continentur, effluxisse: quā effluxionem ponit causā cœternalem, eo q̄ opifex mundi optimus erat: ab optimo nempe inuidia prorsus relegata est. & hunc sequitur schola Stoicorum. Profundissimus autem Platoniorum Proclus, qui pene totam mentem Platonis in Theorematis suis theologicis Elementationis distoficitur expressisse, ipse in Commento trigesima quartæ propositionis ita ait: Ex his utiq̄, utputa quæ demonstrauit manifestum, q̄ appetibile omnibus est intellectus, & procedit omnia ab intellectu, & totus mundus ab intellectu substantiam habet. Et si perpetuus est mundus, nō ideo non procedit. Et post pauca: Sed & procedit semper & perpetuus est secundum essentiam, & conuersus est semper & insolubilis secundum ordinē. Dicitur quippe mundus semper procedere à primo, & semper conuerti secundum eum: quia semper de pēdet & manū tenetur ab eo. Et hoc ipsum dicit Albertus scripsisse Aristotelē in epistola de principio uerū esse: & partim concordat illud cum sententia magni Dionysii, qui ait deum non esse causam rerum ut nunc solum, sed semper causare res & producere: quod intelligi non debet, quasi deus omni momento nouas essentias in entibus causet, sicut quidam ignari naturæ rerum olim æstimabant, solem uel lucidum incessanter nouū lumen diffundere, nec permanere lumen diffusum, sed omni instanti recens causari, quam diu stat sol conuersus ad id quod illustratur, quod stultum est putare. Sicut enim lumen dependet à luce in fieri & esse seu permanere, sic omnia dependent à diuina bonitate: sine cuius præsentia, nec in istu oculi persistenter. Enim uero, quia secundum ueritatem mundus inepit cum tempore determinato, dum queritur si posset semper & ab æterno fuisse, queritū sit de absoluta possibilitate, an uidelicet non repugnet naturæ entis creati, cœternam esse causā primæ. Nam ex hypothesi hoc impossibile est: eo quod ex tempore conditus sit. In præinductis uero ratione positæ sunt fortiores, quibus æternitatem mundi philosophi posuerunt: quæ etiam illic soluebantur. Non enim habent ut tunc dicebatur, necessitatem. Dicendum igitur, q̄ simpliciter loquendo, nil prohibet mundū ab æterno fuisse, & tamen uere creatū esse. De ratione namq̄ effectus, non est hic & nunc. Non est enim de ratione rei creatæ, q̄ sit tunc uel tunc producta: sed sufficit, si esse recepit nullo præsupposito citra causam. Quod autem possibile sit, mundum suum esse recepisse, & tamen ab æterno extitisse, probatur: nam dupliciter effectus procedit ab agente per præuiam uidelicet mutationem & motum, aut per simplicem emanationem. Et quamuis in his quæ per motum producuntur, necessaria sit tēporalis præexistētia causæ, non tamen hoc necesse est in his quæ simplici emanatione procedunt à causis, sicut radius à luce. Denuo, licet ratiōes illæ prænominatæ philosophorū, demonstrare nequeant necesse esse mundū fuisse ab æterno, optime tamen ostēdunt id ipsum possibile fore a ideoq̄

Aristoteles.

Plato de mundo asserit.

Duplex processio effectus ab agente.

ideoq̄ hic adduci possent: sed reiterandæ non sunt. Sunt autē quidam nostræ religionis doctores, qui æstimant se demonstrare posse, q̄ impossibile sit effectū creatū ab æterno fuisse: Primo, quia causam necesse est tēporaliter præesse effectui: unde etiā dicit, q̄ si ab æterno stetit pes in puluere, uestigiū nō esset causatum à calcantis pede, sed conseruatum durat: quod tamen est aperte contra Augustinum. Præterea, ista non stant simul, semper fuisse & aliquando non fuisse: sed omne creatum habet esse post non esse, aliter non fieret ex nihilo: aliquid ergo non fuit, uel saltem æternæ causæ cœternum esse nequit. Adhuc, infinita non possunt pertransiri: si autē ab æterno mundus fuisset, in finitē circulationes & dies ita pertransissent. Amplius, esset in finitum actus: quia animæ hominū immortales sunt secundum philosophiam, sicut præostensum est. At uero, in causis efficientibus esset processus in infinitum: uidelicet in generantibus, quod non contingit. Nunq̄ enim uirtus generandi ueniret ad hunc generantē, si non esset principium, ubi fluxus inciperet casualitatis. Præterea, infinita fieret additio, cum tamen infinitum augeri non possit. Has quippe rationes & alias plures his subtiliores isti adducunt. Sed dicendum, q̄ sicut rationes uolentium ostendere æternitatem mundi probabiles solum sunt, non autem necessariae, sic & istæ probabilitatē solum habent. Soluerentur enim à philosophis, & prima eorum iam soluta est. Habet enim solum ueritatem in his, quæ per motum causant. Deus autē est omnium causa, simplici suæ lucis diffusionē. Ad secundam respondendum, q̄ causa primā adhuc præcessisset creatæ ordine naturæ non tempore: & sic non esse rei creatæ, præcessisset eius antē: non tempore, sed secundum quod non esse rei creatæ attenditur in præcessione illa, qua causa primā ponere prior entibus creatis. Ad tertiam respondit Thomas, q̄ pertransitū, requirit duo extremā modo si mundus ab æterno fuisset, non esset accipere primam circulationem, & per consequens nec pertransitū esse, quamuis qualibet circulatio secundum se accepta, pertransitū potuerit: cum sic sit finita. Sed quid efficacitæ habeat hæc responsio, relinquo aduersariis: non enim contentantur in ea. Quia qualitercunq̄ accipiantur reuolutiones cœli, omnes qui usq̄ in hodiernum fuerunt, pertransierunt: quæ tamen infinitæ sunt. Mihi autem uidetur q̄ licet mūdus ab æterno fuisset, adhuc species rerum processissent in esse per creationem: quod utiq̄ negari non potest, & sic in speciebus esset dare indiuidua: creatā non genita, sed tantum generantia. Vnde adhuc fuisset homo non genitus, sed tantum creatus: & ille uideretur esse primus hominum. Sed contra hoc fortissimas obiectiones habent aduersarij. Si enim est primum & ultimum, non est infinitum assignabile. Adhuc, ubi est primum & ultimum ac medium, illi est ordo, qui in infinitis nequaquā esse potest. Et alia difficultatia addit doctores ordinis fratrum Minorum: quæ tamen insolubilia non sunt. In hac tamen editione non conuenit multum disputare contra istos: quod enim demonstrare intendunt, non obuiat intentioni presentis theoriæ, quæ ea quæ fidei sunt, conatur quantum facultas naturalis rationis admittit, non dico demonstrare, sed rationabilia, & non impossibilia fore ostendere. Dicere tamen posset qui respondere eis uellet, q̄ esset dare primum hominem, sicut & tēpus & motus initium sui haberet, eo q̄ recepissent suum esse. Stat enim tempus & mūdus esse æterna: & tamen hoc modo habere initium. Non igitur esset dare primum hominem secundum temporis mensuram, sed secundum ordinem emanationis à primo agente: & ergo impossibile non esset infinitos homines fuisse secundum infinitatem temporis, licet primus detur, qui etiam cum tempore simul inceptit: ascendendo tamen nunquam deueniretur ad eum si adhuc esset: imō nec appropinquaretur. Hęc uero ideo intantum dixi, ut pateat rationes eorum, quæ probare uolunt impossibilitatem æternitatis mundi: non minus efficaces fore rationibus philosophorum, necessitatem æternitatis mundi uolentium demonstrare: cum tamē neq̄ istæ neq̄ illæ demonstratiuæ sint. Præsens autem materia ualde disputabilis est, ideoq̄ pro nunc satis sit occasionem inuestigandi & arguendi circa eam dedisse hoc modo. Ad quartam responsio habita est in his, quæ nuper contra immortalitatem animæ obiecebantur. Ad quintam dicunt philosophi, q̄ in causis subordinatis & quæ simul agunt, ratio ueritatem habet: non autem in causis accidentaliter subordinatis, sicut in proposito contingit accidit enim patri Socratis, q̄ sit ab alio generatus. Ad ultimam dicunt, q̄ in infinito quod solum à parte anteriori infinitum est, potest aditio fieri.

Dei esse omnia causam.

Thomas.

Articulus CXIII. Quod non sunt aliquæ substantiæ intellectuales, habentes corpora sibi unita simplicia, sicut Platonici posuerunt.

Dæmonium unde dicitur.

IN superioribus autem, dum de processu uniuersorum à primo principio determinatur secundum positionem Platonis in Timæo, tactum est, quomodo calodemones & cacodæmones ac catodæmones possunt in quo etiã concordat cū Socrate & Hesiodo. Platonici igitur & eos sequens Apuleius, dæmonia ponebant esse animalia corpora aërea, mente rationalia, omnino passua & tēpore æterna quos uidetur se qui Porphyrius, dicens q̄ mortale additum nobis, separat nos ab illis. Dicitur quippe dæmoniũ à *deipnon* in Græco, quod apud nos sonat idem quod intellectuũ, expertũ siue gnarũ. Tales igitur intellectuales substantias siue dæmonia, diuiserũt in calodemonia, uel dicitũ est & superius habitum. Hæc autē positio partim uidetur posse reduci ad id quod Theologi aiunt: quia Platonici dicunt id de catodemionibus, quod Theologi de angelis: q̄ scilicet sint substantiæ intellectuales, bonæ & in bonis datæ ad custodiã hominũ. Cacodæmones autē dicũt esse persuasores & punitores malorũ: quod dæmonibus ascribunt Theologi: qui etiã dicunt angelos species corporũ & corpora uicissim induere, & à cælo in terrã descendere, atq; de loco ad locũ transire: quæ omnia dicunt Peripatetici non posse cōuenire intelligentijs. Sed hæc positio Stoicorũ incōueniens est. Quod enĩ substantia intellectualis nõ uniatũ corpori simplici, uidelicet aëri aut alteri elemento ut forma ad constituendũ animal uel speciẽ animati, ostendi potest. Materia enĩ elementorũ est propinquior materiæ primæ q̄ sint corpora mixtorũ. Videmus enim formas quò nobiliores fuerint, corpora habere plus recedentia à qualitate & natura materiæ elementorũ. Materia etiã elementorũ, fit proxima materiæ mixtorũ. Sed nobilissimæ formæ uolunt nobilissimis materiæbus cōiungĩ nõ ergo tales intellectuales substantiæ, quæ etiã animabus hominũ præstatiores essent si existerẽt, uniri possunt corpori elementari. Præterea, corpora elementaria propter excellẽtia cōtrarietatum, actiua & passua sunt. Si ergo unũ forma tali corpori, indigebit sensu tactus, ut possit discernere de corruptentibus, & eadẽ fugere: sed hoc impossibile est in corpore elementari. Organum enĩ tactus, nõ habet contrarietates actu sed potẽtia: & ideo nõ nisi in corporibus mixtis & tēperatis reperitur tactus. Adhuc, si corpori tali aëreo aut simplici elemento, unibilis est forma intellectualis, tũc corpora uiciniora & similia illis, essent capaciora uitæ & intellectus cæteris plus distatibus: quod nõ uidemus. Nã mineralia & plantæ, quæ minus mixta sunt, amplius distat à perfectione intellectus.

Tactus ubi reperitur.


Articulus CXV. Quòd deus est lumen per naturam.

OMnis deniq; actus & forma, potẽtiæ & materiæ, lumen est perficiens eam, & cōmunicas ei esse. Et sicut à bono non est nisi bonũ, sic à lumine nõ fluit nisi lumen. Sicut enim calor nõ in frigidat, sic lumen obtenebrare nõ nouit, sed illustrat id cuius est. Sequitur igitur, q̄ omnis bonitas lumen quoddã sit. Id ergo quod omnis bonitatis & luminis fontana causa est, lumen est. Deus autē est, à quo omnibus cōmunicatũ est esse & uiuere. Præterea, possibilitas rei creatæ quæ præcedit esse eius, tenebra quæ dã est respectu existẽtiæ creati entis: Sicut enim uisibilia & colores non uidentur nisi in sensibili lumine, sic sine actualitate & essentia, nihil intellectu uisione cōtueri potest. Dum autē res ex potẽtia & nõ esse traducitur ad esse, fit intellectuãlter cōtēplabilis. Qui ergo possibiles uniuersorũ traduxit in esse, illuminauit utiq; omnia, donas cunctis intelligibilitatis lumen. Deus ergo est lumen singula illustras. Et sicut nihil diuinæ bonitatis expertus est, sic cōmunicatione diuinæ lucis nil penitus caret. Amplius, omne perfectibile & indigens, est sicut tenebra respectu actualitatis quæ ipsum perficit & replet: et uniuersaliter, perfectio alterius est lumen illius: de defectibilitate enĩ et intelligibilitate rei depellit: deus aut cuncta perficit, et omnibus bonitatẽ immittit capacitati uniuscuiusq; cōmensuratã. Vnde constat, eandẽ esse latitudinẽ luminis ac actualitatis. Omnis enĩ entitas, est actualitas suæ possibilitatis, et ratio propriæ intelligibilitatis. Quicquid itaq; minuit plenitudinẽ et puritatẽ bonitatis et actus, minuit etiã puritatẽ luminis. Hæc uero sunt, quæ cunctis cōsequuntur rem creatã ex parte originis suæ, ex qua processit in esse, quæ est nihil uel possibilitas. Huiusmodi aut sunt dependẽtia, defectibilitas, et omnis imperfectio ac uertibilitas in nõ esse. Ipsum ergo in quo nulla perfectionis carentia est, totaliter lumen est, et super substantiale lumẽ, deus ergo benedictus et sublimis, qui simpliciter perfectus est, essentialiter & omniformiter lumẽ est. Adhuc, id quod sensibilia clarificatur ut sint actu corporaliter uisibilia, primo nomine luminis sortitũ est. Quod ergo huius luminis fons est, omnem pulchritudinem lucidorũ, et lumen omne pulchrorum, ex priorum thesaurorũ diuinitis instituens, hoc profusus lucidissimũ et pulcherrimum est. At uero, proprietates lucis creatæ, increato lumini supereminẽntissimæ

uentissimæ conueniunt. In sensibilibus nempe nil lumine purius, nil communicabilius, nil appetibilius. Deus autem simpliciter simplex est & omnis bonitatis principium, ac uniuersorum ultimus finis. Deus ergo excelsus, lumen est & sanctissimum lumẽ, quia lux omnimode pura. Adhuc, in quo omnia resplendent & sine quo nil existit, hoc sincerissimum lumen est. In diuino autem esse cuncta idealiter relucet, uelut in splendidissimo fonte, sine cuius assistentia nil potest subsistere. Deus ergo lumen est cuncta penetrans, omnem mentem contemplans, & omnia quæ capacia sunt suæ bonificæ communicabilitatis, largissime implens: Vbilibet ergo est, & contemplatiuæ menti indeficienter præsens. Adhuc secundum Aristotelem, intellectus agens lumen est. Diuinus autem intellectus est uniuersaliter agens. Ipse ergo totaliter lumen est. Ipsius igitur obiectum quod est increata ueritas seu essentia ipsius, substantialiter lumen est: aliter non esset recta proportio potẽtiæ & obiecti. Tam igitur elucescit, q̄ diuinum lumen naturaliter lumen est & purum lumen: & quo naturalis mens creatæ, ad ipsum amplius accedit, eo plus illuminatur. Nam ipse omnibus quæque propinquus est: sed non omnia sunt ei quæ propinqua secundum Dionysium. Porro, lumẽ in se subsistens, & in sui ipsius super substantiali ac super uiali puritate perseverans, infinitum est undiq; neq; differentia habens limitantẽ, neq; potẽtia determinantẽ, neq; materiam finientem. Deus ergo qui simplicissimum lumen est, lumẽ est quomodo libet infinitum, in semetipso fulgens, & interminabili lymphiditate radians, & ipse omnis uitæ & luminis fons est: quoniam apud Dionysium omnem super cœlestem mentem intelligibili lumine replet, & omnem animam cui ingignitur, illustrat & purificat deus sublimis & benedictus. Amen.

DE LVMINE CHRISTIANAE THEORIAE, LIBRI PRIMI FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI DE LVMINE CHRISTIANAE THEORIAE,
LIBER SECVNDVS.



REATVS homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Omnis nanq; sapientia à domino deo est: & cum illo fuit semper, & est ante omne æuum. Fons nempe sapientiæ, uerbum dei in excelsis. Est autem triplex sapientia: Vna quidem quæ philosophica est, & naturali lumine ex naturis rerũ indagata: de qua iam in primo libro determinatum est. Secunda uero per illuminationem supernaturalem influxa est, & humanæ inquisitionis facultatem supergrediens. Non enĩ in naturis & speciebus entium rationes ipsius relucet, quoniam rerum creatarum uniuersitas, super exaltatam plenitudinem conditoris representare nõquit. Si quis igitur ad intelligentiam huius sapientiæ, uirtute naturalis rationis, aut propriæ indaginis subtilitate confingere attemptet, falsitati & errori propinquus est. In hac enim sapientia beatus non est, nisi quem dominus erudierit. Ex hac radice heresiarcharum diuersitas, hæresumq; multiplicitas processerunt. Sicut enim ignorantia & humanæ rationis defectibilitas, est diuisiua eorum qui errauerunt, sic diuini luminis infusio, eruditos à se coadunat, & in unam simplicem, mundam ac uniformem agnitionem conuertit. Diuinum enim lumẽ unicum est eorum qui illuminantur: & à diuersis opinionibus, traditionibus & figmentis, ad contemplationem eiusdem ueritatis & fidei reducit eos quos implet, secundum Dionysium. Denuo, adhuc quædam sapientia est, quæ uidelicet oim artifex est, in qua, ex qua & per quã omnia facta sunt. Ipsa est uerbum paterni intellectus, & lux uera quæ illuminat omnem hominem ueniẽtem in hunc mundum: quippe omnium rationes & ideæ resplendent in ea sicut in æterno fonte & cunctorum exemplari principio. Ipsa est candor lucis æternæ, & sincera quædam emanatio claritatis omnipotentis dei. Nunc igitur iuxta præsentiam sponsonem, determinandum est de natura diuinorũ, & agnitione dei benedicti secundũ supernaturalem traditionem: ut lumen & ueritas fidei non quidem demonstrantur, sed primæ ueritatis immobili fulcimentò subnixæ elucescant.

Plat. 92. Eccl. 1.

Articulus I. Quòd agnitio rerum creatarum proficit ad fidei intelligentiam.

Consideratio



Ral. 91.

Eccl. 1.

Jerem. 10.

Consideratio deniq; creaturarum, primo utilis est ad contemplandā & admirandā creatoris sapientiā: quæ utiq; in ordine & stabili regimine uniuersorū euidenter relucet. Sicut enim in decoro ædificio artificis ars expressa conspicitur, sic in uniuerso diuinæ artis sapientia cernitur. Vnde in Psalmo dicitur: Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Et rursum scriptū est: Effudit illa uidelicet sapientiā, super omnia opera sua. Secundo, consideratio creaturæ eleuat mentē ad agnitionem diuinæ uirtutis: quæ in hoc infinita apparet, q̄ nullo præsupposito omnia produxit. Ex agnitione aut uirtutis diuinæ procedit timor & reuerentiā dei, sicut in Ieremiā dicitur: Magnum est nomen tuum in fortitudine: quis non timebit te o rex gentium? Tertio, hæc ipsa consideratio in dei amorē mētem accēdit, dū quicquid decoris & bonitatis ac desiderabilitatis in creatis sparsim existit, unitim & supereminēter intelligitur diuinæ bonitati inesse. Quarto, consideratio ista erigit animū ad cognoscendā diuinæ bonitatis largitatē: dum uidelicet cōsideratur ex nullo merito res, sed sola dei bonitate nullius indigente uniuersa condita esse. Enim uero ad destructionē multarum hæresium, naturalis sapientia efficax est: sicut eorum qui nō æstimabant omnia entia ab uno essendi fonte emanasse. Contra quos ait Aristoteles: Ab hoc quidē ente omnibus cōmunicatū est esse & uiuere. Qui etiā docet, unū quodq; tantū habere de bonitate, quantū habuerit de entitate. In quo claret eorū error, qui ponebāt duo principia rez, dicentes aliquid esse per se & essentialiter malū. Præterea, in omni ordine inferiora subsunt sublimioribus. Sicut aut natura est subiecta creatori & ei parens, sic necesse est naturalem omnē sapientiā & agnitionē rez creatarū, diuinæ theoriæ parere. Altissimæ aut & difficultim ueritatū non fit humanus animus cōtemplator naturali ordine, nisi per naturālē sapientiā & scientiā exercitetur, & aptetur. Ad eam igitur ueritatū agnitionē quæ super omnē rationē sunt, disponitur intellectus: ut uel capax earū fiat, uel profun dū eas intendat, uel plures rationales persuasiones ipsarū speculetur, & ad defendēdā fidei ueritatē acutior sit. Porro, quātum naturalis theoria ad Christianæ sophiæ speculationē proficit, in posterioribus patebit. Unitas em̄ & simplicitas diuini esse, immortalitas animæ, & plura quæ ad fidē pertinent, superius præostensa sunt naturali ratione. Veruntamen philosophus considerat res creatas secundū seipsas, & earū propria principia ac passiones: & ideo secundū diuersitatē rerum creatarū, diuersæ traduntur scientiæ naturales. Theologus uero considerat eas non secundū se absolute, sed secundū habitudinē quā habent ad creatorē: utputa, quia ei subiecta, uel eius repræsentatiua, seu ab ipso dependētia. Vnde & theologus à summo incipit, à creatore ad creata cōsiderādo descēdens. Philosophus aut, qui ex sensibilibus ad diuinæ & incorporearū notionē sursum ducitur, ab infimis inchoat, & in summo sistit.

Quo philo- plus & theo- logus res crea- tas considerat.

Articulus II. De duplici lege diuinitus influxa.

VNicuiq; porro speciei competit regi secundū exigentiā finis sibi debiti. Diuina aut prouidentia cuncta cōprehendit. Ratione etenim suæ supereminētissime sapientiæ, omnia quæ etiā minima sunt in entibus disponit. Et quoniā omnipotens est & uirtus uirtutū, ea quæ disponit, ex eis idonea est. Sicut em̄ omnia propter finē aliquem condidit in quātū finalis causa est rez, sic in quātū est exēplaris causa & sapiētiāter operās, unicuiq; nature largitus est speciei & uirtutē, quibus queat unū quodq; finē sui adipisci. Hæc itaq; directio seu inclinatio, qua res quilibet in propriū & naturalem finē tendere festinat, dicitur lex naturalis: quæ in rebus cognitionē non habentibus, aliud non est nisi instinctus nature, qui ingēnitus est ei quod ad finem ordinat. In his uero quæ sensitiua agnitione duntaxat uigēt, cū præ cognitione agit: utputa, ex imaginatione quadā, aut sensibili præconceptione operans. Veruntamen, quia sensitiua potentia nihil apprehēdit, nisi sub hic & nunc, ideo in istis lex seu instinctus naturalis non agit nisi secundū impulsū & inclinationē directoris. unde etiā huiuscemodi entia potius agi quā agere dicuntur. Hic deniq; instinctus, in cunctis unius speciei entibus, uniformiter operatur. Omnis namq; hirundo cōformiter nidificat: & aranea omnis æqualiter telam texit: Rationis enim expectesunt nature tales. Porro, hominum genus arte & ratione uigens secundū Philosophū, naturalem legem intellectualiter habet. Omnis namq; intellectus, intellectualiter cōuertit ad fontē à quo processit. Naturalis igitur lex hominis aliud nō est, nisi quedā ratio & regula operādī, prout naturalis finis ipsius postulat: quæ lex speciei nature humanæ cōsequitur, & est naturale quoddā iudicium ueri, & desiderium boni. In his aut quæ in primo libro inuestigata sunt, dictum est, in quo naturalis felicitas hominis consistit: & probatum est illic, q̄ uisio

uisio illa primæ ueritatis, qua uidebimus deū, nō iam per creatā similitudinē & in ænigmatare, sed sicuti est in propriæ lucis puritate, nō sit naturalis: sed supernaturalis beatitudo animæ, unde non correspondet naturali desiderio, quod ex dono gratiæ oritur. Illa ergo lex qua diriguntur homo ad hæc supernaturalem beatitudinē, etiā naturā hominis supergredit: taliūq; operationū & agnitionū origo est, ad quas intellectus & uoluntas hominis, propria suæ speciei potestate & lumine nequeunt pertere: & hæc lex, fides est orthodoxa: quæ ueritatum doctrinæ est, nō patentium naturali ratione. Ex cognitione autem oritur desiderium uel amor: unde cōsequens fit, ut etiā ad eam rerum appetitū fides mentē accendat, quæ neq; sensibiles sunt, neq; uisibiles, neq; naturali lumine perferutabiles. Fides itaq; mentē illuminat & ad operādū instruit. Propterea fidē describēs Apollolus ait, q̄ sit substantia rerū sperandarū, argumentatio non apparentiū. Quippe quod sperat, hoc appetit: quod aut uere appetit, pro illius adeptione studet appetit. Ideoq; fides q̄ pro illo obēta nō laborat q̄ sperada tradit, mortua dicit. Iā igit ostēsum est, quæ admodū lex naturalis in omni specie entis sit: & q̄ in hoīe sit lex qdā supernaturalis in supernaturālē finē dirigens.

Heb. 11.

Iacob. 1.

Articulus III. Quod cōgruēt data est hoībus à deo lex, quæ fides appellatur.

Voniā deniq; unicuiq; nature entū lex quæ dā à diuina arte impressa est, qua in sui finē meat unū quodq; uideri forsan possit alicui superfluum fore, dari hoībus legē, ultra eam quæ naturaliter in eis inscripta est, & qua in naturalem suā beatitudinē duci possunt: præsertim, cū unū quodq; contentū uideatur in his quæ speciei suæ correspondent. Adhuc, nō uidetur sapientis esse dare alicui quod capacitatē illius excellit. Qui em̄ sapienter influit, mensurat & determinat dona in fluxionū, ad modū & proportionē recipientis. Proponere ergo humanæ rationi earū ueritatum fidem quas cōprehendere nequit, nō est (ut uidetur) sapientis datoris. Sed dicendū, q̄ lex Christiana quæ dā cōprehendit, ad quæ naturalis ratio pertingere potest: sicut unum esse deum, & illi soli cultum latræ fore exhibendum. Sed quoniā naturale lumen & iudicium humanæ rationis multipliciter obtenebratur & obliquatur, necessarium fuit hominibus dei adiutorium: ut ea etiā quæ ratio humana inuestigare ualet, credenda darentur triplici ex causa. Quoniā enim intellectus noster ad diuinorum & insensibilium agnitionem non ducitur, nisi ex uisibilibus & materialium contemplatione, si per fidem non edocerentur homines de deo & inuisibilibus circa illas ueritates quæ ratio indagare potest, paucis utiq; hominibus in esset diuinorum notitia. Hic enim processus cognoscendi diuina ex uisibilibus, studio egetiā quo multi abstractuntur, aut necessitate rei familiaris, aut hebetudine intellectus, aut pigritiā mentis. Secundo, idipsum hominibus necessariū fuit. Cognitio enim diuinorum multa præexigit: diuturno studio eget, & his maxime congruit, qui in omnibus alijs sciētijs exercitatos habent sensus. Si igitur fide non imbueretur hominum intellectus, magna pars uitæ eorum cum ignorantia dei & separatarum bonitatum deflueret. Tertio, hoc ipsum ideo euenit: humanus namq; intellectus ad contemplationem immaterialium se habet, sicut uisus noctuæ ad radios solis splendentis: neq; firma ac demonstratiua certitudine stabiliri possunt ea omnia, quæ de diuinis gloriatur se posse speculari naturalis ratio. Si ergo per fidē stabile inuicibilē certitudinem, non docerentur homines de ueritatibus diuinorū quæ ratio adinuenire potest subtilis, plurimum dubietatis admisceretur consensui uulgi: præsertim, dum tantam cernent inter solenniores humanæ theoriæ sapientes diuersitatem assertionum de natura diuinorum. Enim uero, uicissim naturalis ratio sic obtenebratur, ut his inhereat & acquiescat, quæ contra omnem naturam penitus fiunt: sicut olim anteq; deus daret Moysi legem mandatorum, homines idololatræ contra quam omnis creatura ingemiscit, & peccatis abusum humanæ carnis contra quæ omnis natura contabescit, de diti erant: unde ad reformationē legis naturaliter mentibus hominum inscriptæ, donata est lex illa præceptorum. Amplius, quod etiam ea quæ ratio non comprehendit, decuit hominibus credenda proponi, ex fine humanæ propaginis & creationis causam sortitur: Ea enim quæ sunt in finem, fini necesse est proportionari. Sicut ergo ultimata hominis felicitas supernaturalis est, sic & legem conformiter supernaturalem præstandam extitisse, palam est. Quod autem finalis beatitudo hominis sit supernaturalis, uidelicet diuinæ essentiæ immediata ac pura perfructio, non utique humanæ inquisitionis demonstratione fulciri potest: sed illis fundamentis hoc innitur, quibus & tota fides: quæ iam cito referenda sunt. Possunt tamē rationes probabiles in duci, quod huiuscemodi fidem decuit hominibus tradi. Primo, ut homo secundum se totū iudicium & uoluntati creatoris subditus esset: dum uidelicet per intellectum

Heb. 9.

Intellectum illis assentit, & per uoluntatem eis rebus adhæret, quæ neq; uidet neq; cogno- scit. Ex hoc quippe meriti maxima ratio ei accrescit. Summâ em̄ reuerentiâ exhibet homo creatori, dum sola ipsius autoritate secun- dum prædictum modû spontaneè sese illi subijcit, tam intellectu quâ uoluntate. Præterea, per hoc potissime elucescit superplena diuinæ nat- uræ bonitas, q; diuitias beatitudinis suæ, quæ sunt cõtemplatio & amor suæ æternæ & in- circumscriptæ lucis, humanis mentibus cõmunicat supra id quod eis fecundû uirtutè pro- priæ speciei competit: quod cõtingit in hoc, q; deus per fidẽ ad hominẽ reuelat, quæ per ra- tionem capere nequit: & talia speranda instruit, quæ supra naturam sunt.

Articulus III. An eiusdem ueritatis possit esse fides & demonstratio.

S I igitur est fides substantia rerum speradæ, argumentû non apparẽtium, demõstra- tio aut argumẽtatio est faciens scire, non uidetur eiusdẽ esse fides & demonstratio. Adhuc, fides merito caret si ratione humana stabilitur. Sed si de eodẽ esset fides & demonstratio, hoc præcipue competeret doctis & sapientibus. Hi ergo meriti non haberent de consensu eor; quæ fides tradit, quor; ipsi scientiã certãq; rationẽ conspiciunt. Non ergo esset desiderabile eis sublimia & subtilia de diuinis agnoscere, quibus indoctus quisq; assentiendo, meritum præ eis acquireret: hoc aut inconueniẽs est. Præterea, fides & demonstratio seu sciẽtia, ex opposito & specificè distinguuntur: non est ergo eiusdẽ uerita- tis sciẽtia & fides in præsentis huius uitæ statu. Sed respondendû, q; nomẽ fidei uno quidẽ modo accipitur pro assensu: ad cuius rationẽ nõ pertinet, ut ex certitudine demõstrationis uel scientiæ seu humanæ inquisitionis procedat: sic nẽpe omnis fidei ueritas, siue naturali ratione pateat siue non, sub fide & fidei articulis cõprehenditur. Non em̄ requirit deus ab homine, ut per rationẽ agnoscat eas fidei ueritates, quæ etiã rationis indagine innotescere possunt, sed sufficit simplex assensus. Denuo, accipitur fides magis specialiter, pro ut uideli- cet dicitur respectu eor; duntaxat, quæ uim naturalis luminis euadunt: ad quẽ sensum Au- gustinus ait: Noli intelligere ut credas, sed crede ut intelligas. imò, quo ueritas aliqua de di- uinis, amplius humanæ rationis potestate excedit, eo credibilior est quasi à sciẽtia & demõ- stratione distantior. Secundû hunc itaq; modû, nõ est eiusdẽ ueritatis fides & demõstratio, sicut præ in ductæ argumentationes cõuincunt. De fide primo modo sumpta nil prohibet, ut eadẽ ueritas sit uni sola fide agnita, quæ tamen alteri certissima ratione lucet. Nam & hæ- reses quæ dã extiterunt, quæ ex ruditate intellectus, & ignorantia ordinis re; proflexerunt sicut eor; qui æstimabant deum corporeis lineamentis circũscribi, & in natura diuinitatis figura corporali finiri, propter quã quæ in sacra scriptura deũ describunt secundû corporalium re; proprietatem: quæ ipsi spiritualiter ne quibant intelligere: contra quos in primo libro ostẽsum est, ex naturis & ordinibus rerum, q; deus nec sit corpus, neq; uirtus corporis, neq; corporeus, aut aliquo modo circũscriptus: sed q; sit actus simplicissimus, & lux penitus pu- ra, prorsusq; separata. Multa igitur quæ fide traduntur, sapienti intellectui scientialiter elu- cescent, quæ admodû in superioribus probatum est deum esse, & plures deos nõ posse esse: & q; deus sit æternus, omnium fons & finis, rectorq; uniuersor;: & alia multa. Non omnia ta- men quæ de deo cognoscibilia sunt, naturali ratione patere possunt. Nihil em̄ sciri potest, donec substantia eius cognoscatur. Vnde secundû Philosophũ, principium demõstrationis est, quod quid est. Quod si substantia alicuius cognoscibilis sit nobis, tunc omnia quæ illi cõueniunt, ab intellectu nostro cõprehendi possunt. Quoniã ergo diuina natura ratione suę infinite actualitatis & superexaltationis, omnẽ creator; intellectuũ naturalẽ potentiam im- proportionabiliter supergreditur, sequitur utiq;, nõ posse humanã rationẽ cognoscere de deo omnia quæ de eo cognoscibilia sunt: sed rationabiliter cõtingit, ut aliqua de eo tradan- tur credẽda quæ concipi nequeunt. Præterea, deus non cognoscitur naturali cognitione, nisi secundû respõdentia perfectionis & nature suę, quæ in entibus creatis representatur & relucet. Omnis aut bonitas & perfectio secundor;, à plenitudine diuinæ bonitatis & emine- tiæ infinite occumbit: quæ omnia in primo probata sunt. Nõ ergo potest intellectus nosse ex ipso naturæ sinu, & re; creatar; speculatione de deo agnoscere omnia, quæ de illo co- gnoscibilia sunt. Adhuc, sublimior intellectus de re aliqua multa noscit, quæ ignorat infe- rior. Angelicus autẽ intellectus plus excedit subtilissimi hominis intellectu, q; alicuius ho- minis doctissimi, intellectu imperitissimi agricolæ. Illic em̄ non seruatur idẽ ordo in specie, qui tamen hic permanet. Sed nec angelicus intellectus naturali uirtute contẽplari potest diuinã substantiam secundum quid, ut iam ostẽsum est. Non ergo mixt; si ad diuinæ uerita- tũ agnitionẽ scientiam non possit assurgere ratio, quam fides proponit. In quo patet Ma- nichæor;

Heb. II. Demõstratio quid.

Nomen fidei quare accipitur.

Augustinus.

nichæor; error, dicentiũ omne illud tanq; falsum abijciendũ esse, quod ratio cõprehendere nõ pot. Quod em̄ tã sublimis fidei ueritates cõprehendere nõ ualemus, nõ res falsitatis, sed nostræ rationis imperfectioni impurandũ est. Vnde, sicut infanæ mentis esset ille in doctus & rusticanus, qui eis ueritatibus, quas sapiẽtes & philosophi agnoscut atq; proponunt, nollet iccirco credere, quia suæ rationis lumẽ uincit, ut sunt incorporalia nõ esse in loco, aiani fore inuisibile & inextẽsam, in toto totã, & in parte qualibet totã, sic utiq; multo indoctio- ris & infanioris animi est, qui diuinis doctrinis quæ ministerio angelor; diuinitus reuelant, signisq; & miraculis diuinæ uirtutis à deo emanasse cõprobant, ideo nõ uult adhæreere, ga- rationẽ euadit: Dum Propheta considerans diuinæ legis testimonia naturalis ingenij uim supergredi, supernaturale suffragiũ postulat dũ ait: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et iterũ: Dormitauit anima mea præ tẽdior; cõfirmame in uerbis tuis. Et in Tob dicitur: Ecce deus magnus, uincens scientiam nostram.

Articulus V. Quõd non est leuitatis assentire his quæ fides tradit & ratio com- prehendere non potest, sicut mentiens dixit Auerrois.

C Ongruit profus, ut ueritati probandæ correspondeat probantis probatio. Veri- tati em̄ naturali, naturalis ratio proportionata est. Veritas ergo supernaturalis per supernaturales probationes confirmari debuit. Porro naturalis probatio, in naturali lumine & ipsis naturis rerũ, stabilitatis fundamẽtũ forsit. Hęc nãq; probatio, ex humana rationatione in naturali rerũ cursu sese fundante procedit: supernatura- lis uero probatio, in diuini luminis ueritate, & autoritate creatoris fulcit. Hęc quippe probatio, taliũ est operatio: quæ non nisi à solo creatore nature effici possunt, ut sunt miracula, prophetiæ, supernaturales illuminationes, & alia multa: de quibus modo per ordinẽ tractan- dũ est. Cõstat aut, illã ueritatẽ certiori ueriori q; fundamẽto inniti, quæ probationibus dei confirmat, & in lumine increatæ ueritatis fundat, q; illã, quæ ratione humana fulcita est, & uim suã trahit ex lumine naturalis ingenij. Si ergo ostendi potest, quod Christiana fides hu- iusmodi supernaturalibus probationibus confirmata sit, tunc palã, q; amplius cõgruit & firmius ei assentire, q; naturalium scientiarũ ueritati: eatenus utiq;, quo diuine ueritatis lumẽ, infallibilis est lumine creatæ ratio: quod iã diligẽter faciendũ est, & nunc quoq; intantũ fiat hoc modo: In primis quidẽ igit manifestũ est, q; humanus intellectus ignoto nõ assenti- tit, nisi aliqua ratione inducatur ad assentiendũ. Est enim leuitatis, plus assentire uni pro- positioni quã alteri, si non est maior ratio assentiendi uni q; alteri. Insuper planũ est, q; in- tellectus in diger fortioribus probationibus ad adherendũ propositioni, quæ eius capacita- tẽ uehemẽter excedit, q; ad acquiescendũ ueritati, quæ sibi cõnaturalis est & de facili patet. Proinde clarũ est, q; ratio hominis difficulter inducit, ut his consentiat quæ proprio eius iu- dicio maxime cõtraria sunt: sicut etiã appetitus difficulter ab his retrahit, ad quæ ab origi- ne sui inclinatus est ad inherendũ his, quæ laboriosa sunt ipsi. Cõstat autẽ, q; ea q; fides Chri- stiana credẽda proponit & agenda iubet, tam intellectu hominis speculatiuũ, q; etiã pra- cticum seu uoluntatẽ maxime excedunt, & uim naturalis luminis omnino transcendunt: ut est trinitatis confessio: dei ex tempore incarnatio: & ea quæ in sacramento eucharistiæ cre- duntur fieri: & hoc quo ad intellectu speculatiuum: quo ad practicũ uero seu uoluntatẽ, ea quæ operanda uel iubentur uel suadentur, maxime exeunt naturalẽ conditionẽ re; & ap- petitui secundũ propriã naturã suã omnino difficilia & per ardua sunt: ut sunt carnaliũ uoluptatũ fuga, mundi contẽptus, parentũ & cognator; derelictio: & quod difficilissimum est, sui ipsius abnegatio, solor; inuisibilium appetitus, inimicor; amor, & lætari in aduersis. Hęc & his similia, Christiana fides tradit rationi credenda, & uoluntati operanda: & hoc quod hu- manæ rationi maxime delectabile est, hoc inhihet ei fides: ne scilicet propriæ ratiocinatiõis iudicio confidat: neq; sicut uult, ea quæ comprehendere nõ ualet, scrutari studeat. Dicitur equidẽ ei, q; scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. His itaq; sic se habẽtibus apertissimũ est, q; totus pene mundus, aut certe rãtus populus, in hac tã admirabilẽ & superhumanã le- gem duci non potuit, sine causa & rationẽ seu probatiõẽ inducẽtibus mentẽ aut cogẽtibus ad susceptionẽ talis legis. Lex aut Christiana nõ armor; uiolẽtia, nõ uoluptatũ promissi- one, non tẽporaliũ ac sensibiliũ bonor; cõmodo introducta est: quin potius ab exordio sui, seuissimos persequutor; cruciatus sustinuit: & per paucos quosdã homines, nõ philosophi ca subtilitate ingenios, neq; dialectica astutia scipuos, sed subito inspiratos, & nõ humani- tus edoctos, neq; à diabolo cuius ubiq; tẽplã & cultũ destruxerunt: Per tales inquã initiata & fundata est fides, & nõ p humanã seu naturalẽ rationem, ut lucidũ est. Sequit igit quod à principio

Plat. II. Eodem. Tob 36.

Proner. 37.

principio huius articuli intentū erat: qđ supernaturalibus inducētibz, & in diuina uirtute ac ueritate stabilitis probationibus, Christiana lex imitatur. Eſſet nēpe omnibus mirabilibus mirabilis, quemadmodū nunc per certas ſuppoſitiones ac hypotheſes declaratū eſt, ſi ad credendū tam incōprehensibilia, & operandū tam difficilia, & ſperandū tam inuiſa & alta, ad derelinquendū tam certā praeſentia carnali naturae tam ſuauiā, mūdus inductus fuisset a paucis, ſimplicibus, humilibus & ignobilibus hominibus, ſine ſignis & prodigijs evidentibus, ex diuina uirtute efficaciam habentibus. Hae autē tā admirabilis cōuerſio mūdi ad fidē, certiffimū indicium & argumentū eſt ad fidē ſignoz. praeſertim, ut ea reitari non oporteat, cū in effectu ſuo patenter reluceat, quāuis uſq; in praeſens tēpus non ceſſet deus miraculoſe agere in ſe & per ſanctos ſuos, ne forſan putetur abbreviata manus dñi. Non eſt ergo leuitatis, his quae ratio non comprehendit credere, ſi talis credulitas habeat fundamēta & probationes huiusmodi, ut habet fides Christiana.

Articulus VI. Qđ deo & illi ſoli conueniat miraculoſe operari.

Auerrois.

Sed quia quidam dixerunt, praeſertim rebus ordinē deū agere non poſſe in hunc mundū, ſicut dixit Auerois, qđ ſi omnes dii uenirent, terrā mouere non poſſent, quidam uero ſicut Auicenna & cōmuniter omnes Peripatetici dixerūt, primā cauſam non agere in hunc mundū ſenſibile corporeamq; naturā, niſi medianibus cauſis ſecundis. Denuo, dixerūt multi arte magica & deceptoria ea fieri, quae fideles diuinā uirtutē attribuunt, hinc in primis probandum eſt, deum operari poſſe immediate & miraculoſe in omni natura creata. Insuper oſtendendū, qđ ſoli deo conueniat miracula agere: deinceps, qđ a diuina uirtute facta ſunt miracula, quibus fides innititur. Ea itaq; dicuntur miracula, quae praeſertim ordinē naturalium cauſaz, & naturalem curſum in rebus ſtatutū efficiuntur. Quod autē ſic deus operari poſſit, oſtenditur: Deus enim eſt cauſa rerum per intellectū & uoluntatem, & non per neceſſitatē naturae, ſicut in primo multipliciter deductū eſt: agens autem, intellectualiter & libere determinat opus ſuū in ſeipſo, & immediate agere poteſt quēcuq; uirtutem cauſalitatis ſuae non excellunt: ſed agens naturale ſeu per neceſſitatē naturae, operatur ſecundū extremū ſui poſſe. Minores ergo & minimos quoſq; effectus quos producit cauſae ſecundae, poteſt deus immediate efficere. Praeterea, cauſa uniuerſalis dupliciter determinatur ad effectū particularem. Primo quidem per uirtutem cauſae particularis: ſicut uirtus coeloꝝ educitua formaz naturalium, determinatur ad educendū formam huius ſpeciei propter uirtutem ſeminalem, quae eſt in materia a generante. Secundo autem per formam intellectus, uel potius per intellectum uniuerſaliuſq; effectus diſtinctam propriamq; rationē & ſpeciem contemplantem. Deus autem omnium diſtinctiſſime cognoſcitiuus eſt: operari ergo poteſt circa inferiora, praeſertim naturalem ordinem & immediate. Adhuc, ſicut dans formam, dat conſequētia formam, quae ſunt motus & locus, ſi dans totam ſubſtantiam & hypoſtaſim, operari poteſt circa rem, quae cuſq; ad ſpeciem rei illius pertinent. Deus autem uniuerſas rerum ſpecies inſtituit & eſſentias creauit, ut ſuperius clariuit. Operari ergo poteſt circa naturas omnium ſpecierum immediate. Adhuc, quod uirtus cauſae potentior eſt & ultra naturam cauſati plus exaltata, eo neceſſe eſt cauſatum amplius ſubefſe & parere uirtuti cauſae. Diuina autē uirtus, eſt uirtus uirtutū & omnimode illimitata: omnia ergo ei obedire oportet, & ipſa ad nullū effectum determinata eſt, quaſi aliter operari non poſſit. Adhuc, omnis ordo rerum & differentiae ſpeciez, & proprietates omnium creatorum, ex ſapientiſſimo fonte diuini intellectus emanauerunt. Non eſt itaq; ordo reꝝ ſic a deo inſtitutus, ut praeſertim eum alium condere, aliterq; agere non poſſit: alioqui non libere ſed neceſſitate quadam inſtitutus eſſet. Nunc igitur palam eſt, qđ praeſertim in ditum rebus ordinem poſſit deus operari: quod erat miraculoſe agere. Deniq; quod idipſum diuinę poteſtati duntaxat competat, probatur. Solum prima cauſa eſt agens extra genus: & omnis cauſa ſecunda atq; creata cōprehēſa eſt ſub ordine quē ſtatuit deus in rebus: nulla ergo creata agere poteſt praeſertim hunc ordinem: non ergo poteſt miraculoſe operari. Praeterea, omnis uirtus creata limitata eſt, & non extendit ſe ultra naturā & dignitatē proprię ſpeciei. Poſſe enim, non excedit neq; praetantius eſt qđ eſſe. Quicquid ergo creatura agit, non tranſcendit ordinem rebus in ditū, neq; excedit naturalem legē reꝝ. Amplius, eius ſolus eſt miraculoſe agere, cui natura creata obedit ultra & ſupra propriā ſpecie & capacitatē. Sic autē nulli obedire poteſt niſi imperio creatoris, cuius uirtus omnē naturā ſupergrēdit: poteſt tamen inferius agenti ſuperiori obedire & ſubferuire: recipere etiam aliquam agendi efficaciam, quam non habet ex gradu proprię ſpeciei: ſicut calor in uirtute animę, uitalium operatio-

num

nū cauſa eſt. Sed iſtud nō eſt naturā reꝝ immutari, aut ſupra naturālē capacitatē alteri ſubſterni: nam ordo reꝝ iſtud exigit, ut inferiora ſuperioribus ſubſint. In miraculoſis quippe effectibus natura obedit agenti, in eo quod proprietatē & uirtutē naturalis capacitis penitus excedit: ut eſt aqua, diuiſio ut tranſeuntibus iter pateat: & earundē aſcenſio in eodē loco, quo naturaliter deſcendere ſtudent. Enimuero, agens creatū cū ſit limitatē uirtutis, requirit ſubiectū in quod agat & niſi imprimere pōt in illud, niſi ad quod ſubiectū erat in potentia. Ideo etiam requirit ſubiectū, quia non pōt operari niſi ſecundū modū ſuae uirtutis, quae limitata eſt & correſpondens potentia: illi paſſiuae, quae naturaliter ſubiectō in eſt: ut uidelicet traducat illud in actū, quod erat in potētia. In miraculoſis autē actibus, ſunt ea ad quae natura ex ſua ſpecie nullo modo in potentia exiſtit: ut ſolis retroceſſio, & corpoꝝ penetratio. Praeterea eiudē uirtutis eſt naturā creare, & illud naturae largiri, quod ipſius uirtutē & ſpecie prorfus excedit: nā in tali influxione largientis, ſubiectū non requirit propter proportionem ſui ad uirtutem cauſae, ſed ſolū ut recipiat impreſſionem eius. Agere autē in ſubiectum uel naturam, ſine proportionē & naturali habituſque cauſae & cauſati, nō eſt niſi illimitatē & infinitatē uirtutis, cui ſoli cōuenit creare. Infinita autē uirtus, non niſi primo agēti congruit. Solius ergo dei eſt miraculoſe agere. Propter quod in Pſalmo dicitur: Benedi-ctus dñs deus Iſraēl, qui facit miracula ſolus.

Articulus VII. Cōtra poſitionē Auicēnz, uolētis miracula reducere in cauſas naturales.

Auicenna quippe conatus eſt probare, qđ materia ſenſibilem plū obedit ſubſtantijs ſeparatis, quas ponit animas coeloꝝ & intelligentias, qđ alioqui agenti naturali. Et ut uidet, nō minus obedit materia intelligentiae, qđ corpus humanū rationali animae. Sed ex hoc qđ anima imaginatur aliquid, & in reſe afficitur circa idē, ſequitur uiciffim corporis immutatio ad ſanitatē uel aegritudinē abſq; cauſali concurſu corporaliū agentiu, quae nata ſunt ſanitate uel aegritudinē corpori influere. Multi nēpe febrem & leprā ex imaginatione & timore incurrerunt. Videmus quoq; qđ ambulās ſuper lignū uel lapidē in ſublimi poſitū, facile cadit: qui nō caderet, ſi prope terrā ſitū eſſet lignū: qđ utiq; ex imaginatione & timore caſus accidit. Rurſus, ex ſola apprehenſione aīz, corpus quādoq; incalcēit, ut in naſcente et concupiſcente: uel inſtrigat, ut in uiuente. Multo ergo amplius ſequitur ut Auicenna concludit, qđ ex apprehenſione & uoluntate ſubſtantiarū ſeparatarū ſequi poterit effectus aliquiſ in inferioribus: ut puta pluuia, uel ſanatio abſq; concauſalitate corporei agentis: & hoc dicitur miraculoſe fieri, quod ſic fit. Insuper addit, qđ ſi aīz ſancta fuerit naturali ſanctitate, de qua ipſe Platonē ſequens loquitur, ſic ut nō ſit corporaliū paſſionibus uicta, ſed in apprehenſione ſua fortis, tūc obediēt ei non ſolū corpus propriū, ſed etiā corpus extrinſecū, & omnis natura inferior, eatenus qđ ad apprehenſionē aīz ſanetur aliqui� unde etiā fascinationē ponit: ſic qđ anima unius uehementer affecta in apprehenſione aliqua, influere poſſit nocumentū in aliū, maxime eum, qui ſuſceptibilior eſt talis impreſſionis: ut puer ratione ſuae teneritudinis. Cernim⁹ equidē, qđ qui paſſione aliqua magna occupatur, aliū qui eum aſpicit, eadē paſſione ſaepe inſicit. Porro, huiusmodi opinio huius hominis, alijs ipſius documentis fatiſ conſonat. Sicut etiā frequēter in primo libro de eo recitatū eſt, formas naturales & etiā animā rationalē ponit ab intelligentia creati. Cauſis nēpe creatis uim creatiuā attribuit: & intelligentiam unā aſſerit ab aliqua creatā: quae omnia ſuperius reprobata ſunt. Probatū eſt etiā in primo, qđ intelligentia non inſluit in materiam huius mūdi, niſi mediante motu orbis, & quo ad influentiā qua motū inſluit orbi & alijs inferioribus per motū orbis. Verū eſt qđ materia ſecundū modum naturae ſuae, obedit ſubſtantiae ſeparatę. Mouēdo autē localiter aliquod corpus, adhibere pōt aliqua naturaliter actiua ad producendos quodaſ effectus. His autē rebus, quas uel angeli, uel demones adhibent ad productionē determinatorū effectū, utuntur ſicut inſtrumentis ſuarū operationū. Inſtrumentum autē duplicē habet agendi efficaciam: unā ex natura propria, aliam autē ex impreſſione, uel directione principalis agētis: ſicut calor in animalibus, in quantum eſt inſtrumentum animae uegetabilis, carnificat: ex propria uero ſpecie conſumit id ex qua caro generatur. Hoc igitur modo, reſillae quibus ſubſtantiae intellectuales ſiue bonae ſiue male uentur ſicut inſtrumentis, duplicem habent cauſalitatem. Reſ itaq; naturales, quas adhibet ſubſtantia intellectualis ad productionem alicuius effectus, pro ut eſt inſtrumentum talis agentis, uirtutem quandam cauſandi ſortitur altiore naturae ſuae uirtute: non tamen debet effectus ex his procedens miraculoſus dici: quia a cauſis naturalibus cauſatur. Videtur tamen quandoque miraculoſus. Primo quidem, quia ignoramus modum productionis ipſius, qđ

Pſal. 74.

Auicenna.

scilicet per applicationē preactā efficiatur: sicut etiā doctissimorum artificū opera miramur, dum nō cōcipimus, quē admodū illi operent. Secūdo id ipsum contingit, qm̄ ut dictum est, causa naturalis adhibita, uim quandā operādī fortitur altiorē, secundū qd̄ est instrumentū superioris causę. Vnde etiā Auicēna & Albertus asserūt, qd̄ uirtutes rerū naturalū agnosceret, quas utiq; sub stātia separare intellectuales optime sciūt, mirabiliora operaret, q̄ aliquis per magicā artē. Essent equidē mirabilia his q̄ causas effectūū ignoraret: simpliciter tū miracula nō essent. Non ergo possunt effectus illi, q̄s miracula dicimus, ut sanatio subitanea infirmi, uel pluuia sine influxione corporū: celestīū eueniēs, à naturali uirtute sub stātię separatae produci, sed dei uirtute, cuius apprehēsiō cūcta obediūt: cum intellectus eius sit mensura omnīū existentium: Ideoq; quicquid in ipsius intellectu cadit, necesse est sic esse, sicut ab ipso apprehenditur: quod etiā supra patuit. Quippe, simile qd̄ Auicēna introducit, parū ualeat. Apprehensio etiā uel imaginatio anime qua corpus immutatur, non fit sine adiunctione passionis aut affectionis, ut est gaudiū, uel timor, uel cōcupiscentia, seu similis motio. Hę uero passiones accidunt cum aliquo motu cordis: ex cuius motu lequitur immutatio totius corporis. Non ergo spiritualis apprehensio immutat corpus sine intermedio motu locali. Quod autē de fascinatione addit, ideo contingit, qd̄ moto corde, mouetur corpus cōiunctum, cuius immutatio uenit ad oculum, & oculi immutatio alteratur & inficit medium extrinsecum: & sic fertur huiuscemodi apprehensio affectionis unius ad alium.

Articulus VIII. Quōd operationes magorū, efficacīā sortiuntur, non uirtute corporū celestīū, sed ab intellectu aliquo.

Quoniam autē intellectus causari nō potest ex causis corporalibus, neq; in intellectualibus illustrationes ex influxione corporeorū principiorū effici possunt, in operationibus autē magorū apparēt effectus, qui proprii sunt intellectuali naturę, ut sunt respōsa de furtis, in dicitia perditōrū, & cōsormia, hinc palā, qd̄ huiuscemodi efficacīā agēdi, ex sola impressione corporū celestīū sortiti nequeūt. Pręterea, in operationibus magorū apparēt aliqui colloquētes hominibus, ratiocinātesq; de diuersis, loquela autē, est actio rationalis naturę: non ergo fiunt talia sola uirtute celoz. Et quoniam huiuscemodi colloquētiū uerba & discursus his apparēt, qui sensibus libere utūtur, nō uidetur posse dici, talia nō fieri uere secūdū sensum exteriorē, sed secūdū imaginatiōē duntaxat. Amplius quod sola uirtute corporū celestīū fit, naturaliter fit. Formę etiā naturales dicūtur, quę producūtur corporū celestīū uirtute. Per opationes autē magorū talia fieri narrātur, quę nullo modo naturalia sunt: ut quod aliq; inuisibilis reddatur, aut alicui quecūq; sera pādatur. Adhuc, per artē magicā fieri dicitur, qd̄ statua aliqua per se moueatur, aut uocē emittat: hoc autē sola ipressione celoz ac sydez, cōtingere nō potest. Nā si alicui a celoz influxiōe dat id qd̄ posteri⁹ est, eidē etiā dat qd̄ prius est. Moueri autē a se & uocē emittere, est p̄priū uiuentiū & ratiocinātiū. Nulli ergo cōfert hoc à celoz causalitatibus, nisi eidē donec aia, qd̄ est taliū actionū causale principū. Sed dici nō potest, qd̄ statua talis sortiatur principū uite celestīū corporū uirtute: tale nāq; principū uite esset forma substātiālis: aliter talis actio nō esset statua, sed alicuius operātis p̄ statuā. Viuere etiā est in uiuētibus esse. In fabricatiōe autē statuę nō fit mutatio materię, nisi secūdū figurā & accidētia: sed forma uitalis nō largit alicui de nouo, nisi prior corrupat & spēs mutet: manet etiā materia statuę in forma æris. Nō ergo sortiatur statua principū uite, neq; mouet uirtute corporis celestis. Per hoc autē excludit error Hermetis, qd̄ (ut Augustinus 8. de Ciuitate dei refert) dixit, qd̄ sicut deus factor est celestīū deoz, sic homo factor est deoz: qui in tēplis sunt, humana proximitate cōtenti. Statuas (inquit) animatas dico, sensu & spiritu plenas, futuroz præcias, de somnis & alijs multis predicētes, hominib⁹ imbecillitatē faciētes, eosq; curātes: lætitiā atq; tristitiā dā res pro meritis: quę oia si uera essent, nunq; ab apostolis Christi sic cōminui ac destrui potuissent: quos cōstat gentiū deos abstulisse, dū fidē Christi p̄ mundū, disseminauerūt: in q̄ sensibili ter appareret huius positionis falsitas, & gētiliū error. Vnde & in Psal. dicit: Simulachra gentiū argenti & aurū, opera manūū hominū: Os habēt & nō loquūtur: neq; etiā est spūs in ore ipoz. Deniq; qd̄ ab intellectu aliq; efficiētiā accipiāt opa magoz, hinc elucelcit, qm̄ ad producēdos certos effectus, utūtur uocibus significatiuis, uox autē, inquantū significatiua, nō nisi ab intellectu uirtutē habet, uel proferētis uel eius ad quē proferit. Nō potest autē dici, qd̄ uirtute dicētis habēt uoces ille agēdi efficacīā. Humanus etiā intellectus non est tantę excellentię, ut sua cognitione & apprehensione possit res producere: imō potius cognitio eius causat à rebus. Nec dici potest, quod quorundā hominū intellectus ex speciali stellaz uirtute

Formę naturalis quę dicitur.

Hermetis error. Augustinus.

Psal. 119.

nō est tantę excellentię, ut sua cognitione & apprehensione possit res producere: imō potius cognitio eius causat à rebus. Nec dici potest, qd̄ quorundā hominū intellectus ex speciali stellarū uirtute habeat præ ceteris huiuscemodi potestatem. Habitū est enim in primo, qd̄ intellectus directe nō subest, neq; sub sternit impressioni corporū celoz, aut sydez. Relinq; itaq; qd̄ effectus magoz per uirtutē illius intellectus producant, ad quē sermo dirigit: cuius etiā signū est hoc, qd̄ hę uoces quas magi formāt, inuocationes sunt, supplicatiōes, adirationes, & uicissim imperia, tanq; unius alteri colloquentis. Veruntamen in quibusdā magoz actionibus, nil prohibet aliquid uirtutis & efficacīę esse ex impressione celoz ac sydez.

Articulus IX. Quōd substantia intellectualis, dans complementum & efficaciam operationibus Magorum, secundū uoluntatem quidem mala est, secundum naturam uero bona.

Porro bene dispositi intellectus non est præstare auxilium ad executionē rerum pessimaz. Per magoz autē operationem adulteria, furta & homicidia, plurazq; cōsimilia efficiuntur: nam & malefici appellantur, qui hac arte utuntur. Non est igitur secundū uoluntatem bona substantia intellectualis, huiuscemodi patrocinii & efficiētię impendēs. Deniq; hoc idē ostendit: Nā hac arte utuntur homines plerunq; scelerati. Homini bus autē sceleratis familiarem esse etiā in his quę nociua sunt optimis uiris, non est uirtuosi intellectus: quod tamē facit substantia intellectualis, cōplens operā magoz. Rursus, bonū intellectus est ueritas: bene ergo se habens in intellectu, dirigit ceteros intellectus in ueritatem, & non in fraudē. Sed in operibus magorum ea frequenter fiunt, quibus ludificātur & decipiunt astantes (ut manifestū est). Enim uero (quē admodum scribit Porphyrius ad Auebonē) magi in inuocationibus suis mendacia & impossibilia multa cōmemorāt: dicentes, qd̄ nisi qui inuocatur, assit ac opem ferat, inuocans celos comminuet & sydera tollet. His autē delectatur & allicitur intellectus, cuius subsidium opatur: quia per hūc modum aduenit, bene autē se habens in intellectu, non iam mendacijs allicitur, sed ueritate oblectatur. Insu per, non est bene dispositi intellectus, per cōmissionē scelez attrahi, ad impēdēdum deprecanti adiutorium: quod tamen in operationibus magicę artis accidit: sicut aliqui leguntur infantulos occidisse propter consequutionem effectus magicę artis. Adhuc, in effectū huius artis irrationabilitas quædam contingit. Requirit etiā hæc ars hominē Veneris nō attractatiū: cum tamen ipsa frequenter adhibeatur circa adulteros amplexus, ac sceleratos concubitus. Non est igitur recta uoluntatis, qui his efficaciam præstat intellectus. Pręterea, ad bene se habentē intellectu nō p̄tinet, ut à superiori desideret uenerari & inuocari, uel ut inferioris imperio subdatur quasi superiori se. Magi autē inuocationibus, & quādoq; prostrationibus implorant eos intellectus, quoz subsidio egent: & dum affuerint, imperāt eis sicut inferioribus: quę omnia sunt peruersi solū intellectus. In quo destruitur gentilium error, qui has operationes acrisperunt dijs. Veruntamen substantia huiuscemodi, licet secūdū uoluntatem quidē corrupta sit, non tamen ex natura sua mala esse potest. Nihil etiā potest esse, quod nihil participet bonitatis. Esse nāq; unius cuiusq; est bonū, aliter non esset habētī desiderabile. Nō est ergo talis substātiāliter substātia mala. Pręterea, à bono nō est nisi bonū: agēs nēpe p̄ducit sibi simile: qm̄ omne agēs, agēdo intēdit bonū: aliter nō ageret, p̄pter finē. Nā finis & bonū coincidūt: ois autē natura, & omne esse secūdoz, à prima causa processerūt, sicut in primo multiformiter inuestigatū est: talis itaq; substantia secundum uoluntatē tantum mala est. Amplius, nihil respiciens ad malum, operatur malum secundū Dionysiu: obiectū nāq; appetitus, est bonū, uel uerū, uel apparēs. Agens quoq; agit, secundū quod est in actu. Nihil ergo agit inquantū malū, cum actus sit perfectio agentis: neq; malum inquantum tale, intenditur ab agente. At uero, bonitas & malitia in uoluntate dependent ex bonitate & malitia intellectus: quia bonum intellectum, est obiectum uoluntatis. Error autem & deceptio intellectus est præter naturā. Propria enim perfectio intellectus, est cognitio ueritatis: & usus coloris uisio. Potētia autē non deficit naturaliter circa proprium obiectū: sed propter inflectionē quandā, & accidentalē corruptionē. Originatur etiā potentia secundū se ipsam, & propriā sui rationē ad cōnaturale obiectū, sicut auditus ad sonū. Nulla ergo uolūtas naturaliter praua est atq; peruersa. Vnde Apostolus ait: Omnis creatura dei bona. Et Dionysius ait, qd̄ malū nec subsistit, nec inest subsistenti. In quo patet falsitas Manichæoz dicentium, diabolos naturaliter malos.

Articulus X. Quōd operationes ille mirabiles, quibus Christiana fides innititur, sunt uera miracula, & à diuina uirtute procedentia.

Dionysius.

1. Titmo. 4. Manichæoz error.

Exod. 7.

EX præductis autem colligi potest, quod solius dei est miraculose operari: & quod ea quæ uirtute substantiæ intellectuali, siue malæ, quas cõmuni noie demones appellamus, siue bonæ, quas angelos noiamus, nõ sunt, proprie neque uere miracula: quia per applicationem naturalium causarum nobis uicissim ignotæ, efficiunt. In primis quidem igitur negare nõ possumus, quin infideles aliqui, secundu exteriorè apparitiã cõformitatem habeant in operibus quibusdã mirabilibus cũ Christianis, & operationibus quas nos miracula dicimus, atque diuinæ causalitati attribuímus: eatenus, ut eadè quæ nos deo attribuímus, ipsi quoque efficiant: quæ admodum diuini Pharaonis in multis consimilia fecerit magica arte his, quæ diuinæ uirtutis operatione credimus Moysen fecisse. Vñ restat, ut sicut nos ipsorum opera malo principio attribuímus, & uera miracula abnegamus, sic & ipsi ea opera quibus fidem inuiti & stabiliti scimus, dicant deceptoria ac magica arte produci, & nullatenus à deo ad perhibendũ testimonium ueritatis traditioni Christianæ. Nisi itaque ostendat, opera illa quibus fides suscitatur, à bono principio & diuina uirtute emanare, nõ uidebit firmũ ac stabile esse fidei argumentũ, ex operibus quæ miracula nuncupamus assumptũ. Hoc autem multipliciter facere ualeamus. In primis eadè, quãuis ut tactũ est, in quibusdã operationibus similitudine habeat infideles cũ mirabilibus quibus fundant & firmant, nõ tamen extendit se ars magica, aut cuiuscũque creati intellectus causalis industria, ut oia illa faciat quæcumque, nõ quæ in Christiana lege, uel etiã ueteri facta traduntur: ut sunt solis retrogradatio seu quies, suscitatio mortuorum, & alia plurima, quæ facere nõ potuerunt magi Pharaonis, sicut Moyses. Nã quilibet quæ causæ naturales applicent, nõ est in uirtute earum, ut per eas talia agant causæ creatæ uirtute. Si autem quæ neget huiuscemodi mirabilia facta in Christiana lege, cõtra huc paulo antè ostensum est, quod nõ potuit tã mirabilis & superhumana fides introduci in mūdũ sine euidētissimis signis, talibusque fidei correspondētibus mirabilibus: unde in effectibus suis satis relucet signa olim facta. Preterea, nõ potius quãdã defunctorum corpora apud nos in tanta ueneratiõne haberent, neque tã celebris eēt cõmemoratio unius præ alio, nisi per euidētia signa & prodigia miraculose esset unius plus altero, & mirabiliora operatus. Insuper, institutiones & opera, quæ ordinauerunt & egerunt hi qui mirabilia fecisse legunt, usque in presentē diē ab eorum sequacibus, uita, habitu ac professione illis cõformibus tã plene obseruant & p̄seuerant, ut tã patēter in sequibus & effectibus ipsorum agnosci possint & ipsi & ipsorum opera, ac si adhuc p̄sentialiter in hac uita subsisterent: quæ admodum in diuersis ordinibus, religiosorum, cenobiorum & obseruantium cõsiderari potest: ex quibus patet, quod uiri illi quos honoramus, ueritatis & uirtutis seduli sectatores fuerat diuino amore ardentes, atque in cõtempnũ mūdũ uoluptatis & carnaliũ fuga p̄cipui, ab alijs suscepimus testimonium præteritorum mirabilium: & qui huiuscemodi uita præ cæteris eminebant, mirabiliora operati sunt: quasi signis sanctitatis ac puritatis ipsorum propalantibus. Etenim quod nunc quæ nõ tãta efficiunt mirabilia ut olim, aliunde nõ uenit, nisi quia illorum uita & uirtutes assequi nõ studemus. Nõ enim in exordio nostræ religionis diuitiarum facta sunt miracula, sed frequenter reiterata sunt, tũ potissime, dũ Christianorum uita doctrinæ Christi amplius cõsonabat. At pro fingi nõ potest, quod ab intellectuali substantia secundũ uoluntatē nõ bene disposita, uel ut planius loquar, impossibile est, quod magica arte quæ (ut supra probatũ est) ab intellectu uitioso, quæ demone cõmuniter appellamus, fortiter efficacit & cõplementũ, fiat ea quæ uoluntati talis intellectus oino cõtraria sunt. Per uirtutē autem signorum Christianæ legis, oim deorum, uel potius demones cultura ac idololatria destructa est. Diabolus quippe nõ fatagit sui honoris & cultus anni hilationē inducere. Amplius, quæ magica arte operant, hoies sunt icelerati, & à malo principio efficacit postulāt opera suorum, sicut ante patuit. Qui autem in Christianæ fidei uirtute mirabilia operati sunt, secundum traditionē atque p̄cepta ipsius Christi studiosissime uixerunt: quod prius hominibus experimentaliter cõstat: ab impijs uonegari nõ potest. Nã zelo & amore fidei, cuncta quæ in mūdũ sunt cõtempserunt: & plurimi in mortē propter eã sese tradiderunt. Christiana autem fides oia in diuinũ honorē, & unius dei cultũ ordinada præcepit: passionũ & uitiorum immunditiã prohibet, ac diuinorum cõtempnitioni ueritatis atque uirtutis studio, p̄sefiores suos uult esse intetos. Et quæ ceteris excellētius egerunt, in uirtute fidei operati sunt mirabilia: quibus gloriã Christiani legē suã à deo approbationē sortiti. Nõ ergo deceptorum aut magica operatione talia facta sunt, sed in uirtute eius, quæ fidei lator est & instructor. Adhuc, in uirtute eius cuius patrocinium imploratur, agit is quæ agit, quæ suæ uirtutis causalitatē supergrediuntur. Etenim hunc inuocant, in cuius adiutorio cõfidit: sed unius & summi dei subsidiũ implorant, qui in uirtute fidei supernaturalia agunt: hunc enim colunt & ei seruiunt. Si igitur fides in qua ei seruiunt ei displiceret, aut non exaudiret eos, aut exaudiendo deciperet nos: quod cogitari horrendum est. Dum nempe inuocantem exaudit, testimonium perhibet fidei & spei illius. Vnde etiã experimur, quod non omnes exaudiat

exaudit unus ac summus deus, qui ei seruire se contestantur. Nã illorum uel uita uel lex ipsi displiceret: quæ admodum in Iudeis facile est cõspicere & multis Christianis. Ab origine quippe institutionis Christianæ legis, cessauit deus cõsuetis olim mirabilibus stabilire & approbare ueterē legē: in quo palam innotescit, extitit cõsummata legē ueterē, ex quo initiata est lex Christiana: p̄sertim cũ eisdè mirabilibus sit fundata lex noua, quibus quodã respõdit articulo antiqua.

Articulus XI. Et est explanatio eorum, ex quibus fortiter fides testimonium suæ ueritatis.

Habet denique fides quæ naturali ratione caret, multiplex argumentum: non utique humanæ subtilitatis ac adinuentiois, sed sibi correspondens: dũ supernaturalia fidei testimonium sup̄naturalia argumenta cõprobant. Primo igitur habet fides testimonium ex prophetarum uaticinijs: diuina nempe sapientia, cuius est oia ordinare, à multis & antiquis temporibus quosdã uiros inspirauit, qui ea uerura prædixerat, quæ fides Christiana euidētibus signis & miraculis suscepit & credidit adimplera, ne forsan à casu uel subito exitu stimaret homines illa cõtingisse & euenire, quæ in Christo facta esse mūdus credidit. Secundo habet fides testimonium à diuine uirtutis miraculis: de quorũ satis habitũ est. Quid namque mirabilius illo, ut idiotæ & simpliciari, & usque ad mortē Christi imbecilles trepidique discipuli, postmodũ talē mētis inspirationē acciperent, ut subito oim facundia, lingua oim, oimque allegationē legis & prophetarum, unã cũ incõcussa animi fortitudine, fideique cõstantia cõsequerentur? Neque dici potest hæc facta nõ esse, ut ante ostensum est. Non enim armorum uiolētia, profanæ nobilitate, fortitudine exercituum, aut carnaliũ uoluptatum promissis, induxerit fidem in orbem terrarum: nisi oim linguã nouissent, toti mundo prædicare non potuissent. Etenim, quomodo oim idololatriã & deorum culturã destruxerunt, demonesque in uirtute eius quæ annuntiabat gentibus eiecerunt, palamque diabolica inspirationē afflati nõ erant: sed hoc in præcedenti articulo plenius ostensum est. Tertio suscipit fides ueritatis argumentũ ab his quæ circa martyres cõtingerunt, & ex eorum dẽ martyrij. Hoc etenim mirabile prorsus est, quod inter p̄sequutos tyrannidē, eo fidelis populi turba amplius augeret, quo illos sæua rabies terribiliora tormēta exquereret: eatenus, ut ad fidem cõuolaret, nõ tamen cõmunis populi turba copiosa, sed etiam sapientissimi: & nobilitũ nõ pauca multitudo: in qua tã fide tã incõprehensibili intellectu erant, & uoluntati perar dua proponunt. Hoc igitur fieri nõ potuissent, nisi is pro cuius nominae & fide se ipsos in mortē tradiderunt, inter tormēta & etiã post illos occisionē, fideles suos mirificasset, & fidei illorum testimonium p̄hibuisset. Preterea quod ceteris mirabilis est, in quibusdã teneris puellis ac nobilissimis uirginibus, in quibus erat lexus fragilitas, & mundanarum regni uoluntatis, naturalisque pusillanimitas, tã immobilē fidei fortitudinē & mētis securitatē fuisse, ut nulla penarum acerbitate flecterent, nullisque uoluptatũ blanditijs superarent, manifestũ præstat fidei testimonium, quod à diuina uirtute puellæ illæ, huiuscemodi supernaturalia dona receperunt, quibus idololatrijs & gentilitatũ ritibus tã inuicte restiterunt. Denuo, quartũ fidei argumentũ ex puritate & sanctitate uicē accipit eorum, qui secundũ Christianæ legis traditionē studiose uiuunt de qua superius dictũ est. Etiam quæ in tantũ dicat, quod sanctitas aliud nõ est nisi reductio mentis à caducis ac sensibilibus bonis, ad inhærendũ cõtemplatiue ac dilectiue summo bono, & his quæ ducunt hominē ad illud. Tota autem Christianæ legis intentio ad aliud nõ tendit, nisi ut mentem abstrahat ab uniuersis, quæ eã ab amore & agnitiõne summi boni elongant. Quo ergo anima secundũ hanc legē amplius uiixerit, eo sanctior fit. Adhuc, sicut se habet simpliciter ad simplicitatem, sic se habet maius ad maius, & maximũ ad maximũ secundũ Philosophũ in Topicis. Si ergo Christiana fides à deo nõ est, tũc palam, quod qui maxime secundũ eã uiuunt, maxime deo displicebit & odibilis erit. Scimus autem, quod qui maxime secundũ eã uiuunt, in seipso humilissimus est: in deũ per desiderium & amorē penitus conuersus est: & nulli facit quod sibi fieri nõ uult: sed præ dilectione creatoris ac futuræ beatitudinis, cõtēnit quicquid à deo se elongare agnoscat. Hic talis ergo, plus omnibus hominibus deo displiceret: quod cogitari nefas est. Similitudo enim est causa amoris: deus nempe diligentes se diligit, & honorificantes se honorificat. Quinto sortitur fides ueritatis testimonium à puritate & altitudine doctrinæ ac sapientiæ institutoris, ipsius ac sequacium eius. sed de hoc necesse est species Iam articulum introducere. Sexto stabilitatē habet fides à spiritualibus experimentis: sed hinc sumptum argumentum in fideli ac impio friuolũ est & ridiculum: prius uero mentibus, soli dissimulati fidei firmamentum. Spirituales quippe consolationes, quas tam ubertim p̄fecte in Christiana perfectione mentes sentiunt, sunt eis certum argumentum re-promissæ felicitatis, cuius uita illæ præambulæ gustationes. Quomodo autem huiuscemodi consolationes sunt fidei argumentum, sic tentatoriæ illæ molestationes, quas demones uitis fidei sectatoribus inferre non desinunt, eiusdem quoque fidei argumentum sunt.

Aristoteles

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Si nāq̄ demonibus placet Christiane legis uita, cur hominibus eo molestiores fiūt, quo studiofiores fuerint ad custodiendā illā, eatenus ut sensibilibiter multis apparuerint, quos dāq̄ afflixerint. Neq̄ latet Christianos indissolubile illud odiū, qđ inter eos & dēmonēs p̄uenat.

Articulus XII. De testimonio fidei, quod ex prophetarum oraculis ac ueteris legis circumstantiis sortitur fides.

Quamuis deniq̄ multipliciter in hoc Tractatu inducatur Christiane legis firmitas, per ea quae ei fulcimentum largiuntur, non omnes tamē huiusmodi inductiones ueritatis fidei quibuslibet concludunt. Quidā etenim ueterē legē non recipiunt, sicut Manichaeus: quidā uero nullā legē dicunt imitandā nisi naturalem: quidā autē hēretici asserēbant prophetas non spiritu sancto afflatos, sed irrationali quādam excessu, uelut insensatos esse loquutos. Sed legem Moysi a deo donatā, & prophetas diuinitus inspiratos, sufficienter manifestant sublimia illa signa, & miracula tam solennia, quibus olim tam multifarie populum legis illius magnificauit deus sublimis & fortis. Ceterum, q̄ tam concorditer prophetae uaticinati sunt, & multo amplius, q̄ tam ueraces inuēti sunt, efficacis ueritatis argumentū praebeant uatū oraculis. Quae cumq̄ nāq̄ inducta sunt, q̄ Iesus sit uerax & uerax legis dator, contestatur Moyses & prophetae: q̄ Iesus uator quippe in euangelio Iohannis Iudaeis dixit: Scrutamini scripturas, quia uos putatis in illis uitā aeternā habere; & illae sunt quae testimoniū perhibent de me. In quo innuit se in lege & prophetis repromissum. Qui autē non nisi naturalē legē recipiunt, naturaliter saluare indigent omnia, quae fides ad sui manifestationē introducit: quod tamē facere nequeunt, quoniam ostensum est per supernaturalia diuinā uirtutis argumenta, fidē stabiliri. Suscipiens tibus itaq̄ Moysen & prophetas, facile poterit patere, hūc Iesum quē colimus, esse Christū in lege & uatibus promissum. Percurrētibz equidē omnē scripturę antiquę feriē, id ipsum elucefcit, populū illū olim tam electū & honoratum a deo, nunquā derelictum a deo, aut ē terra sua expulsum, ex quo inhabitare eam ceperant, nisi propter peccatū aliquod: & quod tale facinus erat maius, eo uel durius uel longius tribulati sunt ab inimicis suis, & terra sua expulsi atq̄ derelicti. Constat uero, q̄ grauissima peccata quae fecisse fatentur, sunt idololatria & occisio prophetarū: & pro his nunquā receperunt tam longā atq̄ poenale afflictionē & captiuitatē, sicut quādo in Babylonia septē annis captiui ducti manserant, in quibus etiā annis misit eis deus prophetas, qui de futura reductione consolarentur eos, uidelicet Ieremiam & Ezechielē. Postq̄ autē reuersi sunt ex captiuitate illa, mirabili zelo abominati sunt idololatriā neq̄ prophetā dicunt se interim occidisse. Sed iam in captiuitatē quandam relegati sunt: quae extunc cito incepit, quādo nostra religio initiata est: & durauit per mille & quadringentos penē annos: neq̄ fuit interim propheta, redemptionis spem annuntiās. Vnde restat, q̄ hi peccatū aliquod maius cōmiserint peccatis patrū suorū, aliter uicissim uisitasset eos deus eorū, qui olim tam largissimā charitatē ostendit eis. Non possunt autē aliquod tale crimen assignare, quod tam inseparabiliter excedat peccata patrū suorū, nisi fateantur se Christū dominum prophetarū occidisse: quod omni peccato incōparabiliter maius est. Præterea, omnis honor & ritus legis eorū pene ablati sunt, & gloria signorū ac prodigiorū, quibus perhibuit eis deus quondā testimonium, ad legem Christianā deuoluta est: quod nullatenus permitteret deus, qui sanctos suos nunq̄ deserit, si non grauissimo quodā & implacabili scelere offendissent eum. Vbi equidē uox illa gratulationis, qua olim dicere consueuerunt deo excelso & adorando: Quis est populus in uniuersa terra, sicut populus tuus Israël: Denuo: Benedictus dominus deus Israël, q̄ facit mirabilia solus. Et rursus: Quāta au diuimus & cognouimus ea: & patres nostri annuntiauerūt nobis. Ab occisione deniq̄ sancti sanctorū, reuelatio eis facta non est: propheta missus non est: miracula cessauerūt, & nullum argumentum ostendit eis deus, quo agnoscere potuerint, se sub gratia & beneficio dei ac ipse redemptionis existere. Non enim aliquid horum assignare aliquādo potuerūt. Porro ubi sacerdotiū, ubi regnū & altare, ubi hostia & sacrificiū, ubi deniq̄ unctio & omnis illa legis honorāda quondā obseruatio: Manifestū quippe est ex eorū codicibus, q̄ deus a principio iurauit ipsis & patribz eorū, dare ipsis terrā promissionis in possessionē sempiternā: qđ intelligendum est, non impediēte peccato, sicut habitum est. Iam tot annis abstulit eis terrā sanctā, quod sine grauissimi criminis merito esse nequit: præsertim cum sint iam omnes uniuersaliter in quatuor plagas terrae dispersi, & cunctis gentibus subiecti: factiq̄ sunt cōtempribiliores omnibus hominibus: regnāte nihilominus in ipsis: cordibus ea superbia, qua se omni populo præferūt: cum tamen gloria ac magnificentia signorū, quibus eis deus olim

Iohan. 10.

Psal. 71.
Psal. 77.

DE LVMINE CHRISTIANAE THEORIAE, LIBER II.

olim testimonium perhibebat, ab ipsis quidā ablati sunt, & nostrae religioni tam multipliciter ut ostensum est donati. Amplius, id ipsum plenius ostendi potest ex prophetiis quas ipsi solenniter in quibus uatibus cuncta quae de Christo facta credimus, prænuntiata ualemus eis ostendere, sed & ipsorum quoq̄ incredulam obstinationem, desolationemq̄ perennem compertimus prædictas. Quid nempe clarius eos conuincere potest quā sancti patriarchae Iacob uaticinium quod ait: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de scemoribus eius, donec ueniat qui mitredulus est: & ipse erit expectatio gentium: Cernunt etenim sceptrū, regnum & ducem ab eis ablati: præsertim a uastatione Ierusalem, & destructione sanctuariorū, quae per Titum & populum Romanum facta est: terram propriam non habent, & ubiq̄ subditi sunt potestati alienae. Danielis quoque propheta occasione Christi impletam, ac perpetuam desolationem ipsis superin ductam, manifeste ostendit dum ait: Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui cum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo: & finis eius uastitudo: & post finem belli statuta desolatio. Et post pauca: Et usq̄ ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. Si igitur negent Christum occisum ab eis, & perennem desolationem inductam super eos, tunc constat, quod adhuc restat ut occidatur: in ducatur quoq̄ super eos desolatio, quae usq̄ in finem perseuerabit. Sed non uidetur quae possit grauiore esse desolatio, ea quae modo praecipit ipsos, in qua (ut ostensum est) priuari sunt honore ceremoniarum legis suae, hostia & sacrificio, omni in super gloria signorum, & oraculis ac consolatione prophetarū. Enim uero ne quempiam moueat, aut a fide Christiana elonget ipsorū infidelitas, hanc ipsam quoq̄ eorū de incredulitate spiritus sanctus per os prophetarū frequenter praedixit. In Psalmo quippe dicitur: Obscurentur oculi eorū, ne uideant. In eo etiā quod Daniel uastationē quādam perennē uenturā testabatur, in delatē Iudaeorū clare annuntiavit. Amos etiā propheta ait: Super tribus sceleribus Israel transferā eos: super quarto autē non transferā. Est ergo quoddā scelus, ob quod profusus usq̄ in finem derelinquēdi sunt. Porro, si ab eis inuestigetur, quod nā sit hoc quartū scelus: Neq̄ idololatriā, neq̄ prophetarum occisionem, neq̄ uenditionem iusti Ioseph a fratribz suis in Aegyptum respondere poterint: Super omnibus enim his reduxit eos dominus & miseratus est eorum: neque aliquādo tam poenaltiter captiui ducti sunt, ex quo inhabitare ceperant terram sanctam, sicut in Babylonia. Vnde restat hoc quartum scelus, occisionem esse Christi, quem ad modum Daniel dicit: Ratione cuius ait Dauid: Disperge illos in uirtute tua: & depone eos protector meus domine.

Gene. 24.

Dani. 9.

Psal. 55.

Amos. 1.

Dani. 9.
Psal. 55.

Articulus XIII. De ueritate fidei ex consideratione altitudinis Christianae sapientiae & doctrinae.

ET quidem, quod uni cibis est, alteri uenenum est. Quoniam quidem nil naturaliter malum est: nil omni prorsus caret sine ac bonitate. Iudaei autem aliqui, licet ex praeductis & alijs his multo fortioribus uicissim ad susceptionem Christianae fidei inclinentur, in comprehensibilibz tamen eorum quae fides proponit, ut esse personarum trinitas, & quod de sancta eucharistia credimus, unio quoq̄ personalis dei cū homine, potissime auertit eos a receptione fidei. Si ergo ex consideratione qualitatis doctrinae CHRISTIANAE corroborari possit ueritas fidei, tunc utiq̄ hoc erit Christianis cibis, quod ceteris uenenum est. Hoc uero fieri potest hoc modo: Omnes enim qui propriam gloriam & non dei quaesierunt, querentes sibi allicere gentes mendacibus callidissiq̄ adinuentiōibus, & sic uel legem aliquam, aut certe doctrinas recentes inducentes, hoc proprium habuerūt, quod ea per quae populum facilius attrahere poterant, proponebant: & ea quibus obediētia fuit hominibus magis in promptu, introduxerunt: sicut in Machumeto euidenter claret, & cunctis hēreticis, qui semper a sublimibus ac incomprehensibilibz fidei testimonijs declinabant: asserētes ea quae humane rationi cōnaturaliora sunt: quod posterius plene lucebit. Legis autem nostrae institutor hic IESVS quem colimus, omnino alia uia progressus est: ita iubens & instruens, quae neq̄ humana ratione comprehendi possunt, & affectui difficilissima existunt: ut sunt mundi ac deliciarum eius contemptus, & quicquid carnaliter oblectat despiciere: de quibus nunc frequenter praehabitu est. Istud itaque signum est bene consideranti, quod non humana industria aut subtilitate naturali usus est in assertionē legis suae. Nunquam enim tam supernaturalia docuisset, neque tam ardua ac alta iussisset, si non aliquid diuinum quod omnino super hominem est, habuisset in se: quo agnoscit

uit sē

uit se habere supernaturalē potentiā confirmādi supernaturalia fidei testimonio. Preterea, si ea quæ docuit uera non essent, tunc utiq; præsumptuosissima essent, & diuino honori nimis obuiantia. Docuit nempe se unum esse cum patre, & uerū dei filium & mundi saluatore. Si igitur deus tot signa, tantaq; mirabilia ad fidei confortationem fecisset, aut etiā fieri permisisset deus, quæ ab exordio nostre legis initiata sunt & nunc usq; continuata, uicissim eq; tam multipliciter aucta, ut cōscribi uix poterint, tūc non uideretur deus satis resistere huic homini se deo conformāti in naturæ ueritate, qui olim angelum è coelo expulit, nō tam uementer uolentem se conformare altissimo, sicut iste se conformare ausus est. Porrò, si forma institutionis eucharistiæ sapienter contempletur, eluceſcet, q; hic Iesus cui credimus, passionē suā passionisq; tempus & modum ac causam plene præagnouit: in quo considerari potest, eum utiq; fuisse de quo in Prophetis & Psalmis futuræ passionis Christi uaticinia inducuntur. Quippe hoc eucharistiæ sacramentum proximo die ante passionis suæ diem instituit, mortis suæ maneriem, ac sui ipsius commemorationem in eadem integre figurans: & relucere faciens, quatenus toties rememoremur eum sponte pro nobis oblatum, quoties tantū sacramenti celebrationi interſumus.

Articulus XIII. De institutione & qualitate legis Machumeti.

His porro quæ de qualitate Christianæ legis ac institutionis forma præinducta sunt, omnino contraria uia Machumetus processit. Non enim populum traditionibus suis, uirtute miraculoſe, sed uolentia armorū subiecit: neq; denuo spiritualium bonorum sublimia documenta edocuit, sed carnalium uoluptatū promissā sponondit, libidini & carnis desiderijs habenas relaxans: quibus allici & assentire in promptu est hominibus, potissime his & talibus, per quorū multitudinem ipse ridiculā suā traditionem fecit inualere. Non etenim à principio sapiētes expertiq; in diuinis eloquijs uiri ipsi adhæserunt, sed homines in desertis commorantes, rurales, totiusq; spiritualis doctrinæ prorsus ignari: per quorū armatā manum, terrā obtinuit. Dixit namq; non in uirtute signorū, sed potentia armorū se fuisse promissum: quo d genus signorū, neq; latronibus deest, neq; tyrānis nefandissimis. Deniq; præcepta tradidit legi suæ conformia: concupiscentijs uacare instruens. Veritates in super illæ quas docuit, nō tam sublimes sunt quin ab humano ingenio comprehendī possint: sed documentis suis fabulas admiscet: ueteris ac nouæ legis doctrinalem seriem fabulosis narrationibus corrumpens. Propterea astuta adinuatione, neq; ueteris testamenti, neq; fidei Christianæ libros dereliquit sectatoribus suis legendos: nec forsitan sequaces sui, si diligenter eos aspicerent, propriæ legis falsitatem ex eis agnoscerent. Non enim prophetarū oracula ei sicut Christo testimonium perhibent, nec etiā signis aut miraculis quæ diuina tantum uirtute efficiuntur, ipsius legem stabiliunt. Vnde constat, q; omnino per oppositum modū introducta sit traditio eius à forma institutionis Christianæ theoriæ. Eius igitur credentes documentis, facile credunt, quæ neq; naturali rationi, neq; ueritati legis aut Euangelij consona sunt. Ipse tamen legem nostrā non reprobatur, sed Iesum ait esse Messiam, super cuius aduentu prophetæ uaticinati sunt: & ipsius matrem fatetur esse uirginem, & super omnes mulieres electā ac bene dictā. Auicenna quoq; qui Machumetū sequutus est, Iesum antefert Machumeto in uirtute & sapientia: quem admodū duodecimo suæ Metaphysicæ scribit. Ex quibus uidentur contradictionē implicare dicta Alchorani. Si enim est Iesus (ut ipse ait) Christus, electus dei, tunc necesse est omnia ea uera esse, quæ in eius lege continentur: in qua hoc quoq; inter alia dicitur, q; non est aliud nomen datū hominibus sub coelo, in quo oporteat nos saluos fieri, quā nomen Iesu Christi. Fundamentū quippe aliud nemo ponere potest, q̄ quod ipse posuit: ex quibus ostenditur falsitas Alchorani, in lege namq; Machumeti, dicitur unumquemq; saluari posse in lege sua.

Articulus XV. De latriæ cultu.

Creatur deus deniq; uniuersa, non utiq; necessitate naturæ, sed libere. Ex hoc constat eum esse uniuersorū dominum atq; rectorem. Dominamur nēpe his quæ nostræ uoluntati subsunt, & quibus libere prouidemus. Præostensum denuo est, q; omnis natura diuinæ apprehensionī necessario pareat, eo q; diuinus intellectus sit mensura rerum & fontana ueritas. Deus ergo uere per se & naturaliter uniuersorū dominus est. Nil autem secundorū, nisi propter eminentiorē quandam diuinæ superexaltatæ excellentiæ participationem, dicitur aliorū dominus. Rationabile est itaq; ut famulatus quī summo domino exhibetur, singularem habeat appellationem. Vnde & apud Græcos, famulatus summo deo debitus, latria nominatur. Porrò, cultus dicitur studium præoperosum quod,

Machometus & Auicenna qd de Christo sentiant.

Act. 4. 1 Cor. 7.

quod circa aliquid exhibetur: aut exercitatio operantis studiosa circa aliquid. Illa nanque colere dicimur, quibus per opera nostra studiū adhibemus. Ex his facile est accipere quid sit cultus latriæ. Colimus autē deū duplicibus actibus: exterioribus uidelicet & interioribus. Quoniam etenim hoc connaturale est homini, ut ex sensibili agnitione & amore uisibiliū, ad diuinorū acin corporaliū contemplationē & dilectionē uehat, profusum est hominibus, ut per exteriora quæ dā atq; sensibilia exercitia deū colant: ut sunt prostrationes, genuflexiones & cantus. Ob hoc quoq; instituta sunt sensibilia sacrificia: non quasi deus nostris bonis egeat, aut exterioribus huiusmodi operibus excitetur, aut in talibus secundū se consideratis ei complaceat, (tamē sacrificiū altaris in se & secundū se deo acceptū est.) sed hæc sunt, ut representetur homini, q; se & omnia sua debeat deo tanq; primo omnis bonitatis fonti: atq; ut per ista exteriora excitetur animus & manuducat ad spiritualiū affectionem & interiorē perfectū. Interioribus uero operationibus proprie deū colere dicimur: illæ enim propter se acceptabiles sunt. Illæ autē operationes interiores propriæ dicunt, quæ conueniunt animæ secundū potentias eius separatas: quæ ideo diuine dicunt, quia à corpore nō dependēt, sed separabiles sunt & immortales: per quas fortitur homo equalitatē quā dā cū substantijs separatis & superiuali deo. Hæc uero sunt uoluntas & intellectus: quæ ideo à corpore separabiles sunt, quia inorganicæ sunt. sed hæc dōna in primo libro diligenter tractata sunt. Actus deniq; intellectus, sunt discursus & cōtēplatio uoluntatis, aut desiderare & amare. Is ergo deū synceriter colit, qui fide & amore in eum tendit: ut bene dicitur & excelsus. Ex istis patet eorū hereticorū error, qui corporalia obsequia deo exhibenda negabāt: qui si se ipsas agnouissent, aut certe se homines esse considerassent, uidissent prorsus, q; per exteriora eleuetur mens in diuina. Preterea, deus requirit & suscipit obsequiū secundū conditionem seruientium: homo autem non est tantū intellectus, sicut angelus, sed etiam ex corpore constat. Rectum est ergo ut corpore & mente colat deum, & secundum se totū recognoscat se illi subiectum.

Articulus XVII. q; uni duntaxat deo fit exhibendus latriæ cultus.

Inuenitur autē tam apud sanctos & theologos, q; apud philosophos, q; uicissim pluraliter utuntur nomine dei, sicut in Psal. dicitur: Ego dixi dñs estis. Et in Timæo ait Platon: O dñs deorū. Et Aristoteles ait deos esse supra naturā hominum: dicentibus tamen utriusq; & philosophis & sanctis, unū tantū esse deū summū, & omnis boni causale principium. Fuerunt igitur qui dicebāt etiā substantijs intellectualibus, quas in triplici ordine distinguebant, esse cultus latriæ exhibendus ratione cuiusdam diuini quod in eis est. Primo igitur intelligentijs, secundo animibus cælorum & siderum, tertio autem quibusdam dæmonibus, qui secundum Platonicos & Apuleium sunt animalia corpore aërea, tempore æterna, mente rationalia & omnino passiuæ: de quibus ait Porphyrius, q; mortale additum nobis, separatur ab illis: in super animas bonorum quidam æstimabant post separationē colendas, eo q; ad meliorem statum transirent. Cæteri autē, qui ponebant deum esse omnē quod est, seu esse formale omnium, aut etiam animam mundi sicut Trismegistus, asserabant toti mundo & singulis eius partibus cultum diuinum exhibendum, non ratione corporis sed animæ. Vnde Apuleius dixit se ex documentis discipulorum Socratis didicisse, q; deus sit anima mundi ratione & motu gubernans. Veruntamē hoc ab Apuleio metaphoricè dictum est. Ipse enim & Socrates cum Platonici dixerunt, summum deum omnino in se subsistere. Nam & animam mundi constituit Plato post uerū, quæ est post deum summum, primè sequens. Dixerunt enim Platonici deum uerū & animam mundi, esse summas naturas. Dicitur autem uerū intellectus. Rursus, alii ea colenda censebant, quæ sub homine sunt ratione participationis naturæ superioris: ideoq; imagines quas homo fingit dixerunt colendas, uel quia ex impressione cælorum uirtutem quandam supernaturalem fortirentur, uel quia assistunt eis spiritus, uel (ut Hermes dixit) quia animatæ sunt, sensu & spiritu plenæ: quæ tamen positio paulo ante reprobata est. Deniq; quidā (ut Aegyptij) omne id colebant, ex quo æstimabāt sibi commodum aliquod oriri. Nam (ut refert Hieronymus) dum Pharaos filios Israël persequens, in mari rubro submersus fuisset, Aegyptij, qui eum non erant sequuti, illud uocauerunt sibi deū, circa cuius occupationē intenti, non sequebantur regē. Qui nempe circa agrū tūc erat intectus, dixit, q; istud fuit mihi hodie deus, ut nō sequeretur Pharaonē. Omnes autē positiones istæ uanæ sunt & stultæ. Ostēsum est equidē in primo, unū esse omnium principū & creatorē uniuersorū. Videmus autē in hoc mūdo, quālicuius politiæ primo principi debet singularis honor, q; nulli alteri q; sub eo ē impendendus est, Deo ergo q; oim dñs est, & cuius est

Cur instituta sint sacrificia sensibilia.

Platon.

Dæmones quib; dicuntur.

Hieronymus.

& cunctis incomparabiliter super exaltatus, debetur singulare obsequium quod latria uocatur. Amplius, pro summo beneficio debetur specialis ueneratio: & ei qui incomparabilia bona largitur, est incomparabilis reuerentia exhibenda. Sed ex præinductis palam est, quod beneficium creationis omnibus à primo impartitum est, à quo esse, uiuere, intelligere, & omnis substantialis bonitas atque natura, tanquam ex largissimo datore cunctis immortaliter comunicata sunt. soli ergo deo & nulli prorsus alteri, latriæ cultus, quod est dignissima seruitutis species, est præstandus. Præterea, omnes causæ secundæ comparantur ad primam sicut instrumenta ad artificem, sicut mediū ad finem, & sicut minister ad dominum. Deus enim ex se cuncta instituit: & alijs agendi formam præstituit. Nihil ergo post summum deum est pure dominus, sed per se est sicut seruus: per accidens autem dominus. Latria autem ei exhibenda est, qui tantum dominus est. Adhuc, sicut res est bona, sic est ueneranda. Quod igitur per se bonum est, propter seipsum finaliter colendum est, quod autem dependet ad aliud, egens & in aliud se conuertens, est per accidens seu participatiue bonum. Non est ergo ei sicut fini aut propter seipsum, cultus impendendus. Latria autem debetur alicui propter seipsum. Solum ergo illi qui essentialiter bonus est & fons omnis boni, est tale famulandi genus præstandum. Hoc autem non est nisi deus secundum præinducta. At uero, quod quis colit cultu latriæ, hoc fatetur sibi esse deum. Nihil autem est uere deus alicuius, nisi quod ex se sufficiens est largiri cultori suo, quicquid ipsi necessarium est & expedire: cuius signum est, quod unumquodque figit spem in eo quod statuit sibi in deum, in uocans ipsum in necessitate: sed nihil est sic sufficiens pro indigentia rei creatæ nisi summus deus: ipse enim solus est ultimus rex finis, primum principium essendi, & sine cuius conseruatione nil possit in solo ictu oculi subsistere aut alteri subuenire. Sicut igitur ipse tantum est uerus deus, sic soli ei est uera latriæ reuerentia exhibenda: cui debet homo quicquid est aut habet. Enim uero, cultus latriæ ad hoc tendit, ut nobis firmiter radice, quod sit unus princeps & prouisor omnium, comparare non habens, & sibi per se sufficiens. Hoc autem maxime efficitur, si huic summo deo cultum specialem exhibeamus, quo nullum alium dignum iudicamus: talis autem cultus latriæ est: soli ergo deo ipsa impartienda est. Porro, opinio illa quæ ponit deum esse animam mundi, omnino falsa est, & in primo sæpe destructa, ubi probatum est, quod deus est pura bonitas, nulli commiscibilis, & in seipso incommutabiliter subsistens. His autem positionibus irrationabiles sunt ceteræ quæ iam præactæ sunt. Homo enim est factor imaginum quas colunt idololatæ. Et ante probatum est, quod non sint uere animæ. Homo ergo sublimior est illis idolis seu imaginibus. Denique dubium non est, quin diabolus qui à principio sui, diuinitatis concupiuit sortiri nimiam aequalitatem, instigauerit corda hominum ad exhibendum latriæ cultum alijs quæ uero deos ideo quod ualeat, semper fatagat talia operari per se & ministros suos, ad corroborationem fallacium suarum institutionum, qualia operatur deus in se & sanctis suis pro confirmatione fidei & legis sue. Sed ut probatum est, non potest in omnibus, neque uero, neque apparenter conformari diuinæ operationi.

Articulus XVII. Quomodo intelligenda sit generatio in diuinis.

NVlla denique (ut ait Damascenus) natura expers est naturali operatione: alioquin in uniuersitate rerum esset aliquid sine carens, inordinatum ac otiosum. Per operationem non habet, neque fini suo poterit copulari. Porro, quæ natura præstantior fuerit, eo cõcunctior est, & emanatio eius sublimior. Nam & in elementis, ignis & aer dicuntur actiua: ut puta quæ formaliora, & mole materiæ minus oppressa: quæ uero & terra passiuæ sunt, quia materialiora: non tamen prorsus passiuæ sunt. Ex his autem quæ in primo libro de puritate, plenitudine & perfectione dei tradita sunt, congruit nunc quoque agnoscere, quod natura dei sit pura bonitas, cui nihil eorum quæ ad plenitudinem plenamque perfectionem bonitatis pertinent, potest deesse. Insuper habitum est illi, quod bonitas dei sit totaliter essentialiterque intellectualis, aut potius purus & supersubstantialis intellectus. Palam est igitur, quod generatio quæ in diuinis est secundum fidei testimonium, sit intellectualis emanatio: quæ hoc modo accipienda est. Deus intelligit se per sui ipsius essentiam plene & perfecte. Omne autem intellectum seu cognitum, est in cognoscente. Intellectum autem ut in intelligente consistens, est ratio quædam & intentio intelligentis. Ratio autem seu intentio in lumine stans intellectus, est quasi quoddam uerbum interius conceptum: sic enim lapis ut in intellectu conceptus, dicitur uerbum intellectus quo concipit & interius dicit naturam lapidis ueram, ratam, ac in se subsistentem: deus quippe intelligit seipsum. Est ergo in seipso, sicut cognitum in intelligente. Deus ergo est in seipso sicut uerbum in concipiente: sicut similitudo in intelligente.

& sicut

& sicut ratio intellectus in cognoscente lumine. & istud in omni intellectu uerum est. Dum enim intelligit homo seipsum, est homo in se sicut cognitum in cognoscente: & homo ut intellectus, est uerbum intellectus, quo intelligit hominis naturale esse: sed homo qui est in intellectu, non est homo simpliciter, sed similitudo ac species hominis ueri. Hoc igitur quod diuinus intellectus per simpliciter essentiam cuncta intelligens, in seipso concipit de re intellecta quæ est ipse deus, hoc inquam, hoc est uerbum dei: sicut & in mente nostra, hoc quod mens nostra de re cognita concipit, dicitur uerbum mentis, ratio ac similitudo, & tanquam proles intellectus. Itaque diuini uerbi generatio aliud non est quam dictio & expressio, quæ deus ad seipsum sequitur: & quod huius actiue dictionis paterni intellectus terminus est, hoc est uerbum dei: cuius uerbi esse consistit in dici.

Articulus XVIII. Quod uerbum paternæ mentis sit imago dei & figura substantiæ eius: exemplar uero & ratio omnium rerum creaturarum.

EX inducto autem articulo iam nunc elucet, quod id sit uerbum intellectus, quod concipit intelligens de re intellecta. Huiusmodi denique uerbum, est similitudo quædam & ratio rei intellectæ: deus autem semper, uel potius æternaliter perfecte se cognoscit. Per essentiam ergo suam cognoscit & se & quicquid in essentia sua respicit de re in essentia autem diuina reuertunt omnia, sicut in primo fonte & fontana origine. Necessè est itaque, ut sicut uerbum dei est id quod concipit deus de seipso, sic sit & id quod concipit de omni alio: deus enim uel simpliciter prospectu contemplatur se & cætera uniuersa. Vna igitur dictione dicit & gignit hoc, quod de se & alijs cognoscit. Palam est ergo, quod dei uerbum sit similitudo & patris dicentis, & rerum cognitarum à paternæ mente. Sed hoc non est unum formiter: similitudo nempe quæ stat in luce intellectus, aut comparatur ad id cuius est principium, aut ad id quod est principium sui, sicut forma domus stans in anima artificis, referibilis est ad formam ex qua elicitur, & à qua emanauit. Rursus, referri potest ad formam quam artifex producit per eam. Sic enim ait Philosophus septimo primæ Philosophiæ, quod sanitas sit à sanitate, & domus à domo. Domus utique sensus, ab intelligibili domo animæ artificis. Verbum autem dei comparatur ad dicentem, sicut ad principium à quo procedit: sed ad res creatas, quarum ipsum est species & ratio, comparatur sicut ad ea, quorum est ipsum fontale principium. Similitudo in super quæ alterius productiua est, proprie dicitur exemplar illius: sed imago conuenienter dicitur eius à quo procedit. Nunc igitur innotescit, quod diuini intellectus uerbum, sit imago dicentis & exemplar creaturæ. Omnia enim per ipsum facta sunt. Sic quippe ab Augustino dictum est, quod qui negat mundum archetypum, negat dei filium. Verbum enim est ratio per quam facta sunt omnia, quemadmodum in Euangelio Iohannis dicitur: Quod factum est, in ipso uita erat. Hoc de filio intelligendum est hoc modo: Quod factum est, id est omnis creatura: erat uita in ipso, id est in uerbo. omnia enim sunt in uerbo cognitiue & causaliter. Veruntamen, quoniam id quod in alio est, est in eo non secundum modum proprium, sed illius uerbum autem dei, nedum uiuens est, sed etiam uita. Hinc omnia sunt in uerbo uitaliter, imò uita pura: eo quod uerbum sit uita simplicissima. Porro, quod uerbum dei sit imago dicentis, ait Apostolus dum ait de uerbo loquens, quod sit imago inuisibilis dei. Sed quoniam in deo accidens esse nequit, si uerbum dei est imago patris, palam quod sit imago substantiæ paternalis: quod etiam aliunde patere potest. Sensus namque & intellectus in hoc differunt, quod sensus non quidem essentia, sed accidentium daturat cognoscit: uisus est: ideoque species quæ cognoscit, non substantiæ sed accidentium imago est. Intellectus uero intima penetrat, & essentialia contemplatur. Verbum igitur intellectus, substantiæ intellecti imago est. Hinc dicit Apostolus, quod sit figura substantiæ eius: tota equidem substantia transfundit pater in filium secundum Augustinum: ideoque, quicquid patris est, splendet in filio: propterea dicit filius: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Quod autem uerbum dei congruenter appelletur dei filius, in dicitur: Nam quod in uidentibus procedit ab alio, in similitudine speciei dicitur filius illius. Verbum autem dei eiusdem naturæ est cum dicente, à quo naturaliter emanat: processu enim filij à patre, in qualibet natura naturalis est. Denique, in generatione diuini uerbi, simul & idem sunt cõceptio & parturitio, Deus enim est actus purus, semper se actualiter cõprehendens: ideoque eius uerbum ei cõternale est: & sic à dicente procedit, ut tamen in eo maneat in unitate naturæ. Quo enim natura aliqua aliorum fuerit, eo eius operatio intimior est, & ad se ipsam plenius conuersa. Nam in cæterarum potentiarum cognoscitiuarum ordinibus, solus intellectus est ad se rediens, ut puta & se & suum actum cõspiciens: quod uisus efficere nequit, neque sensus aliquis. Diuini ergo intellectus actio maxime cõuersa est & immanens: neque substantiæ unitate scindit, in summa uideatur simplicitate.

Iohan. 8.

Ibidem

Latriæ cultus
soli deo exhibendum cõcunctior
est.

neq; naturae identitate tollit sed manet uerbu cōsubstantialē dicēti, in summa uidelicet simplicitate cōuersum ad id, à q̄ emanat. Non est etenim in diuinis distinctio nisi relatiua, quae personas cōstituit. Et dū deus pater uerbu cōcipit, nō est uerbu eius adhuc imperfectū sicut in materiali generatōe, ubi post conceptionē fit dilatio: quatenus id quod in utero clausum est & imperfectū existit, per locale egressum parturial, & in seipso p̄fecte subsistat. Conceptio autē intelligibilis uerbi & praesertim aeterni qd est subsistens p̄sona, nō est cū motu & successione: sed simul dū concipit subsistit: & dum parturit, distinctū est. Enim uero, in carnali generatōe cōcurrūt uirtus actiua patris & passiuā matris. Patris autē est dare naturā & speciationē: matris uero est cōcipere & parturire. Generatio quippe uerbi quae simplicissima est & purissima intellectus, duplicis uirtutis cōcausalitatē nō exigit: sed ea quae distinctim in corpōribus uiuentibus ascribuntur patri & matri, simpliciter & unitim conueniūt aeterno patri: ipse enim concipit & gignit, & naturam diffundit.

Articulus XIX. Quid de filio dei Arrius opinatus sit.

Quemadmodū se habet monstrū in natura, sic se habet falsum in intellectu. Sicut igitur diuinā causalitatis perfectio in natura admittit monstrum, sic in intellectu admittit falsa diuinā ueritatis plenitudo: quatenus sicut per monstrorum effectū deformitatē plenius resplendēt proprius atq; cōnaturalis decor perfectio: natura, sic per falsae traditionū cōfutationē, lymphidius elucescat diuinā doctrinā ueritas. Si etenim quis sagaciter p̄sent, contuebit prorsus, quod nullū eorum per quae praestitū est in praerudictis, Christianā theoriā ueritatis suae fortiori stabilē inuolabilem ueritatē, assit his qui documēta catholicae ecclesiae contraria in duxerunt. His igitur quae de dei filio praehabita sunt, nolēs Arrius acquiescere, dixit Iesum Christū dei esse filiū, nō per naturae unitatē, sed ob diuinę perfectiois eminentiorē participationē: aut propter consensus in dissolubile unionē. Nēpe, cū sit dei filius in se subsistēs p̄sona, & à patre suppositaliter distinctus, admittere noluerūt, neq; credere uoluerūt Arrius & Eunomius, unā numero esse patris ac filij naturā. Dixit ergo Arrius dei filiū non esse patri cōaeternū: cū secundū fidei testimonia nihil substantialiter à deo diuersum, sit aeternū. Ideoq; dei filiū dixit purā creaturā: nō quidē ex substantia patris, sed ex nihilo productā: nō ab aeterno, sed ante mundi constitutionē: in tantū, ut secundū Arriū, & angelos & oēm aliā creaturā crearet deus per talē filialē creaturā. Dixit quippe hanc creaturā deo similitimā, & ceteris praexaltatā, atq; corpori Christi loco animae unitā: sic ut non sit in Christo diuinitas aut anima alia, q̄ huiusmodi creatura. Vnde unio uerbi dei cū corpore Christi secundū Arriū, nō solū facta est in persona, sed etiā in natura: & ob id ea quae in scripturis sacris declarant filium patre minore, ut sunt pauere, contristari, fatigari & mori, dixit conuenire Christo secundum supremam naturam quam habet: ut haec credantur cadere in ipsam naturam uerbi, & non tantum in naturam assumptam. Enim uero, quamuis rationes multas Arrius pro se inducat, quae in speciali articulo colligēde sunt, dum cōtra aeternā generationē & processionē quae in diuinis credunt, argumētātib; suā tñ positionē, uel potius falsitatē, sacrae scripturae quibus dā autoritatibus stabilire studeat. Quod etiam nomē filiationis diuinā creaturis attribuat mirū nō est: dicit nāq; in lib. Job: Vbi eras cū me laudaret astra matutina: & iubilaret oēs filij dei? Deniq; & ipsum nomē dei creaturis ascribi reperit, sicut in Psal. dicit: Deus stetit in synagoga deorum. Rationabiliter igitur (ut Arrius ait) cōtingit, ut haec tā sublimis creatura secundū eū, & deus & dei filius appellet. Sed quod non sit uerus deus, & deo patri cōsubstantialis, uidet; Nam Timotheo scribēs ait Apostolus: Serues mandatū sine macula, usq; in aduentū dñi nostri Iesu Christi: quē suis tēporibus ostenderat beatus & solus potēs rex regum, & dñs dominantū: qui solus habet immortalitatē, & lucem habitat inaccessibilem. Rursus in Euangelio Iohannis dixit saluator: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te solum deum uerum. Solus ergo pater est uerus deus, exclusus est igitur filius. Insuper, Apostolus ait filium deo patri subiectū, & post iudiciū finale subijciendū. Et in Euangelio Iohānis dicit saluator: Pater maior me est. Non est ergo in utroq; maiestatis aequalitas. Adhuc, recipere, mitti & clarificari ab alio, designat indigentia quae in deo esse non potest: & tamen haec omnia filio attribuunt. Non est ergo (ut uidet) filius patri aequalis. Amplius, in scripturis dicit, quod filius à patre adiuuet & doceat sicut Iohannis. Non potest inquit, à se filius facere quicq; Et post pauca: Pater diligit filiū, & omnia demonstrat ei. Iterum: Filius patri obedit, & de se ipsum asserit sibi inesse tam potestatis quam scientiae: Matthaei etenim uicesimo scriptum est: Sedere autem ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare uobis, Et alibi dicitur: De die autem illa nemo scit, neq;

Iob 36.
Psal. 81

1. Tim. 6

Iohan. 17

Iohan. 14

Matth. 24

neq; angeli in caelo neq; filius. Sed haec omnia manifesta attestantur minoratōne à diuinā perfectionis plenitudine: in qua nulla dependentia, sed purus actus. At uero, filius dei aperte connumeratur creaturis: sicut scriptum est de sapientia quae est filius paterni intellectus. Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnem creaturam. Et alibi: Ab initio & ante secula creata sum. quod non nisi deo dei intelligi potest, ut apparet.

Articulus XX. Quod ex commentis Platoniorum sit huiusmodi

Arrij & Eunomij extorta positio.

Recte equidem & recte penitus, hanc positionē dixi à Platoniorum dictis extortā. Est etenim bene uiolenta extorsio, dum quis diuinam sacrae scripturae doctrinā, ad philosophica documenta retorquet. metitur quippe ueritatem diuinā sapientiae, per humanā rationis naturalem theoriam. Sed contra fieri cōgruit. Veritas namq; naturalis, per supernaturalem ueritatē mensurāda est: sicut & omnis creatura à creatore, in numero, pondere & mensura constituitur: metrū atq; mensurā totius suae existentiae sortita à conditore. Arrius itaq; oppositū fecit, totā scripturae seriem quae de dei filio loquitur, ad sententias Platoniorum retorquens. Agnoscendum est igitur, quod etiam frequenter praehabitu est, quod Platonici, qui dixerunt processum omnē unius ab alio, fieri per similitudinem procedentis à principio processionis, à summo deo dixerunt immediate creatā quandam mentem, quam quidē uocant nūcupāt: & in hac mente creata dixerunt omnes res species consistere: & eam dixerunt esse prole creatoris. Summū nempe deum uocabant patrem: quē Proclus uocat paternale causam: & hanc mentē nominabant uerbu summā mentis: & post eam statuebant animā mundi: quia secundū Proclū & Platonē mundus animatus est. Quod igitur de filio dei scriptura loquitur, de tali mēte Arrius accepit: praesertim, cum dei filius dicatur sapientia dei & artifex omnium, in qua formae uniuersorum sicut in purissimo fonte resplendent. Tali denuo positioni concordant dicta Auicennae & Algazelis. Primam enim intelligentiā constituunt supra supremū orbē, & diuinā lucis contemplatione uoluptuosissime perfruitur cuius intellectualis uoluptatis plenitudine, dicunt eam uehemētissimō ac uelocissimo motu uoluere primū orbē intantū, ut ceterę sphaerę omnes moueant motu primi orbis, ab oriente in occidentē, motu diurno. Insuper, quod cetera omnia admittit Arrius creata per talē intellectū primē conditū, partim cum Auicenna consonū est: nisi quod Auicenna ponit semp inferiorē intelligentiā, à proxime sibi supposita intelligentia creatā. Quod tñ Arrius dixit hanc mentē nō ab aeterno fuisse, neq; ceteris creaturis esse cōgruā, neq; cū Platonis, neq; cū Peripateticis, & qd amplius est, neq; cū fidei doctrina cōcordat: & ergo didū Arrij est mere uoluntariū, & pure fictitiū. Et sicut ait beatissimus noster Augustinus, ipse facit filiū dei nō sicuti est, sed sicuti eū sibi fingit. Etenim, tā Plato q̄ Auicenna, ponit processum res: à deo ab aeterno. Peripatetici quoq; cū istis dicūt intelligentiā, orbē, tēpus & materiā esse quatuor cōgruā. Sed haec omnia in primo libro ad longum nuper tractabantur.

Articulus XXI. Reprobatio positionis Arrij de filio dei.

Enim uero, quod non consimili ratione dicatur Christus filius dei sicut ceterę creaturę, ex uerbo Apostoli quod ad Hebraeos scribēs ait, elucescit dicit enim: Cui dixit alio quando angelos, haud dubiū quid deus pater, Filius meus es tu, ego hodie genui te: Non ergo ratione participatiois diuinę perfectionis, dicitur filius dei Christus. Et si dicat ueritatis hostis, quod iste filius eminentius diuinę perfectionis particeps sit, hoc nil facit. Nam & inter angelos ordines sunt & omnes substantiae intellectuales separatae, una ratione dicuntur dñi, tam secundū philosophos q̄ theologos. Hic ergo filius speciali ratione filius est: ut puta, quia eiusdē naturae cum patre. Praeterea, in Euangelio Iohānis dicitur: Ut simus inquit, in uero filio eius Iesu Christo. Et post ea: Hic est uerus deus & uita aeterna. Christus ergo est uerus dei filius & deus uerus: quod prorsus falsum esset, nisi eiusdē & aequalis esset naturę cum patre, sicut homo cum homine. Natura autē patris, neq; partibilis, neq; multiplicabilis est, sicut in primo ostēsum est. Relinquitur itaq; quod eadē numero sit filij patrisq; natura. Amplius, in Christo est totius diuinitatis plenitudo, & sciētiae atq; sapientiae plena perfectio sicut in patre. Apostolus em̄ ait: In ipso, uidelicet Christo, habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et rursus dicit, quod in Christo sunt oēs thesauri sapientię & scientiae absconditi. Haec autē nulli purę creaturę cōueniunt, quae eo ipso quod creatura est à superexaltata creatoris altitudine, infinite distat. Adhuc in Euangelio Iohannis saluator ait: Omnia quae habet pater, mea sunt. Et alibi: Ego & pater unū sumus. Quae uera non essent, nisi uera patris natura esset totaliter & diuinitate in filio. Nam quicquid pater habet, est essentia eius. At uero in

Hebr. 1.

Iohan. 1. ult.

Col. 2.
Iohan. 16.

Psalmo dicitur: Quoniam quis in nubibus æquabitur domino, similis erit in filiis dei: Quod de angelis quo ad perfectam similitudinem dictum est. Sic enim nihil est deo simile. Filius autem dicit se æqualem patri: sicut in Euangelio Iohannis dicitur: Quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se deo faciens. Porro de filio loquens ait Apostolus, quod non rapinam arbitratus est, se esse æqualem deo. & quod sit imago inuisibilis dei. Et ut ostendat, quod sit perfecta patris imago totam paternam substantiam plene comprehendens, ait ad Hebræos in hunc modum: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Est ergo filius perfecta & non solum imitativa, sed naturalis imago patris: quod nulli creaturæ conuenit, sicut in primo & paulo ante probatum est. Adhuc, CHRISTVS de se loquens ait, quod filium nullus nouit nisi pater: neque patrem nisi filius. Sed si filius esset creatura, tunc utique cæteri angeli perfecte agnoscerent eum: cum etiam diuinam essentiam contemplerent, quam tamen non plene comprehendunt. Rursus, si esset filius creatura, non agnosceret patrem tali agnitione: de qua præinductum testimonium intelligendum est. Loquitur nempe de perfecta comprehensione paternæ naturæ: quam nullus præter diuinum intellectum perfecte comprehendit ut infra patebit. Non ergo nosceret patrem filius hoc modo si creatura esset. Quod si Arrius dicat uerbum allegatum non oportere accipi de perfecta comprehensione dei, tunc etiam omnes spiritus beati agnoscerent patrem, quamuis sit inter eos ordo. Præterea, ad Romanos scribens ait Apostolus: De quibus est Christus secundum carnem: qui est super omnia deus benedictus in secula. Et iterum ad Philippenses ait, quod filius antequam se exinaniret formam serui accipiens, in forma dei erat. Et palam, quod sicut per formam serui accipitur natura humana, sic per formam dei diuina natura intelligenda est. Aperte igitur innotescit, quod secundum doctrinam apostolicam, sit CHRISTVS deus uerus & non pura creatura: cui etiã doctrinæ neque prophetica defunt testimonia: In Ieremia etenim scribitur: ecce dies uenient, & suscitabo Dauid germen iustum, & cætera. Et post pauca: Et hoc est inquit nomen quod uocabunt eum, dominus iustus noster. In Hebræo autem habetur nomen tetragrammaton: quod soli deo appropriatum est. Est ergo filius Dauid IESVS CHRISTVS, uerus deus. Et Esaias præ dixit puerum illum qui nobis datus est, appellandum esse deum fortem, patrem futuri seculi & principem pacis. Denique, quod Arrius filium creatum secundum eum cæteris creaturis tam uehementer prætulit, ut etiam cæteros angelos condiderit, naturali rationi contrarium est. Nam multipliciter ostensum est in primo, quod ordo est intimus rebus: & quod species rerum se habet instar numerorū. Ideoq; sicut intelligentia tertij ordinis se habet ad intelligentiam ordinis secundi, sic se habet intelligentia ordinis secundi ad primam mentem conditam seu primam intelligentiam: aliter non esset in rebus creatis perfectus ordo: qui tamen est proprius effectus summæ sapientiæ. Non est ergo mens prima creata, cæteris sic uehementer preferenda angelis, ut dicatur unigenitus filius dei: licet primogenitus dici possit. CHRISTVS autem est unigenitus dei, sicut in Euangelio Iohannis dicitur: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Denuo, quod dicit cætera esse condita uirtute huius uerbi dei creati, in primo sepe ostensum est impossibile fore. Illic enim olim deductū est, quod creare sit deo appropriatum. Sed dicere posset Arrianus, quod filius in uirtute summi patris hoc agat uelut primi opificis instrumentum, & non sicut principale agens. Sequitur ergo, quod filius creando non agit per se, neque ut principale operans: sed hoc ipsum ex uerbo domini Ioannis quinto constat falsum esse: Ait enim illic: Quæcunque facit pater, hæc & filius similiter facit. Ergo æque principaliter: quod Arrius negauit. Insuper, id per quod alia fiunt, præ existit illis: nam quod non est, non est medium agendi. Sed Iohannis primo scriptum est de filio: Omnia per ipsam facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Non est ergo filius dei factus seu creatus: alioquin fuisset antequam fuisset. Amplius, quod uerbum dei dixit esse corpori Christi loco animæ unitum, & passionibus cæterisq; naturæ humanæ defectibus affectum, manifeste repugnat beatitudini filij dei. Beatitudo quippe est finale bonū, & quietum

& quietum faciēs desiderū beati. omnino ergo in naturali fuisse uerbo dei: quod etiam secundum Arriū cunctis angelis multo felicius est corpori formaliter uniri, tantisq; tormentis affici. Adhuc, forma quæ secundum propriam naturā est à corpore separata, uideretur feliciore esse separata q̄ formaliter coniūcta: sed natura angelica, & potissime natura uerbi, secundum naturā à corpore saltē humano prorsus separata est. Non ergo cōuenit uerbo dei, sicut animā corpori uniri: & sic cruciari. Propterea confitemur sic dei filium nostrā assumpsisse naturam, ut sui esse puritas atq; congenæ felicitatis dignitas, per assumptam naturā in nullo prorsus detrimentū patiantur. Præterea secundum Arriū, non esset Christus uerus homo: contra quod in Psalmo dicitur: Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea: Sed ostenditur sequela. Forma enim largitur speciē: & à forma sortitur unū quodq; esse & rationem. Sed uerbum dei (quod secundum Arriū creatū est) non est eiusdē naturæ cum anima rationali: imò plus distat ab anima q̄ anima rationalis ab anima solū sensitua, quæ immediate in ordinibus formarū naturalium sequitur animā rationalem. Non ergo Christus per naturam uerbi poneretur in specie humana. Si igitur non habet corpus Christi animā eiusdem rationis cum cæterisq; hominum animabus, non erit Christus uerus homo. Quo dato, sequitur q̄ neq; beata uirgo Maria sit uera mater Christi. In uiuētib; nempe necesse est generans & genitum eiusdem speciei esse. Oportet enim ut filius hominis sit homo. Quis nanq; dicat uerum qui ex homine generatur, esse filium hominis? Non igitur esset uirgo Maria uera mater Christi, si nō esset Christus perfectus ac uerus homo. At uero uerbum dei secundum Arriū est solū naturæ intellectualis, cum sit altissima creatura secundum eum. Non ergo potest esse principium operationum sensitivæ ac uegetabilis animæ: quæ tamen ueraciter in Christo erant & adhuc in eo sunt sensitivæ partis actiones. Necessarium est ergo Arrianis duas animas in Christo cōfiteri: unam citra uerbum quod in Christo est loco rationalis animæ, quæ sit sensitua & uegetabilis. Hoc autem omnino absurdum est. Non enim sunt in eodem plures formæ substantiales, sicut in primo demonstratum est. Neq; congruit in Christo ponere animam irrationalem cum Apollinari hæretico.

Articulus XXII. Et est solutio autoritatum quæ in superioribus uidebantur fulcimentum præbere positioni Arrii.

Quod igitur induxerunt Arriani non esse inconueniens, q̄ nomen dei aut diuine filiationis creaturis ascribatur iam solutū est: & ostensum q̄ non sit conformis ratio qua Christus dicitur dei filius, & cæteræ quædam creaturæ. Quod in super inducunt patrē esse solū uerū deum, nil conuincit: de qualibet enim trium personarum dici potest, q̄ sit solus deus, solus sanctus, solus dominus, solus altissimus. Nam quia unanūmero est in personis diuinitas, quicquid ratione diuinitatis de una dicitur, idem est ac si de alia diceretur. Dicitur igitur pater solus deus, nō quia filius eius non sit deus, sed quia non est deus alius ab eo: sicut scriptū est: Videte q̄ ego sum solus, & non sit alius deus præter me. Deniq; quod filius dicitur minor patre ac ei subiectus, clare est hoc dici ratione naturæ assumptæ. Quod uero filius à patre recipere dicitur, indigentia nō indicat. Recipit enim totam diuinitatis plenitudinē, quæ omnē imperfectionē prorsus excludit. Sed eo ipso quo filius est, necesse est ut ab alio sit, & id quod est recipiat. Sed hæc receptio, est eius generatio. Dicitur autē filius mitti & clarificari secundū naturā assumptā. Dicitur autē filius à patre adiuuari & doceri, non ut in sit in firmitas aut ignorantia, cum iuxta Apostolū sit ipse uirtus & sapientia patris, sed quia quicquid filius est aut habet, à patre recipit. Ideo sicut à patre recipit essentiā, sic & intellectū atq; potestatem. In patre autē idē sunt, essentia, sapientia & uirtus: ideoq; cōmunicatio diuinæ essentię, est intelligentiæ ac potentiæ cōmunicatio. Sed quoniam eadē numero est diuinitatis plenitudo in patre & filio, ideo hæc nullā defectiuitatem inducunt in uerbo. Non enim in generatione uerbi est accipere non esse ante esse, neq; re neq; intellectu: filius nanq; non ex non esse, sed ex paterna natura generatur. Dicitur igitur filius à se non posse facere quicquid: quia sicut à se non est, sic à se non habet uirtutē operandi. Veruntamen, licet dicat filius à se non posse quicquid facere, potest tamen per se agere: quia sicut per propriā naturā à patre acceptū est, sic & per hanc ipsam agit: & hoc ostendunt uerba saluatoris dum ait: Quæcunq; ille scilicet pater facit, hæc & filius similiter facit. Denuo, q̄ filius patri obedire dicitur, palā, ad naturā illā pertinere, secundū quā mortē crucis subire potuit. Sed quod dñs ait, Non esse sui, dare in regno suo secū se dere uel ad dexterā uel sinistrā, etiã ad uirtutē naturæ assumptæ pertinet. Quod uero dicit se ignorare de die illo, nō est sic accipiendū, tanq̄ aduentus sui horā filius non agnoscat, cū sint in eo omnes

Iohan. 5.

Philipp. 2.

Hebr. 1.

Luc. 10.

Roma. 1.

Phil. 2.

Iere. 24.

Iohan. 1.

Psal. 66.

Deut. 32.

1. Cor. 1.

Iohan. 5.

Mar. 10.

Co. off. 1.
Iohan. 1.

sapientiae atque scientiae thesauri absconditi secundum Apostolum, & filius (qui secundum Iohannem) est in sinu dei patris, ipsum cum patre perfecte agnoscit sicut ante patuit. Dicit igitur filius ignorare horam illam, quia per modum ignorantiae se habuit, dum discipulis suis eandem reuelare noluit: sic nepe dicit deus poenitere: quia ad modum poenitentiae se habet, non velut passio ei inest. Est quippe scripturae consuetudo, ut deus dicatur aliquid cognoscere, quando aliquid de alio cognitione praestat: sicut in Genesi scribitur: Nunc cognoui quod timeas dominum. nunc cognosce re feci. Nunquid enim ante deus cor Abraham nesciebat: Sic igitur per oppositum dicit filius ignorare, quia non facit nos scire. Quod autem sapientia dicitur creata, non necesse est accipi de sapientia quae est dei filius, sed de ea qua entibus creatis indidit deus: quae admodum in Ecclesiastico scriptum est: Ipse creauit eam, scilicet sapientiam spiritu sancto: & effudit illam super omnia opera sua. Rursus, quod sapientia dicitur creata, sic accipi potest: quia ab initio, imo ab aeterno praeruisa est creaturae uniri. Sed sicut per Hilariu patet, praerogata de creatione atque generatione sapientiae auctoritate, Synodus aliter exponit, dicens sapientiam & creatam & genitam appellari, ut nobis diuinae generationis modus perfecte insinuet. Nam in generatione, genitum accipit naturam generantis: quod utique perfectio est. Sed in generationibus quae nos cernimus, generans mutat: quod imperfectionem sonat. In creatione autem, creatum creatis naturam non recipit: sed creans incommutabile perseverat. Filius itaque dicitur simul & creatus & genitus: ut ex nomine creationis intelligatur patris immutabilitas: ex generationis uero nomine, in utroque accipiatur naturae unitas.

Gene. 31.

Ecd. 1.

Articulus XXIII. Contra opinionem Photini de diuinitate uerbi.

Antiquos autem haereticos Ebionem & Cherintum & Paulu Samosatenu Photinus sequutus, dixit Christu Iesum non esse dei filiu per naturam, sed per adoptionis gratiam. Unde una dicitur natura uidelicet humana (secundum Photinu) est in Christo. Et propter gratiae excellentiam, beatam uitae meritum ac mortis tolerantiam, ait Iesum praeter ceteris esse dei filiu non quasi ipse matri uirgini praerextiterit, sed quia ex ea initium sumpsit, cum sit secundum eum purus homo. Hanc porro positionem Photiniani stabilire conati sunt sacre scripturae testimonijs: quibus ostendi potest, quodam dei filios aut deos non cupari, non quia diuinitate uera sortiantur, sed quia dei gratia implentur, & iustificatur ac eliguntur: ut est illud Iohannis: De die eis potestatem filios dei fieri. Et sicut ad Moysen deus dixit: Ecce constitui te deum Pharaonis: & multa similia: sic cum sit Christus praelectus dei, dixerunt eum praeter ceteris diuinu honoru sortiri. Omnia denique quae iam contra Atriu praenudata sunt, ostenduntur: Christu non esse pura creatura, hanc quoque traditionem destruit: & quod ait iste Photinus filiu ex Maria uirgine initium sumpsisse, scripturae aperte obuiat: nam in euangelio Iohannis dicit deus filius: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Et iterum: Descendi de caelo non ut faciam uoluntatem meam. Constat itaque eum prius fuisse quod descendisse. Adhuc, haec positio ait Christu per uitae sanctitatem in deum profecisse. Apostolus autem ad Philippenses asserit eum primo fuisse in forma dei, & dehinc seipsum exinaniri uisum, ac hominem assumptum: dicit quippe: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse aequalem. & Amplius, Salomon ait in persona sapientiae quae est Christus seu uerbu dei loquens: Quando appetebat orbem terrae, cum eo erant cuncta componens. Et Iohan. 1. scriptum est: In principio erat uerbu. & sine ipso factum est nihil. & uerbu caro factum est. Veraciter ergo praefuit generationi qua uirgine genitus est: & non tantum secundum praordinationem aeternam praedestinationis: sicut praefati haereticorum finxerunt: praefertim, cum ad Ephesios scribens, dicit Apostolus de dei filio: Quod d autem ascendit, quid est nisi quia primum descendit in inferiores partes terrae: secundum Photinu uero, Christo non competere descendisse, sed ascendisse tantum.

Iohan. 1.

Iohan. 3.

Philipp. 2.

Eph. 4.

Articulus XXIII. Quid de filio dei Sabellius introduxit.

In primis igitur uera trinitate in diuinis qua doctrina euangelica apte fateat, negauit Sabellius: in his potissimum se fundas, quae unitate diuini esse contestant: quaedam modum in Exodo dicit: Audi Israel, deus tuus unus est. Et alibi: Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus praeter me. Sed quia scriptura manifeste insinuat nos, Christu & dei filiu & deum uerbum esse, dixit Sabellius Christu esse patrem incarnatum: & extitit patrem nomine filii esse sortitu, ex quo de uirgine natus est: non autem semper fuisse filiu: nam in incarnatione secundum eum erat trinitaria nomina, quae trinitate uidetur in diuinis constitui: pater uerbu filius & ipse sanctus: sed res in natura atque persona prorsus una. Sic igitur secundum hanc opinionem, cum dicitur filius dei, non designat persona a patre suppositaliter distincta, sed insinuat quaedam proprietates, praerexistit paternae personae supueniens. Propterea quae secundum carnem Christus sustinuit, patri attribuerunt.

Exo. 20.

runt Sabelliani: Unde & Patripassiani dicti sunt: eo quod patrem passum dixerunt & crucifixum. Haec autem positio a praecedenti in hoc differt, quod Christum uerbu dei affirmat: sed in hoc cum illa concordat, quod ait nomen diuinae filiationis non competere deo, nisi ratione humanae naturae: cuius falsitas ostendi potest: Id enim non est proprie in seipso: & minus id est apud seipsum dicitur. Sed de filio ante incarnationem dictum est: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum. Est ergo inter filiu & patrem ante incarnationis mysterium distinctio. Praeterea, nihil generat seipsum: sed Christus dicitur filius, non tantum uirginis, sed dei patris: est ergo alia persona filii & patris. Et si dicat aduersarius, quod idem ratione naturae assumptum sit filius uirginis propter naturam assumptam, creatam & sanctificantem naturam assumptam: tunc Christus non est filius dei, nisi ratione naturae creatae & assumptae: quod prius destructum est. Praeterea, de generatione filii a solo deo patre, scriptum est: Ego hodie genui te. & planius in Prouerbijs dicitur: Nondum erant abyssi, & ego iam conceperam: ante oculos colles ego parturiebar. In Isaiam quoque scriptum est: Nunc ego quae alios parere facio, ipse non paria, dicit dominus: Si ego generationem ceteris tribuo, ipse sterilis ero, ait dominus deus: In quibus uirginis sermonibus, si quae sapienter attendant, manifeste docet, quod per generationem fecunditate qua creaturis de largitus est, ipse etiam in seipso hac proprietate genituum non careat. Est ergo Christus dei filius, non tantum ratione naturae assumptae, sed quae ex substantia patris uere genitus, & paternam naturam perfecte in propria personate habens: cuius oppositum Sabellius finxit, suo ingenio diuinae doctrinae ueritate metiri presumens: id eo quod in mendacia, eius loquacitas lapsa est.

Plalm. 1.

Prouer. 8.

Ecd. 1.

Articulus XXV. Qualiter accipienda sit emanatio illa in diuinis, qua spiritus sanctus creditur a patre filioque procedere.

In quacumque potest natura intellectus, in ea est & uoluntas: quemadmodum in primo deductum est. Obiectum namque uoluntatis, est bonum intellectum. Nam sicut in re naturali forma consequitur inclinationem quaedam ad proprium bonum, sine ac perfectionem, quae naturalis appetitus dicitur, sic in natura intellectuali ex apprehensione formae intelligibilis, oritur inclinatio ad id quod intelligit, secundum quod ipsum concipit ut bonum & conueniens. Haec autem inclinatio dicitur appetitus intellectualis ad uoluntatem spectans. Sicut igitur in superioribus ostensum est, quod deus sit in seipso, sicut intellectum in intelligente, eo quod diuina essentia, seu ueritas quae deus est, sit diuini intellectus obiectum, sic prorsus necesse est, ut deus sit in seipso, ut amatum in amante, eo quod diuina bonitas quae est ipse deus, sit proprium obiectum diuinae uoluntatis. Denique, intellectum ut in intelligente existens, intentio quaedam est, uerbu, ac ratio intelligentis. Non enim aliter est intellectum in intelligente, nisi prout concipitur ab intellectu: concipitur autem, in quantum intellectus aliquid intra se dicit de re intellecta: hoc autem quod de intellectu dicitur & concipit, est uerbu intelligentis: sed intellectum ut in intelligente acceptum, seu uerbu tale de intellectu concipitur, in humano intellectu non habet esse naturale, sed intentionale duntaxat: quod est species ac similitudo intellecti stans in lumine intellectus. Non est itaque intellectum ut in mente hominis conceptum, & ut in seipso subsistens, habens esse eiusdem rationis & naturae. Verbu autem diuini intellectus, habet uere esse naturale & substantialiter identitatem cum esse paterni intellectus. Constat igitur, quod uerbu humani intellectus dicat quid actualiter superaddit rei intellectae. Verbu uero diuinae mentis, nil superaddit accidentale ei cuius est uerbu, & de quo profertur. Ratio autem horum est, quia diuinus intellectus est purus & super simplex actus: in quo omniformiter unum sunt, esse & intelligere. Hoc uero creatis intellectibus non conuenit. Sed haec superior lucidius habita sunt. Sicut proinde de intellectu ut in intelligente conceptum, est uerbu intellectus, sic amatum ut in amante existens, est sicut amor quo in amatum tendit amans. Amatum nepe est in uoluntate, sicut terminus motus in principio motus: perficitur enim uoluntas per hoc, quod copulatur amato in quod tendit: non autem tendit in amatum, nisi propter proportionem quandam, & conuenientiam in amato consistentem alligatur ab amato. Amatum ergo ut in amate consideratum, inclinatur & mouet amantem, ut in amatum se transferat. Hoc autem quod mouet & intrinsecus impellit amantem in amatum, est amor. Patet igitur, quod esse amati in amate, est amor qui intrinsecus mouet amantem in amatum: sicut esse intellecti in intelligente, est intentio ac uerbu intellectus. Amor denique a uoluntate praecedit, in quantum illa mota est & quasi attracta ab amabili, quod est bonum intellectum. Bonum porro intellectum in quantum intellectum, est uerbu intellectus ut frequenter dictum est. Procedit igitur amor, tam ex uoluntate quam ex uerbo: quoniam nihil amamus, nisi uerbo cordis concipiamus illud esse amabile. Relinquitur ergo quod amor qui in deo est, quem spiritum sanctum dicimus, non tantum a patre, sed etiam a filio procedat. Filius etenim patris, est uerbu illud quod pater de seipso concipit. De se autem

concipit, quod sit summa & supereminens bonitas. Illa ergo interna dictio, qua pater dese intra se profert se esse purā bonitatē, est uerbu eius. Ex hoc uero quod deus talē se agnoscat, procedit amor eius, quo seipsum & propriā bonitatē primo & principaliter amat. Diuina enim bonitas est propriū uolūtatis diuinæ obiectū. Hinc elucescit, quod eo ipso necesse est spiritū sanctū à filio procedere, quo procedit a patre. Spiritus sanctus ergo per uolūtatem procedit ab utroq; sicut & a solo patre procedit filius per intellectū. Eni uero, sicut dei intelligere, est eius esse, sic et diuinitū uelle, est dei esse. Amatū autē est in amate, inquantū actu amatur: actu autē amatur, secundū quod eius amor est in amate. Sed in deo, amare esse uelle quoddā. Velle quoq; dei, est suū esse. Esse ergo dei, quod est in sua uoluntate, quod per amorem explicamus, non est esse actuale, sed est uerū & naturale sicut & esse uerbi. Deus ergo ut in sua uoluntate existens, est uere & substantialiter deus. Amor ergo seu spiritus sanctus est subsistens deus: quippe amor hic diuinus, quo deusse & cuncta diligit, spiritus apte appellatur. Amor nāq; est uis quæ dā motiua & impulsiva amantis in amatum: ut dictū est. In uiuentibus autē impulsus talis intrinsecus ad spiritū pertinet: ideo amor diuinus spiritus dicitur. Rursus, spiritus dicitur est, qui ab homine procedit, & sine quo homo omnino uiuere non potest. In eo igitur quod hic amor dei spiritus nominatur, æterna ipsius ab eis quibus cœternus est personis, processio designatur. Insuper, spiritus iste sanctus dicitur est, quoniam ipse est quo sanctissima deitas amatur.

Amor.

Articulus XXVI. Cur dei uerbum, non autem amor eius seu spiritus sanctus, filius appelletur.

Constat equidē, quod uerbu ab intellectu, amor uero a uoluntate emanet: in deo autem identificatur intellectus & uoluntas. Etenim in personis non multiplicatur, sed est in eis una natura, uirtus & æqualis perfectio. Deus quippe est in se sicut intellectū in intelligēte inquantū seipsum intelligit: & hoc quod de se intelligit, est uerbu eius. Non autē intelligit de se uel minus, uel aliud q̄ de se: ergo uerbu eius ē aliud q̄ deus, neq; ergo plura uerba possunt in deo esse, cū uno uerbo plene dicat quicquid in se concipit. Perfectio porro intellectus, consistit in assimilatione intelligentis ad intelligibile: quæ est per hoc, qd similitudo intellecti, inest intelligenti. Oportet igitur, ut similitudo diuini intelligibilis quod est essentia diuina, inest diuino intellectui. Verbu ergo diuini intellectus procedit secundū rationē similitudinis. Et dictū est, quod in idēitate naturæ prodeat. Quod uero in uiuentibus ex substantia alterius egreditur, secundū similitudinē naturæ appellatur filius, & gigni dicitur. Amatū autē est in amante, non secundū similitudinē speciei, sed sicut terminus in principio motus: quæ admodū præinductū est in præcedenti articulo. Amatio itaq; perficitur, non in similitudine amantis cū amato, sed potius in attractione quadā amantis ab amato, & motione unius in aliud ac mutua coniunctione. Spiritus ergo sanctus, qui ut amor procedit, filius non est, licet ex substantia spirantis effluat: nam filius nō est nisi quod gignitur. Quod autem gigni dicitur, procedit secundū similitudinē speciei, & non secundū rationē tendētiæ in alterū seu attractionis ab alio: quomodo iam paulo ante claruit procedere spiritū sanctū, qui per modū amoris emanat. Adhuc, maior similitudo patris exprimitur in uerbo, quā in spiritu sancto: datur nēpe uerbo, ut cum patre spiritū sanctū a se procedentem habeat. Vnde etiā potius quā spiritus sanctus, tam filius quā imago patris congruenter dicitur est.

Articulus XXVII. De rationibus quibus Arrius & Macedonius moti sunt, ut dicerent spiritum sanctum esse creaturam.

Patre (inquit Arrius) filius minor est, & patris minister. Filio denuo spiritū sanctū ait esse minorē, & ministrū filij atq; creatū à filio sicut & a patre dixit filij creatū ante omnia secula: & cætera omnia mediante filio creata asserbat. Vnde sicut dei filij dixit purā, ac sumam creaturā, sic spiritū sanctū dixit post filij cæteris sublimiorē esse creaturā. Macedonius quippe de filio dei recte sensit: sed spiritū sanctū creaturam posuit, in hoc Atrium sequutus. Propterea Macedoniani non incongrue à quibusdā Semiarriani appellati sunt: eo quod quo ad spiritum sanctum, magis acquiescant figuris Arrij, quā uniuersalis ecclesiæ documentis: quæ spiritū sanctum docet patri filioq; coadorandum. Introducunt autē quæ dā scripturæ sanctæ testimonia pro suæ positionis fulcramento. Primo quidē: nam in euangelio Iohannis scriptū est: Cum uenerit paracletus, quē ego mittā uobis à patre, spiritū ueritatis, qui à patre procedit. Constat ergo spiritū sanctū mitti à filio. Mitti autem inferioris naturæ est: nam in mittēte autoritas quæ dā est super missum.

Iohan. 16.

Iohan. 19.

Filio

Filio ergo minor uideretur esse spūs sanctus. Præterea, nihil loqui à semetipso, sed ea dūtaxat quæ ab alio audiuntur, potius ei cōpetit qui iubenti per ministeriū famulatur, quā qui propria autoritate agit: sed de spiritu sancto id ipsum scriptū est apud Iohannē: Non enim (ingit Iohan. 16.) filius de spiritu sancto loquetur à semetipso, sed quæcūq; audiet loquetur: uidetur ergo nō esse deus. At uero, qui receter quid recipit & nō totū simul habet quicquid perfectionis est, deus nō est neq; æternitate possidet: sed de spiritu sancto dictū est quæcūq; audierit loquetur. Videt itaq; (ut Arrius intulit) q̄ patris filijq; & iussione & illustrationē expectet, non erit igitur deus: neq; filio cōæq̄lis. Amplius, q̄ in uiuentibus accipit naturā eius à quo procedit, est illius filius. Hoc enim propriū est genito præsertim in uiuentibus, ut in similem naturā seu speciem prodeat cū eo à quo profuxit. Spiritus sanctus autē si à patre filioq; procedit tanq̄ uerus deus, naturā diuinā ab utroq; suscipit, utriusq; ergo filius esset: quod fidei nō consonat. Adhuc, scriptura de patris filijq; diuinitate loquens, spiritū sanctū nō associat diuinitati illorū. Mentionē nempe de spiritu sancto nō facit: ut patet apud Matthæū ubi filius ait: Nemo nouit patrem nisi filius: neq; filiū quis nouit nisi pater. quod de perfecta cōprehensione necesse est intelligi: uti in ante habitis probatū est. Si uero spūs sanctus esset uer⁹ deus, etiā ipse agnosceret patrem ac filium. Non ergo uidetur sufficere dictum: Nemo nouit patrem nisi filius. Rursus, Iohannis de decimo septimo dicitur: Hæc est uita æterna, ut cognoscāte solū deum, & quē misisti Iesum Christū. Vbi de diuinitate spiritus sancti nulla prorsus mētio facta est: imō si spiritus sanctus esset deus, non dubium quin & ipsius agnitione felicitas nostra quæ est uita æterna, statuen da esset. Itaq; ad Romanos scribens ait Apostolus: Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Videt ergo spiritus sanctus (ut homines isti opinati sunt) non esse deus. Præterea, deo cōpetit nō iam orare sed orari: sed spiritui sancto cōpetit orare: sicut scriptū est ad Romanos: Ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Non est igitur (ut apparet) perfectus ac uerus deus. At uero, is in quē tristitia cadit & qui mobilis est, deus esse nequit. Demōstratū est em̄ in primo libro, qd diuinū ens sit prorsus incommutabile & perfectū: sed in spiritū sanctū cadunt tristitia & motus: scriptum est equidē in libro sermonū Elaiæ: Ipsi ad iracundiā prouocauerunt & affixerunt spiritum sanctū eius. Apostolus in super ait: Nolite cōtristare spiritū sanctū dei. De motione quoq; spiritus sancti dicitur in Genesi: Spiritus dñi ferebatur super aquas. Enim uero, donans habet dominium super donū quod largit. Nullus em̄ congrue dat, cuius dominiū nō habet: sed patri filioq; cōmune est dare spiritū sanctum. De patre quidē in Luca scriptū est: Pater uester de celo dabit spiritū bonū petentibus se. Et alibi dicit filius se missurū spiritum sanctum. Hæc ergo & alia multa humanæ sapientia argumenta, quæ in sequentibus inducenda sunt, inroduxerunt qui prænominati sunt.

Iohan. 16.

Mat. 11.

Rom. 8.

Rom. 8.

Esa. 67. Ephē. 4. Gen. 1.

Luc. 11.

Articulus XXVIII. Contra prænarratum errorem, & qd spiritus sanctus sit uerus deus atq; subsistens persona.

Deniq; qd in diuinis nō dūtaxat patrem filijq; oportet cōfiteri: sed etiā spūm sc̄tū tāq; personā teriā, ex eo qd in Mattheo dixit Saluator, elucescit. Dicit em̄: Eūtes docete oēs gentes, baptizātes eos in noīe patris, & filij, & spiritus sancti. Et alibi dictū est: Cū uenerit paracletus quē ego mittā uobis à patre, spiritū ueritatis q̄ à patre procedit. Vnde palā est scripturā sanctā loq de spiritu sc̄to sicut de psona aliqua uere subsistenti. Quod autē spūs sc̄tus sit uerus deus ostēdi pōt ex euidētibus scripturæ testimonijs. Cōprehēdere em̄ oīa profunda dei, soli deo propriū est, sicut sæpe ostēsum est. Sed iuxta Apostolū, Sicut nullus nouit q̄ sunt hoīs nisi spūs hoīs qui in hoīe est, ita & q̄ sunt dei nemo cognouit nisi spiritus dei. Ex his autē uerbis Apl' adhuc alia ratio formari pōt. Nā secundū cōparationē Apostoli, spiritus dei se habet ad deū sicut spūs hoīs se habet ad hoīem. Spiritus autē hominis est homini intrinsecus & aliqd eius: neq; est naturæ extraneæ ab hoīe. Spiritus ergo sc̄tus nō est naturæ extraneæ à deo. nō igitur est creatura. Præterea, creationē rege nō consueuit scriptura alicui attribuire nisi deo. Ostēsum q̄q; est in primo, qd creare sit propriū deo, cuius solius uita prorsus illimitata est. Sed spiritui sc̄to attribuit scriptura rege creationē, quæ admodū in Psalmo dictū est: Emitte spiritū tuū & creabunt. Et Iob ait: Spūs dei fecit me. Amplius, in Act, dicit Petrus: Anania, cur tētauit sathanas mētiri te spūi sc̄to? Deinceps deniq; subdit: Nō est ingit, mētiri hoīb; sed deo. Apte ergo spūs sc̄tus appellat deus. Adhuc, oīs essentia creata, finita est: replere autē oīa, soli deo cōpetit dicere Propheta in psona dei: Cœlū & terrā ego impleo. Spūs autē sc̄to hoc ipū inuenit in scripturis attribui. In Psal. em̄ dictū est: Quo iūbo à spū tuo: & q̄ à facie tua fugiā: Si ascēdero & c. Rursus, in lib. Sapientia

1. Cor. 2.

Psal. 107.

Iob. 27.

Act. 7. Hier. 23. Psal. 139.

Sapientia scribitur: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. At uero quod spiritus sanctus non sit ministerialiter operans, uelut pater minor ac filio, ex dicto Apostoli quod ad Corinthios scribens ait palam erit. Illic enim connumeratis diuersis differentijs donorum dei, de quibus paulo ante dixit, Idem autem deus: qui operatur omnia in omnibus, subdit: Hæc oia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. In hoc ergo quod eadē opera ascribit deo & spiritui sancto, & quod spiritum sanctum contestatur operari sicut uult, pater manifestat spiritum sanctum deum esse, & non ministerialiter agere. Enim uero quod spiritus sanctus sit subsistens persona, à patre filioque suppositaliter distinctus, hinc innote, scit, quod spiritus sanctus perhibet à patre procedere, & accipere de eo quod est filii. Etiam in euangelio Iohannis dicitur: Tres sunt qui testimoniū dant in cælo, pater & uerbum & spiritus sanctus. In quo satis claret spiritum sanctum eiusdem esse naturæ cum patre & filio: & tamen personaliter distingui ab eis. Et si quis calumniator obuiet, & dicat non esse idē spiritum sanctum, hic conuinci potest ex eo, quod in Mattheo Saluator dixit: Non estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. In Marco autē loco horum scripturū est: Non estis uos loquentes, sed spiritus sanctus.

Articulus XXXIX. Et est solutio rationū Arrii & Macedonij.

Est autem in patre & filio auctoritas super spiritum sanctum, non utique excellentiæ, quia tota deitatis plenitudo est in spiritu sancto, sed originis. Vnde etiam Augustinus in libro de Trinitate, ait spiritum sanctum a patre principaliter procedere. Nā quod a filio procedit, donatum est filio a patre: & ob hanc rationem dicitur pater & filius spiritum sanctum mittere. Denique, sicut à patre filioque recipit spiritus sanctus diuinam essentiam, sic & cognitionē atque uirtutē: quemadmodū in libro de spiritu sancto Didimus scripsit: Neque (ut inquit) quid est aliud filius exceptis his quæ ei a patre donantur, neque alia est spiritus sancti substantia, præter id quod datur ei a filio. Identificantur quippe in super simplici deitatis essentia, natura, sapientiā, ac potentia. In eo igitur quod spiritus sanctus a patre ac filio, tam essentiam quam sapientiā atque potentia accipit, dicitur audire & non loqui a se ipso. Diuina nempe per modum humanorum frequenter describuntur. Homines uero per auditū scientiæ accipiunt. Nā primo primæ philosophiæ ait Aristoteles, quod auditus sit sensus disciplinæ. Dicitur autem spiritus sanctus audiri, non quasi de nouo quid accipitur, sed quæ per illud audire, accipitur recipere spiritus sancti. Recipere uero spiritus sancti æternū est: æterno autē uerba cuiuslibet temporis aptari possunt, eo quod omnia tempora æternitas simpla impartit atque perseverans complectatur. Denique, cur spiritus sanctus non sit utriusque filius, in articulo superius de hoc inducto sufficienter determinatū est. Quod etiā uicissim patri filioque non connumeratur spiritus sanctus, patet arguit. Nam quandoque fit mētio de spiritu sancto in his quæ ad totā trinitatem pertinent, non expressis personis patris ac filij: ut est illud: Que sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei, cum tamen neque pater neque filius ignoret quæ sunt dei. Vult itaque scriptura per hoc innuere, quod quicquid ad diuinitatem pertinens, de una personarum trium dicitur, de qualibet earum pariformiter accipiendum sit. Sic quoque dictum est: Nemo nouit patrem nisi filius: cum tamē pater seipsum agnoscat. Apostolus uero quandoque connumerat spiritum sanctum patri ac filio, dicens ad Corinthios: Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & comunicatio sancti spiritus, sit semper cum omnibus uobis. Dicitur denuo spiritus sanctus orare, quia nos facit orantes, sicut superius ostensum est modū esse scripturæ sacræ, ut id deo attribuat, quod facit in homine. Quod uero spiritus dei dicitur ferri aut corrumpi, sic dictum est, sicut deus dicitur poenitere & irasci: non per passionum affectus, sed per similitudinem effectus: licet non de spiritu sancto, sed de aere quidam accipiant hoc quod dictum est. Spiritus domini ferebatur super aquas. Dicitur in super spiritus sanctus nobis dari à patre ac filio, quia hoc ipsum ut spiritus sanctus mentes nostras inhabitet, recipit ab utroque: a quibus accepit quicquid est, potest ac habet. Nec ob hoc ostēdi potest minor esse pater filioque: sed quod originē ab eis habeat, à quibus totius diuinitatis plenitudinem suscipit.

Articulus XXX. Rationes quæ contra æternam generationem & processionem diuinam induci possunt, continet.

Quicquid generatur, exit ut uidetur, de potentia in actum, nam secundum seipsum non habet esse & actualitatem, neque ex seipso: sed recipit a generante naturam & subsistentiam. In deo autem qui est purus actus secundum demonstrationes primi libri, non potest esse huiusmodi exitus: sic enim esset in deo consistere

derate non esse ante esse: quod non contingit. Præterea, cū diuina natura multiplicari non possit, si deus generat filium connaturalē, necesse est eandem numero naturā in patre & filio fieri. Diuina denuo natura cū sit impartibilis & simplex, tota est ubique fuerit. Oportet ergo quod filius dei eandem totamque patris naturam receperit, si uere ex substantia patris genitus est. Si autē hoc dicat, sequitur quod tota patris natura sit transfusa in filium: desinit ergo esse in patre. Si uero quis dicat, quod natura diuina per exuberantiā quandā effluat à patre in filium, sicut effluit aqua fontis in riuū, & sors non euacuat, uidetur hoc non posse dici: quia sicut diuina natura diuini non potest, ita neque augeri cōperit ei. Videtur ergo quod filius dei non sit eiusdem naturæ cū patre neque uerus deus: quod est Arriane impietatis: aut quod non sit suppositaliter distinctus à patre, sicut finxit Sabelliana loquacitas: aut quod Christus qui dei filius dicitur, sit purus homo & filius dei, non per naturæ ueritatē, sed adoptionis gratiā, sicut Photinus asserere ausus est. Præterea, pater est ipsa diuina essentia: filius quoque si deus est, est ipsa diuina essentia: non utique alia, sed numero eadē. Diuina autē essentia est natura in tellectualis per se subsistens, cū sit purus & in se stans actus, ut in primo multipliciter probatū est. natura uero intellectualis in se subsistens, est persona. Pater ergo & filius, aut conueniunt in persona sicut dixit Sabellius: aut filius est creatura ut ponebat Arrius: & sic tolleretur uera generatio in deo: quod præ inductis non consonat. Adhuc, quod est principium indiuiduationis, inest ei dumtaxat quod per ipsum indiuiduatur. Nā quod pluribus commune est seu inest, in diuina generationis principium esse nequit. Deus autē indiuiduatur per ipsam suā essentia, quemadmodū in primo habitū est & ostēsum, quod deus per ipsam suam purā bonitatē ab omnibus diuidit, & in seipso indiuiduatur. Diuina nempe essentia non est forma in materia, ut sit in deo materia indiuiduationis origo. In deo patre igitur diuina essentia est indiuiduationis ratio. Sed quod indiuiduationis principium est, in alio supposito esse non potest quod in eo, quod per ipsum indiuiduatur, sicut probatū est. Videtur ergo non posse diuina essentia comunicari filio, sicut personæ diuinæ à patre suppositaliter condistinctæ, ut Sabellius dicebat: aut quod filius non sit uerus deus, sicut Arrius aiebat. Amplius, si pater & filius sunt unū in essentia & duo in supposito, tunc præter essentia utriusque commune, necesse est ponere principium distinctionis. Quod etenim utriusque commune est, neque distinctionis neque indiuiduationis potest esse principium. In deo ergo est aliud præter eius essentia: quod diuinæ simplicitati non cōperit: neque deo uero & simplicissimo. Si autē quis dicat, quod sola relatione distinguuntur, hæc diuersitas relationū necessario fundatur in aliquo absoluto: aut ergo in uno uel in pluribus: si in pluribus, tunc pater & filius non sola relatione distinguuntur. Primum quoque dici non potest: duplex namque relatio in eodē simplici fundari non potest nisi sit relatio idētitatis, sicut dicitur idē eadem idem. Hæc uero diuersitatē non inducit. Si ergo in diuinis diuersitas relationū personalē distinctionem operetur, uidetur quod oporteat præintelligere distinctionem absolutorum: & sic non esset in deo sola essentia. Enim uero relatio qua distinguitur pater à filio, aut est res aliqua, aut in solo intellectu est. Secundum dici non potest, sic enim non esset causa personalis distinctionis. Si autem est res aliqua, non potest esse diuina essentia. Nam ut habitum est, illa est utriusque communis: neque in illa diuersificantur. Est ergo aliquid in personis circa essentiam, quod sit distinctionis origo, deus autem simplicissimus est. Videtur ergo non cōgruere, ut ponantur in diuinis generatio & processio. Præterea, omne correlatiuum dependet à suo relatio, & contra. Quod autem ab alio dependet, non est uerus deus. Si ergo pater & filius relatiue dicantur, neuter erit uerus deus. At uero, si pater est deus, & filius est deus, tunc necesse est deum substantialiter de patre & filio prædicari: cum deitas accidens esse non possit. Prædicatum autem substantiale, est uere ipsum de quo dicitur. Quando ergo ex patre substantialiter prædicari est numeralis unitas, non potest ex parte subiectorum attendi pluralitas. Si ergo pater & filius sint duæ personæ, impossibile uidetur quod sit unus deus. Amplius, pater est deus generans, ingenuus. Filius uero est deus genitus non generans. Opposita autem prædicata pluralitatem ostendunt in eo de quo dicuntur. Non ergo uidetur possibile, ut pater & filius sint uere unus deus. Insuper, omne recipiens est in digens: nā quod non ex seipso, sed bonitate alterius subsistit, hoc ex se indigens est. Filius autē eo ipso quo filius recipit esse à patre, est ergo ex se indigens alterius: quod deo non cōuenit qui simpliciter perfectus est, & purus actus secundū doctrinā primi libri. Videt itaque non esse afferendam generationem in deo. Porro, quod deus est, simpliciter perfectus est. Si ergo filius sit uerus deus, tunc necesse est omnem perfectionem ei cōuenire. Summa autē & eminentissima perfectio uidet esse paternā fecunditas

Artii, Sabellii,
Phoriniq; de
Christo hære
sus.

1. Cor. 12. 6.

Iohan. 14. 16.

Mat. 10.

Mat. 19.

Mat. 11.

1. Cor. 13.

Genes.

fecunditas, dei genitua. non ergo deesse filio potentia generatiua dei quae in patre est, & tam excellenter laudatur pater propter eam. Filius ergo posset aliud uerbum gignere: sicut & pater generat uerbum, & pariformiter de spiritu sancto argumentari potest. Denique nihil generat seipsum: sed in filio nulla est entitas quae non sit diuina essentia: similiter nec in patre. Si ergo pater generat filium, tunc generatio patris terminatur ad id in quo nulla entitas est, quae non sit ipse pater: aliter non esset in deo perfecta simplicitas. Idem ergo gigneret seipsum. Adhuc, quod simpliciter est tale, nihil habet adiunctum de suo contrario: sicut quod simpliciter album est, nil habet nigredinis admixtum. Conformiter, quod purum est, excludit omne contrarium sibi: sicut purum aurum nihil admittit de alterius metalli natura. Deus autem simpliciter perfectus est: & diuina simplicitas prorsus pura est atque perfecta. Nulla est ergo diuersitas in deo. Diuersitas enim & numerus ac distinctio, purae simplicitati contrariari uidentur. Nam pura simplicitas in pura unitate quae numerum praescindit, fundata est: sed personalis distinctio realis est. Non ergo uidetur quod diuina simplicitas sit simpliciter pura, si est in deo personarum uera trinitas. Haec igitur & plura his similia sunt, quibus haereticorum impudens loquacitas, Christianae theoriae inuiolabilem ueritatem destruxit est molita.

Epilogus

Articulus XXXI. Et est responsio, earum rationum uirtutem dissoluens, quae iam contra aeternam generationem & superbenedictam processum quae in diuinis sunt, inducebantur.

Sed quoniam uerum uero consonat, iam nunc intendendum est, ut sic praeductae rationes soluantur, ut innotescat fidem ratione superari non posse. Etenim, sicut humanae rationis in dagine non est completa, neque humanis adinventionibus innoxia, sic nec dissolui potest naturali argumentatione. Nunc igitur ea quae paulo ante de modo diuinae generationis processione, & aeternae dicebantur, ad memoriam reducenda sunt. Ad primam itaque rationem dicendum, quod generatio uerbi a patre fit intelligibilis: non autem talis, qualis apud nos in materialibus cernitur. Non est ergo in diuina generatione exitus de potentia in actum. Hic nempe exitus, non nisi in possibilitate seu potentia passua fundatur: quae in deo esse nequeunt. Sicut ergo diuinus intellectus, est semper in actu, sic nec uerbum eius exit de potentia in actum. Nam eo ipso quo intellectus est in actu, est in eo uerbum eius. Unde etiam uerbum nostrae mentis non exit de potentia in actum, nisi in quantum intellectus noster potentialis existit, de potentia migrans in actum. Filius autem ex hoc quod recipit esse & quicquid est a patre, non est secundum se ens in potentia: generatio enim parificatur & correspondet naturae generantis. Cumque deus sit purus actus, generatio uerbi a patre aliud non est, nisi processus actus ab actu: quemadmodum oritur splendor ex luce & ratio intellecta ex intellectu in actu. Ad secundum respondendum, quod tota patris natura communicatur filio, nec tamen definit esse in patre. Haec enim generatio uerbi est intellectualis, & appellatur emanatio ad intra. Unde cum filius dei aliud non sit nisi uerbum quod pater de seipso concipit: se autem perfecte concipit, hinc utique necesse est totam patris naturam in filio esse, seu in uerbo contineri: non tamen definit esse in patre. Nam hoc quod pater de se concipit, scilicet uerbum eius, substantialiter non distinguitur a patre, sed de relatione tantum, in quantum dicitur ab eo: quae distinctio, generatio est. Unde nec apud nos definit esse propria natura intellecti in re intellecta, ob id quod uerbum nostrae mentis eandem naturam intelligibiliter habet. Ad tertiam dicendum, quod tres personae sunt una res subsistens, si consideretur ipsa essentia seu natura absolute: sunt enim unus deus utique subsistens cui competit uniuersorum creatio. Suppositi enim est agere, maxime creare. Sunt autem tres personae tres res subsistentes, si ad relationes considerentur: diuina equidem essentia, quamuis sit subsistens & secundum se quid absolutum, non tamen potest separari a relatione quam necesse est inesse in deo, ex hoc quod uerbum diuinae mentis conceptum in ea, est a deo dicente. Nam quod uerbum est essentia, & deus dicens illud, est etiam essentia eadem non alia. Haec quippe relationes in deo, sunt res subsistentes: cum in deum accidens cadere nequeat, qui substantialiter perfectus est secundum praedemonstrata. Est igitur unus deus dumtaxat: quia una tantum in deo est subsistens essentia. Sunt uero personae plures propter subsistentium relationum distinctionem. Unde in rebus humanis personarum distinctio non attendit secundum naturam speciei, sed secundum adiuncta essentiae specificae: Participatio enim speciei, plures homines sunt unus homo secundum Porphyrium. Sicut igitur omnes homines non dicunt simpliciter unus homo propter unitatem speciei, sed plures propter adiuncta naturae, sic in diuinis plures

plures personae consistende sunt propter relationum distinctionem: sed unus dumtaxat deus, ob naturam in diuinae unitate. Per hoc quarta ratio soluta est: quia essentia diuina est principium in diuinationis ipsius dei, & in alio deo non est, sicut neque paternitas inest filio. Ad quintam solutio est, quod per relationes personae distinguuntur secundum quod una ab alia emanat: sed in essentia unum sunt: quae admodum eadem essentia est res habens esse naturaliter, & simpliciter intelligibile uerbum: non tamen oportet, ut essentiae entitatem aliquam superaddat relatio. Nam quoniam omnes res perfectiones in diuina essentia sicut in fontana origine superminere cōprehenduntur, hoc quod naturalis creatis per diuersas formas cōpetit, deo unica forma, quae est eius super simplex essentia, necesse est cōuenire: quae admodum homo alia natura est homo, & alia iustus, atque alia sapiens. Deus uero per ipsam suam essentiam deus est & sapiens, iustus, sanctus: & quicquid ceterorum ei attribui potest. Non est ergo impossibile, ut in ipsa deo essentia contineat, & quod distinctionis personarum ratio est uidelicet relatio, & quod eisdem comune est, absque hoc quod respectum aliquid superaddat absoluto. Et per hoc patet, quid ad sequentem objectionem dicendum sit. In ipsa nempe diuina essentia, ob simpliciter plenam ac super exaltatam perfectionem oppositas relationes fundari, nil prorsus prohibet: ut diuina simplex essentia, sit idem paternitati & filiationi, patrique & filio. Hoc autem non contingit in rebus creatis. Nam in illis relatio cōparat ad absolutum: sicut accidens ad subiectum non autem in deo, sed per modum identitatis: secundum quod omnia quae in eo sunt, eius essentiae identificari necesse est. Ex quo elucescit relatio in deo ueraciter esse, cum consequatur uera dei operationem: uidelicet intelligere & amare. Sed quomodo in eadem essentia cōrineri possit sine cōpositione, et quod distinctum est personarum, & quod eisdem commune est, iam praexplanatum est. Licet autem sint in deo relatiuum & correlatiuum, non tamen ideo est in eo dependentia, sed respectus quidam in quo relationis ratio fundatur. Quia etenim in deo relationes accidentales non sunt, dependentia non inducunt, sicut in entibus creatis. Veruntamen, nomine dependentiae ab imperfectione, quae est ex parte materiae seu passuae potentiae, nil possibilitatis uidetur esse impositum: ideoque in diuinis nullatenus locum habet. Non est enim in deo emanatio imperfecta, & eritis in potentia a perfecto: sed est in eo dumtaxat diffusio actus ab actu: quae omnem imperfectionem ac indigentiam tollit. Et per hunc modum soluendum est, quod de indigentia introductum est. Verum quippe est, quod filius (sicut ipse cōtestatur) non potest ex se facere quicquid: sed esse & agere, est ei a patre donatum: non tamen est in filio indigentia. Nam perfecta aeternitas & diuinitatis plenitudo, quae filio a patre & spiritui sancto ab utroque donatur, omnem penitus indigentiam praescindunt. Nam ratione eternitatis non est in personis emanantibus accipere exitum de potentia in actum: seu non esse ante esse. Indigentia autem nomine sortita est ab his effectibus, quae perfectioni causarum suarum non aequant. Denique, licet de patre & filio deus substantialiter predicetur, non tamen ideo sunt plures deus, quia plures personae. Nam propter relationum distinctionem personae numerantur: sed ob essentiae unitatem deus unus est. Hinc quoque non est impossibile opposita quaedam de uno deo dici ratione distinctionis subsistentium relationum: sed quod hoc pluralitatem non introducat in deum, aut in deitatis substantiam, patet ex dictis: eo quod uniuersae perfectiones tam uere quam simpliciter & contra, in ipsa diuinitatis natura cōprehendantur. Ad sequentem rationem dicendum, quod cum uerbum dei sit deus uerus, in hoc solo a patre distinguitur, quia est a dicente. Sicut igitur non est uerbum aliud deus quam pater, sic nec est alius intellectus nec alia potentia: Sed potentia est in filio sicut in genito in patre autem sicut in generante. Non est ergo filius imperfectus seu impotens, si generare non potest. Nam ex eadem potentia est ut uerbum concipiatur & dices uerbum concipiat. Unde ex eadem potentia est, quod pater generat & filius generat. Licet autem pater & filius sint substantialiter unus deus, non tamen sunt una persona: & ideo idem non generat seipsum. Filiatio autem quae distinguit filium a patre, non est in patre: licet tam filiatio quam paternitas sint una essentia. Propterea est in deo summa & super eminentis simplicitas: quia quicquid in deo est, est ipsa super simplex diuina essentia: & ideo omnia quae in diuinis sunt, sunt simplex unitas. Et licet haec omnia humana ratione cōprehendi nequeant, ex diuina tamen auctoritate credibilia sunt.

Articulus XXXII. An naturali ratione demonstrari possit trinitas personarum.

Sicut denique superioribus rationibus quidam aestimauerunt se ueram trinitatem personarum in simpliciter deo posse prorsus tollere, sic alij ex considerationibus quibusdam aestimant eandem superbenedictam super beatissimamque trinitatem, se demonstrare posse. Videtur autem quod naturali ratione reperiri ac in dagari possit. Bonitas enim est principium cōmunicabilitatis. Quod ergo optimum est, cōmunicabilissimum necesse est esse. Correspondebit

Bonitas, quae sit.

immo ergo

ergo cōmunicatio ipsi bonitati: ut scilicet præstantiori plenioriq; bonitati attribuenda sit maior diffusio sui ipsius. Bonitas aut diuina, omnino & omnimode perfecta est ac infinita sicut in primo ostendebat. Nulla ergo finitè bonitatis diffusio ei correspondet, quæ ab infinita bonitate infinite occubuit: sed processio creaturæ a creatore, est emanatio bonitatis finitè ab infinita bonitate, ut palam est. Non ergo in ea sinit diuinæ bonitatis plenitudo: & sic præter emanationem creaturæ a creatore, oportebit admittere processionem ad intra in deo, quæ sit lucis à luce, actus ab actu, & dei à deo. Præterea, sicut in deo est infinita bonitas, sic & infinita cōmunicabilitas ei cōpetit, ut iam ostensum est. Aut ergo hæc diuinæ bonitatis infinita cōmunicabilitas potest in actu egredi aut nō. Si nō, tunc erit inanis & impotens: qd de diuina cōmunicabilitate cogitare fas nō est. Ois nāq; uirtus quæ in actu procedere nō pot sibi correspondere, inanis est & prorsus impotēs. Nā uirtus est propter agere, sicut uirtus propter uidere. Pōt ergo infinita hæc dei cōmunicabilitas in actu sibi correspondere egredi. Sed diffusio finitè bonitatis infinite cōmunicabilitati nō correspondet: cū nō sit proportio finiti ad infinitū: & pleniori cōmunicabilitati cōgruit diffusio redum dationū. Quod si finitæ bonitatis effluxio, infinite cōmunicabilitati correspondere dicat, tunc possibile erit eandē effluxionem finitè infiniteq; bonitati correspondere: sicut facile deducere pot, qui uel paucingeniōsus est. Sequitur itaq; necessariū fore, ut infinita dei cōmunicabilitas habeat sibi correspondens infinitū germē: qd eo ipso quo infinite pfectionis est, deus est. Est ergo in diuinis emanatio dei à deo. Cūq; ois res: natura nobis id loquat & instruat, qd omne trinitū pfectū, sicut etiā summus philosophorū Primo Cœli demonstrat, adiiciens illi, qd oia supra tria ponimus, uidet cōsequenter, qd usq; ad trinitatē diuinā talis emanatio procedat: ne perfectiū mō entū desit id, in quo omnis natura perfecta est. In perpetuis deniq; & præteritū in æternis, non differt neq; distat esse à posse, ut 3. Physicorū aut Aristoteles. Sequitur igit, qd ab æterno diuina cōmunicabilitas in actu sibi proportionalē correspondentēq; producit: & sic habebit æterna emanatio ad intra in diuinis. Amplius, cuius natura secundū se cōmunicabilis est, hoc cōmunicat se cōtinuū, si nō alit̄ qd ul' p accidēs cōmunicationē nature ipe diat, aut libere eandē differat. Reddit equidē natura quæ secundū se ipsam cōmunicabilis est, in cōmunicabilis per accidēs, uel ratione recipiētis, utputa materiæ uel potētis aut subiecti: sicut dū lumē in densum & opacū corpus in fluxū fuerit, iā se cessat diffundere: cū tamē secundū se sit semp sui diffusiuū. Secūdo reddi natura aliq; in cōmunicabilis, ratione inuidiæ: seu participantis sibi adiunctæ: sed dei natura est lumē puræ & substantialiter ac totaliter bonū. Lumē aut inter oia cernit magis citiusq; cōmunicabile est si puræ sit, nō impeditū atq; exuberans in semetipso. Diuinū uero lumē purissimū est & optimū. Nulla ergo ei adeo cōmunicabilitatis impedimētalis ratio. Pōt ergo se diffundere in radiū sibi cōæternū. Aut ergo in radiū duntaxat finitū in esse & pfectione, aut etiā in radiū pfectionis immēse. Sed finitus radius cōmunicabilitati infiniti luminis nullatenus correspondet, neq; proportionalis est, nec etiā representatiuus est plenitudinis, bonitatis & cōmunicabilitatis quæ sunt in fontano, puro & infinito lumine. Adhuc, qd naturaliter cōmunicabile est, hoc naturali diffusionē aliq; cōmunicat se. Naturalē quippe diffusionē hęc appello, qd cōpetit naturæ secundū qd natura ē: quæ admodū fluit radius à lumine: & splendor ex luce: seu ritus ex fonte. De aut naturaliter cōmunicabilis, uel pot' cōmunicatiū ē sui ipsius: cū natura eius sit bonitas pura & sup' splē deslūat. Aliq; ergo naturali diffusionē diffundit se. Sed emanatio creaturæ a creatore nō pot' esse naturalis sed libera solū, ut in primo deducebat. Rursus, quæ agēs, p naturā & naturaliter agit secundū extremū sui posse: qd deo nō cōuenit in productione rei creatæ, qd semp à sup' ex altata creaturæ bonitatis plenitudine infinite occubuit. Est ergo necessario cōsequēs, ut sit in deo naturalis diffusio, qd toti yrtuti diuinę cōmunicabilitatis correspondet deat' sit scdm extremū potētis diuinę fecūditatis, & naturaliter effluat: qd ut dictū ē, nō pot' ē in pcessu creaturæ: sed in ea trī qd procedit oino simile à simili: & sic emanās erit deus uer'. At iō, qd ex cōmunicabiliā, qd pfectiōis fuerit in entibus scdis, hoc utiq; sup' eminenter ē in primo ente. Cernim' aut in entib' creatis, qd paternalis fecūditas, & fecūda causalitas, sit maxie pfectiōis. Et qd fuerit ens causalis & fecūditas, eo pstatius est & meli'. Qd ergo pstatissimū & sup'eminēt' bonū ē, hoc in semetipso sui ipsius erit maxie diffusiuū & cōmunicatiū. Non ergo poterit deus carere in semetipso paterna fecūditate. Et hæc ratio sumit ex ore dei in Esaiā dū dicit: Nūqd ego q' alios parere facio, ipse nō parū dicit dñs: Si ego q' ceteris gnationē tribuo, ipse sterilis remanebo dicit dñs deus: Enimvero, in cunctis rebus & res ordinibus uidet qd unius cuiusq; entis pfectio in trinitate quadā cōstitit: scilicet in esse, posse & agere: in numero, pondere & mensura: in principio, medio & fine: in actu, potentia

& eorum colligatione: & ita in multis alijs, quæ quis subtiliter attendens comperiet. Itaq; in omnibus est quædam trinitatis expressio. Hoc aut est euidentis signum, qd in deo sit quædam trinitas & nō naturarū: nec sufficit qd sit duntaxat in pfectione triformi, utputa in sapientia, potentia & bonitate: sicut dici solet, quia numerus diuinarū pfectionū ad trinitatē nō sufficiēt' reduci: nec sufficit si q's dicat, qd secundū istas tres pfectiones, sit deus maxime causa uniuersorū. Nam per uoluntatē est potissimè res: causa, ut supra probatū est. Est ergo in deo personarū trinitas. Præterea, Augustinus fertur dixisse, qd euangelii Iohānis In principio erat uerbū, usq; ad illum locū quo dicitur, Et uita erat lux hominū, ipse inuenierit in libris & doctrina Platonis. Et quāuis Augustinus hoc non diceret, attamen ueraciter ut uideretur ita est, qd ex scriptis Platonis haberi possit, quod in præfato loco à Iohāne dictū est. Sed in hac parte euangelii Iohānis aperte traditur diuinitas patris & filij. Illa ergo Platonis innotuit & nō uidet qd aliter q' ex naturali lumine. Erat nempe gentilis philosophus. Amplius, & est huius cōfirmatio. Nā beatus Bernardus secure dicit, qd maximus ille gigas (Platonē inquit loquor) dixerit se duo inuenisse: tertū aut nō potuisse inuenire. Et ut innotuit Bernardus, per duo intellexit patrē & uerbū. Adhuc, Auicebron Platonicus philosophus dicit paternū intellectu agere per uerbū interius conceptū. Et rursus ait, qd lux à luce prima prime egrediens, sit uerbū diuinæ mentis: quæ omnia diuina fides de patre & filio dicere consueuit. Adhuc etiam aliqui quosdā philosophos dixisse, qd deus sit monas gignens monadē, & in se suū reflectētis ardore: qd de ybo & amore q' est spūs scūs, uide' debere accipi.

Articulus XXXII. Et est introductio rationum, quibus Richardus gloriat

est se nō parū fecisset: utputa super benedictā trinitatē demonstrasse.

ENimvero nostræ religionis doctores quidā non minimè autoritatis, habētēs fidei zelū non iam duntaxat probabili, uerū etiā demonstratiua ratione arbitrati sunt se sanctā trinitatē ostēdisse. Credo namq; (inquit Richardus) ad quorūlibet explanationē quæ necesse est esse, nō modo pbabilia, uerū etiā necessaria argumētā nō deesse: quamuis illa contingat interim nostram in dustriam latere. Nam (sicut post pauca addit) nō est cuius animæ huiusmodi rationes de profundo & latebroso naturæ sinu elicere: & uelut de intimo quodam sapientiæ secretario erutas, in cōmune deducere. Siquidē (ut rursus asserit) in natura creata legimus quid de natura increata p̄sare debemus. Hic igit in libris suis de Trinitate, ut uidet, triplici potissime processu nititur trinitatē demonstrare. Primus argumentationis suæ processus ex consideratione plenitudinis diuinæ bonitatis sumptus est. Secundus uero in plenitudo diuinæ felicitatis fundatur. Tertius aut, uim suam fortit' ex consideratione plenitudinis diuinę glorię. Ratio igitur prima in hoc consistit, qd deo in quo est omnis bonitatis plenitudo, summa charitas deesse nō potest. Charitate em̄ ut experimur, nil dulcius: ea quoq; nil melius. Amor aut est uis tendens in aliud. Amoris namq; est unū alteri ut amantē amato unire: quoniam propter sui ipsius propriū priuatiūq; amorem, nullus dicitur proprie charitatem habere. Vñ quoq; aut intantum est amabile, in quantum fuerit bonū. Omnis uero creata bonitas finita est. Non ergo amabilis est summa charitate quæ in deo est, & infinita existit. Si ergo est in deo summa & plena charitas (est aut) tūc cōsequens est, ut sit in ipso pluralitas personarū. Secunda ratio est: quæ admodum em̄ plenitudinis bonitatis, sic & felicitatis plenitudo exigit summā deo inesse charitatē. Sicut nepe charitate nil melius, sic ea nil iocūdius cernitur. Iocunditas aut ad beatitudinē attinet. In diuinæ igitur felicitatis plenitudine, summā necesse est charitatē fateri. Charitas deniq; plena hoc requirit, ut sit qui ea exhibeat & impēdat: assistēti ei cui impēdi possit. Sed charitas ista pfecta esse nō ualet, neq; iocūda, si nō sit mutua: propriū etenim amoris est, ut amās ab amato diligat uelit. Itaq; in pleno atq; iocundo amore, necesse est esse qui amorē impendat: & qui amorē repēdat: qd sine pluralitate personarū cōtingere nequit. Gratuiti ergo amoris exhibitio, et debiti amoris recōpensatio, uerā personarū pluralitatē in simplici deitate requirit. Tertia denique ratio est: Quicquid ad glorię plenitudinē pertinet, ei necesse est in esse, cui nil pfectionis deest: nil aut gloriofus, nil prorsus magnificentius, qd nil habere qd nolit cōmunicare: hoc em̄ charitatis puræ, charitatis sanctæ (cui plena inest bonitas, nulla cohæret inuidia) propriū est, ut sic se cōmunicet & diffundat. Si igit in deo nō est personarū pluralitas, nō erit in eo cui cōmunicare possit infinita illā plenitudinis suæ abundantia. Sed hoc esse, uel quia se sic cōmunicare nolit, cū tamen possit: aut possit cū tamen non uelit: sed nō posse, omnipotentie eius repugnante: uero se cōmunicare, suæ beneuolentię non cōgruit. Plenitudo ergo diuinæ glorię hoc exigit, ut omnipotentia beneuolēt' se cōmunicet. Nā glorię plenitudo

do sine illo haberi nō pōt, quo nil dulcius, nilq; possidet iocūdius. Charitatis autē delicij de
le & stabilius nihil existit. Sed his delicijs æternaliter deus careret, si sine conforte in folio ma
iestatis subsisteret. Sed hæ rationes, quāuis personarū pluralitatē, nondū tamen earundem
trinitatē ostenderunt. Ex eisdē igitur considerationibus procedit ad trinitatis demonstra
tionē, ex quibus pluralitatē uel potius dualitatē ostēdit diuinarū personarū. Nā quæ admo
dū plenitudo bonitatis & felicitatis ac gloriæ charitatē in deo exigit tantā, qua maior esse
nō pōt, sic prorsus talē requirit, qua melior esse nequit. Caritas autē optima & consummata,
hoc potissime propriū habet, ut uelit altege diligat se: ut uidelicet sit tertius condilectū,
alteri amoris duob; insolubile uinculū. Duorū equidē se summe ardētissimeq; diligentū,
utriusq; gaudū in hoc consistit, ut iste in timo amore diligat illū & reamet ab eo: ille quoq;
intime hunc amet, & ab eodē diligat, aliter non foret mutuus amor. Quā diu ergo iste ab
illo solus diligit & eodē uerso, uterq; dulcedinis suæ delicias solus possidet: qd summe bene
uolentiæ nō cōuenit: quæ quicqd habet, in cōmune deducit. Ut ergo uterq; possit has amo
ris delicias cōmunicare, necesse est eos cōdilectū habere. Prolixè autē & multipliciter argu
mētā Richard' iste, ad demonstrādū cōclusionē hāc nūc illatā: sed uis pcessus ipsi' iā tacet.

Articulus XXXIII. Quod trinitas personarū in supsimplici deitate naturalis ratione
indagari neq; nec demonstrari: & qd ad ea q; Richardus introduxit, nō dē dū sit.

Sed ne putetur fidei ueritas humanæ argumentationi uanisq; rationibus inniti, nō
potius in solidissima increata ueritate stabiliri, ostendendū est præinduc
tas rationes non esse demonstratiuas. Sed nō multū cupio rationes has curiose sol
uere: imō neq; soluendæ essent, nisi quidā cas demonstratiuas existimarent. Soluen
dæ sunt ergo breuissime, ut agnoscat, qualiter eis obuietur à non ponentibus personarū
trinitatē: quippe qui has rationes demonstratiuas existimaret, credens eis in dissolubile cō
cludendi inesse uirtutē, si inopinatam promptamq; aduersariorū responsionē audiret, uel
minui uel extingui posset in eo fides, quæ est circa confessionē trinitatis. Rationes denuo
quæ in articulo 32. inductæ sunt, magis uidentur philosophicæ, q; cæteræ ultimo articulo
inferatæ. Dicendū igitur ad tres rationes articuli 32. q; secundū theologos duplex solet in deo
considerari potentia: absoluta scilicet & ordinata. Dicitur autē potentia ordinata, quæ per
sapientiā informata est, & agit secundū præcōceptas factibiliū rationes. Sic etenim dicitur
deus ars rationibus plena: agit nēpe omnia secundū æternarū rationū & idearū quæ in lu
mine mentis suæ subsistunt cōtēplationē: sicut in libro primo multiformiter probatū est.
Dicendū ergo, q; in productione rerū deus operatur non secundū suā potētiam absolutā,
sed ordinatā. Quod uero nil producat secundū totū uirtutis suæ atq; cōmunicabilitatis, di
cerent philosophi non oriri ex defectu diuinæ uirtutis, sed ob incapacitatē producti, eo q;
nil secundū eos capax sit tantę perfectionis, quanta in fontana deitate consistit. Ad quartā
diceret aduersarius, q; bonitas dei est intellectualis: ideoq; non iam naturaliter, sed sapien
tialiter operat. Sapiētis autē est ordinare & determinare dona sua. Ideo nō erit consequēs,
ut totā cōmunicabilitatis suæ plenitudinē transfundat in aliqd. Ad quintā responderēt ue
ritatis hostes, q; deus omnibus cōmunicabilior est, cū sit fons uniuersę naturę & bonitatis:
non tamen hinc consequens est, ut sit in deo emanatio ad intra: hoc em̄ ut dicūt, summæ &
puræ simplicitati derogat. Rursus, summæ illæ diuinæ substantiæ, quæ post deū, primū in
re; uniuersitate ordinē sortitę sunt, nō pducūt filios seu simile in specier nō em̄ intelligētia
intelligētā gignit: min' ergo (ut dicūt) erit hoc in deo. Ad sextā soluendū est, sicut dictū est
in deductione illius rationis: nec conuincit replicatio, quia uoluntas comprehendit utiq; pos
sit sub potentia. Ad Augustinū uero dicendum, q; per uerbum dei Platonicū intelligebant,
uel rationem exemplarem seu ideam mentis diuinæ, per quam sapientissimus dei intelle
ctus omnia causat, sicut frequenter ostensum est in primo libro ex doctrina Platonis. Con
similiter est dicendum ad autoritatem Bernardi. Veruntamen multi catholicorum existi
mauerunt quosdam philosophorum, & potissime Platonem trinitatem, aut certe patris &
uerbi diuinitatem attingisse: sed non est ita: imō si quidam eam agnouerunt, non ex natu
rali lumine agnouerunt. Multi nanque Platoniorum Christiani fuerunt: & quod illi di
xerunt de sancta trinitate, Platoni uicissim attribui potest: præsertim cum in uerbis magna
reperiatur utrobq; consonantia. Tanta equidem est in uerbis consonantia, ut hereticū qui
dā ex doctrina Platoniorū, erroris occasione acceperūt de filio dei, dicētes eū esse creaturā:
quæ admodū superius de Arrio & Eunomio diffuse tractabatur. Rationes enim quę pau
lo ante ad probationem trinitatis inductæ sunt, Platonem & sectatores eius compulerunt
dicere

Duplex in deo
potentia.

dicere, deum naturale quoddā & sibi cōternū habere germen: sicut in primo habitū est.
Sed non est cogitandū, quū aliquis purus philosophus dixerit tale germen deo cōsub
stantiale & cōæquale essē: nā eo ipso quo recepit ab alio quicqd est secundū doctrinā Pro
cli summi Platoniorū, necesse est ipsum inæquale esse & minus perfectū: & hoc Arrius etiā
dixit. Sed præostēsum est hoc nō fore necessariū: genitū nempe æquari pōt naturæ gene
rātis. Quod insuper adiectū est de uerbis Auicebron, intelligendū est, q; per uerbū pater
næ mentis, accepit primā & summā creaturā, Plato nanq; quē sequit, dixit omnia facta esse
per intelligentiā dictionē. Vnde oēs res creatæ, sunt uerbū quædā diuinæ dictionis: sicut
scriptū est: Ipse dixit & facta sunt. Nō ergo mix, si excellentissimam dei creaturā appellaue
rint uerbū paterni intellectus. Nam hoc modo, ratione scilicet supereminētis participa
tionis diuinæ perfectionis, dixit Arrius Christū & unigenitū esse dei, & primogenitū crea
turæ. Sed mērita est iniquitas sibi, sicut ante cōtra eum multipliciter ex sacre scripture testi
monijs argumentatū est. Est em̄ Ch's uerus deus, & totius deitatis plenitudinē non parti
cipatione accipiens à summo genitore. Porro, ad oēs rationes Richardi una daret ab aduer
sario responsio: q; scilicet in deo sit summa charitas: sed diuinę bonitatis quę etiā est obiectū
uoluntatis diuinę: Nō tamen ideo exigere pluralitas in personis: quia sicut in super simpli
ci diuino esse cūq; perfectione cōtinent sicut in superiuuali fonte & cōmimode perfecte,
sicut eo est ratio perfecte amabilitatis, plene glorię ac summę felicitatis. Quod etem̄ in infe
rioribus sit per plura, sit in superioribus per pauciora: in deo autē oīno simplicissime. Quod
rursus dicit, dictū esse à philosophis, Monas gignit Monadem, multipliciter exponi pōt:
Quidā enim philosophorū dixerūt ab uno simplici uniformiter se habēt, non posse proce
dere nisi unū simplex: sicut Auicenna dixit, à deo immediate primā duntaxat intelligētiam
effluxisse. Verūtamen, quidā solēt dicere nō mix esse, si spiritus sanctus qui olim per os asine
Balaā loqui uoluit, sit etiā per Platonē seu philosophorū quosdā, tantā de trinitate ueritatē
effatus. Sed quid deus facere uelit, humanus sensus metiri nō præsumat. Quid autē natura
lis ratio possit, iā inquirūt. Deniq; pulchre & bonę sunt rationes circa probationē trinitatis
inductę: quāuis demonstratiuę non sint: sicut nec illę quę nuper contra trinitatē adductæ
sunt. Rationes tamen Richardi non sunt admodū philosophicę sed deuotę: mentiq; synce
rę sapiunt. Quod autem eas dixit demonstratiuas, insufficienter dictū est: nec enim essent
tantę demonstratiuas aduersarijs proponēdę, Amor quippe est ad altege: uel tanq; ad altege:
cū dicat Aristoteles, q; amor q; est ad altege, oriā ex amore q; est ad seipsum: ideo ex pfectio
ne diuini amoris, concludi nō posset aduersario trinitas in psonis in super simplici diuinita
te. Hęc igitur sanctę trinitatis agnitio, nō nisi ex fonte diuini cordis manauit: & supernatura
libus diuinę uirtutis argumentis fulcitur, quibus præostensum est fidē inniti.

Articulus XXXIII. Cur potius diuini esse unitas, q; personarū trinitas, demon
stratiua inquisitione indagari possit.

Palam est autem ab agentibus suppositaliter distinctis, non posse eandem numero
egredi actionē, nisi propter naturæ unitatē: agere em̄ & esse, est suppositorū: ideoq;
personaliter & substantialiter diuersorū, nō est una numero actio secundū egressum
ab agentibus. Natura autē est principū operandi & agendi ratio. Quoniā ergo cre
atio re; toti trinitati & cuilibet personæ singularitū attribui solet, manifestum est hoc esse
propter identitatē essentiæ & naturæ unitatē, quæ in personis neq; partitur neq; numerat.
Sicut ergo triū psonarū est eadē uirt' & una substantia, sic sunt unū principū creaturę: sicut
etiā pater & filius sunt unū principū spiritus sancti. Hinc igitur palā est, q; potius ex natu
ris re; demonstrari possit deū esse, & illa quæ ad essentiā consequuntur, ut puta deū fore sim
plicē, & in cōmutabilē, unū & æternū, q; q; sit trinus. Causa em̄ relucet in affectu secūdi qd
est causa: cum effectus omnis sit quędam participata similitudo suę causę. Est autē deus cau
sa re; ut unus: non tamen ob id remouere oportet omnē trinitatis respēctū in creatu
ris: imago nēpe trinitatis sicut præhabitum est, in omnibus entibus quodāmodo expressa
est: non tamen eatenus, ut ex hac relucencia naturali ratione demonstrari queat super bene
dicta trinitas: sed apte similitudines elici possunt ex rebus ad probabilem fidei manifestationē,
rationabilem q; deductionem. Adhuc, omnis creata perfectio & bonitas, à super sublimi
dei puritate ac perfectione infinite occumbit, distat & deficit. Quomodo ergo uerum est
quod Richardus dixit, Credo inquit, ad quorumlibet explanationē, quę necesse est esse,
non modo probabilia, uerum etiam necessaria non deesse argumenta. Neq; rursus uerum
est, q; ex ipso naturæ sinu (ut uerbis eius utar) elici possit ratio demonstrans omnē id quod

Phil. 32.
Phil. 147.

Num. 22.

de creatore necesse est esse. Non enim idonea est natura creata, neq; tam lucenter super exalta tam creatoris sui plenitudinem repræsentat, ut ex ea forti possit demonstratio ad diuinorum necessarium omnium explanationem: præsertim cum a quodam non mediocri autoritatis uiro & cui contradicere non congruit, dictum sit: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Et quidam: Sanctæ trinitatis confessione nil altius, nil prorsus incomprehensibilis.

Articulus xxxv. De incarnatione uerbi: quemadmodum intelligenda sit secundum orthodoxæ fidei documenta.

Porro, cum circa diuinarum personarum deitatem ac humanitatē Christi, scripturæ sanctæ sacra series principaliformiter uersetur, iamq; de super sancta trinitate determinatio sit præinducta, super est, ut nunc de incarnatione filij dei pandatur si dei contestatio. Hanc equidem uerbi incarnationem post confessionem trinitatis, manifestum est summe admirabilem fore & prorsus ineffabilem: sicut posterius satis innotescet. In omni autem genere primum est dignissimum: & in ipsum sit cæterorum reductio. Si igitur inter omnia dei opera incarnatio incomprehensibilitatis primatum sortita sit, tunc in eam & in ipsius fidem, alia mirabilia ordinantur. Vera deniq; personarum trinitate in una simplici natura subsistete, hanc dei incarnationem sic filio attribuimus, ut neq; patri, neq; spiritui sancto, neq; essentia ascribi ualeat: dicitur enim Ioannis primo: Et uerbum caro factum est. Et Apostolus ait: Quando uenit temporis plenitudo, misit deus filium &c. Et Propheta ait: Ecce dies ueniunt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum. Et post pauca: Et hoc est (inquit) nomen quod uocabunt eum, dominus iustus noster. In hæbreo scriptum est nomē domini tetragrammaton, quod deo duntaxat appropriatum est. Quod autē in Christo diuina humanaq; natura uere conuerint, omnia eius opera insignia & humilia manifestant. Quod enim cordium secreta agnouit ut scriptum est: Ipse enim sciebat quid esset in homine, q; mare & uerū ei parent, q; mortuos suscitauit, q; adhuc infans a regibus tam magnifice cœlesti supersplendenti sydere quaeritur & adoratur, q; ei natura omnis obedit, & non ei ostendunt. Quod autem ex uirgine nascitur, q; fatigatur, q; tremat & moritur, humanitatē ueram in ipso exigunt. Denuo, ipse quoq; saluatoris uerba incarnationis sue ueritatem astruunt. Quod enim de spiritu sancto loquens ait, ille de meo accipiet, & omnia quæ habet pater mea sunt. & Ego & pater unum sumus, hæc utiq; diuinitatē eius designat. Quod autem dixit, Nunc autē turbata est anima mea, & Tristis est anima mea usq; ad mortem, & pater maior me est, humanitatis ueritatē ueramq; naturam in ipso profantur. Quonia autem hæc omnia tam sublimia opera ac uerba, opera quoq; tam humilia & fragilia, unā eidemq; personæ ascribuntur, ut scilicet ea quæ dei sunt, homini Christo scriptura attribuat: & quæ sunt hominis, deo indistincte. Hinc necesse est nos confiteri, per incarnationem sic diuinam humanamq; naturam in Christo unitas, ut secundum hypostasim unam atq; suppositum accipiatur facta uerbi incarnatio. Cuius secundum hypostasim & suppositum sit incarnatio credenda, non autem secundum unionem in natura in qua personæ communicant. Ex hoc constat, q; nō oportet patrem aut spiritum sanctum esse incarnatum, eo quia filius incarnatus est. Diuina autem & humana quæ Christo attribuuntur, oppositionem ueritatem habent: de eo enim dicitur, q; sit æternus, incommutabilis & omnium creator. Rursum, q; sit natus ex tempore: passibilis & crucifixus. Opposita uero de eodem secundū idem dici non contingit. Licet ergo identitas sit eius de quo hæc dicuntur, quia de eodem supposito dicta sunt, distinctio tamen est faciendā quo ad id secundum quod prædicantur: quædam nempe ratione naturæ assumptis, cætera autem ob assumptam naturam enuntiantur. Enim uero quonia nunc elucescit unionem dei cum natura humana, non quidē in natura sed persona fore intelligendam, sciendum quod illorum unio dicitur fieri in natura, ex quibus constituit integritas speciei alicuius: quemadmodum ex animæ & corporis copula una resultat species. Dicitur enim proprie natura id quod totum hoc continet, quod ad speciei integritatem pertinet. Est autem impossibile, ut alicui iam in ratione speciei & naturæ cōpleto, aliquid uniat in unitate naturæ, nisi species prior soluat. Species em̄ re se habet sicut numeri, in quibus cuiuscūq; unitatis additio uel subtractio speciei uariat. In deo nature iā prorsus pfecte secundū speciei, nil aduenit in unitate nature, nisi prior species soluat. Nil tamē phibet repetiri in diuiduo talis speciei, ea quæ ad speciei nō pertinet: & possibile est ea uniri in supposito q; in specie seu natura uniri nequeat: sicut humanitas & albedo in Socrate

Iohan. 1
Gal. 4
Hier. 23

117

Iohan. 16
Iohan. 10

Iohan. 13
Mar. 26
Mar. 14
Iohan. 14

Socrate. Vnio ergo uerbi cum homine, non secundū naturā facta est. Verbum enim omnino immutabile est & incorruptibile: est tamē facta secundū suppositum seu in persona. Nam natura humana ad diuinū esse uerbi assumpta est: ne in propria sue speciei esse supposita est: sed ad aliud esse eleuata. Ad unitatē quippe supplementū, requirit unitas esse seu existētia, non autē essentia. Diuinū autē esse penitus immutabile est: ideo non potest fieri actus aut enelechia corporis. Cū ergo diuina natura sit in se omnimode perfecta, & quicquid ad pfectificā perfectionē in cæteris naturis exigitur supereminenter possidens, nil ei aduenire potest ad eiusdē speciei seu nature unius constitutionē: sed ad suppositualitatis sue subsistentiā, assumit naturā creatā, cuius optima similitudo est in unione corporis & animæ: licet nō sit omniquaq; simile. Sicut igitur corpus, ad esse animæ transit: Largitur enim anima corpori subsistentiā & esse, quemadmodū iam dictū est assumi naturā humanā ad esse uerbi: sed anima & corpus etiā secundū naturā unitatē coniūgi necesse est: & esse illud est ita totius cōpositi, quod ex anima & corpore cōstat, ut perfectū esse non possit nisi unū componentium segreget: hoc autē diuino esse uerbi non cōpetit: est tamē sic totius, q; in uerbi & humanæ nature unione subsistit: & una persona sit in hac nature unione: ob cuius unitatē & ipse esse cōmunicatōis, ea quæ hominis sunt deo, & quæ dei sunt homini ueraciter possunt attribui: cōparatur in super anima ad corpus, & sicut ad materiā, & sicut ad instrumentū. Vnio autē nature diuine ad humanā, non est in natura sed personarum: deo non unitur uerbum carni sicut materiæ sed sicut instrumentō. Instrumentū autē quoddā est propriū & coniunctū, sicut corpus & eius mēbra quo ad animā: terebellū autē & securis sunt extrinseca & cōmuniā anime instrumenta. Per instrumentū autē coniunctū, unus duntaxat operatur: per idē autē terebellū, plures operari possunt: cū sit extrinsecū instrumentū. Omnes deniq; homines cōparantur ad deū sicut instrumenta quædam: sed sicut instrumenta cōmuniā & separata. Nam per ea deus operatur, non ea tantū quæ sibi soli conueniunt, sed quæ omni rationali creaturæ cōpetūt: ut sunt iuste agere, bene sapere, & ueritatē diligere. Sed naturā humanā Christi uerbum assumpsit, ut per eam efficiat operatōes sibi proprias: quæ admodū anima tuā per corpus tuū sibi appropriatas producit actōes. Per naturā equidē humanam Christi, instrumentaliter agit deus sibi tantū cōpetentia operatur: sunt mū dare & tollere peccata mūdi: facere filios dei adoptiuos: & conformia. Veruntamē (sicut Augustinus ait cōtra Felicianū) huius unionis maior daretur similitudo, si iuxta quorundā æstimationē poneret unus intellectus in cūctis hominibus: sic enim intellectus præexistens, cōceptui hominis uniretur de nouo: ut ex utraq; fieret persona una, sicut de uerbo & natura hominis in Christo iam explanatum est. Hæc autem quæ iam habita sunt, adhuc plenius patebunt: Nunc autē in tantū dictum sit.

Articulus xxxvi. De errore Photini & Sabellij circa incarnationem.

Adiens quippe infelix illud hæreticorū collegiū uerbi incarnationē, multiplicē introduxit propriarū adinventionū manerē, ad explanandū diuinæ incarnationis mysteriū, Photinus igitur Ebionē & Cherintū sequutus, dixit Christū purū esse hominem, deum negans incarnatum. Vnde secundū istos, homo potius deificatus est q; deus incarnatus. Dicit em̄ Christū præ cæteris diuinitatis nomē sortitū: non ob naturæ cōmunionē, sed sanctæ uitæ pfectū, & gratiæ excellentiā. Sabellius uero Christū dixit uerū deū: sed patrē dixit incarnatū, passum & crucifixū: & extic filiatōis nomē suscepisse, ex q; de uirgine natus esset. Verā nepe trinitatē in deo nō credidit. Hoc itaq; istis cōmune est, q; dicunt filiū dei ex uirgine initū sumpsisse filialis existentiæ. In hoc autē discrepant, q; Photinus non asseruit Christū deū uerū: quod tamen contestabatur Sabellius. Sed quonia istorū positiones & rationes antē positæ sunt solutæ ac reprobatæ, in his uidelicet quæ circa diuinitatē filij dei prædeterminata sunt, superflū uidetur etiā illa rēterare.

Articulus xxxvii. De falsitate Arrianæ positionis circa uerbi incarnationem.

Quæ deniq; iam præhabita sunt, non congruit rursus resumere. Arrius igit uerā trinitatē diuinarū personarū in una simplici natura credere nolens, dixit solum patrē uerū deū filijq; creatorē: filiū autē dixit ante sensuale hūc mundū, imō ante cæteras creaturas diu creatū, patrisq; iustā expectantē: & sic tan dē patris iubete imperio omnia produxisse, etiā spiritū sanctū: quæ Arrius finxit, & eū sequēs Macedonius, patrē & filio minorē, & ministrū utriusq;. Denuo, quonia ad positionis sue corroboratōem ea quæ humanæ defectōis ac passibilitati attinet assumpsit, inductus est ut diceret in Christo aliam non fuisse animam q; uerbum, ne scilicet propriorū argumentorū uim dissolueret,

num 4 aliam

Vnio diuinæ nature ad humanā, quæ illa.

Augustinus

aliam ponendo formam in Christo loco animæ, quæ naturâ uerbi. Hinc ergo callide remouit à corpore Christi animam, ne etiâ compelleretur duplicem naturam secundâ specie perfectam in eadem persona confiteri: ut puta diuinâ & humanam. Licet autem diuina natura species non sit, quemadmodum in primo demonstratum est, dicitur autem perfecta secundum speciem: nam quicquid ad substantialē dei perfectionē pertinet, comprehendit. Species enim per ultimam differentiam determinata, totam in diuiduorum quid dicitur exprimit plene & distincte: quod generi non cōuenit. Rursus, diuina natura est tanquā species, cum sit tribus personis communis: non tamen est uera species nec uniuersale. Vniuersale etenim est unū in multis: ideoque natura uniuersalis multiplicatur numero suppositoꝝ. Tres autē personæ in quibus diuina natura impartibiliter subsistit, sunt potius unū quā multa. Hæc autem de positione Arrii ante longū pertractata sunt & destructa: quibus nunc quoque hoc addi potest. Nam ut Arrius iste confitetur, uerbū inter omnia creata purioris ac sublimioris naturæ est: & ob id est tantū naturæ intellectualis multo amplius quæ ceteri spiritus celestes. Non ergo potuit esse formale principium operationū sensitiuæ animæ: quæ tamen in Christo ueraciter fuerunt: siquidem comedit & esurijt, quæ sine sensitiua anima non sunt. Circa uerbū igitur esset in Christo anima solum sensitiua: quod absurdum ualde est in theologica ueritate: nec minus perniciosum est id ipsum in naturali & philosophica facultate. Quod nanque in uno supposito plures substantiales formæ esse non possint, ab Aristotele & Peripateticis sapientia subtiliter demonstratum est. Adhuc, secundum hanc opinionem non esset Christus animal: est nemp̄ animal, substantia animata sensitiua. Quod autē sensitiua animam non habet, tale non est: quo concesso, consequens erit, quod nec Christus sit homo. Remoto enim genere, remouetur species. Amplius, iccirco dei filius ea quæ nostræ naturæ sunt assumptis, ut mūdaret eadē secundum totam speciem à peccatis: non quod peccatis subiaceret in Christo natura nostra, sed per illam sic assumptam purgaret nostrā quæ in nobis est. Origo autem peccati ab anima manauit & in ipso est peccatū ut in subiecto. Plus igitur necessarium fuit animam assumi quā corpus. Hæc itaque quæ nunc dicta sunt, cum his quæ nuper multipliciter huic errori opponerentur, sufficiant.

Articulus XXXVIII. Et est reprobatio Apollinaris circa incarnationem.

Hæreticorum equidē, his quidem circa animā Christi errantibus uidelicet Arrianis, his uero circa corpus eius scilicet Manichæis, Apollinaris iste rudē & impiū errorem introduxit circa utrumque. In primis igitur dixit, in Christo non fuisse rationalem animam sed sensitiuam duntaxat. Verbum autē dixit fuisse corpori Christi loco mentis. Quia etenim timor & tristitia in Christo leguntur existisse, quæ neque uerbo neque in formi corpori ualēt competere, admisit in Christo animam sensitiuam tantū: opera insuper intellectiue partis, à uerbo dixit profluere. Amplius, corpus Christi dixit neque phantasticū sicut Manichæus, neque celeste sicut Valentinus, neque ex uirgine sumptū sicut Photinus & Sabellius: sed quod omnibus his perniciosus sonat, aliquid uerbi dixit in naturā corpoream conuersum: hinc morus, quia dictum est: Et uerbum caro factum est: quod sic intellexit, quomodo alibi legitur: Vt autē gustauit architrachelinus aquā uinum factā, quod ideo dictum uidetur: nam in uinum aqua conuersa est. Quamuis autē in hoc cum Arrio Apollinaris conueniat, quod ait uerbum fuisse Christo loco intellectualis animæ, dissonat tamē ab Arrio, ponēs uerbum dei uerum deum. Vnde & Christū fatetur deū uerum sicut & Sabellius. Hæc omnia autē facile confundi possunt. Cum enim secundū præsentem in primo, deus sit omnino impartibilis & immutabilis, si aliquid de natura uerbi in carnem conuersum est totum uerbum cōuersum foret: in simplici enim non est accipere partē & partem, aliter esset partibile. Præterea, quod in aliud conuertitur, quod erat, esse definit: quod incommutabili deo non congruit. Amplius, quod simpliciter perfectum est, semper in optima sui dispositione existit. Si autem in carnem cōuersum foret, non sine imaginæ perfectionis puritatisque præiudicio incarnatum esset, neque simpliciter perfectū foret: quod tamen superius deductum est. Quod autem dixit uerbum loco animæ fuisse intellectiualis in Christo, rude est. Declaratum est enim in primo, quod deus sit pura in se subsistens bonitas, nulli profusus ob sui super sublimē exaltationē formaliter cōmiscibilis. Nō ergo potest esse actus corporis. Adhuc, materia & forma proportionē requirunt. Verbum autem cum sit uerus deus & infinitum in semetipso, nulli corpori proportionabile est. Non igitur erit alicui loco specificæ ac ultimæ perfectionis. Non ergo ponit corpus Christi in specie animalis: neque sicut mens unitur corpori, est ergo in Christo circa uerbū intellectualis essentia speciē præstās.

Præterea

Præterea impossibile est aliquid poni in specie sine his quæ sunt de ratione speciei: ad rationem autē hominis principallissime rationalis anima exigitur. Sine ea ergo Christus uerus homo non fuerat. At uero, impossibile est materiā informari forma substantiali, & non fortiri speciem ab ea. Forma enim dat esse: esse uero nullū existit in re uniuersaliter, sed tantum singulariter. Etenim nihil est in genere, quod non sit aliqua speciei eius. Si igitur in Christo fuerat anima tantum sensitiua, ponebat corpus in specie animalis: non utique rationali, sed quod dici nefas est, irrationali: & sequerentur ea quæ nimis absurda sunt. Amplius, illius speciei naturā uerbū assumpsit, cum qua natura assumpta à uerbo uehementiore magisque essentiali similitudine haberet. Quod autem ex corpore & anima solum sensitiua congregatū est, naturæ irrationali similius est quā rationali. Nec enim dari potest medium inter animam cognoscitiuam rationalem & irrationalem: cum frequenter præhabitu sit, species rerum se habere instar numerorum. Verus igitur assumpsisset deus naturam irrationalis animalis quā humanam: quod prorsus intolerabilis error est. Porro sicut iam contra Arrium argumentatum est, iccirco naturam nostram deus assumpsit, ut purgaret eam. Peccatū autem & eius purgatio, circa intellectiua animæ partem potissime consistit: decuit ergo penitus rationalem animam assumi. Alia autem huic errori obijci possent: sed posterius tangetur.

Articulus XXXIX. Contra Valentinum circa præsentem materiā.

Valentinus autem qui etiam naturam corporeā terrenā à diabolo creatam asseruit, dixit corpus Christi non ex uirgine sumptum, sed de celo delatū: per uirginemque tanquam per aquæ ductum transisse. Motus est autem ex uerbis quibusdam ueritatis, quæ ipse false concepit: unde & impietatis fructum ut puta falsitate ex illis parturijt. Apostolus igitur ait: primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Denique apud Iohannem scriptum est: Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo, filius hominis qui est in celo. Hæc & conformia quæ Christi descensum & missionem à supernis contestantur, ad suę falsitatis fulcimentum traxit Valentinus: quæ tamen secundum ueritatem Christo conueniunt secundum diuinam eius naturā, non autem secundum humanā. Est equidem hæc opinio penitus incongrua. Ea enim quæ eiusdem speciei sunt, ex principijs eiusdem naturæ & rationis necesse est constitui: species etenim una quæque habet determinata essentialia sui principia: sed materia ceterorum hominum, & quæ de ratione hominis est, uidelicet os & caro, est mixta & ex elementis constitā: corpus uero celeste ab hac materia specie distinctū est, sicut in libro *metaphysicorum* Aristoteles demonstrauit: cuius distinctionis euidentis signū est, motuum diuersitas. Christus autem uerus homo erat. Habuit ergo carnem & ossa: & nō solum celeste corpus. Præterea, ad Galatas scribens Apostolus ait, quod deus misit filium suum factū ex muliere. Rursus Matthæus ait, quod Iacob genuit Ioseph uirū Mariæ, de qua natus est Iesus. Et adhuc scriptura multoties appellat sacram uirginem matrem Christi, sicut dictum est: Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Amplius, ad Romanos ait Apostolus de dei filio, quod factus est ex semine Dauid secundū carnem. Dauid autem terrenum & non celeste habuit corpus: ergo & Christus. Vnde relinquitur, quod ex Maria uirgine sit ueraciter natus: ex ea ergo carnem assumpsit, aliter non esset illa mater eius.

Articulus XL. Et est improbatio Manichæorum circa incarnationem.

Mirabile est autem de peruersitate hæreticorum, quod cum tanta tamque manifesta adinventionum suarū destructiua sacræ scripturæ testimonia cōperire potuerint, cur illis relictis & peruerse intellectis, ad pauca quæ dā sanctæ scripturæ elogia se transferunt, quæ eis aliquale apparentiā prebebant: quāuis nullam darent efficaciam sapienter intellectā. Sic igitur Manichæi foetidissimè legē & prophetas negantes, totamque naturā corporeā à diabolo creatā asserentes, tota euangelicā narrationis serie relictā, quæ aperte & multipliciter Christo attribuit quæ ueræ humanitatis humanæque infirmitatis sunt, uidelicet quod sit ex uirgine natus, & quod creuit, comedit, ambulauit, fatigatus est, esurijt, se passus: prædidit, timuit, quod uere passus est, his in quā relictis, dixit Manichæus & ab eo decepti, Christū nō uerū, sed phantasticā tantū assumpsisse carnē. Quia etenim Christus uenit ut dissolueret opera diaboli, non decuit eum assumere creaturā illius: carnem scilicet quæ secundū immundissimum manichæum est facta à diabolo. Introduxerunt uero pro se uerba Apostoli dicentis: misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Et rursum: In similitudine hominū factus: & habitu inuentus ut homo. En hæc pauca uerba attendit Manichæus: & aspicere noluit tam innumera scripturæ testimonia quæ ei contrariantur: quāuis

Iohan. 1.
Iohan. 2.

1. Cor. 15
Iohan. 2

Galat. 4
Mat. 1
Iohan. 19
Roma. 1

Rom. 8,
Philip. 2

Roma.8

quamuis nec ista & his si quae sint similia, ei faueant. Non enim absolute dixit Apostolus, Christum uenisse in similitudine carnis, sed addidit, peccati, inuenens carnem Christi carni peccati non esse similem secundum existentiam, quo ad hoc, quod ex parte peccati, quauis eidem secundum apparentiam similis extiterit. Denique, Christus dicitur habitu inuentus ut homo: nam forma serui quam accepit, non sic pertinuit ad substantiam filii dei, ut sine ea esse non ualuerit: imò si eam non assumpsisset, & quae perfectus mansisset: & quo ad hoc, se habere naturam assumptam ad uerbum, sicut indumentum ad hominem. Nam & sine indumento potest homo esse. Denuo, apud Martham dictum est: Videntes discipuli Iesum ambulante supra mare, turbati sunt dicentes, quia phantasma est. Hanc autem eorum & simulationem dominus remouens, dixit: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Et si fuisset corpus Christi phantasticum, hoc discipuli merito agnouissent quos elegit, ut de ipso testimonium ueritatis praerent. Amplius, post resurrectionem suam formidantibus diffidentibusque adhuc discipulis, dominus dixit Lucæ ultimo: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum: palpate & uidete, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Palpatio autem & uisio in testimonium ueritatis adhibentur, quod carnem ueram & ossa uera habuerat. At uero, si Christus non habuit ueram carnem, neque uere passus est, neque uere resurrexit. Itaque non esset idoneum apostolorum testimonium, qui haec Christo uere conuenire docuerunt. Dicit enim Iohannes in initio epistolae suae: Quod uisimus oculis nostris, quod per spem uisimus & manus nostrae tractauerunt de uerbo uerae, hoc testamur. Si autem omnia quae de Christo secundum humanitatem tradita sunt, non in rei existentia, sed tantum apparenter extiterunt, non potuit idoneum testimonium ab illis accipi, ut dicerentur simpliciter de Christo. Praeterea, si ueram carnem non habuit, neque pati potuit: quomodo scriptum est: Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Hoc nempe praeparationis uehementia contingebat. Et rursus: Tristis est inquit, anima mea usque ad mortem. Et iterum: Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me? Quae omnia uerum timore atque dolore in ipso fuisse manifestant. Insuper, finis aduentus Christi in mundum, est mundi redemptio. Haec autem facta est sicut testes Christi loquuntur, per sanguinem eius. Paulus namque ait: Iustificati sumus in sanguine Christi. Et Iohannes in Apocalypsi dixit: Redemisti nos domine in sanguine tuo. Redemptio autem mundi ueraciter facta est: aut prorsus inane est Christi fidem accepisset sed uere facta non est, si non fuit uera ueri sanguinis fusio. Adhuc, in hoc natus est Christus & ad hoc uenit in mundum, ut testimonium perhiberet ueritati. Si autem humana quae de ipso leguntur, ueraciter facta non essent, maximam obtulisset deceptionis falsitatisque occasionem mundo. Quid enim potuit homo de eo sentire, quem esse femineo uentre uidit processisse, & caeteris operationibus naturalibus & inextrahibilibus populo comparere tam diu & usque ad mortem, quam quod uerus homo esset? Porro si quid futurum est apparenter non autem existenter, non potest sine additione dici hoc fore uenturum. Christus uero praedixit se illudendum, flagellandum & crucifigendum. Omnia etiam quae contra Valentinum induta sunt, hic quoque introduci possent.

Luc.23

Mat.26
Mar.14
Psal.21
Mar.27
1. Cor.6

Apoc.8

Articulus XLI. Quid de unione uerbi ad hominem Theodorus Mosuastenus, & insequutor eius Nestorius opinati sunt.

Porro cum neque uera humana anima Christo defuit sicut Arrius & Apollinaris dixerunt, neque uerum hominis corpus secundum signata Manichaei & Valentini, neque diuinitas uera quemadmodum Ebion & Photinus assererant, fuerunt aliqui ut Theodorus Mosuastenus, & eum sequutus Nestorius, dicentes unionem uerbi cum homine, nec in natura, nec in persona factam, sed per solam in habitationem: sic quod in homine Christo uerbum, uelut in templo quodam habitauit: ex qua in habitatione facta est affectualis quae dicitur (ut inquit) unio hominis illius cum deo: obediens per omnia homine ipsi deo: & deo hominis huius opera omnimode acceptante. Talem ergo dixerunt isti esse dei cum homine unionem, qualem expressit Apostolus dum ait: Qui adharet deo, unus spiritus est cum eo: quoniam quidem ob huiusmodi nunc nominatam unionem, ea quae de proprie conueniunt, uicissim hominibus ascribi inueniuntur: quemadmodum ad Moysen loquutus est dominus: Ecce constitui te deum Pharaonis. & simile alibi frequenter reperitur. Hinc dixerunt diuina nomina homini hinc attribui, ut dicitur Christus deus, deus filius, dominus, rex gloriae: & ob gratiam suam plenitudinem ac excellentiam, putabant eum diuinum sortiri honorem ut coadoretur deo. Hoc denique addunt, quod cum unio ista non sit in unitate personali, hinc

1. Cor.6

Exo.7

hinc quae humanae naturae attinent, deo aut dei filio non posse congruenter ascribi existimant: non enim secundum eos concedi debet, quod deus sit natus ex uirgine, passus aut sepultus, cum haec humanae naturae uideantur appropriata. Sed contra hanc adinventionem, si deus noster Boethius subtiliter disputauit. Nam secundum eum sequitur, quod in Christo sint duae personae uidelicet in habitibus uerbi, & homo illius templum. Quod autem est duae personae, non est aliqd unum: & per consequens ipsum nihil est. Ensnamque & unum, conuertunt: & quod ab alijs distinctum est, necessarium unum est. Praeterea, ea quae affectualiter seu uoluntatum concordia unum sunt, non simpliciter unum sunt: neque quod uni conueniunt, alteri queunt conuenire. Unde licet de uiro & muliere scriptum sit, quod iam non sunt duo in una caro, non tamen quod de uiro dicitur, de muliere quae enuntiat potest. Sed de Christo indistincte scripta sunt, & quae deo, & quae homini propria sunt, sicut superius manifestabatur: ut puta, quod omnia condita sunt in ipso: & Antequam Abraham fieret, ego sum. & multa quae humanae naturae non competunt. Amplius, haec positio, incarnationis ueritatem tollit: in habitatione enim dei in homine, incarnatione dici non potest: ita ut qui frequenter ab institutione mundi incarnatus fuisset deus. Scriptum est namque: Vos estis templum dei ueritatis. Et alibi: Quoniam in habitabo in illis. Neque singularitas plenioris gratiae in Christo, saluate potest uera incarnatione. Nam magis & minus non uariat speciem. Itaque in natiuitate Christi seu conceptione materna, nil noui accidisset, neque deus incarnatus esset: in quo tamen Christiana religio potissime fundatur. Adhuc, quod factum est aliquid, est id quod ipsum factum est: sicut quod factum est homo, est homo. Sed uerbum caro factum est. & planum, quod hic pars pro toto ponitur, caro scilicet pro homine. Deus ergo homo factus est. Est ergo homo. Sed quae perfortaliter distincta sunt, unum de alio dici non potest. Plato nempe non est Cicero. Palam est ergo, quod si in Christo sit alia persona uerbi & alia hominis, quae haec uera non essent, deus incarnatus est, & deus est homo. At uero, cum persona uerbi & persona puri hominis infinite distet in natura ac dignitate, si non est in identitate personae unio uerbi cum homine facta, multo amplius diuersificarentur in Christo suppositum uerbi & hominis, quam hominis & leonis: homo enim & leo unius generis species sunt, non autem deus & homo: nec gratiae plenitudo facit conuenientiam tale, qua unum de altero enuntiatum possit, nisi metaphorice, quod dictum est: Petra autem erat Christus. Qualiter igitur dicere potuit hominile qui est Iesus Christus, Ego & pater unum sumus? Et, Antequam Abraham fieret, ego sum? Erursus: Ego sum panis uiuus qui de caelo descendi? Amplius, Apostolus de Christo loquens ait: Qui descendit ipse est & qui ascendit. Ascendisse autem Christo conuenit ut hominis: descendisse uero uerbo congruit, quod semetipsum exinanauit, formam serui accipiens. Nisi igitur utriusque eadem foret persona, recte dictum non esset: Qui descendit, ipse est & qui ascendit: praesertim cum de se ipso dominus testetur: Exiui inquit a patre, & ueni in mundum. Porro, quod Christo ratione diuinae naturae conueniat uenisse in mundum seu descendisse, Iohannes apte manifestat dum ait: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Et post pauca: In propria uenit. Praeterea, quae ratione participationis diuini dominique poterit quod dominus dici, non tamen potest quod dici dominus uirtutum uel rex gloriae, nisi solus deus: quoniam ipse solus ex natura summae & aeternae beatitudinis gloriae possidet, alijsque eam comunicat. Creatura uero per donum gratiae & participatiue duntaxat illam habet. Sed scriptum est: Si cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Iesus est ergo dominus gloriae, & per consequens uerus deus: quemadmodum in Psal. dicitur: Dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Nullus qui ipse nisi deus uirtutum, dominus appellandus est. Superius autem in his quae contra Valentinum & Manichaeum induta sunt, ostendebatur ex scripturae testimonijs, uirginem Mariam matrem dici Christi debere: quod isti negabant. Positio denique ista, a Photino & Ebionis errore parum recepit. Nam secundum utrosque homo est propter in habitationem gratiae solus deus. Sed Photinus posuit Christum per passionis consummationem & uite meritum, diuinitatis nomen ac dignitatem adeptum. Nestorius uero dixit Christo a principio conceptionis maternae, hanc gloriam competisse ob plenissimam in habitationem dei in ipso. Veruntamen aeternam generationem uerbi a patre quam Nestorius concessit, Photinus protulit.

Articulus XLII. De incarnatione secundum positionem Eutychetis. (Ius negauit, Vtyches autem corpus Christi non ex uirgine dixerat sumptum, quo ad hoc Manichaeum & Valentinum sequutus, sed ex terra seu elemento aliquo formatum in caelo: atque angelico ministerio inde in uirginis uterum delatum, ex eoque egressum: ut nil ex Maria sumeret, in ea euangelij ueritate, quam false intellexit se stabiliens, qua dicitur: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, putans dei filium etiam secundum carnem descendisse. Denuo, eos derans Eutyches impossibilitatem Nestorianae positionis, duas in Christo personas constitueris, ab huiusmodi errore eatenus auersus est, ut nec duas quidem naturas in Christo sateri audeat: rex eodem (ut ait Boethius) fonte haereticam impietatem hauriens.

Gene.3
Mar.10
1. Cor.6

Iohan.8

2. Cor.6
Leuit.28
2. Cor.6

1. Cor.18
Iohan.18
Iohan.8
Eph.4
Philip.2
Eph.4
Iohan.18
Iohana.

1. Cor.8
Psal.133

Iohan.3

Concessit

Concessit nempe cum Nestorio, naturam à propria personalitate separari non posse. Cumque duas personas in Christo non assereret, consequens erat, ut neque naturas duas admitteret. Sed quoniam dei & hominis unionem quandam coactus sit confiteri, dixit Christum ex duabus naturis, ut puta diuina atque humana existere: in una uero duntaxat subsistere: ante unionem duas fuisse naturas perhibens, & post unionem unam ex duabus resultasse. Hæc autem opinio prorsus erronea est. Sed cum natura multis modis dicatur, prout ad presentem contemplationem de ea attinet, hoc modo à Boethio diffinitur: Natura est unaqueque rem informans specifica differentia. Sic quippe tam catholici quam Nestorius & Eutyches utuntur nomine naturæ. Unde hoc modo dicta natura aliud non est, nisi rei plena essentia, quæ significat diffinitio. Persona quoque diffinitur à Boethio, quod sit rationalis natura in diuina substantia. Si igitur ex duabus naturis una tantum in Christo remanserit, hoc fuit, uel quia diuinitas in humanam naturam conuersa est, aut contra: quia humana in diuinam translata est: aut quia una quædam tertia natura ex illis relicta est, neutra natura propria formam retinente: sed quasi temperatis & commixtis utriusque. Sed quoniam iuxta demonstrationes primi libri diuina natura omnino incommutabilis est & in se penitus perfecta atque subsistens, in aliud conuerti nullatenus potest. Neque dici potest quod in diuinitate sit transfusa humanitas: sic enim non uere assumpsisset uerbum naturam hominis si non permansisset illa. Adhuc, non omnis natura in omnem naturam conuerti potest: sed ea solum, quorum est aliqua communis materia, & quorum unum natum est pati ab alio, & in aliud agere. Unde corporeæ substantiæ in corporeas non transmutantur, neque rursus in corporeæ substantiæ in se inuicem permurari ualent cum non sit eis commune subiectum. Deo autem & humanitati non est materia communis, ut possint in se mutuo pati & agere. Non igitur potuit corpus humanum in naturam uerbi transferri neque anima. Anima etenim & deus, in corporeæ substantiæ sunt. Conformiter dici non congruit, ex natura utraque unam quandam quasi tertiam relicta per utriusque commixtionem. Diuina etenim natura misceri nequit humanitati, cum in mixtione nullum miscibilem in propriæ naturæ perfectione permaneat: quod incommutabili dei uerbo non competit. Rursus, miscibilem uirtus proportionem mutua habet, ne una alteram corrumpat. Si enim aque silicidium uino multo infunditur, non mixtio sed corruptio contingit. Diuinæ autem naturæ uirtus cum sit omnimode infinita, proportionem talem cum humanitate non habuit, quin potius eam totaliter consumpsisset. non ergo potuit ex duabus naturis Christi una effici, sicut Eutychediani aiunt. Præterea, cum diuina natura omnimode inuariabilis sit, si una tantum natura in Christo remansit, illa erat diuina duntaxat: non enim per commixtionem ut iam ostensum est, una quædam uelut tertia natura ex duabus resultauit. Natura ergo humana in Christo non remansit: sed post resurrectionem suam dominus præbuit se discipulis palpandum atque uisibilem: uisusque est corporalibus lineamentis circumscriptionis, ut testantur euangelia. Aut igitur uera caro ei aderat, aut solam phantastica. Sed secundum Eutychedianam impietatem, iam non remansit in Christo natura humana in propriæ suæ speciei ratione. Unde palam sit Eutychedi in errores Manichæi tandem prolapsi: contra quam nunc paulo ante disputatum est. At uero, sicut res artificialis sortitur speciem à forma artificiali, sicut domus à forma artis domus dicitur: & donec illam habeat, domus dici nequit, sic res naturalis, nisi naturam habeat propriæ speciei, naturalis non dicitur. Si igitur fuit Christus post unionem uerbi uerus homo & non tantum phantasticus, sicut mentiens ait Manichæus, necesse est ut confiteamur humanitatem ueram in ipso permansisse. Adhuc, post unionem extiterunt in Christo dolor, tristitia & ira: quæ non uerbo sed animæ constat conuenire. Tam itaque corpus quam anima post unionem in Christo remanserunt. Anima autem corpori unita, speciem facit: in Christo ergo præter naturam uerbi, fuerat specifica natura. Porro, si dicat Eutyches sic ex humana uerbi que natura, in Christo unam resultasse naturam, sicut ex materia & forma, seu corpore & anima, in cæteris una natura constituit, sequitur duplex inconueniens. Primo, quod Christus nec sit homo neque deus: species enim rerum se habent sicut numeri. Si igitur est natura una unita alteri ad tertiam cuiusdam naturæ constitutionem, neutra referuauit propriam speciem. Na denuo superaddidisset alteri essentiali quandam perfectionem. Hoc namque ubique terminus, quod dum essentiali principio imperfectiori seu inferiori naturæ coniungitur natura superior ac formalior ad unius cuiusdam perfectæ naturæ constitutionem, tunc essentialis perfectio copulatur illi naturæ inferiori: quemadmodum in unione formæ & materiæ palam est conspicere. Sicut igitur si naturæ sensitivæ quæ animalis rationem complet, addatur rationalis perfectio, altera mox species constituta est ab animalibus duntaxat sensitiuis: sic prorsus, si humanitati unicum est uerbum ad unius

Naturæ finalio.
Personæ finalio.

ad unius eiusdemque productionem naturæ, iam neque humana perseverat species, neque diuini uerbi manebit essentia pura, & in propriæ naturæ constitutione. Rursus sequitur hoc inconueniens, quod diuina natura in Christo habeat rationem imperfecti & partis. Nam quæ eandem naturam speciem uel efficiunt, unumquodque cadit in rationem partis: habes utique perfectioris essendi modum in integre plenèque naturæ subsistentia: quæ omnia diuinæ naturæ non est fas ascribere.

Articulus XLIII. Positio & reprobatio Macarii Antiocheni: qui unam duntaxat uoluntatem & actionem in Christo fateatur.

Dixit denique Macarius Antiochenus, unam duntaxat uoluntatem & operationem unam tantummodo in Christo consistere: & probabitur hoc ipsum in Eutychedianam perfidiam. Forma nempe est principium agendi: & ut uicissim præostensum est, natura est principium quod & ratio operandi: ideoque, sicut in Christo erant & sunt duæ perfectæ naturæ, sic sunt & operationes conformiter duæ in eo. Sicut ergo unam tantam actionem in Christo fatebatur Macarius, sic habuit naturam unam duntaxat asserere in eo: quod Eutyches ponebat. Præterea, quæ ratione deerat Christo uoluntas humana, pari ratione & humanus intellectus, ei deesse debuit. Sicut enim de perfectione rationalis naturæ est intellectus quod sapit & intelligit, sic & uoluntas qua liberi arbitrii existit. Si igitur non erat in Christo uoluntas præter uoluntatem uerbi, ergo nec intellectus præter intellectum uerbi. Itaque fuisset uerbum corpori Christi loco mentis unitum, ut Apollinaris & Arius dixerunt: quamquam & hi inter se non minime diuersifficent. Amplius, Christus homo meritorie egit & meruit, uel sibi uel nobis. Itaque, opera eius uirtuosa erant secundum quod humana: sed sine uoluntate nulla est prorsus operatio uel meritoria uel uirtuosa. Christus quoque ut deus non meruit, quin potius meritis præstitit mercedem. Sub diuina igitur uoluntate erat in eo humana uoluntas: quæ eius opera & meritoria effecit & uirtuosa. Etenim uero ex scripturæ testimonio hæc ipsa ueritas elucescit. Planum siquidem est, quod in Christo fuerat uoluntas quædam sibi & patri communissimum in utroque: una est uoluntas, quæ admodum in utroque essentia una est. Sed scriptum est: Non mea uoluntas fiat sed tua. Et rursus: Descendi inquit de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Fuit igitur in Christo ut homo est, uoluntas quædam sibi propria. Denuo, patris & uerbi una est operatio, sicut scriptum est: Quæcūque facit pater, hæc & filius similiter facit. Sed in Christo actioes uel passioes plurimæ erant, quæ nequaquam patri cōpetere ualēt: elurij enim & fatigatus est: ambulauit & passus est. Non igitur una tantum fuit in eo operatio: ut puta uel diuina uel humana. Moti quippe sunt isti hæc asserentes, quoniam uoluntatem Christi humanam & eius operatioes humanas, considerabant infallibili quodam in dissolubilibusque dispositione parere & subesse diuinæ uoluntati: sic quod nil uoluit neque egit, nisi quod diuinæ uoluntatis rectitudo disposuit: sicut Iohā 8. dicitur: Quis quod placita sunt ei, facio semper. Ex hoc igitur moti sunt, ut ponerent unam tantam in Christo uoluntatem ac operationem. Sed decepti sunt, non distinguentes inter unum ordinem & unum simpliciter. Erat etenim una ordinem in Christo uoluntas: sed non una simpliciter. Humanæ etiam Christi actioes, ex diuinæ naturæ coniunctione efficaciam quandam sortitæ sunt. Vnde & humanam Christi operationem diuinus Dionysius appellat theandricam, hoc est dei uirile uel dei formam, aut quoniam hominis & dei erat.

Articulus XLIII. Et est disputatio contra ponentes in Christo non sibi coniuncta corpus & animam.

Quemadmodum autem ex corpore & intellectuali anima constituitur homo, sic ex hac anima & corpore hoc constituitur hic homo. Ne ergo posteriores quidam in errores Nestorii duas in Christo personas statuerent incidere, non audebant confiteri corpus & animam in Christo sibi inuicem fore unitam: scilicet duas personas seu hypostasies, uidelicet uerbi & hominis admittere in Christo cogere. Porro, ne naturam tantam unam in Christo ponerent cum Eutychedianis, dixerunt uerbum assumpsisse animam & corpus accidentali modo, sicut homo assumit in dumentum: sic erroris Eutychedis euadentes, illudque inducentes apostoli: Et habitum inuētus ut homo, etenim de Christo loquitur. Fuit itaque de unione uerbi & hominis positio ista, quod anima & corpus non erant sibi muruo coniuncta in Christo ad unius naturæ constitutionem: sed utriusque dicebat accidentali modo assumptum à uerbo. Sed hæc æstimatione omnino falsa est. Non est enim humana species sine anima rationalis corporisque essentiali copula ac mutua coniunctione. In primo namque dudum demonstratum est, ex documentis Aristoteli actum & potentiam inimediate & essentialiter uniri, consequens est igitur, ut secundum hæc positionem non fuerit neque sit Christus uerus homo: quod apostolo Timotheo scribenti repugnat dum ait: Mediator dei & hominis, homo Christus Iesus. Amplius, materia sortit speciem à forma. Forma est enim quæ distinguit & separat secundum Aristotelem & Aueroiorem. Similiter caro non dicitur humana, nisi ratione unius rationalis

Matth. 26
Iohā. 8

Iohā. 8

Philā

i. Tim. 2

Heb.2.

rationalis anima: separata enim anima à corpore, os, caro, oculus & similia, non nisi æquiuoce dicunt. Si igitur non uniebatur in Christo anima corpori, non dicebatur corpus seu caro Christi, corpus & caro cum corpore & carne ceterorum hominum uniuoce sed æquiuoce duntaxat. Non igitur esset Christus homo uerus: hoc ipsum in errore Valeriani penè prolabit. At uero, ceteri homines ideo homines appellantur, quoniam sibi naturaliter conuinit corpus & anima. Si igitur Christus habuit corpus & anima, non autem coniuicta, non uniuoce nobiscum esset homo: cui repugnat quod Apostolus ait: Debuit in gratia pro oia fratribus conformari. Adhuc, si accidentaliter solum unita sunt uerbo corpus & anima, uere dici non potest in duabus naturis post unionem Christi subsistere: non enim dicitur homo in duabus ideo subsistere naturis, quoniam alterius naturæ indumento uestitus est. Hoc uero dicere, est Eutychemi falsitatis: quæ in Chalcedonensi concilio data est. Preterea, secundum hanc opinionem dici non potest quod deus sit ex uirgine natus, & passus atque sepultus. Nam indumento passio & actio, induro non potest attribui. Hæc autem positio pene omnium hæresiarum signum est, quæ putabat euadere, illabitur dicens neque uerbum carni & anime accidentaliter uniri, cum Nestorio conuenit: quod secundum inhabitationem gratiæ singularis, dixit uerbum homini uniri. Etenim inhabitationem dei in Christo habere, neque per circumscriptionem, neque per corporeum contactum intelligere potuit: cum deus sit prorsus infinitus, sicut in primo ostendebatur. Unde cõse quæ est, hæc quæ positio cum Ebione & Photino concurrere: quod dixerunt Christum non nisi adoptiuum dei filium. Et quoniam hæc unionem dixerunt accidentalem, habebant concedere Christum non in duabus naturis subsistere, ut Eutychemus ait. Denique, dicens anima rationali corpori Christi non formaliter coniunctam, cum Apollinari & Arrio concordant: quod fatebantur in Christo animam rationalem. Cum Manichæo quoque & Valentino hæc ipsa positio ideo conuenit, quonia secundum præinducta saluare nequit carnem Christi uere, & uniuoce humanam appellari.

Articulus XLV. Contra ponentes in Christo duas hypostases uel supposita, non autem personas duas.

Præinductæ igitur positionis impossibilitatem quidam atterentes, asserunt in Christo corpus & animam formaliter ad unius naturam perfectæ atque specificæ constitutionem unita, ut sic dicatur Christus uere homo. Sed cum homo assumptus, sit in diuina quædam substantia, ex hac uidelicet anima & corpore constans, quod est esse suppositum & hypostasim, admittebant in Christo duo supposita seu hypostases duas: sed unionem prædictam dicebant factam non quidem in natura, sed personam: ut scilicet uerbi & illius hominis sit una persona. Sed hæc positio ueritatis experta est, & à plena fide aliena. Nam licet suppositum seu hypostasis sit generalius quæ persona, in natura tamen intellectuali, omne suppositum est persona, sicut etiam ex diffinitione quæ de persona tradidit Boethius innotescit: Persona est inquit, rationalis naturæ in diuina substantia. Incidit igitur hæc opinio in Nestoriani errorem: quonia natura humana, rationalis natura est, & multo amplius diuina. Dicere itaque in Christo duo supposita, est duas personas constituere. Preterea, nihil ad genus substantiæ pertinet, superaddit persona supposito seu hypostasi in natura intellectuali. Hypostasis namque uel suppositum, dicitur substantia prima quæ cõpletissima est, & de qua reliqua omnia enuntiantur. Si igitur persona aliud est ab hypostasi ac supposito, tunc non nisi proprietatem quandam superaddit supposito atque hypostasi. Consequens fit ergo, ut si dicatur unio dei & hominis non in supposito sed persona, ut secundum accidentalem quandam proprietatem duntaxat intelligatur: quod rursus inimicus dei Nestorius dixit. Adhuc, quæ suppositaliter distinguuntur, simpliciter plura sunt: neque quæ uni conueniunt secundum naturam quam habet ex propria specie, alteri competere queunt. Si igitur in Christo conuenteantur duo supposita, non erit simpliciter quid unum, & per consequens nihil erit. Nam quod non est unum, nihil est. Rursus, ea quæ ratione naturæ assumptæ Christo conueniunt, ut puta esse natum de uirgine, passum & sepultum, non congrue attribuerentur dei uerbo secundum positionem huiusmodi.

Persona que dicatur.

Hypostasis que dicatur.

Articulus XLVI. De positione Origenis circa productionem & ordinem rerum, & unionem dei cum homine.

Volens porro Origenes antiquorum hæreticorum rationibus resistere, quibus conati sunt ostendere diuersam fore naturam boni ac mali in rebus ex contrariis actoribus, moti ex consideratione multæ ac uehementis distantiæ, in rebus tam naturalibus quam humanis cõperta, quam nulla merita præcesserunt, sicut quæ natura una est alia sublimior, & corporum quædam quibusdam clariora, quædam uero obscuriora sunt, hominum quoque quidam ex Barbaris, quidam uero ex Christianis nascuntur. his igitur uolens resistere, dicere coactus est omnem diuersitatem in entibus inuentam, ex diuersitate meritorum

meritorum rationalium creaturarum secundum dei iustitiam profluxisse. Ait itaque Origenes in libro de diuersitate, quod ante sensualis mundi huius molitionem, corporeæque naturæ productionem, deus sublimis & benedictus, ex sola sua bonitate, non nisi rationales spiritus seu intellectuales substantias, omnes eiusdem ordinis, uniusque speciei produxerit: quorum spirituum quidam aucti sunt, recedentes à deo magis uel minus: quidam uero ad eum conuersi sunt, adhærere ipsi plus aut remissius. Ex hac ergo diuersa motione liberi arbitrii, dixit esse sequutos omnes ordinis spirituum illos creatos: ut uidelicet inter eos qui deo adhæserunt, quidam sublimiores, quidam autem decliniores ordinis constituti sunt, pro diuersa intentione intentionis ad deum. Cõformiter ex merito auerfionis dicit cogitasse, ut quidam spirituum illos efficerentur de mōes, quidam animæ humane, quidam autem animæ syderum atque cælorum, secundum omnem diuersitatem in his omnibus existentem. Unde asserit deum instituisse corporum ac corporaliū creaturarum ordines & distinctiones: quatenus spiritibus nobilioribus nobiliora corpora copulari tur: aut aliter quomodolibet corporea quæque natura, spiritali substantiæ deleruer. Constat igitur, quonia secundum Origenem, omnes rationales animæ ante mundi sensualis conditionem factæ sunt cum ceteris spiritibus, & eiusdem speciei cum angelis & dæmonibus, cœlestibusque animabus existunt: quippe diuina ordinatione dixit angelis manus corporibus unitas: sed in eorum poenâ, eo quod peccassent. Unde secundum eum, corporibus quasi quibusdam carcēribus inclusæ sunt. Porro, quæ admodum in primo libro recitata est, Platonici animas humanas & æternas, & in multitudine sua immortales dicebant, corporibusque uniri, & rursus separari, ac iterum coniungi secundum certam temporis interualla in infinitum. Origenes autem Platonicoꝝ documentis non minime imbutus, quasi catholicus nil citra deum cõcessit æternū: sed in hoc Platone sequutus est, quod animas omnes simul dixit creatas. Hanc autem positionem iam recitatam de unione animæ ad corpora, inter Christianam religionis professores Origenes primus adinuenit: & à pluribus eū scitibus defensa est. Manichæi uero etiã eas æternas cõfitentur cum Platone. Apollinariis autem hæresiarum ponentibus animas non creatas, sed sic procedere animam genitā ab aia generatis, sicut & corpus genitā à substantia generatis descenditur: quæ positio ceteris rudior est, & in primo satis destructa. Etenim animam Christi dixerat Origenes ab initio cum ceteris intellectualibus substantiis creatam, & à uerbo assumptam: tan demque in fine seculorum de uerbo aduenit præordinatam plenitudo, carne indutā: & hoc modo asseruit deum incarnatū. Tale est igitur Origenis dogma.

Origenis dogma de anima rationali.

Articulus XLVII. Et est huius positionis Origenis impugnatio.

Denique contra positionem istam in primo ad longum disputatum est. Demonstratum est enim ordinem rerum non ex diuersitate meritorum, sed e fonte æternæ sapientiæ profluxisse. Insuper declaratum est utcumque, rationale animam non preexistere unioni ad corpus: eo quod sit naturaliter forma corporis. Habet autem positio hæc obiectiones multas: & nec fidei, neque philosophiæ cõsona est. Nam in libro Genesis docemur, deum spiritali spiraculo uitæ in Adam post corporis productionem. Preterea, ad hanc positionem sequitur, omnes res specificas differentias accidentales esse, saltim in intellectualibus naturis: hoc autem falsum est: operatio enim arguit formam. Cuius sit alius intelligendi modus animæ, & angeli ac dæmonis, non possunt hi spiritus eiusdem speciei esse. Adhuc, res naturalis constituitur ex forma & materia, quibus naturaliter cõpetit uniri: actus enim & potentia essentialis cohabitudo, & naturalis quandam proportionem exigunt. Si igitur spiritui humano non ex natura, sed ex merito quodam præuio duntaxat cõpetat corpori uniri, non erit homo ens naturalis: & consimiliter de sole ac orbibus argumētari potest, qui secundum Origenem animati sunt. Amplius, & est ratio Augustini contra Origenem, si ex diuersitate meritorum seu motione liberi arbitrii, oritur est corporaliū substantiarum ordo, tunc causa ob quam unus tantum sol existit, hinc accipitur, quia unus duntaxat rationalis spiritus sic motus est, ut tali corpori copulari mereretur. Hoc uero fuit à casu ut una tantum sic peccaret. A casu igitur esse unum solē esse, & non ob necessitatem naturæ corporeæ & inferiorum: quod ad sensum constat absurdum esse. At uero, poena aduersatur bono naturæ: ideo namque mala dicitur. Si igitur unio animæ ad corpus sit quoddam pœnale, & quasi alligatio quædam animæ uelut in carcere, non erit bonum naturæ neque intentum ab ea: cuius falsitas declaratur, quonia naturalis generatio in hoc tendit & ad hoc terminatur sequeretur denuo, quod esse hominē, solē seu orbē, non esset bonum in natura neque naturale: quod prorsus falsum est: siquidem omnia in numero, pondere & mensura constituit diuina sapientia. Amplius, effectus ex plurium causarum coordinationem nullam habentium cõcursu procedens casualis dicitur: sicut receptio debiti, quæ ex trāsitu alicuius mētis pro cetero negotio ad præfixū locū, atque inopinata creditoris obuiatione contingit, casualis dicitur.

Gene.2.

Augustini contra Origenem ratio.

Effectus casualis.

Si igitur corporis, uel potius corporaliū rationaliū substantiæ diuersitas ex diuersitate mentis emanat, tunc ordo celestium orbium & syderum inter se & eorum dē ac hominē ac inferiorē naturā mūdi sensibilis penitus erit casualis. Nā meritorie diuersitas ex sola libertate spirituum rationalium nata est secundū originē. Hæ uero intellectuum illoꝝ libertates, nullū inter se ordinē habebāt: conuertēdo se ad summū bonū, aut ab eodē abeūdō. Quælibet nēpe mota eēt secundū propriū beneplacitū sine respectu ad aliū. Est ergo ordo ille casualis: & essentialis subornatio uniuersaliū ac primariarū causarū, foruitē cōtigit: qđ penitus alienum est. Hic em̄ ordo optimū qđ est in entibus: nā sine eo subsistere nō posset mūdana fabrica: neq; duraret res: species. Tale autē bonū, nō iā summæ bonitati, sed casu attribuerē fatis irrationabile uidet. Ex his equidē palā est falsum eē Originis dogma dū ait, animā Christi aī mūdi fuisse creatā, & demū circa seculorū fines carnī unitā. Sed qm̄ multipliciter probatū ē in primo, ordinē uniuersū ex sapiētissimo diuinæ mētis fonte prodūisse, nūc hæc pauca pro huiusmodi erroris destructione introducta, hoc modo sufficiūt. Non uidet autē Origenes aitē disse, qđ nō repugnat diuinē iustitię, uni naturę plus impartiri bōnitatis qđ alteri nullo preēite merito: eo qđ nō ex debito, sed liberaliter rebus infuxerit, qđ quid entitatis habet: imō sicut hoc nō repugnat iustitię, sic ordinē entibus imprimere cōgruebat summę sapiētīę. Vniuersalis quoq; causā est intendere potius bonum totius quod est ordo qđ bonum partis.

origenis error consistit.

Articulus XLVIII. Rationes quædam contra fidem incarnationis.

Ostensum quippe est in superioribus, deū nec esse corpus, neq; uirtutē corporeā, nec uirtutē in corpore. Si autē est deus homo factus, etsi nō sequat, eū in corpore fore trāsmutatū, sequi tñ uidet, qđ sit uirtus in corpore: qđ impossibile est secundū præducta in primo. Præterea, gñatio uera terminat ad eē substantiale. Si est igitur deus ex uirgine uere genitus, nouāq; naturā adeptus, uidet substantiā eē mutatus: ac qđ deo uidelicet alterius speciei naturā in qđ subsistat. Adhuc, unius rei eē unū qđ qđ ē, seu qđ ditas dītaxat: unā aliter ei uideēt plures diffinitioēs, cū diffinitio explicet quid ditas diffinitū sed natura rei ē qđ ditas seu qđ qđ ē ipsi, cū & naturā significet diffinitio. Si igitur sint in Christo duæ naturæ, erūt in eo duo qđ qđ ē: & sic nō esset uere qđ unū. Amplius, in deo idētificantē natura & hypostasis. In his em̄ que sine materia sunt, aliud nō sunt qđ ditas rei & res ipsa: sed impossibile est qđ ditas humanā idētificari psonæ seu hypostasi uerbi, nō erit ergo natura uerbi: neq; ut uidet, poterit uerbu subsistere in natura humana. At uero, cernimus uicissim naturā extēdi ultra suppositū: inuenit nēpe humanitas, ubi aliqua eius supposita nō reperiunt. Suppositū autē ultra naturā nunq; extēdit. Si ergo p incarnationē facta sit hypostasis uerbi hypostasis humana, cū natura humana nō sit ubiq; cōsequens fier, ut neq; hypostasis uerbi seu uerbu ipsū, sit ubiq; qđ deo nō cōgruit. Deniq; sicut ex aīa & corpore constituit hō, sic ex hac aīa & hoc corpore cōstituit hīc hō: qđ est hypostasis cōstitui. Quā igitur in Christo fuerit hæc aīa & hoc corpus, sequi uidet qđ sit in eo hypostasis humane speciei: & ita erūt in Christo due psonę: qđ cōcesso, sequet Christū nihil eē: om̄e em̄ qđ ē, ideo ē, qđ unū ē. Præterea, hīc hō qđ est Christus, si consideret ut ex aīa & carne subsistēs, est substantia quæ dā non utiq; uniuersalis, sed particularis & subsistēs. est ergo psona & hypostasis. Amplius, qđ est suppositū alterius, habet se sicut materiale: & natura in qđ ipsū subsistit, habet se sicut formale: formale yō ē simplicius & purius materiale. Quā ergo uerbu est deus uerus, necesse ē ipsū fore actū purū & simplicē. Nō igitur erit ybū dei hypostasis nature creatæ. Adhuc, qđ aduenit enti post eē suū cōpletū, aduenit ei accidētali: sed cū uerbu sit eternū, natura assumpta aduenit ei post esse suū cōpletū, in qđ eternali sempiternē pfecte subsistit: accidētali. Ergo aduenit ei. Ex his yō que accidētali ter uniuert, nihil p se seu uere unū efficiūt. Porro, si naturæ humane atq; diuine sit una psona eadēq; hypostasis & idē suppositū, necesse est ut de intellectu hominis qđ est Christus, sit diuina hypostasis quæ eterna est. Hęc autē de alioꝝ hominū intellectu nō est. Cōsequēs est ergo, ut Christus nō dicat uniuoce nobiscū homo: qđ p determinatis repugnat. Talia sunt igit, qđ humana sapiētia diuinę sophię ueritati opponit.

Articulus XLIX. Et est harum rationum solutio.

Non est autē sic uerbi intelligenda incarnatio, qđ uerbu formaliter putet homini unitū: dicit quippe uirtus in corpore nō ideo dītaxat, quia est in corpore: deus em̄ in oibus est & cū cōta penetrat: nō tñ ob id est uirtus in corpore: imō nec intellectus hominis ē uirtus in corpore. Dicit igitur uirtus in corpore, quæ est corpus informās pfectio. Intellectus autē secundū Aristot. nullius corporis actus ē, & incōparabilis minus diuina hypostasis. Secunda ratio soluitur: non em̄ p generationē maternā acquisiuit deus nouā substantiā: sed naturā assumpsit alienā, non per aliquā mutationē quæ in eo sit: sed

sed in natura assumpta mutatio facta est. Quod qualiter fieri ualeat, utique declaratū est superius. Ad tertiā dicendū, qđ unius rei est una tantū quidditas seu natura, per quā habet simpliciter esse & subsistētiam. Sic quoq; per solā deitatē diuināq; naturā, habet uerbu esse simpliciter: ex natura autē assumpta, habet ut sit homo natura humana: sed ad diuinā subsistentiā ac personalitatē eleuata est. Quartæ rationis solutio est: Nam uerbu non per naturā humanā, sed in ea subsistit: subsistit autē per diuinam naturā: idētificantur itaq; in uerbo natura per quā subsistit, & hypostasis eius. Non est autem necesse naturā in qua uerbu subsistit, diuinæ personæ eandem esse. Per hoc denuo soluta est sequens instantia: quæ etiā ueritatem habet de natura illa, sine qua hypostasis subsistere nequit: sine humanitate autē, sed non sine diuina natura uerbu subsistere potest. Non est ergo deus in assumpto homine circumscriptus, neq; in seipso minoratus: per quod solueretur obiectio, qua quis dicere possit: Nam moris nobis, mouentur omnia que in nobis sunt, aut per se, aut per accidens. Sicutur ex homine & natura uerbi unus constituitur CHRISTVS, uidebitur diuinitas per accidens moueri ad motū Christi: quod recte sequeretur, si unio uerbi cum homine per circumscriptionē accipiēda esset, seu per determinationē ad corporeā consistentiā, uel per formale ac naturale coniunctionē. Non est autē sic intelligenda, sicut quidā tenebris obnubilatū habentes intellectu argumentati sunt. Quod sexto opponitur soluendū est ex hoc, qđ hæc anima & hoc corpus, in Christo non relinquunt propriæ personalitati, sed ad esse uerbi assumuntur: & per idē septima ratio euacuatur. Natura em̄ humana in Christo particularis quid dem est & singularis, non tamē in propria personalitate perseverat. Sic igitur hic homo qui est Christus, est uera persona, hypostasis atq; suppositū: sed non aliud qđ suppositū, persona & hypostasis uerbi. Uerbu nanq; in duabus naturis subsistit, unde cū dicitur hic homo, ipsum uerbu supponitur. Ad octauā respondendū, qđ hypostasis uerbi dicitur etiā nature assumptæ hypostasis: non quasi ei sicut formaliori subsiciatur, cū neq; per eā constituitur in esse, sed dicitur hypostasis nature assumptæ, quoniā ad suā personalitatē assumit, trahit illam, quemadmodū ignobilis trahitur ad id quod dignius est. Hinc quoq; soluitur nona ratio: quod enim accidentaliter solū coniungitur, non ad eandē personalitatē simpliciter assumitur: sic ut fiat ex utroq; simpliciter unū. Ad ultimā dicendū, qđ æquiuocatio inducitur ex diuersitate significationis uerbi forme significatę per nomen, non autē ex diuersitate suppositionis. Homo nanq; nō ideo æquiuocatur, qđ uicissim pro Cicerone, uicissim uero pro Socrate supponit. Nomen itaq; hominis attributū Petro & Christo, naturā unā significat: sed uariā suppositio. Nam Christo attributū, supponit increatā & eternā hypostasis: sumptū autem pro Socrate, temporale & creatū. Præterea intuentū est, qđ iuxta aliquid hęc superineffabilis unio uerbi cū homine, satis similis est unioni accidentis & subiecti. Duplex nēpe attenditur habitudo seu cōparatio subiecti & accidentis. Vna secundū quā subiectū actuat, perficitur & materialiter subsistit: & hæc potentialitatē ponit in subiecto. Et quo ad hæc, nō est similitudo unionis istorū: cū unio uerbi & hominis. Alia autē est accidentis & subiecti habitudo secundū quod subiectū est tanquā subsistētia accidentis, habens rationē finis & conseruātis, in quā natura accidentis tendit: & hæc cōparatio seu habitudo ponit in subiecto perfectionē: quā dā sic quoq; in unione subiecti & accidentis, non se habet subiectū ut pars alicuius tertii: ex utriusq; copula resultat, sed ut quid integrū alteriq; existentia præbens. Vnde nec ex tali unione consurgit alia personalitas, præter personalitatē subiecti. In proposito igitur, similitudo unionis uerbi cū homine, & accidentis cū subiecto secundū secundam habitudinē consideranda est. Sic em̄ hypostasis uerbi, in simplicius incōmutabilitate, simplicitate ac puritate permanens, recipiet denominationes, quæ humanā naturā sequuntur: sicut & accidēs subiecto denominationē cōmunicat. De supposito nāq; aliquo uere dicunt ea, que nature cuius ipsū est suppositū competūt. Quoniā igitur diuinę humaneq; nature est una hypostasis, ut puta persona uerbi, palam qđ huic supposito attribui possunt, quæ ad utranq; naturā pertinent: & hoc, siue oppositū hoc significetur p nomen significās humanā naturā, siue p nomē designās naturā seu psonā diuinā. Propterea oēs hæc enūtiatioēs ueræ sunt: filius uirginis ē filius eterni patris: filius Marię est æternus: hic homo ē deus: puer iste creauit celos & sydera: deus natus, passus & mortuus est. In oibus quippe sermōibus istis, eadē hypostasis supponit, sicut ostēsum est. Sed quāuis diuina & humana de eodē supposito indifferenter prædicentur, non tamen secundū idem contingit id ipsum. Habitū nanq; est paulo antē, secundum diuersas naturas tam distincta prædicata de una dici hypostasi.

Subiecti & accidentis habitudo duplex.

Articulus L. Quod humanæ nature assumptio potissime competebat uerbo.

VNio autem dei cum homine, in beatitudinem hominis ordinatur. Beatitudo vero nostra (sicut olim ostendebatur) in contemplatione primæ veritatis potissime constituta est. Contemplatio vero ab intellectu procedit. Congruerebat igitur, ut per uerbū hæc beatitudo recuperaretur, cum ipsius uerbi generatio sit secundum intellectuale emanationem à patre. Præterea, affinitas quædam singularis inter uerbū & rationale naturam existit. Homo namque specie sortitur ab esse rationali seu intellectu. Verbū quoque est emanatio intellectus. Vnde etiā supra ostensum est, quod uerbū sit ratio uerborum. Adhuc, uerbo & homini eadē assimilationis proprietates attribuitur, quamquod non secundum eōparē rationē. De uerbo nēpe ait Aposto. quod sit imago inuisibilis dei. Sed & de homine quod scriptū est ad Corinthios: Vir est imago dei. Ob huiusmodi igitur cōuenientiā, potius uerbo quod patri seu spiritui sancto cōueniebat incarnatio. Amplius, cū uerbū sit exemplar omnifactorum secundum p̄ducta, homo autē etiā quoddammodo est oīs creatura, ut puta omni nature cōmunicans, & participationē conformē cū cūctis habēs, quæ eademmodū in Marco scriptū est, Euntes prædicate euangeliū omni creaturæ, i. homini, hinc rursus cōpetebat uerbo uniri homini.

Cor. 4. Gal. 1. Cor. 11.

Mar. 16.

HAnc quippe uerbi incarnationē, redemptionē nostrā appellamus. Redemptio autem, ex captiuitate quadā eripit redemptos. Videndū igitur, qua captiuitate detinebamur, ut ob eius solutionē congrueret deū incarnari. Si quidem uinculis peccatorum uincti eramus, ne ad propriæ beatitudinis fontē pertingere possemus. Erat itaque tora humani generis natura originali culpa infecta, ob cuius culpæ deletionē, uenit filius dei in similitudine carnis peccati: sicut in Luca scriptum est: Venit filius hominis quærere & saluū facere, quod perierat. ubi Augustinus ait: Sed si homo non peccasset, filius hominis non uenisset. Quod autē ad originalis culpæ remediū uenerit Christus, testat Iohannes Baptista dū ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Veruntā, etiā propter actualium peccatorum, imō omnium criminū remediū uenit, dicente Apostolo: Venit Iesus in hunc mundū peccatores saluos facere. Porro quemadmodū Anselmus ait: Peccatū originale est defectus originalis iustitiæ debitæ in esse, seu cum debito habendi eā. Pro cuius intelligentia contuendū est, secundū fidei doctrinā hominē primordialiter sic institutū & conditum fuisse, ut corpus animę subiectū esset: sic quod nulla in corpore posset passio oriri, quæ perfectio animę super corpus obfisteret. Vnde nec mors, neque infirmitas humano corpori secundū huiusmodi statū inessent. Rursus, sic factus est homo, ut & inferiores quęque potētie animæ ac sensitiui appetitus rationi plene subderent: ratio uero ipsi deo subdita esset: ita tamē, quod dū ratio ordinē subiectionis suæ desereret, neque corpus animę, neque sensitiue uires intellectiue portio amplius subdite remanerēt. Hic autē status quod sic semp̄ inferius superiori suo pareret, originalis iustitia dicit. Denique, ratio peccare in protoplastis poterat. Nōdū enim hoīs uolūtas firmata seu immobilitata extitit ad eptiōe ultimi finis. Trāsgrediete ergo hoie mandatu dei in esu ligni uetiti, hæc originalis iustitia corrupta est, & a uersa intellectu uirtute animę à deo: ordo etiā ille qui inter animā & corpus ceterasque potētias seruabat, ablatu est. Quoniā autē hoc originalis iustitię donū primo parētis sic largitū fuerat, ut ab eo tanquod naturæ principio in ceteros simul cū natura propagaret, cōsequens fuit, ut protoplasto hoie hac priuato iustitia, posterius quod eadē priuarent. Nam amota causa, effectus amouet. Vnde factū est, ut oēs illi defectus huius iustitiæ ablationē cōsequentes, in cæteris locū habeat quod naturali ordine gignuntur: puta infirmitas & mors quod ad primū re bellio uirtū sensitiuæ cōtra rationē quod ad secundū: & debilitas intellectus ac obliquitas uolūtatē quod ad tertium. Sed iā restat manifestandū, cur & quæadmodū huius originalis iustitiæ carētia in posteris habeat rationē culpę. In primis quidem igitur agnoscendū, quod (ut Porphyrius ait) participationē speciei plures hoies sunt unū hō. Vnde sicut in una psona sunt plura mēbra, ita in una natura sunt plura psonę. In ipsa igitur primi parētis natura oēs posterius uirtualit cōtinebant, uelut quædam mēbra nature. Sicut ergo diuersis mēbris unius hominis plura crimina sūt, quę rationē culpę hñt, nō uoluntatē mēbrorum, sed primi mouētis, ut puta cōsensus rōis, sic hic originalis iustitię defectus, rationē culpę sortit ex inordinata uolūtate primi principij in humana specie primi scilicet parētis: & ita deriuat in posteros uelut in mēbra nature in ipso primordiali uirtute. Ipsum nēpe præuacationis crimē protoplasti, & psonale erat in quantum peccantē psona proprio bono priuauit, & naturale scdm quod sibi, & ex cōsequenti seu tanquod p accidēs etiā posteris suis, in quos originalis iustitia trāsfundēda fuerat, abstulit hoc donum nature collatum. Cum enim peccatum malum quoddam sit rationalis nature, malum uero boni debet in esse priuatio est, hinc peccatum iudicandum est actuale uel naturale, penes bonum quo priuatur

Luc. 20.

Iohan. 1. Tim. 1.

priuatur ipse peccans: peccatum namque ad personam pertinens, personæ peccantis bonum gratiam scilicet, & debitum ordinem uirtuum animæ tollit. Vnde peccata personalia personis actualiter præuacantibus duntaxat imputantur. Peccatum autem ad naturam pertinens, nedum personæ peccantis bonum aufert, sed & dona nature admittit. & per hunc modum peccatum primi parētis, naturam corrumpit. Debit enim donum illud nature: in posteris transfundit, sicut & natura ab uno alteri communicatur. Cumque non propagatur cū natura, palā quod eius defectus rationē culpæ non euadit: & hoc ipsum posteris imputat quod in natura primi parētis humane speciei unū erat: licet ipsi actualiter culpæ non cōmiserint. Nā hoc peccatū immediate naturā ipsam respicit, quæ eademmodū cætera crimina psonam.

Articulus LII. De quibusdā instantijs contra originale peccatū.

Opponet forsitan aliquis huic ueritati: Propter culpam enim efficitur quis uituperabilis. Sed non laudatur neque uituperatur homo, nisi ex proprio actu, seu ex his quæ in ipso sunt: talia uero sunt quæ ex propria uoluntate peccantis procedunt & quæ in potestate ipsius constituta sunt. Non igitur primi parētis peccatū posteris imputandum erit. Nā siue uelint siue nolint, huius culpæ innoxij esse nequeunt. Præterea cū peccare sit quoddam agere, præsupponit esse: quod nēpe nō est, quomodo adhuc peccat: Sed præuacante protoplasto, nondū eramus: neque igitur peccare potuimus. Adhuc, dicitur soler quod peccatū istud sit originale, & traducatur ab uno in alium, quæ eademmodū natura: sed cum peccatū sit accidens quoddam, sine subiecto transfundi non potest: subiectū autem peccati in homine, est intellectualis anima: quæ non traducitur à parente, cū sit prorsus ab extra. Nisi forsitan quis impijssimi Apollinaris errorem sequi uelit, qui dixit animā hominis non creari, sed ab intra atque à generatōe prodire. Non itaque ut uidetur, pro origine descendit hoc crimen ab Adam in reliquos. Amplius, cū Christus à primo parente originem duxerit secundum carnem sicut Lucas inducit, non uidere nec ipse quidem ab hoc peccato immunis esse, si per propagationis originē traducatur. At uero, ex his quæ insunt à natura, non laudamur neque uituperamur secundum Aristotelem, cū nec aliter se habere possint. Si igitur peccatum istud hominem secundum originem suā consequatur ipsamque naturam ut iam dictum est, directe respiciat, tūc est naturale, amittet ergo rationem culpæ in posteris. Denique, cū origo propaginis aliud non sit quod generatio, & per consequens actus uirtutis generatiuæ, quę potētia est uegetabilis animæ, sicut in libro de Anima demonstratur ab Aristotele, in generatiua autem potentia peccatum cadere non ualet, cum sit potentia solum naturalis rationis participio carens. (In his namque duntaxat peccatum existit, quę rationis participies sunt et ei subdantur.) nullo ergo modo defectus culpabilis originari potest ab Adā in nos per originē uitiatā. Porro, hoc gñat sibi similitudinem in natura et specie, nō in accidentibus dispositione. Non ergo necesse est, ut à parente peccatore primo, nascat filij illius peccatores. Adhuc, agēs proximi, fortis agit in effectū quod causa remota. Bonū quod est malo causali. Sed cōtingit, p̄ximos parētes iustos esse, & legitimo thoro gñare, uehemētius ergo ab illis sortiri debet ples iustificationē quod remotissimis illis parētibus cōdenationē. Enim uero, cū semp̄ ples sit in uirtute generātis, nō uidet cur potius primi parētis crimē trāseat ab eo in filios, quod ceterorum genitorum p̄ctā: cōtra quod in Ezech. scriptū ē: Filius nō portabit iniquitatē patris.

Apollinarius error.

Ezech. 18.

Articulus LIII. De solutione obiectionum introductarum.

Ad memoriā porro reducenda sunt, quæ de distinctione peccati originalis & actualis habita sunt. Quoniā enim originale p̄ctm naturam ipsam respicit, in qua singuli hoies cōueniūt, hinc in uno peccatōe oēs peccauim: et eramus (ut Ap̄tus ait) omnes natura filij iræ. Peccatū uero actuale quod personā respicit, alteri nō imputat. Nam peccās ut peccās, ab altero personaliter separatus est. Eramus quippe oēs in Adā, & sicut in originali principio, & sicut ad ipsius naturā p̄tinētēs: & hoc modo peccauimus, nō quasi actualiter præuacantes, cū hoc sit supposito: duntaxat: sed quasi in natura illa cōprehensi & contenti quæ per p̄ctm uitiatā est: quæ eademmodū mēbra plurima in una persona cōtinent: sicut pleni paulo ante declarati est. & in hoc secūda ratio soluta est. Ad tertiā denique dicendū, quod sicut propagata natura ab uno in alium, sic & originale crimē trāsmittit, nō quod ante aīz infusione subiectet in corpore, sed cū anima & corpus ad humanę nature speciei p̄tineant, in ipsorum copula cōtrahit aīa peccati labē: quod in corpore quodammodo præexistit. Ad quartā dicendū, quod quis ab Adā susceperit Chrs naturā humanā, tanquod a principio materiali, nō tñ uelut ab actiuo principio. Nā quod in ceterorum hoim gñatiōibus uirtus formatiua patris efficit in Chri gñatione, sp̄s sc̄ctus cōpleuit y gine materiā ministratē. Vñ in ipsi cōceptiōe nulla prorsus in decēs fuit cōcupiscētie libido. Istud ideo refert ad totā solutionē

Eph. 2.

ideoq; in peccatis conceptus non dicitur. Ad quintam respondendum, q; originale crimē consequitur naturam, non secundum eius essentialia principia absolute accepta, sed consequitur naturam uitiatam: ideo neq; culpe rationem euadere potest. Sed cum peccatū istud & originale nuncupetur, & naturam ipsam respiciat, nil prohibet ipsum in actu generatiuæ uirtutis reperiri: cum & uirtus generatiua etiam naturalis appellatur: & hoc sextæ rationis uim interimit. Ad septimam solutio est. Nam homo considerari potest ut naturale agens, uel ut supernaturale quoddam donum habens. Quoniam ergo sic protoplasto originali iustitia largita fuerat, ut cum natura simul procederet in prolem, consequens est, ut corrupto principio huius processionis, ipsa quoq; processio seu originalis iustitiæ trālatio cesset. Verum igitur est, q; homo generat similem in natura: sed peccati connascentia, defectus quidam est & priuatio. Ad sequentem instantiam solutio est: quoniam prima causa plus influit q̄ causa proxima. Et quamuis hoc in essentialiter subordinatis causis palam sit, tamen ab Adā uelut à speciei principio, deriuata est culpa in posteros, nō personalis, sed naturā respiciens. Proximi autē parentes, nō nisi personaliter merentur & demerent: ideoq; ipsorum nec culpa nec uirtus diffunduntur in genitū. Porro, licet per gratiæ sacramenta mundetur homo ab originali culpa ut agens personale, non tamen ut naturale agens. Nec enim natura penitus sanatur: sed secundum actum naturæ transmittit peccatum in posteros & per hoc finalis obiectiōis solutio innotescit. Secundorum namq; parētum peccata, inueniūt naturam iam illo diuino supernaturali munere destitutam: & ideo naturam quā posteris communicant, non amplius inficiunt.

Quō per Adā culpa in posteros deriuata.

Articulus LIII. Quod neq; per protoplastum, neq; per alium purum hominem, neq; per creaturam solam, sed per deum incarnatum conuenientissimum fuerit naturam humanam reparari.

Sed cum uoluntas hominis ualeat in oppositorum quodlibet, uidebitur forsitan aliqui, q; si parens prius naturam ualuit inficere, ipsam quoq; potuerit per poenitentiam reparare. Veruntamen, si quis sapienter attendat, non ita determinabit. Ostensum nepe est, quōd crimē præuarcationis eius, & personale & naturale fuerat: Quoniam igitur ante transgressionē natura in ipso adhuc diuinitus præstito gratiæ dono, perfecta extitit, peccatum eius in totam naturam transire potuit: sed post naturæ uitiationem, poenitentia & alij eius actus tantum personales manserunt: ideo que totius naturæ bonū readipisci nequirit: sed pro proprio delicto in quantum ad ipsum, personale fuit, ut cūq; satisficere ualuit. Præterea, ad naturæ reparationem, ablatę gratiæ restitutio quædam necessaria fuit, sed causa gratiæ non est homo purus, neq; creatura sola, cum non ex meritis procedat, solus itaq; deus est causa gratiæ. Adhuc, natura secundum se considerata, habet rationem quandam infiniti, tam in dignitate q̄ in communicabilitate: omnibus enim suppositis suis præminet, itaq; singularis persona humanæ speciei, ipsi naturæ non præeminet. Natura autem secundum se totam, reparanda erat. Non autē potuit reparari, nisi per condignum: non ergo per purum hominē reparabilis erat. Præterea, licet angelus hominē dignior sit atq; sublimior in ratione formę, tanq̄ superioris speciei existens, non tamen in ratione finis, cū ad eandem beatitudinē uterq; ordinetur. Angelo quoq; ne dum æquari potest homo, sed & altior effici in beatitudinis claritate. Vnde Augustinus magnum quendam Platonicū fertur cōmendasse, quoniam solum deum homini præferebat. Sequitur igitur, q; neq; per angelū aut aliam puram creaturam, natura hominis in pristinam dignitatem restitui poterat, præsertim cū in beatitudinē homini angeloq; cōmunē, naturę humanę reparatio ordinet; neq; rationabile uidetur dicere, q; personalis actio purę creaturę, totā naturā saluare potuisset. Amplius, si quis magnitudinem enormitatis & excessus qui in peccato est penset, patebit ei, q; per satisfactorem finitę dignitatis, totus homo redimi nequibat. Palam equidē, quoniā ex parte eius cui irreuerentia exhibetur, criminis quantitas attendenda sit. Dei autē (contra cuius imperium primus parēs præuarcatus est) dignitas atq; maiestas, profus in finitā sunt. Nō igitur crimen quo tota natura scedata extiterat, per puram creaturā expiari potuit. Enim uero, quoniā deus penitus perfectus & omnipotens est, dubium nō relinquitur, quin secundum absolutam suam potētiam, aliter q̄ per uerbi incarnationem ac mortem, hominis salutem procurare ualuerit. Verūtamen, cum eius sit semper ordinatissime operari, cum sit ipse fontana sapientię origo, & totius rectitudinis mensura, rectum autē & iustum est, ut pro culpa satisfactio, & peccatum impunitum nō remaneat, deus uero cum nec mereri nec parē in propria natura possit, in suis ipsius natura duntaxat subsistēdo, pro peccatis generis humani

Augustinus

mani satisficere non habebat: neq; eius naturæ satisfactio competere poterat. Restabat ergo, ut naturam liberandam assumeret & repararet: quatenus deus incarnatus in quantum homo, satisficeret: & in quantum deus, homini assumpto idoneitatem donaret redimendi, & liberandi efficaciam: dum uidelicet unus idemq; in persona existit, qui deus est & homo. At uero, cum humanæ naturæ redemptio, æternę felicitatis causa sit & restitutio, æternā porro felicitas ex parte sui obiecti quod est deus, prima & increata existens ueritas, infinitę dignitatis & appetibilitatis consistit. Deo etenim immediate uniri, & ipso æternaliter scitui in seipso est frui, in cōparabile bonū est. Ad huius autē boni adeptiōnē, nō potuit recte sufficere puræ creaturæ meritum aut actiō: quæ tanto bono cōparari & cōparari non ualent: præsertim ut sint totius naturę causa salutis.

Articulus LV. In quo finalis beatitudo hominis secundum diuinæ fidei testimonia consistat.

E Nimvero de naturali intellectualium substantiarum, ac rationalis animę beatitudine, que sit, & in quo statuenda existat, in libro primo determinatum est. Et quidem que illic tradita sunt, secundū naturalem theoriam & Peripateticorum sapientiā, & ut fas est, etiam secundum Platonicorū documenta introducta sunt. Deniq; demonstratum est, neq; naturali capacitate, neq; naturali desiderio creati intellectus, illā dei uisionē competere aut correspondere: qua agnoscitur sicuti est, in proprię scilicet lucis superelucenti puritate subsistens. Restat igitur, ut non aliunde nisi fidei contestatione constituamus finālē hominis omnisq; creati intellectus felicitatē in ea primę ueritatis contemplatione, qua uidebitur deus per essentialiam, & in suæ essentię superclaro lumine. Instruit igitur nos diuina fides, omnis creati intellectus beatitudinē ultimam in dei uisione consistere: non illa qua cōspicitur deus per speculum & in ænigmate, sed sicuti est: & in suę super substantialis lucis puritate. Cuius uisionis formale principium ac intelligibilis species, nulla creata entitas effici potest. Sed hoc cito ostendendum erit. Nunc uero ex scripturę testimonijs manifestetur hæc ueritas. Apud Iohannem igitur de se loquens saluator, ait: Ego manifestabo ei me ipsum. Deniq; in Mathæo re promittitur nobis in beatitudine cum angelis æqualitas: scriptum quippe est: Erunt inquit (de hominibus loquens) sicut angeli in celo. Angeli autem (quem admodum alibi dictum est) uident semper faciem patris. Nos igitur etiam ad hęc diuinæ faciei contemplationem, in finali beatitudine eleuari poterimus. Hoc quoq; quōd de facie dei dicitur, non de corporeo uultu, sed diuina duntaxat essentia accipi necesse est: cum nec angeli corporali uisu utantur, nec deus corporeis circumscriptionibus limitetur. Adhuc, ad Corinthios scribēs ait Apostolus: Videmus nunc per speculum & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Non igitur per creatam tantum speciem contuebimur. Et rursus: Cognosco inquit, nunc ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cōnitus sum. Cognosco autē perfecte & in essentia. Perfecite igitur & essentialiter cognoscemus. Vnde adhuc idem uas electionis contestatur: Cum autem uenerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Porro in Zacharia legitur: In die illa erit deus unus, & nomen eius unum, quod non continget, donec per unam duntaxat speciem uideatur deus sublimis & fortis. Et quidem, id ipsum in primo ut cūq; patuit: iam autem plenius ostendēdū est in hoc secundo. Iterum, primæ Iohannis tertio dicitur: Cum autem apparuerit, similes ei erimus, dum uidelicet per eandem speciem deum uidebimus, qua superior est ipse contemplator. Denuo in Luca scriptū est: Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, quod non de corporeo alimento, sed angelico necesse est cibo accipere. Nepe hic potus & cibis talis est, qui in mēsa sapientiæ proponit: de quo in Prouerbij sapiētia ait: Comedite panes meos, & bibite uinū quod miscui uobis. Etenim de hac beata cōbatione magnus Dionysius dixit, q; ipse deus oēm supercœlestē mentē, ac supermundanū animū replet intelligibili luce, et deiformi radio. In Psalmo quoq; de præacta potatione dicit: Inebriabunt ab ubertate domus tuę: & torrēte uoluptatis tuę potabis eos. Quippe in ebriationis potationisq; huius originē, & quasi materiā explanans subdit: Quoniam apud te est fons uitę: & in lumine tuo uidebimus lumen, tanq̄ dicat: Fluenta quibus inebriabuntur, non iam corporalia sunt, sed diuini uitę ex fonte uitę scaturientes. Præterea in alio Psalmo scriptum est: Replebimur in bonis domus tuę. Amplius, Iohannis decimo septimo ait saluator: Hęc est uita æterna, ut cognoscāt te deum uerę, & quē misisti Iesum Christū. In Esaiā quoq; dicit: Nō erit tibi sol amplius ad lucendū per diem, neq; splendor lune illuminabit te: sed erit tibi dñs in lucem sempiternam, & deus

Iohan. 14

Mat. 22

Mat. 18

1. Cor. 13

Ibidem

Ibidem

Zach. 4

Luc. 22

Prouerb. 9

Psal. 35

Eodem

Psal. 54

Esa. 60

in gloriam tuam. Hæc est igitur diuinæ nostræ fidei sapientialis theoria, de finali nostra felicitate erudiens nos hoc modo. Enimvero, rationes quædã in primo introductæ sunt, quibus aliqui demonstrare student, non posse quiescere & quietari intellectualem creaturam, mentis desiderium naturale, donec per essentiam uideatur prima ueritas. Sed illic ostensum est, eorum rationes non fore efficaces ad probandum naturalem desiderium creaturæ intellectualem in huiusmodi dei uisione felicitari: uel etiam eam naturali desiderio appetere: cum naturale desiderium speciem rei sequatur, & in id non tendat, in quod naturaliter pertingere nequit. In hanc autem uisionem naturali uirtute non ualet consergere, ut cito plenius patebit. De uero, naturale desiderium non se extendit ultra capacitatem naturalem. Naturale enim desiderium secundum ordinem rerum naturalium frustra non potest consistere: cum deus & natura nil frustra faciant secundum Aristotelem in de Cælo & mundo. Si igitur naturale desiderium creati intellectus non sicut neque quiescat, donec deum per essentiam contempletur, sequitur, quod secundum ordinem rerum naturalium deberetur, & correspondere creato intellectui uisioni dei per essentiam: quod falsum est. Hæc nempe uisio, est supernaturalis beatitudo: & ipsa penitus excedit naturalem capacitatem mentis creatæ. Denique, sequeretur purum philosophum posse naturali ratione ostendere, creatum intellectum ad diuinam essentiam uisionem posse pertingere. Quod enim naturis entium naturaliter inscriptum est, à philosophante discuti habet: cui hoc quoque innotescit, quod naturale desiderium inane non permanet. Sed quæ ista dei uisio à naturali philosopho non queat ostendi, in primo lucide tractabatur. Illic quippe sunt hæc omnia manifestius habitata: ideo sufficiat ea hic tetigisse hoc modo.

Visio dei à naturali philosopho ostendi non potest.

Articulus LVI. Quod per nullam creatam essentiam tanquam per intelligibilem speciem, uideri possit deus sicuti est seu per essentiam, uel potius in essentia.

Enimvero, necesse est intellectui intelligibilem uniri speciem intellectui: neque enim plus determinaretur intellectus ad huius essentiam seu ueritatis contemplationem quam alterius, nisi seipsum ad istius intelligibilis similitudinem ac intellectualem speciem conuerteret. Adhuc, intelligibile est in intelligente, sicut & uniuersaliter omne cognitum in cognoscente, non autem per essentiam: quoniam non lapis, sed species eius est in anima secundum Aristotelem. Hæc uero species rei intellectus intelligibilis similitudo appellatur. Porro, cum omnis cognitio & præsertim intellectualis, fiat per assimilationem quandam secundum Aristotelem in Ethicis, in quantum scilicet per speciem intelligibilem intelligens assimilatur intellectui, necesse est modum intellectus in modo assimilationis huius parificari. Nam quo species naturam intellectui clarius representat, eo lympidior existit mentis speculationi. Omnis autem creatura essentia, forma & species, à super substantiali dei natura infinite occubitat & obtenebescit. Diuinæ ergo essentiam eatenus representare non ualet, ut per eam diuina substantia in seipsa & essentialiter uideatur: imò tam defectibiliter primæ ueritatis super exaltata puritas in omni creatura entitate resplendet, ut in infinitum hæc ipsa resplendentia, à fontanæ suæ lucis lympiditate distet. Demonstratum est igitur, per nullam creatam speciem, diuinam posse essentiam in seipsa agnosci. Præterea, agnitio dei per speciem creatam, est cognitio causæ per effectum. Contingit autem causam cognosci per effectum tripliciter. Primo, dum effectus sumitur pro medio ad demonstrandum aliquid de causâ: quemadmodum accidit in demonstrationibus quia est: & hoc modo multa superius demonstrata sunt de deo ex naturis rerum. Secundum, dum in effectu uidetur causa secundum quod in effectu relucet, eiusque similitudo in illo resultat: sicut homo uidetur in speculo, in quo ipse imago resplendet. Et quemadmodum intelligentia una agnoscit primam omnibus superpositam causam in alterius essentia, & quoniam idem dicitur motus quo quis fertur in similitudinem rei & rem ipsam, ideo in hoc secundo modo una duntaxat agnitio est: diuina uero sunt agnitioes in primo modo. Tertio contingit causam cognosci per effectum, dum ipsa similitudo causæ in causato existens, efficitur forma qua causatur suam causam conspiciat, sicut intelligibilia quæ uisus & ipsam sui essentiam, agnoscit deus. Etenim hoc modo, si arca haberet intellectum per propriam suam formam materię impressam, agnosceret formam artis à qua proflexit, & cuius imago est. Sic nempe septimo primæ Philosophiæ ait Aristoteles, quod sanitas est à sanitate & domus à domo, domus quidem sensibilis, ab intelligibili domo. Nulla autem horum modorum agnoscat de causa quid sit per effectum, nisi effectus sit adæquatus uirtute causæ: sic ut tota causæ uirtus in ipso sit expressa. Sed nulla creatura est huiusmodi, ut tota dei uirtus sic in ea resulter. Palam ergo, non posse deum in semetipso cognosci per speciem creatam. Amplius, diuinum esse sub nullo genere & in specie nulla comprehendit, sed uniuersaliter & interminabiliter

Causa per effectum tripliciter cognoscitur.

nabiliter perfectum est: quæ omnia supra ostensa sunt. Omnis autem creatura essentia, sub genere quodam continetur, & terminatur perfectionis est. Non ergo per eam agnoscibilis est deus per essentiam. Adhuc, similitudo quæ essentiam alicuius representat, naturam representatam comprehendit. Nam & definitio quæ essentiam exprimit, terminus uocatur. Finis namque, & uelut sub certis limitibus constituit quidditatem definiti. Sed cum omnis similitudo creatura, alicuius generis sit, & in perfectione finita, diuinum uero esse prorsus infinitum, constat creaturam speciem non posse diuinam substantiam secundum propriam naturam claritatem representare.

Articulus LVII. Quomodo deus uideatur per essentiam.

Quoniam autem ostensum nunc est, finalem plenamque omnis creaturæ mentis felicitatem, in ea primæ ueritatis seu diuini esse contemplatione consistere, qua uidetur deus in seipso & non in ænigmate secundum propriam scilicet suam quidditatem, denuo demonstratur est, id ipsum per speciem creatam non posse accedere, cum tamen sine specie quadam fieri non possit, restat igitur, per in creatam speciem hanc diuinæ essentiam uisionem creati intellectus communicari. In creatura porro species alia non est, nisi ipsa dei essentia, quæ diuini intellectus intelligibilis species est. In deo enim identificatur cognitum, cognoscens & forma cognoscibilis, quæ est intelligibilis species. Tunc itaque uere ei similes erimus, sicut Iohannes ait, dum ipsa diuina essentia erit nobis quod uidetur, & quo uidetur. Sic namque erit & obiectum & formalis ratio intellectualis operationis creaturæ mentis: quemadmodum & deo essentia sua, & obiectum est, & species, atque ratio. Veruntamen, cum creatus intellectus per speciem se informantem rei intellectus, per similitudinem cognoscat substantiam cogniti, sicut uilibet conspiciamus, diuina autem essentia cum sit in se subsistens, nulliusque rei forma fore ualeat, difficile forsitan uidetur, qualiter uniri possit mentibus creatis tanquam intelligibilis species. Consideranda est ergo quædam habitudo, inter esse naturale & intelligibile esse. Nam sicut esse naturale substantiæ, potest esse uel solius formæ ut puta intelligentiæ & anime separata, uel compositi ex forma materiaque constitutis, sic esse intelligibile uel simplici ueritati quæ scilicet est tantum ueritas, uel uero quod non est pura ueritas competere potest: Sicut namque solus deus est ipsum suum esse, simplex prorsus & penitus purum, sic ipse solus est tantum ueritas. In omni autem re creatura est quædam compositio, ut frequenter ante paruit: & deoque essentia creatura, est potius quid uerum quam ueritas: sicut & omne creatum, non proprie est unitas, sed potius unum: imò potissime quid unitum, constat nempe ex potentia & actu, seu quod est & quo est, neque identificantur in ipso essentia & esse. Sicut igitur esse naturale substantię compositę, nulli formaliter communicari potest, neque ut forma alteri uniri: eo quod per materiam sit esse à forma fluens determinatum & contractum. Substantia autem quæ est forma tantum, & in se subsistat, alteri communicari potest, & eius esse materie unibile est: quemadmodum de anima separata clarum est. Sed si forma talis ex ipso suæ speciei natura esset separata & in se stans naturaliter, formaliter communicari non posset. Sic enim per esse suum determinaretur in seipsa, sicut est intelligentiæ. Per hunc modum de intelligibili esse, necesse est accipere: illud enim intelligibile esse quod est tantum ueritas, nil prohibet alteri uniri tanquam intelligibilem formam. Sed intelligibile quod est non sua ueritas, sed ueræ & quasi ueritatem in subiecto habens, copulabile non est alteri intellectui uelut intelligibilis similitudo. Enimvero, cum ex intellectu & intelligibili forma nil per se unum constituitur, sed forma illa perficit intellectum, hinc non repugnat perfectioni diuinæ essentiam, ut comparatur ad creatam mentem, tanquam quo sit intellectus. Sed cum esse naturale alteri formaliter unitum seu intrinsece communicatum, unam naturam constituit, deus autem (sicut paulo ante demonstrabatur) nulli sic coniungi potest, ut una ex ipso & altero natura resultet, hinc omnimode diuinæ substantiæ derogaret, secundum naturale esse alicui copulari. Veruntamen, non sic creaturæ menti diuina essentia tanquam intelligibilis forma unitur, ut putetur in hærens aut informant: semper enim incommutabiliterque perseverat in se subsistens.

Species increata.

Deus ueritas: creatæ res, ueræ.

Articulus LVIII. Quod nulla mens creatura diuinam essentiam comprehendat.

Quoniam diuinæ secundum præinducta, per eandem speciem increatus intellectus & creatæ mentes, diuinam essentiam agnoscant, non tamen creati intellectus deo diuinam essentiam comprehendunt: quæ admodum mens illa quæ super omnem mentem est. Quod hoc quippe quod obiectum à duobus intellectibus quæ luceret contemplet, requirit coque qua intelligendi potestas, seu intellectusque potentiam conformis uirtus & claritas

ritas

ritas in utroque. Nam sicut posse sequitur ad esse, sic agere sequitur ad posse. Elucescit autem ex parte determinatis, diuinum intellectum cunctis intellectibus sublimiorem existere. Non ergo mens creata, sed diuinus duntaxat intellectus diuinam essentiam comprehendere ualeat. Præterea, quod ab intellectu comprehenditur, intellectui illi finitum est: non enim excedit terminos comprehendētis. Diuina autem substantia, nullius creatæ mentis capacitate finitur, sed omnia supereminenter transcendit. impossibile est ergo creaturam diuinum lumen comprehendere: quod prorsus incircūscriptū est. Amplius, hoc comprehendit quod tam perfecte agnoscitur, sicut cognoscibile est. Diuinam autem essentiam nulla mens tam plene tamque perfecte uidet sicut uisibilis est, nisi mens prima, diuina & increata: altiori namque potentia sublimior operatio ascribenda est. Diuinus autem intellectus est fons omnis potentie, uirtus uirtutum, & totius naturæ origo. Ipse ergo tantum diuinam naturam comprehendit. Adhuc, quantum creatio intellectui diuina essentia instar intelligibilis speciei copuletur, hoc tamen non cōringit nisi secundum dispositionem capacitatemque creati intellectus. Indiget et quidem mens creata, diuinæ bonitatis influentia quadam confortari, ut ad huiusmodi unionem eleuetur: quam quidam appellant infusione luminis gloriæ. de quo cito erit uerbum. Qualitercūque autem per lumen gloriæ præparetur ad prenominatam copulam, semper eius capacitatis finita est, non ergo comprehendere potest diuinum intelligibile. Constat igitur à creatura mente deum comprehendere non posse: cum non secundum totum posse diuine essentia ipsa à creatura participetur. At uero, uirtus finita in actione sua adæquate non potest obiectum infinitum. Creatus autem intellectus determinatus est ad genus, ad speciem: circūscripte perfectionis est. Diuinum autem intelligibile, neque finitæ perfectionis est, neque in genere aut specie comprehensibile. Ergo non est ab electis mentibus, quauis in essentia uideatur & secundum se totum: cum sit omnimode impartibile & simplex. Porro, dum ex dei uisione tota illius supermundanæ aulæ gloria nascatur, si mens creata deum comprehendere, assimilari prorsus uideretur diuinæ gloriæ: quod esse non potest.

Articulus LX. Quod creati intellectus & si diuinam essentiam contemplantur, non tamen omnia agnoscunt quæ in illa comprehenduntur, resplendent & uideri possunt.

Porro, ex his quæ de simplicitate dei in primo demonstrata sunt, palam est uirtutem dei & essentiam eius penitus identificari. Quemadmodum igitur nunc ex infinitate diuinæ substantiæ ostensum est, super sanctum deum omni prorsus creatæ intelligentiæ incōprehensibile fore, sic ex infinitate diuinæ uirtutis non erit difficile introducere, quod nullus creatus intellectus uidendo deum, uideat se uidere possit quecūque in ipso uideri queunt: imo & uidentur à diuina utique supermundana mente. Virtus namque sicut & potentia, habitudinē ac relationem quandam dicit ad aliud: scilicet ad operabilia, uirtus namque seu actiua potentia, dicitur secundum Aristotelem principium transmutandi aliud. Eiusdem igitur rationis est comprehendere uirtutem & ea in quæ potest. Sed diuinam uirtutem ob suam perfectionis incircūscriptam plenitudinem mens creata comprehendere non ualeat. Neque ergo omnia agnoscit que in deo uideri queunt. Omnia enim in deo resplendent & suæ luci patent, in que ipsa eius uirtus potest. Præterea, quantitas & perfectio uirtutis attenditur secundum ea in que potest. Si igitur quis agnoscat quicquid uirtus aliqua efficere potest, tunc profecto uirtutem illam comprehendit. Ostensum est autem, non fore diuinam uirtutem creatis intellectibus comprehensibilem. Nec ergo uniuersa que potest que (ut dictum est) in deo sunt & ei innotescunt, comprehendere ualeat intelligentia creata. Adhuc, quecūque ex diuine essentia contemplatione mentibus beatis patent, sic in deo agnoscuntur, sicut causata aut certe causabilia in primo fonte causalium principio. Tunc autem necesse est agnoscere omnia principata seu principabilia alicuius principij, dum principium illud perfecte comprehenditur. Quod si principium non plene comprehenditur, neque omnes ipsius effectus oportet ex eius intuitione cognoscere. Sed diuina uirtus que uniuersorum fontale principium est & prima causa, comprehensibilis non est, neque itaque eius agnitor ipsam conspiciens, singula in quæ potest speculatur. Amplius, nulla uirtus cognoscit uia fertur in cognitum, nisi secundum rationem propriam obiecti. Non enim percipimus auctu nisi sonantia, aut uisu nisi colorata uel lucida. Obiectum autem intellectus, est quod quid est seu quid dicitur & substantia rei. Quicquid igitur de re aliqua mens agnoscit, per cognitionem substantiæ cognitæ agnoscit. Nam in demonstrationibus propter quid, accipitur ipsum quod quid est pro medio ad demonstrationem passionis propriæque accidentis de subiecto. Nam si uicissim accidentia magna partem

Actiua potentia
quæ dicitur.

partem conferant ad substantiæ cognitionem, sicut primo de Anima ait Philosophus, hoc non est secundum naturam rei sed per accidens: eo quod à sensibus intellectualibus nostris cognitio deriuetur. Si quid igitur est in deo quod non oportet agnoscere ex substantiæ speculatione, hoc euadit intellectus creati contemplationem. Sed quid uoluntas uelit ex substantiæ uisione, non dum elucescit: non enim operatur uoluntas secundum modum naturæ & esse illius in quo est, sed secundum modum sui propositi. Non igitur intellectus creatus uidendo diuinam essentiam, uidere potest omnia quæ in illa ut in fontana origine continentur. Multa sunt autem quæ ex simplici dei uoluntate dependent. Talia igitur omnia non cognoscit creatus intellectus in dei fruitione. Contra præin ducta autem quis potest obijcere: Nam uidere deum sicut est, maius est quod uidere alia à deo. Si ergo mens creata diuinam naturam contempleri potest, uidetur utique quod uniuersa creata & creabilia in illa agnoscere queat. Sed dicendum, quod aliud est cognoscere effectum in se & in sua causa. Cognoscere autem diuinam essentiam, & quicquid diuina uirtus producere potest, maius est quam substantiam dei duntaxat conspiceret. Videre autem diuinæ uirtutis effectus in seipsis, hoc prorsus minus est quam diuinam naturam intueri. Diuina uero essentia uideri potest absque hoc quod comprehendatur. Sed omnia in quæ dei causalitas potest agnoscere, sine diuinæ uirtutis intellectuali plenamque comprehensione, non potest contingere.

Articulus LX. Quemadmodum diuinam substantiam uidentes, omnia uidere dicantur.

Palam quippe est, in illa dei supernaturali uisione, ne dum naturale desiderium quiescere, sed etiam naturalis capacitas diuini luminis influxione eleuatur & fortificatur: ut sic primæ ueritatis contemplatione superimpleatur. Impossibile est autem intellectualis essentia naturale desiderium contentari & sistere, nisi totius uniuersæ generæ & speciei, uirtutem & ordinem, & quicquid per se ad perfectionem mundi pertinet, agnoscat. Ad omnia namque ista extendit se naturalis capacitas intellectus: quod demonstrat humanæ inquisitionis studium circa singula illorum. Constat igitur, omnia hæc mentibus diuinam essentiam contemplantibus, plene ac perfecte innotescere. Tam itaque ex naturali capacitate, quod desiderio naturali intellectualis hypostasis, probatum & ostensum est, quid de consistentia rerum creaturarum necesse sit beatis mentibus in finali beatitudine patere. Præterea, quecūque requiruntur ad perfectionem esse naturalis, etiam ad intelligibile esse complementum exiguntur. Nam esse intelligibile, non est paucioris latitudinis quam esse naturale: imo amplioris uidetur esse ambitus, cum & illa intelligantur, quæ positium esse non habent: ut puta priuatiua & negationes. Perfectio autem naturalis esse hoc postulat, ut quicquid ad rerum perfectionem ordinemque attinet, constituatur & existat. Conformiter, intelligibilis esse perfectio requirit, ut sub actu intelligibilitatis ipsius stet intellectus, quicquid exigitur ab ipso cognosci, antequam ultima sua perfectione plene compleatur: quod non ualeat contingere, donec quæ præacta sunt dinoscatur. At uero, sensus cum sit uirtus innotens harmoniæ, sensibilium excellentia corrumpitur. Intellectus uero quoniam immixtus & inorganicus est, ex forti sublimique intelligibili amplius ad inferiora conspectanda disponitur. Dum igitur creatus animus ad dei supersynceram uisionem erigitur, non mirum si ex tanti intelligibilis quod omnis ueritatis fontana ratio est, speculatione, ad cætera contuenda præparetur, quæ ad ordinem perfectamque uniuersæ consistentiæ necessaria sunt. Amplius, intellectus est quodammodo omnia intelligibilia secundum Philosophum tertio de Anima: in quantum uidelicet ex ipso & rebus intellectis, fit quodammodo unum propter rerum similitudines intellectui inexistentes. Nisi igitur intellectus fiat omnia intelligibilia actu quæ est in potentia, non erit quiescens neque perfectus: præsertim, cum secundum Aueroim super tertium de Anima, intellectus possibilis potentia sit infinita. In illa igitur ultima felicitate hæc omnia cognita erunt creatis intellectibus, quæ ad complementum naturalis esse requisita sunt. Unde super Genesim ad litteram Augustinus ait: Quecūque per dei uerbum facta sunt ut in prima natura subsisterent, in mentem quoque angelicam eodem dei uerbo processerunt, ut ab ipso agnoscerentur. Ex his sapienter intendi elucescit, quomodo uidentes deum omnia uideant: & quomodo non. Quæ nempe ad perfectionem naturalis esse pertinent, contemplantur res scilicet naturas, ordinem, uirtutes ac proprietates. Intentio quippe naturæ ad species res fertur: nam propter speciem sunt in diuina. Unde à Gregorio dictum est: Quid nesciunt qui omnia scientem sciunt: Et Moyse dominus dixit: Ego inquit, ostendam tibi omne bonum. Per cognitionem denique naturalium specierum, ipsarum

Obiectis,

Responsis,

Augustinus

Gregorius,

Exod. 31.

comentum naturarum in diuina creaturae mentes intelligunt. Non autem uerum est, quod dicitur deus simpliciter omnia cognoscant: sic enim diuinam uirtutem plene comprehendere: quod soli primae menti reseruat. Plurima namque quae deus facere potest, sed nec fecit nec facturus est, ignota sunt creatis intellectibus: quae etiam ex sola simplicitate uoluntate dei dependent, ipsi qui solus sese comprehendit, perfecte cognita sunt. Nam Apostolus ad Romanos ait: Quae sunt dei, nemo nouit nisi spiritus dei.

Articulus LXI. Qualiter quidam probare satagunt, non posse deum uideri per essentiam ab intellectibus creatis.

Amplius autem & omnino eminentius diuinum intelligibile seu substantia dei, excedit omnem creati intellectus naturalem facultatem, quae cetera intelligibilia uirtutem corporei uisus. Sed quantumcumque eleuetur & fortificetur uisus, ad illorum conspectum ascendere nequit, quae ipsius naturalem facultatem transcendunt. Non enim uidere ualeat nisi colorata ac lucida. Quocumque ergo supernaturali lumine praeparatur mens creata, uidebitur ad diuinam essentiae contemplationem non posse pertinere. Adhuc, ad manifestissimam naturam, id est separatam substantiarum speculationem, habet se nosse intellectus, sicut ad solis lumen in tuendum se habet uisus uespertionis, secudum Philosophum secundo primae Philosophiae: & hoc quidem ob nostrae intelligentiae decliuitatem, uerum est. Cum ergo primi intelligibilis sublimitas, infinite cuius separatis mentibus super exaltata sit, non uidetur qualiter per creaturam finitae supernaturalis lucis influxione, eatenus eleuare queat intellectus percipere humanus aut etiam angelicus, cum & ipse finitus sit: ut deum non per creatam formam, sed per essentiam uideat. Adhuc, inter potentiam & obiectum necesse est proportionem quandam esse: sed inter diuinam essentiam & creatam mentis intellectum potestatem, nulla est proportio, altero existente finito & altero infinito. Non ergo ualebit, qualitercumque eleuetur per lumen gloriae quod in se, in essentia atque uirtute finitum est, deum per essentiam cognoscere. At uero, in finitum secundum quod tale, est in cognitum. Diuinum autem ens (secundum praeductionem primi libri) in circumscribibile est & omnino infinitum: per essentiam ergo cognoscibile non est. Amplius, quicquid recipitur existitque in alio, est in eo secundum modum, naturam ac capacitatem recipientis & non recepti: quod superius multoties declaratum est. Quicquid ergo unitur & influitur creaturae menti tanquam species & ratio intellectui, oportet finitum esse. Sed habitus est, per nullam creatam essentiam, diuinam substantiam uideri posse sicuti est: neque ergo per lumen gloriae aut aliud donum menti infusum ac supernaturale, poterit (ut uidetur) deus per essentiam uideri a creatura uirtute. Praeterea, forma est principium agendi ei in quo est: species autem intelligibilis, est formale & intraneum intellectus operationis principium: speciem namque intelligibilem necesse est in esse intellectui: sed hoc modo uniri creato intellectui, uelut intelligibilis species & forma, diuinam non uidetur congruere essentiae, propter ipsam suam in se subsistentem super exaltatamque puritatem independentem quoque & incommisibilem bonitatem: quod in libro Causarum, & Elementatione Theologica Procli profundiissimi Platonici scribitur: & in ante habitis ostenditur. Si igitur aliter dei clara uisio possibilis non est deiformibus & deificatis mentibus, nisi diuina eis essentia tanquam intelligibilis species copuletur, apparebit deum per essentiam non esse agnoscibilem, nisi sibi soli: quod praestentis & diuinam fidei repugnat.

Articulus LXII. De luce gloriae, & harum obiectionum solutione.

Indiget denuo creatus intellectus, diuina quadam supernaturali influxione, si ad huiusmodi primae ueritatis quae deus est, contemplationem sursum duci debeat. Nam secundum Philosophum septimo de Auditu Physico, susceptionum non est contingens. Nihil namque est formae sublimioris susceptionum, si non per dispositionem quandam ad illius capacitatem disponatur. Quoniam igitur secundum praedicta, aliter deus sicut est uideri non potest, nisi essentia diuina uniatum menti create, uelut intelligibilis species, diuina uero essentia, omnem creatam naturalemque facultatem transcendit, necesse est igitur supernaturali quadam bonitate, ipsam creaturam mentis uirtute fortificari, ut deo immediata unione perfruat. Haec autem bonitas lumen gloriae appellatur: de quo in Psalmo dicitur: In lumine tuo uidebimus lumen. Et ad Romanos Apostolus ait: Gratia dei, uita aeterna. Nam cum uita aeterna sit dei cognitio per essentiam, quae naturalem potestatem creati intellectus prorsus supergre ditur, ideo non nisi diuino supernaturali munere communicatur electis. Quod autem ita donat, gratiae attribuit. Praeterea, id quod est forma propria naturae altioris, alterius forma

ma non efficitur, nisi ipsum quandam cum superiori natura assimilationem adipiscatur. Proprius enim actus in propria potentia fit: diuina autem essentia est propria species diuini intellectus secundum operationem: quemadmodum in deo omniformiter identificentur intelligens, intellectum & species intelligendi. Impossibile est ergo, creaturae menti diuinam essentiam tanquam intelligibilem speciem uniri, si non eleuetur ad deiformem quandam existentiam per lumen, quod sit diuinam naturae similitudo: quod lux gloriae nominatur. Adhuc, forma est principium operationis: & modus agendi, uirtutem formae imitatur. non ergo potest agens ad altiore operationem deduci, nisi confortetur uirtus eius. Contingit autem operationem talem altiore, quandoque eiusdem speciei & ordinis permanere cum actione priori & decliuiori: quemadmodum calefactio intensior & remissior, unius speciei sunt: & ad huiusmodi altiore actionem producendam, sufficit fortificari uirtutem acti uam per simplicem sui intensiorem, absque scilicet nouae formae copula & immixtione: ut diu calor remissus intenditur. Rursum, uicissim contingit operationem illam altiore ad cuius productionem aliquid confortatur, alterius speciei & ordinis fieri: quemadmodum uirtus diaphani per lumen receptum, fit alterius illuminatiuum: & dum ad talem operationem uirtus aliqua eleuatur, requirit recentis cuiusdam formae adeptio. Visio denique, qua uidetur deus sublimis & benedictus sicut est, est alterius prorsus gradus & rationis a naturali uisione: sicut ex distantia obiectorum & alijs plurimis elucescit. Eger ergo mens creata ad huius uisionis perceptionem nouo quodam lumine, quo naturalis intellectualitas disponatur super suae speciei uires. Enim uero, ex his transcendendum est ad instantiarum factarum solutionem. Et ad primam quidem dicendum est, quod non sic diuinum intelligibile excedit & eadit creati intellectus facultatem, quomodo sonus & immaterialia uisus corporei uim uel excellunt uel eadunt. Nam cum obiectum uisus sit color, ea quibus obiectalis ratio uisus non competit, omnino ad uisum extranea sunt. Sed quoniam obiectum intellectus est uerum, seu quod quid est, diuina autem substantia est prima & fontana ueritas, palam, quod non penitus transcendit ordinem eorum quae ad intellectus agnitionem pertinent. Quomodo autem excedat, patuit: Nam ob hanc eius excellentiam, supernaturale munus menti creaturae necessarium est. Ad secundam respondendum, quod illa sufficienter ostendit diuinum intelligibile omni creaturae menti semper in comprehensibile fore: sed per creatum lumen propter uirtutem quam lumen tale a deo sortitur, disponi potest mens ad dei uisionem per essentiam non comprehendendo, sed deum immediate contemplando. Tertia denique ratio conuincit, non naturalem esse proportionem inter diuinum intelligibile & creatam mentem: sed per lumen gloriae sublimatur mens ad proportionem quandam imitatiuam, quae facit mentem ad dei speculationem idoneam. Porro, est infinitum in quantitate & potentialitate seu priuatiue dictum: sic enim potentia materiae dicitur infinita, quoniam nulla forma ad eam apta, capacitas eius cessat: & infinitum his modis dictum est ignotum, quia omnino imperfectum & indistinctum est. Sed dicitur infinitum in perfectione, quod scilicet est purus actus in nullo receptus. Et sicut hoc actualissimum est, sic cognoscibilissimum est. Vnumquodque etenim eatenus cognoscibile est, quatenus de ratione actus ac perfectione formae participat. Nam (ut ait Boetius) materia, motus & tempus, ob nimiam imperfectionis suae potentialitatem, difficilissime notitiae sunt, quemadmodum separati intellectus & super substantialis dei essentia, ob actualitatis suae redundantiam, uim humanae rationis supergre diuntur. Et in hoc quarta obiectio soluta est. Ad quintam quoque responsio ex praehabitis plana est. Non enim praenominatum lumen fit mentis creaturae intelligibilis forma, sed potius aptificat & exaltat mentem ad diuinam naturae uisionem, per ipsam dei essentiam contuenda. Veruntamen quomodo hoc fiat, ultima ratio inuestigat: circa quod attendenda est similitudo quaedam inter unionem uerbi cum homine, & diuinae essentiae cum creatura mente. Sicut nempe ex praedeterminatis circa incarnationem dei paulo ante claruit, natura humana in Christo ad subsistentiam seu personalitatem uerbi assumpta est. Subsistentia autem, quae etiam actualis existentia seu esse suppositale uocatur, dicitur actus primus aegere, aut dicitur actus secundus. Sicut itaque in Christo persona uerbi est principium immediatum actus primi naturae humanae, in quantum naturam hominis ad diuinum esse assumpsit, sic in beatis intellectibus diuina essentia, tanquam species intelligibilis menti creaturae coniuncta, est proximum principium actus secundi, qui est intelligere. Est enim diuina essentia iuxta praedicta, quod uidetur, & quo fit uisio. Sed sicut uerbum assumpsit naturam huma-

Aristoteles

Proclus

Psal. 37.
Rom. 6.

Infinitum uarie accipi.

Boetius

nam, ei quod unitum est, sine sua puritatis macula, in clusione, commixtione ac detrimento, sic diuina essentia unitur menti creatae quo ad actum secundum non per sui inhaesionem aut determinationem. Non enim informat mentem, neque sic ei unitur, ut in ea recipiatur & imitetur: sed per lumen gloriae mens exaltatur, ut eam diuina essentia perficiat: sicut intelligibilis forma perficit intellectum. Neque uerum est quod de ratione intelligibilis speciei sit, ut informet intellectum: imò quanquam hoc uerum sit de speciebus rerum creaturarum, quod scilicet subiectiue insunt intellectui, multi tamen huius oppositum defendere student: inter quos est Albertus & Aegidius, dicentes formas intentionales, siue uisuales, siue intelligibiles, nulli subiecto inhaerere: contra quam positionem sanctus Thomas frequenter argumentatur: nec enim firma est: sed contra eam modo disputandum non est. Nunc namque si fiat ostendisse, non esse de ratione intelligibilis speciei, ut informatiue insit. Est equidem in forma intelligibili duo attendere. Vnum, quia inhaeret, & fulcitur in alio: & hoc perfectionis est. Aliud, quoniam actuat & perficit intelligentem: quod ad perfectionem sonat. Sed in primo olim ostendebatur, quod uolens ex entibus creatis ad diuini entis notionem procedere, derelinquere debeat quod imperfectionis est in entibus creatis: idque quod perfectionis in ipsis est, supereminenter in creato enti attribuire. Dum ergo ex natura & modo formae intelligibilis creatae agnoscere molimur, quomodo diuina essentia uelut intelligibilis forma copuletur creato intellectui, imperfectionem creatae speciei tollere congruit: & quod insuper remanet, perficere, scilicet intellectum modo explanato, neque puritatis, neque a circumscribibilitati diuinae essentiae repugnat.

Articulus LXIII. Quod haec dei uisio quae utique uita est atque felicitas, beatorum intellectuum sit desiderabilissima, purissima, iucundissima: & contemplationem perfecte quietans.

Gaudium

Diuina essentia

1. Cor. 2

Phil. 49.

Gaudium autem, est diffusio animi in conceptu boni. Quo ergo id quod concipitur melius est & conuenientius concipienti, eo gaudium ex conceptu talis boni oriens, plenius erit: praesertim si concipiens agnoscat illud sibi conueniens esse. Diuina autem essentia quae obiectum est beati intellectus, est pura bonitas, fons omnium desiderabilitatis: & supereminenter comprehendens omne pulchrum, omne dulce, & quicquid appetibile est in rebus creatis. Intellectus ergo eam agnoscens sicuti est, infallibiliter scilicet & non erranter, eo uehementius in ipsius fruitione exultat, quo sibi eam concipit conuenientiore, atque in se ipsa praestantiore. Scit autem eam sicuti est, & indeceptibiliter. Ineffabiliter ergo intensius, in ipsius uisione laetatur, quam in aliquo bono creato aliquis delectari potest. Unde scriptum est: Oculis non uidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt, quae preparauit deus diligentibus se. Et in Psalmo dicitur: Exultationes dei in guttore eorum. In quo exuberantiam superne gloriationis electorum, Dauid insinuat. Praeterea, gaudium oritur ex unione potentiae cum obiecto conuenienter percepto. Plenitudo autem huius gaudij, ex quatuor dependet. Primo ex dignitate potentiae: altiori namque potentiae, iucundius conuenit operari. Secundo ex bonitate & conuenientia obiecti. Tertio ex forma per quam potentia agit. Quarto ex modo operationis: ut scilicet firmiter, secure & pro beneplacito quis agat. Quo igitur potentia dignior & obiectum praestantius ac conuenientius, forma quoque operationis perfectior & intimior, modus quo agendi melior extiterint, eo gaudium operantis plenius erit & sublimius. Intellectus autem, est diuina & dignissima uirtus, secundum Aristotelem decimo Ethicorum. Diuina etiam, prima atque fontana ueritas, obiectum existens beatae mentis, conuenientissima est omni intellectui, & in bonitate praestantissima ac infinita. Nam sine ea nil appetibile esset neque subsisteret: imò nec res aliqua sibi ipsi desiderabilis existeret sine ea. Est enim prima bonitas & primus finis: primum quoque appetibile. Remoto autem primo, tolluntur posteriora in subordinatis. Denuo, cum diuina essentia sit sanctis intellectibus tanquam species intelligibilis coniuncta, intima est illis & prorsus superconuenientissima: cum sit superplendendum lumen, replens & irradians mentem. Modus insuper diuinae huius uisionis optimus est. Videtur enim deus non in aenigmate neque per speculum, sed per essentiam aeternaliter, firmiter & secure. Constat igitur, huius felicitis contemplationis gaudium, undique plenum & exuberans esse: omnique delectatione circa

entia

entia creata eo fore intensius & amabilius, quo intellectus alijs potentijs deiformior est: diuinaque essentia creatis obiectis & cognoscibilibus formis praestantior atque perfectior. Adhuc, quo bonum aliquid clarius cognoscitur firmiusque possidetur, eo gaudium inde emanans plenius est. Cum ergo deus qui est in circumscrip-ta bonitas, per essentiam uideatur, aeternaliter quoque & secure ab appetitu possideatur, palam quod superexcellentiissimum sit gaudium inde procedens. Praeterea, dei uita infinita iucunditatis plena est. Quo ergo creatae mentes diuinae uitae uiciniores ac similiores factae fuerint, eo diuinae iucunditati plus appropinquant. Ostensum est autem, idem fore obiectum speciemque intelligendi eandem in intellectu diuini & creati in finali illa felicitate. Illic ergo ueraciter deiformes erimus: quemadmodum Iohannes ait: Quonia cum apparuerit, similes ei erimus. Verè igitur & multum penitus infelices sunt, qui propter uiles corporeasque uoluptates, ab hac dei uisione & superna beatitudine, sese separari elongarique permittunt. Etenim homo cum in honore esset, non intellexit. Porro, cum omne scientiae desiderium nedum impleatur, sed dei immediata fruitio omnem naturalem capacitatem superimpleat secundum praedecarata, constat quemlibet deo fruente prorsus contentari. At uero, cum intellectus sit diuinae lucis signaculum, im materialis simplexque essentia, diuinum quoque intelligibile substantialiter & totaliter lux sit & luminis largitium, elucescit huiuscemodi dei uisionem purissimam esse. Sed quoniam de his in primo determinatio habita est, nunc sufficiant haec pauca, ne eiusdem resumptio superfluitatem inducat.

Articulus LXIII. De ordinibus supercaelestium animorum primae hierarchiae super sanctae trinitati uicinissimae: & descriptione hierarchiae.

Hierarchia denique, est sancta rationalium personarum congregatio, gradibus & officijs ordinate distincta, cum scientia ac operatione sibi competentibus: ad dei conformitatem, prout sibi possibile est, assimilata: per illuminationes quoque diuinitus influxas, iuxta propriam uniuscuiusque capacitatem, ad deiformem imitationem sursum acta. Ordo nempe hierarchiae est, ut superiores purgantur, illuminentur & perficiantur inferiores in inferioresque a superioribus purgantur, illuminentur & perficiantur. Nam intellectuales essentiae seu supermundani animi, dum purgantur, illustrentur & perficiuntur subiectas sibi phalagas, ei utique qui fons puritatis est per lumen luminum totiusque perfectionis causale principium assimilantur. Denuo, & mentes quoque purgantur, irradiantur ac perficiuntur, ad dei conformitatem appropinquant. Purgari enim dicuntur, non a forde seu macula, sed a dissimilitudinis habitu, intellectualisque lucis minoratione: ac per hoc super plenius primi fontis luminis conformantur. Porro, ex his quae de ordinibus modoque intelligendis, ac intelligibilibus formis intelligentiarum in primo habita sunt, hoc prorsus elucescit, quod superiores & primae superlympidae menti uiciniores intellectus, paucioribus speciebus perfectius distinctiusque intelligunt suppositis intellectibus. Primus namque super sanctus intellectus, unica ac simpla specie, quae utique eius essentia est, omnia plene singulariterque agnoscit: & sicut ostensum est, non nisi per causam & exemplar. Omnis autem supercaelestium spirituum catena, a diuino illuminatur lumine, ut deum contempletur, & diuini ordinis cognitionem accipiat. Sed ut tactum est, haec illuminationem non omnes hierarchice personae uniformiter recipiunt. Nam decliniores mentes, per eam supremis intellectibus confusus intelligunt: in tantum, ut humanus intellectus ex concreata sibi diuinae lucis illustratione, non nisi uniuersalia quaedam principia dinoscatur: sed purgantur, illustrentur & perficiuntur eminentiores intellectus eos, qui submissioris ordinis sunt. Est igitur secundum scripturam factae & patrum sententias, tripartita seu triformis angelorum hierarchia: quae quae uis tres ordines intellectualium hypostasium comprehendit. In primo collocata sunt Seraphin, Cherubin & Throni. Nomen uero cuiuslibet ordinis hierarchicorum spirituum, proprietate aliquam declarat proprii ordinis, scilicet gratiae uel officij, uel dignitatis aut operationis: secundum quam proprietatem ordo ille deo conformatur. Sed sapienter attendendum est, quod beatus Gregorius ait: sic quippe inquit: In illa summa ciuitate, quae da quibusdam singulariter attribuuntur, ut tamen omnibus communia intelligantur. Seraphin namque incendum dicimus: & tamen amore conditoris simul omnes ardet. Cherubin porro plenitudine nominamus scientiae: & tamen quis ibi aliquid nesciat, ubi singuli fontem sapientiae contuentur? Throni insuper agmina illa dicuntur, quibus conditor praesidet, & in quibus coquietur: & tamen quis beatus erit, si non creator suus ei praesit & praesideat? Quae ergo

1. Ioh. 3
Phil. 48

Hierarchiae descriptio.

Tripartita angelorum hierarchia.

Gregorius.

(ait Gregorius) ex parte & minus plene ab omnibus habentur, eis speciali atq; priuato nomine ascripta sunt: qui plenius & totalius hæc diuinæ inflexionis dona receperunt. Per hunc namq; modum, quod quisq; supercoelestis ordo in se partim & incomplete habet, hoc in aliquo ordine totum possidet: quoniam & si ordines aliqui sic specialia quædam habent, ut ab alijs haberi nequeant, sicut speciali nomine Dominationes, & Potestates, & Principatus uocantur: cuncta tamen ibi singulorum sunt: quia per charitatem ab alio in alijs habentur. Seraphin igitur (quemadmodum Hebræi aiunt) incendens uel calefaciens dicitur: & hoc iuxta naturales proprietates ignis qui incendit & calefacit. Hæc ergo proprietas primi ordinis summæ hierarchie, designat sempiternam, incessabilem & ardentissimam mobilitatem spirituum illius ordinis in deum, cui immediate coniunguntur, & (ut Dionysius) in diuinitatis uestibus uidentur collocati. Designat quoque hæc nominata proprietates, redituam uirtutem in his substantijs esse, qua ceteros spiritus, eisdem purgando & illuminando in deum reducunt, uehementius inflammando & perficiendo eos: quæ omnia in deo celesti hierarchia magnus Dionysius tradit. Vnde Gregorius ait: Seraphin quoq; uocantur illos sanctos agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incomparrabili ardēt amore: quos profecto flamma amor est: quia quo diuinitatis claritate subtilius immeditatusq; accipiunt, eo ualidius in illius dilectione flammascunt. Cherubin deniq; quod scientiæ plenitudo appellat, ideo sic dicta sunt, quoniam huius ordinis mentes deificatæ, uirtutē excellenter cognitiuā habent: cum sint diuinorum mysterioꝝ eminenter inspectiue, diuinorumq; luminū post Seraphin capacissimæ. Vnde & diuinæ pulchritudinis contemplatiue sunt: & suppositorum deiformium animorum eruditioꝝ secundum Dionysium. & hi in prima hierarchia medijs sunt. Vnde Gregorius ait: Et superiora illa agmina, iocirco Cherubin dicta sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritate dei uicinius contemplantur. Vltimus autem primæ hierarchie ordo Throni nūcupatus est: quo significatur huius ordinis substantias ab omni in digna subiectione penitus fore liberatas: secundæ quoq; hierarchie excellenter superferri: & q; sint diuini superaduentus capaces, tanq; deiserq; ac familiariter aptæ ad suscipiendū in se deū. Propterea Gregorius ait: Quia em̄ Thronos Latino eloquio sedes dicimus, Throni dei dicti sunt hi, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dominus sedeat: & per eosdem iudicia sua discernat. Per thronum nempe potestatis iudiciaria designatur: dicente Psalmista: Sedisti super thronos, qui iudicas iustitiam. Dicitur quoq; deus sedere super Cherubin: quemadmodum in Psalmo dicitur: Qui sedes super Cherubin, manifestare. Sed ad hoc respondet Gregorius, q; plerunq; ipsi beatorum spirituum ordines, uiciorum sibi ordinum uocabula sortiuntur ob æqualitatem uicinitatis: Throni enim & Cherubin proximè coniunguntur: ideoq; quod unius est ordinis, ad alium uicissim transfumitur.

Articulus LXV. De ordinibus spirituum hierarchie mediæ.

Porro, omni hierarchie hoc generale est, ut ex principio, medio & fine consistat: ex spiritibus uidelicet sublimioribus, de cluioribus & medijs. Medium autē, utriusq; extremi conditionem multoties sapit. Deniq; in cūctis ordinatis uirtutibus in uim superioris uirtutis inferiores agunt. Illud igitur quod ad Seraphin pertinet, ab inferioribus singulis ordinibus executionem uicissim sortitur: & pariformiter in alijs conueniendum est. Ipse denuo supercoelestes hierarchie, in trinitatem partitæ sunt. Sunt namq; tres hierarchie, quæ coniunctim ordines nouem comprehendunt. Et hoc ideo factum est, ut superfelix trinitas in cunctis, præsertim uero in sublimioribus illis creaturis utrunq; luceat. Quoniam igitur iam de primæ hierarchie ordinibus tractatum est, nunc de hierarchia media in qua sunt Dominationes, Virtutes & Potestates, congruit profari. Vnde cum dominorum sui præcipere, quid aliq; exquantur, spiritus illi nomen dominationis apte sortiti sunt, qui ordinant atq; distribuunt multis, quid profequi & complere debeant. Dionysius enim in Celesti hierarchia ait, quod dominationis nomen anagogem quandam superpositā omni feruituti, indignæq; subiectioni designat. Vera quippe est horum spirituum dominatio, & incessabiliter totius dominationis principem fontemq; desiderat. Nam iuxta possibilitatem suam, & sese & inferiores hierarchicas mentes, ad diuinam similitudinem dei que imitationem sursum ducit: eas purificans, irradians & perficiens. Quemadmodum nempe mediam hierarchiam dirigit summa, sic infimam media dirigit. Propterea ait Gregorius: Dominari uero, est subiectos quosque possidere. Ea ergo angelorum

horum agmina quæ mira potentia præminent, pro eo q; eis cætera ad obediendum subiecta sunt, Dominationes uocantur. Insuper, sicut ad dominationem prænominata distributio spectat, sic eiusdem distributionis circa diuinæ dispositionis ac prouidentia ordinem prosequendū, executio ad Virtutes pertinet: quæ (ut ait Dionysius) nomen designat fortem quandā, infatigabilem uirtutem in uniuersas deiformes actiones: quæ ob nullā pusillam nimitatem derelinquit motū suum, quo super alto deo conformatur: imo iuxta gratias atq; uirtutē sibi donatā, stat fortiter ad deum, qui est uirtus uirtutum cōuersa, inferiorumq; animorum in diuinum radiū sursum actiua. Vnde S. Thomas in Summa contra Gentiles ait, q; principium uniuersalis operationis ad hunc ordinē pertinet. Dicit enim, q; motus celestium corporoꝝ qui omnium inferioroꝝ quodammodo causa sunt, ad huius ordinis spiritus attinet. Ideo in Luca Virtutes celoꝝ appellatur, diuinoroꝝ quoq; supernaturaliū opoꝝ executio, ad eosdē spectare uidetur. Nam Gregorius ait: Virtutes etenim dicuntur spiritus, per quos signa & miracula frequentius fiunt. Enim uero quemadmodū executio distributionū à Dominationibus procedentiū ad Virtutes pertinet, sic Potestatibus cōpetit, ut ordinē à uirtutibus executū, in entibusq; constitutū, custodiant in cōsumum: ea quæ ordinis distributionū uia sunt, auellendo. vnde Gregorius ait, eos spiritus Potestates nominari, quibus eminentius cōuenit, ut eis uirtutes aduerse subiectæ sint, quosq; potestate refrenant, ne corda hominū tantū tentent quantum uolunt. Propterea dixit Dionysius, q; nomen potestatiū significet inconfusam quandā & bene ornata circa diuinæ susceptiones ordinationē, & huius ordinis spiritus, in simā hierarchiā continent: potenter simul & benignè eam sursum agentes: & in diuinū lumen expandentes: ne quaꝝ tyrannicè uel cum perturbatione abutentes potestate donata sibi ab oim hierarchicoꝝ ordinū fonte splēdidissimo, cūcta pulchritudine & ornate.

Articulus LXVI. De hierarchia infimæ: & proprietate ac operationibus spirituum ordinum eius.

In sima quippe hierarchia, ecclesiasticæ hierarchie immediate præsidet, & cōprehendit Principatus & Archangelos ac Angelos. vnde Dionysius ait hanc hierarchiā, humanis hierarchijs per conuentiā præcipere resq; humanas dirigere. per res autem humanas ea omnia intelligenda sunt, quæ in hominem ordinantur, & in ipsius bonum cedunt. Est autem in rebus humanis quoddam commune bonum, ut puta ciuitatis uel gentis, & huius gubernatio ad Principatus uidetur pertinere. Sic nempe dispositio regnorum, mutatioq; dominationis de plebe in plebe: instructio quoq; principum qui cōmuni bono præsidet, ad ordinē istū pertinere diceretur. Et rursus: bonū quoddā humanū, qd licet ad unū solū pertineat, neq; in cōmunitate consistat secundū seipsum, est tamē multis utile & cōmunicanter necessariū: sicut ea quæ fidei sunt & diuini cultus: & huiusmodi bonū ad Archangelos attinet: quos (secundū Gregoriū) est summa nūtiare. vnde ad beatā uirginē nō quiuis angelus, sed Gabriel Archangelus destinatus tradit: qui illi uerbi incarnationē nūtiabat: quæ ad solā uirginē secundū seipsam cōsiderata pertinebat: sed omnibus utilis & necessaria existit. Est iteꝝ humanū quoddā bonū personā respiciens, & personale uocātū, quod Angelos ditioni subternitur: quibus iuxta Gregoriū, cōpetit minima nūtiare. Vnde S. Thomas ministros perhibent, dicente Psalmista, Angelis suis mandauit de te, ut custodiāt, &c. Nomen ergo Principatuū, principalitatē substantiæ illius ordinis importat, inferioroꝝ ordinū cōparatione quibus superponuntur: eos conuenienti deductione erigendo, & ad dei assimilationē iuxta uiriū suarū capacitātē exaltādo. Porro, apud Dionysii Archangelū inter Principatus & Angelos medijs constituti sunt, cum utrisq; in proprietate quadam communicatēs: quemadmodum ex ipso eorum nomine claret. Nam archangelus angeli princeps interpretatur. Etenim cum Principatibus Archangeli communicant: quoniam cū illis ad superexaltatū uniuersoꝝ principem deum conuertuntur: ipsi ut queant conformari festinatē: studēt q; in ipso figi, & fixi permanere. Rursus, per hoc q; angelicū ordinē immediate illustrant, simplicificant & reducunt, etiā cū principatibus conuenientiū obtinent. Cū Angelis autē cōmunicant, in quantum celestium reuelatiui sunt à superioribus sibiq; superpositis Virtutibus: diuinis illuminationes hierarchice suscipientes, & eas dem nuntiātes Angelis: per Angelos quoq; hominibus: ut sic in cunctis diuinæ sapientiæ operibus, ordinatus fiat processus. Agnoscentdū q; secundū Gregoriū, q; Angelos uocabulū nō nature, sed officij nomē est, dicere Psal. Qui facit angelos suos spiritus, uidelicet dū certis officijs eos deputat.

Articulus LXVII. Quō celestium hierarchie ordines Gregorius assignat: & in quo eius positio à sententiā Dionysii recedere uideatur.

Seraphin

Cherubin

Throni

Plal. 9.

Plal. 79.

Dominatioꝝ.

Virtutes.

Thomas.

Luc. 21.

Potestates.

Principatus.

Archangel.

Luc. 1.

Angel.

Plal. 98.

Plal. 108.

E Numerando deniq; celestium hierarchiarum ordines, à determinatione Dionysii declinat non nihil Gregorius. Sic nempe prænominatos celestium animarum ordines enumerat: Scimus inquit (sacro testante eloquio) esse Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubin & Seraphim. Ex quo elucet in hoc Gregorium à Dionysio recessisse. Nam Virtutes quas in secunda hierarchia medium ordinem constituit Areopagita, inter Dominationes, uidelicet & Potestates statuendo Virtutes, has Gregorius ordinat in infima hierarchia ordinem supremum. Sed hæc tantorum uirorum dissonantia, potius uidetur uerbali quam multum discrepans: aliter namq; Gregorius utitur nomine Principatum quam Dionysius. Ait enim Gregorius, q; principari, sit inter reliquos priorem existere. Vnde secundum eum principatus dicuntur, qui ipsis quoq; bonis angelorum spiritibus præfunt: & sic quod iuxta præinducta & sententias magni Dionysii Virtutibus attributum est, assignat Gregorius Principatibus. Principatus uero secundum præhabita sunt, qui gentibus præponuntur, & communi bono hominum: ultimisq; duobus infime hierarchie ordinibus. Sed sic nomine Principatus Gregorius usus non est. Porro Virtutes Gregorius eos spiritus nuncupat, per quos signa & miracula frequenter fiunt: quod Thomas intelligit & exponit, ut illi spiritus dicatur Virtutes, quæ ad quasdam particulares operationes ordinantur: dum in speciali casu aliquo, præter communem naturæ ordinem quippiam peragendum est: & iuxta hoc non incongruenter in infima hierarchia computatur. talia enim miraculosa opera, ad hominem & res humanas singulariter spectant: quibus ut ostensum est, infima hierarchia præfideat. Sed in præcedenti articulo aliter declarata est uirtutum proprietas. Itaq; difformiter quodammodo tradunt hi celestium ordinum nomen & ordinationem. Positio tamen Dionysii, qui & amantissimus secretissimusq; Pauli discipulus extitit, & cui Paulus referasse non ambigitur, quæ homini reuelari non licuit, eius inquam positio communior est. Vtraq; tamen sicut Thomas manifestat, ex uerbis Apostoli auctoritatem habere potest. Nam ad Ephesios scribens ait: Constituentis illum, Iesum uidelicet, ad dexteram suam in celestibus, supra omnem Principatum & Potestatem & Virtutem & Dominationem. Ex quo innotescit post Dominationes, Virtutes proxime collocari, & hunc modum obseruauit Dionysius. Sed Colossensibus idem scribens Apostolus dicit: Siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, in quo constat Principatus post Dominationes immediate ordinari: & hanc ordinationem sectatus est Gregorius. Vtraq; ergo positio sapienter ac sobrie recipienda est.

Articulus LXVIII. Et est solutio cuiusdam dubitationis quæ ex præinductis nascitur.

H Abitu quippe est, infimam hierarchiam nostræ ecclesiasticæ hierarchiæ præfideat, præesse, proximeq; superponi. Ex quo uidebitur forsitan alicui, non nisi infimæ hierarchiæ spiritus ad humanum bonum destinari: præsertim cum ordinata gubernatione series id ipsum exigat, ut à distanti in distans fiat processus per ordinata media, sicut ait Dionysius: & in Physicis Aristoteles. Non igitur superiores illæ deformes substantiæ, per semetipsas immediate, sed per subalternas sibi mentes, inferiorum uidelicet ordinum spiritus, humanam hierarchiam dirigunt, purgando: illustrando & perficiendo eandem. Præterea ut uerbis Gregorii utar, Dionysius Areopagita, antiquus uidelicet & uenerabilis pater fertur dicere hoc quod modo introductum est: q; scilicet inferiorum duntaxat agminum spiritus, ad humana solatia uel uisibiliter uel inuisibiliter mittantur. Sed huic dicto quod in Esaia scribitur, non uidetur consonare: Volauit inquit, ad me unus de Seraphim & in manu eius calculus quem forcipe abstulerat de altari: & tetigit os meum. Et Apostolus ad Hebræos ait: Nonne omnes administratorij spiritus sunt? Qui igitur sententiam Dionysii sectari eligunt, hoc respondent, q; inferiorum ordinum angeli, illorum spirituum nomen accipiunt, quorum explent officium. Etenim Seraphim, secundum præostensa, incallescens dicitur. Angelus igitur qui de altari carbonem abstulit ut locutionis peccata incenderet, non inconuenienter Seraphim appellationem sortitus est. Deniq; palam est, omnem reus creaturam catenam, uniuersumq; angelicæ metium ordinem comparari ad eum benedictum, sicut instrumentum & subserviens organum ad artificem & principale operantem: & secundum hoc, omnes administratorij spiritus sunt. Veruntamen q; non omnes immediate mittantur, neq; exterius destinantur sicut asserit Dionysius, ex uerbo Danielis propheta uidetur elucere. Contestatur nempe: Milia milium ministrabant ei: & decies milies centena milia assistebant ei. Super quo ait Gregorius: aliud est ministrare, aliud assistere. Qui enim ministrat, ad nos

Principatus, Virtutes,

Ephes.

Coloss.

Esa. 6.

Hebr.

Dan. 7.

ad nos quoq; destinantur. Assunt uero, qui sic contemplatione intima perfruunt, ut ad explenda foris opera minime mittant. Porro, quid ad hanc dubitationem simpliciter responderi coguat, determinare non præsumo. Hoc tamen pro summo Dionysio dici licet, q; secundum ordinatam regiminis uniuersam hierarchiam, institutionem hoc rationabile est, ut per inferiores spiritus hi qui sublimiores sunt, nostram hierarchiam dirigant: ut sic sursum actionem mundanarum à supermundanis mentibus ordinata sit. Deus autem qui totius ordinis omnisq; naturæ institutor est, secundum prædemonstrata in primo, uirtute sua ordinem ipsum supergreditur: neq; limitata est diuina causalitas, ut non nisi secundum inditam entibus naturalem legem operari queat. Vnde & Auicenna dicit primū principium extragenus, & super omnem ordinem consistere. Deus igitur mittere & operari potest in omni natura & ordine quemadmodum uult: cui sit ipsius uirtus profusa in determinata. In hoc namq; est deus omnipotens, q; omnia sicut uult, operari potest: quod Albertus asserit dixisse Auicennam. Enimvero spiritus quosdam celestes à quibusdam mitti, ex Zachariæ testimonio patenter innotescit, ait enim: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur: & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre & loquere ad puerum istum. Nec ambiguum est quin mittere, sit sublimioris ordinis: mitti autem inferioris: quamuis uicissim mitti dicatur, qui eiusdem naturæ est cum mittente: candorem namq; mittit lux ignis: & radium mittit lumens sicut contra Arrianos inducit Augustinus.

Articulus LXIX. Et est introductio quatuorundam rationum, quibus ostendi uidetur, non posse esse peccatum in dæmonibus.

Dæmon nempe in Græco, Latine sonat intelligentem: unde dæmon substantia intellectualis dicitur. Et sicut modo usus obtinuit, nomen dæmonis pro substantia intellectuali mala accipitur duntaxat. In præinductis equidem olim tractabatur, quemadmodum Platonicæ substantiæ intellectuales tripartiti sunt, in cædemones, cælodæmones & catodæmones eas distinguentes. Demonstratum est rursus, nil substantialiter malū esse: sed cuncta ab uno essendi fonte, deo sublimi & benedicto emanasse. In quo Martiano error hic ab Manichæorum error confusus est: quorum positio ab Empedocle philosopho origine uidetur duxisse. Dixit namq; Empedocles duo entium actiua principia, uidelicet amicitia & litē. Præfati autem hæretici, malū summū, & primū bonū, reus causas posuerunt. Cumq; error hic ab Aristotele posterioribusq; philosophis sufficenter destructus sit, nihilominus peruersi quidam homines nunc prænominati, etiā in Christianā legem eundem introducere præsumperunt. Quoniam igitur ostensum est dæmones malos esse & non naturalia malitia, restat ut peccato uoluntatis mali existimetur. Quomodo autem in dæmonibus peccatum esse queat, iam inquirendū est. Videtur etenim rationabiliter intendētib; non potuisse peccatum uoluntatis in dæmonibus contigisse. Nam cum bonum apprehensum sit obiectum uoluntatis, impossibile est in uoluntate peccatū accidere, si non præeat error intellectus. Dæmon autem est substantia intellectualis non sensitua & incorporea, non est ergo in eo potētia cognoscitiua nisi intellectus. Quicquid ergo cognoscit, intelligunt. In eo autem quod quis intelligit, non errat: ex defectu enim intelligēdi oritur omnis error in intellectuali essentia. Videtur ergo in dæmonibus non cadere error uoluntatis seu peccatū. Præterea, nulla uirtus cognoscitiua circa propriū obiectū decipitur: sed circa extraneū quiddam circumstantis. usus namq; non in iudicio coloris, sed circa sonū aut saporem, seu dū de specie rei iudicat decipi uidetur. Intellectus autem obiectū est quidditas rei. Si igitur intellectus aliquid ipsas entium puras quidditates phantasmatibus impermixtas agnoscat, non uidebitur error intellectus deficere. Nam in nobis intellectualis error hinc cōsurgit, quoniam formas rerum phantasmatibus permixtas contemplamur: qui cognitionis modus in dæmonibus locū non habet. non itaq; uidetur, qualiter in ipsis peccatum esse poterit. Adhuc, apud nosmetipsos cernimus, q; in uniuersali de aliquo notitiam ueram habentes, ideo deficimus & erramus, quoniam circa particularia impeditur iudicij rationis ob passionem aliquam lumen mentis obnubilantem: prout in irascentibus & incontentibus palam conspicitur. Cum ergo passiones tales in substantia intellectuali ac insensibili locum profusus non habeant, non appareat qualiter in operatione intellectus, eius peccatum possit existere. Amplius, nullius rei appetitus tendit nisi in id, quod sibi conueniens est ac bonum. Videmus autem, quod in his quorum sunt duo aut plures appetitus, ut puta sensituius & rationalis, ideo peccatum oriri, quoniam inferior appetitus non fertur in bonum & appetibile sibi secundum ordinem congruentiamq; appetibilis superioris appetitus: sicut dum sensitiua

Zach.

Dæmon.

Empedocles.

bona

bona contra intellectualium bonorum ordinem desideramus. Quae autem non nisi in unum singulari bonum ordinantur, in illud semper & sine errore moueri uidentur. Semper namque lapis appetit esse deorsum. Natura quoque eodem modo inclinatur quantum in se est, quamuis ob materiam in dispositionem aut conformem causam, uicissim aliter eueniat quam natura intendebat. In intellectualibus autem substantiis unus duntaxat appetitus est, & in unum solum bonum ordinatur. Non ergo dabilis uideretur modus, quo in illis peccatum esse ualuerat. At uero, substantiae intellectuales separatae, incommutabili uniuersorum principio uiciniore, & a materiae contrarietate remotiores sunt, quam corporales substantiae. In corporibus autem caelorum & eorundem animabus, si quis ea sentit animata, peccatum non cadit neque defectus: cum motus caelestium corporum sit ordinatissimus, & regularis ac uniformis, secundum Philosophum: totiusque naturalis ordinis causale quoddam principium. Minus igitur ut uidetur, in substantiis corporeis peccatum uoluntatis cadere ualuit. Enim uero cum uirtus in medio quodam consistat, ex superabundantia atque defectu peccare nos contingit. circa id autem quod secundum se ipsum medium seu in medio est, non peccamus. Non etenim quis peccat iustitiam appetendo, cum ipsa secundum se medium quoddam sit: substantiae autem intellectuales non sensitiuae, non corporalia bona, sed intellectualia solum appetunt, omnino nempe irrationabile est dicere, substantias ex natura incorporeas, corporea bona appetere, seu sensibilia quae sensu carent. Sed in intellectualibus bonis non est accipere superabundantiam & defectum. Nam secundum se inter superabundantiam & defectum media sunt: quemadmodum inter duos errores uerum medium est, quorum alter est in plus, & alter in minus. Unde sensibilia & corporalia bona in medio sunt, si secundum rationem sint: sicut in Ethicis ait Philosophus. Videtur ergo intellectus separatus, neque uoluntate posse errare. Porro cum secundum philosophorum sapientiores, intelligentia sit agens infallibile non errans, & sicut ait Auerrois, ipsa inalterabilis est, daemones quoque aliud non sit nisi intelligentia quaedam, & de intelligentiae ordine, si secundum naturam propriam in seipso consideretur seclusa malitia. Hinc igitur colligi uidetur & innotescere, aut non esse malitiam in daemonebus, aut certe eandem naturalem esse, non uoluntariam.

Articulus LXXX. Quomodo in daemonebus peccatum cadere queat.

S igitur Platonicos sectari quis uellet, non ei difficile foret praesentem difficultatem ab soluere. Dicunt nempe daemones animalia corpore aerea, mente rationalia, tempore aeterna & animo passiuia. Sic enim, cum secundum eos daemones corpora sibi habeant unita, sintque animo passiuia, non tantum intellectualis cognitio eis competit, sed etiam sensitiuae partis passionibus inesse nil prohibet. Sed quoniam contra positionem istam superius disputatum est, atque ostensum non esse corpoream naturam in daemonebus, restat ut alia uia inuestigetur, quemadmodum in illis peccatum esse possit. Porro iuxta scripturae testimonia, daemones nedum de ordinibus separatae substantiae: uel potius angelorum sunt, sed & primus daemoneum, summus extitit angelorum: cui per Prophetam dicitur: Tu Cherub signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore, in delicijs paradisi dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: Sardius, topazius, iaspis, chrysolithus onyx & beryllus: saphirus, carbunculus & smaragdus. Etenim per haec lapidum nouem nomina, nouem angelorum ordines secundum Gregorium intelliguntur: quibus ut idem ait, ideo primus ille angelus ornatus & operatus extitit, quoniam ex illorum comparatione clarior fuit, cunctisque angelorum praelatus agminibus. Hic porro tam sublimis spiritus praeparatus est, dum dixit: In caelum ascendam super astra caeli exaltabo: solum meum: sed et in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo. In his e quidem uerbis aperte innotescit, crimen daemone superbia fuisse: pro cuius intelligentia contemplandum est, quae admodum secundo primae Philosophiae inducit Aristoteles, in omni genere causarum: est ordo quidam. In formalibus namque causis ordo est, sicut & in formis. Sicut igitur in causis efficientibus ordo quidam attenditur, ita & in finalibus causis ordo est. Deus quippe, intelligentia, natura uniuersalis & motus caeli ac particulare agens, sunt causae efficientes, quae una sub altera est: prima uero nulli prorsus subalternari potest. Sic quoque in finalibus causis est: Nam cum bonum & finis coincidunt secundum Philosophum, sicut in bonitatibus, sic in finibus ordo est: Deus autem est finis uniuersorum, primus & uniuersalis: alij quoque sunt uniuersumque proprii ac particulares fines, sicut leuis, esse sursum. In omnibus autem causis subordinatis accidit peccatum, dum causa singularis & inferior, ab ordine primariae seu superioris causae abscedit: quemadmodum cum principali agente non paret instrumentum. In omni ergo ente

Daemones qui sint.

Ezech. 28.

Isa. 14.

eius finis est sub altero superiori fine, peccatum contingere potest, si res illa non debite ordinatur in superiorē finē: sicut finis militis est sub duce, & ducis finis sub fine regis comprehenditur. Nam uicissim explanatum est, ordinem esse optimum in entibus & intimum eisdem: eatenus, ut peccatum aliud non sit, nisi recessus ab ordine. Debitus enim & omnino decus ordo est, ut inferiora superiori, & praesertim creata creatori obediant & subsint. Ensignitur quod est sibi ipsi finis primus, sufficiens & totalis, uoluntate omnino peccare non ualet. Tale est autem deus, qui est pura bonitas sibi per se sufficiens: quod nulli creato attribubile est. Cum ergo finis proprius substantiae separatae sub ordine primi & diuini finis comprehendatur, ut scilicet deo subiici uelit & in ipsum ordinari, peccatum in ea cadere potuit: quia proprium finem & bonum non in diuinum bonum ordinauit, sed quodammodo in proprio bono sistebat. Licet enim unicuique uolenti, naturalis quaedam sit inclinatio, in propriam perfectionem ac bonum, hoc tamen non in dissolubiliter, neque naturaliter creatae menti competit, ut proprium finem in altiore ordinem, quasi ab illo deficere non possit: cum finis ille superior, non sit natura sua, sed superiori proprius: & omnis uoluntas creata, eo ipso quo creata, de se defectibilis est, ob libertatem propriam in utrumque uertibilis. Relinquebatur igitur in libertatis arbitrio substantiae separatae, ut finem propriumque bonum in ipsum diuinum bonum referret, aut non. Per hunc itaque modum intelligendum est, daemone primordiale crimen superbiam extitisse: non quod diuinitatis plenitudinem, deitatisque uerae, concuperet aequalitatem. (Nam hoc in intellectum eius cadere non ualuit. Illudque appetendo appetit se non esse: cum diuersitas rerum sit secundum naturam ordinemque specierum) sed quoniam regere, regulare & dominari, soli deo duntaxat congruat, primusque angelus praesens non subiacere, regere non regulari concupiuit, hinc dictum est, quod altissimo assimilari uoluit: & hoc summa superbia erat: cuius causa extitit nimia complacentia, inhaesio uehemens, intentaque conuersio uoluntatis in proprium bonum. Bonum nempe apprehensum, est uoluntatis obiectum. Ideo sicut proprium bonum singulariter contuebatur mente, sic in ipsum ferebatur & sistebat uoluntate. Unde elucescit non irrationabile fore, dum primus angelorum fertur cecidisse. Illius quippe pulchritudo & sublimitas, quoniam eminentes fuerant, fortius mouebant uoluntatem, ne subdi uellet. Denuo, ex hoc superbiae crimine odium contra deum iuste punientem, & rancor contra hominem in daemone consequutum est. Est autem insuper inueniendum, quod dum aliquis sub pluribus finibus constitutum est, tunc potest se uni illorum subdere cui uoluerit, & ab altero recedere: & a quocumque recesserit, semper peccabit, quod uolens superior quilibet finis recte se habet. Si uero finis secundarius a primario deuiet, ut non peccabit qui utriusque fini suberat, si a secundario fine recedat, primarioque solummodo se subiecerit. Miles namque qui sub duce, & rege est, siue a duce siue a rege recedat, semper peccat: dummodo dux sub rege manserit. Quod si dux non recte permanerit, recte utique mouebitur miles, sed solo rege perseueras. In angelicis denique spiritibus, quemadmodum in his quae de caelestibus hierarchijs paulo ante ferebantur claruit, ordo est: & ut dictum est, primus illorum fuerat, qui primus cecidit. Qui igitur ipsi primo subditi fuerant, errantique sibi non acquiescentes, sed sub diuino primoque fine persistentes, nullatenus peccabant: sed qui erranti se subditos fecerunt a primo & fontali fine abeunt, hi peccauerunt: & cum principe suo lapsi sunt.

Ordo, optatus in caelis.

Isa. 14.

Simile a miseria deum impia

Articulus LXXXI. De solutione rationum quae fiebant.

C onstat autem ex nunc dictis, ex hoc in daemone peccatum accidisse, quoniam bonum superius ad quod proprium bonum referendum fuerat, non considerabat, & non igitur, quia contra agnitionem ueri errauit. Defecit ergo intellectus talis, non sufficienter attendens diuinum & superius bonum: quod ideo euenire potuit, quoniam in proprium bonum uoluntas nimium ferebatur: sicut ostensum est plenius, & per haec, ratio prima soluta est. Secunda quoque soluitur per idem. Non enim circa contemplationem proprii obiecti errauit intellectus daemone: sed quoniam bonum superius praetermissit, in quod se ipsum ordinare debebat. Nam sicut in nobis peccatum accidit, dum inferiora bona appetimus, non secundum rationem & ordinem congruum respectu superiorum bonorum, ita in daemone peccatum fuit, quoniam in diuinum bonum, bonum proprium non retulit. Ad tertiam respondendum, quod in peccato daemone non erat praetermissio medijs per superabundantiam passionis: sed per inaequalitatem iustitiae. Deo enim cui debuit omne quod est & habuit, minus retribuit quod debebat. Responso denique quartae obiectio nis est, quod naturalia non tam agunt quam aguntur. Natura enim quae per se caeca est, ab agente cognitiua

cognitiue dirigitur. Mentis uero quæ liberae sunt, agunt sese prout eligunt. Ideoq; propriae uirtutes earum ad deum non tollit, ut peccare non possint. Et sic quinta in instantia solui potest. Sexta autem ratio soluta est in secunda & tertiae obiectionum solutione. Vltima etiam ratio obtinet, quod post peccatum daemone non resurgit: non autem, quod omnino inauertibilis sit à deo semper, & à sui principio.

Articulus LXXII. De sacramento eucharistiae.

Sunt equidē Ecclesiae quaedam sacramenta, quorum primū præcipuū est eucharistia: & ut Dionysii uerbis utar, diuina eucharistia. Hæc nēpe sacramenta, ecclesie prorsus necessaria sunt. Sacramenta enim ex passione Christi efficaciter sortita sunt. Est namque sacramentū, inuisibilis gratie uisibile signū. Inuisibilia autē dei dona cum uisibilibus signis hominibus tradi, penitus congruū, humanæq; conditioni proportionatū est: cū ex sensibilibus corporeisq; naturis, ad diuina ac inuisibilia sursum duci, conueniē ac connaturalē sit homini. Per uisibilia itaq; quædam congruit, ut salutē in nobis operetur deus. Porro mors Christi est quasi uniuersalis causa humanæ salutis. Vniuersalē autē causam determinari oportet & applicari ad unūquemq; effectū particularem. Hinc igitur necessarium erat, exhiberi hominibus quædam remedia, per quæ beneficium mortis Christi eis quodammodo coniungeretur. Talia uero remedia ecclesie sacramenta appellantur. Quoniam igitur eucharistie sacramentū spirituale nutrimentum est & cibus spiritus, sicut corpori corporale, & in nutritiā naturā transmutabile alimentū, necessariū est, quatenus ne dum ad debitā quæritatem perueniat, sed etiā post illius adeptionē sustentetur & subsistat. Sic utiq; & in spiritali uita alimentum quoddā spiritui necessariū extitit, quo uita denuo regenerati gratia & uirtutibus crescat, conferuetur & per duret: hoc diuina eucharistia est. Quippe cū spiritalia sub corporalī reum sibi correspondentiū speciebus congruēter nobis, quædam modo dū habitū est) donent, huiusmodi spirituale alimentū, sub corporalī alimentorū formis quibus cōmunitus utimur, panis scilicet & uini, traditū est. Hoc autē non sic intelligendum est, quasi alimentum istud spirituale non sit uerū corpus Christi, sed quoniam spiritum mentēq; non corpus reficit, ideo spirituale dicitur. Hoc namq; alimentū in se quidē corporale est, seu ex parte proprię naturę. Scriptū est enim: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Sed cibus iste (ut tactum est nunc) ob id spiritualis nominatur, quoniam nō in carnē aliti conuertitur, neq; corpus replet, sed mentē confortat. Deniq; sicut per baptisimū homo spiritaliter regenerat denuoq; renascitur, sic per eucharistiam spiritaliter, ne uita defluat mentis, quæ dei gratia est cibatur. Aliter autē coniungitur generans genitū, & nutrimentū nutritio. Palā nempe est, generans secundū uirtutē copulari genito: alimentū uero, secundū substantiam alito coniungi necesse est. Ut ergo corporalibus signis spirituales effectus correspondere, mysterium dei incarnati aliter in baptismo qui spiritaliter regenerat, atq; aliter in eucharistie sacramento quod spiritum reficit, nobis uniter: quoniam secundum similitudinem & uirtutem, uerbum caro factum, continetur in baptismo: sed substantialiter in eucharistie sacramento.

Articulus LXXIII. Quid de sacramento eucharistie orthodoxa fides teneat.

Nimiuero quemadmodū dicente domino, Ego sum panis uiuus, qui de cælo descendi. Et post pauca: Et panis inquit, quē ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Litigabant ergo Iudæi adinuicē dicentes: Quō potest hic carnē suā nobis dare ad manducandum? Sic & infidelium peruersi intellectus, hanc fidei diuinæ doctrinā impugnare non desistunt. Nempe, sicut ne dum Iudæi Christo prorsus increduli corripiti sunt auditis uerbis ueritatis, sed & discipulorū nonnulli turbati sunt, abeuntes retrorsum atq; dicentes: Durus est hic sermo: quis potest audire eum: sic non dū taxat infidelium societates, sed Christianissimi quoq; fidei professi aliqui, propter præinducti sermonis difficultatē, sese ab Ecclesie unitate segregauerunt, abieruntq; retrorsum, & hæretici facti sunt. Dicunt equidem, non realiter sed significatiue seu figuratim tantū corpus sanguinemq; Christi in hoc sacramento contineri uolentes, quod ueritas ait, HOC EST CORPUS MEVM, sic intelligi, hoc est signum uel figura corporis meī: quemadmodū ait Apostolus: Petra autem erat Christus, id est figura Christi. Introducunt in super propositionis suæ fulcramento, ea quæ dominus propter extirpandū discipulorū scandalum, quasi seipsum explanans, subiūxit dum ait: Verba quæ ego loquor uobis, spiritus & uita sunt, tanquam innuat, sermonem quem dixit non literaliter, sed secundum spirituale sensum debere accipi. Nos autē cum beato Petro agnoscentes, quoniam uerba uitæ habet qui hæc dixit, non abimus retrorsum: scientes,

scientes quoniam quæcūq; dixit dominus, potens est & facere. Cum iuxta Archangelī testimoniū, Non sit impossibile apud deū omne uerbum. Ideoq; præfata positio tanq; hæretica relinquenda est: quod ex uerbis saluatoris patenter elucet. Respondet namq; Iudæi corrixantibus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis uitā in uobis. Deniq; ad excludendū figurale tantummodo uerborum suorū intellectū, ait: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Et Apostolus scripsit: Quicumq; manducauerit panem hūc, & biberit calicem dñi indigne, iudiciū sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus dñi. In hoc quippe quod ait, non diiudicans corpus dñi, uerā realitēq; dominici corporis contentionē in sacramento hoc super benedicto, sufficienter contestatus est. Hæc est igitur fidei doctrina, quod in uirtute uerborū quibus Christus in nouissima cœna sacramentū istud instituit, ipsa panis substantia in substantiā dominicę carnis transsubstantiatur: uinūq; in sanguinē Christi ab his, quibus facer dotalis character impressus est, tanq; in Christi uicarijs, & in eius uirtute idipsum conficitibus. Neq; enī auctoritas ab hæreticis prædictis introducta, positioni eorū uim præstat: intelligitur namq; quoniam quāuis uera Christi caro in hoc sacramento edenda offertur ac contineatur, non tñ carnaliter & instar ceterorū ciborū traditur manducanda, sicut paulo antē claruit, & adhuc amplius clarebit. Vnde & in subsequētibz uerbis euāgelij saluator dixit: Si igitur uideritis filiū hominis ascendentē ubi erat prius, &c. Per quod discipulorū scandalū prorsus sopiē, fitamen intelligeret. Putabāt etenim sic dominicā carnē manducandā, quasi cōsumēda foret ut reliqui cibus: quē utiq; errorē uerba dñi præscindunt dū dicitur: Si igitur uideritis, &c. Non enī consumit: cū nec carnē ciber. Et p hunc modū exposuit Augustinus partē istā euāgelij. Articulus LXXIII. Obiectiones infidelium contra sacramentū eucharistie cōplectitur.

Deniq; quomō exaltantur cœli à terra, sic exaltatę sunt cogitationes dei à cogitationibus hominū. Stultā namq; fecit deus sapientiā huius mūdi. Mundus quoq; diuinā sapientiā infamā reputat. Sed est illuminatio à patre luminū descendēs, humanā mentē diuinæ menti concordē efficiēs, atq; in omnē nos ueritatē deducens. Qui igitur huius deformis illustrationis expertes sunt, cōtra præostenfam si ueritatē multipliciter obijciunt. Primo quidē: quoniam enim corpus Christi in hoc sacramento de nouo esse incipit, necesse est hoc esse uel per localem motū, uel per alterius conuersionem in ipsum. Primo autē modo impossibile est ut corpus Christi in hoc sacramento esse incipiāt sic enim desineret esse in cœlo. Mobile enim dum mouetur, priorē locū exit & deserit: alterumq; subintrat. Rursus, motus localis ad unū aliquid necessario terminatur. Ideoq; si per localem motū corpus Christi sub speciebus sacramentalibus esse inciperet, simul & semel nō nisi in uno altari de nouo adueniret. Neq; rursus uidet, quod per conuersionē alterius in ipsum in hostia altaris incipiat esse: id enim quod est terminus conuersionis, fit de nouo: ad ipsūcūq; esse per conuersionē. Non potest ergo conuerti aliquid in præexistens. Corpus autē Christi præexistit, atq; in cœlo quā ascendit perseverat. Nihil igitur in ipsum uidei posse conuerti. Præterea, ex parte loci sumunt rationes ad idē. Nam secundū Philosophū, necesse est locū & locatū fore æqualia: neq; alibi cernimus corpus maius in loco eo minori contineri. Cum igitur uerū perfectūq; Christi corpus multo maius sit q̄ dimensiones hostiæ, uidet penitus impossibile, sub tam modica quātitate, corpus tam magnū cōseruari. Adhuc, impossibile apparet in diuersis locis idē esse corpus. Corpus enim in diuersis existēs locis, haberet diuersa ubi quoniam secundū Gilbertū Porretanū, Vbi causat ex loco in ipso locato. Sed sicut ait in de Trinitate Boethius, diuersitas ubi, arguit diuersitatē corporū. Est ergo impossibile unū corpus in pluribus esse locis. Fides autē asserit in pluribus altaribus simul hoc sacramentum celebrari. Amplius, idē non distat à seipso: & impossibile est unū corpus simul q̄scere & moueri. Si autē simul existit corpus Christi in cœlo & sub formis hostiæ, distabit idē à seipso: erit idē corpus simul in motu & quiescens: quod prorsus impossibile est & cōtradictionē implicans. At uero, partes alicuius separatim esse non possunt, ipso toto remanere integro. Constat autē, panē & uinū seorsum esse in huius sacramenti celebratione. Si igitur sub speciebus panis contineatur corpus Christi, & sub formis uini sanguis eius, nec hic nec ibi erit integer Christus. Et si sub utriusq; speciebus utriusq; cōprehēdi dicat, obuiat præcedens ratio. Videtur ergo impossibile Christianæ fidei dogma. Porro ex parte accidentiū difficultas occurrit. Accidentis enim esse, est inesse secundum Philosophum septimo primæ Philosophiæ. Tam ergo impossibile est accidēs per se existere, quā impossibile est ipsū esse, suo esse non existente: cum suum esse, fit in esse. Sed accidentia panis & uini, post conserationem

Sacramentū, quid sit.

Iohan. 6.

Ibidem.

I. Cor. 10.

Lucæ 2.

Iohan. 6.

Eodem, I. Cor. 10.

Iohan. 6.

I. Cor. 10.

Boethius

creationem in corpore & sanguine Christi subiectari non possunt, sicut facile esset ostendere: nec etiam in circumstante aere: nam cum sicut formae corporis naturalis & quae dicitur esse sint qualitates secundae, requirunt subiectum determinatum naturae: non quale est aer. Videtur ergo substantia panis non conuerti in corpus Christi, ne accidens per se subsistere, facti oporteat. Amplius, differentia rei est inseparabilis a re. Impossibile est enim esse hominem, nisi sit rationalis. Sed accidens differt a substantia per inesse, inhaerere, in altero fundari & substantiae inniti. implicat ergo, accidens sine subiecto existere. Adhuc, formae accidentales in diuiduantur per sua subiecta. Remoto ergo subiecto, forma accidentalis esset uniuersalis & nequaquam singularis. Sed uniuersalia non subsistunt praeter singularia. Haec etiam formae si uniuersales essent, nihil agerent: cum agere sit singularium, secundum Philosophum primo Metaphysice. Et ostensum est, quod neque in corpore Christi, neque in aere subiectentur, Relinquitur itaque, quod suis propriis determinatisque subiectis inhaerent: praesertim cum accidens non migrat de subiecto in subiectum. Remanent ergo substantiae panis & uini, non ergo conuertuntur: neque sub eorum formis, corpus ac sanguis Christi subsistunt: cum non sit possibile duo corpora esse simul. Denique, sumi possunt rationes ad idem ex parte actionum & passionum, quae in uino ac pane apparent post consecrationem ut ante. Vinum nempe si in magna quantitate sumeret, inebriaret & calefaceret: aliasque physicas actiones causeret. Panis quoque confortaret & nutriret. Immo si haec diu incaute referuerent, putrescere uidebuntur, a muribus comedi, comburi atque in cinerem redigi, uaporemque resoluunt: quae physicae requirunt materiam. Corpori uero & sanguini Christi qui modo omnino impassibilis est, conuenire non queunt. Necessae est igitur panis ac uini substantias remanere, & non conuerti. Denuo, ex parte fractionis quae in hoc sacramento sensibiliter apparet, difficultas quinta nascitur. Non enim potest haec fractio sine subiecto esse: neque corpori Christi quod impassibile est, competere. Remanet ergo pristinum subiectum, substantia scilicet panis: neque transubstantiatur. Huiusmodi igitur sunt rationes, quas inimici ueritatis inducunt, fidem Christianae theoriae destruere molientes.

Aristoteles.

Articulus LXXV. Et est quarundam considerationum introductio: quibus elucescit, nil prorsus impossibile hanc fidei doctrinam continere.

Philosophari quid sit.

Miramur quippe effectum, causam ignorantes. Nam propter ammirari, coeperunt homines philosophari secundum Aristotelem. Est autem philosophari, eorum quae in natura sunt: causas perscrutari. Videntes namque homines lunam eclipsari, mirati sunt, & causam perscrutati: qua inuenta, abscessit admiratio, & aderat scientialis certitudo. Unde contingit, ut de eiusdem effectus intuitio, assistentium alius miretur, alter uero minime. Hic enim causam agnoscit, non autem ille. Quae admodum si sagitta a sagittate emissa, in praefixum signum frequenter feratur, qui sagittantis industriam ignorat, obstupescit: qui autem illam nouit, non admiratur. Effectus ergo aliquis in se quidem omnino mirabilis, & pene incredibilis est: qui tamen penitus possibilis apparet, si causa eius consideret. Unde haec transubstantiatio panis ac uini in corpus & sanguinem Christi, & reliqua quae in eucharistiae sacramento contingunt, in se utique considerata, ualde admiranda sunt: si tamen diuina uirtus penset, nil uidebitur impossibile eorum, quae in eo accidunt. Hic enim effectus, quocumque sit ille qui in sacramento contingit, finitus est & finitae admirationis: non enim transcendit ordinem atque uirtutem naturalium effectuum in infinitum. Diuina uero causalitas & potentia, omnino & omnimode illimitata est & infinita. Propterea, si effectus iste ad eam comparat, uidebitur tanquam nullius esse momenti, propter infinitam super altitatem diuinam uirtutis efficaciam. Qui ergo hoc sacramentum admirat, causam eius prospiciat: & ad eam referat cuncta, quae in ipso incomprehensibilia sunt: illa quippe in infinitum incomprehensibilior est. Secunda consideratio est: sicut enim in primo demonstratum est, deus est uniuersorum libera causa, omnium differentiarum entis institutor illimitatus: neque enim diuina uirtus determinata est ad hunc reorum ordinem, ac naturalem entium legem: sed quod dicitur ab initio libere indidit, hoc eis naturale est. Ipse autem deus sublimis & benedictus, determinatus non est neque limitatus, ut praeter & supra tale reorum primordiale institutionem, agere non possit: imo quae facile est ei, praeter & supra naturalem uniuersorum legem operari, sicut seruato naturali ordine. Porro, si hoc quod supra naturam agere deus efficit, naturis entium ab initio indidisset, quod utique facere poterat, sicut probatum est: tunc hoc quod iam supernaturale appellatur, naturale diceretur & conuersio. Valde ergo errant, qui diuinam uirtutem metiri uolunt ex instituto reorum ordine, entiumque naturali lege. Qui ergo sic naturam uniuersam instituit, ut naturaliter corpus unum in aliud non praesexistens transmutetur, atque in loco sibi coaequali mediantibus propriis diuisio,

diuisionibus collocetur, ob suae potestatis incircumscriptionem efficaciam, hoc quoque efficere potest, ut supernaturaliter aliquid in id quod praesexistit, non per motum, sed per transubstantiationem conuertatur: atque in minori loco non per proprias dimensiones directae, sed per substantiam contineatur. Quicquid enim contradictionem non implicat, diuinae subest potentiae: sicut contra Faustum Manichaeum ostendit Augustinus: & in primo demonstratum est. Haec autem transubstantiatio cum sit sine motu, & locatio corporis Christi cum primo substantiam, non autem dimensionem respiciat, non implicat. & hoc adhuc plenius declarandum est. Tertia consideratio est ex his, quae naturaliter fiunt: quorum nonnulla tam admiranda tamque sublimia sunt, ut his quae supernaturalia sunt, non minus incomprehensibilia uideantur, nisi quia communiora sunt, & secundum institutum entium naturalem cursum procedunt: quod pulchre ostendit Augustinus super Iohannem. Quod enim ex arido ligno uinum tandem nascitur, non minus uirtuosum est atque mirabile, quam quod ex aqua uinum factum est: a Saluatorem: nisi quia illud communius & ideo naturale dicitur: istud autem, non secundum in dicitur entibus legem factum est: & ob id supernaturale nominatur. Quaedam etenim reseruauit sibi deus, quae faceret praeter reorum ordinem opportuno tempore: & haec supernaturalia dicta sunt. Denique, totius uniuersi ex nullo praesistente productione, non minus incomprehensibilis uideretur, quam transubstantiatio unius praesistentis in aliud praesistens. Sed & totius mundi locatio in nihilo, quod non tam admiranda est, sicut existentia corporis sub minori loco: praesertim si corpus tale habitudinem habeat ad locum, non per suas dimensiones: & tamen in primo deductum est naturali ratione, necesse esse, totum reorum ordinem ab ente primo profuisse. Rursus, quod materia & forma ubilibet simul sunt, quod etiam ex simplici & incorporea forma, & potissime ex immateriali, intellectuali atque incorruptibili anima, corporeaque natura fiat una substantia, species una, ac una persona, satis difficile est contueri. Veruntamen naturalis ratio sic esse demonstrat, quamuis uicissim modum comprehendere nequeat. Insuper, quod tam modica oculi pupilla totius nostri hemisphaerii, tam multae tamque in coloribus & figuris differentium rerum species atque magnitudinem simul apprehendit, quod denuo in interioribus animae sensibus, tam innumerabili rerum formae, figurae & imagines referuntur: ualde utique mirabile est: & nisi entium ordo taliter ut est, institutus esset, huiusmodi impossibilia uiderentur. Cuius simile ex uerbis Rabi Moysi elici potest. Nam qui a puero in sylua & extra homines prorsus enutritus esset, humanaeque propaginis modi inexpertus, aut uix aut nullatenus crederet, si quis ei modum quo de matris utero genitus est atque processit, enarraret. Innouescit ergo, quod quauis fidei mirabilia & sacramenta eucharistiae supernaturalia, ualde utique in comprehensibilia sunt secundum se considerata, nil tamen impossibilitatis seu incredibilitatis complectuntur: dum etiam in naturalibus tanta apparet difficultas. Unde in de Caelo & Mundo ait Aristoteles dum quaestiones duas difficiles mouerat, quod de coelestium corporum ac siderum natura, motu & proprietate, modicum quid secundum topicam rationem determinare, magnum aliquid est. Non igitur mirum, si in diuinis summisque diuinae uirtutis operibus, humanae rationis lumen uehementer caliget.

Augustinus.

Idem.

Rabi Moyses.

Materia.

Articulus LXXVI. De conuersione substantiae panis ac uini in corpus & sanguinem Christi. In quo soluntur ea, quae ex parte conuersionis paulo ante obiecta sunt.

Deus porro benedictus, cuius super sublimis uirtus incircumscribibilis est & illimitata, in duobus ab agentibus naturalibus differt. Ipse nempe est naturae institutor: ideoque ad naturae leges, cursum ac ordinem in agendo determinatus non est. Prima igitur horum differentia haec est: quoniam naturale agens, non nisi per motum & transmutationem agit in alicuius rei naturalis productione. Deus uero cuius competit ipsarum essentias producere, sine motu & transmutatione operari potest. Quod enim causae secundae per motum efficiunt, deus immediate & per se efficere ualet. Secunda differentia est: quoniam naturale agens praesupponit materiam, quae transmutationis subiectum esse potest: cum sine motu non causet. Materia autem quae transmutationis subiectum est, necessario est quanta: sicut octauo de auditu Physico inducit Auerrois. Materia quippe secundum se & substantiam sui, non est quid, nec quale, nec quantum: sed pura potentia, indiuisibilis ac simplex entitas: ut septimo prima Philosophia dicitur. Quod autem dicitur materia non esse quid, non ita accipiendum est, quasi non sit essentia aliqua. Est enim principium rei naturalis & natura ueritas: ut Physico ostendit. Sed cum non sit quid in actu sed potentia pura, hinc dictum est, quod non est quid. Cuius sit simplex & indiuisibilis secundum se, ideo motus subiectum non est. Nullum enim impartibile moueri potest, secundum Philosophum 6. Physico. Constat igitur, quod causalitas

naturalis agentis non attingit materiam ut est quid, id est secundum ipsius essentiam. Deus autem cum sine mutatione prævia operetur, materia ut est quid, & essentia eius immediate attingere potest. Ex his innotescit, ab agente naturali non posse aliquid conuerti in præexistens. Primo quidem, quia omnis naturæ operatio præsupponit materiam per quam substantia in diuidatur: cum per motum causet. In motu autem necesse est remanere transmutationis subiectum sub utroque termino motus. Vnde Commentator ait, quod sicut transmutatio secundum ubi arguit locum, sic transmutatio secundum esse seu formam, arguit materiam. Propter quod Aristoteles appellat materiam ingentem & incorruptibilem. Hinc natura facere nequit, ut hæc substantia fiat illa: aut quod hoc conuertatur in id, quod est præexistens. Rursus, in motu fuit aliquid ab imperfecto esse ad esse perfectum: & quod est potentia tale, fit actu tale. Non ergo potest naturale agens conuerrere subiectum in subiectum. Ex opposito igitur, cum diuinæ uirtutis causalitas sine motu operetur, ipsamque materiam non tantum ut est quanta, sed etiam ut est quid attingat, conuerrere utique potest subiectum in subiectum, & substantiam hanc in illam: ipsa enim materia, substantialiter diuinæ uirtuti subiectiua est: cum per eam producat in esse. Contemplandum igitur, quod hæc panis ac uini in carne ac sanguine Christi conuersio, alterius est manerit: imò pene oppositi modi à conuersione naturali. In omni enim conuersione naturali, siue illa terminetur ad esse substantiale, sicut dum ex aere fit ignis, siue ad esse accidentale, ut cum ex albo fit nigrum, permanet idem subiectum: accidentia uero transeunt. In hac uero benedicta transubstantiatione, subiectum transit & accidentia perseverant: ideoque substantialis dicitur. Naturales uero conuersiones formales nominantur, quoniam terminantur ad formam subiecto manente eodem. Ex his elici potest, falsam esse positionem dicentem, panis substantiam in hac conuersione annihilari: conuersio enim fortitur nomen, speciem ac rationem, à termino ad quem. Cumque prænominata conuersionis terminus, sit corpus Christi quod est uera substantia, dici non congruit panis substantiam annihilari: sed neque resoluitur in materiam primam: quia si hoc dicitur, saluari non potest, quod corpus Christi aliter sub formis hostiæ esse incipiat, nisi per localem motum: quod præinductæ rationes sufficere destruant. Insuper ex iam ostensis constat, quod formam quæ in potentiam materię cessit & esse desit, eandem numero deus producere queat. Hoc enim inter rem naturæ permanentis & successiuæ interest, quia ad numeralem identitatem successiuorum, exigitur continuus: ut autem uidelicet esse ipsorum non discontinuetur nec interrumpatur. Ideo ait Aristoteles, quod ad unitatem motus requiratur unitas mobilis, unitas temporis & unitas termini ad quem. Impossibile est igitur motum interruptum numero eundem redire. Sed de ratione numeralis unitatis rei permanentis, non est unitas temporis seu continuitas. Non ergo repugnat naturæ rerum permanentium, ut eadem numero redeant ex parte producti, sed ex parte modi producendi, id ipsum rei permanentis naturæ repugnare contingit. Nam cum ut iam habitum est, naturale agens per motum causet, ideo id cuius substantia perijt, idem numero in esse reducere nequit. Hoc namque fieret diuersis motibus. Sed diuersi motus ad terminum numero eundem terminari non possunt, diuersis ergo motibus eadem forma producibilis non est. Deus uero cum sine motu agat, idem numero quod corruptum est restaurare ualeat: ut si ex igne fiat aqua, potest deus ex aqua in quam ignis mutatus est, ipsum numero eundem ignem rursus producere. Vnde quod circa finem secundi de Generatione ait Philosophus dum inquit, Quorum substantia perijt, non redeunt de naturali agente accipiendum est. Nam & transubstantiatio ista motus dici non debet, prout physicus de motu loquitur. Per hæc denique, ratio quæ ex parte conuersionis contra fidem eucharistiæ inducebatur, soluta est. Verum enim est, quod neque per localem descensum, neque per naturalem transmutationem in qua nouum esse acquiritur, corpus Christi sub sacramento esse incipiat.

Articulus LXXVII. De modo locationis corporis Christi sub speciebus hostiæ.

EX præostensis igitur palam est, substantiam panis in substantia corporis Christi, & in sanguinem ipsius, uini substantiam directe conuerti. Corpori uero non debetur locus, nisi per dimensiones. Impossibile est autem, idem corpus per proprias dimensiones in pluribus locis contineri: quemadmodum supraposita rationes lucide demonstrant. Ratio igitur, cur corpus Christi sub speciebus panis existit, est ratione conuersionis panis in ipsum. Sed cum corpus habitudinem non habeat ad locum nisi per quantitatem, & per propriam quantitatem corpus CHRISTI non fit sub hoc sacramento, ut probatum est, necesse est dimensiones panis post conuersionem remanere: quatenus per eas forriatur hunc locum, qui primo substantiæ panis debebatur. Nulla enim relinqueretur habitudo

bitudo corpori Christi ad prædictum locum, nisi panis accidentia remanerent. Sed cum illa permanent, substantia panis in corpus Christi conuersa, fit corpus Christi sub quantitate dimensionum panis: & conformiter de existentia sanguinis Christi sub speciebus uini intelligendum est. Est autem duplex quantitas: uirtutis scilicet & molis. Per quantitatem uirtutis, spiritus substantia determinat ad locum. Nam ubi operatur, illic est: & ideo diffinitive dicitur esse in loco. Corpus autem Christi in hoc loco diffinitive non est. Non enim est sic sub hac hostia, ut simul sub alia non sit: & multo clarius quod neque circumscriptione. Præterea contemplandum est, sub hoc sacramento adesse ex uic conuersionis aliquid, aut ex naturali concomitantia: id enim est sub eo ex uic conuersionis, in quod conuersio directe terminatur: sub speciebus scilicet panis, corpus: & sub speciebus uini, sanguis Christi. Sed ex naturali concomitantia, tam sub speciebus panis quam uini, sunt ea quæ realiter coniuncta sunt illi, in quod terminatur conuersio. Vnde cum Christus modo per partes separari amplius non possit, sub speciebus panis ex naturali concomitantia sunt anima, diuinitas & sanguis: cum tamen solū corpus sit per terminum transubstantiationis panis: quemadmodum per uerba consecrationis innotescit, dum dicitur: Hoc est corpus meum. Quæ uerba sunt conuersionis istius significatione & factiua. Diuinæ etenim uirtuti competit dicendo facere. Scriptum namque est: Ipse dixit & facta sunt. Confortiter, sub speciebus uini quod in sanguinem Christi directe conuertitur, sicut dicitur, Hic est calix sanguinis mei, necesse est & diuinitatem, & corpus ac animam Christi consistere. Vtrobique enim est integer Christus. Ex quibus elucescit, quod si in triuo mortis hoc sacramentum celebratum fuisset, nil prohibuisset sub formis panis ac uini corpus Christi & sanguinem separari extitisse, sub nullius illorum speciebus anima Christi existente, separata nempe tunc fuerant, corpus, sanguis & anima, nullibi tamen desuisset diuinitas. Rursus, cum Christus sine quantitate propria perfectus ac integer homo non sit, necesse est & dimensiones ipsius, tam sub speciebus panis quam uini contineri. In hoc tamen est diuersus modus à cæteris corporibus. Cætera enim corpora comparantur ad locum mediā dimensionibus propriis. Vnde neque in pluribus locis simul esse possunt secundum hunc modum: neque perfecte ac integre contineri queunt sub qualibet parte dimensionum, per quas habitu dinem ad locum sortita sunt. Sed corpus Christi secundum substantiam suam ad locum in quo conficitur, prime & directe comparatur, mediāntibus extrinsecis dimensionibus sub quibus continetur. Propriæ uero ipsius dimensiones, per substantiam ad locum habent habitudinem. Hinc igitur sub pluribus speciebus loco & situ distantibus, idem corpus Christi continetur: & sub qualibet parte hostiæ integrum atque perfectum existit: tū quia panis substantia cum secundum se sit in diuisibilis, sub unaquaque dimensionum suarum parte continebat, tum quia corpus Christi secundum se sit in diuisibilis, secundum quā extensionem non habet, ad locum hunc comparatur. Articulus LXXVIII. Solutio rationum quæ ex parte loci obijciuntur.

EX his autem rationibus quæ ex parte loci obijciuntur, soluendæ sunt. Et quidem prima illarum quæ inquit, quemadmodum in tam modica quantitate contineri possit integrum corpus Christi, ex præinductis soluta est. Ratio enim ob quam corpus locatur & locus sunt æqualia, est eorundem commensuratio: quæ ex eo confurget, quod substantia locari non per se metipsum immediate, sed mediate propria dimensione coaptatur loco. Cum igitur secundum præhabita, opposito modo corpus Christi sit in loco quo conficitur, ut puta substantia corporis primo & per eam ipsius dimensio ex concomitantia quadam, quæ sine dimensione corpus esse nequit, hinc palam est, rationem hanc non præualere in fide orthodoxa. Vnde, sicut substantia quæ secundum se (sicut primo Physicorum ait Philosophus) in diuisibilis est, & per consequens nec circumscribibiliter locabilis, mediante quantitate distenditur, partitur atque locatur, sic in hostia altaris, cum quantitas Christi non sit nisi mediante substantia, quæ secundum se (ut nunc dicebat) impartibilis est, ideo ipsa quoque in diuisibiliter in hoc loco existit. Ex quo elucescit, corpus Christi in sacramento non habere situm, qui est speciale prædicamentum: habet tamen situm qui est species quantitatis. Situs quippe siue positio uno modo accepta, est species quantitatis: alio modo est prædicamentum. Situs namque ordinem quendam partium importat. Hic igitur ordo partium attenditur, uel in ordine ad totum, uel in ordine ad locum: sicut quinto Metaphysicæ ostendit Auerrois. Si primo modo, sic situs est species quantitatis. Dicit nempe in Prædicamentis Aristoteles, quod quantitatum hæc quidam positiones habent, illæ uero minime. Dum autem situs importat ordinem partium corporis ad locum, sic est speciale prædicamentum: sicut etiam in libro sexto Principiorum, Gilbertus Porretanus deducit. Vtrobique autem modo dictus situs, semper à quantitate causatur. Quantitas etenim, dat cor-

A naturali agente nihil conuerti potest in præexistens.

Falsa quorundam positio.

Quantitas duplex.

Matth. 16. Paul. 1. 45.

Matth. 26.

Situs, qui uirtuti accipitur.

poti esse quantū, & etiā esse in loco. Et à primo oritur situs primo modo sumptus: à secūdo autē situs, q̄ est generalissimū. Quoniā igitur Christus in sacramento cōtinetur cū perfecta sua quantitate, manifestum est partes ipsius habere ordinem in toto: non autē per respectū ad locū, prout explanatū est. Sic igitur Christus in sacramento dicitur esse quantus: imō tātus sicut in cruce pendebat: non tamen quantitatiue, sed indiuisibiliter: eo q̄ non comparatur ad locū per propriā quantitātē. Pro secundā obiectionis solutione contemplandū est, q̄ sicut res cōstituitur in specie per naturā, sic ordinatur in loco per dimensionē. Quemadmodū igitur si idē haberet diuersas naturas, ut puta hominis & leonis, esset per illas in diuersis speciebus, humana uidelicet & leonina: sic cū corpus Christi sit in diuersis altaribus, non per proprias dimensiones, sed extrinsecas, corporis scilicet q̄d in ipsum conuersum est, hinc possibile est ipsum sub tot hostiā: speciebus contineri, quot in ipsum panis substantiæ conuersa fuerint: cū dimensiones illæ diuersificent. Sed per proprias dimensiones, in uno dumtaxat loco existit: neq; enim locū in celo Christus deserit, dum in altari esse incipit. Dicendum igitur non esse possibile, ut sit idē in diuersis locis per se, sed per accidens hoc accidit: cuius ratio nūc data est. Denuo aduertendū, q̄ licet corpus Christi sub speciebus panis nō diffiniatur localiter, diffinitur tamen substantialiter: & ad locū talem determinatur aliqua iter. Diffiniri equidem aliud non est, nisi terminari & fini. Vnde diffinitio à Aristotele s̄ primā Philolophiæ, appellatur terminus: quoniā comprehendit ea, inter quæ essentia diffinita uelut in termino quodā concluditur: essentialia scilicet rei principia, seu genus & speciem: quæ plenā diffiniti quidditatem expriment. Illud ergo substantialiter diffinitur, cuius esse ad genus & speciem ac in diuiduum determinatur. & per modum hunc corpus Christi ubilibet diffinitur, semper quippe est naturæ limitatæ, sed localiter non diffinitur, quia per extrinsecā dimensionē coaptat loco. & in quocūq; loco est quid transsubstantiale in ipsum, illic esse potest. Porro ratione conuersionis ac dimensionū panis, determinationē quandā habet ad locum, in quo panis præexistit. Hoc ergo modo corpus Christi in locis pluribus simul esse potest: cum tamen substantia separata per quantitātē uirtutis determinetur ad locum diffinitiuē per operationem. Virtus enim ipsius finita est & una: & hoc ex Damasceni uerbis accipitur. Istud quoq; non irrationabiliter contingit. Cum enim corpus Christi diuinitati quæ transcendenter ubiq; est, sit unitū, rationale est, ut ex unione hac ipsa, efficaciam quandam suscipiat, quæ in locis plurimis simul contineri possit. Ad tertiā insuper ex nunc ostensis respondere non est difficile. Constat enim, q̄ distantia & motus, dimensionem & locum sequantur. Spiritualia nanq; improprie distare dicuntur, nisi distantia ordinis. Nūc uero de distantia situs fit inquisitio. Sicut ergo impossibile est corpus Christi per proprias dimensiones in diuersis locis simul consistere, sic impossibile est, ut à seipso distet per se: aut q̄ simul quiescat & moueatur. Cum ergo motus & distātia dimensionē præsupponant, & per eam subiectentur in substantia, corpus autē Christi non nisi per alienas dimensiones in sacramento contineatur, palam q̄ distantia & motus non per se in se in quibus quis diceret idē corpus distare à seipso & moueri dum quiesceret: præsertim cum per substantiā & in diuisibiliter, absq; uidelicet ordine partiu ad locū, existat in sacramento. Ve q̄ quia secundum præhabita, corpus Christi quodammodo determinatur ad locū in quo est ratione cōuersionis ac dimensionū quæ remanent, hinc conce dere cogimur, ipsum per accidens moueri. Hostia enim tolli potest, & de altari poni in pyxidē: quo facto, esse definit ubi præerat. Quarta ratio plene soluta est in præcedenti articulo. Nihil itaq; impossibile continet fidei doctrina: neq; ratione uinci potest.

Articulus LXXXIX. Et est explanatio, quemadmodum accidentia possunt per se subsistere in sacramento Eucharistiæ.

ENimvero, difficultates quæ ex parte separatæ existentia accidentiu in hoc sacramento contingunt, in duobus potissimū fulciuntur. Primo, quoniā accidentia causantur à substantia, & dependent ab ea: ut septimo Metaphysicē scribitur. Secūdo, quā accidentia cū sint formæ, in diuiduari nequeunt nisi per subiecta. Vnde si subiecta tollant, uidebit in diuiduatio periri. Sed impossibile est aliqd in re: natura existere, nisi in diuiduatu sit & singulare existat. Hinc nāq; ubiq; Aristoteles Platōis admirat philosophiā, quæ res quidditates & separatas ab indiuiduis, & tñ subsistentes, asseruit. Restat ergo ostendere, diuina uirtute fieri posse, ut accidēs sine subiecto & permaneat, & indiuiduet: quoru primū non est difficile manifestare. Constat equidē ex traditionibus primi libri, causas secundas & esse & causalitatē à primo ente communicata fore: sic tamen, ut deus benedictus & excel-

& excelsus, hoc per se efficere ualeat, quod per causas secundas fit. Omnis nempe causa secunda agit in uirtute primi principij. Quicquid deniq; à secundis producitur, à prima causa quæ est uirtus uirtutum, & fons uniuersæ uirtutis, eminentius fortiusq; producitur: sicut in libro Causarum demonstratur. Si ergo substantia creata in uirtute primi causantis, accidentium formas & producit & conseruat, tunc utiq; deus cuius potestas prorsus illimitata est, immediate atq; se solo dare potest accidentibus conseruationē & esse. Deleta est igitur prima difficultas. Porro accidentia sine subiecto per se posse existere, diligenter perscrutari congruit: hoc quippe accidenti repugnare uidef. Nam sicut ex ui hominis elucescit, accidens quasi ad aliud cadens dicitur. Si ergo per se subsistat, nomen rationemq; accidentis ut apparet, deserit. Contemplandum igitur, quæ admodum 12. Metaphysicæ introduxit Commentator Auerrois, omnia accidentia licet ex substantia orientur eiq; innitatur, hoc tamē ordine quodā accidit. Primo nanq; substantiā cōcomitat quantitas: & hoc (ut ait Boethius) est ratione materia. Sine quātitate enim substantia materialis, neq; motui, neq; loco aptat. Reliqua denuo accidentia mediante quantitate fundantur in substantia: sicut albedo per se perficit. Sic igitur consistemur accidentia sine substantia in sacramento existere, ut sola quantitas per se steteret: cetera autem in ipsa subiectentur, & per consequens in diuiduetur. Si itaq; demonstrari queat, q̄ quantitas per se ac sine subiecto in diuidua sit, tunc secunda difficultas sopitur. Hoc uero sic deducendum est. Ens enim diuiditur in ens singulare & uniuersale: sicut in libro 1. de interpretatōe ait Philosophus: Res autē uniuersales, alie particulares. Deniq; prout presentati speculationi sufficit, in tribus distinguūt uniuersalia à singularibus. Primo, quā singularia habent esse determinatū ad hic & nunc. I. ad locum & tempus. Uniuersalia uero dicuntur ubiq; & semper esse: quoniam ipsorum ratio abstrahit ab hic & nunc: aliter homo uniuoeco nō diceretur de homine qui est Romæ, & qui Parisiis, & eo qui nunc est, & ante annos mille extitit: quāuis quorundam intellectus, intelligere uel nolint uel nequeant, quomodo uniuersalia dicuntur esse ubiq; & semper. hoc enim non est intelligendū secundū actualē existentiam, sed (sicut antiquoꝝ exponit subtilitas) secundū cōmunicabilitatis aptitudinē ac in determinationē. Secunda horū differentia est, quia uniuersalia sub eadem specie non plurificantur: sed tantum singularia. Distinctio enim uniuersalium formalis est, & fit per differentias: sicut per rationale & irrationale, animal in hominē brutumq; partitur: singularia uero, per materiam signatam multiplicantur secundū Aristotelem & Boethiū. Tertia proinde distinctio est, quoniā uniuersalia sunt incorruptibilia & immobilia: singularia autē destructibilia sunt motuiq; subiecta. Sciētia em̄ (sicut primo Posteriorum ait Philosophus) non nisi perpetuoz incorruptibilium, & aliter se habere non potentium existit: ideoq; Boethius: Sciētia est inquit, eorum quæ in cōmutabilē sui fortuntur substantiā. Ex quo constat, q̄ qui uniuersalia negant, nondum agnouerūt de quo sit sciētia. Propterea beatus Anselmus huiuscemodi physiologos dialecticos, hēreticos appellat. Innotescet itaq; quantitatem per se fore in diuidam, si probari possit, has nūc positas singularium tres conditiones ipsi competere sine substantia, ut puta ex seipsa. Tres igitur prædictis colligunt rationes, quibus id ipsum cōuincitur. Prima ex uerbis Auicēne sumit: substantia enim cū sit secundū se in diuisibilis, non nisi per quantitātē determinatur ad locum. Per dimensiones nanq; extenditur, quantitas ergo per se ipsam coaptatur loco. Nam quod est, per aliud, reduci necesse est ad id quod est per se. Si ergo per quātitatem locatur substantia, tunc quantitas per semetipsam locabilis est. est ergo per se in diuidua: quemadmodum ex prima conditione singularium patet. Secunda ratio est, quoniam quantitas dimensionū, ex se ipsa extensionē habet: quoniā positio quæ est ordo partium in toto, in ipsius ratione cadit. habet ergo ex se partem & partē: quæ utiq; quantitatiue uel potius quantitates quedam sunt, & non nisi numeraliter distinctæ: sicut linea partibilis est in partes, quarum quælibet est linea. Sed nunc dictum est nil numeraliter sub eadem specie plurificari nisi indiuiduum. Est ergo quantitas ex se indiuidua. Tertia ratio est: sicut enim ex præinductis constat, q̄ quantitati per se competit esse in loco, sic & mobilitas sibi competere potest. Nam moueri, consequitur ad esse in loco: unde sine quantitate nihil moueri potest secundum Philosophum. Cetera itaq; accidentia in dimensionibus hostiæ sustentantur & in diuiduantur, diuina supplete uirtute in illis dimensionibus, quod prius substantia panis eidē præstabat.

Articulus LXXX. Solutio rationum quæ contra accidentium separationem inductæ sunt,

Accidēs unā
dicatur.

Entis diuisio.

Anicimus

Diffinitio.

Damascenus.

Aristoteles.

Quod autem accidentis esse dicitur inesse, ob naturalem naturaliterque inseparabilem dependentiam accidentis ad substantiam dictum est: non uero ideo, quasi accidens esse non habeat propriam naturam. Sic enim res habet essentiam, ita habet esse: cum esse sit actus essentiae, sicut lucere est actus lucis. Accidens autem habet essentiam ueram, propriamque generis naturam, & ab essentia substantiae diuersam. Aristoteles enim quinto primae Philosophiae, diuidit ens reale seu extra animam, in decem praedicamenta. Sic igitur accidentia sunt per se in praedicamento, sic sunt uera entia: & per consequens propria essentiam habent. Ens namque dicitur ab essentia, sicut album ab albedine. Habent itaque accidentia esse propriae naturae, & non tantum inesse. Per hunc etiam modum intelligi debet quod dicitur: accidens non esse ens sed modum entis. Hoc quippe propter defectibilitatem accidentiam accidentalium naturae dictum est. Ad secundam dicendum, quod accidens differt a substantia: non per actum, sed per aptitudinem inherendi. Haec quoque aptitudo inseparabilis est, si natura accidentis secundum se ipsam attendatur. Porro, obiectio tertia in praecedenti articulo plene soluta est. Ostensum est enim, quomodo quantitas per se indiuiduetur, & per eam caetera accidentia, quae per se indiuiduari nequeunt & sine subiecto multiplicari, sicut dimensio. Multa namque albedines comprehendi non possunt, nisi secundum multitudinem subiectorum. Unde dici solet, quod impossibile est plura accidentia solo numero diuersa, in subiecto eodem fundari: distinctionem enim rationem nullam habent: sicut etiam materiam reorum corporalium, non nisi per formas distinguere possunt. actus enim est qui distinguit & separat. Ideo primo de Generatione dicit Aristoteles, omnium generabilium una esse materia.

Articulus LXXXI. De solutione eorum, quae ex parte actionis & passionis opponebantur.

Ex praedeterminatis denique, uia reserata est ad dissolendam difficultatem, quae praesentem materiam concernit ex parte actionum ac passionum, quae in sacramento apparent post consecrationem sicut ante. Sunt autem duplices actiones seu passionis, quae post consecrationem sacramento attribuuntur. Quaedam enim earum ante consecrationem substantiae attribuebantur: quaedam autem principaliter accidentibus. Cum enim accidentia ista sint sensibiles qualitates, ut puta sapor, albedo uel quantitas, et ostensum est quantitates per se existere, & in ipsa, alia fundari, hinc non est difficile uidere, qualiter actiones uel alterationes quae sensibiles qualitates sequuntur, post consecrationem remaneant: ut quod sensum inueniunt, uel circumstantiam medii. Unde albedo, sapor, mediante subiecto quod est quantitas, nunc operantur: sicut prius in uirtute substantiae operabantur. Sed generatio & corruptio, quae in hoc sacramento accidere uidentur, sicut ante argumentabatur, amplioris difficultatem inducunt. Tales quippe mutationes ante consecrationem, non nisi circa substantiam uidebantur posse accidere. Quidam igitur dixerunt hoc sacramento hominem non posse nutriti, sed refocillari dumtaxat & confortari: sicut cum ad odorum uim quis corroboratur. Sed istud non uidetur stabile esse. Nam confortatio talis, licet ad horam duraret, per eam tamen sine alio alimento nullus diu subsisteret: sed experimeto facile comperiri posset, sacramento tali cibo quempiam diu posse sustentari. Praeterea, cum per combustionem seu putrefactionem hoc sacramentum in aliam substantiam, ut puta cineris uel pulueris conuertere possit, imo ut sensui patet conuertatur, non uidetur cur negent in carne & sanguine idem ipsum conuertere posse. Alii igitur dixerunt, quod sicut miraculose substantia panis in corpore Christi conuertitur, sic miraculose in substantiam ipsa quoque conuertere accidentia. Sed istud rursus modicum ualere uidetur. Primo enim non apparet congruum, ut miraculo ascribatur neque miraculo uidetur conueniens, ut hoc sacramentum putrescat, aut per combustionem dissoluatur. Amplius, quoniam putrefactio & combustio, consueta naturae ordine sacramentum istum contingere inueniuntur, quod in his quae miraculose fiunt uenire non solet. Alii ergo aliam positionem induxerunt: dicentes substantiam panis diuino miraculo redire, dum per nutrimentum in carnem seu sanguinem nutriti, hoc sacramentum conuertere dicitur: seu etiam in cinere per combustionem resoluitur: sic quod neque accidentia, neque corpus Christi conuertantur: sed substantia panis quae praeterat. Sed hoc responsio caeteris non placet. Id enim ut dicunt, quod in aliud conuersum est, idem numero redire non potest: nisi id in quod conuertebatur, rursus conuertatur in ipsum. Si igitur panis substantia quae praefuit redeat, oporteret corpus Christi denuo conuertere in ipsam: quod male sonaret. Alias quoque rationes in hoc introducunt. Unde rationabiliter uidetur his ut dicatur, quod sicut ipsa consecratione, diuina uirtute panis substantia conuertitur in corpus Christi, & ex consequenti accidentibus conuertitur per se subsistere, quod substantiae

substantiae proprium est secundum naturam, sic pariformiter eisdem donec ut possint ea facere & pati, quae substantia facere ac pati possit si adesset: & ita sine nouo miraculo nutriti, inebriari, in carne permolari & putrefcere possunt: quod tamen naturae prorsus impossibile est: cum substantia ex non substantia generari, naturale non sit: sed in fine uirtuti nihil eorum quae incommutabilia contestatur ueritas, impossibile est. Enim uero dubium nobis non est, tot miracula in hoc sacramento fieri, eiusque ueneranda ueritate tam incoprehensibiliter uelari propter fidei augendum meritum: ut sit fides sacramenti huius eo magis meritoria, quo ipsum ineffabilis est: siquidem fides si ratione stabilitur, merito destituitur.

Articulus LXXXII. Et est responsio ad instantiam, quae ex parte fractionis introducta est.

Nunc porro ad obiectionem quae ex parte fractionis facta est, respondere congruit. Et quidem fractionis huius subiectum, corpus Christi non est. Declaratum est enim, ipsum sub hostiae qualibet parte contineri. Quoniam denique explanatum est, quomodo quantitates extensio partiumque ordinatio conueniat, non iam difficile est conuerti, qualiter fractionis subiectum esse ualeat. Erant autem quidam, qui audientes in sacramento accidentia per se existere, existimabant hoc ipsum de omnibus accidentibus uniformiter intelligi debere. Unde motum & fractionem qui in hostia conspiciuntur, putabant in nullo mobili subiectari. Ex quorum positione sequeretur, in sacramento altaris nil frangi: cum tamen sit ibi uera fractio, nil etenim frangitur, nisi fractioni aliquid subijciatur. Sed doctores asserunt, accidentia successiuae naturae nullatenus posse per se subsistere. Impossibile nempe est esse motum, si nil moueatur. Est autem inter res naturae permanentis & successiuae ista distantiam: perfectio permanentium in partium suarum similitudine consistit: sed natura successiuorum, in cuiusdam fluxus continuitate attenditur secundum ordinem posterioris ad prius: sicut in motu & tempore uideri potest. In motu autem fluxus iste seu ordo posterioris ad prius, ex mobili necessario dependet: prout ipsum continuo in altera ac altera dispositione se habet. Ideo Aristoteles ait, quod ad unitatem motus, unitas mobilis, temporis ac termini ad quem requiratur: & ob id dicunt Theologi, accidentia successiuae naturae sine subiecto non esse.

Articulus LXXXIII. De praedestinatione, reprobatione & electione diuina.

Denique, cum peccans gratiae impedimentum praestet, ideoque secundum ordinis rerum exigentiam gratia priuandus sit, deus tamen qui ordinis institutor, auctorque naturae existit, peccantium quosdam misericorditer praue nit per gratiae infusionem, eosdem a malis auertendo, & ad bonum dirigendo: & in hoc bonitatis suae largitas ac maiestatis uirtus relucet: quemadmodum in his quae in natura supernaturaliter operatur: ut sunt mortui resuscitatio: & quies solis. Alios denuo peccantium iuste derelinquit, quatenus in illis ordo diuinae aequitatis seruetur: sicut etiam non omnes mortuos suscitatur, neque languidos uniuersos curatur: in his ordo naturae resplendet. Quia ergo diuina operatione, hominum hi quidem per gratiae adiutorium in finem ultimum dirigunt, caeteri uero hoc gratiae subsidio expertes atque deserti derelinquuntur, & ab ultimo fine decidunt, hinc necesse est huiusmodi diuersitatem hominum, ab aeterno in diuinae mentis consilio esse ordinatam. Quicquid enim a deo agitur, in ipsius sapientia ab aeterno prouisum est & ordinatum: sicut in primo ad longum deductum est. Secundum ergo quod quosdam ab aeterno praedestinatum, ut in ultimum finem dirigendos, dicitur eosdem praedestinasse: & qui ita praedestinati sunt, praedestinati appellantur. Unde ad Ephesios primo ait Apostolus: Qui praedestinauit nos in adoptionem filiorum, secundum propositum uoluntatis suae. Denique, hos quibus ab aeterno disposuit se gratiam non daturum, reprobasse & odio habuisse dicitur, iuxta illud Malachiae: Esau odio habui. Hinc quoque ad Romanos scribens ait Apostolus: Volens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam. Porro cum hominum in conformibus culpis obnoxiorum, hos praue nitendo conuertat & dirigat, hos uero iuste deserat, secundum ordinem reprobationis procedendo non est ratio, cur hos conuertat & non illos. Hoc namque ex sola simplicitate ipsius uoluntate deprederit: sicut etiam ex simplici dei uoluntate emanauit, quod cum omnia ex nihilo produceret, quae da quibusdam digniora constituta sunt, nullo prorsus antecedente

Ens diuisio

Actus

Corpus Christi fractionis subiectum non est.

Praedestinati qui.

Mal.

Rom.

Rom. 9.

antecedente merito aut demerito: quæ admodum etiam ex simplici artificis uoluntate ori-
tur, ut ex eadem materia uniformiter disposita, quædam uasa ad nobiles, quædam autē ad
ignobiles usus formetur. Propterea nempe Apostolus: An non habet inquit potestatem
figulus, ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam?
Vnde constat, prædestinationem ex meritis non processisse: gratia enim quæ est prædesti-
nationis effectus, non præuenitur meritis, sed præcedit merita hominum uniuersa: alioquin
gratia non esset gratia. Si enim ex operibus, iam gratiæ ratione amittit. Præterea, cum uo-
luntas diuina sit prædestinationis causa: uoluntas autē diuina est prima causa: sed primæ cau-
sæ non est causa: aliter esset aliquid prius primo, quod implicat. prouidentię etiā diuinę res
creata causa non sunt: æternę enim præordinationis res, temporalis causa non est: sed hoc in
primo plenius demonstratum est. Per hoc autē positio Origenis destruitur. Dixit enim hos
conuerti ad deum & non illos, propter quædam opera ac merita, quę eorū animę priusq̃ cor-
poribus imprimerentur, fecissent: de qua quidem positione in hoc secundo diligentius in-
quisitio facta est. Porro, ratione distinctionis secundum quam quidam prædestinatur, qui-
dam autē reprobantur, diuina electio dicitur: de qua ait Apostolus: Elegit nos in ipso ante
mundi constitutionē. Licet autē electionis seu prædestinationis nulla merita causa sint effe-
ctuum, tamen prædestinationis & electionis, unus alteri causa potest esse. Dicitur insuper
prædestinatio respectu saluandorū: præscitiā uero respectu reprobōrū & electōrū dici in-
uenitur. & quidem præscitiā ad mortem, reprobi appellantur. Veruntamen cum præsciti ad
uitam singulare nomē, ut puta prædestinationis sortiti sint, nomen præscitiā respectu re-
probōrū cōmuni accipi solet, ut reprobi existentes præsciti nominentur. Elucescit igitur
ex his, quæ prædestinatio, reprobatio & electio, prouidentię diuinę partes quædam sunt, quo-
niam respectu rationalis creature duntaxat dicuntur prouidentia aut omnia cōuertit. Hinc
igitur ex eisdem considerationibus, quibus præordinatum est prouidentiam rebus necessi-
tatem non influere, etiam nunc deduci potest libertatē ac contingentiam non tolli ab enti-
bus propter prædestinationem, reprobationem electionemq̃ diuinam. Quę enim de prou-
dentia in primo habita sunt, hic utiq̃ locum habent: sed reiterare ea non congruit.

Ephes. 1.

Prædestinatio

Præscitiā

Articulus LXXXIII. Quemadmodum prædestinatio Christi, fit causa &
exemplar prædestinationis nostrę.

Est quippe prædestinatio, diuina quædam ac æterna præordinatio eorum, quę in tem-
pore per dei gratiam fienda consummandaq̃ existunt: quod iam quoq̃ prædictū
est. Est autē in tempore uel potius in temporis præordinata plenitudine hoc factum
ut per unionis gratiam homo esset deus, & deus homo: nec dubium quin æterna
ratione id ipsum a deo prædispositū sit. Itaq̃ naturarū duarum in una persona Christi unio,
sub æterna dei prædestinatione cadit: & ob id dicitur Christus esse prædestinatus, sed sin-
gulari modo. Ceteri enim prædestinatur, ut sint adoptiui dei filij, iuxta illud Apostoli: Præ-
destinavit nos in adoptiōe filiorū dei. Sed sicut Christus singulari modo præ alijs dei filius
est, sic specialiter prædestinatus est. Non enim Christo competit esse filium adoptiuum, sed
potius naturalem. Natura namq̃ humana ad personalitatē uerbi assumpta est, ut sit idem fi-
lius in duabus naturis subsistens: sitq̃ unus filius dei patris & sacræ uirginis, de quo super-
ius tractatum est. Per modum igitur hunc, ratione naturæ assumptę dicitur Christus præ-
destinatus. Denuo contemplandū est, quæ prædestinatio dupliciter considerari potest. Vno
modo secundum ipsum actum prædestinantis: alio modo secundum terminum seu finem
prædestinationis, id uidelicet, ad quod aliquis prædestinatur. Respondendū igitur, quæ præ-
destinatio Christi, causa est atq̃ exemplar prædestinationis nostrę: quod ad secundam præ-
destinationis considerationē. Quod nempe sit causa, sic innotescit. Nam ab æterno ordina-
tū est, ut humana salus per Iesum Christū consummaretur. Quod insuper fit exemplar præ-
destinationis nostrę, hoc modo sic elucescit: Iam enim ostensum est, Christū singulari mo-
do prædestinatum dicitur ad hoc uidelicet, ut sit naturalis & non adoptiuus dei filius. Quod
tamē prædestinatio competit Christo propter naturam assumptam, lucidius iam inductū
est. Nos deniq̃ in adoptiuam filiationē prædestinamur. Hæc uero prædestinatio, naturalis
prædestinationis participata quædam similitudo existit, testante Apostolo ad Romā-
nos primo: Quos inquit præscituit, hos & prædestinavit cōformes fieri imaginis filij sui. Rur-
sus, prædestinatio Christi, nostrę prædestinationis exemplar dicitur propter modum cō-
sequēti bonum, quod est prædestinationis terminus. In Christo enim natura humana nul-
lis suis præuentibus meritis, cætenus per gratiam exaltata est, ut ad personalem subsistentiā
uerbi

Ephes. 1.

uerbi sublimata sit. Nam & de plenitudine gratiæ ipsius accepimus omnes. Hæc equidē tū
supereminens gratia in Christo, non incongruenter exemplar nominatur susceptionis gra-
tiæ nostrę. Si autē accipitur prædestinatio secundum primum modū, tunc prædestinatio
Christi neq̃ causa est, neq̃ exemplar prædestinationis nra: sicut beatus Thomas ait. Quod
non sit causa, ostendit: Sic enim est æterna, ideoq̃ causam non habet. Rursum, quoniam ex sim-
plici dei uoluntate dependet. Præterea, remota causa remouetur effectus: sed remota præ-
destinatio Christi, nostrę prædestinationē tolli non oportet. Nam ut in libro de Trinitate
Augustinus scribit, Si dei filius non incarnaretur, erat adhuc alius modus nostrę salutis.
Pater igitur quemadmodum uerbum Apostoli accipiendum sit, quo ait: Adoptauit nos in
adoptiōem filiorū per Iesum Christum. Porro, quæ nec fit exemplar prædestinationis nostrę
Christi prædestinatio, si non prædestinationis primo modo sumatur, inducitur: exemplar
enim præexistit exemplato, & in cognitionē illius deducit. Sed primo modo dicta prædesti-
natio, est æterna: neq̃ necesse est, ut in ipsius agnitionē duceret deus ex aliquo alio. Verum
tamen, quæ secundum modum nunc præexplanatum prædestinatio Christi prædestinatio
nostrę exemplar sit, ex eo quod in libro de prædestinatione sanctorū ait Augustinus, uerbo
innotescit: Est inquit, præclarissimū lumen prædestinationis & gratiæ, ipse saluator.

Ioan. 8.

Ephes. 1.

Articulus LXXXV. An tantus sit numerus hominum electorum, quantum
est numerus angelorum reproborum.

Porro de angelorum lapsū & crimine, paulo antē habitum est. Denuo ex præindu-
ctis patet in eiusdem ueritatis, haud dubium quin primæ ac increata cōtemp-
tione, hominum angelorumq̃ plenam beatitudinē fore cōstitutam: & sicut diuina
fides astruit, ad supplendū angelorū casum, homo ipse creatus est. Angelica namq̃
natura in his quæ perierunt, liberata est. Numerus autē ciuium supernæ ciuitatis electorū
dei, præordinatus est utiq̃ & determinatus prorsus ab æterno in diuinæ mentis sapientia.
Siquidē in numero, pondere atq̃ mensura uniuersa constituta sunt: præsertim ea quæ opti-
ma sunt in entibus. Hinc ad reparatiōem eorū qui lapsi sunt, homines facti sunt, ne semper
in cōpletus perseveret electorum numerus. Siquidem ob aliam causam nullū hominē creatus
est, quæ iam referata est, tunc palam, quæ cōequalis & tantus sit electorū hominum nume-
rus, quantum & spirituum illorū qui prolapsi sunt. Sed an ob hanc solummodo causam, hu-
manarū naturę propago instituta sit, indagandū est. Et quidē, si angelorū numerus cōpletus
fuerat, ita quæ tantū electorū multitudinem cōprehenderit, quorū præordinati sunt electi
ad uitam, tunc rursus manifestum est, non fore plures electorū hominum quā angelorū præ-
uaticantium. Sic etenim ob nullam aliam causam homo creatus esset, quam ut angelorū lo-
cū possideret: quo cōcesso, deinceps concedendū est, angelicam humanamq̃ naturā simul
productā non fuisse. Si enim omnia ipse quoq̃ homo & angelus simul distincte facta sunt,
quemadmodum scriptum est, Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul, tunc necesse erat
aut humanam angelicam uel creaturam transgredi atq̃ e regno iuste depelli, aut certe nu-
merum ab æterno prædispositum electorum augeri: aut humanum genū præordinatā
beatitudine penitus priuari. Non enim potuit æternæ sapientiæ dispositio frustrari, ut mi-
nueretur augereturue præordinata electorū multitudo. Ideoq̃ uel necesse erat angelum
peccare, aut hominem cœlesti felicitate omnino destitui: aut hominem præuaticari: quare
nus angelus in beatitudine perseveraret, quæ priuari donec transgredere, non uidebatur:
quæ omnia absurda sunt. Si igitur omnia simul facta sunt, (sicut multi uolunt) tunc dici non
potest, angelos in numero perfecto fuisse creatos, sed in imperfecto, per humanam uide-
licet propaginem perficiendo: ut sic superna illa aula, & beata electorum ciuitas instituta
sit ex hominibus angelisq̃ cōstare: etiam si nec ille neq̃ iste peccaret: quo cōcesso clarum
fieri, plures esse electos homines quā reprobos angelos. Per hunc nempe modum hu-
mana species condita esset, ut per eam numerus electorum compleretur. Atq̃ si qui an-
gelorum offendendo caderent, huius quoq̃ casus supplementum per homines consum-
maretur. tunc quippe angelorum transgressio, occasio foret multiplicationis; non in-
stitutionis hominum. Denique uidetur responsio ista congruentior. Primo quidem
Nam in primo ostensum est, non inconuenienter posse dici, præsertim secundum philo-
sophiam, omnia simul facta esse. Illa tamen determinatio primi libri, quemadmodum
illic tunc contestatum est, secundum philosophiam prolata est. Quid namque secundum
fidei & sacrę scripture testimoniū rectius dici queat, determinatū non est. Qui igitur hęc po-
sitionē sustinere elegerit, oia scilicet simul facta asseueras, dies illos quos in libro Geneseos
Moyses

Sap. 11.

Ecclesi. 10.

Moyses

Moyſes deſcripſit, non inſtar dieꝝ quos modo uolui cernimus, accipere poteſt; ſed potius ſicut Auguſtinus eoſdem intelligendos introducit. De iſto tamen in primo diligentior indagatio facta eſt. Præterea, ordo eſt optimus in entibus ſecundum Ariſtoteleꝝ; eſt deniqꝫ in primis rebus ſecundum Dionyſium. Decuit equidem fontanam diuinæ mentis ſapientiã, ordinatum pulchrumqꝫ plaſma producere: quæ admodum etiam Plato demonſtrat. Ordo aut uniuerſi, non tam in diuidiſ, qꝫ in naturis rerum conſiſtit, ut Anſelmus dicit, & ſuperius demonſtratum eſt. Ad perfectionem igitur perfectiꝝqꝫ mundanæ molitionis ordine, neceſſaria fuit humana ſpecies, ſi etiam angelorꝫ nullus peccaſſet. Et quidem ſi non requirebatur, tunc iam utiqꝫ ſuperfluere: quod tamen neqꝫ de minimi uermiculi natura dicere fas eſt. Omnia nempe in ſapientia facta ſunt. Sapientis uero proprium opus eſt ordinare. Si ergo angelus non peccaſſet, homo nihilominus crearetur: ex quo ſicut præ explanatum eſt, conſequens fit, angelos in perfecto numero non fuiſſe conditos: pluresqꝫ fore homines electos, qꝫ angelos reprobos. Amplius, & eſt ratio Anſelmi, ſi in perfecto numero angeli creati ſunt, hominumqꝫ genus ob id duntaxat inſtitutum eſt, ut lapſorꝫ electio per ipſum repletur, tunc ſequeretur homines tantum de perditos angelorꝫ crimine lapſorꝫ lætari, quantum & de propria aſſumptione. Non enim aſſumpti eſſent, niſi illi cecidiſſent. Sed de crimine & malo alterius lætari eos qui felices ſunt & ſancti, nullatenus cõgruit: neqꝫ huiusce modi gratulatione uere beati eſſent: cum plena finaliſqꝫ felicitas, omnem prorsus impuritam præſcindat. Erunt inquit homines, ſicut angeli dei, in quibus palam eſt nullam fore immunditiam. Enim uero, quãuis per angelorꝫ calum ſaluandorꝫ hominũ numerus auctus ſit, non tamen ex hoc conſequens eſt, ut de illoꝫ perditione homines quidam in patria iucundentur. Quoniam etenim ſine angelorꝫ damnatione homines quidam ſaluandi fuerant, nõ neceſſe eſt conſtare hominibus, qui pro angelorꝫ lapſu aſſumpti ſunt, qui uero ob aliam rationem: ideoqꝫ nullus de alterius crimine & malo illic lætari diceretur. Quomodo enim poterit quis ſcire, ſicut in libro Cur deus homo, manifeſtat Anſelmus, utrum pro reſtaurãdo quod imminutum fuerat, an pro complendo quod nondum perfectum erat, in ſumma illa ciuitate dei aſſumptus ſit: At uero, (& ſumit ratio hæc originem ex doctrina Platonis) pulchritudo uniuerſi, in ordine ſpecierum eius potiſſime ſtatuenda eſt. Decuit ergo perfecto mundani ordinis decori, ut nedum ſimplex ſeparatusqꝫ intellectus à ſummo reꝫ opifice eret, ſed etiam coniuñctus corpori intellectus produceretur, ut puta humanus: quatenus ut Plato aſſerit, à mundano ſupermundanoqꝫ intellectu agnoſceretur deus ſublimis. Si igitur homo congruit naturali perfectioni rerum & decori uniuerſi, tunc utiqꝫ ad plenitudinem ſuperceleſtis illius pulchritudinis ſupermundanæ ciuitatis dei benedicti, idipſum per amplius neceſſarium eſt. Decentiſſimũ ergo eſt, beatam illam aulam primi principis & uniuerſalis patriſfamilias, ex hominibus angelisqꝫ conſtare. Ex quo conſequens eſt, non ob angelorum reſtauratiõem reprobos, hominem duntaxat conſtitutum. Hæc tamen non pertinaciter aſſerendo dicta ſunt: ſed quia ſic rationabilis uidetur, donec quod ueritati diuinæ ſidei amplius conſentaneum eſt, introducatur.

Articulus LXXXVI. Vtrum tot ſint futuri homines prædeſtinati, quot remanſerunt angeli electi.

S Insuper tot angeli cecidiſſent, quot cõfirmati ſunt, tunc idem eſſet inquirere, utriꝫ numerus hominũ ſaluandorꝫ, ſive reprobis ſive electis angelis corꝫ quantus ſit. Sed quoniam potiꝫ exiſtimatur plures permanſiſſe qꝫ cecidiſſe, iamqꝫ oſenſum ſit, rationabilius uidetur dici poſſe, multitudinem electorꝫ hominũ, reprobosqꝫ angelorꝫ numerum excedere, ſuper eſt ut de hoc aliquid inueſtigetur, aut tot ſint homines ſaluandi, quot ſunt ſpiritus angelici electi. Gregorius igitur ait, qꝫ tot ſint homines ſaluandi, quot ſunt angeli beati: & allegat ſcripturam quæ ait: Statuit terminos gentium iuxta numerum angelorum dei, quod etiam aliter ſic inuenitur: Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſraël. Veruntamen ſicut Anſelmus tangit, uerbum iſtud multipliciter intelligi poteſt. Si enim ita dicatur, Conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorũ dei, exponi poteſt ad mætẽm Gregorij ſicut iam dictum eſt: ut per populos electi homines deſignentur: & eſt ſenſus iſte: Tam diu prædeſtinati erunt in hoc mundo, donec tot in cõlo recipiantur, quot in eo angeli permanſerunt. Rurſus ſi dicatur, Conſtituit terminos populorum, iuxta numerũ filioꝫ Iſraël, intelligi poteſt hoc modo: Tam diu in hoc mundo homines eſſe debere, donec electorꝫ hominum numerus perfectus ſit. Itaqꝫ per filios Iſraël electi homines denotantur: qui etiã filij Abraham uiciſſim appellantur. Denuo, ſi per angelos dei omnes

omnes electi, ipſi etiam homines prædeſtinati, (qui ideo angeli dici poſſunt, quoniam in terris angelicam uitã ducunt, uel certe inchoant) explicent, tunc ſenſus erit iſte: Conſtituit terminos populorꝫ, ipſe utiqꝫ deus, iuxta numerũ angelorꝫ dei: hoc eſt tam diu durabit hominum procreatio in hoc mundo, donec electorꝫ numerus ex hominibus conſtans & angelis, impleat. Et quidẽ, determinatio Gregorij rationabilis uidet: & ex præinductis ſulcimentum fortitur. Si namqꝫ quæ admodũ paulo ante declarabatur, ſupermundanæ illius ciuitatis dei plena pulchritudo in hoc cõſiſtat, ut à duplici intellectu ſeparato, ſ. & coniuñcto, ſeu animali & angelico agnoſcatur & laudet deus, tunc congruũ uidet, ut ſint tot hoies prædeſtinati, quot angeli electi. Quãqꝫ in materia iſta, alioꝫ poſitiones enarrare uis cõplaceat, qꝫ de proprio quippiam inferere. Scit nẽpe deus qui uniuerſæ beatitudinis ſons eſt & ſolus deſiderabilis, quos & quorũ elegerit, in quibus benignitas ſua relucent. Nouit æque, quos & quorũ præſciuerit, in quibus æquitas eius innotet. Ipſi omnis honor & gloria.

Articulus LXXXVII. Quid de reſurrectione corpororꝫ ſentiat fides orthodoxa.

I N antecedentibus quippe, de principio mundi, tam ſecundũ philoſophos, qꝫ ſecundũ fidei theoriam, determinatum eſt. Insuper agnoſcẽdũ, quid de fine mundi et conſummatione ſpecieꝫ generationum ac moruũ eius, teneri debeat. Quæ admodũ aut motus mundi & generationis æternitatẽ quo ad initium, Ariſtoteles cũ Peripateticis, & Plato cũ Stoicis aſſerebant: ſic exiſtimabãt generationem à parte poſteriori nullatenus finiendam: ſed ſemper & interminabiliter inquietam exiſtere. quæ omnia ex his que nuper in primo inueſtigata ſunt,lympidius eluceſcunt. Nunc igitur iuxta præſanctum ordinẽ, de fine mundi ſecundũ diuinæ fidei ſapientiam, inquirendum eſt. Ex præoſtenſis igitur innotet ſci, quemadmodũ à protoplaſto homine in poſteros originale peccatum traductũ ſit: & non tantum peccatum traducitur, ſed & mortis neceſſitas, quæ peccati poena eſt, poſteros quoqꝫ cõſequuta eſt. Per Chriſtũ autem ab utroqꝫ liberamur. Ut uero à morte liberemur, mortuorꝫ reſurrectio neceſſaria eſt: ſicut etiam per mortem ipſius à peccatis emundamur. Vnde Apoſtolus ait: Mortis eſt enim propter delicta noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Mortis igitur Chriſti, criminum noſtrorum purgatio eſt. Per reſurrectionem illius à morte liberamur. Cum namque ſit Chriſtus caput eccleſie, noſqꝫ membra eius, per reſurrectionem capitis, membris fiducia donata eſt conſimilis reſurrectionis: eternimembra capiti copulari uolunt. Hinc ad Corinthios ait Apoſtolus: Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorꝫ. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Porro, ſacramenta in uirtute paſſionis Chriſti operantur, in ſacramentis itaqꝫ effectum mortis Chriſti conſequimur, quo ad remiſſionem culpæ: ſed in fine mundi effectum reſurrectionis Chriſti conſequatur ſumus, quo ad liberationem à morte. Et quidem per iam antea dicta clarum eſt, tunc finem mundi fore, cum electorum numerus completus fuerit. Eſt igitur de neceſſitate fidei Chriſtianæ, mortuorum reſurrectionem futuram credere. Propterea nempe ad Corinthios Apoſtolus, Si inquit Chriſtus prædicatur qꝫ reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem reſurrectio mortuorum nõ eſt, neqꝫ Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra: inanis eſt & fides ueſtra. Quæ omnia non iam de reſurrectione ſpirituale, ſed corporali accipiendã ſunt. Ait namqꝫ Apoſtolus: Oportet corruptibile hoc induere corruptelam: & mortale hoc induere immortalitatem. Deniqꝫ ſaluator conſteſtat: Quoniam ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient uocem filij dei. Et rurſus: Scio inquit Martha de Lazaro quoniã reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Insuper hanc corpororꝫ reſurrectionem manifeſte prænuntiabit Iob futurã, dum ait: Scio qꝫ redemptor meus uiuit: & in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum: & rurſus circũdabor pelle mea: & in carne mea uidebo deum ſaluatorem meum. Denuo ueritas ait: Viri Niniuitæ exurgent in iudicio contra generationẽ iſtam, in quo ſignificatur mortuorꝫ reſuscitatio futura. Hoc autem ex diuerſis ſcripturæ ſanctæ teſtimonijs luce clariꝫ cõſtat. Apoſtolus enim ait: Sed dicit aliquis: quomodo reſurgent mortui? quali autem in corpore uenient? Et poſt pauca ait: Deus autẽ dat illis corpus prout uult: & unicuiqꝫ ſeminum proprium corpus. Et dominus ad Iudæos: Videtis inquit fillum hominis uenientem in nubibus cœli, quod in uniuerſali utiqꝫ reſurrectione continget.

Articulus LXXXVIII. Inſtantia contra fidem reſurrectionis.

99 Quæ admodum

Phil. 109.

Luc. 20.

1. Cor. 15.

2. Timo. 2.

1. Cor. 15.

Iohan. 5.

Iohan. 11.

Iob. 19.

Lucæ. 11.

1. Corin. 15.

Mar. 15.

Deu. 32.

Generatio

Quemadmodum autem generatio, est substantialis esse receptio adepti, sic corruptio est talis esse destructio, esse igitur corrupti, per corruptionem destruitur: ergo & essentia. Non enim separari possunt esse & essentia secundum actualem existentiam: imò essentiam separari ab essentia, & tamen remanere, est tam impossibile, sicut substantiam dici albam sublata albedine, esse quippe, est ratio existendi, uel ipsa potius existentia. Sed id cuius essentia seu substantia perit, idem numero redire non potest: sicut in secundo dicitur, id est de generatione ostendit Philosophus, uidebitur mortuorum resurrectio impossibilis. Præterea, si (ut nunc ostensum est) in omni corruptione sit essentia cuiusdam, sicut & ipsius esse, destructio, si id quod destructum est redire dicitur, uidebitur amplius nouæ rei productio quæ eiusdem rei iteratio: quod deduci potest. Omnis namque factio, terminat ad aliquid, quod est terminus factionis, impossibile est ergo duas factiones ad unum eundemque terminum terminari: Si enim est idem terminus, tunc non erunt duæ factiones: quæ factio, sicut & omnis motus atque mutatio, speciem sortitur, nomen & unitatem à termino ad quem: ut in Phisicis probat Aristoteles. Sed primordialis rei productio, & eiusdem iam corrupti resuscitatio duæ forent factiones: quod ex temporali discontinuitate ipsarum claret. Videtur ergo quod mortuum est, resuscitari non posse. Amplius, quæ tempore læceruntur, realiter distinguuntur, si enim post sanitatem quis rursum infirmetur et denuo sanetur, non denuo redibit eadem sanitas, sed per corruptionem esse rei tolletur, est enim corruptio, ab esse in non esse mutatio. Non ergo est idem esse quod præfuit & resumitur. Neque igitur id est ens quod resuscitatur, cum eo quod corrumpebatur, ens enim dicitur unum, ab unitate sui esse. Adhuc, si idem corpus hominis reparatur ad uitam, conformiter dicendum uideatur, quod quicquid in corpore hominis fuit, idem numero restituat: ad quod utique non pauca in decentia, indecentiaque corporis magnitudo consequerentur. At uero secundum fidei doctrinam, homines resurgunt immortales. Necessè est enim ut inquit, mortale hoc induere immortalitatem, hoc autem impossibile apparet. Differentia enim rei & propria passio, omnino inseparabiles sunt à re ipsa, implicaret etenim, esse aliquid animal, & non sensitiuum & mixtum. Sed sicut Porphyrius ait, mortale est essentialis differentia hominis. Mortale nempe ut ait, additum nobis, separat nos à cæteris. Et si quis dicat, quod non sit uera differentia, est tamen uera passio, sicut & corruptibile. Nam mortale & corruptibile de homine demonstrari possunt: concomitantur namque essentialia ipsius, naturam scilicet elementarem seu mixtionalem, separari ergo non poterunt: & per consequens ipsorum opposita, ut puta incorruptela & immortalitas, humanæ naturæ cõpetere nequeunt: præsertim cum Philosophus præbet omnem corruptibilem quicquid de necessitate corrumpi. Præterea, hæc mortuorum resurrectio fieret aut per creationem, aut per generationem. Non enim uidentur aliæ uitæ producendi seu acquirendi humanum esse, sed per creationem fieri non potest: sic enim animæ, penitus post separationem non manerent: sed neque per generationem fieri posse uidetur: tum quia generatio non est instantanea, qualis prænominata creditur resurrectio: tum quia in generatione forma geniti non præexistit generationi, actus enim & potentia in eodem simul tempore sunt secundum Philosophum. Sed animæ hominum immortales sunt, talis ergo resuscitatio, generatio appellanda non est. Amplius, possibile est homines aliquos humanis carnibus uescitali quæ duntaxat alimèto nutriri: & sic nutritos filios generare, in pluribus ergo hominibus eadè caro inueniè, sed impossibile est, ut in pluribus resurgat, neque aliter uidebitur futura integra & uniuersalis resurrectio, si cui libet non restitua quod hic habuit, uidebitur ergo non esse possibilis resuscitatio mortuorum. Denique possibile apparet, ut eadè materia diuersis hominum formis secundum tempora interualla subiecta sit, non tamen uidetur quod in pluribus resumari possit.

Articulus LXXXIX. Et est responsio præin ductas instantias euacuans.

Rememoranda sunt equidem, quæ in superioribus dicta sunt de statu, qui homini ante culpam cõpetebat. Si enim mors est pena culpæ secundum præhabita, tunc palam est, quod si homo non peccasset, mortis necessitati subtritus non esset. Cõtulit ergo creator homini in primordio institutionis suæ, quædam supernaturalia donum: quædam naturalia ipsius principia supergredit, incorruptibilitatem uidelicet. Cum enim homo naturaliter sit quod mixtum ex cõtrariis cõstas, huiuscemodi incorruptibilitas naturalis eè non ualebat secundum actiuum interiorem agens principium. Verum tamen, incorruptibilitas ista homini quodammodo naturalis fuerat: cõsiderando uidelicet corpus humanum secundum ordinem, exigentiam & modum finis, forma quippe, est finis materiæ. Cumque rationalis anima sit immortalis essentia, cõgruit ei corpus incorruptibile, quatenus debita proportio sit inter formam & materiã. Denique, uersa uoluntate hominis ab imperio cõditoris hoc donum ablatum est, & moriedi necessitas sequatur: cõstat ergo, quod homini secundum

Forma

secundum

secundum primordiale suam institutionem considerato, mors quasi accidentaliter superuenit tanquam culpæ pena. Est insuper & alia consideratio, qua rationabiliter ostendi potest, quod rationali animæ corpus incorruptibile copulandum fuerat, donec per culpam id ipsum amitteret. Naturale enim uidebitur, ut quodcumque superior inferiorque natura conueniunt, id quod inferius est, superioris modum, naturam & proprietatem imitetur. Unde rectum apparet, diuinam sapientiam ob hoc corpori animam intellectualem coniunxisse, ut super corpus ipsa dominium plenum haberet: & illud ipsi semper deseruiret: neque rationi resisteret: & ex consequenti nec separaretur ab ea. Porro, naturæ humanæ accidentaliter superueniè mors, culpa pena existens, homini ablata est per Christi passionem, qui mortem nostram moriendo destruxit. Ex quo consequens est, ut diuina uirtus quæ homini prius immortalitatem dedit, hanc quoque aliquando restituat: neque in æternum huic malo homo subiectus sit. Ad primam ergo obiectionem dicendum, quod corruptio hominis neque essentiam, neque esse perimit simpliciter: sed secundum modum quendam duntaxat. Materia enim prima, est ingenita & incorruptibilis, secundum demonstrationem Aristotelis primo Phisicorum. Anima quoque hominis immortalis ostenditur ex rationibus primi libri. Sed dicitur homo corrumpi, quia esse totius, non manet esse totius. Sed in separatione animæ à corpore, anima ipsa à qua totum esse totius profluit, idem ipsum esse retrahit ad se, & remanet in ea sicut in radice, & quidem quomodo hoc esse possit atque intelligi debeat, in primo prolixè manifestatum est. Secunda autem instantia facile solui potest, prout præsentem inquisitionem sufficit difficultatem tamen tangit quæ ante soluta est. Ostensum est etenim paulo ante, in his quæ de sacramento introducta sunt, quomodo & quamobrem deus id esset, quod penitus esse desit, idem numero reiterare possit, eo quod per motum non causet, & materiam ipsam ut est quid, sua causalitate contingere queat: ideoque formam corruptibilem & corruptam, numero eandem reducere ualeat: non autem naturale agens, quod per motum agit, & materiam iam informatam motuique subijcibilem præsupponit. Sed quia istud præostensum est, resumendum non est. Ad propositum autem respondendum, quod per factionem naturalem quæ est motus phisicus, idem numero quod perijt, redire non potest, sed deus in instanti corporibus animas reuinit, & actiue factiones due non erunt: quia actiua factio huius resuscitationis, non erit motus intermedius: sed deus facies. Ad tertiam dicendum, quod id esse manet ante mortem hois & post mortem, sed ante mortem cõmunicat corpori, sicut & anima corporis actus tunc est, sed in separatione animæ à corpore, ipsum esse manet in anima, sicut in fonte, radice & effluxiuo principio, corruptio namque hominis, non est destructio ipsius sui esse simpliciter, sed separatio quædam animæ à corpore. Esse quippe hominis, secundum quod ab ipso fluunt potestates sensitivæ & organice ac materiales, manet in anima separata sicut in radice: quæ cito corpori reunita fuerit, idonea & potens erit exercere in ipsum potestates prædictas & earundem operationes. Potestatem nempe istam, quia cõmunes sunt animæ & corpori, corrumpunt in morte: & esse anime secundum inferiorum suum gradum, secundum quæ huiuscemodi potestates ab ea profluunt, corrumpi dicitur secundum actum: quia secundum potestates istas operari definit: cum tamen ipsum esse anime substantialiter maneat: quia in se simplex est, sicut & essentia animæ de qua emanat, sed hæc diligentius in primo perscrutata sunt. Ad quartam solutio est, quod ad hoc ut homo resurgat, non est necesse omnia illa resumere, quæ per totum uitæ suæ tempus materialiter in ipso extiterunt: sed tantum resumendum est, quantum ad debitam quantitatis complementum exigitur. Illud denique præcipue resumendum uidetur, quod sub specie & forma humanitatis perfectius præexistit. Si autem ad debitam quantitatis complementum quid defuit, uel propter alicuius membri mutilationem, uel mortis anticipationem, uel conformem causam aliquam, hoc diuina uirtus alium de supplebit. Istud uero, identitati corporis seu hominis resuscitandi, non derogat. Partes namque materiales fluunt & refluunt: neque manent eadem sub materia secundum materiam, sed secundum speciem. Ad quintam respondendum, quod corruptibile seu mortale, est passio, naturam secundum gradum propriam speciei consequens, sed per altius & supernaturale donum, immortalitas conferretur. Unde si homo propriam naturam conditioni relinqueretur, immortalis non maneret, sed gratia uincit naturam: & ita respectu diuersorum principiorum, competunt homini mortalitas & immortalitas. Ad sextam solutio est, quod resurrectio ista non est motus naturalis, sed supernaturalis operatio: ideoque nec generatio nec creatio, sed resuscitatio appellanda est. Ad septimam respondet Thomas, quod si quis solus humanis carnibus passus sit, resurget in eo quod à generantibus traxit: & quod defuerit, omnipotentia dei supplendum erit. Quod si parentes huius, etiam solis humanis carnibus nutriti essent, ita quod il

Aristoteles.

Thomas.

lorum semen alimenti superfluum existens, ex alienis carnibus generatum sit, tunc semen resurget in eo qui ex ipso genitus est: loco cuius fiet ei aliunde supplementum: cuius carnes comestæ sunt. Hoc nempe in resurrectione obseruabitur, ut si quid in pluribus materialiter extitit, in illo resurget, ad cuius perfectionem amplius pertinebat. Vnde semen resurget in genito & non in generante. Costa quoq; Adæ non in Adam, sed in Eua resurget. Si enim fuit aliquid in uno sicut ad perfectionem speciei requisitum, in alio autem sicut perfectioni ipsius individui necessarium, in indiuiduo resurget. Si uero secundum eundem perfectionis modum fuit in utroq; in illo resurget, in quo primitus fuit, per hoc autem solus est, quod ultimo appositum est. Materia enim recipitur in diuersis, secundum quod per quantitatem in partes plures partitur.

Articulus XC. De positione Platonis & Procli, quorundamq; præcipuos Platoniorum, circa reuersionem animarum iam separatæ à corpore.

E Nimvero, ut diuinæ fidei ueritas de resurrectione lymphidius elucescat, explanandum est, quid nam gentilium philosophorum solertia, de hac ipsa resurrectione cõtestata sit. multa porro in primo libro de philosophia Platonis & Procli introducta sunt, quæ ad huius quoq; puncti determinationem scire necessarium est. Fuit igitur Platonis dogma, omnes animas ab origine mundanæ molitionis simul conditas, atq; in stellis singulis seu comparibus fuisse collocatas. Deniq; corporibus infundi & postea dissoluit ad sydereasq; mansiones si pure uixissent reuertit: si uero iniuste uixissent, transcorporari do nec sanctificatæ, ad stellarum, ut ait Plato, contubernia redire possent. Quippe cum ratio seu intellectus in his animabus pura non sit neq; sincera, sed concupiscentiæ & passionibus utcumq; permixta, ideo secundum certos periodos corporibus rursus copulari uolunt: atq; in huiuscemodi coniunctionis separationisq; alternatione delectantur. Propterea Theoremate 206. ait Proclus: Omnis anima partialis, descẽdere in generationem in infinitum, & ascendere potest à generatione in ens. Et quemadmodum ante patuit, ex his quæ ex Phædone Platonis posita sunt, ista secundum Platonicosnem de rationali anima, sed etiam de cæterorum animalium animabus ueritatem habent. Omnes enim animas asserit immortales. Vnde in Timæo introducit Plato, uniuersorum opificem deum, ad causas fecundas uniuersales & cœlestes hoc modo loquentẽ: Hæc ueritate, i. mortaliū animalium animas ego faciam: uobisq; tradam. uos cætera exequi par est: ita ut immortalium cœlestiumq; naturam post dissolutionem recipiat. Et post pauca: Coaugmentatæq; mox uniuersæ rei machina, delegit animas stellarum numero pares: singulas singulis comparauit: easq; uehicularibus competentibus superimpositas, uniuersæ rei naturam spectare iussit: legesq; immutabilis decreti docuit. Sequitur igitur secundum positionem hanc, q; animæ corporibus reuiniuntur: imò cum secundum eam animæ sint æternæ, eadem anima innumerabilibus uicibus corpori est unita, rursusq; separata & denuo coniuncta: iterum separanda: & hoc non cessare in infinitum. Vnde qui nunc est, ante fuit: & postea futurus est. Veruntamen cum secundum Platonem, homo aliud non sit nisi anima utens corpore, ad identitatem resurgẽtis seu redeuntis ad uitam, non exigeretur identitas prioris corporis. Hæc equidem ex uerbis Procli innotescunt: ait namq; in Commento: Etenim anima descendit irrationabiles assumens uitas: ascendit autem, deponens omnes generationis potentias, quas in descensu acquisiuit: & sancta, & pura, & nuda ab omnibus talibus potentijs. Hanc in super positionem narrat Augustinus duodecimo de Trinitate: dicens quosdam gentilium philosophorum credidisse, eadem temporum temporaliumq; rerum uolumina repeti: uerbi gratia ut, sicut in isto seculo Plato philosophus in schola quæ Academica dicitur, in urbe Atheniensi discipulos docuit, ita per innumerabilia antea secula, multis qdẽ prolaxis interuallis certis tamẽ, & idẽ Plato iisdemq; discipulis, eadem quoq; ciuitas & schola eadem repetiti sunt: atq; per innumerabilia deinde secula repetendi, ad quod etiam sicut Augustinus inducit, hoc quod in Ecclesiastici primo scriptum est, refertur aliqui uolunt. Quid est inquit, quod fuit: ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est: ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum: nec ualeat quisquam dicere: ecce hic deest: iam enim præcessit in se. quæ omnia intelligenda non sunt ut asserit Augustinus, tanquam eadem numero repetantur: sed eadem secundum speciem in uarijs generationibus reiterantur: quod etiã Aristoteles circa finem libri de Generatione ostendit, contra Platonem disputans.

Articulus XC. Quod homines resurgent immortales: & de improbatione iam enarratæ positionis Stoicorum.

Platonis de animarum immortalitate dogma.

Augustinus

Q Vanq; porro philosophia ista Platonis & Procli, nõ penitus ueritatis expers sit, quemadmodũ ex eorũ rationibus cito clarebit, in parte tamẽ, non iam duntaxat ex fidei documentis, sed per naturales etiã rationes destrui potest: quippe quã animã corpori reuniti posse aiunt, recte loquuntur: sed corpori rursus morituro ipsam reuindã afferentes, à ueritate elongati sunt: quod primo ex rationibus fidei inmitibus, hoc modo ostenditur: Necessitas enim moriendi, naturæ humanæ ex culpa adhæsit, ideoq; naturæ defectus est: sed per meritum passionis suæ, Christus defectus naturæ reparauit, qui ei ex peccato aduenit. Efficacius est nepe meritum Christi ad tollendũ mortem q; peccatum Adæ ad illam inducendam. Illi itaq; qui per meritum Christi resurgent à morte liberati, non amplius mortem sustinebunt, sed omnes homines ab hoc naturæ defectu liberati sunt. Christus namq; naturam hominis assumpsit ut eam totam repararet. Præterea, nos qui mēbra Christi sumus, sic resurgemus, quemadmodũ & ille resurrexit qui caput nostrum est. Christus autẽ resurgens ex mortuis, iam amplius non moritur: neq; ergo nos resurgemus denuo morituri. Adhuc, si mors semper durabit, nullatenus destructa est: sed per passionem Christi perempta dicitur, dicente Propheta: Ero mors tua o mors. & nũc quidẽ destructa est in causa, tandẽ uero destruetur in actu: sicut Paulus: Nouissime inquit, inimica destruet mors. Prorsus ergo cessabit in resurrectione, quã fides diuina astruit. Præterea naturales rationes ad idem inducuntur, q; scilicet huiuscemodi incessabilis uicissitudo cõiungendi corpori & separandi ab eodẽ, nõ cõueniat ipsi animæ. Ea namq; quæ circa idẽ subiectũ naturaliter uariantur, sunt accidentalia, sicut senectus & iuuentus. si ergo corpori uniri & ab ipso separari, circa animã naturaliter uariantur, erit animæ accidens corpori copulari: quod dici non potest. anima enim ex propria natura est endelechia corporis: ut etiã Proclus demonstrat. Insuper, q; prædicta positio dicit secundũ tẽpore uices certas, ipsas animas corporibus iterum delectari & coniungi uelle, ratione caret. Nullus enim peiore statum appetit, si deceptus nõ sit. Sed secundum Platonicos, anima separata pura est, munda & plena formis, & contemplatione ueritatis, decipi igitur non potest: sed agnoscit sibi non expedire, ut in generationem descendat. Sed ad hoc respondet Stoici, intellectualem animam non esse sinceram, sed concupiscentiæ & passionibus quibusdam commixtam. Hoc stare non potest: tales etenim passionibus sine corporali transmutatione non fiunt. Non ergo in anima separata præcipue quæ primo sancte uixit in corpore, remanere possunt, nõ est ergo perpetua alternatio descensus in generationem, & ascensus à generatione in animabus constituenda. At uero, cum forma sit finis materiæ, sicut & uniuersaliter omne superioris est quoddammodo finis inferioris, ordini rerum nõ competit, ut cum detrimento superioris, inferiori provideatur. Si ergo felicitior & naturaliter melius disposita sit anima dum separata est q; coniuncta, non decebit ut in sui detrimentum corpori imprimatur: quod tamen Plato cõcedit in Memnone ubi asserit scientias animabus innasci: sed ex corporis mole, earundem obliuionẽ in animabus oriri. Non ergo corporibus ite: morituris reuiniunt animæ. Amplius, sapientis est omnia agere secundum exigentiam commodumq; naturæ actorum, deus autem sapientissimus est actor, ordinat ergo, ut animæ corporisq; mutua copulatio utriq; proficiat: non ut anima in statum deteriozem cadat. Præterea, si uita & mors succedant sibi inuicem in eodem sine statu, tunc hæc mortis & uitæ alternatio habebit circulationis quandam speciem: sed omnis circulatio inferiorum, à prima circulatione, motu scilicet cœlestis corporis procedit. In motu enim locali, circulatio primo existit: & per similitudinem ab illo, in alia deriuatur. Sed hæc alternatio à cœlesti corpore causari non potest. Nam quod corruptum est & mortuum ad uitam reducere, naturalis agentis uirtutem transcendit: sicut superius dictum est. Non est ergo positio Platoniorũ ueritati subnixæ. At uero, ea omnia quæ sibi in subiecto eodem secundum certam durationis mensuram succedit, temporalia sunt & motui cœlesti subiecta: quem totus temporis cursus cõsequitur. Sed anima intellectualis separata, totã naturã corporeã excedit. Neq; ergo motui subiecta est nec temporis. Ex his igitur patet, in quo Plato defecit. Dicens nempe animam separatã corpori reuiniendam, fidei Aristotele uiciniore factus est: sed perpetuam alternationem cõiunctionis separationisq; ponens in corpore & anima, plus quã Aristoteles hoc ipsum negans, à fidei ueritate abcessit.

Articulus XCII. De quibusdam rationibus: quibus & si fides resurrectionis non demonstratur, pulchre tamen ostenditur, quã rationabilis sit in hac parte assertio fidei diuinæ.

Col. I. Rom. 6.

Of. 13. I. Cor. 15.

Quantũ

S Vpponenda sunt autem, quæ in primo de immortalitate & separabilitate rationalis animæ demonstrata, & multipliciter ostēsa sunt. Quo stante, evidentes rationes in duci possunt de resurrectione futura. anima enim naturaliter est corpori unibilis: cum per naturam sit forma corporis, est ergo cōtra naturalem eius institutionē, à corpore separatim subsistere. Non igitur perpetuo remanebit separata. Quod enim est cōtra naturam, perpetuum esse non potest. aliquid ergo reuinitur corpori nō amplius separanda. Amplius, naturalis inclinatio naturæ frustrari non potest: deus namq; & natura nil agunt frustra secundum Philosophum. Sed anima separata, naturaliter appetit materiam reuiri. omne enim quod est pars speciei & secundum se quid imperfectū in specie, est indigens, non plene felix, nec naturaliter cōpletum, coniungi ergo desiderat suo toti: neq; interim perfecte contentatur, donec illi copuletur. Oporteret igitur animam tandē corpori sociari. Præterea ostensum est in primo, finale animæ beatitudinē in hac uita non posse cōsistere: quæ tamen sibi possibilis est. unicuiq; enim naturæ cōpetit quæ dā felicitas, uel potius quoddam bonū, eius naturale desiderium quietū efficiens & contentans: quæ omnia præinducta sunt. Necessè est ergo, animæ felicitatē quandam cōpetere: qua adeptā, quiescat & sistat. Sed hanc sine corporis cōmunionē adipisci non potest: quod iam inducta ratio satis demōstrat. Quod enim imperfectum est in esse & specie, in operari & felicitate perfectū esse nequit. Et iteꝝ sic probatur, quia potentia quæ dā quæ ab anima fluunt, sine corpore operari non possunt, sicut certū est: sed natura nulla perfecte felicitatē, donec omnes eius potentia cōueniēter agāt. Perfectio enim essentia in opatione cōsistit. Propterea nepe dixit Boëthius, statū oim bonorū aggregatiōe pfectū, felicitatē esse: quāuis principalis in optima opatiōe optime portio statuen da sit: quæ admodū Aristoteles ait, Si tamē sint quæ dā potētia animæ, quæ ad finale beatitudinē futuri status ordinē nō habent post hanc uitā, illa: utiq; opationes remanere necessariū non erit: super quo inquisitio faciēda est. Requirit ergo uera atq; perfecta beatitudo animæ, corporis resumptionem. Adhuc, sicut quis meretur aut demeret, sic premiandus puniendus uel est. Diuina autē providentia, neq; mala impunita, neq; bona irremunerata relinquit: quod in primo probatū est. Per corpora uero merent & demerentur animæ. In plena ergo pro meritis retributione, corpora resumenda sunt: præsertim cum uicissim contingat, sicut Iob ait, Impios in hac uita confortari & sublimari aduersitatis multo iusto accidentibus. Rectitudo ergo diuine providentiæ, iustam retributionem quādoq; fieri exigit: quod in resurrectione futuræ fides astruit. At uero, & est ratio hæc Procli Platonici: anima ipso esse quod est, uitam largitur participant. Cuiusq; enim assu erit, uitam tradit suo esse: & si fuerit participans idoneum, mox animatū sit & uiuens ex animæ presentia: neq; per ratiocinationē eligēte ut uiuificet: sed ipso esse suo cōpetit ei animare, nullatenus ergo remanebit sine sine separata. Ob hanc quippe rationē Plato & Proclus dicebant, omnes animas immortales ^{ex uero de corpore, i. per se uiuentes:} quoniam per substantiam competit animæ esse & uiuere, cū sit uita corporis & se ipsa illud uiuificet. Vnde etiam dicebant, cui libet animæ corpus quoddā perpetuū, ingenerabile & impassibile esse unitū. Quia enim ut dicitur, anima per se & proprio suo esse animat, semper animat. Sed hæc omnia in primo libro diligētius perscrutata sunt: & quid ueritatis habeat, illic indagatū est. Nunc uero ostendisse sufficiat, per rationem ipsorū animam separatam corpori reuibilem. Deniq; Theoremate 188. ait Proclus: Omnis anima, & uita est & uiuens. Et alibi: Omnis anima est ^{ex uero de corpore, i. per se uiuens.} Theoremate autem 196. dixit: Omnis anima participabilis, corpore utitur primo, perpetuo & habente hypostasim in generabilem & incorruptibilem & mediante tali corpore, dicebant Platonici animas corruptibilibus corporibus uniri: quod etiam Origenes asseruisse inuenitur, quo ad rationales animas: sicut ex his quæ de ipsius positione habita sunt, innotescit. Vnde Theoremate 199. Proclus Omnis inquit anima mundana, periculis utitur propria uitæ & institutionibus. Hæc igitur de philosophia Platonis & Procli dicta sint hoc modo.

Articulus XCIII. Quod post resurrectionem, neq; cibis neq; Venereis resurgentes utentur.

R Atio deniq; cibis utendi & Venereis, in resurgentibus profus tollit. Cibus enim sumit, ut illa corruptio quæ ex naturalis humidi cōsumptione cōtingere possit, euitetur: atq; ut nutritū, debitam quantitatem adipiscatur. Deniq; ad hoc generatio cernit instituta, ut esse quod in indiuiduo perpetuari nequit, in specie saltem perpetuet: quatenus sicut ait Philosophus, omnia diuinū esse imitentur & participant.

Resurgentes

Resurgentes uero, & in quantitate debita, & in indissolubili uita suscitandi sunt. neq; ergo eis bis neq; Venereis utentur. Amplius, alimentū conuertitur in substantiā nutriti: sed corpora resurgentium incorruptibilia erūt, nihilq; ab eis resolui poterit, quicquid ergo de cibis reciperent, in eorum substantiam conuerteretur: ex quo immoderata quantitas tandem proueniret. auget enim alimentum ipsum quod alitur. Præterea, si resurgentes cibo utentur, hoc erit aut semper aut non. Si semper, infinita quātitas ex hoc ipso oriretur. Cibus enim in corpore à quo nil resolueretur, augmentū dimensionū causaret: ideo si semper cibo quis immortalis utitur, semper utiq; augebitur. Hoc autem est contra perfectionem rerum naturalium: quia sicut ostendit Aristoteles, Omnium natura constantium, terminus est & ratio magnitudinis atq; augmenti. Si uero non semper cibo utentur qui resurget, uidetur hoc ipsum de illo sentiendum à principio resurrectionis. Si autem cibo non utuntur qui resurgunt, neque Venereis utentur: semen namq; est superfluum nutrimenti. Rursus, cum corpora resurgentium sint incorruptibilia, non poterit feminis deciso ab ipsis fieri. Adhuc, quicquid nutritur, necessario tandem corrumpitur: harmonia enim eius quod alitur, per alimentū sumptionem ac digestionem continuo impuriore efficitur: cuius simile est: quia si uino modicum quid aquæ frequenter commisceatur, fit uirtus uini debilior. Necessè est enim alimentum in principio quidem dissimile esse nutritio: in fine autem simile: aliter etenim non agerent neq; paterentur mutuo. Quod uero dissimile seu contrarium est, resistit agenti: & ob id uirtus agentis paulisper deficit, tandemq; corrumpitur. Corpora autem resurgentium immortalia erunt secundum præostensa, cibo igitur nullatenus utentur. Ac uero, finis generationis est genitum. Si igitur post resurrectionem remansurus est Venereorum status in hominibus, oportebit hominum quoq; generationem admittere. Post finale autem iudicium generatio cessabit, sicut probatum est: completus nemp̄ erit electorum numerus: ideoq; reproborum generatio cessabit, iuxta illud: Constituit terminos populorū, iuxta numerum filiorum Israël, id est electorum. Præterea, si post resurrectionem generatio durabit, aut tunc generandi morientur aliquando aut minime. Si non morientur, ergo sine originali peccato nascuntur: cum secundum præhabita, moriendi necessitas sit poena culpæ originalis. Hoc autem est contra Apostolum, qui asserit per unum hominem peccatum in omnes deuenisse. Rursus, si sine culpa nascuntur & moriendi necessitate, re de peccatione que per sanguinem Christi facta est, nequaquam egerint: quod repugnat sententiæ Apostoli ad Corinthios: Sicut inquit in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur. Non ergo poterunt incorruptibiles esse. Si uero corruptibiles erunt, aut post mortem animæ rursus corporibus copulabuntur, aut non. Si copulabuntur, expectanda erat ipsorum resuscitatio, quatenus omnes simul resurgerent: uel nulla est ratio, ob quam modo uniuersalis resurrectio differret. Si deniq; animæ materiebus non denuo coniungentur, permancebunt in perpetuum separatæ: quod paulo antè destructum est. Iterum, cum animæ istorum sint eiusdem naturæ cum eorum animabus, qui ante resurrectionem exierunt, ratio fingi non potest, cur non omnibus æquale beneficium præstetur: cum resurrectio, sit reparatio defectus naturæ. Inuestigari etiam possit, si sine statu generatio procedet, aut quandoq; sistet. Si non stabit, tunc electorum & reproborū numerus præordinatus nō est neq; determinatus: quod diuinæ sapientiæ non competit. Si autem aliquando cessabit, idē dicendū erit à principio. Porro si quis dicat, Vius ciborū ac Venereorū post resurrectionem permanere, non ratione procurandæ prolis aut sustentandæ corporis, sed ob solā delectationem in horū usu consistentē, ne ulla desit beatis delectatio: hoc penitus ridiculum est. Vita nemp̄ beatorum, ordinatior erit uita in mundo isto conuersantiū. Sed uitiosum est & inordinatū, in hac uita cibis uti & Venereis non propter prolem producendam corporisq; sustententiam, sed solam delectationem: cuius uerissima ratio est. Nam prædictorum actū delectationis, non sunt fines actionum, sed potius econuerso. Ideo enim prædictis actibus sensibilem delectationem natura miscuit, ne ob laborem & cætera quæ circumstant & consequuntur, desisterent animalia ab huiuscemodi actibus uitæ & conseruationi specieꝝ necessariis. Est ergo in decens prædictorū ordo, prædictos actus ob delectationē dūtaxat continuari. Non itaq; in resurgentibus remanebunt: quorum uita decentissima & ordinatissima ponenda est. Præterea, beatitudo hominis ad quā resurrectio ordinatur, in prænotatis uoluptatibus statuenda non est, sicut prædemonstratū est. Non ergo remanebunt in resurgentibus. Amplius, ea quæ sunt præsentis uitæ, ad beatitudinem futuram ordinanda sunt. Si ergo prædictæ delectationes sunt ad beatitudinem pertinentes, cadere debe-

Aristoteles

Felicitas

Origenis opinio

Aristoteles

I. Cor. 15.

rent & esse in intentione ad felicitatem resurrectionis tendentium. Hoc autem esset uitio-
sum. Est enim contra uirtutē temperantiæ, ut quis à uoluptatibus carnis nunc quidē absti-
neat, ut post modum abundantius eisdem perfruatur. Si ergo neq; ad beatitudinē, neq; ad
finē naturalē huiuscemodi delectationes in futura uita proficiūt, nullatenus remanebunt.
Adhuc, quæ beatitudinem minuunt, à futura beatitudine præscindenda sunt. Futura autē
beatitudo, quemadmodū præostensum est, in primæ ueritatis contemplatione seu uisione
dei atq; summæ bonitatis amore consistit. Cernimus uero & omnino experimur, q; quo à
sensibilibus uoluptatibus & præsertim gustus & tactus, quæ etiam bestiales à philosophis
nuncupantur, anima liberior fuerit & remotior, eo intētius contemplationi diuinorū & eo-
rundem amoris intēdere ualet. Penitus ergo perniciosus est Sarracenoꝝ ac Iudæoꝝ & Mil-
lenariorū error: qui post resurrectionem, Venereorū & ciborū usum resurgentibus attri-
buūt. Millenarij q; sunt dicti heretici quidā, qui regnū Christi ponebant futurū in terris
per mille annos: eos qui tunc resurrexerint, dicentes per tantum tempus carnalibus epulis
sine omni moderamine, & ultra q̄ credi potest, uacaturos. Enim uero, scripturæ testimonia,
quæ celestis felicitatis regnum sub corporalium ciborum repositione describunt, spi-
ritualiter intelligenda sunt. Solet nempe scriptura sacra, inuisibilia ac intelligibilia, sub sen-
sibilium imaginibus nobis nuntiare: quatenus per ea quæ uidentur & specietenus innotē-
scent, ad inuisibilia desideria agnitionemq; feramur.

Articulus XCIII. De natura & dispositione corporum resurgentium,
tam in electis quam in reprobis.

ERit deniq; resurrectio nostra, resurrectioni Christi consimilis, dicēte Apostolo: Re-
formabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Sed cor-
pus Christi post resurrectionē eiusdē extitit naturæ cuius & antē. Nam post resur-
rectionem, ueritatem humanæ carnis in semetipso ostēdit uisibilem, palpabilemq;
se exhibens. Nostra ergo corpora eiusdē naturæ erunt & speciei post resurrectionē, cuius
& nunc: ut puta ex carnibus & ossibus constantia. Dixit equidem dominus Lucæ ultimo:
Palpate & uide, quoniā spiritus carnē & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Adhuc,
necesse est in resurgentibus esse ea quæ ad ueritatem speciei unitatemq; indiuidui exigunt,
quatenus uerū sit eosdem resurgere, & in eo corpore quo uixerunt præmiari. Materia autē
sensibilis, est de diffinitione hominis: & anima rationalis requirit determinatæ naturæ cor-
pus. Necesse est enim actum proportionari potētia, & formā materiæ. Necesse ergo est, ut
corpora resurgentium sint eadem naturæ q; eiusdem cum corporibus quæ modo existūt.
Vnde nec aërea, neq; celestia erunt. Propterea apertissime contestans, Scio inquit Iob, q;
redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circūdabor
pelle mea: & in carne mea uidebo deum saluatore meum. Enim uero, quanq̄ omnium resur-
gentium corpora eiusdē naturæ futura sint, quemadmodū humanæ speciei perfectio req̄-
rit, non tamen talis dispositionis post resurrectionē existēt, quales iam sunt: sed tūc omnia
in corruptibilitatē habebunt: quod ex triplici ratione ostenditur. Fiet enim futura resurre-
ctio, ut uniuersi iusti præmientur. Præmium autē bonorū est felicitas: reproborū uero præ-
mium, est pœna culpæ mortalis: si tam felicitas q̄ pœna culpæ mortalis sunt perpetua. sem-
per ergo permanebunt corpora resurgentū. Præterea, reunitur anima corpori, ut natura
corporis, naturæ ipsius animæ proportionetur, competat & adæquetur sicut prætaclū est.
Sed anima perpetua est: immortalis ergo corpora resument animæ. Amplius, & sumitur ra-
tio hæc ex diuinæ causalitatis uirtute & efficacia: deus enim qui sua potestate corpora de-
structa in resurrectione reparabit, potens est utiq; iam reparata corpora in perpetuū con-
seruare: in cuius figurā triū puerorū corpora in fornace ignis seruauit illæsa. Hinc igitur ait
Apostolus: Seminatur corpus animale: surget autē spirituale. Et itez: Caro & sanguis, re-
gnum dei non possidebunt. Non tanquam humanæ carnis substantia & ueritas resurēda
non sint, sed quoniam corpora, naturæ spiritū seu immortalium animarum proportiona-
buntur in incorruptibilitate.

Articulus XCV. De qualitate corporū resurgentū, tā in electis quam in reprobis.

Constat nempe ex nūc præin ductis, corpora resurgentū immortalitatem indue-
re, non obstante naturæ identitate quæ iam corruptibilis est. Per diuinā etenim
uirtutē animæ, quo ad hoc, corpus perfecte subdetur: contrariorū compositione
non obstante. Insuper, non tantum hoc donum in corruptibilitatis consequetur
corpus in omnibus resurgentibus, sed etiam ex parte animæ unūquodq; corpus speciales
qualitates

qualitates adipiscetur. Quamuis enim merito passionis Christi, naturæ defectus qui est mo-
riendi necessitas, ab uniuersis pellendus sit, remanebit nihilominus differentia inter bonos
& reprobos, quo ad ea quæ utriq; personaliter conueniūt. Pertinet autē ad speciem homi-
nis, animæ corporisq; coniunctio: sed ex actibus personalibus meretur unūquiq; uel felici-
tari uel felicitate destitui. Qualificabuntur itaq; in singulis corpora secundū concordantiā
& merita animarum. Ex claritate igitur animæ deo feliciter fruētis, consequetur corpus
spūs, ut animæ subiectū sit omnimode, non tantū quo ad esse, sed etiā quantū ad actiones
& passionēs motus, corporeasq; qualitates. Primo igitur, claritas animæ ad super sancti dei
uisionē eleuata, in corpus redundabit, & lucebit ex redundantia lucis quæ est in anima. Di-
cit enim Apostolus: Seminatur corpus in ignobilitate: surget autem in gloria, id est clarita-
te. Et Matthæi 13, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū. Iam quippe corpora nostra
opaca sunt, tunc uero resplendent. Secundo ex repletionē plenitudine adimpletiōis
omnium desideriorū animæ beatæ, sortietur corpus agilitatē seu mobilitatis promptitudi-
nem. Ex desiderio enim animæ, corpus mouetur. Nam ideo corpus infirmū redditur, quo-
niam per exequutionē motus, desiderijs animæ satisfacere non ualet. Hinc igitur ad Corin-
thios scribēs Apostolus, Seminatur inquit in infirmitate, surget in uirtute. Denuo, de iustis
in libro Sapientiæ scriptum est: Fulgebunt iusti, & tanq̄ scyntillæ in arundineto discurrēt.
Inerit quidē motus corporis beatorū, nō ob indigentia, sed ad uirtutis demonstrationē.
Tertio, ex remotione omnis mali ab anima, ipsum quoq; corpus impassibilitatem assumet.
Sicut nempe cuncta animæ desideria in totius boni felicissima possessione replebuntur, sic
malū omne ab ipsa elongabitur. Mali enim permixtio cum perfecta beatitudine, summi ui-
delicet boni perfruitione non existit. Hinc ergo ipsum corpus immune erit ab omni malo,
tanti quo ad actū q̄ etiam quantum ad potētiā: quo ad actū quidem, quia neq; deformitas,
neq; corruptio, neq; defectus ipsi cohærebit: quo ad potētiā uero, quia corruptiū passio-
nis expertus erit, neq; molestiā amplius sustinere poterit. Propterea Apostolus ait: Semi-
natur in corruptione: surget uero in incorruptione. Quarto in super, ex indissolubili perfe-
ctissima inhæsiōne animæ ad deum, corpus plenam subiectionem sub anima adepturum
est: conformabitur enim animæ, quantum ei possibile est, & ipsius proprietates participabit
in ordinatione sensualis appetitus, sensuumq; perspicuitate, & perfectione naturæ. Vnde
corpus forma sua perfecte satietur & perfectum erit: neq; desiderabit materia alteri
formæ copulari. Ideoq; Apostolus ait: Seminatur corpus animale: surget autem spirituale.
Porro, sicut gloria ad quam rationalis anima per gratiā sublimatur, naturalē perfectionē,
uirtutem & ordinem angelicorum etiam spirituum supergreditur, ita humanorū corpōrū
gloria in beatis, celestium corporū decorem superabit: quoniam in corporibus resurgenti-
um, erunt claritas plenior, agilitas uelocior, impassibilitas eminentior, dignitasq; naturæ
perfectior, quam in substantijs cœlorum: quam obrem Apostolus corpora resurgentū di-
xit celestia fore. Præterea, ex his facile est conspiciere, qualia reproborum corpora futura
sint, conditio nanq; qualitatis ipsorum, ex opposito sumenda est respectu corporum beato-
rum. Vnde cum in reprobis sit uoluntas à deo penitus auersa, & omni desiderato destituta,
ipsorum etiam corpora grauissima erunt: ponderosa & importabilia pene: atq; nulli animæ
appetui obedientia. Erunt deniq; obscura & passibilia, non tamen mortalia: quoniam ani-
ma sicut præexplanatum est, indispērgibiliter corpori coniungetur: neq; poterit corpus à
forma in formam transmutari. Veruntamen quo ad ea quæ ad naturæ complementū spe-
cieiq; perfectionem pertinent, reparanda sunt reproborum corpora. Natura enim reparā-
da est, quoad specificam existentiam. Vnde cum in reprobis natura ipsa bonā remaneat, cū
à summo bono creata sit, uoluntas uero inordinata, corpora malorum integre reparanda
sunt, quo ad ea quæ naturæ sunt. resurgent igitur cum membrorum perfectionē & perfe-
ctā ætate. Hinc enim Apostolus ait: Mortui resurgēt incorrupti, sed reprobi non immuta-
buntur. Immutatio nanq; in gloriam sonat. Vnde Apostolus: Omnes inquit resurgemus,
sed non omnes immutabimur. Hæc quoq; naturalis perfectio in corporibus reproborum,
non utiq; in gloriam, sed tormentum eis proueniet: quibus nimirum omnia cooperabuntur
in malum. Nam & bonum esset eis, si nati non essent homines ipsi.

Articulus XCVI. De loco, sexu & ætate resurgentium.

Enim uero cum ostensum iam sit, beatorū corpora post resurrectionē ampliorē cla-
ritatem sortitura, q̄ sit celestium corporum claritas, hinc consequens sit, corpora
glorificanda sup omnes cœlos mobiles collocanda, quatenus locata proportionē
locorū &

Millenarij
error.

Phil. 3.

Iob 19.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Sap. 2.

Eodem.

Eodem.

1. Theol. 4.

1. Cor. 15.

Eodem.

Mat. 25.

locorū &

loco: & econuerso. Si autem obijcias, quomodo per caeloz corpora quae frangi nequeunt, transitura sunt. Rursus, incongruum uidetur, ut corpus terrenum, cui secundum naturam infimus locus debetur, non iam dicitur supra corpora leuia, sed etiam caelestia collocetur: hominis autem corpus terrenum est, & post resurrectionem secundum praeducta eiusdem naturae remanebit. Non itaque uidetur super caelestis mansio ipsi competere posse. Sed respondendum, quod diuina uirtute corpora glorificata, hoc quoque consequuntur, ut simul cum alio corpore esse queant, & omnia penetrare ualeant. Reformabit enim inquit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae. Corpus uero Christi clausis ianuis ad discipulos ingressum est. Quod denique secundo obijcitur, nunc solutum est per ea, quae de agilitate & plena subiectione corporis in beatis paulo ante determinata sunt. Si igitur ob hanc claritatem & gloriae corporis glorificationem, super caelestis eiusdem locus conueniat, tunc palam, quod reprobos corpora in poenali, terreno, tenebroso ac infimo loco constituenda sunt. Psalmista nempe ait: Veniat mors super illos: & descendant in infernum uiuentes. Et Iohannes contestatur, quod diabolus qui se ducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris: ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Porro, cum ad humanae naturae perfectionem uterque sexus pertineat, tanquam ab uniuersali natura preintensus, remanebit in resurgentibus sexus tam maris quam foeminae. Amplius, cum corpora, perfecta ac integra suscitanda sint, oportebit membra generationi deseruiencia sic resumere, quemadmodum & cetera membra resumenda sunt. Si denuo quis inquit, primo, quoniam secundum praehabita, in resurgentibus non remanebit horum membrorum seu uenerorum usus frustra ergo resumerentur. Praeterea, sexus foemineus est imperfectio naturae & infirmitas quae dicitur. talia autem non erunt in resurgentibus. Rursus, Apostolus ait: Donec occurramus oes in unitate fidei, & agnitionis filii dei in uisum perfectum, in mensura aetatis plenitudinis Christi. Non igitur in sexu foemineo erit resurgentium occursum. Sed respondendum, quod si igitur membra in quibus est sexus, in resurgentibus mansura non sunt, quia ipsorum usus cessabit, conformi ratione ne quilla membra remanebunt, quae modo cibo & alimentis deseruiunt. Itaque non pauca essent in resurgentibus corporis diminutio. remanebunt igitur quasi ad naturae perfectionem, in diuinitateque integritatem requisita: quatenus & tunc ordo in hominibus reluceat. Quod secundo inducitur est soluitur: quia sexus foemineus est intentus a natura scilicet uniuersali, licet per comparationem ad sexum uirile, rationem imperfectum habeat. Ad tertium dicitur, quod Apostolus ait, in uirum perfectum: ut ecclesiae uirtute perfectionemque designet. tota namque ecclesia tanquam uir unus atque perfectus, Christo occurret. Ex uerbis quoque Apostoli praeductis innoscit, quod in mensura aetatis Christi resurgent uniuersi. In sola enim hac aetate, naturae perfectione consistit ipsa est aetas iuuenilis, inter puerilem & senilem media existens.

Articulus XCVII. De immutabilitate uoluntatis in animabus post separationem a corporibus.

In hac quippe uita, est status demerendi & merendi. Propterea comparata est uita praesens militiae, & diebus mercenarij, sicut Iob ait: Sicut mercenarij dies eius. Et rursus: Militia est inquit uita hominis super terram. Est igitur anima nunc quidem in statu pugnae & certaminis. Status autem post separationem a corpore, est status remunerationis pro illegitimo utique uel legitimo certamine. Post uitam ergo istam non amplius commutabitur humana uoluntas a bono in malum aut econtrario: quoniam sine merito uel demerito, hoc ipsum contingere non possit: sed remanebit anima in ea uoluntatis suae dispositione, in qua a corpore separata est: & in eo fixa remanebit, ad quod se ultimate conuertit. Praeterea, sicut se habet principium in speculabilibus, sic se habet finis in appetitiuis. Nam quemadmodum in speculabilibus conclusio in primis principijs sistit, & ex illis deducuntur, sic finis in appetitiuis est principium quod appetitur, & ultimo possidetur & adipiscitur. Sicut ergo natura humana intellectus circa prima principia errare non potest, cum sint naturaliter indita & nota, sic circa desiderium sui, ultimus finis nihil errat: quoniam unum quodque naturaliter illum appetit. Sed sicut ex speciali dispositione intellectus contingit quae praesens errare circa illa quae ex primis principijs deducuntur, sic ex dispositione speciali uoluntatis, accidit error in particulari & exequutione naturalis desiderij: quo in uniuersali ultimus finis appetitur. Unde uicissim euenit anima errare, considerando & appetendo aliquid sub ratione ultimi finis, & sicut finale bonum: in quo tamen eius felicitas non consistit: sicut de intemperatis & auaritis constat. Hoc uero accidit ex speciali dispositione, quae superaddita est illi ipsius animae dispositioni, qua naturaliter uera beatitudinem secundum modum praetactum desiderat. Sed

haec

haec rectis dispositionis superadditio, in anima separata locum amplius non habet: quantum enim est anima in corpore, moueri potest per accidens secundum motum corporis aliquid: uel per passionem aut habitum quem in corpore sentit, & quo disponitur in corpore. corpus autem, animae unitum est, ut per ipsum ad finem tendat & proficiat. Dum igitur a corpore separata fuerit, non amplius nouis dispositionibus commutabitur: sed in illa dispositione remanebit in qua discessit, & in illo immobiliter quiescet, ad quod se, sicut ad finale desiderium, ultimare conuertit in corpore. Post uitam igitur hanc, non erit in statu ut ad finem moueatur, sed ut in illius desiderio semper fixa sit, ad quod se finaliter separanda conuertit. Denique, quod uoluntas in animabus sanctis post mortem erit incommutabilis, & fixa in desiderio & amore boni, specialibus rationibus deduci potest. Beatitudo enim, est perfectum bonum: & ideo securitatem plenam, & sufficientiam exigit: finem autem, appetitum contentum nequaquam efficit, quod superius destructum est. In beatis ergo est securitas & sufficientia. Sed si ipsorum uoluntas ad malum uertibilis esset, timere possent ne quandoque ab ordine recto auerterentur, atque per hoc adeptam gloriam perderent. Adhuc, quod beatum est, non amplius natum est moueri ad finem: sed illi perfecte unitum est. Si namque nondum plene unitum fuerit ultimo fini, necdum beatitudinem adeptum est. Animae ergo quae uere beatae sunt, ueritatem nequeunt, sed stabiliter summo bono copulatae perseverant. At uero, peccatum uoluntatis ex errore quodam intellectus nascitur: obiectum enim uoluntatis, est bonum in intellectu: nec aliud uoluntatis, nisi id ipsum sit bonum, uel ueraciter, uel certe apparenter. Beati autem cognoscunt deum, non iam per speculum & in aenigmate, sed specietenus per essentiam, & sicut cogniti sunt: perfecte uidelicet, & non ex parte: quemadmodum diuinus constat Apostolus: Apprehendit ergo deum, sicut fontem & obiectum totius beatitudinis fontanam in circumscriptamque bonitatem, & uniuersae desiderabilitatis fontalem principium. Nullatenus igitur ab ipso uerti possunt. Porro, animae quae purgabile quippiam secum deferunt, nondum scilicet purificatae in uita hac, non tamen in mortali crimine decedentes, in fine a beatis animabus non differunt, quia cum charitate separantur: id eorum immobiliter deo perfectum inhaerent. Enim uero, cum reprobos animae in mortali crimine hinc abeant, mortali autem crimini sempiterna poena debetur, (omne quippe peccatum, est auersio quaedam mentis a deo: & conuersio in id quod ueraciter appeti non expedit) ob id omne peccatum ordine rationis creatae ad deum, quodammodo perimit & tollit. Sed ueniale peccatum huiusmodi ordinem non penitus aufert, sed partim minuit. Mortale autem peccatum ordinem istum prorsus tollit, & charitatem omnimode extinguit: cui soli caelestis beatitudo reposita est. Propterea mortali crimini perpetua poena debetur. Voluntas ergo miserorum, ad deum conuertibilis non est: si enim conuertibilis esset, liberari posset. Praeterea, sine gratia nemo ad deum conuertitur. Fiducia inquit talis habemus ad deum, quod non sumus sufficientes cogitare aliquid, meritorij scilicet, ex nobis tanquam ex nobis. Sed reprobi a gratia penitus excludendi sunt: quemadmodum & beati omni gratia perfecte implebuntur. Minime ergo conuerti ualebunt. constituerunt nempe sibi in uita praesenti omnium desideriorum & bonorum suorum finem: in quodam uero bono ipsos auertent. Licet namque rationalis creatura naturaliter desideret beata effici, eatenus utique, ut nec oppositum huius desiderare queat, nihilominus per uoluntatem ab illo deflecti potest, in quo uera finalis, & ipsius felicitas constituta est: dum uidelicet id in quo uera beatitudo consistit, non apprehenditur sub ratione beatitudinis, sed aliud quiddam, in quo affectus inordinat fitur, tanquam uere felicitatis obiectum accipitur: quemadmodum in his elucefcit, qui in uoluptatibus & bonis carnis, felicitatem sibi statuit: quorum (ut ait Apostolus) deus uenter est. Hi denique qui ueraciter beati sunt, apprehendent beatitudinis obiectum sub ratione beatitudinis ac ultimi finis, & summi boni: aliter nepe in tali bono contentari &istere non possent: & per consequens, neque felices essent: & sicut ipsorum uoluntas ex hoc in bono confirmabitur, ita reprobos omnis affectus propter praeductam auersionem, in malo immobilitabitur, neque conuerti poterit usque quaque: sed summo bono quod uniuersorum entium naturalibus desiderijs appetibilissimum & amabilissimum est, ita recuperabiliter destituetur.

Articulus XCVIII. Quod animabus a corporibus separatis, praemia aut poenae mox restituantur.

S igitur uita huius status, sit status pugnae & militiae, diebusque mercenarij comparatus, pugnantem autem ac militanti, statim post laborem seu triumphum, aut certe illegitimum certamen, poena praestatur aut praemium, quemadmodum & mercenario, unde Leuitici decimonono, Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane. Et in

Philipp. 3.
Iohan. 10.

Psalm. 54.
Apostol. 10.
Iob 10.

Epist. 4.

Iob 7.
Iob 7.

1. Cor. 13.

Peccati, quid.

1. Iohan. 3.

Philipp. 3.

Iob 7.
Iohan. 10.

Ioh. 2.

Et in Iohel dominus ait: Cito reddam uelociter uicissitudinē uobis super caput uestrum. Anima ergo à corporibus emigrantes, poenā aut gloriā mox utiq; consequitur. Amplius, omne peccatū à uoluntate dependet, nil nempe meritoriuū est uel uitiosum, nisi uoluntariū, culpa igitur non cōpetit corpori nisi per animā, sicut ergo ab anima in corpus culpa & uirus deriuatur, sic rectum est & ordini congruū, ut prēmium quoq; & tormentū primo sint in anima, & ex ea redudent aliquando in corpus. Nulla igitur causa relinquatur, ob quam dilatio fieret in animabus separatis, ne poenā aut gloriā sortiri debeāt, nisi corporibus rursus copulerentur. Præterea, prēmii electoꝝ est dei uisio, quæ est secundū Augustinum, tota merces. Visionis autē dei est anima capax à corpore erepta: siquidem corpus quod corrumpitur aggrauat animā: quod etiā Platoni & Origeni ualde uisum est. Mole itaq; carnis abiecta, iam immaterialis & simplex anima quæ sancta est, diuinæ lucis contemplationi aptata est. Deniq; si iustis statim reddatur gloriæ merces, tunc reprobis mox præstatur poenalis retributio. Enim uero, in electis animabus hinc deceditibus, dilationis causa uicissim accidere potest. Palā quippe est, animā ad dei uisionē quæ est per essentiam, admitti non posse, nisi omni macula careat instar angeloꝝ. In uita autē hac à peccatis penitus abstinere nequimus: sed per poenitentia & cætera sacramenta purificamur à maculis peccati. Dum igitur anima in crimine non iam mortali, sed ueniali hinc emigrat, nondū apra est uisioni dei, neq; æternā poenam meruit: sed quid purgabile habens in uita hac, necdum plene purgatum, dilationem sustinet æternæ beatitudinis: donec per poenas purgatorias penitus mundetur, & tunc ad dei uisionē immediate sublimanda est. Propterea itaq; purgatorium ponimus. Adhuc, pro his qui iam in termino sunt, boni scilicet uel mali, seu felicitatis aut damnatiois, orandum non est: sed pro eis duntaxat, qui ad terminū necdum peruenerunt. Orat autem Ecclesia pro defunctis: quæ oratio inanis esset, si purgatoriuū non foret. Porro, q̄ animæ que purgatorio non deputantur, uel beatitudinē uel poenā gehēnæ post mortē mox suscipiat, scripturæ testimonijs elucet. Dicitur enim in Luca: Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Et in Iob: Ducunt inquit in bono dies suos: & in puncto ad inferna descendunt. Nec dubiū, quin infernus sit reprobōꝝ locus. Insuper, ad Philippenses scribens Apostolus ait: Desiderium habeo dissolui, & esse cum Christo, Christus autē in cælis est, ad cæla igitur & sperabat & optabat Apostolus de duci. Vnde sanctus Thomas asserit, q̄ ultimata retributio quæ in cælis promittitur, statim conferatur beatis post præsentis uitæ abscessum: quam quam nonnulli dicant, animas sanctoꝝ post liberationē à crimine & poena, primo in paradiso terrestri existere: & demum ad cælos scandere. Tollitur autem per hæc Gregoꝝ quorundam error, qui purgatorium negāt, adijcientes animas defunctorum ante resurrectionis tempus, neq; in cælo, neq; in inferno locari.

Luc. 16.

Iob. 21.

Philipp. 1.

Articulus XCIX. De finali iudicio.

Elucet deniq; ex præinductis, animas statim retributionē post corporis dissolutionem adipisci. Hæc autē retributio, iudicium præsupponit. Est igitur duplex retributio, duplexq; iudicium eorum, quæ quis in uita gerit. Vna quippe retributio secundum animam est: & alia post uniuersalem resurrectionem erit. Prima quoque fit singulis singularim: secundum quam animæ à corporibus emissæ, statim iudicantur. Alia uero erit communis omnibus, in resurrectione scilicet corporis. Et consimiliter erit iudicium duplex. Et in secundo quidē iudicio, retribuetur unicuiq; secundum quod gessit in anima & corpore: & id fiet omnibus simul, & in ipso iudicabit Christus inuisibili formamaturæ scilicet humana, qua ab omnibus uideri queat: quanquā diuinitas quæ cōtemplatores suos beatificat, ab electis duntaxat cōspectāda sit. Hoc quippe iudiciū quia corpore erit, uisibiliter continget: ut sic iudiciū correspondeat iudicatis. Primū tamen iudiciū quod animarum est, inuisibiliter expletur. Contemplandū denuo, q̄ in finali iudicio iudiciā auctoritatem habenti Christo, ipsi quoq; qui eminentius iudici Christo adhæserunt, secum iudicabunt: ut puta apostoli & uiri apostolici apostoloꝝ uestigia sequuti: quibus omnibus Matthæi decimonono dictū est: Vos q̄ sequuti estis me, sedebitis sup sedes, iudicantes duo decim tribus Israël. Si autem quis instet, quoniā non iudicabit dominus bis in idipsum, non ergo duplex eiusdē animæ uel hominis iudiciū futurū est. Respondendum, q̄ dñs duas poenas pro peccato eodē non infligit: neq; eundē bis iudicat secundū eandē rationē & conformi modo. Vnde cum homo quilibet sit persona quæ dā, & etiam pars aliqua uniuersi, unum fit de ipso iudiciū quod singulare est: aliud autē secundū quod est pars uniuersi: ultimum nempe iudiciū, ad uniuersalē bonoꝝ peruersoꝝq; separationē pertinet. Rursum, in iudicio primo,

primo, non recipiunt neq; mali, neq; prædestinati mercedē uitæ, quam in corpore duntaxat totaliter quia non secundum corpus, sed in anima præcise: Finaliter autē plenam adepturi sunt retributionem, in anima scilicet & corpore: in quoꝝ utroq; peccauerunt. Iudiciū autem huius ultimi hora incerta est: sed locus in propheta determinatus reperit. Nam in uale Iosaphat disceptaturus est dominus cum gentibus, & cōgregaturus est eas illic. Christo nempe, quoniam passionē humanitatis suæ, nobis & resurrectionem & uitam æternā promeruit, istud uniuersale iudicium competit: quemadmodū scriptum est: Potestatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominis est. Humanæ enim naturæ meriti cōpetit, non diuinæ.

Mur. 27.

Ioh. 2.

Iohan. 5.

Articulus C. Quemadmodum immateriales & incorporeæ animæ à corporibus iam separata, à corporali igne torqueri possunt.

Difficultatem non mediocrem plurimi inducunt, qualiter spiritus qui neq; sitū neq; extensionē habent, & per consequens ut uidetur, nec sensibiliū corporalium uel qualitātū & impressionū susceptiua sunt, à corporeo igne crucientur. Cruciorum (inquit diues ille epulo) in hac flamma. Deniq; Matth. 25. ait Saluator: Ite maledicti in ignem æternū: qui parati estis diabolo & angelis eius. Christiana igitur religione fateri uidebimur, animas corporibus nondum reunitas, & dæmones, corporeo igne affligi. Iob (ait Iob) à calore nimio ad aquas niuū. Enim uero ut difficultatis huius uirtus & ueritas lymphidius explanentur & innotescant, argumentandū est, non posse incorporeales substantias à corporeo igne affici. Augustinus enim super Genesim ad literam dicit: Non sunt corporalia, sed corporibus similia, quibus animæ corporibus exuta afficiuntur: seu bene seu male, non ergo corporeo igne punitur anima, aut demon. de quo eadem difficultas est. Præterea, eorum duntaxat est mutua actio & passio, quæ in materia communicant: sicut primo de Generatione Aristoteles, & in libro de Duabus naturis Christi Boethius scripserunt. Corporeum autem & incorporeū in materia communicari nequeunt: nec igitur unū aliud alterare aut trāsmutare ualet. Amplius, omne agēs patiēti aliqd imprimit. Si ergo ignis animam separatam torquet, aliqd ei imprimit. Calorē autem imprimere non potest, cum im mutabilis essentia, caloris subiectum intelligi nō possit: sicut nec angelus in propria natura dealbari potest. Non igitur ille ignis animā alterat, aut calefaciendo transmutat: & per consequens ut uidetur, corporaliter non agit in eam. Adhuc, in anima separata sensitiua: uires non remanent, nisi sicut in radice: non autem in actu, cū sint animæ corporiq; communes, ut uisus & tactus. In anima uero separata, intellectus tantummodo & uoluntas perseuerat. Hæc autem potentia cum sint inorganicæ, nihil corporaliter ualent recipere. Non ergo anima separata uidetur ab igne posse torqueri. At uero, quicquid uel est uel recipitur in alio, est in illo non secūdum modum sui propriamq; naturam, sed secundum conditionē ipsius in quo est, uel recipitur. Anima autem separata ab igne pati nequit, si nil prorsus ab ipso recipit: sed cum sit ipsa spiritus & incorporea natura, nil recipit, nilq; in ea est, nisi spiritualiter & incorporealiter ex auctoritate allegata: sed formæ quæ in anima spiritualiter solū sunt, intelligibiliter sunt in ea: & per consequens sunt in ea sicut perfectiones ipsius. Si ergo anima igni immergatur, non per hoc uidebitur sensibiliter torqueri: sed intelligibiliter perfici. Si autē quis dicat, eo ipso animam igne puniri, quo eum uidet: sicut quarto dialogorum uidetur Gregorius uelle, non uidetur hoc efficaciter dici. Hæc nempe uisio, non nisi mentalis esset, cum organicas potentias anima non habeat. Visio autē intellectualis, non uidetur tristitia esse causa: quoniā secundum Philosophum, delectationi quæ est in considerando, nō est tristitia contraria, uel hoc utiq; consequens fiet, q̄ ex uisione tali, non in sit animæ corporalis seu alteratiua poena. Præterea, sicut beatæ animarum felicitas nusquā interrumpitur, dum etiam hominibus apparent, sic si dispensatiue infelix anima seu dæmon inferni locum deserat, mundum intret, & homini appareat, ex hoc ipsius poena non dirimitur: nec poena damni nec poena sensus. Sed ignis nullā substantiam alterat, aut torquet, nisi per medium uirtus eius actiua deriuetur & diffundatur, patientiq; imprimatur: sed irrationabile uidetur, si quis diceret uniuersum medium ab igne infernali usq; ad nos alterari: aut ignis impressionem recipere. Non ergo uidetur, q̄ ab igne corporeo experiat anima impressionē aliquam poenalem. Ad præsentis igitur difficultatis decisionem, multipliciter & difformiter respondent plurimi. Etenim supponendum est, q̄ ignis infernalis sit uerus atq; corporeus, & non tantum metaphorice dictus: sicut ex præhabitis auctoritatibus innotescit. Contemplandum ergo, q̄ poena est correspondens peccato. In peccato autē quoslibet duo sunt, ut puta auersio mentis à uero & summo bono: & conuersio ad bonū cōmutabile & caducū.

Luc. 16.

Iob. 24.

Sic quoque peccato duplex debetur poena: Poena scilicet damni correspondens auerfioni, & poena sensus correspondens indignae conuerfioni. Fuerunt ergo heretici, qui propter preinductas rationes dicebant, in corpoream animam à corpore separata, à corporeo igne cruciari non posse. Vnde usque ad futuram resurrectionis tempus, poenam damni animae duntaxat attribuebant. Hoc autem prædictis scripturae sacrae testimoniis, & plurimis paulo ante prædiscussis manifeste contrarium est. Sustinendo itaque animam ab igne corporeo ueraciter puniri, & poenam sensus sustinere, quemadmodum ait Gregorius, quod anima non solum uidetur, sed etiam experiri, ignem patitur: isto inquam supposito, diuersi huius quaestionis materiam diuersimodi determinant. Porro Sanctus Thomas mentem suam super istis in pluribus locis explanat: & quod ei aptius uideretur determinat: Narrat quippe super quartum Sententiarum quosdam dixisse, quod ignem uidere, sit animae ab igne cruciari: sicut quarto Dialogorum Gregorius asserit: Ignem eo ipso patitur anima, quo uidetur. Hinc denique modum ostendit Thomas insufficientem. Nam uisibile in quantum uidetur, est uidentis perfectio. Non ergo eo ipso quo uidetur, uidentem torquet, sed per accidens solum, dum uidelicet apprehenditur nociuum. Necessè est ergo, ut inter ignem & spiritum sit comparatio aliqua, secundum quam ignis ille sit punitiuus animae, ultra hoc quod est conspici ab anima. Alij ergo dixerunt, quod quis ignis corporeus spiritum exurere & calefacere non possit, spiritus tamen seu anima separata apprehendit eum, ut nociuum sibi ex quo oritur in anima timor & dolor, ita ut in ipsis impleatur quod scriptum est: Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Vnde quarto Dialogorum Gregorius ait, quia anima cremari se conspicit, crematur. Hunc quoque modum Thomas reprobatur: dicit enim non esse uerisimile, quod animae separatae & spiritus qui ingenio pollent, putarent sibi ignem esse nociuum aut contrarium, si ipso non grauentur. Et iterum: quia afflictio ista non secundum rei ueritatem, sed apparentiam tantum esset. Alij igitur dixerunt, ignem corporeum accipi posse, ut est naturale agere, & sic in spiritum non agit. Iterum accipi potest ut instrumentum diuinæ aequitatis & ultrius iustitiae: & ita non in ui propria, sed uirtute principalis agentis realiter torquet animam. Nam quarto Dialogorum Gregorius: Colligere, inquit, possumus ex dictis euangelicis, quoniam in incendium anima non duntaxat uidendo, sed & experiendo patiatur. Hæc rursus proposito Thomæ non placet: Instrumentum nanque, sicut frequenter dicit, non potest circa aliquid agere in uirtute principalis agentis, nisi circa idem ipsum propriam quandam actionem habeat: sicut terra ex se ipsa habet ut fecerit, sed quod formam artis cause, in uirtute artificis efficit. Et conformiter aqua baptismi, animam in uirtute diuina sanctificat, in quantum corpus lauat. Cum ergo ignis secundum propriam naturam habitudinem nullam habeat, ut spiritum torqueat & poenose afficiat, neque ut instrumentum uindicantis dei animam separata realiter alterare, seu sensibilibiter inflammare potest. Respondet itaque Thomas, quod ignis in animam non potest agere, nisi in quantum anima ei unitur: Vnitur quippe spiritualis substantia corpori, uel sicut forma materiae, ut anima corpori: uel sicut motor mobili, ut intelligentia orbi: uel sicut locatum loco, quemadmodum spiritualia loco diffiniri dicitur, in quo afficiuntur aut agunt, sic existentes in uno loco, ut simul in alio nequeant esse. Quamquam autem corporalis substantia ex natura propria habeat ut spiritum diffiniat, ut tamen ipsum sic detineat & sibi alliget, ut ad alia diuertere sese non ualeat & operari ubi placet, non ex natura sua habet. Dicit ergo beatus Thomas, quod ignis ex se habet, ut animam separata & deo nem localiter diffiniat: ex uirtute autem dei, cuius ulciscens iustitiae instrumentum quoddam est, hoc quoque recipit, ut spiritum sibi alliget, & subditum teneat: ne quo uult, esse aut operari possit: & sic animae afflictio est ex hoc, quod rei infimæ & loco uilissimo se coniuncta & alligata conspicit. Vnde proximum animam affligens est ignis apprehensus ut alligatus: ex qua alligatione retardatur animae uoluntas, ne sic & ibi operetur, sicut & ubi uult. In hoc equidem est ignis ille ueraciter animæ nociuus: & ab ipso taliter considerato, cruciatur: imò poena ista corporalis dicitur ex parte instrumenti diuinæ ulciscens iustitiae, quod est corporalis ignis. Vnde Augustinus in duodecimo de Ciuitate dei ait. Quod sicut in hominis conditione unius anima corpori ipsum uiuificans (quauis sit istud corporeum, illud autem incorporeum) atque ex coniunctione hac amoris uehementem concipit anima ad corpus: sic ligatur igni, ut poenam ab ipso accipiens: & ex hoc ipso concipit horrorem. Hanc igitur determinationem dicit Thomas esse de mente Gregorij: quæ ad modum eius autoritatis nunc inductis, simul collectis & cointellectis, dicit posse patere. Item, cum in peccato sit auersio à summo & spirituali

Pal. 15

atq;

atque dignissimo bono, rectum est, ut per colligationem ad infima & sensibilia bona anima separata puniatur: quæ poena, dicitur ideo poena sensus, quia afflictiuus est, licet nil materialiter suscipiat anima ab igne. Per hunc ergo modum non est difficile præinductas rationes soluere. Nam autoritas Augustini secundum positionem hanc uult, quod anima non alteretur neque calefiat ab igne, sed quod ei alligetur. uel sic dici potest, quod uerbum Augustini innuit ignem nil materialiter spiritui imprimere. Ad secundam dicendum, quod Boethius & Philosophus de ea actione loquuntur, per quam patiens transmutatur in naturam agentis: & tali actione non agit ignis in animam. Ad tertiam respondendum, quod ignis infernalis non per modum influentis, sed detinentis animam ac spiritum affligit: & per hoc quarta ratio soluta est. Obiectum est equidem, quod licet nil materialiter anima ab igne recipiat, uere tamen ab ipso cruciatur secundum modum præinductum. Ad quintam dicitur, quod formæ quæ sunt in anima separata, sunt in ea intelligibilibiter: quia sine hic & nunc, cæterisque materiæ appendicijs: non tamen animam perficiunt ratione cuiusdam, quod per accidens huic spirituali formarum inexistentiæ coniunctum est: quia uidelicet sunt formæ corporalium rerum, quæ animam alligatam detinent: sicut etiam uicissim per magicam artem contingit spiritus imaginibus alligari. Ad sextam responderetur, quod delectationi quæ est in actu considerationis, non per se, sed per accidens tristitia quædam opponitur. Gregorius denique in uerbis præalligatis, in ratione hæc non excludit hoc, quod uisionem ignis ab anima circumstat & assequitur: ratione cuius efficitur poenalis, sicut iam explanatum est. Ad ultimam dicendum, quod quia ignem considerare ut nociuum est spiritui in afflictionem, si etiam aliquando per dispensationem diuinam gehennæ locum deserat, propterea non minus punitur, sicut & captiui, dum ad tempus libertatem suscipiunt egrediendi carcerem: ex sola carceris consideratione affliguntur, eo quod mansioni ipsius obligati sunt. Vnde anima aut daemone ubicumque sit, ignem corporeum ut sibi noxium conspiceret potest: quod secundum præenarratam positionem afflictio ipsius est. Ea autem quæ de difficultate ista nunc introducta sunt, non asserendo, sed aliorum responsiones ponendo, dicta sunt. Hoc certissimum teneo, & firmissime agnosco, quoniam reprobatione animæ à corporeo igne poenam sensus sustinent: modum autem cruciatus istius determinare, maioribus committitur: quippe positio beati Thomæ ratione non caret. Communiter tamen dicitur, quod ignis gehennalis ut diuinæ iustitiæ instrumentum, realiter etiam ac sensibilibiter animam seu spiritum torqueat. Et quidem, quamquam huiusmodi afflictionis modum ratio nostra comprehendere non possit, apud deum tamen benedictum & excellentum, non est impossibile omne uerbum.

Articulus Cl. De cessatione motus celestis & specierum rerum mundanarum:

ac etiam de statu mundi post iudicium.

ENimvero, cum inferiora hæc omnia sint propter homines, omnia (inquit Dauid) subiecisti sub pedibus eius, & hoc ipsum nec Aristoteles quidem latuit, ideo congruum est, ut status corporalium creaturarum, ei hominis statui conformetur, quem post finale iudicium adepturus est. Hic uero status erit immortalitas. Oportet (ait Apostolus) mortale hoc induere immortalitatem. Rerum autem corporalium, quæ dam statui huiusmodi conformari non queunt, neque capaces sunt status talis: quædam uero possunt. Nam corporum hæc quidem ex parte materiæ & formæ incorruptibilia sunt in toto & in parte, sicut orbes: hæc uero ex parte formæ & materiæ destructibilia sunt in parte non in toto, sicut elementa: & ista omnia cum humana creatura pariter innouanda sunt, & claritate ampliori uenustanda: quemadmodum & humanum corpus. Reliquæ autem corporalium rerum naturæ seu species, ex parte formæ & materiæ in parte & toto corruptibiles sunt: propter ordinem nullum habent, ut ad immortalem statum sublimentur sed cessabunt ipsæ, & ipsarum generatio. Cumque finis celestium rationum, sit corruptibilium generatio, quatenus esse quod in indiuiduo perpetuari non ualeat, in specie perseueret, consequens igitur est, ut cælorum motus cessent post finale iudicium. Motus enim cælorum ab intellectualibus substantijs causantur: quæ non nisi propter finem agunt. Denique, si corporea naturæ huius sensibilibus mundi propter hominem condita est, tunc congruit illas mundi species non manere post finale iudicium, quæ pro tunc homini in nullo profus necessariae sunt: sed corruptibilia hæc ad sustentationem humanæ uitæ exiguntur: uita autem resurgentium, immortalis erit, nec cibo neque ueneris utens, sicut præinductum est. Non ergo remanebunt plantæ & animalia bruta, species quoque secundum se totas corruptibiles. Porro, ad diu proficit iam homini corpore a natura: ad uitæ uidelicet sustentationem, atque ad scientiæ &

Luci.

Gene. 2.
Pal. 5.

1. Cor. 15.

contemplatiōis adeptionem. Inuisibilia enim dei, per uisibilem creaturam cognoscibiliter uidentur. Post resurrectionem autem & finale iudicium, primum horum duorum omnino cessabit, quia sola dei uirtus humanam uitam sustentabit. Congruit igitur, ut principales sensibiles mundi partes, quæ tamen comparationem & habitudinem quandam ad semper esse fortitæ sunt, etiam post iudicium maneant: ut sunt corpora simplicia & celestis substantia. Nec hoc duntaxat congruit, sed etiam decet hæc corpora lympidiori lumine pro tunc fulciri, ut sic in eis sensibilibiter consideretur deus, quatenus homo dei sapientiam, uirtutem ac bonitatem quasi sensibilibiter experiri possit in corporali natura. Vnde Esaias: Erit inquit lux lunæ, sicut lux solis; & lux solis septupliciter. Insuper, (ut fertur) terra ipsa in superficie peruia erit ut uitrum: aqua sicut crystallus: aer tanq̄ cælum: & ignis uelut sydera cæli. Quantitas autem meliorationis & innouationis super mundanorum corporum, ei agnita est, qui ipsam daturus est: quamuis Rabi Moyses dicat cælos non immutandos. Si præterea dicas, ordinem & de corem uniuersi, in speciebus mundi potissime constitui. Rursus, naturalia entium desideria protenduntur ad semper esse, nunquam igitur omnino disperibit: cum naturale desiderium frustrari non ualeat. Illa quippe in mundi innouatione non tantum non peribunt, quæ mundi ornamenta sunt: sed manebunt potius (ut uidetur) quam alia. Sed dicendum, quod duplex assignatur perfectio hominis. Vna quo ad eius institutionem: secunda quo ad ipsius glorificationem: sic perfectio mundi est duplex. Vna secundum huius uitæ instabilem discursum: secunda secundum futuram renouationem: cuius status perfectio, in corruptibilibus solum consistit. Hinc rerum corruptibiles species, ad perfectionem primo modo dictam, requiruntur: non autem ad perfectionem mundi secundo modo acceptam. Naturalia proinde corruptibilium desideria, ultra celestes motus non distenduntur: ab illis namq; dependent & causantur. Hæc ergo erit mundi consistentia post finale iudicium: sic enim disponet, cui fit omnino honor & gloria, deus sublimis & benedictus, AMEN.

D. Dionysii

CARTHUSIANI CREATVRARVM IN ORDINE AD DEVM
considerationis Theologicæ, Liber unus.

PRÆFATIO.



Electasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Non uniformiter pertinet creaturæ consideratio ad philosophiæ & theologum. Philosophus namq; considerat eas secundum seipsas & prout in propria natura consistunt, ideo proprias causas & proprietates rerum inquirit. Theologus autem creaturas intuetur in ordine ad deum opificem, prout uidelicet ab ipso fluxerunt & ad eum ordinantur atq; ab ipso disponuntur.

Articulus I. Quod non est nisi unum primum principium.

Primum dupliciter dicitur, scilicet primum simpliciter & primum in genere seu in certo ordine. De primo in genere constat, quod sunt plura prima principia secundum diuersa causas genera. Est enim primum materiale principium, scilicet materia prima & primum formale, quod est esse. Decem quoq; prædicamenta, dicuntur decem rebus principia. Primum uero simpliciter, necesse est unum esse, & omnia ab eo perderet: quod ex ordine rerum patet. Partes enim uniuersi si biniuicè coordinatæ sunt, sicut partes animalis in animali. Talis uero rebus ordo non esset, nisi unum primum foret in quod omnia naturaliter tenderent, quod omnia ordinaret, & tam disparia atq; tam multa in unionem stabiliter conseruaret: hoc autem est deus. Hæc est ratio Damasceni. Præterea, in omni specie rebus, semper est natura unius nobilior alia, secundum maiorem & minorem permutationem actus & potentie, donec tandem deueniatur ad unum, quod est purus actus: sic tamen quod in entibus non est idem esse & ipsa essentia: quoniam omnino non est de intellectu essentia aut ipsius entis. Nam quidditas rei intelligenti potest sine eius actuali existentia. Est ergo essentia talium rerum de se in potentia ad esse. Non ergo habet esse nisi ab alio, cuius esse est ipsa sua quidditas. Hoc autem est deus qui est purus actus: & hæc est ratio Auicennæ. Præterea, in his quæ sunt sine materia, natura multiplicari non potest, nisi secundum quod natura unius est actualior atq; completior natura alterius: id est quod id cuius essentia est purus actus, multiplicari non ualet: & a tali ente proficitur omne id cuius potentialitati miscetur. Actus enim præcedit potentiam & completum diminutum secundum Philosophum 9. primæ Philosophiæ. Ex his innotescit non esse unum essentialiter malum, quia malum nihil est. Si enim esset aliquid pure malum, non sustineret se corrumpere seipsum, ut 4. Ethicorum ait Aristoteles. Malum itaq; non habet causam per se sed per accidens: nam uoluntas creata secundum quod ex nullo est, est nata deficere, & fit accidentaliter causa mali. Nullus enim respiciens ad malum, operatur malum secundum Dionysium. Insuper patet, quod summum malum non opponitur summo bono, nisi secundum uocem duntaxat: quia summum malum nihil est, tum quia cum summum bonum nec auferri queat nec minui. Nihil enim opponitur contrarie aut priuatiue: unde nec particulare malum ei directe opponitur, sed particulari alicui bono quod per ipsum priuatur. Considerandum est quoq; quod licet res creatæ contrariæ sint secundum proximos fines atq; effectus, in ultimo tamen & principali fine concordant, nam utrunq; horum exigit ordo rerum & propria natura singulorum, quemadmodum elementa secundum se contraria sunt, in constitutione tamen mixti concordant, & ad æqualitatem harmoniæ in ipso concurrunt.

Articulus XXI. De possibilitate & ratione creationis.

Ad rationem autem creationis duo requiruntur: primo, ut ex parte eius quod producit, nihil præsupponat: & per hoc differunt creatio à generatione naturali & omni mutatione physica. Generatio enim requirit materiam, & alteratio subiectum in actu. Sed creationis causalitas, ad totam rei substantiam se extendit, imò requiritur, ut in re creata non esse, naturali ordine præcedat esse, & per hoc differat creatio à generatione æternæ. In increato enim non esse, non præcedit esse. Dicitur quippe non potest, quod filius dei si sibi relinquatur, non habet esse, cum recipiat id ipsum esse quod patris est, quod est esse absolute ac independens. Sic itaq; de creatione loquendo etiam à philosophis concessa est, & ratione demonstrari potest. In omni etenim genere quod incompletum est & minoratum, tamen à plenitudine perfectionis illius generis, necesse est oriri à primo illius ordinis, quod plenum est in ordine illo atq; perfectum: sicut calor est in rebus ab igne & lumen à sole. Quia ergo in omni ente post primum est admixtio actus & potentie, necesse est, ut à puro actu emanet.

Præterea

Esai. 90.

Phil. 98.

Primum dupliciter
ter. 101.

Aristoteles.

Præterea, quod alicui essentialiter conuenit & per se, non potest in ipso esse de se. Ideo si sint plura increata, ratio assignari non potest, cur unum sit nobilius altero. Denique agens semper agit secundum quod in actu est: sed quod est partim in actu & partim in potentia, producit rem secundum aliquod tantum, formam scilicet inducendo, aut subiectum transmutando. Deo igitur qui est actus potentia impermixtus, proprium est, ut rem totam efficiat, ut puta quicquid in re est producens. Est autem (ut Auicenna ait) duplex agens naturale, uidelicet per motum operans, & aliud diuinum sine motu rem causans. In actione itaque primi agentis, duplex potentia exigitur: actiua ex parte causæ & passiuæ in subiecto mutationis. In operatione uero diuini actoris, sufficit actiua potentia. Aduertendum autem, quod creatio actiue dicta, in creatore est, & est ipse deus creans. In deo namque non differt actio à natura. Creatio uero passiuæ in creatura est, & est quod creatum, nominatque relationem ad creatorem, & est in præsentato ad aliquid, & consequitur actionem creatantis, quod simul est causa substantiæ, & relationis, & accidentis.

Auicenna.

Articulus III. An soli deo conueniat creatio.

Quemadmodum iam tactum est, de ratione creationis est, ut nihil præsupponat, seque nihil ei præexistat. Hoc autem dupliciter intelligi potest. Primo ex parte creatis, & sic illa actio dicitur creatio que non fundatur super actionem causæ prioris. Et palam est, quod sic dicta creatio, non nisi primæ causæ conuenire possit. Omnis namque causa prima agit in uirtute causæ primæ, & innititur actioni illius: sicut autor libri Causarum ait: imò intelligi potest ex parte creati: & sic illud creatur, cuius nihil præexistit in re. Sic autem esse, dicitur proprie creati, quia nihil est eo prius: & ideo ait autor libri Causarum: Prima rerum creatarum est esse. Sic quoque creationem sumendo secundum Auicennam & quosdam philosophos, scilicet autorem libri Causarum & Algazelem, causis secundis conuenit. Dicunt enim unam intelligentiam creatam ab alia: quod tamen hæreticum est, & forte rationi non consonum. Sciendum ergo, quod quidam secundo modo de creatione loquendo, dicunt eam rei creatæ non esse comunicabile, eo quod creatio sit effectus infinitæ potentie: quia distantia non esse ab esse, immensa est. Alij uero, sicut Magister Sententiarum, dicunt oppositum. Dicunt enim causam secundam in uirtute causæ primæ posse creare, licet hæc potestas causæ creatæ data non sit. & huic opinioni Magistri consentit hic Thomas. Veruntamen alibi probat positionem hanc, & primæ assentit: & hoc mihi rationabilius uidetur. Sicut enim causa secunda nullomodo est capax infinitæ potentie, sic neque ut creet aliquid aliquo modo. Ideoque Damascenus cum zelo loquens, imitatur inquit patrem suum diabolum, qui angelos creare dicitur. Elucet scit itaque, quia sicut operatio artis fundatur in actione nature, quoniam natura præbet artis materiam, sic actio nature fundatur in operatione primi creatantis, in quantum præstat nature materiam. Solum quippe deo competit totam rei substantiam producere. Nam solo intellectu efficit rem: subest enim ei cum uoluerit posse.

Damascenus.

Articulus IIII. An causis creatis conueniat productio alicuius ueræ essentie.

Ex præinductis iam, constat creationem soli deo competere. Vtrum uero res creatæ competere possit, aliquid producere, seu propriam operationem habere, nunc contemplandum est. Sciendum igitur, de hac questione diuersas fuisse opiniones. Quidam enim (ut Auicenna in libro Fontis uite) subtraxerunt rebus naturalibus proprias operationes. Vnde secundum eos, ignis non calefacit, sed uirtus separatæ substantie per ignem. Itaque quidam dixerunt deum immediate cuncta efficere, auferentes rebus operationes connaturales. Sed hæc positio nedum rationi & Aristoteli, sed ipsi quoque experientie contradicit, & ideo (secundum Auerrorium) stulta est. Alij, ut Auicenna, qui dixerunt ab uno simplici & inuariabili, immediate non nisi unum posse produci, eo quod idem in quantum idem, naturam facere idem secundum Aristoteli, dixerunt unam duntaxat intelligentiam à deo creatam, & à secunda tertiam, & ita deinceps. Hæc autem positio secundum præhabita, fidei & rationi est dissona. Agens enim per intellectum, plurius est simul causa, sicut diuersa simul intelligit secundum ordinem sapientie sue. Est ergo positio tertia uera, quod rebus creatis competant proprie operationes & actiones connaturales: non tamen nisi in uirtute primi principij. Omnia ergo que sine motu facta sunt, ut puta que per creationem in esse processerunt, solus deus est immediata & proxima causa. Hæc autem quædam sine mutatione seu generatione esse ceperunt, propter naturam suam simplicitatem, ut substantie immateriales. Nihil enim generari potest si materia careat: unde nec anima rationalis generabilis est, quia ad corpus non semper dependet talis autem

autem forme per accidens generantur, quia inseparabiles sunt: per se uero compositum atque subsistens, generabile est. Secundum corpora coelestia ingenerabilia sunt, quia à contrarietate aliena sunt. Generatio enim ex contrario est. Tertio, prima in diuina specie in generabilia sunt: quoniam generatio est à simili secundum speciem, & ideo esse talium immediate per creationem deriuatum est. Eorum igitur quæ per generationem fiunt, causa creata potest esse efficiens: uel uniuoca, ut homo hominis, quando scilicet simile producit simile secundum speciem: uel æquiuoca, ut sol est causa rerum naturalium, que specie differunt. Veruntamen, in omnibus his est deus intimior causa omni agente secundo: nam ipse dat atque conseruat esse in rebus. Aliæ autem causæ, sunt quasi determinantes ipsum esse ad certam speciem. Vnde uirtus diuina est, sicut coniungens & moderans causam secundam cum suo effectu: ideoque deus est uniuersale & illimitatum rerum principium.

Articulus V. Vtrum mundus sit ab æterno.

De inceptioe & æternitate mundi, diuersæ positiones fuerunt & sunt, tam philosophorum quam theologorum. Aristoteles namque Platonem sepe reprobare natus est, eo quod posuit mundum ex præiacenti, & inordinata materia factum. Trium quippe posuit rerum principia, deum, exemplar, materiam: & neque materiam neque exemplar à deo esse habere, sed deum secundum exemplaris intuitum cuncta ad ordinem redegit. Hoc ergo modo Aristoteles, & etiam magister Sententiarum referunt positionem Platonis, sed utique non plene, nec ad mentem Platonis referunt eam, sed solum sicut uerba eius sonant. Sciendum ergo, quia ut Boethius ait, tam Plato quam Aristoteles mundum posuit ab æterno. Dicit enim Proclus Platonicus: totus mundus ab intellectu substantiam habet. Thomas etiam super secundum Sententiarum refert positionem Platonis, sicut Magister in litera: Sed alibi eandem uerius atque subtilius resoluit & narrat. Sed dimitto talia hic, quia festino. Aristoteles quoque dixit totam naturam uniuersam, & omnium rerum esse, à deo fluxisse, sed ab æterno. Denique ad probandum æternitatem mundi, multas rationes induxit, quas ipse bene sciuit non esse demonstratiuas. Omnes autem theologi mundum de nouo cum tempore incepisse fatentur: & adijciunt quidam non potuisse deum mundum ab æterno facere, non propter suam insufficientiam, sed rerum incapacitatem: & hi dicunt demonstrari posse, mundum de nouo incepisse. Alij dicunt oppositum, scilicet neutrum demonstrari posse, nec æternitatem mundi nec nouitatem eius. & hoc Aristoteli magis consonat, dicenti quod problema de æternitate mundi, est neutrum, id est, ad utramque partem probabile. Hæc quoque positio in auctoritate Gregorii fundat dicens: quandam prophetiam esse de præterito, ut quod Moyses ait: In principio creauit deus coelum & terram. Sic ergo non nisi per reuelationem constat nouitas mundi. Sed & rationes aliorum, quibus se demonstrare opinantur, mundum ex tempore factum, non sunt ueræ demonstrationes: cuius signum est, quod eadem rationes à philosophis positæ sunt atque solutæ. Vnde nec securum esset talibus rationibus tanquam demonstrationibus uti contra aduersarios fidei: quia magis ad irrisionem quam confirmationem fidei facerent. Omnes ergo qui uel æternitatem uel nouitatem mundi demonstrare intendunt, errant ex hoc, quia sic uolunt iudicare de primordiali institutione rerum, quemadmodum esse & fieri uident in ordinibus rerum iam institutis: ut, quia iam res non producuntur sine transmutatione, uel, quia causa duratione præcedit effectum, etiam sic fuerit ab initio. Hoc autem errorum est: quoniam natura reuariatur secundum quod est in suo primo fieri, existens à prima causa, & prout est illa in esse perfecto. Vnde si quis uellet conformiter iudicare de homine nato & homine in utero existente, erraret: sicut refert Rabi Moyses de puero quodam: qui cum mortua matre paucorum mensium existens, ad insulam quandam delatus fuisset, & in ea nutritus, ad annos discretionis solitarius peruenit. Quadam ergo die quæsiuit à quodam, si homines facti essent, & quomodo. Cum ergo ille puero ordinem natiuitatis humanæ asteruisset, obiecit puer, hoc esse impossibile: quia homo nec per diem unum uiuere posset, nisi respiraret & comedat, & superflua egerat: & ergo per nouem menses nequaquam sine talibus in utero esse potuisset, aut per tam angustam portam exire. Considerandum est igitur, quia creator rerum, est agens incommutabile, simplex & liberum. Itaque, quia liber est, omnia secundum propositum uoluntatis suæ agit: & quoniam incommutabile hoc suum propositum, inuariabile est atque æternum. Insuper, cum sit simplex, non distinguuntur in eo natura,

Boethius

Gregorius

Rabi Moyses

Epiphanius

Iob. 35.

uoluntas & actio. Sic ergo à uoluntate æterna, profluit operatio recens sine mutatione agē-
tis: quoniam sicut uniuersa simul deus intelligit, sic cuncta que acturus est, ab æterno, in-
uariabili dispositione instruit, & infallibili intuitu præagnouit. Agens autem naturale, &
omne id in quo diuersificatur actio ab agente, nil propria mutatione de nouo producit,
quia de potentia & otio procedit in actum: sed hoc à deo longum est. Aduertendum est
aut, q̄ in libro de Substantia orbis Commentator ait: Aristoteles inquit, nunq̄ intendit, q̄
deus esset causa motus cæli tantum, sed etiam substantiæ eius. Nam cum sit finitæ uirtutis
(quia corpus est) indiget alio quodā agente infinitæ uirtutis, à quo dep̄ deat, & à quo per-
petuitatem motus & esse fortiaur. Porro ut Thomas dicit, res ab æterno non fuerunt nisi
in manu seu potestate dei, & postea aperta dei manu, clauē amoris prodierunt in esse: quia
(ut Dionysius ait) diuinus amor non sinebat deum sine germine esse.

Articulus VI. De expositione eius quod in principio Genesis scriptum est:

In principio creauit deus cælum & terram.

Gen. I.

Iohan. 5.

DEniq̄, hoc quod scriptura ait, In principio creauit deus cælum & terram, triplici-
ter exponitur ab Ambrosio in Hexameron. Primo, In principio. i. in filio: secun-
do, in principio. i. initio tēporis, tertio, in principio. i. ante om̄ia. Pater enim fecit
omnia in filio, quia filius est ars & sapientia patris, & ex epl̄ar omnis rei creatæ.
Vnde esse in, potest dupliciter exponi uel sicut in continente & saluante, & sic appropriat
spiritui sancto, cui appropriata est bonitas: uel sicut in ratione exemplari, & sic conuenit fi-
lio. Sciendum est aut, q̄ secundum illos qui omnia asserunt simul facta in materia & forma,
omnia facta sunt in principio temporis quod est mēsurā motus primi mobilis: non q̄ tempus
creationem mensurat quæ instantanea erat, sed quia simul condita sunt tēpus & res
species. Secundū alios aut sanctos, qui ponunt res factam distinctionem secundū interval-
la dies, non potest intelligi de tēpore, quod est mēsurā primi motus: quia secundū eos, fir-
mamentum secunda die factum est: sed de tēpore quod est mēsurā uicissitudinis, quæ esse
mūdi succedit eius non esse, uel secundū alios, sumitur tempus pro æuo. Item per cælum
intelligenda est natura etiam angelica: & per terram, omnis generabilium & corruptibi-
lium consistentia.

Articulus VII. Quod deo conueniat agere propter finem.

Vplex autem distinguitur finis. Est enim finis operis, id uidelicet ad quod ordi-
natur opus ab agente: & dicitur ratio operis, sicut domicator cōgregat ligna
& lapides, propter compositionem seu formam domus. Finis uero operantis est
quem agens principaliter intendit, & est semper in agente: sed finis operis in alio esse pot̄,
quemadmodum in ædificatore pater, qui ultimate ac principaliter intendit utilitatē aliquā,
qui ip̄i ex constitutione domus prouenit. Quia igitur opus dei uanum esse non potest, ut
finem aliquem proprium unumquodq̄ creatum ordinatū est: & hoc est finis operis. Ideo
Psalista ait: Nunquid uane constituiti omnes filios hominum? Et secundo Metaphysice
ait Philosophus: Omne agēs, per intellectum agit propter finem. Quia autem finis operis
ad finem semper reducit operantis, ideo necesse est, ut etiam assignetur finis deo operan-
ti: & hic est propria & immensa eius bonitas, quia hæc sola in eo est. Porro, propter bonita-
tem dei finaliter agere, contingit dupliciter, uel propter desiderium eius, & sic res creatæ
agunt propter dei bonitatem. Desiderium namq̄ (ut Augustinus ait) est rei non habitæ, uel
propter amorē eius, & sic conuenit deo: quia amor est rei habitæ, deus enim bonitatem suā
perfecte amat, & ideo diffundit eam. Sciendum est igit, q̄ omne agens creatū, agit propter
finem quo ipsum persicitur, & cuius indiget, sed deus non agit nisi propter seipsum, sicut
scriptum est: Vniuersa propter seipsum operatus est dominus: nec ex hoc aliquid ei com-
modum euenit, sed rebus creatis: & ideo ait Augustinus, q̄ in quantum deus bonus est, nos
sumus. Et Magister ait, q̄ deus creauit res propter suam bonitatem & rerum utilitatem: in
primo, finem operantis: in altero, finem operis in finuans.

Psal. 69.

Articulus VIII. Quod creaturæ sunt propter dei bonitatē participadā factæ.

Quoniam bonum & finis coincidunt, ideo sicut diuina bonitas est summum bonū,
sic est omniū rerū ultimus finis: quia in hoc consistit cuiuslibet entis summa
perfectio secundum Dionysium, ut diuinæ bonitati secundum possibilitatē suā
cōformetur: aliquā scilicet participationē eius acquirens. Deniq̄, cōsimilis est
proportio agētis & finis, & formæ atq̄ materiæ. Sicut enim diuersæ formæ diuersas requi-
runt materias sibi proportionatas, sic secundum diuersitatem agentū, est differentia finū.
Argentium

Argentium autem quoddam est uniuocum, quod scilicet effectui suo proportionatum est,
idem secundum speciem producens: sicut ignis generat ignem, & domus quæ est in artifi-
cis mente, est causa formæ domus in materia secundum Philosophum septimo Metaphysi-
cæ: & talis agentis finis, non excedit id quod est ad finem: sed recipitur sicut perfectio in
eo cuius est finis: sicut ignis generatus, recipit formam & ueram similitudinem ignis gene-
rantis: & sanitas fit in eo, circa quem operatur ars medici. Aliud uero est agens æquiuocū
& excedens: & huius agentis effectus non recipit similitudinem seu formam suæ causæ se-
cundum eandem rationem, sicut sol dicitur causa caloris, quāuis soli calor non inest forma-
liter, sed causaliter: & tale agens est deus. Huiusmodi quoq̄ agentis finis excedit capacita-
tem effectus, neq̄ recipitur in effectu ut inhærens perfectio, sed fit in re quædam ipsius si-
militudo: sicq̄ diuina bonitas est finis rerū, prout utcunq̄ participari potest à rebus: quia
omnis natura tendit naturaliter in bonū aliquod, quod est diuinæ bonitatis imitatio quæ-
dam. Veruntamen, bonitas dei singulari modo rationalium creaturarum finis est: quia est
obiectum felicitatis earum, prout ab eis uideri potest atq̄ amari. Operatio etiam dicitur
finis eius, in quantum per eam coniungitur ultimo suo fini: uel per eam deo amplius
assimilatur: & sic sunt eiusdem multi fines subordinati.

Articulus IX. Quomodo omnia dicuntur propter
hominem facta.

Proinde finis alicuius rei dupliciter dicit. Vel in quæ tēdit res naturaliter, & sic cor-
poralis creatura est propter intellectualem, & sic homo est finis creaturæ inferiorū,
& hoc ex parte operis. Secundo dicitur res aliqua finis alterius, quia utilitas ali-
qua prouenit ipsi ab altero: & sic quoq̄ est homo finis omnium, quia ex omnibus
oritur ei quædam utilitas: & hoc ex parte agētis, ordinantis omnia in bonū hominis. Deus
enim duplicem ordinem in didit rebus: unū principalem, quo omnia ordinantur in ipsum,
sicut in ultimum finem. Secundarium uero, prout res una aliam iuuat, ut ad proprium finē
atque diuinam similitudinem ueniat: ideo undecimo primæ Philosophiæ ait Aristoteles:
Ordo partium uniuersi, adiuuicem est propter illum ordinem qui est in ultimum bonum:
& sic omne id cui ex aliquo utilitas prouenit, finis illius uocatur. Hoc autem contingit du-
pliciter: quia uel id quod alteri utilitatem affert, non habet participationem diuinæ boni-
tatis, nisi in ordinem ad cui utile est, sicut pars ad totum: & talia non essent, nisi essent & ea
ad quæ ordinantur. Alia uero licet alicui utilia sunt, habent tamen bonitatem absolutam:
& talia etiam fierent, licet non essent ea quæ eorum finis dicuntur. Sic angeli & alia sunt
propter hominem: sic & homo est propter reparationem ruinæ angelicæ: quia hæc utili-
tas consequuta est & à deo prouisa. Vnde sic deus angelum propter hominem fecit, sicut
rext propter rusticum.

Duplex ordo
in rebus.

Hebr. I.

Articulus X. An anima rationalis corpori naturaliter unibilis sit.

Asignat deniq̄ Magister in litera tres rationes unionis animæ rationalis ad cor-
pus: quæ tamen omnes sunt ex parte finis. Vna est ex parte agentis: & sic dicit,
quod deus uniuert animam corpori propter suam bonitatem. Secunda ratio est
ex parte operis, scilicet participatio diuinæ similitudinis: & sic coniuncta est ani-
ma corpori ut ex unione tam distantium naturalū, scilicet spiritus & carnis daretur exem-
plū futuræ unionis quæ erit spiritus creati cum increato spiritu: & hæc attenditur secundū
esse animæ. Alia & tertia ratio, est participatio diuinæ bonitatis secundū operationem: &
ita unita est anima corpori propter suum meritū. Porro, cum diuinæ sapientiæ sit cuncta or-
dinate producere, sintq̄ aliqua pure spiritualia, aliqua omnino corporalia, decuit et esse me-
dium ex spirituali corporaliq̄ constans, & hoc est homo. Præterea, cum intellectus possibi-
lis sit in principio sui tanquā tabula rasa, corpori naturaliter unibilis est. Sciendū tamen est,
quod d̄ proportio aliquorum dupliciter ualet intelligi. Vel secundū esse ac proprietates na-
turæ: & sic corpus & anima ualde distant. Vel secundū ordinē potentie ad proprios actus,
& sic propinquissima ac naturalissima est conuenientia animæ & corporis. Plato autem (ut
refert Gregorius Nyssenus) dixit animam esse in corpore, quemadmodū est motor in mo-
bili, & naua in nau: sed hoc uanum est, & sic anima & corpus non fieret uere unum. Est au-
tem corpus humanum maxime cœlifforme (quia tēperatissimum secundum Auicennam)
quoniam anima est nobilissima forma. Ait em̄ Aristoteles, q̄ rationalis anima est finis omniū
formarum naturalium & ultimate intenta à natura.

Articulus XI. An idem sint æuum & æternitas.

Triplex

TRiplex traditur rerum mensura, scilicet æternitas, æuum & tempus: quæ æuū medium est. Est enim æuum, mensura rei permanentis, scilicet esse separata substantiæ, & illius quoque operationis qui est beatitudo angelorum, ut puta uisionis deitatis, & res omnium in uerbo, actionū uero quæ in angelis uicissitudinē habent, mensura est tempus discretum, quod non est eiusdem rationis cū tempore continuo. Continuitas enim (ut Commentator dicit) accidit tempori ex parte motus numerari, nam secundum suam formam qua numerus est, cōtinuitate non habet. Insuper sciendum, quod ipso nunc temporis, mensuratur esse substantiæ cœli, quia secundum Philosophum quarto Physicorum, Sicut se habet tempus ad motū, sic se habet nunc temporis ad mobile. Ratio quippe mensuræ accipitur ex mensurato, quia secundum Philosophum quarto metaphysicæ, diuersorum generum sunt diuersæ mensuræ. Veruntamen auctores sæpe utuntur æuo pro æterno, sicut Dionysius & auctor libri de Causis: qui dicit intelligentiā parificari æternitati.

Articulus XII. Vtrum omnium æuiternoꝝ sit unum æuum.

Secundum Commentatorē autē quarto Physicorum unum est tempus omnium rerum temporalium. Cumque sit æuum simplicius tempore, ipsum quoque unum erit. Porro unitatē æui sumi oportet ad similitudinē unitatis temporis. Tempus uero (ut ait Auerrois) unum est ab unitate motus primi mobilis, ad quem motum cōparatur, nō iam duntaxat sicut mensuratur ad mensuram, sed etiā sicut accidens ad subiectum: quod ponit in eius diffinitione, a quo habet unitatē & multitudinem. Vnde primū mensurat tempus motum diurnum, & ex cōsequenti omnes alios motus: quia (secundū Philosophū nono metaphysicæ) unum quodque mensuratur per primū & minimū sui generis. Similiter æuū est unum ab unitate simplicissimi æuiternoꝝ, scilicet primi angeli ad quē cōparatur æuū, non solum ut mensura ad mensuratū, sed sicut accidens ad subiectū. Est autē æuum sicut & tempus, mensura extrinseca, non intrinseca: & ideo non metitur secundum mensurata, sed est in uno primo sicut in subiecto, ad quod alia mensurantur: quæ admodum multi panni ad lōgitudinē unius ulnæ. Sed forte quis dicat: primus angelorū lapsus est, uidetur ergo, quod omni sanctorū angelorū esse, mēsuretur ad æuum dæmonis: quod male sonat. Præterea, unus angelus non dependet ab alio: sed omnes motus a primo motu, ergo non est simile de æuo & tempore. Sed dicendū ad primū, quod cū æuū sit participatio quæ dā æternitatis, ideo ad illius angeli æuū, qui est magis in participatione æternitatis, alij mensurant. Præterea angelus sanctus non mensuratur æuo dæmonis, sed e contrario. Ad aliud dicendū, quod licet unus angelus non sit alterius causa, est tamen eo simplicior: & hoc sufficit ad rationē mensuræ.

Articulus XIII. An creaturæ spirituales conditæ sint ante mundū sensibilem.

Cum creatio mundi ex libertate diuinæ uoluntatis dependat, ratione inuitū eius inuenire nō ualemus: sed sicut sanctis reuelatū est, fide tenemus. In eo igit quod fidei est, omnes sancti doctores cōueniunt, quod uidelicet nulla creatura deo coæter na sit. In his autē quæ de necessitate fidei non sunt, ubi opinari nil prohibet, difforder uicissim senserūt. Plures itaque theologorū, qui Augustinū præcesserunt, scilicet Hieronymus, Hilarius, Gregorius Nazanzenus, dixerunt ante creaturam corporalem, factam naturam angelicam. Corporalē quoque creaturam primo fuisse cōfusam: postea per tempore interualla distinctā. Augustinus uero asserit, simul creatā naturā angelicā atque corpoream, & corpoream etiā ab initio secundum species suas distinctā: sed secundū indiuidua generari quotidie. Posteriores autē ut Gregorius & Beda, partim sequuntur Augustinū, dicentes angelos cū sensibili mundo creatos: sed in distinctione res sequuntur alios. Vnde iam cōmuniter tenet, simul esse conditos angelos cū speciebus corporalium res. Hoc enim rationabilius uidetur propter omnipotentiam creatoris, cui nō competit successiue operari: & etiā ne detur occasio opinandi angelos creasse ista corporea. Denique ut Rabi moyses ait, facillima uia ostendendi deum esse, & ab ipso omnia processisse, est ex suppositione nouitatis mundi: & ideo in lege statutū est, ut septimo die festum ageret, in quo mundus consummatus est: ut per nouitatē mundi, semper in dei cognitione permanent. Veruntamen alteri sententiæ præiudicandū non est, sicut dicit Magister in littera.

Articulus XIII. An cœlum empyreum, sit corpus.

ESSE in super cœlū empyreum ratione inuestigari non potest: quia quicquid per rationem de cœlo cognoscitur, per uisum uel motum scitur. sed nec uisus nec motus cœlum hoc subiacet, ut dicit Magister: sed hoc cœlū esse, per auctoritatē habetur. Dicitur autem intellectuale, non quia non sit corpus, sed quia per intellectum non per

per sensum agnoscitur: & est principaliter institutū, ut sit habitatio beatorum: magis tamē propter homines quorū corpora glorificabuntur, quā propter angelos qui loco nō indigēt. Est tamen cœlum empyreum locus contēplationis, non propter necessitatem, sed congruitatem, sicut & ecclesia dicitur locus orationis. Cum autē unū quodque sortiatur nomē & qualitatem a fine, oportet conditiones huius cœli accipi secundū exigentiā status beatorū: & quoniam beati sunt in plena diuinæ lucis, quietis & æternitatis participatione, ideo necesse est cœlū empyreum totū esse lucidum, immobile & incorruptibile. Sciendū est tamē, quod cœlum empyreum non dicitur lucidū quasi radios fundat sensu perceptibiles, (talīs namque luciditatis causa, est congregatio partium diaphani, sicut in crystallo, ut Auicenna & Auerrois dicunt. Vnde secundū philosophos, ignis in propria sphaera non lucet.) sed dicitur cœlū lucidum, quia naturam lucis in se habet: est enim maxime formale. Si autem quis dicat, quod cœlum empyreum cū sit corpus quantum & naturale, erit & mobile: quia natura est principium motus. Et rursum, cum sit in cœlo futura laus uocalis, est ad minus diuisibile per densitatem & raritatem: aliter in eo uox formari non posset, ut in aere patet. Respondendum ad primū, quod naturale dicitur dupliciter: uel prout distinguitur contra ens rationis: & sic omne quod habet naturam ueram & esse in re, dicitur naturale: etiam cœlum empyreū est ens naturale. Secundo dicitur naturale, prout naturale distinguitur contra ens diuinitatis & sic non est naturale. Et quoniam ordinatum est ad gloriam beatorum, habet ad hoc determinatam materiam atque naturam, & ideo nō est mobile. Ad secundū dicendum, quod de hoc sunt opinioniones. Illi tamen qui dicunt ibi laudem futuram, ponunt in pulmone & instrumentis uocalibus aërem esse: & per illum posse uocem formare: nam ad formationem uocis, nō requiritur expulsio & attractio aëris. Sed hoc non uidetur sufficere, quia sic non posset deferri uox illa ad alios. Sed ad hoc dicunt, quod species ibi deferretur secundū esse spirituale tantum: & sic non requiritur contractio aëris, uel motus in medio aut cōdensatio. Vel dici potest (ut Thomas dicit) quod ibi erit contractio cœli empyrei: nec tū hoc erit eius ignobilitas, quod esset instrumentum linguæ glorificatæ, & materia laudis diuinæ. Neque igitur est generabile ac corporale, quoniam densum & rari, æquiuoce dicuntur de illo corpore & inferioribus istis. Sic & astrologi ponunt inter duas sphaeras quæ scindi non possunt, esse corpus diuisibile: in quo, seu cuius spatio est motus planetarū: secundū motū epicycli: & per hoc patet quod sit ibi motus futurus corporis gloriosorū. Vel potest dici, quod per miraculū sit ibi penetratio dimensionū. Quid tū de istis ueris est, incertū est, quia nec fide habet nec ratione ostenditur.

Articulus XV. An cœlum empyreum influentiam habeat supra alia corpora.

EX quo iuxta præiudicta cœlū empyreum ordinatur ad statū gloriæ: qui omnino alius est a statu generationis & corruptionis, qui cōpetit uis, non est eiusdem ordinis cum corporibus alijs: ideoque non habet influentiam in alia corpora. Itē corpori non cōpetit imprimere in aliud nisi per motū: unde in libris de Causis dicit, quod anima differt ab intelligentia, quia non imprimit in res nisi per motū. Empyreū autē immobile est: non tamen negatur, quin deus potuerit ei uim influxiuā dedisse sine motu: sed hoc nec ratione nec autoritate ostendit, & ideo tenendū non est. Non est in talibus quaritur, quid deus possit per miraculum, sed quid cōueniat res naturis secundū Augustinum super Genesim. Vnde patet, quod cœlum empyreum nō est locus sphaeræ mobilis, nisi per accidens: quia secundum Auerroem quarto Physicorū, corpus circulariter mobile, non eget loco extrinseco seruante uel continēte, nec dependet ab eo nisi in quantum reuoluit motu ipsius. Rursum, cum lux cœli empyrei, non sit per modum fulgoris radiantis in alia corpora, ideo nec per lumen suū influentiā habet, præsertim cū influentia lucis præsupponat motū.

Articulus XVI. Vtrum in angelis sit materia.

TRiplex inuenitur positio circa presentem materiam. Quidā enim (ut Auicenna & eum sequentes) in omni natura creata ponunt materiā. Secunda est positio Auicennæ, quod in omnibus corporibus est materia unius rationis. Tertia est Auerrois & Rabi Moysi, quod corpora cœlestia nō cōmunicāt in materia cum elementis ac elementis: & hæc uidetur Thomæ rationabilior & Aristoteli conformior. Quod autem non sit in angelis materia, primo patet ex ratione intellectualitatis. Materia quippe non recipit formam in quantum est forma, sed ut est hoc: & ideo forma existens in materia, non est intellecta nisi in potentia, quia cognitio est formæ in quantum est forma. Si ergo intellectus sit materialis forma existens in eo, non erit intellecta in actu, nec per eam intelligetur. Huius quoque signum, quod res non sit actu intelligibilis, nisi per abstractionem a materia

Es. 56.
Mat. 24.
Mar. 11.

Cœli empyreum cur lucidū dicatur.

Aristoteles.

Objectiones

Responsiones

Leui. 27.

teria. Secundo patet idem ratione incorporeitatis: nā incorporeitas repugnat materia. Materia enim secundū se, nullā diuersitatē habet. Oportet ergo anteq̄ in diuersis inueniatur, ut primo habeat id per quod possit esse in diuersis. Hoc autē est quantitas, sine qua nulla potest esse in materia diuersitas, cū diuersitas præsupponat partes. Cū ergo sint angeli incorporei, sunt & immateriales: & ideo dicit Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus, q̄ angeli intelliguntur immateriales & incorporeales: & Boethius in libro de duabus naturis Christi, q̄ naturæ incorporeæ substantia, non innititur fundamento materiæ. Est tamē in angelo compositio ex actu & potentia: seu ex quod est, & quo est. Solus nempe deus est ipsum suum esse. In alijs diuersificantur esse & quidditas, materialitū autē quidditas etiā cōposita est: & ideo quia in talibus quidditas dependet ex partibus, ipsa quidditas non subsistit in esse quod sibi acquiritur, sed cōpositū seu suppositū. In separatis autē quidditas ipsa cum sit simplex, subsistit in suo esse: & quia recipit illud ab alio, ipsa est q̄d est: & potentia & esse eius, est qui est, & actus.

Dionysius.

Articulus xvii. De personalitate angelorum.

EST porro secundū magistros, persona hypostasis proprietate distincta ad dignitate pertinet secundum Boethium: aut rationalis naturæ in diuina subsistentia. Vnde patet angelū esse personā, aliter tamen q̄ homo: quod patet si tria p̄semus quæ sunt de ratione per se: scilicet subsistere, ratiocinari, indiuiduū esse. Homo nepe in partibus ex quibus constat, subsistit: & angelus in sua simplici natura ratiocinat. Homo per discursum, angelus per simplicē intuitū indiuiduatur, homo per materiā: natura uero angelica, ex se determinata est, non innitens neq; egens fulcimento materiæ: eminentiori itaq; modo, conuenit personalitas angelo q̄ homini: deo quoq; eminentissime conuenit: quia (sicut ait auctor libri Causarū) prima causa est de se, iuxta hæc: & indiuiduatio eius, est pura bonitas eius: & subsistentia eius non penitus eget. Eius etiā intellectualitas syncerissima est, atq; simpliciter ac infinite perfecta.

Articulus xviii. De numero angelorum.

Sicut secundo primæ Philosophiæ Aristoteles ait, ad ea quæ sunt manifestissima nature, habet se noster intellectus, sicut uisus noctuē ad radiū solis: ideo q̄ sicut ipse undecimo de animalibus asserit, ualde pauca de separatis substantijs scire ualemus, quāuis id ipsum modicum sit desiderabilissimū & ualde iucundum: & igitur de intellectibus separatis philosophi quasi nihil demonstratiue, & pauca probabiliter loquuti sunt: quod ex diuersitate opinionum ipsorū clare est. Quidam enim posuerūt numerū intelligentiarum secundū numerū sphaerarū, ut Auicenna in sua metaphysica, alij quidam hæretici, posuerunt non nisi unum angelū secundū diuersa officia nomina multa sortiti. Empedocles autē & Democritus & Saducæi, negauerunt esse incorpoream substantiam. Porro unus quidā, ipse uidelicet Rabi Moses, dixit angelos nobis innumerabiles: sed per angelos in sacra scriptura, uirtutes naturales siue corporales siue spirituales, per quas ordinē prouidentia suæ in rebus exequitur, quasi diuinæ dispositionis ministros, uoluntatisq; nuntios: substantias uero separatas enumerat sicut philosophi. Sed fides docet angelos, numerū, deo quidē finitū, nobis autē infinitū: sicut Gregorius ait in glossa Danielis septimo, & Dionysius ait, eos omnē multitudinē naturalē excedere, decimo quarto capitulo hierarchiæ celestis, & hoc probabile est. Videmus enim corpora digniora scilicet celestia, quasi improprietate corruptibilia corpora excedere. Nam cum productionis reꝝ causa sit ut in entibus creatis bonitas diuina relucent, rationabile uidetur, illa quæ perfectiora sunt, uehementius multiplicari: sic superiorū ordinū spiritus plures essent. Distinctio prōinde angelorū secundū numerum seu speciem, est secundum maiore & minore permixtionem actus & potentia: quia quo à deo qui est purus actus, amplius distant, eo potentialitati permixtiores sunt: & hoc Auerris dixit sicq; tandem ordo intellectualium substantiarū, pertingit usq; ad intellectum: qui eatenus à primo distat: & in quo intellectuale lumen tantū occumbit, ut corpori naturaliter uniatur. Numerus autē qui est in separatis substantijs, nō est numerus materialis, sequens unū quod est principium numeri existentis de genere quantitatis: sed est numerus formalis, sequens unum quod cum ente conuertitur. Deniq; philosophi qui posuerunt distinctionem seu numerū in rebus immaterialibus secundum causam & causatū, uolebant q̄ causa & causatum non sunt per se distinguētia, sed conuenientia distinctionis principia. Etenim secundum eos, esse plus in actu, est ratio, ut sit unum causa alterius quod potēstalis est

Aristoteles.

Gregorius.

est: & sic secundū gradū actus & potētiæ, primo & directe est sumēda distinctio. Verūtamē, quæ admodū etiā Auerris in metaphysicæ asserit, positio eorū qui dixerūt ab uno simplici primo principio, si deo nō nisi unū potuisse, pcedere, s. primā intelligētiā, insufficiens est: & ergo ipse concedit, à primo potuisse plura pcedere, & in hoc ipse magis q̄ Auicenna fidei cōcordat. Aduertendum uero est, quia id quod à Daniele scribit, milia milia &c. Dionysio & Gregorio partim conformiter, partimq; dissimiliter exponit. Siquidē in hoc concordat, q̄ angelorū numerus incertus est nobis: sed distant in hoc, quia secundū Dionysium cū dicit, Milia milium, unū mille multiplicat aliud, ac si diceret: milies mille: & sic æqualis numerus significatur cum dicit, milia milia primo: & decies centena milia, prout una litera quæ trā est decies centena milia, quantū milies mille. & secundum hoc datur intelligi, q̄ assistentiū & ministrantiū angelorū æqualis est numerus. Vel secundū alia litera quæ habet, milia milium ministrabant eis: & decies milies cetera milia, &c. dat intelligi, q̄ numerus assistentiū, excedat numerū ministrantiū: & hoc præhabitis consonat: quia secundū intentionē Dionysii, nobiliores creature plures sunt. Dicit enī, q̄ hic maximus numerus scilicet mille, multiplicat per omnes maximos numeros, scilicet per mille cū dicitur milia milia: per denariū cum dicitur decies milies: & per centum cum dicitur centena milia. Sed Gregorius uult, q̄ sit cōstructio partitiua: ut cū dicit, milia milia intelligat multa milia de numero milia: & ita uult, q̄ numerus ministrantiū maior sit, eo q̄ ipsi attribuat numerū in determinatū, assistentiū uero numerus determinatus. Articulus 19. Vtrū plures sint angeli unius speciei.

Dan. 7.

Fuerunt præterea qui dixerunt omnes angelos, imō & animas rationales eiusdē speciei. Alij uero ponunt angelos diuersos chororū specie differre, sed non unius chori. Alij autē asserunt, nullū angelū cū alio conuenire in specie. Et hæc positio dictis philosophorū & Dionysii cōsonat Dionysius nāq; 10. cap. celestis hierarchiæ, etiā in eodem choro ponit primos, medios ac ultimos. & hæc positio necessaria est: nam cū nō sit in angelis materia, non potest in eis esse distinctio nisi formalis, quæ constituit diuersitatem specificam. Nulla enim forma multiplicatur secundum numerum, nisi prout in materia recipitur. Deniq; cum sint angeli incorporei, etiam si materiales essent, tamen specie conuenire non possent: quoniam natura specifica nō numeratur in indiuiduis, nisi prout recipiunt in diuersis materiæ partibus. Diuersitas autē partium materiæ dimensionē præexigit, quæ substantia sine dimensionē accepta in diuisibilis est: sicut primo Physicorū ait Philosophus. Itē, diuersitas indiuiduorum sub una specie est, propter conseruationem perpetuam speciei: & in incorruptilibus locum non habet. Rursus, secundum Aristotelem primo Cœli, quædam corpora scilicet celestia, tam perfecta sunt, ut nihil suæ nature sit extra ea, quæ cōstat ex tota sua materia: ergo multo fortius extra angelū nihil suæ speciei est, cum sit perfectior illis. Insuper, cur perfectio uniuersi attendatur in suis speciebus, magis apparet diuina bonitas in rebus, in hoc q̄ angeli differunt specie, q̄ si non differerēt in specie. Si dicatur, q̄ perfecta delectatio requirit naturæ consortium, & sic angelis in quibus est summa lætitia, erit naturæ identitas, respondet Thomas, q̄ uerbum illud Boethij, nullius rei sine cōsortio potest esse iucunda possessio, locum non habet nisi in illis, quorū operatio nequit sine alterius adiutorio esse perfecta, ut est homo, qui per seipsum non sufficit ad operationem propriæ speciei. Sed in angelis hoc non requiritur: quia habēt in se operationem perfectam, ad quā sequitur perfecta iucunditas, est tamen in angelis quædam societas. Auertendum est autē, q̄ angeli conueniunt in genere, quia sunt in prædicamento, & sumitur in eis ratio generis ab essentia, secundum quod ipsa est, quod est & per modum potentia: se habens differentia autem, prout actui appropinquat. In substantijs uero compositis, cum in eis sit potentia ex parte materiæ, genus sumitur à materia: differentia autem à forma.

Obiectio Responsio

Articulus xx. Quando primo factus est angelus malus.

Quorundam erat positio, angelos à deo malos creatos, sed hoc hæreticum est, & contra rationem. Ideo alij dixerunt, angelū in primo creationis suæ instanti factum malum: non à deo, sed à propria uoluntate. Sed positio ista falsa est: cuius rationem quidam assignant, eo q̄ duarum operationum se conuenientium nō potest esse idem terminus, & sic operatio angeli & creatio eius ad quæ opera eius cōsequit, non possunt habere idem instans in quo terminetur eius creatio: & in quo primo sit malus, quod est terminus operationis, sed ratio hæc non uidetur cogens: quia cum operatio angelus non sit continua sed instantanea, nō differt eius terminus à suo principio: & ideo sicut principium, sic & terminus potest simul esse cum termino creationis: nec oportet, q̄ apprehen-

quo procedat actū uoluntatis, nisi de ordine naturæ, quia de eodem potest simul esse cognitio & uoluntas. nec oportet collationē precedere de appetēdo, cū angelus nō sit inq̄sitiuus aut collatiuus. Ideo aliter dicēdū, q̄ cū uolūtas sequat apprehensionē intellectū, uolūtas est mat̄i boni quæ erronea est atq; culpabilis, non potest in angelo immediate sequi primā apprehensionē intellectus: quia illa est necessario ueri boni, & non uerisimilis uel apparentis boni: nam secundū Augustinū in libro cōtra Academicos, nō pōt iudicari uerisimiliter bonū nisi bonū sit cognitū: & sic appetitus apparentis boni, consequitur cōsiderationē uerisimilis boni. Sed impossibile est intellectū creatū simul plura intelligere: & ideo angeli facti sunt boni, & erant aliquādo boni, & sponte facti sunt mali. Deniq; assignabile est primum instās in quo erat bonus, & primum in quo factus est malus: nec tamē inter ea est rēpus mediū q̄ in angelis nō ē tēp' cōtinuū, sed discretū: & sunt illi diuersa, nūc imediata & proxima.

Augustinus

Articulus XXI. An angelus cognoscat res per suam essentiam.

Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus ait: Angeli illuminantur per formas scibiles rerum & rationes. Et autor libri Causarum: Intelligentia inquit est plena formis. Vnde elucescit, q̄ nō nisi per formas intelligibiles angeli res agnoscant, non per suam essentiam. Est quippe intellectus angelicus inter diuinum & humanum medius. In deo autem similitudo rerum est ipsa eius essentia quæ omnium efficiens & exemplaris causa est. In homine uero aliud est species rei intellecte ab intellectu & est accepta à rebus. In angelo itaq; aliud quidē est species ab intellectu: sed à rebus accepta non est. Nam sicut septimo capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, ex rebus diuisibilibus non congregant angeli formas neq; notitiā, sed à deo influxu sunt eis species, quæ sunt perfectiones intellectus ipsorum: quod quomodo sit, Commentator undecimo metaphysicæ docet. Dicit enim, q̄ secundū ordinem simplicitatis in substantiis separatis, est in eis ordo distātiæ speciei intelligibilis ab intellectu. Vnde in his in quibus est plus de admixtione potentie, est maior talis distātia: nec potest intellectus in quo est potētia actui mixta, intelligere, nisi perficiatur à quodam extrinseco quod est purus actus: ideo ait Autor libri Causarum, q̄ sicut in natura inferiori multiplicatur singularia, sic in intelligentiis species intelligibiles: quia utrobique causa multiplicationis est potentia. Dicit autem Philosophus tertio de anima, q̄ anima est species specierū: quia uidelicet efficit species per abstractionem actū intelligibiles. Dionysius etiam quinto capitulo de diuinis nominibus dicit, q̄ nobiliora in entibus sunt inferiorum exemplaria: quia scilicet inferiora sunt in umbra superiorum secundum exigentiam ordinis uniuersis: non tamē essentia intelligentiæ est perfectum exemplar inferioris: quia nō est causa neq; exemplar totius quod est in re. Materie & formæ, nisi per hoc, q̄ potentia sua cōpletur uel perficit. Porro, cū cognitio fiat per quādam assimilationē secundū Aristotelē, oportet ut semper species intelligibilis assimilet intellecto. Hoc uero dupliciter accidit: ut puta, quia unū est causa alterius, similitudinē suā ei imprimens: & sic inter intellectū diuinū & humanū ac res intellectas, est similitudo: eōdē modo tamē, quia diuinus intellectus imprimit rei formā per quā assimilatur. Intellectus autē nō hāc recipit. Secūdo cōtingit hoc, quia intellectus superior influit inferiori formas, quibus assimilatur rebus.

Dionysius

Articulus XXII. Qualiter species superiorum angelorum dicantur speciebus inferiorum uniuersaliores.

In omnibus artibus & scientiis operatiuis ac speculatiuis, superior quæ est alterius ordinatiua, necessario considerat rationes uniuersaliores, secundum quod principia sunt minima quantitate & maxima uirtute: & cum sint simplicissima, ad plura se extendunt. Itaq; cum tam secundū philosophos q̄ theologos, intelligentia superior illuminet atq; perficiat inferiorē in officiis suis & actibus, oportet uniuersaliores ei inesse scientias. Vnde undecimo metaphysicæ dicit Commentator, q̄ secundum ordinem distātiæ inter intelligens & intellectū, est etiā ordo multitudinis intellectus. Vnde in intellectu superiori, qui plus habet de actu, est minor compositio intelligentis & intellectus: & per pauciores species intelligit plenius & clarius q̄ inferior per plures, ac si quis per rationē entis, oia entia perfecte cognosceret. & sic diuinus intellectus una specie quæ est sua essentia, uniuersa intelligit. Dicit hic Thomas, q̄ triplex est uniuersale, scilicet in re, & post re quod, & per abstractionē accipit. Ante rem, quod est prius re ipsa: sicut forma domus in mente artificis: & sic sunt formæ uniuersales in mente angelica exemplares: non q̄ sint re operatiue nisi forte quorundā, non per modū creationis sed motus: sed quia sunt operatiuis similes sicut aliquis scientiā practicā speculatiue habens: tunc tamē formæ superiores uniuersaliores tā secundū cognitionē quam

Uniuersale triplex.

operationē quia perfectius cognoscūt, & inferiores dirigūt: & hoc Dionysius ostēdit.

Articulus XXIII. Quō angeli per formas intelligibiles quas habent particularia intelligere possint.

Strait quorundam positio, q̄ angeli uniuersales causas per species sibi connatas intelligunt, sed à rebus accipiunt: unde singularia cognoscunt. Sed hoc stare nō potest: quia sic necessario reciperēt species re: cū proprietatibus indiuiduātibz ac materialibus, & illa indigerent organo corporali, sensu scilicet & imaginatione. Ideo Auicenna & alij dixerunt, q̄ omnia singularia producuntur ex causis uniuersalibus ordinatis in natura. Cūq; in angelo sint formæ ordinis causarū uniuersis, per eas singularia intelligit. Hec quoq; positio secundū fidē nostrā nō sufficit: quia in causis uniuersalibus nō cognoscit res secundū proprietates indiuiduales, s. hic & nunc, & huiusmodi. Nā & Auicēna dicit deū nō cognoscere particularia particulariter. s. hic nunc esse, & tunc nō esse. Propterea ad hāc positionē addiderūt qdā, q̄ angeli cognoscūt singularia per applicationē formæ cōmuniū ad hoc uel illud particulare, sed nec hęc sufficit: quia uel applicatio est ad singulare in intellectu existens, & sic supponit: qd probādum est, uel qd extat re ipsa. Sed cū cognitio fiat per assimilationē, in quātū intelligibile unū intellectui, oportet q̄ id qd est rei, reciperet in intellectu: qd improbatū est. Vel ex eo q̄ ex tali applicatione aliqd ponit circa re ipsam: & sic non sciret nisi id qd circa rem ponit. Cū ergo angeli non sint causæ naturæ re: oim quas cognoscūt, nec per hūc modū cognoscerēt eas, dicendū est itaq; q̄ eadē est ratio in deo & angelis cognoscendi uniuersalia & singularia hoc mō. Oportet itaq; in illa uirtute q̄ cognoscit singularia, esse similitudinē eorū etiā quo ad conditiones indiuiduales. In mente porō artificis, nec esse est formā operis secundum totum id quod ab artifice habet: ideo domificator per artem suam cognoscit formam domus: nō autē hanc domum uel illam nisi per sensum: quoniam ipse materiam domus non causat. Sed deus nō deum formæ sed & materiæ quæ est indiuiduationis principium, causa est. Vnde idea in mente diuina, est similitudo quo ad utrunq; scilicet formam atq; materiā: & sic per eam habet de rebus particularibus determinata cognitio. Formæ autē quæ sunt in mente angelica, similes sunt formis diuine mentis tanq̄ ea immediate exemplariter q̄ deductæ: & sic sunt similitudines re: etiam quo ad materiales dispositiones indiuiduales, quia sunt similitudines entium prout à deo deductæ & facta sunt. Si dixeris, cum indiuidua sint infinita, quomodo sciūt ab angelo: Rursus, cum sint contingentia futura, non uidentur posse nisi à deo agnosci. Respondendū primū, q̄ quo fuerit angelus altior, eo plura una specie unoq; actu intelligit: & species illa efficitur propria huic uel illi per respectum ad hoc uel ad illud, sicut ideae in mente diuina. Ad secundum dicendum, q̄ angeli per species sibi connatas, cognoscunt causas habentes ordinem in natura: & quicquid in causis illis est, determinate uel simpliciter aut ferenter. Et quoniā futura contingentia non sunt determinata in causis illis, sed facta determinatiōe causarū efficiūt actualiter p̄sentia, ideo eorū dū futura sunt, cognitionē nō habet.

Obiectiones

Responsiones

Articulus XXIII. Inquisitio an angeli plura actu intelligant.

Augustinus nos docet, q̄ deus spirituale creaturā moueat per tēpus: quod aliud non est, nisi per affectiones & conceptiones mutari: & sic non omnia simul intelligunt. Scien dum ergo, q̄ angeli & sancti in patria cognoscunt res dupliciter, scilicet in uerbo: & sic secundū Augustinū, non sunt in eis cogitationes uolubiles: quia sic omnia simul uno intuitu uiderēt, & hęc semper perseuerat in eis: estq; eorū felicitas. Secundo cognoscūt res per formas sibi cōnatas: & sic non intelligūt plura simul, nisi prout reducunt ad unū: cuius rationē Algazel tradit. Nam oportet intellectū cōfigurari actū per speciem quā intuef, quā actu cognoscit: ut sic fit utriusq; assimilatio. Sicut autē impossibile est corpus secundū eandem partē diuersimode figurari, sic nec intellectus potest simul diuersis speciebus actualiter informari.

Articulus XXV. De hoc, si angeli in gratia creati non sunt, an tunc ante peccatum amabant deum supra se & plus quam omnia.

Distinguant quidā dilectionē, ut sit una amicitie, cuius actus est amor rei habitæ: alia concupiscentiæ, & est appetitus rei non habitæ. Est ergo dilectio concupiscentiæ, dum quis desiderat aliquid concupiscendū, quod est sibi bonū aliquo modo: & tali dilectione dicūt isti angelū in statu naturaliū, deū plus dilexisse q̄ se ipsū: quia hoc erat ei delectabilius. Porro, dilectio amicitie est, qua quis similitudinē eius qd in se habet, in alio diligit, sicut unus uirtuosus aliū amat: & sic asserūt, q̄ angelus se plus diligebat, quā intē: uolebat sibi suū bonū, s. creatū, q̄ deo bonū increatū. Sed positio ista nō uidet

Dilectio duplex

idonea. Nam in dilectione amicitiae, quavis sint amanti annexae delectatio atque utilitas, oculi tamen amanti ad illa non respicit, sed ad bonum amatum: & ideo ipsum preponderat in corde amanti omnibus utilitatibus & delectationibus, quae consequuntur ex amato. sed nolum bonum erat in angelo, nisi ex amato scilicet deo: ergo illud plus quam se diligebat. Praeterea, deum super omnia esse amandum, est legis naturalis: ergo hoc in mente angeli clarius scriptum erat, quam in mente hominis, non ergo potuit sine peccato omitti. Amplius, angeli in statu innocentiae, vel amabant deum ut utentes, vel ut fruentes. Si primum, hoc est peruersum: si secundum, habet propositum: quia sui est alicui inhaerere amore propter seipsum. Haec est ergo responsio Thomae. Veruntamen Bernardus testatur, quod natura est semper in se curata: & Auicenna in sua metaphysica, quod nulla actio creaturae est pure liberalis, nisi solius dei: quia omnem actionem creaturae consequitur aliquod commodum eius. Item deum plus quam se diligere, non videtur esse nisi actus charitatis gratia informat: sed haec & similia soluit Thomas prout ipsi uidef.

Articulus xxvi. Vtrum angeli in principio suae creationis erant beati: & an miseriam suam praesciebant.

Felicitas mentis creaturae duplex est: naturalis uidelicet & supernaturalis: & utraque essentialiter in dei contemplatione consistit. Sed supernaturalis, est facie ad faciem, & per speciem ac diuinam essentiam menti unita: & in hac angeli creati non erant, quoniam de ratione uere beatitudinis, est confirmatio status secundum Boetium. In naturali autem felicitate conditi sunt: quae tamen deo & angelis atque hominibus difformiter conuenit. Deus enim per propriae essentiae se uideat: angelus per speciem acquisitam. Homo per uisibilem creaturam. Primae huius uisioni similis est uisio qua oculis uidetur lucem in pupilla existentem, sine specie media. Secunda illa, qua quis uidet hominem per speciem ab ipso impressam. Tertia autem similis uisio, qua quis uidet aliquid per speciem eius in speculo resultantem. Haec proinde uisio angeli naturalis, nec est per speciem neque per speculum in aenigmate, sed media: sicut de Adam in paradiso dicitur. & de hac naturali beatitudine accipiendum est quod ait Augustinus: Angeli in beatitudine qua creati sunt perseverantes, non natura sed gratia immutabiles facti sunt: quod ait angelos in principio cognouisse res in uerbo, quia & uerbum cognouerunt per similitudinem eius eis influxam. Denique certum est, quod lapsum suum non praescierunt, quia sic pena processisset culpam, & desperati ante peccatum fuissent. Veruntamen Bernardus fatef, quod diabolus prauidit se habiturum principatum super malos, & ideo uoluit locare in Aquilone solium suum. Sed dicendum, quod licet illud prauididerit, non tamen prauidit media per quam, sicut & Ioseph praesciuit se futurum dominum fratrum suorum: non tamen suam uenditionem & incarcerationem ac alia. Sic diabolus nec certitudinali nec coniecturali notitia lapsum suum praesciuit, sed solum posse se cadere: imo coniecturali certitudine praesumebat se non esse futurum miserum, quia ad beatitudinem se conditum sciuit, & ad eam naturaliter inclinatum: & per hoc auferere ab eo timor, & dubitatio omnis. Unde non affligebat ex incertitudine beatitudinis suae, cum tamen secundum Gregorium, sit sanctis magna causa doloris in certitudine suae salutis: nec decuit deum eis scilicet angelis reuelare futuram miseriam, ne poena praecederet culpam, uel distinctio meritum. Sed & si eis reuelasset siue bonis siue malis, ipsi tamen non recepissent illud secundum certitudinem reuelantis, sed secundum modum suum, scilicet ad cautelam sibi praedictum, quae admodum Petrus uerba Christi de sua negatione non accepit quasi certitudinaliter sed tantum ad conuincionem sibi dicta.

Articulus. xxvii. An angeli sint in gratia conditi.

Quemadmodum quidam theologorum putant omnia simul secundum species ab exordio distincta, non per prius aut posterius temporis, alij uero successione ponunt dierum, sic quidam ponunt angelos creatos in gratia & in primae opinionioni concordant. Alij autem ponunt eos in solis naturalibus factos, & in secundae positioni uiciniores sunt. Veruntamen, cum principium creationis rerum ex sola dei uoluntate dependeat, certo sciri non potest, quae huius positionum uerior sit. Sed quoniam illi quae ponit angelos in gratia conditos, plures sanctorum auctoritates consonare uidentur, ideo et sine alterius praedictio consentiendum uidetur. Augustinus quippe ait: Deus simul est condens naturam & largiens gratiam. Item Osee 3, dicit glossa: Demones in magna pinguedine spiritus sancti creati sunt: quod de gratia dictum uidetur. Sunt tamen quaedam auctoritates Augustini, quae ad oppositum sonare uidentur. Dicit enim, quod per coelum quod primo factum dicitur, intelligitur informis spiritalis natura, sicut in se potest subsistere, non conuersa ad creatorem: sed hoc de prioritate naturae non temporis accipiendum est. Et diuersae sunt auctoritates ad utramque partem, quae uarie exponuntur a defendentibus opiniones suas.

Articulus

Articulus xxviii. Quomodo potuit peccatum esse in angelis.

Cum secundum Christianam fidem, constat angelos quosdam peccato malos factos, difficile tamen est uidere per quem modum id contingere quiuuit. Dicit enim nono metaphysicae Aristoteles, quod in his qui semper sunt actu, non potest esse malum. Et Auicenna, quod supra sphaeram lunae non est malum. At uero, si intellectus angeli non errat, nec uoluntas: quia bonum apprehensum est uoluntatis obiectum. Sed intellectus angeli non potest aliquid apparere nisi quod est uere bonum: nam intellectus nunquam errat in his, quorum proprie est intellectus: sicut in cognitione primorum principiorum: & ideo dixit Aristoteles, quod intellectus semper est rectus: phantasia autem recta & non recta: sed in angelis non est nisi intellectualis cognitio: non enim discunt. Ideoque ait Philosophus, quod omnis malus est quodammodo errans. Aduertendum est ergo, quia ut septimo Ethicorum docet Aristoteles, duplex est operandorum cognitio: scilicet uniuersalis & particularis: & quoniam operationes sunt circa singularia, ideo contingit eum qui in uniuersali recte tenet, in particulari peccare. Insuper contingit singularia dupliciter noscere: scilicet actu & habitu. Sic itaque contingit aliquem de singularibus recte opinantem habitu errare in actu, secundum quod in nobis habitus per passionem ligatur, ne recte consideret: in tantum, ut etiam si homo uerbis quod certum est dicat, mentem tamen non teneat: & sic secundum Philosophum sexto Ethicorum, delectatio corrumpit aestimationem prudentiae. Sed cum in angelis non sint passionem, non potuit hoc modo esse error in eis: sed in quantum considerando unum & illi nimis inherendo, retrahitur a consideratione alterius: quia non omnia nec plura simul intelligit, nisi in uerbo. Contingit autem eligendum esse aliquid secundum unam considerationem: quod eligendum non est omnibus conditionibus concurrentibus consideratis. & sic fuit error electionis & peccatum in angelo & per hoc soluitur ratio inducta: quoniam licet intellectus errare non ualeat, ita ut iudicet aliquid quod non est in re: quantum ad id quod de re precipit, tamen errare potest, modo iam dicto. Auctoritates uero ad ductae, intelligenda sunt de malo naturae, quod in peccatis non est, in quibus non est potentia ad non esse.

Articulus xxxix. De peccato angeli quale erat: & quod dei aequalitate appetijt.

Quod aequalitate dei desiderando angelus peccauit, Esaias testatur, sed de modo huius appetitus, est triplex opinio. Quidam enim dicunt, quod simpliciter deo aequari uoluit, licet hoc impossibile esset: quia secundum Augustinum, cetera ambitio, plus semper praesumit quam possit, sed hoc stare non potest: quia licet aliquis possit plus appetere quam possit habere, non tamen potest plus uelle quam aestimare: quia uoluntas non excedit intellectum. Sed deus omnem apprehensionem & aestimationem creaturae excedit. Praeterea, non est in angelis passio, ut sic ambitio honoris obfuscare queat lumen mentis, ut in nobis. & praeterea, quia sic uoluissef id ad cuius adeptionem sequeret proprie naturae desitio. Alij dicunt, quod petijt dei aequalitatem non simpliciter nec directe sed indirecte: ut scilicet nulli subesset, sed cum totum creaturae & angeli sit, ut deo subdit, a quo dependet in esse, & permanetia, ideo hoc appetere non potuit. Ideo dicunt alij, quod non appetijt dei aequalitatem nisi secundum modum, scilicet hoc modo. Nam in deo est beatitudo a seipso, & a quo omnis bonitas creaturae diffunditur. Itaque demon naturae suae excellentiam cernens qua cunctis eminebat, uoluit a se in inferiores beatitudinem ac bonitatem deriuari, uolebatque per naturaliam suam ad beatitudinem perfectionem pertingere: & ideo dicitur, quod sine meritis uoluit hoc quod cum meritis habuisset, si perstitisset: nec tamen uoluit deo secundum modum simpliciter esse aequalis, quia uolebat ista habere uel primum esse, nisi sub deo, prout ipse operatur in omni natura, sine quo sciuit se nec esse, nec dominari, nec quippiam posse. Istis consonat uerbum Augustini de primo homine dicentis: Quod non est credendum, quod uir spiritali mente praeditus, esse uoluerit sicut deus. Nihilominus quidam dicunt, quod Adam plus sciuit quam angelus malus, non secundum gradum naturae, sed quando dominus misit in eum soporem. Ex his elucet, quod peccatum diaboli erat superbia, quoniam est inordinatus honoris & excellentiae appetitus: & haec est una acceptio superbiae, & ita est unum de septem uitij capitalibus. Secundo accipitur habitualiter, scilicet pro quadam inclinabilitate ad superbiendum, & haec est a flexibilitate naturae uel fomitis corruptione. sic quoque dicitur omnis mali initium. Tertio superbia dicitur, prout aliquis se effert ultra limites, praecipientis mandato non parens, & sic non est speciale peccatum sed generalis conditio, omne peccatum ex parte auersionis concomitans. Denique quod uolgentius asserit, quod in hoc peccatum angeli fuit, quia sine labore gloriam habere uoluit, intelligendum secundum praehabita: quia scilicet ex propria uirtute eam habere uolebat, non quod angeli deo ministrando fatigent, laborare aut tedium habeant.

Mat. 18

Gen. 44

Augustinus

Esai. 44

Superbiae accipio uaria.

Fulgentius:

D. DIONYSII A. RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus XXX. An angeli egerunt gratia in conuersione sui ad deum: & utrum beatitudinem suam meruerunt.

Dicunt quidam duplicem esse necessariam gratia, ad conuersionem metis create ad deum: scilicet gratis datam & gratia facientem: sed hæc positio nulla est, nisi bona uel dona naturæ, gratia gratis datam appellat: siquidem ad faciendum id quod in nobis est, dona utiq; naturæ sufficiunt. Dicendum est igit, quod ad eliciendum actum conuersionis, libere arbitrii sufficit, quod se per actum hunc ad gratia susceptionem disponit: sed efficacia conuersionis ad meritum, dependet à gratia: unde unus & idem est motus, qui est dispositio ad gratia in quo. scilicet gratia datur, prout pcedit à libero arbitrio: & qui gratia informat atq; meritorius est: sicut etiã in natura in eodem instanti, quo cõplet dispositio ad formã. scilicet minus alterationis, forma substantialis tribuit. Deniq; si angeli in gratia conditi dicantur, palã quod in eis meritum præceperat meritum. Si uero sine gratia facti sunt, sicut cõmuniter tenet opinio, & magister in litera, sic est triplex opinio: dicentibus quibusdã, quod beatitudinẽ suã nullo modo meruerunt. Sed hoc nõ ualet, cõ beatitudo habeat rationẽ præmiij: & etiã cõ homo sine merito præmiũ adipisci nõ quiuerit. Ideo aliqui dicunt, quod beatitudinẽ suã merent per misteria nobis post eorũ cõfirmationẽ exhibita. Sed de præmio accidentali, hoc dici potest. De præmio uere essentiali, non recte. Nã beatitudo habet rationẽ terminũ præmiũ aut rationẽ uiuã. & sic non est (ut uidetur) conueniens, quod angelus in beatitudine existens, mereri dicat, nisi illud accidentale gaudiũ quod de his habet, qui per eum saluant. Respondendum est ergo, quod meritum in eis præcessit beatitudinẽ, nõ tempore sed ordine nature: prout iam dictum est, eandẽ conuersionẽ fuisse præparatoriam ad gratiam, prout ab arbitrio est: & meritoria, secũdum quod gratia informatur. Sciendũ aut, quod occasiones illæ per quas quidam ad deũ cõuertunt, scilicet aduersitates & instructio atq; huiusmodi, gratia gratis data dici possunt: & hæc utiq; diuinæ prouidentia subijciuntur.

Articulus XXXI. Si Lucifer erat summus angelorum: & quomodo ipse erat alijs causa peccandi.

Questionem hanc, an scilicet primus peccã, fuerit summus supernorũ spirituum, Augustinus mouet undecimo super Genesim, sed insolutam relinquit: quoniã de his quæ ad angelos pertinent, pauca asserendo uoluit tradere. Postmodum uero Gregorius manifeste determinat, quod Lucifer erat excellentissimus angelorũ, cui contenti cõmunis sententia, tum propter multas auctoritates, tum quia non uidetur, quod spiritus alij creaturæ subiectus, creatoris æqualitatem optauerit. Damascenus tamen dicit, quod de infimo choro erat. Quamuis aut de eo scriptum sit, Tu Cherub extensus et proteges, non tamen erat de ordine Cherubin: sed dictus est Cherub, ad insinuandum magnitudinẽ culpæ. Quia enim per elationẽ peccauit, & sciẽtia inflat, ideo dicitur Cherub. Nam Cherubin scientia plenitudo uocat. Deniq; multiplex opinio est de hoc, quomodo Lucifer alijs erat causa peccãdi. Quidã nepe dixerunt, inter p̄ctm̄ Luciferi & aliorũ, solũ fuisse ordinẽ secundũ quantitã culpæ, quia. scilicet p̄ctm̄ eius grauius erat. Sed q̄m̄ dictis sc̄toꝝ istud nõ cõsonat, ideo alij asseruerunt, quod p̄ctm̄ Luciferi præcessit grauitate, causalitate & tẽpore: sed nõ uidet quod tẽpore, quã cito angelus peccauit, cecidit: sed si lapsus eius alij uidissent, sequunt eum in p̄ctõ nõ fuissent. Dicendum est ergo, quod præcessit grauitate & causalitate, sed non duratione. Dictum est etiã, quod sicut primus angelus eminebat alijs in dignitate nature, sic uoluit eis causa esse quodãmodo cõsequẽdi ultimã perfectionẽ. Hic aut motus desiderij in diuisibilis fuit: ideoq; principiu eius nõ præcessit terminum eius. Sic ergo motus alius, causatus ab eo qui incepit in termino eius, simul erat cõ secundum quod desiderauerit uotũ suũ ad effectũ perducere, illud alijs manifestãdo: simul quoq; cõ hoc erat alijs uisio ac p̄uersus cõsensus: & huius simile est in omnibus operationibus instantaneis, quæ est una alterius causa, quia sunt simul tẽpore, sicut illuminatio aëris, uisio coloris atq; discretio rei uisæ. Sic ergo inferiores angeli per superbiam peccauerunt, & tamen subesse superiori uolebant quod ille operabatur. Unde aliquid appetebant sibi, in quo superbiebant: ut scilicet ipsimet secundum possibilitatem naturalium suorum, gloriam acquirerent: tamen sub deo & sub superioribus angelis, & quod illam in inferiores transfunderent. Conenserunt etiam angelo primo in hoc, quod appetebant eum dictam dignitatem consequi. & est simile de his, qui pariformiter se habent ad aliquid conquirẽdum. Unde omnes in unum conspirantes, unusquisq; sibi & alijs aliquid desiderat. Porro non est remotum secundum Thomam, quin cõuersio unius boni angeli ad deum, fuerit alijs occasio & exemplũ conuersionis ad deum, quia scriptum est

Michael

CREAT. AD DEVM CONSID. THEOLOG.

Michael & angeli eius: quemadmodũ de dracone legit, quod traxerit tertiam partem stellarũ.

Articulus XXXII. De loco & ordine dæmonum.

Denicq; in corpore eis substantijs locus debetur, non secundum ipsarũ essentia, sed quantum ad operationẽ, uel per modũ congruentia, uel per modum necessitatis. Primo modo debetur angelis tam secundũ operationem naturæ quã gloriæ cõstitũ empyreũ: & ergo omnes in eo conditi sunt. Secundo modo debetur eis locus in his, quæ operantur circa nos. Porro, operatio angeli secundũ statũ culpæ uel miseria, tripliciter potest attendi: uel quantum ad naturã lucẽ quæ in eis remansit licet obtenebrata: uel quantum ad culpã tenebras, uel quantum ad ordinationẽ diuinã sapientia, quæ ex eorũ malitia bonũ elicit: scilicet exercitiũ nostrũ & secundũ hæc tria, cõpetit eis aër, potissime quantum ad mediã regionẽ ipsius. Nã in quantum est diaphanũ, cõpetit naturali luci eorũ. Quantum aut ad turbulentiã suã, cõpetit eis ut pœna. In quantum uero propinquus est nobis, cõpetit propter exercitiũ nostrũ. Sed infernus cõpetit eis contra culpã in quantum horridus & tenebrosus. Nostra quoq; habitatio cõpetit eis propter exercitiũ nostrũ: & illa loca tria hæc cõpetunt cuilibet dæmoni secundũ diuersas sui cõditiones. Remansit autẽ in dæmonibus ordo, nõ ille qui est ad consequendã beatitudinẽ sed potestatis. Hoc etiã cõgruit eorũ nature, quæ in eis integra remãsit secundũ species suas diuinæ sapientia: quoniã quæ à deo sunt, ordinata sunt: & sic congruit, ut potestas dæmonũ ad exercitandũ puniendũq; homines, ordinata sit per gradus prælationis. Similiter ex nequitia dæmonũ idem patet. Nam quia uni aduersantur, inter se confoderant: & sic dæmones ad nocendũ hominibus concordant. Veruntamen opinandũ non est, quod inter se unq; quantum in eis est, concordia habuerũt, uel beneuolentiam aliquã adinuicẽ habeant, sed ad malum concordant. Prælatio quoq; in eis non minuit pœnam sed auget: quia potentes potenter tormenta patientur.

Articulus XXXIII. An dæmon ab homine uictus, retrudatur in infernum.

Quamuis diabolũ ab homine tentato superatũ, omnes concedant aliquo modo cessare: de modo tamẽ cessationis huius, tres sunt opiniones. Quidã enim aiunt eum sic cessare, ut nec unũ nec aliũ amplius tentet, nec de isto peccato neq; de alio: quia charitas omnia opera bona facit esse cõmunia in ecclesia. & sic ex trũpho unius, omnibus oritur, cõmodum. Quidã uero dicunt, quod de alio peccato potest tentare, sed non de eodẽ, nec uictorem, nec aliũ. Isti tamen intelligũt ad tempus determinatũ: post quod iteꝝ ad pugna redeunt. Tertij autẽ dicunt, quod ex quo dæmonẽ quis uicit de aliquo uitio, non potest de eodẽ uitio ab eo tentari, sed de alijs. ceteros uero & de eodẽ & de alio tentare potest. & hæc positio rationẽ habet magis manifestã. Ille enim dicitur demone perfecte uincere, in quo omnes passiones uincunt, quæ ad illud peccatũ inclinant, unde demon tentabat illũ: ut habitus uirtutis oppositæ perfecte adipiscat. Unde tunc diabolus uidet uirtutẽ & stabilitatẽ eius in bono, non amplius præsumit eũ de eodẽ tentare. Quæ tamen hæc opinio uerior sit, incertũ est: quia nec ratione nec autoritate multũ probare ualet.

Articulus XXXIII. Vtrum angeli boni possint peccare.

Praterea agnoscentũ, quod sicut deus per propria natura habet quod peccare nõ possit, quia non est in eo potentialitas aliqua, quæ utiq; est origo peccati & omnis defectus, sic angelus in impeccabilitatẽ non à natura, sed per gratia confirmationis sortitur: quia per eam tota sua potẽtia completur in actu. Sicut & materia corporum cœlestiu per formã quã habet cõpletã, est & in intellectualibus, facta resolutione conclusionis utriusq; ad primũ principiu naturaliter cognitũ: quoniã tũc ratio necessario assentit cõ impossibilitate alterius. Porro lumẽ gratia uel gloriã ita se habet ad mentẽ, sicut forma uel actus in naturalibus: & finis ultimus, ita se habet ad uoluntatẽ, sicut primũ principiu in speculatiuis, secundũ Philosophũ sexto & septimo Ethicorũ. Cum ergo per lumen gloriã beatũ ultimo fini scilicet deo perfecte coniungant per plenã fruitionem, eius bonitate toti affecti, ideo auerti non ualet. Nec hoc libertati repugnat, quia libertas est eorũ quæ sub electione cadunt: quæ uidelicet sunt media ad ultimũ finẽ: & ideo in electione error contingit in his, in quibus de ultimo fine non est semper æstimatio recta: sed nõ in beatis, qui uident deũ per speciẽ. Veruntamen, ea quorũ neutru à sine deo ordinat, indifferenter angeli possunt: & sic saluat in eis ronalis potestas quod oppositior est. Deniq; ut Anselmũ testat, posse peccare nec libertas est nec pars libertatis: quia & deus quod liberrimus est peccare nõ potest: laudabilis quod nõ est præcipue à potestate peccãdi, sed à uoluntate bono adherenti: alia uirtuosius per habitũ, est

Exch. 28.

Esa. 14.
1. Cor. 8.

109

Apoc. 18.

Roma. 18.

Sap. 6.

minus laudabilis imperfecto uiro. Sed potestas peccandi est quasi signum laudabilitatis respectu laudantium: ostendens opus non esse coactum.

Articulus XXXV. De obstinatione & naturali cognitione dæmonum.

CAusam insuper obstinationis diaboli, diuersimode tradunt diuersi. Quidam enim dicunt, quia liberum arbitrium eius medium est inter diuinum quod nunquam mutatur, & humanum quod ante electionem & post eam, mutabile manet: ideo post primam electionem extat immutabile. Sed hæc causa (ut Thomæ uidetur) supponit id cuius causa queritur: scilicet immobilitatem angeli post electionem: nec secundum eam posset dari ratio confirmationis & obstinationis animæ post mortem. Alij dicunt, quia angelus propter indiuisibilitatem & simplicitatem suæ naturæ, ad quodcumque se uertit, se totum conuertit: & ideo post eam non mutatur. Sed hæc ratio insufficientis uidetur: quia secundum uirtutem suam quæ se ad multa extendit, diuisibilis est. Unde non oportet, ut operatio eius procedat ab eo secundum totam suam uirtutem. Alij dicunt, quia angelus per seipsum cecidit non autem homo, ideo reparabilis non est sicut homo. Sed non uidetur istud sufficere, cum per se uel per alium cadere, sint circumstantiæ peccati quæ in infinitum aggravare non possunt. Et iterum, quoniam si deus hominem non reparasset, non tamen obstinatus fuisset: quia angelus peccauit contra deiformem intellectum: homo autem contra rationem quæ est intellectus obumbratus. Sed istud in infinitum aggravare non posset. Dicendum est ergo, quod peccatum contingit dupliciter: Vno modo ex passione mentem obfuscante: & taliter peccans, passione cessante poenitet. Secundum modo ex malitia seu electione prauis finis, sicut habens habitum luxuriæ constituit sibi finem in delectatione Venereæ: & ita peccans, non poenitet secundum Philosophum, quia finis in operabilibus se habet, sicut principium in speculatiuis. Nullus itaque poenitere potest, nisi si passione cessante, uel habitu malo remoto. Habitu uero remoueri non est possibile, nisi in statu uicæ, non autem in termino. Et ergo cum mors sit homini terminus uicæ, angelo uero sua electio, ideo nec anima post mortem, nec dæmon post electionem poenitere potest: sed datur homini longior uia, quia magis distabat à fine. Et ideo Damascenus dicit, quod est homini mors, hoc est angelo lapsus. Dicit tamen Dionysius secundo capitulo de diuinis nominibus, quod dæmones appetunt bonum scilicet esse uiuere scilicet naturali appetitu. Sed appetitus hic semper deprauatur in eis, quia uolunt cum tali deformitate esse & uiuere. Unde sic naturaliter in dæmonibus synderesis manet, quæ & naturaliter malo remurmurat: sed uoluntas praua ei semper repugnat. Nam secundum Dionysium quarto capitulo de diuinis nominibus, Dæmones claudunt uirtutes suas in speculatiua consideratione boni & ueri. Dicit etiam, quod accidentaliter dæmonum pena crescit non essentialiter: quia in termino sunt. Præterea, cum peccatum non tollat naturam, ideo naturalia manent in dæmonibus: scilicet acumen scientiæ, sicut Dionysius secundo dicit capitulo de diuinis nominibus. Sed cognitio eorum de rebus duplex est, scilicet naturalis: & hæc est uel per causas determinatas ad naturales effectus: & talia cognoscunt per subtilitatem naturæ, prout in eis sunt species ordinis uniuersi. Vel per signa ex quibus ut sæpius contingit, effectus & talia cognoscunt per experientiam temporis. Porro alia sunt quæ per causas naturales uel signa sciri non possunt: & talia non nisi per reuelationem spirituum supernorum agnoscunt. Licet autem dæmon à rebus cognitionem non recipiat, tamen acuitur eius scientia longitudine temporis. Nam per speciem innatam, cognoscit rem & quæ in ea sunt: sed antequam causa contingens ad effectum determinetur, non est in ea effectus eius: unde nec in ea cognoscitur quæ tamen cognita causa cognoscitur, quando iam ad effectum determinata est. Quod autem quarto capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, quod malum dæmonis est furor irrationalis, amens concupiscentia, & phantasia proterua, metaphysice dictum est: quia corporales passionem proprie in eis non sunt. Sed cum omnis animæ defectus qui in nobis accidit, sit uel à phantasia quantum ad intellectum, uel ex passionibus concupiscentibus & irascibilibus quantum ad affectum, ideo uoluntas diaboli inordinate aliquid detestans uel appetens, dicitur concupiscentia & furor: & intellectus eius ordinatus dicitur phantasia. Et quia inordinatio ista intellectus est ex praua uoluntate, ideo dicitur phantasia proterua: quia protinus est qui pertinaciter ueritatem impugnat. Irrationabilitas autem & amentia furoris & concupiscentiæ, important obliquitatem uoluntatis à recto iudicio intellectus uel rationis: & ignorantiam electionis non speculationis: secundum quem modum omnis malus est ignorans.

Articulus XXXVI. De diuinatione quæ per dæmones fit.

DE præsentia uero futurorum sciendum, quod quædam futura in causis suis sic determinata sunt, ut ex eis necessario fiant, ut ea quæ circa motum cœli contingunt: & talia per species concretas præagnoscit dæmon multo melius, quam astrologus etiam certitudinaliter: quia omnis effectus in causa sua cognosci potest, prout determinatur in ea. Alia autem sunt futura, quæ sic in causis suis determinantur, ut ex eis frequentius fiunt: tamen in minori parte deficere possunt: uel ex parte agentis aut recipientis: & de his non certitudinalis sed cōiecturalis præcognitio potest haberi, & in hac quoque sunt dæmones subtilissimi. Alia uero quæ non habent causas determinatas, sed ad utrumlibet contingentes à solo deo, & cui ipse reuelare uoluerit præsciuntur: & ideo quæ talia futura prænuntiare assument, ab usurpatione diuini actus appellantur diuini. Denique, ea quæ dæmones uel angeli hominibus reuelant, reuelant per applicationem luminis sui ad phantasmata, non se obijciendo animæ, sicut per speculum ea quæ in speculo sunt, uidentur: quia anima in hac uita non cognoscit nisi per conuersionem ad phantasmata, ut Thomæ apparet. nec etiam tales species cum sint uniuersales, proportionatæ essent animæ. Sed dupliciter potest angelus bonus uel malus, sine creatione nouæ speciei, aliquid intimare, uel per illustrationem prædictam, uel etiam nouas species in imaginatione formando secundum aliquam transmutationem corporalem. Porro de diuinatione quæ fit in somno, sciendum, quod reducuntur diuinationes tales in aliqua signa uel causas naturales. Hoc autem contingit dupliciter. Vno modo in his quorum causa est in somnante, & hoc dupliciter: quia uel somnium est causa uetus futuri, sicut dum quis aliquid facit propter id quod in somno uidit: uel est signum futuri, cuius causa in ipso, ut dum quis somniat se dulcia comedere, significatur quod phlegma dulce dominetur in eorum de medicus de sanitate uel morbo aliquid præcognoscit. Si uero neutro modo se habeat, tunc est solum per accidens. Alio modo in his quæ causam habent extra somniantem: & in talibus uentus futuri frequentius se habet ad somnium per accidens: quandoque tam est somnium signum futuri: & hoc dupliciter. Vno modo ex parte illa quæ cognitionem à corpore accepit, in quem celestis corporis uirtus imprimitur. Ex motibus enim cœlestium corporum, relinquuntur quædam impressiones & motus, quæ sunt signa motuum cœlestium in inferioribus: & prout istumotus ueniunt ad imaginationem, figurantur ibi imagines illorum effectuum, ad quos disponuntur motus cœlestes secundum similitudinem magis aut minus expressam: prout uirtus imprimens est fortior, & recipiens magis dispositum: atque ab alijs occupationibus magis quietum: & ideo in nocte præsertim circa digestionem completam, talia magis sentiuntur. Sic quoque animalia quædam futura aliqua noscunt & nuntiant, prout ad uitam eorum eis necessarium est: quemadmodum pisces motibus suis, tempestatem futuram insinuant. Secundo modo, prout anima à deo uel angelis per influentiam luminis cognitionem accipit: cui tanto uehementius copulatur, quanto ab exterioribus cessat: & igitur in somno continuo reuelationes amplius fiunt in illis potissime, qui sensualitati dominantur. Nam quo eorum imaginatio intellectui magis obedit, eo expressiores similitudines capiunt. Unde & uirtutes morales, maxime autem castitas secundum Auerroem septimo Physicorum, ad hoc maxime iuuant. Propterea Aristoteles in libro de Somno & Vigilia dicit, quod diuinationes quæ in somnis fiunt, non omnino negandæ sunt. Sciendum etiam, quod imaginatio hominis propter multiplices morus rationis, inquietior est imaginatione animalium.

Articulus XXXVII. De miraculis quæ per dæmones fiunt.

Agnoscendum, quod dæmon nullam uirtutem naturalem, nec substantialem, nec accidentalem inducere potest in materiam, nisi ammiculo naturalis agentis, quemadmodum artifex non per se, sed per ignem, cibum calefacit. Potest itaque dæmon per applicationem naturalium agentium & passiuorum, effectus aliquos præter consuetum cursum producere, propter multiplicationem ac uehementiam actiuitatis rerum congregatarum, abilitatemque passiuorum. Ideoque ea quæ in potestate naturæ non sunt, facere nequeunt: ut suscitare mortuum, nisi in prestigio solum: quæ tamen diu durare non possunt. Unde patet eorum error, quod dæmones deos putabāt, & per modum creationis operari: & ipsius quoque Auerroem, qui posuit, quod ex sola conceptione substantiæ separatae, fiat aliquis effectus in inferioribus præter ordinem naturæ: & sic reducit miracula ad eos precipue. Sciendum autem, quod tempore Antichristi, fient uera miracula: quæ tamen in potestate naturæ aliquo modo sunt permissione diuina: sed dicuntur mendacia, quia ad fallendum fiunt. Dicit autem beatus Petrus in Itinerario

Dupliciter angelus aliquid intimat,

Damascenus.

Dionysius.

Auerrois, Aristote,

Itinerario Clementis, q̄ diuina miracula sunt de rebus utilibus, sicut sanare infirmum: sed diabolica de rebus nociuis & uanis, ut uolare in aere & membra stupida reddere. Deniq; mali in signis quæ faciunt, in honestis deliramentis utuntur, ut q̄ se cultris incidunt. Sed boni diuinum nomen pie & reuerenter inuocant: unde manifeste discerni possunt. Demones quoq; impressioni corporum cœlestium non subdūt: sed q̄ sub certa constellatione aduocati assunt, faciunt, quoniā constellationē illā ad effectū suū utile sciunt, & etiā ut homines fallant. Non ergo inuocationibus & factis maleficis compellūt, nisi inquantū per illa cum eis foedus inuit. Præterea, cum ea quæ naturæ facultate excedunt, à deo solo quæren da sunt, ideo qui in talibus dæmonū utuntur auxilio grauitur peccant: sicut uaticinio de futuris. Ideo q̄ sancti leguntur aliqua per dæmones fecisse non egerunt pacto, sed uirtute diuina: quemadmodum & potestates cœlestes, habent dæmones coërcere: & sic Paulus tradidit illum Corinthium satanæ in interitum carnis.

Articulus XXXVIII. An angeli sint incorporei: & quomodo corpus assumant.

Cum dicat Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus, q̄ sicut angeli incorporeales, ita & immateriales intelliguntur, constat angelos non esse corporeos. Et si haberent corpora naturaliter unita, cum ipsi sint nobilissima forma, illa essent digniora corpore humano & per consequens essent corpora cœlestia: quo dato, rediret error philosophorū, qui ponebant angelos esse formas orbium, & secundū eos multiplicari. Itaq; errore quoq; eorū relicto, qui dicunt angelos nec esse corporeos nec unq; corpus assumere uere, sed in præstigio solū aut secundū uisionē imaginatiuā, cum hoc nec dictis sanctorū nec scripture cōcordet, dicendū, q̄ angeli corpora assumūt. Nā cū natura spiritalis corporali superior sit, dominat ei & illa obedit: nō aut obedit quantū ad primā inchoationē uel susceptionē formæ: quia illa est à deo dūtaxat. Eductio uero formæ, fit per naturale agens: sed obedit ei quo ad motū locale per quē non ponitur aliqua forma in remota. Quādo itaq; uirtus spiritalis separata, mouet aliquod corpus, dicitur ei uniri ut motor: sed dum in super substantia spiritalis hoc corpus format, ut appareant in eo aliqua proprietates uisibiles inuisibilibus eorū proprietatibus congruētis, tunc dicitur illud assumere, ut cū apparet in figura leonis uel hominis: & talis assumptio est propter eos quibus apparet: & est in angelis in qualibet parte talis corporis, quia cōparatur ad ipsum, sicut unus locus diuisibilis. Et est idē iudiciū de angelo bono & malo, quia uerq; spiritus est.

Articulus XXXIX. De qualitate & materia corporis assumpti ab angelo: & utri in eo comedere, sentire, uidere, loqui & generare possint.

Verumadmodū Dionysius ait, Introductio hominū ad cognitionem substantiæ spiritalis, finis est uisibilitū formæ omnī in corporibus ab angelis assumptis: & ideo oportet, ut proprietates illæ quæ in tali apparitione apparent, sint tantū secundum similitudinē, ut nō intelligatur illis subesse aliqua res nisi angelus, ut quasi corpus eius esse uideatur: & proprietates corporis, quasi proprietates angeli. Corpus igitur tale non habet ueritatē naturæ quæ ostenditur, sed similitudinē tantum. Alioquin non duceret in cognitionē angelis: sed illius cuius uerā naturā habet. Proinde corpus tale assumptū, secundū materiā aëreum est, quia aër est maxime transmutabilis & in omnē figurā uertibilis. Sed ut corpus aëreum figurā angelo competentē recipiat, oportet ut aer inspissetur, & ad terræ proprietatem accedat, seruata aeris ueritate: & hoc angeli facere possunt per motū locale aërē collegendū: & etiā per femina in aère resperfa. Quod autē corpus tale aëreū sit, patet q̄ nec gladio scindi potest, nec confodi: quod quidā interdū tentauerunt. Deniq; in corporibus istis apparere solet proprietates ignis, præcipue q̄ ad splendore, & etiā hominis q̄ secundū Dionysium 15. Cœlest. Hierarchiæ: Inter omnia corpora, ignis potissime representat spiritalis proprietates substantiæ. Porro cum corporibus istis angeli non uitā, sed motū influant, ideo operationes quæ sequuntur corpus secundū q̄d uiuū, angelis in corporibus istis cōuenire non ualent: sed illæ quæ sequuntur corpus, ut mobile, ut impellere, mouere, diuidere. Ideo q̄ nō uere comedunt, q̄ comedere significat, non tantum diuisionē cibi & traiectionē eius in os, sed etiā q̄ actus iste fit à uirtute potente cibum digerere & in nutrimentū conuertere: q̄d spiritui non competit. Vnde Christus post resurrectionē uere comedit, licet cibū non conuerterit in se: sed angeli q̄s Abraham suscepit hospitio, non uere comederunt. Nec est inconueniens dicere, q̄ Abraham primo nescierit eos esse angelos, sed postea. Si uero antè sciuit, præbuit eis cibum ratione alicuius ministerij. At uero cum uidere, sit actus corporis uiuū, nullo modo angeli uident per corpora assumpta, nec sunt ibi organa sensitua nisi secundum

Dionysius.

quod similitudinem. Sed & loquutio secundum completam suam rationem, angelis in corporibus istis non conuenit, cum non habeant uera organa corporeata & imaginationē: sed est in eis aliqua similitudo loquutionis, inquantū intelligunt, intellectumq; expriment quibusdam sonis, quæ non sunt proprie uoces, sed uocum similitudines. Loquutio namq; proprie est ex percussione aëris & alijs instrumentis. Mouentur autem angeli per accidens in corporibus assumptis: quia diffinitiuē in loco sunt, deus uero nullo modo mouetur quia ubiq; est: sicut nec anima mouetur per accidens motu manus, sed totius corporis: quemadmodum etiā secundū philosophos motor orbis, quia conuigitur orbi, secundum se totū, non mouetur per accidens: quia orbis secundū se totū non uariat locum. Insuper, id quod in Genesi legitur, Videntes filij dei filias hominum q̄ essent pulchræ, &c. Iosephus exponit de demonibus incubis: & sic angeli aliquo modo generare possunt: sed hoc alij negant & dicunt, q̄ scriptura per filios dei intelligat filios Seth qui boni erant, per filias hominū, filias Cham. Veruntamen quoniam multi oppositum dicunt, & quod à multis dicitur, nō potest omnino esse falsum secundum Philosophum septimo Physicorum, ideo dici potest, q̄ per actum eorū completur generatio inquantū semen humanū collectū apponere possunt ad determinatā materiā in loco conuenienti. sed & aliarū reū semina congregant ad certos effectus iuxta præhabita, sic tamē, ut attribuat eisdū duntaxat, quod est motus localis, non generatio ipsa, cuius principium non est uirtus dæmonis nec corporis eius, sed eius cuius semē adducit: ideo & genitus non est filius dæmonis. Et quoniā dæmones scire possunt dispositionē feminis ex parte eius unde descisum est, mulierē quoq; proportionatā atq; constellationem iuuantem & optimam, ideo ex eis dicerētur nasci homines spectabiles siue gigantes. Sed & dæmon qui unī est succubus, est alteri incubus secundum quosdam.

Articulus XL. Qualiter dæmones intra corpora hominum esse possint:

& de præstigijs quibus sensus humanos decipiunt.

Vt iam crebrius præactum est, angeli boni & mali uirtutem habent transmutā di corpora inferiora, etiā humana: ideoq; impressiones habent in potentias organicas: in intellectum uero indirecte, inquantum obiectū eius, est corporale phantasma, sed in uoluntatē nequāq; quia ipsa ab intellectu obiectū suū recipit & quia ubi operatur sibi sunt, ideo corporibus nostris illabuntur. Sciendū autē, q̄ esse intra aliud, est esse infra terminos eius. Corpus autē habet terminos quantitatis, & infra istos dicitur esse dæmon. Habet quoq; terminos suæ essentiæ, & infra istos non est. In substantiam autē spirituale (cum non habeat nisi terminos essentiæ) nil intrat nisi deus creator, q̄ in intrinsece operatur in ea, dans ei esse atq; conseruās. Porro quāuis anima fit in qualibet parte corporis in quo etiā dæmon est, nō tamē sunt duo spiritus creati in eodē loco: q̄ anima est in corpore sicut forma in materia, non sicut in loco: unde non est eiusdē rationis operatio eius & dæmonis in corpore: & ob id sine confusione ope, in eadē corporis parte esse possunt. De præstigijs autē sciendū, q̄ in eis formæ, quæ uidentur, sunt solum in sensu: & hoc dæmonis operatione dupliciter accidere potest. Vno modo, ut ex thesauro imaginatiōis species ad sensus deriuentur: & sic unūtur organis, ac si res esset presens, sicut etiam in somno fit. Alio modo ex immutatione organi, per quam cito iudicium fallitur: quemadmodū habere gustum corruptum, omnia apparet amara. Hoc autē facere dæmones possunt uirtute quadam naturalī rerum, sicut ad uaporationē cuiusdā fumi, trabes domus moueri uidentur. Vnde & dæmones dicuntur in centores malorum, quia faciunt fluere sanguinem: & sic ad concupiscendum disponitur anima. Boni uero angeli directe agunt in intellectum, illuminando eum secundum Augustinum miris quibusdā intelligentijs: sed in uoluntatem quæ semper est domina sui actus, imprimere, solius dei est.

Articulus XLI. Vtrum deus aliquando in corporalibus figuris apparuerit.

Sicut in libro de Trinitate Augustinus testatur, apparitiones illæ quibus deus hominibus apparuisse legitur, angelorū ministerio sunt factæ: quia secundū Dionysium, diuinæ reuelationes non ueniunt ad nos nisi per hierarchiam angelicā. Vnde in talibus apparitionibus corporalibus, corpus ab angelo est formatū, assumptū & motū. Sed q̄n angeli intendit hominem instruere de seipso, exprimeōdo in corpore proprietates & similitudines sibi conuenientes, tunc dicitur angelus apparere. Dum autem uult de deo uel angelo superiori docere, format corpus secundum exigentiā conuenientē illi, de quo uult informare: & tunc dicitur deus uel superior angelus apparere. Vnde constat, q̄ angelus per linguā afinæ Balaam loquebatur: & istud dicit Gregorius Exodi 3, in glossa, ostendens

Gen. 6.

Augustinus.

Num. 23.

Gen.

dens cur angelus Moysi loquens, quandoq; dominus, quandoq; angelus dicitur: & sic erat in illis creaturis, sicut figuratum in signo.

Articulus XLII. De diffinitione hierarchiæ, & actionibus hierarchicis.

Hierarchiæ diffinitio.

Porro quarto Cœlestis hierarchiæ capitulo, diffinitionem hierarchiæ Dionysius, Hierarchia inquit est diuinus ordo, & scientia & actio deiformis, quantum possibile est deo similans, & ad inditas ei diuinitus illuminationes proportionaliter in dei similitudinem conscendens. Pro cuius intellectu sciendum, quod hierarchia dicitur quasi sacer principatus. In omni autem principatu requiritur gradus potestatis, & finis in quem tendat gubernatio principis, sicut in regimine seculi finis est, ut populus pacifice disponatur. Sic ergo in sacro principatu finis, est deo ut fas est, assimilari. Hic uero finis non nisi per ordinatam operationem adipisci potest: ad quam requiritur ordinata potestas & scientia dirigens. Ideo in diffinitione hierarchiæ ponitur ordo, id est gradus potestatis & scientia sicut dirigens: & actio sicut ad finem ducens: & dei similitudo sicut finis intentus. Ponitur autem in ea primo deiformis, quantum possibile est deo similans, secundum quod angeli assimilantur deo in receptione diuini luminis: postea quoque & ad inditas, &c. in quantum assimilantur deo transfundendo lumen suum in inferiores. Sed sciendum, quod Dionysius non intendit diffinitione hierarchiam, sed essentialia eius principia tangere. Postea autem sic ordinari diffinitio: Hierarchia est diuinus ordo secundum scientiam & actionem. Diffinitio quoque Dionysius hierarchiam dicens: Hierarchia est ad deum quantum possibile est, unitas & similitudo, & hæc est formalis, quia datur per causam finale: sed prima iam posita, completa. Denique, ordo dupliciter sumitur: uel prout nominat unum gradum tantum, & sic est pars hierarchiæ, sicut diffinitur a Magistro: Ordo angelorum, est multitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ simulantur. Sic quippe quæ unius gradus sunt, eiusdem ordinis perhibentur. Alio modo nominat ordo relationem inter diuersos gradus existentem, ut dicatur ordo, ipsa ordinatio. sic enim sumitur quasi abstracte, & ponitur in diffinitione hierarchiæ. Insuper agnoscendum, quod uita nature, gratiæ & gloriæ, deus immediate influit in omnem mentem creatam: nec in his attenditur hierarchiæ prælatio. Ideoque in diffinitione hierarchiæ, non ponitur natura, gratia uel gloria: sed quo ad executionem officiorum diuinorum, est in ipsis prælatio: & igitur ponitur in ea scientia quasi dirigens. Errant præterea, qui in diuinis personis, scilicet in super sancta trinitate hierarchiam ponunt: cum non sit illi gradus aut principatus unius super alteram, nec pater purgat, illuminat aut perficit filium aut spiritum sanctum: quæ tamen secundum Dionysium sunt de ratione hierarchiæ. Sunt autem tres actiones hierarchicæ: scilicet purgare, illuminare & perficere. Cui enim hierarchia perficitur in scientia sicut diffinitio consistit, ob id actio hierarchica in scientiæ transfusione consistit. Vnde se primo Cœlestis hierarchiæ capitulo Dionysius ait, quod purgatio, illuminatio & perfectio, est diuinæ scientiæ actio. Ad scientiam autem trinitas concurrunt: scilicet expulsio contrarij scilicet ignorantia, infusio luminis, & ipsa substantia cognitionis. Itaque quoad primum, est purgatio: quo ad secundum, illuminatio: quo ad tertium, perfectio. Purgatio autem ista, non est a culpa, neque ab immunditia, sed a dissimilitudine minorationeque luminis secundum Dionysium tertio Cœlestis hierarchiæ capitulo. De illuminatione autem angelorum quidam dixerunt, quod inferiores non uident deum per essentiam, sed prout a superioribus illustrantur: quo contra scriptum est: Angeli eorum semper uident faciem patris. Alij dixerunt omnes angelos in omnibus a deo immediate illuminari, negant res totum processum Dionysii: qui tamen autoritatibus scripturæ roboratus est, ac philosophorum doctrinæ concordat. Mediam ergo uiam tenendo dicendum est, quod omnes uident deum immediate: & hæc est fruitio & beatitudo eorum: & quo ad hanc, unus non illuminat alium. Sed non oportet, ut qui causam cognoscit, omnia sciat quæ in potestate causæ continent, nisi causam illam perfecte comprehendat: & ideo superior angelus qui deum claris uidet, de diuinis mysterijs atque effectibus, inferiorē illustrat & docet. Illuminatio quoque hæc, non est per creationem noui luminis, sed per immediatam applicationem & irradiationem mentis ad mentem. Vnde non est ibi imaginandum medium deferens neque situalis distantia, sed sola spiritualis cōuersio: quia secundum Augustinum, quod est in corporalibus situs, hoc in spiritualibus ordo est. Porro actiones istæ hierarchicæ quandoque secundum rem coniunguntur: & ideo non nisi secundum rationem differunt. Omnis namque perficiens, in eo quod perficit, illuminat & purgat: & omnis illuminans purgat, sed non conuertitur: ut præcipue patet in hierarchia humana secundum Dionysium: quia non quamlibet purgationem, sed perfectam duntaxat sequitur illuminationem: & simpliciter de illuminatione respectu perfectionis.

Hierarchiæ diffinitio altera. Tertia.

Mat. 18:

Articulus

Articulus XLIII. De diuisione angelice hierarchiæ in tres hierarchias, & nouē ordines.

Triplex autem inuenitur angelorum distinctio. Vna hierarchiæ ab inuicem secunda ordinum eiusdem hierarchiæ: tertia angelorum unius ordinis: & tunc quælibet sumitur secundum diuersam dispositionem seu proportionem ad receptionem diuini luminis. Nam hierarchiæ diuersitas, est secundum modum recipiendi diuinas illuminationes: sed ordinum autem secundum diuersos actus, ad quos diuini lumines perficitur secundum perfectionem maiorem & minorem. Diuersitas uero personarum unius ordinis est, secundum diuersam uirtutem exequendi actus efficaciter. Nam ecclesiastica hierarchia distinguitur a cœlesti: quia recipit lumen diuini sub uelamine sensibiliu formæ in sacramentis ac scripturæ metaphoris: sed angelica recipit illud pure & simpliciter. Et licet hic modus sit omnibus in ecclesiastica hierarchia communis, tamen eorum sunt diuersi actus, secundum quos diuersi sunt ordines: quia alius est actus sacer dotum, alius diaconorum: & in eodem ordine sunt alij alij magis idonei. Cōformiter, licet in prædicto modo recipiendi lumines diuini, omnes angeli conueniant, alij tamen alij recipiunt uniuersaliori altiorique modo. Hoc autem non nisi tripliciter uariatur: quia aut recipiunt illuminationem in ipso fulgore diuini lucis, & sic est prima hierarchia, quæ cognoscit diuinos effectus in ipsa prima uniuersali causa: & ideo circa deum esse dicunt, & nomen sortitur ab actu qui est immediate circa deum. Aut cognoscunt res in uniuersalibus rebus rationibus: & sic est hierarchia secunda, quæ illuminatur a prima: & nomina ordinum huius hierarchiæ non significant actum circa deum, sed potestatem illimitatam operandi in res, in quibus deo ministrat. Aut cognoscunt res in proprijs rationibus: & hic est modus infimæ hierarchiæ: cuius formæ sunt magis particulares & nobis proportionatæ. Vnde & ordines eius denominantur ab actibus determinatis circa unum hominem aut unam provinciam. Simile huius est in terrenis principibus. Nam quidam ministrorum operantur immediate circa personam regis, ut assessores consilij: & hoc cōuenit primæ hierarchiæ. Quidam autem habent officia ad regimen regni in cōmuni non limitatum, huic autem illi provincie: ut dñi regalis curiæ: principes militiæ, & iudices curiæ: & his similes sunt ordines secundæ hierarchiæ. Quidam uero deputantur certæ parti regni ut balliui, &c. & hoc conuenit infimæ hierarchiæ. & sic patet hierarchiæ distinctio. Denique, primæ hierarchiæ ordinum numerus, accipitur secundum tres actus fructificationis: quorum unus est comprehendere uel tenere quod perficitur memoria: & secundum hoc accipitur ordo Thronorum, quod sunt sedes dei. Alius est uidere: & inde dicitur Cherubin. Tertius diligere: & hinc accipitur ordo Seraphim. Quia uero in charitate est consummata unio, ideo Seraphim est primus ordo. Secundus est Cherubin, propter unitatem assimilatiōis, in qua cōpletur scientia. Et quoniam in susceptione importatur unio solū secundum contactum, ideo Throni sunt tertius ordo. Secundus quoque hierarchiæ distinctio illa accipitur: nam proprijs cōtactis est secundum quod bonū cōmune, pacifice & ordinate dispensatur. Hic uero pacis ordo per tria cōpletur, uno scilicet sententiantem quod unicuique debeatur, & hoc est potestatis. Vnde dicitur aëreas arcere potestates: sicut potestas secularis suspendit latronem propter pacem ciuitatis. Sententia autem debet esse efficax & recta. Ut autem sit recta, eget adiuuante cui nihil sit difficile exequi: & ad hoc est ordo Virtutum, qui attingit in operandū difficilibus ad diuina mysteria pertinere: tamē eius est miracula facere. Ad hoc quoque quod sit recta, indiget dirigere aliquo & imperante: quod ad Dominationes pertinet. Ideo hic ordo est primus. Secundus est ordo Virtutum, a quibus Potestates efficaciam habent. Ordinum demum infimæ hierarchiæ sic accipitur numerus. Nam eorum potestates uel determinatur ad unam provinciam, & sic sunt Principatus: uel ad unam particulam, & hoc est uel de his quæ pertinent ad personam tantum, & sic sunt Angeli: uel quæ pertinent ad bonū cōmune, quod tamen per actum singularis particulæ completur: & illa sunt Archangeli. Dicit Thomas & bene, quod positio Dionysii ponentis uirtutes in secunda hierarchia, est rationabilior positione Gregorii: quia Dionysius distinguit secundam hierarchiam a tertia, secundum uniuersale & particulare. Et Gregorius (ut Thomas dicit) interdit magis ordines numerare quod disponere. Præterea, in nostra hierarchia distinguitur tres ordines, secundum tres actus hierarchicos: quia ministrorum secundum Dionysium est purgare: sacerdotum purgare & illuminare: & episcopi etiam perficere. Sed cum infimus angelus sit superior omni uiatore, ideo omnia ista potest.

Triplex angelorum distinctio.

Articulus XLIII. De nominibus angelorum.

Ad hoc quod nomen rem proprie nominet, requiritur, ut res per nomen significata, habeatur in re secundum actum cōpletum: & ut sit ultima eius perfectio, vnde nec sensus, nec intellectus, sed ratio proprium est nomen humanæ perfectionis. Ideo licet omnes cœlestes spiritus angeli dici possint: quia angelorum perfectio ista

Thomas:

618

eis eminenter continet. Quia tamen non est eis ultimata perfectio, ideo ultimo ordini hoc nomen propriū est. Deniq; omnes dicuntur Virtutes, prout uirtus est uigor sequens naturam, qui in illis fortis est: sic autē non dicitur, quando est nomē speciale ordinis. Sed & Seraphin & Cherubin atq; Throni, non dicunt simpliciter ab actibus fruitionis, sed ab actū excellentia. Seraphin etiā dicuntur, non q̄ habitū charitatis influat, quia hoc solius dei est: sed quia de ijs quæ charitatē augent, illuminant. Dicit Dionysius, q̄ semper inferior angelus est manifestatiuus superioris: & sic omnes angeli, id est manifestantes dicuntur. Itē, nomina hæc, Seraphin, Cherubin dum terminantur in n, sunt neutri generis & pluralis numeri: & ponunt pro toto collegio ordinis. Terminantia uero in m, sunt masculini generis pluralis numeri: & ponuntur pro pluribus personis ordinis. Seraph aut Cherub, sunt masculini generis, singularis numeri: & significant unam ordinis illius personam.

Articulus XLV. An angeli unius ordinis sint æquales: & de connexione hierarchiæ.
Iuxta præducta, secundū diuersitatem naturalium sunt etiam in gratuitis angeli diuersimodo perfecti, secundū quæ gratuita ordinū pensatur distinctio. Cumq; secundum præhabita non sint plures angeli in una specie, ideo in tota hierarchia cœlesti, non est accipere duos angelos in una specie. Quod igitur Dionysius uocat angelos unius hierarchiæ æquipotentes, non simpliciter sed secundum quid accipi par est: prout uidelicet conueniunt in modo suscipiendi diuinas illuminationes illi hierarchiæ cōpetenti: sic quoq; angeli unius ordinis sunt æquipotentes, non simpliciter, sed secundum conuenientiam in actu sui ordinis. Non enī quælibet distinctio graduum facit diuersos ordines: sed quæ est secundū actus diuersos. Præterea, sicut 10. Cœlestis hierarchiæ capitulo Dionysius docet, angelicam hierarchiæ ordines sibi inuicē connexæ sunt, & etiā nostræ hierarchiæ instar partium uniuersi. Species quippe rerū connexæ sunt, in quantum una iuuat aliā ad consequentiam sui finis: imō & ultimi finis secundū suā possibilitatē. Sic est & angelicæ hierarchiæ connectio secundū relationem ad unū finem ultimū: & quia cuiuslibet hierarchiæ finis, est unitas & similitudo ad deum. Est rursum in eis connectio secundum tria quæ sunt de essentia hierarchiæ, uidelicet ordinē, scientiam & actionem. Nam sicut hierarchia a angelica inter deum & nostrā media est, sic inter tres angelicas hierarchias, est una media: & in qualibet sunt primū, mediū ac ultimi ordines. In quolibet etiā ordine sunt primū, mediū, ultimi. Deniq; irradiatio lucis diuinæ, procedit à primo angelorū usq; ad ultimum, secundum singulorū capacitatē: & sic est ibi cōnexio scientiæ, & etiam actionis: quia superiores & primū habent actionem hierarchicam in mediis: & mediū in ultimis: propter quod ultimus ordo superioris hierarchiæ, conuenit cum primo ordine hierarchiæ sequētis: & ob hanc connexionē summus ordo nostræ hierarchiæ, in tantum conuenit cum ultimo ordine hierarchiæ cœlestis, ut sacerdos dicatur angelus domini exercituum, apud Malachiam. Diuina enim sapientia semper coniungit fines primorum, principijs secundorum secundum Dionysium septimo Cœlestis hierarchiæ capitulo.

Articulus XLVI. Vtrum distinctio ordinum sit à natura: & an homines ad ordines angelorum assumantur.

Agnosendum, q̄ cum ipsæ naturæ angelorū specificè distinctæ sint, est eis naturaliter quidā ordo. Sed cum gratia informet perfectatq; naturā, ideo formaliter & cōpletue est distinctio ordinū secundū infusionē gratiæ. Vnde secundū naturalia eorū, erat in eis amor atq; cognitio in maiori & minori plenitudine. Porro Eustathius quidā Commentator Græcus, episcopus super 6. Ethicorū Aristotelis asserit, q̄ nullus sperare debeat tantum profectū ut ad æqualitatē angelorū pertingat: et sic ex hominibus fieret decimus ordo. Sed positio ista falsa est, præsertim cū uirgo Maria oibus ordinibus angelorū prælata sit, et dictis sanctorū concordat. Dicit enim dñs, q̄ erunt sicut angeli dei. Et Dionysius dicit primo capitulo de diuinis nominibus, q̄ homines angelorū gloriam sortentur. Ideo alij dicunt, q̄ solæ uirgines assumantur. Sed cum multi non uirgines, ut Petrus & Magdalena, sint pluribus uirginibus perfectiores, ideo hoc stare non potest. Vnde alij dixerunt, q̄ soli perfecti ad ordines angelorum transferentur, sed hoc est contra Gregorium. Et etiā, cum ex hominibus & angelis sit uentura una ecclesia ac una hierarchia, non est probabile, q̄ numerus ordinum in quibus semper est trinitatis quædam expressio, sit augendus in cœlis. Melius ergo dicitur, q̄ omnes electi secundum qualitatem meritorum, sint assumendi ad ordines angelorum. Dicit autem Dionysius, q̄ nostra hierarchia, est media inter cœlestem & synagogam.

Articulus

Articulus XLVII. Quod nec omnes assistunt, nec omnes ministrant.

Assistere autē præ se dēti, proprie illi dicitur, qui circa eū sunt. Cum ergo secundū Dionysium primæ hierarchiæ propriū sit circa deū, & quasi inuestigabilis diuinitatis esse, ei soli conuenit assistere: quoniā ipsa immediate à deo diuinas illuminationes participat in ipsa simplicitate diuini luminis, propter claritatē suā intellectus. Nepe quo in intellectu aliq; altior est, eo in ipso uniuersali principio plura distincte cognoscit: & ideo in angelis secundū descensum eorū à deo, est proportionabiliter diuisio & multiplicatio diuinæ lucis, secundū uniuersaliumq; capacitatē. Amplius aut, nec omnes ministrant, ita ut ad exterius ministeriū mittantur, sicut Dionysius tradit. Tum primo ex ordine diuinæ sapiētia, quæ omnia ordinate disponit, sic ut à superioribus ad infima p̄ media illuminationes proueniat: tū ex parte illuminationū. Nam intellectualem lūmē superiorū angelorū, cū sit simplicissimū & uniuersalissimū, non est proportionatū nostro intellectui qui infimus est, nisi prius determinet in inferioribus angelis: sicut etiā intellectus obrutus, subtilissimæ ueritatū capax non est, tū ex parte actionis. Cum enī actiōes sint circa singularia, oportet q̄ procedant à formis maxime contractis & particularizatis. Tales uero non sunt formæ angelorū primorū sed inferiorū: & ideo Philosophi posuerūt cuiuslibet orbis duos motores, scilicet animā eius & intelligentiā: ut scilicet uniuersales forme intelligentiæ, determinarent per motores coniuictos ad inferiorū capacitatē. Vnde etiā Auicenna angelos inferiores dicit animas orbium superiores uero uocat intelligentias. Hæc itaq; positio alijs rationabilior est: tum quia Dionysius eā tenet qui Pauli discipulus erat, & eius uisiones perhibetur scripsisse. Et sicut 13. Cœlestis hierarchiæ capitulo innuit, hæc positio tempore primitiue Ecclesiæ uulgata erat: tum quia dictis philosophorū magis consonat. Hanc tamen questionē Gregorius mouet, sed insolutā relinquit. Si autē quis dicat, quomodo ergo Esaias dicit, Volauit ad me unus de Seraphin. Et Apostolus uocat omnes administratorios spiritus: Respondendū, q̄ dictū illud prophete Dionysius 13. Cœlestis hierarchiæ capitulo dupliciter soluit. Primo, ut angelus ille æquiouoce Seraphin dicitur sit: quia uidelicet per ignē purgare uenerat. Secundo, ut intelligatur uere fuisse de ordine Seraphin: non tamen ille angelus qui uisionē immediate reuclauit, erat de superiori ordine: sed is à quo ille missus erat. Virtus enim hierarchica, à deo per superiores angelos in inferiores descendit. Angelus autem uisionē illā formans, reduxit prophetā in cognitionē non solū sui, sed dei. Vnde ostendit dñm super solū sedentē, & etiā ipsorū Seraphin: quia ostendit Seraphin circa thronum stantia: & uirtutē purgatiuā ab eis per angelos inferiores ad nos descendere, & sic ille angelus in uirtute Seraphin, purgauit prophetā: ideoq; nomen eius sortitur sicut etiā sacerdos, in uirtute episcopi alique absoluit. Ad uerbū Apostoli dicendū, q̄ omnes angeli administratori sunt spiritus, quia inferiores uirtute superiorū ministeriū exequentur. Vel dici potest, q̄ Apostolus intendit probare præ eminentiā nouæ legis ad ueterē, propter eminentiā Christi, à quo lex noua data est ultra angelos, per quorū ministeriū uetus lex dabatur: & sic loquitur solū de angelis ultimæ hierarchiæ, per quos lex illa disposita est. Deniq; secundū Dionysium, omnes cœlestes spiritus angeli dicuntur: non q̄ exterius aliquid annuntiant, sed quia inferior semper est in eis manifestatiuus, & quasi nuntiatiuus sui superioris. Dicunt autem quidā, q̄ licet inferiores sit mitti, tamen quandoq; aliqua orta causa, præter communem dispensationē, etiā superiores mittuntur. Sed hoc non uidetur ualere, quia ad omnia maxima nuntianda & exequenda, inferiores sufficient. Et præterea, licet huiusmodi fiant præter communē cursum naturæ, non tamen præter ordinem gratiæ, secundū quem ordinū est attendenda distinctio: & ideo cum Dionysio dicendū, q̄ superiores angeli nunq; ministerium habent immediate circa nos.

Articulus XLVIII. Qui ordines ministrant: & utrum per ministerium exterius, à contemplatione retardentur.

Vorundā, sicut Magister narrat, positio est, angelos primæ hierarchiæ nunq; mitti sed angelos ultimæ hierarchiæ mitti ad nos. Angelos quoq; secundæ hierarchiæ mitti ad angelos tertie hierarchiæ. Sed hoc ultimū non ualeat quia missio angeli ad angelū, nō nisi per illuminationē unius ab alio intelligi potest. Sed sicut media hierarchia illuminat ultimā, sic prima mediā. Rursum, positio istis dictis sanctorū non cōsonat, qui ascribunt uirtutibus & potestatibus ministeriū in executione exteriori, scilicet miracula facere, demonesq; arcere. Constat ergo, q̄ quinque ordines mittuntur exterius, scilicet tres tertie hierarchiæ, & duo ultimi medie hierarchiæ. Dominationibus autē non cōuenit ministrare

te x uel

Min. 4.

Matt. 22.

Esai. 6.
Heb. 11.

Esai. 6.

Ad. 7.

uel mitti, cū ministratio sit contra rationē dominij: sed eas: est impare atq; dirigere inferiores in omnibus diuinis ministerijs. Ideoq; pertinet ad dispositionē ministrantū: quē ad modū in artificibus architectus ad artifices p̄inet, cū tñ ipse solū regulas artis aspiciat, alijq; tradat: non autē materiā per se moueat. Et secundū hāc positionē uerū est uerbū Gregorij, q; posuit plures mitti q̄ assistere. Deniq; op̄atio angeli, uel est essentialis eius beatitudini, uel diriget in ea per suā beatitudinē: & ideo contēplatio eorū habet se ad ministeria, sicut regulas ea. Vnde sicut artifex simul cōsiderat rationem artis & exercet opus, sic angeli simul contemplantur deum & ministrant, nec retardantur aliquo modo ratione officij.

Articulus XLIX. De custodia angelorum.

Sicut ait Boethius, deus uniuersalē prouidentia quā in seipso de oibus habet, p̄ causas secundas ordinate exequit. Cū ergo inter deū & nos angeli medij sunt, ideo ipsi diuinā prouidentia subseruiūt circa homines, iuādō instrūdoq; eos, & impedimenta tollendo. Congruit q̄pe angelis, ut eis hāc dignitas cōmunicet: nam & deū in hoc quodāmodo imitatur, reducēdo homines ad summā beatitudinē. Congruit etiā istud diuinā sapientia, q̄ p̄ superiora disponit subiecta. Homini q̄q; congruit, quia statū nostrū propter suā imperfectiōē cōparat. Apostolus pueritiae: & sic instar paruulorū e gemus angelo custode. Illi ergo angeli dicunt custodes hoim, q̄ ipsos immediate illuminat, & habet actus circa humana officia limitatos: & procurat ea quae ad ipsos specialiter p̄inet. Per primū horū triū, excludunt angeli assistētes: per secundū, angeli mediae hierarchiae, quorū potestas non est ad homines determinata: per tertium, excludunt principatus, q̄ prouincijs p̄aerunt, & Archāgeli qui ea procurat, quae ad multitudinē pertinet. Vnde cōstat, qd ad infimū ordinē custodia spectet. Veruntū Dionysius ait, angeli inferiores participat uirtutē superiorū: sicut inferior angelus secundū eū, purgaut. Et saigne uirtute Seraphim. Similiter angeli custodes uirtute Potestati dāmones coercere, atq; miraculafacere possunt uigore Virtutū, & alia quae superiorū ordinū sunt circa determinatas p̄sonas sibi cōmissas. Deniq; homo in potestate cōstitutus, de his quae ad ipsius personā pertinet, illuminat ab angelo: sed de his q̄ ad regimē multitudinis attinet, a superiorū: quia officia quae ad regni multitudinē pertinet, p̄ Principatus & Archāgelos dirigunt. Hāc uero custodia, in omnibus uiatoribus est ab infusioe animae rōnalis usq; ad terminū uitae p̄ntis. Vnde ad Adā in paradiso angelū habuit, quia peccare potuit: & etiā quia doceri potuit per illuminationē ab ipso. Similiter, sanctificati in utero, & confirmati in bono, angelū habent: quia proficere possunt, & profectus ipsorū impediri possent. Pueri quoq; in utero, & ante tēpus discretionis, angelū habent, quia multiplīciter possent eis nocere diabolus. Sed & Antichristus angelū habebit, nec frustra: quia a multis malis retrahet eū. Hunc etiā effectū, scilicet ab aliquibus malis retrahere, cōsequitur angelus in peccatore quantūcūq; obstinato. At uero, Christus angelū non habuit custodē, quia uerus cōprehensor erat. Et q̄ angelus legit eū cōfortasse, non erat aliquid ei imprimēdo, sed fortitudini eius cōgratulādo: sicut tribulat' aliquis natural' gaudet de amici p̄ntia. Quod autē dicit eū Dionysius paternis dispositionibus per angelos subditū, indirecte intelligendū est, inquantū scilicet matre eius & Ioseph angeli instruebāt de his, quae circa puerū erat agēda. Sciendū autē, qd nunq̄ angelus ex toto relinquit hominē, sicut nec deus, licet localliter ab eo recedat: effectus tñ eius & sollicitudo manet cū hoie. Sicut autē deus relinquit q̄q; in tribulationes, imō & in peccata corrūere, sic & angelus iusto dei iudicio facit, sed nō relinquit ex toto, licet p̄scitū agnosceret. Prēterea, cū sint angeli in p̄fecta beatitudine & diuinā uolūtati penitus cōformati, nō tristant de p̄ditioe hoim: nā licet illa fiat p̄ter uolūtate eorū, nō tñ cōtra eā in dānatione iniquitū, & tant de iusta dei p̄missione, punitioe q̄ iusta.

Articulus L. Vtrum angeli in dei cognitione proficiant: & de profectu eorum per mutuam illuminationem & colloquationem.

Vemadmodū Magister narrat de profectu angelorū, in cognitione dei est duplex opinio. Vna em̄ ponit, qd angelus nō est in ultima p̄fectioe, neq; p̄fecte in termino, nisi in die iudicij: & hi ponūt in angelis p̄miū p̄cedere meritū: & qd in dei cognitione merēdo, proficiūt: & Magister hāc approbat. Alia asserit, qd angeli in cōfirmatiōe plenā mox felicitatē sortiti sunt: nec modo proficiūt in dei uisione, sed solū quo ad p̄miū accidentale: & hāc rationabilior est, quia quod est hominibus mors, est angelis confirmatio, uel lapsus secundum Damascenum. Vnde sicut homini post mortem statim redditur totum essentialē p̄miū, nisi purgabit aliquid habet, sic & angelo post cōfirmationē. Veruntamen, in cognitione diuinorū effectū, per illustrationē superiorū, inferiores proficiunt.

Ephr. 4.

Luc. 22.

Matt. 1.

Uel mitti, cū ministratio sit contra rationē dominij: sed eas: est impare atq; dirigere inferiores in omnibus diuinis ministerijs. Ideoq; pertinet ad dispositionē ministrantū: quē ad modū in artificibus architectus ad artifices p̄inet, cū tñ ipse solū regulas artis aspiciat, alijq; tradat: non autē materiā per se moueat. Et secundū hāc positionē uerū est uerbū Gregorij, q; posuit plures mitti q̄ assistere. Deniq; op̄atio angeli, uel est essentialis eius beatitudini, uel diriget in ea per suā beatitudinē: & ideo contēplatio eorū habet se ad ministeria, sicut regulas ea. Vnde sicut artifex simul cōsiderat rationem artis & exercet opus, sic angeli simul contemplantur deum & ministrant, nec retardantur aliquo modo ratione officij.

Articulus XLIX. De custodia angelorum.

Sicut ait Boethius, deus uniuersalē prouidentia quā in seipso de oibus habet, p̄ causas secundas ordinate exequit. Cū ergo inter deū & nos angeli medij sunt, ideo ipsi diuinā prouidentia subseruiūt circa homines, iuādō instrūdoq; eos, & impedimenta tollendo. Congruit q̄pe angelis, ut eis hāc dignitas cōmunicet: nam & deū in hoc quodāmodo imitatur, reducēdo homines ad summā beatitudinē. Congruit etiā istud diuinā sapientia, q̄ p̄ superiora disponit subiecta. Homini q̄q; congruit, quia statū nostrū propter suā imperfectiōē cōparat. Apostolus pueritiae: & sic instar paruulorū e gemus angelo custode. Illi ergo angeli dicunt custodes hoim, q̄ ipsos immediate illuminat, & habet actus circa humana officia limitatos: & procurat ea quae ad ipsos specialiter p̄inet. Per primū horū triū, excludunt angeli assistētes: per secundū, angeli mediae hierarchiae, quorū potestas non est ad homines determinata: per tertium, excludunt principatus, q̄ prouincijs p̄aerunt, & Archāgeli qui ea procurat, quae ad multitudinē pertinet. Vnde cōstat, qd ad infimū ordinē custodia spectet. Veruntū Dionysius ait, angeli inferiores participat uirtutē superiorū: sicut inferior angelus secundū eū, purgaut. Et saigne uirtute Seraphim. Similiter angeli custodes uirtute Potestati dāmones coercere, atq; miraculafacere possunt uigore Virtutū, & alia quae superiorū ordinū sunt circa determinatas p̄sonas sibi cōmissas. Deniq; homo in potestate cōstitutus, de his quae ad ipsius personā pertinet, illuminat ab angelo: sed de his q̄ ad regimē multitudinis attinet, a superiorū: quia officia quae ad regni multitudinē pertinet, p̄ Principatus & Archāgelos dirigunt. Hāc uero custodia, in omnibus uiatoribus est ab infusioe animae rōnalis usq; ad terminū uitae p̄ntis. Vnde ad Adā in paradiso angelū habuit, quia peccare potuit: & etiā quia doceri potuit per illuminationē ab ipso. Similiter, sanctificati in utero, & confirmati in bono, angelū habent: quia proficere possunt, & profectus ipsorū impediri possent. Pueri quoq; in utero, & ante tēpus discretionis, angelū habent, quia multiplīciter possent eis nocere diabolus. Sed & Antichristus angelū habebit, nec frustra: quia a multis malis retrahet eū. Hunc etiā effectū, scilicet ab aliquibus malis retrahere, cōsequitur angelus in peccatore quantūcūq; obstinato. At uero, Christus angelū non habuit custodē, quia uerus cōprehensor erat. Et q̄ angelus legit eū cōfortasse, non erat aliquid ei imprimēdo, sed fortitudini eius cōgratulādo: sicut tribulat' aliquis natural' gaudet de amici p̄ntia. Quod autē dicit eū Dionysius paternis dispositionibus per angelos subditū, indirecte intelligendū est, inquantū scilicet matre eius & Ioseph angeli instruebāt de his, quae circa puerū erat agēda. Sciendū autē, qd nunq̄ angelus ex toto relinquit hominē, sicut nec deus, licet localliter ab eo recedat: effectus tñ eius & sollicitudo manet cū hoie. Sicut autē deus relinquit q̄q; in tribulationes, imō & in peccata corrūere, sic & angelus iusto dei iudicio facit, sed nō relinquit ex toto, licet p̄scitū agnosceret. Prēterea, cū sint angeli in p̄fecta beatitudine & diuinā uolūtati penitus cōformati, nō tristant de p̄ditioe hoim: nā licet illa fiat p̄ter uolūtate eorū, nō tñ cōtra eā in dānatione iniquitū, & tant de iusta dei p̄missione, punitioe q̄ iusta.

Dionysius

Thomas.

Articulus LI. An angeli per homines incarnationis mysterium didicerunt: & de pugna angelorum ac cessatione ordinum.

De incarnatione Christi dicit Hieronymus, qd angeli eam anteq̄ fieret, non sciebāt: & quo ad hoc, contradicit ei Augustinus, asserens eos a seculis eā p̄scituisse seu a principio mundi. Dicit quoq; Hieronymus, qd ab hominibus eā didicerunt: cui contradicit Dionysius 4. cap. Coelest. Hierar. ubi ait, angelos de ministerio humanitatis uerbi primo edoctos, & per eas deuenisse cognitiones eius ad homines. Nam & propheticae reuelationes, angelorū ministerio factae credunt: & hęc positio simpliciter uera est. Hieronymus tamen saluari possent, si intelligat loquutus de mysterio incarnationis, non qd ad substantiā facti, sed qd ad certas circūstantias: ut qd tali hora & sub illo p̄side &c. & hoc postea cognouerūt p̄dicatibus apostolis, non per illuminationē apostolorū, sed p̄ modū explorationis reorū: quē ad modū futura contingētia cognoscunt q̄ actu cōplentur, per hoc qd eorū causae ad effectus determinant, ut eas cognoscere possint. Nihilominus quae dā (ut quae liberos subdunt imperio) potest angelus ab homine per locū cognoscere: qd superiori inferior loqui potest, quē non illuminat. Porro qd Danieli loquēs angelus dicit, princeps Persarū restitit mihi diebus 21. Hieronymus de angelo malo exponit: quia secundū eū inter bonos angelos nulla pugna aut resistētia est. Sed in hoc dubitatio minor non est. Si em̄ angelus qd angelo cū Daniele loquēte restitit malus erat, tā diu resistere nō potuisset, nisi iusta causam habuisset: quā futuri qd habuisset multo diutius ei resistere potuisset. Vnde cū Gregorius dicit, qd uterq; angelus bonus erat. Cū em̄ iudicia dei sint abyssus multa, ideo neciunt angeli qd singulis gēribus iuste debeat, nisi deus eis reuelet. Possunt igit angeli, unusq;q; pro populo sibi cōmissio diuerfa merita adducere, de quibus expectat diuinā sententiā. Vnde diuerforū meritorū ad deū relatio, angelorū sanctorū pugna uocat, nulla tñ inter eos discordia est: quoniam hoc eos cōcorditer uolūt, qd deū uelle percipiūt. Dicit em̄ 11. primae Philosophiae Aristoteles, qd opinio diuerfitas nō repugnat amicitiae aut cōcordiae, sed discors uolūtatis. Insuper sciendū, qd ordinēs angelorū cessabūt, quidē post diē iudicij qd ad exterioris ministeriū, non autē quo ad gradū naturae, gratiae & glorie: uel quo ad essentialia ordinū quae consistūt

in perceptione diuinæ lucis, & diffusione illius in inferiores. Et hæc in eis perseverabunt: scilicet purgatio, illuminatio, perfectio: non tamen ad nouorum cognitionem, sed quoad agnitionem & illuminationis continuationem: sicut etiã sol semper illuminabit aërem. Quod autem actiones hierarchiæ ordinantur ad reducendum homines in deum, secundum modum uiciorum accidit eis.

Articulus LII. Vtrum omnia sint simul facta.

HOrum præterea quæ fidei sunt, quæ dâ sunt in quibus diuersimode opinari non licet, ut est res: ex tempore creatio: alia uero sunt, in quibus opinari licet: sic tamen ut à fide non fiat recessus, sicut de modo & ordine creationis. Sic igitur sancti doctores, in talibus sæpe diuersa senserunt: atque scripturâ diuersimode exposuerunt. Augustinus igitur ait, à principio quæ dâ secundum proprias formas fuisse distincta in sua natura, ut elementa, cœlestia corpora, atque spirituales substantias. Alia autem in rationibus seminalibus tantum, ut animalia, plantas & homines: quæ postmodum in naturas proprias producta sunt illo opere, quo deus naturam condidit administrat post senarium dierum illorum. Vnde Iohannes, scriptum est: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Ideo in distinctione rerum secundum Augustinum, attendendus est, non ordo temporis sed naturæ atque doctrinæ: sicut sonus naturaliter prior est cætu & sic quæ naturaliter sunt priora, prius esse creata scriptura commemorat: sicut terram ante animalia: aquam ante pisces. Alij uero dicunt omnia simul facta secundum materiam, non secundum formam. Aiunt enim ordinem dierum in productione mundi esse seruatum, & per dies interualla omnia distincta testantur. hæc positio literæ amplius consonat, prima autem rationabilior est, & scripturam magis ab infidelium irrisione defendit: quod Augustinus super Genesim summe obseruandum docuit.

Augustinus.

Articulus LIII. Quomodo secundum Augustinum possit saluari dierum distinctio.

Secundum Augustinum autem expositionem, sex illi dies, sunt unus dies simplex rerum distinctionibus, secundum quas numerat simul presentatus: sicut etiã unum est uerbum, scilicet filius dei quo facta sunt omnia, licet sæpe dicatur, dixit deus. Cuius enim natura angelica intellectualis sit & lux quedam, ideo illustratio eius dies uocatur. Ipsa autem in principio rerum cognitionem accipit: & sic lux intelligentiæ eius rebus quodammodo presentabat, in quantum cognoscebant in ea. Vnde rerum cognitio dies dicitur. Secundum diuersa quoque genera cognitionum & ordinum, distinguuntur & ordinantur dies: ut in primo die intelligatur formatio spiritualis creaturæ per conuersionem ad uerbum. In secundo die formatio corporalis creaturæ quoad superiorem partem, scilicet firmamentum. In tertia uero secundum partem inferiorem, aquæ uidelicet, terræ & aëris. In quarta, superior pars ornat. In quinta, inferior pars quantum ad aquam & aërem. In sexta, quod terra. Cuius autem sit deus lux pura, eius cognitio omnino splendida est & meridiana. Sed lux omnis creata, quia ex nihilo prodijt, ideo tenebris potentialitatis imperfectiorum miscetur. Vnde & cognitio eius aliquantulum tenebrosa est. Creatura denique ab angelica mēte dupliciter potest agnoscitur: uel in uerbo prout exit ab arte diuina: & hæc matutina cognitio dicitur. Cognoscitur etiã ut in propria natura subsistens, & dicitur uespertina cognitio, quia res omnis secundum se tenebrosa est & ad occasum pergens, nisi à uerbo dei portetur: & sic attendit circulario quedam inter mane & uespere, prout angelus in propria se natura cognoscens, eadē sui cognitionem retulit ad uerbum sicut ad finem, in quo sequētis operis cognitionem sumpsit tanquam in principio: & sic huius mane, est finis diei præcedentis atque principium sequētis. Hæc autem expositio subtilis est, si tamen in angelis lux & dies proprie dicantur, quod Augustinus uult. At uero, sicut Augustinus distinguit sex dies secundum representationem spiritualis lucis, sex rerum generibus facta, sic possumus eisdem dies distinguere ac ordinare secundum presentationem lucis corporalis ex rerum generibus radiantem sine distinctione temporis, ut puta secundum ordinem & distinctionem eorum, in quantum sunt distincti, secundum uniuersumque capacitate dierum numerum accipiēdo. Sic ergo primorum dierum distinctio sumit ex parte lucis, cuius dies effectus est non autem ex parte temporis, quia non erat illi successio secundum Augustinum. Partes autem diei, secundum lucem spirituales, non sumunt secundum diuersa cognita, sed iuxta diuersum modum cognitionis eiusdem rei, & sicut dies non sunt successiuè quia angelus in uerbo omnia simul cognoscit. Sic nec partes diei successiuè sunt, quia uidet creaturas in uerbo & in propria natura simul. Hinc igitur res est triplex, scilicet in uerbo, in mēte angelica, & in seipsis. Sed cognitio huius duplicis est, scilicet in se & in angelo, est uespertina, quia angelus non est lux pura: ideoque nec meridiana cognitio competit ei: unde nec meridies in opere creationis nominatur. Porro secundum Augustinum, prima dies non habet mane, quoniam spiritualis substantia quæ in ea est formata, non habet matutinam sui ipsius cognitionem, sed uespertinam: quia cognitio eius sequitur esse ipsius in propria natura. Nec ultima dies secundum eum, habet uespere

Triplex esse in rebus.

sed ad,

sed ad quietem dei pertinet, quod nullo sine claudit: & ideo in ea uespere nominatur: de nocte fit mentio, quia angelus non sinit in speculatione creaturæ, sed ad creatoris laudem eam refert.

Articulus LIV. De informi rerum primordiali materia: & de quatuor coæqueuis.

Materia insuper dupliciter prima dicitur. Vel quia est in quo stat ultimata reformatio rei corporeæ, & sic est absque omni forma substantiali & accidentali: & non intelligitur nisi per analogiam ad formam, secundum Philosophum primo de auditu philosophico. Et quia sic est pura potentia, non potest esse sine forma, nec de hac sic sumpta materia. Dicunt alij sancti, quod fuerit primo informis, postquam formata secundum ordinem temporis. Sed materiam quam primo creatam asserunt, aliquam habuisse formam uolunt sed nondum fuisse ornata. Vnde relictis modernorum erroribus, si quis salua re uelit positionem dicentium successionem fuisse in operibus sex dierum, uidetur dicendum, quod prima materia fuit creata sub pluribus formis substantialibus: & quoniam formæ substantialis essentialium partium mundi, in principio conditæ sunt, nam & scriptura in principio cœlum, terram & aquam commemorat. Veruntamen quoniam qualitates actiuæ & passiuæ nondum erant elementis secundum complementum donatæ, ideo primo confusa fuisse, postmodum distincta scribuntur. Prima ergo materia quæ duratione formationem præcessit, erat una, non unitate essentiali sed informitatis. Sunt præterea quatuor coæqueuis: scilicet cœlum, angelus, materia, tempus: cuius numeri ratio est: Nam in creatione mundi instituta est tota natura rerum quantum ad esse informe: ideo quæ non possunt reduci ad unum informe principium quod est materia, faciunt numerum in creatione rerum: & hæc coæqueuis dicuntur. Substantia autem corporalis & separata, non sunt reducibiles ad unam primam informem materiam. Alia etiam est materia cœli saltem empyrei & inferiorum. Tempus quoque non conuenit cum substantia, nec in materia ex qua, sicut nec alia accidit: quia non est unum pars alterius, sed neque in materia in qua: quia tempus est solum in primo motu, & per illum mensurat alios motus, nec est realiter idem cum alio accidente: ideoque per se unum quatuor coæqueuis. Si autem dicantur non esse omnia simul facta, tunc firmamentum seu primum mobile secundo dictum est, & tempus cum eo nec de tali tempore distincta intelligenda sunt, sed ut quidam aiunt, de tempore proprio accepto: uel ut tempus large dicatur, pro mensura cuiusdam successionis esse, post non esse. Proinde in productione informis materię quæ nomine terræ signatur, non est scriptum. Dixit deus, &c. quia uerbum dei proprie habet rationem causæ exemplaris, cuius est distinguere & ornare.

Articulus LV. De opere distinctionis: & an lux in spiritualibus proprie esse dicatur.

Sic quoque natura rerum in sex diebus instituta est, ut ex ea producerentur alia per mutuatam actionem & passionem. Ideo dari oportuit rebus uirtutes actiuas & passiuas, quas Augustinus uocat rationes seminales. Harum uero uirtutum aliquæ motuæ sunt ad determinatas species, ut uirtus quæ est in femine equi: & harum collatio pertinet ad ornatum. Alia autem mouent ad appositam speciem, ut calidum, frigidum: & hæc data sunt in distinctione rerum. Hæc autem distinctio non nisi tripliciter uariatur, secundum tria in quibus est uirtus actiua uel passiuæ. Est enim quoddam alteras tantum, scilicet cœli: aliud alterans alteratam, scilicet elementa media: tertium uero, minimum habet de uirtute actiua. Primum ergo distingui oportuit primum ab ultimo: & hoc per lucis productionem factum est, quæ est maxime in cœlo, & in terra minime, respectu aliorum. Deinde secundo die facta est superioris à medio distinctio: quando uidelicet factum firmamento, diuisæ sunt aquæ superiores ab inferioribus. Postremo, die tertia distinctum est medium ab infimo: quando congregatis aquis in locum unum, apparuit arida. Cœli autem empyreum mox factum, omnino completum est & distinctum: nec fit de eo mentio, quia non habet influentiam super inferiora. Porro uidetur sanctorum diuersitas, an lux uerius dicatur in spiritualibus quam in sensibilibus, Dionysius enim & post eum Ambrosius aiunt, quod lux dicitur de spiritualibus transumptiue & metaphoricè. Dicit enim Dionysius quarto de diuinis nominibus capitulo, quod deus dicitur lux, quoniam in radio solis maxime apparet eius similitudo propter causalitatem: sed Augustinus oppositum sentit. Primum tamen uerius apparet. Nam cum lux sit forma & qualitas sensibilis, non potest in spiritualibus esse nisi per proprietatem. Lucis enim proprietates est manifestare, quod de se tenebrosus est: & hoc deo & spiritualibus magis conuenit, quam rei materialis: & quod ad hoc, Augustinus uerius asseruit. Vnde deus dicit lux uera, quantum ad id à quo sumit similitudo, & non quod ad naturam lucis: sicut etiã dicit uirtus uera, magis tamen proprie dicitur lux quam uirtus, propter proprietatem lucis.

Geni.

Quatuor coæqueuis

Alia omnem

Iohannes.

Porro sicut calor est qualitas actiua ignis, sic lux est qualitas actiua corporis celestis. Sicut etiam calor habet actionem quādam naturalem & communem in quantum calor, aliam uero specialem secundum quod in diuersis diuersimode determinatur, ut in homine conuertit cibum in carnem, sic lumen dupliciter uirtutē & actionem habet: unam communem, & sic pertinet ad opus distinctionis aliam determinatam, sicut alius est effectus radij louis, alius Saturni: & hoc modo pertinet ad ornatum. Vnde quarto capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, quod lumen solare est illud lumen, quod Moyses in tribus primis diebus nostri corporis narrat, quāuis tunc informe esset: quoniam determinatio uirtutis nondum affuit. Denique secundum Augustinum, opus distinctionis cum opere creationis simul incepit. Alij dicunt, prius tempore & ante omnem diem præcessisse creationem: quod utiq; literæ amplius consonat: & postea post interuallum, lucem esse formatam, & tunc dies primus incepit, non tamen deus incepit opus suum à tenebris, nisi tenebræ dicantur imperfectio corporalis naturæ: quia decuit entia ab imperfectio ad perfectionem adduci. Est autem positio Damasceni, quod lux illa causauit diem per radios emissi onem: noctem uero, per eorundem subtractionem sine motu circulari, cum firmamentum secundā die factum scribatur: & patet exemplum, sicut legitur in Exodo, quod lux erat Israël. Aegyptijs tenebræ. Item in passione dñi. Sed hæc positio insufficiens uidetur. Nam subtractio illa radiorum, non nisi miraculosa fuisset. In institutione autem rerum, non queritur quid deus possit, sed quid rerum naturis conueniat secundum Augustinum. Rursus sicut Dionysius ait in epistola ad Polycarpum, Eclipsis in passione Christi erat per interpositionem lunę, non per subtractionem illam. Vnde alij dicunt, lucem illam circulari motu, diem noctemq; causasse. Nec inconueniens est, si dicatur tunc orbis secundum substantiam suā fuisse, licet postea uirtutes eis collatæ sint in operibus distinctionis atq; ornatus. Si autem non erant secundum suam figuram, tamen lux illa cum esset corpus de natura celestis naturaliter, esset certitudinaliter mobile. Præterea, ipsa substantia solis à creationis principio in sua substantiali forma facta est. Vnde per lucem hanc intelligendum est corpus solare: sed dicitur postea sol ex illa luce factus die quarto, propter additionem nouę uirtutis, sicut ex non sciente fit sciens. Vnde lux illa non erat ueraciter nubes, nec de natura inferiorum, sed secundum similitudinem: quia uidelicet sicut nubes recipit lumen solis deficienter, sic ante quartā diem nondum erat consummatum lumen solis. Agnosce dum est autem, quod aliquis dicitur operari per alium dupliciter. uno modo, sicut per uirtutem illius, quem admodum baluius agit per regem. Secundo modo, sicut per operantem: sic rex agit per balium. Cui enim operatio fit medium inter agētē & operatum, causalitas quam denotat præpositio per, referri potest ad operationem, prout ab operante egreditur: & sic dicitur operari per aliū, qui est ei causa ut agat, dans ipsi uirtutem agēdi. Vel potest referri ad operationem, prout terminatur ad rem operatam: & sic agit per alium, qui ordinat eum ad operatum ut causa. Vnde designatur autoritas in operante respectu illius, per quod agit, in quo est causalitas respectu operati. Hoc uero dupliciter accidit. Primo dum illud per quod est aliquis operans, hoc modo agit per uirtutem aliam à uirtute agētis quod ipsum agit, quam tamen ab ipso recepit: & tale est instrumentum agentis: nec sic agit pater per filium, sicut hæretici dixerunt. Secundo, dum eadem uirtute operatur uterq;, quam tamen unus ab alio habet, sed in utroq; plena est: & ita agit pater per filium, quia una in diuisibili agit uterq;.

Articulus LVII. Quomodo dicatur esse aquæ super celos: & utrum firmamentum sit de natura elementorum.

Nil autem sacrę scripturę derogatur, dum diuersimode exponitur, dum firma deest fides, nil falsi continetur in ea. Ambrosius ergo in libro de spiritu sancto dicit, per aquas quæ super celos sunt, spiritū sanctum intelligi: sed hoc ad analogicam expositionem pertinet, non literalem. Ideo alij asserūt, uirtute diuina super celos esse aquas, eiusdem naturæ cum aqua elementaris: hoc Augustinus improbat, quia in opere sex dierum quibus natura instituta est, non queritur quid deus possit, sed quid rerum natura patiat. melius ergo dicendum, quod aqua quæ super celos sunt, sunt de natura quintę essentię, & dicuntur aqua propter proprietatem & similitudinem cum aqua elementari, quia sunt diaphanę omnino: sicut etiam cælum empyreū dicitur igneum, propter similitudinem, quia est penitus lucidum. Cælum autē sydereum, est partim diaphanū, &

Exod. 10.
Mat. 27.

Ambrosius

& partim lucidum. Hæ igitur aquę sunt nona sphaera, quæ dicit cælū crystallinū & aquę sunt ad quam reducuntur astrologi motū cæli stellati ab occidente in orientē. Ponunt etiam decimā sphaeram, ad quam reducunt motum firmamenti diurnum. Speculandum præter ea, quod omnes philosophi ante Aristotelem, dixerunt cælum de natura esse elementorū. Aristoteles uero primus inuenit cælum esse nec leue, nec graue, nec calidū &c. & propter uim rationis eius, posteriores philosophi cōfenserūt ei. Cōformiter quoq; theologi diuersificati sunt in his quæ ad fidem non pertinent, diuersimode opinantes, secundū quod uarijs philosophorū doctrinis erant imbuti. Augustinus itaq;, Basilius, alijq; sanctorū, in his quæ fidei non sunt, Platonem sequentes, asserunt cælum esse de natura quatuor elementorū: & secundum Augustinum & Basiliū, est de natura ignis. Dionysius uero pene semper Aristotelem sequitur: quem admodum innouescit libros eius diligenter inspicienti. Vnde naturā cælorum ab inferioribus separat, dicens quarto capitulo de diuinis nominibus, quod cælū & stellę ingenerabile inuariabilemq; substantiam sortita sunt. Vnde & ei consentire par est. Nam & motus circularis qui cælo utiq; naturalis est, cum sit primus motū, ostendit cælū nō esse graue aut leue, nec elementum neq; elementarū, sed à contrarijs separatum.

Articulus LVIII. De motoribus cælorū & numero eorundem.

Dicunt in super quidam, motū cælorū sic esse à natura & naturalem, quem admodum motus leuium & grauium: sed illud non ualet, quia motus grauium & leuium, est effectiue à generante, & per accidens à remouente prohibens: sicut octauo Philosophus ostendit. Hoc autem cælo conuenire non potest quod ingenerabile est. Motus quoq; naturalis est ad unam partem tantum, & terminatur ad naturalem quietem: & est corporis extra suum naturale ubi existentis. Ideo alij dicunt, cælum à deo immediate moueri: sed hoc ordini diuinę sapientię non utiq; conuenire uideatur, quæ secundum Dionysium, inferiora per superiora disponit. Hinc igitur quarto Dialogo Gregorius ait, corporalem creaturam per spiritualem administrari: & sic uidetur motus cælorū esse ab angelis. Philosophi uero cuiuslibet orbi duos ascripserunt motores, intelligentiā & animā: eo quod formæ intelligentiarū, propter suam uniuersalitatem non sint proportionatę reuolutionibus & effectibus orbium. Vnde Auicenna dicit, quod intelligentiæ apud philosophos sunt, quæ in lege dicuntur superiores angelis & animæ cælorū, quæ in lege angelis ministerij dicitur. Sed quod dicunt de animabus cælorū, non uidet fidei consonū. Veruntamen etiam secundū Auerroem in de substantia orbis, cum corpus celeste sit perpetuū, simplex ac ingenerabile, anima eius non est nisi intellectiua, & sic non esset uniuoce anima, quia solum uniretur ut motor. Assignat præterea Rabanus septē celos, empyreū, crystallinū, sydereum, igneū, Olympiū, ethereū & æreum. Aduertendū igitur, quod cælū dici potest, uel propter proprietatem celestem tantū, uel propter naturā & proprietatē. Proprietates deniq; cæli potissime sunt altitudo, situs & claritas. Si ergo dicatur cælū à natura celesti, sic est triplex cælū, scilicet empyreū, crystallinū, quod est mobile & uniforme, & sydereū, quod est mobile & difforme. Si autē dicat cælū propter participationē proprietatis celestis, sic est quadruplex cælū. Ignis enim & aer, altitudinē situs & claritatem participat: & utruq; distinguitur in duas partes. Vnde pars superior ignis scilicet quoad conuexū, dicitur cælum igneū: quia ignis ibi purissimus est. Inferior autē cælū Olympiū à mote Olympo in Macedonia, qui ultra nubes porrigi dicitur. Superior quoq; pars aeris dicitur cælū ethereū, propter insimulationem ab igne. Inferior dicitur cælū æreū, in qua est aer nobis connaturalis. Sub firmamento autē orbis planetarū cōprehēdunt. Sed & cælū sup benedictę trinitatis, nō nisi metaphorice dicitur ipsa diuinæ maiestatis sublimitas, ad cuius assimilationē Lucifer inique suspirauit.

Articulus LIX. De opere tercię diei.

Tertio autē die facta est distinctio medię elemēti ab ultimo, congregatis aquis in unū locū: plantę quoq; in ea productę sunt. Tertio nempe die datę sunt inferioribus elementis qualitates actiue: & passiuę: cōsequentes naturam eorum quibus ab inuicem separantur proprietate & situ. Inter qualitates autem elementares, sunt grauitas & leuitas quæ sunt principiā motuum: & ideo per illorum collationem, collectę sunt aquę in unum, licet formę substantiales elementorum, à primo die factę fuerint secundum præhabita. De igne & aere nihil expressit moyses, quoniam rēdem populum instruens ea subtrahit, quæ non facilius patent. Sciendū uero, quod elementa subtiliora, sunt alijs maioribus: & ideo aer ambit aquam & terrā, aqua autem non ambit terram totā, sed per circuitū cingit eam, circuitū quidē cōplens, non tamē sphaerā perficiens: & hoc quoq; ex necessitate finis cōtingit, ut scilicet

Septem cœli
iuxta Rabanū

Gen. 1

scilicet animalia in ea manere ualerent. Insuper, licet aqua maris in superficiali sua parte & circa litus salta sit propter contactum elementorum seinuicem alterantur, atq; ex admixtione uaporis terrestis, simul cum aduisione radij solaris, in profundo tamen pelagi est aqua dulcis. Conuenienter etiam plantarum productio ad opus distinctionis pertinere scribitur, quia ad earum productionem non requiritur specialis uirtus, sicut est in semine animalium, sed sufficit communis uirtus, uidelicet coeli, loco patris: & terrae, loco matris secundum Philosophum. Veruntamen de productione plantarum, Augustinus ab alijs sanctis dissentit, quia secundum eum non sunt plantae productae tertia die in sua natura: sed tunc data est terrae uirtus ad propagationem plantarum. Alij uero astruunt tertio die plantas esse productas. Plantae etiam hominibus nociuae cum alijs factae sunt, si non peccassent, nulli uocatae fuissent.

Articulus LX. De ornatu superiorum corporum: & de causalitate quam habent corpora superiora in hunc mundum.

Praeterea, quarta die opus ornatus inchoatum est. Sunt enim tunc facta duo luminaria magna & stellae. Si quidem praeter uirtutes communes actiuas & passiuas, in entibus requiruntur speciales uirtutes ad determinatos effectus: & haec uirtutes datae sunt superioribus tertia die: & haec maxime consistunt in stellis, quae secundum diuersos aspectus & coniunctiones, imprimunt ad determinatas species secundum Auerroem: & in eas reducitur omnis specialis uirtus, & actio inferiorum naturarum: sicut etiam communis uirtus inferiorum, reducitur ad uirtutem superiorum uniuersalem. Correspondet quoque ornatus distinctioni. Primo enim ornantur superiora, deinde elementa media: scilicet aqua & aere piscibus & auibus: tertio, terra productione animalium. Hoc namque ordine sicut iam paruit etiam distinctio est facta. Dicuntur autem stellae & luminaria tertio die facta, non secundum substantiam quam a primo die habuerunt, sed propter receptionem propriarum & ultimatarum suarum uirtutum: ex quibus finale suum complementum sortitae sunt. Dicuntur autem sol & luna luminaria magna: sol propter suam quantitatem atque uirtutem: Luna uero quoque ad nos, secundum apparentiam, & propter eminentem causalitatem in rebus humidis. Possunt autem et aliae stellae luminaria, id est uasa luminis appellari, quia lumen a se diffundunt, licet secundum Dionysium illud a sole recipiant. Nam ut quarto capitulo de diuinis nominibus ait, Sol est principium & consors, inferiora ac superiora illustrans. Dicuntur denique a magistro facta sydera & luna, ut in nocte lucentes animalibus quibusdam nocturnis: quod de fine principali accipiendum non est, sed propter concomitantem utilitatem. Circa causalitatem porro superiorum corporum in hunc mundum, quidam errauerunt. Antiqui enim ante Aristotelem dignissimi in entibus, putabant esse corporea. Unde coelos deos credebant, & eos esse animatos: atque eorum animas esse quaedam corpora putabant, quoniam spirituales esse naturam ignorabant: deo dicebant corpora caelestia esse prima influentia: & hinc idololatria fluxit. Aucenna quoque & quidam philosophi posterunt elementorum materiam ex substantia coeli causari. Alij uero dicunt nullum superiora corpora habere effectum in haec inferiora, quod tamen sensui contrariatur & dictis sanctorum. Aduertendum est itaque, quod duplex est agens: scilicet diuinum quod influit esse, & naturale quod inansmutat materiam. Et hoc secundo modo, est coelum causa generationis & corruptionis inferiorum, in quantum motus eius est causa omnium mutationum. Quoniam quidem autem motus est actus mouentis & mobilis, oportet utriusque uirtutem relinqui in motu. Motus igitur coeli & superiorum, ex parte mobilium in corpora inferiora agunt, sed ex uirtute motoris qui est intellectus aliquis, etiam est coelum per motum suum, naturalium causa formarum. Nam & Boethius & Auerrois, formas quae in materia sunt, a formis immaterialibus descendere astruunt. Licet autem sydera & luminaria in signa facta scribantur, non tamen per hoc causalitas eis auferatur: sed deo legislator, eorum causalitatem subtrahit, ut ab idololatria ad quam homines erant tunc proni, retraheretur: & ideo etiam Damascenus ait: Nos autem dicimus, quod neque generationis, neque corruptionis causa sunt, illo scilicet modo sicut quidam putabant, uel principales & primae. Nihilominus Dionysius ait quarto capitulo de diuinis nominibus, quod radij solis ad generationem uisibilium & ad uitam, mouet, auget, nutrit, ac perficit. Denique, per lumen superiora in inferioribus calorem causant. Nam lux quantum de se est, caloris inductiua est. Propterea secundum Aristotelem, noctes plenilunij, calidiores sunt: tamen propter specialem uirtutem & causam luminis stellarum ac luminarium, quaedam luminaria superiorum in frigidant & humectant: sicut & praeter motum proprium, habent motum, scilicet caelestem.

Articulus

Articulus 61. Qualiter corpora caelestia in motu liberi arbitrii imprimere possint.

Cum operatio rei sequatur naturam eius, id solum proprie potest esse causa motuum liberi arbitrii, quod est causa animae. Antiqui igitur naturales, inter sensum & intellectum non discernentes, dixerunt sensum & intellectum ex transmutatione corporis & qualiter transmutari. Democritus dixit. Et quoniam omnis uirtus corporea inferior, reducitur ad uirtutem coelorum, ideo secundum eos, corpora caelestia directe habent causalitatem super rationalem animam. Unde & unumquodque impressioni coelorum necessarium subdi putabant. Sed haec positio a philosophis quoque destructa est. Alij igitur ut Aucenna, ponentes animas nostras ab ultima intelligentia esse creatas, asseriebant electiones humanas influxioni motus caelestis non subdi nisi per accidens, secundum quod anima diuersimodo de inclinatur, secundum dispositionem corporis quod motui caelesti subiectum est. Sed aiunt, quod motores orbium causant actus uoluntatis praeter ordines motus. Dicit enim Aucenna, quod uarietas operum uoluntatis, reducitur in uniformes conceptiones caelestium motorum. Sed haec positio, fidei contrariatur, & ex falso fundamento procedit: scilicet quod anima rationalis non est immediate a deo. Unde sicut solus deus est causa substantiae animae rationalis, sic est & causa electionum ac motuum eius, quo ad supremam suam partem. Dicit autem Dionysius quarto capitulo de diuinis nominibus, quod ea quae in tempore sunt corpora caelestia, ordinant, determinant, numerant & continent: sed actus liberi, non sunt temporales nisi per accidens in quantum ratio a sensibilibus cognitionem accipit, & uoluntas corporalibus passionibus inclinat. Unde & astrologi & medici, aliqua futura de homine dicunt: nec tamen semper, sed frequenter, ueritatem habet quod coniungunt, nam pauci passionibus diant, & ideo secundum dispositionem corporis & influxum caelestem, uoluntas uertim mouetur & agit. Veruntamen sicut secundo super Genesim Augustinus docet, non est securus astrologis multum credere: quia talis futurorum annuntiatio, quandoque non ex signis caelestibus, sed ex occulto daemonum instinctu procedit, quem humanae mentes uicissim patiunt, quibus ignorant.

Articulus 62. De materia animalium: & ornatu trium elementorum secundum tria genera animalium.

Idenique dicitur materia animalium, quod in mixtione praedominatur. Omne enim mixtum ex quatuor elementis constat: sed unum excedit aliud. Praedominari autem elementum aliquod in animali, potest intelligi, uel secundum genus suum, uel secundum id quod est proprium animali in genere suo. Complexio namque quae alicui secundum genus deputatur, certos gradus habet & terminos: sicut in hominibus sunt quidam cholericus, &c. Loquendo igitur de praedominio secundum genus, sic immixta elementa grossiora praedominantur secundum quantitatem: sed inferiora excedunt secundum uirtutem, nam cum corpora animalium oporteat esse maxime temperata, oportet quod inferiora elementa in eis secundum quantitatem excedant: quia quae grossiora sunt, eo sunt minus actiua: & ideo ut temperamentum fiat, elementa magis actiua sunt secundum minorem quantitatem in illis, ne uirtus eorum, alioquin elementorum uirtutem consumat. Sed quia complexio animalis habet multos gradus, ideo in quibusdam animalibus praedominari dicitur hoc uel illud elementum: uidelicet secundum id quod est proprium ipsi. Dicendum igitur, quod in omnibus animalibus terra simpliciter praedominat secundum quantitatem, & aqua est quasi continuans partes eius. Sed illa animalia quae praeter ceteris animalibus plus habent de aqua, dicuntur ex aqua constare, complexione eorum pensata secundum comparationem communi generi debitam. Pisces itaque dicuntur ex aqua, secundum id quod in aqua grossius est: & ideo manent in ea. Aues uero ex aqua sunt, secundum id quod in ea subtilius est, quod in uaporem conuersum est, inter aquam & aere quae medium: unde & in aere leuantur. Aer tamen non est naturalis locus animi, prout locus dicitur ad quem est terminus naturalis motus, & in quo corpus naturaliter quiescit, non enim in aere, sed in terra naturaliter quiescit. Est tamen aer locus animi naturalis, secundum motum quem habet ratione grauitatis uel leuitatis. Porro secundum ueritatem dominatur ignis in animalibus. Calor namque est animae instrumentum. Et sicut secundo de anima Philosophus ait, sine calore nihil est sensitiuum. Aduertendum est in super, quod animalia dicuntur elementorum ornamenta, prout comparantur ad ea sicut locatum ad locum. Haec autem comparatio, secundum motum naturalem & quietem attenditur. Motus uero animalis, est uel secundum elementum praedominans, uel est consequens apprehensionem & appetitum ipsius. Et quia talis motus secundum apprehensionem est proprius animalis secundum quod animal, ideo animal quodlibet ad illius elementi ornamentum pertinet, in quo tale motum naturaliter habet: & sic animalia gressibilia, ad ornatum terrae: natantia, ad aquam: uolantia, ad aere pertinent. Sciendum

Augustinus

Duplex agens

Sciendum præterea, quia secundum Galenum, nulla res mixta igni diu sine lesione in esse durare potest: imò tandem consumitur: licet quædam scilicet salamandra, ad modicum tempus in eo durare possit: & ob id de ornatu ignis nihil scriptum est. Denique, motus uolatilium in aere est ab anima contra naturam corporis: ideo est laboriosus secundum Philosophum secundum do Cœli. Vnde & terra, est locus quietis eius naturalis. Reptilium quoque quædam sunt terrestria, quædam aquatica: & ideo reptile cum utroque nominatur. Reptile enim dicitur quod se rapit. hoc autem accidit quadrupliciter. Quædam namque rapiunt se uirtute costarum, ut serpentes: quædam uero quorundam anulorum, sicut animalia anulosa: quædam uero oris, ut uermes: quædam ore terræ affixo, corpus post se trahunt: quædam uero pennulæ, ut pisces: & uniuersaliter omne animal reptile dicitur, cuius corpus per motum super terram non longe eleuat.

Reptile, quadruplex.

Articulus LXIII. De consummatione operum dei, & quiete ipsius.

Sicut ait Magister, translatio quam Augustinus exponit, consummationem operum dei, sextæ diei ascribit, nostra uero septimæ: sed utraq; uera est, siue dicat dies septimus sex dies præcedentes se qui successione temporis secundum sanctos: siue intelligant septem dies, unus dies septupliciter rebus presentatus: scilicet cognitio angelica secundum Augustinum. Nam secundum eum, est duplex rebus perfectio. Vna totalis quam habent ex omnibus suis essentialibus partibus: & hæc ad sextum diem pertinet, quoniam post dies primos sex, nulla species condita est, quæ non aliquomodo in sex diebus præcesserit. Alia est rebus perfectio ex parte finis quæ est ultimata perfectio: & hæc septimæ diei, in quo deus ab omni opere quieuit in se, sicut in fine. Secundum alios autem doctores, duplex est perfectio: scilicet prima quæ est per esse: & secunda quæ est per operationem. Prima igitur, est diei sextæ: secunda, septimæ. Tunc enim res coeperunt sibi simile propagare, quemadmodum & nunc usque agunt. Et secundum hoc, consummatio operum dei, est secundum aliquid perfectionis, rebus collatum, quod est ipsa rei operatio: non tamen aliquid nouum ab extra in entibus sit: sed ipsa uirtus quam deus entibus contulit, tunc operari incipit. Nec dicitur deus ab operatione cessare, nisi ratione effectus sequentis: quia dei operatio, est eius uoluntas: quæ quia omnia determinat, ratione termini sui operis incipere & cessare dicitur. Nihilominus semper conseruat cuncta in esse: sed hoc non est nouum esse influendo. Omnia itaque in opere sex diebus aliquomodo præcesserunt: uel secundum similitudinem speciei, quemadmodum animalia rationalis: uel in principijs suis actiuis & materialibus, ut quæ ex putrefactione generari inde finenter uidentur. Præterea dicitur deus septimo die quiescisse, non utique: & labore uel motu proprie dicto, (deus enim sine labore operatur, qui secundum philosophum accidit in opere nostro ratione motus. Deus autem est agens sine medio motu) sed quieuit, prout cessatio ab operatione, quies uocatur. Dicitur etiam res in illo quiescere, in quo sufficiens habetur: & sic quiescit uoluntas in ultimo fine. Sic quoque quiescit deus in se à rebus creatis. Operatio denique dei, cum sit ipsemet deus agens, non dicitur noua uel cessans, nisi per relationem ad effectum. Dicitur tamen Dionysius, quod deus est semper causans res. Nam & Auicenna testatur, quod agens absque motu, est actionem habens, non solum dum res fit, sed quæ diu subsistit: sicut etiam sol est sua irradiatione causa luminis, quæ diu illud in aere perdurat: sed hoc non est aliud & aliud esse influendo, sed unum esse continuando.

Gen. 2.

Articulus LXIII. De sanctificatione septimæ diei.

Duo præterea attribuuntur septimæ diei, consummatio operum, & quies opificis: & quo ad primum debetur ei benedictio, quæ secundum Gregorium est munus dei collatio & eorum multiplicatio. Hæc autem multiplicatio est per propagationem similis à suo simili, & præsupponit in rebus duplicem perfectionem: Vnam quæ consistit in integritate essentialium partium: aliam quæ est in ordine ad finem. Nam generatio est, ut diuinum esse perpetuetur in rebus. Et ergo post primam perfectionem quæ septimo die cõpleta est, data est septimo die propagatio ipsa quæ & benedictio dicitur. Quantum uero ad quietem opificis, debetur septimo diei sanctificatio. Sanctum namque dicitur aliquid, uel quia ueram sanctitatem participat, uel quia deputatur ad sacra, quæ ad modum templum & uasa sacra dicuntur. Sic septimus dies dedicatus est à deo, ut in eo hoies deo uacent: & sicut Rabi Moyses ait, ut memoria æternitatis dei & nouitatis mundi, in memoria hominum perseveret: & ut sicut deus creator, non in rebus conditis, sed in seipso ab eis quieuit, sic nos non in operibus eius uel nostris quiescamus, sed in ipso qui omnium finis est. At uero, benedictio & sanctificatio bonitati debentur. Bonum uero ratione finis dicitur: ideo septimo diei in quo rebus consummatio erat, recte sanctificatio & benedictio ascribuntur. Itæ per sex dies quibus

Leui 23.

Apost. 1.

quibus operatus est deus, significatur uita actiua: per septimum autem contemplatiua quæ dignior est: ideoque et benedictio & sanctificatio deputatur.

Articulus LXV. Quomodo possit creatura ad dei imaginem dici facta: & cur in solis rationalibus creaturis dei imago reluceat.

Denique de ratione imaginis, est imitatio unius ad alterum, sed hæc imitatio non cõplet rationem imaginis, nisi unum imiter aliud, à quo procedit in aliquo, quod ad speciem & ad essentiam pertinet. Vnde Hilarius ait: Quod imago est species in differens rei ad rem coram quodum: ideoque in corporalibus secundum imitationem figuræ præsertim imago attenditur: quia figura differentiam & conformitatem speciei ostendit præcipue. Hæc autem imitatio est, uel secundum speciem & signum speciei, & sic filius est imago patris in specie humana, in natura & figura imitans ipsum: & hæc est perfecta imaginis ratio. Vel est secundum signum tantum, quemadmodum imago regis resultat in statua. Itaque primo modo est filius dei imago æterni patris: sed secundo modo creatura dici potest imago dei, scilicet imperfecte. Vnde sicut à patre est omnis paternitas, sic à filio omne nomen imaginis. Est igitur creatura creatoris imago: quia id quod primo & per se in illo est, ipsa secundario imitatur participat: non uniuocè, sed secundum analogiam. Non itaque ad rationem imaginis exigitur æqualitas æquiparantia: sed proportio: & ita infinite distatium, scilicet dei & creaturæ, extat imago. Cum itaque imago consistat in illo quod est finale & determinatum, scilicet ad speciem pertinens, (Ab eo nempe quod commune est, non sumitur species, sed à propria ac ultimata perfectione) ideo in sola rationali creatura, resplesdet dei imago, quia in ea est participatio diuinæ intellectualitatis, quæ est omnium diuinarum participationum finalis & summa: propterea asserit, quod eo ipso animal rationalis est dei imago, quia eius capax est. Intellectus quippe deo inter omnia similior est: ideoque felicitas omnis rationalis animi, est in eo in quo est diuina felicitas, ut puta in uisione ueritatis æternæ, atque perfecta fruitione bonitatis diuinæ. Sciendum autem, quod opus imitatur opificem, uel secundum quod ad naturam eius pertinet, uel secundum id quod intellectui habet. Primo modo imitatur patrem filius. Secundo modo artificiatum artificem. Vt quoque autem modo imitatur creatura deum, quia ab ente sunt entia, à uiuo uiuètia: & etiam à proprijs ideis singula fluunt: & ideo hoc secundo modo dicitur omnis creaturæ imago suæ ideæ. Vnde dicit Boethius: simili quæ imagine formis &c. Sic quoque formæ quæ sunt in materia, sunt imagines formarum separatarum. Dicit autem Dionysius, quod in radio solari dei similitudo maxime splendet: sed hoc quo ad causalitatem intelligendum est. Sciendum est autem, quod diuinæ proprietates dupliciter relucet in entibus. Primo secundum similitudinem analogiæ: & sic in rationali creatura præcipue ostenduntur diuinæ proprietates, sicut uita, sapientia, quæ analogice deo & creatis conueniunt. Secundo secundum similitudinem proportionis, prout spiritualia corporalibus metaphoricè designantur: & ita secundum Dionysium ultimo cœlestis hierarchiæ capitulo, in igne præsertim ostenduntur diuinæ proprietates.

Hilarius

1. Cor. 2.

Articulus LXVI. An magis in angelo quam in anima sit dei imago: & de differentia imaginis & similitudinis.

De ratione proinde imaginis loqui quis potest dupliciter. Primo quantum ad id quod proprie est de ratione imaginis: quod uidelicet intellectuale naturam directe consequitur: & sic quo in aliquo, est intellectualis natura sublimior, eo est in illo imago dei expressior & perfectior, unde in angelis est plenius quæ in hominibus: & in superioribus angelis magis, quæ in inferioribus. In uiro quoque magis quæ in femina. Sed ista est minor diuersitas quæ prima: quia non est in diuersis speciebus. Secundo quantum ad id in quo singularis consistit quædam imaginis ratio, & hoc modo potest in homine esse magis dei imago quæ in angelo, propter quasdam proprietates, quibus cum deo communicare uidetur, sicut quod homo dominatur omni creaturæ inferiori, & est finis earum, sicut deus est omnium finis & dominus: & quod anima est in qualibet parte corporis tota, quemadmodum & deus in omni parte uniuersitatis totus. Attendenda est autem imago in homine & angelo secundum naturalia dona, non secundum habitum gratiæ uel gloriæ. Denique dicit Augustinus, quod inter deum & mentem nostram, nihil est medium, sed hoc intelligendum est ideo dictum, quia nihil mediat inter ea, quasi felicitatis obiectum beatificans mentem: nihilominus multa mediant secundum gradum & dignitatem naturæ. Præterea agnoscendum, quod distinguitur similitudo ab imagine, sicut magis commune à minus communi: & tamen de ratione eius est. Cum enim imago dicat imitationem in his quæ ad speciem pertinent de modo

Gen. 2.

strandam, oportet ut ratio similitudinis sumatur ab eo, quod a demonstratione deficit specialis naturæ. Hoc autem contingit dupliciter. Vel quia est prius & communius natura specificæ, & sic est ultima differentia quam assignat Magister: ut scilicet ad similitudinem pertineant indiuisibile, incorruptibile. Hæc quippe consequuntur intellectualem essentiam, non in quantum intellectus, sed ratione generis. Imago uero in his quæ ad speciem pertinent, consistit. Vel id in quo est talis defectus, est posterius his quæ ad speciem pertinent, quæ admodum accidentia principia, indiuisiua consequentia. Hoc autem dupliciter accidit: aut secundum ordinem naturalis potentia ad habitum, & sic quia intellectus est prima potentia intellectualis substantia, uoluntas uero secundam, imago autem definet in cognitione ueritatis, quæ primo intellectualem naturam demonstrat: similitudo autem in amare uirtutis. & hæc est secunda differentia Magistri. Aut secundum ordinem potentia ad habitum: & ita imago consistit in intellectu, memoria & uoluntate. Similitudo autem in habitibus potentia istarum: & hæc est prima distinctio, quam in litera tradidit Magister. Non est autem inconueniens, ut secundum unam distinctionem pertineat aliquid ad imaginem, & secundum aliam ad similitudinem, secundum diuersam uidelicet comparationem. Nam potentia comparari possunt ad habitum, quibus utique priores sunt: & sic in eis pensatur imago, aut certe comparatur una ad aliam: & quoniam una est alia prior, in una consistit imago, in alia similitudo.

Articulus LXVII. Quod anima nec est de essentia dei, neque ex materia constans, sed simplex atque immaterialis forma.

ANtiquorum insuper ruditatem, deum esse de essentia omnium rerum, animam quoque simpliciter fore unam dicentium, modum quidam sequuti sunt: sicut Dauid de Didano, diuisus res in tres partes: in corpora, animas & substantias separatas æternas: & primum in diuisibile in substantiis æternis ex quo constituntur corpora, dixit ^{Gen. 1.} materiam. Id autem indiuisibile ex quo constituntur animæ, dixit ^{Esa. 57.} mentem. Primum quoque in diuisibile in substantiis æternis, deum: & hæc tria unum esse. Ex quo sequitur, omnia unum esse. Sed positio ista rudissima est, deus enim benedictus & supergloriosus, est purus actus: a cuius perfectione omne illud infinite occumbit. Nec etiam adiuuat errorem hunc pessimum, quod in Genesi legitur. Inspirauit deus in faciem eius spiraculum uitæ. Inspirare enim transumptiue de eo dicitur: sicut in Esaia scriptum est: Omne statum feci. Denique, quod homo flando emittit, non est de substantia eius, & si esset de substantia corporis aliquo modo, tamen de substantia anime nullatenus esset. Unde non sequitur aliquo modo quod deus animam inspirando de sua natura producat, sed eam immensitate suæ potentia creat. At uero, quod non fit anima ex materia & forma cõposita, sic probatur. Aut enim est forma corporis secundum totam suam essentiam, aut secundum essentia suæ partem. Si primum, nequaquam potest esse cõposita ex materia & forma: quia cum omnis materia sit de se pura potentia, non est actus & forma alicuius materiae. Si secundum dicatur, duplex inconueniens sequitur, primum, quod unus actus sit diuersarum forma materiae, scilicet materiae corporalis & spiritualis: secundum quod potentia quæ unius rationis non sunt, est unus actus perficiens. Corporalis namque & spiritualis materia, unius generis non sunt. Est tamen secundum præinductam in anima cõpositio quæ dicitur, ut puta ex esse: quæ cõpositio in alijs naturalibus formis inueniri non ualeat, quia in suo esse subsistere nequeunt, sed totum esse eorum, est esse totius cõpositi. De immaterialitate autem & simplicitate animæ & angeli, superius rationes alia factæ sunt.

Articulus LXVIII. De unitate intellectus in omnibus hominibus: & utrum animæ ante corpora condita sunt.

Secundum philosophos triplex distinguitur intellectus, scilicet possibilis, qui omnia potest recipere: agens, qui lumine suo facit intelligibilia in potentia actu intelligibilia: & formalis seu in habitu: & est intellectus specie actualiter informatus ut operari possit. Omnes itaque philosophi post Aristotelem in hoc quasi concordant, quod intellectus agens & possibilis secundum substantiam differant: & quod intellectus agens sit quædam substantia separata scilicet ultima: sic se habet ad intellectum humanum, sicut superiores intelligentiæ ad animas orbium. Hoc autem secundum fidem rectam sustineri non potest. Ut enim Anselmus probat, Ideo deus reparatione humani generis per angelum fieri noluit, ne tolleretur nobis spes parilitatis cum angelis in gloria: dum angelus fieret homini causa salutis. Patiformiter si dicamus animam rationalem secundum naturalem suam operationem ab aliquo intellectu creato superiori dependere, non iam maneret spes perueniendi ad æqualem gloriam cum angelico intellectu: quia ultima rei perfectio est in cõplemento operationis sue. Ideo quod secundum philosophos istos feliciter

tas animæ consistit in unione ad huiusmodi intellectum. Igitur catholici quidam hanc positionem partim corrigentes & partim tenentes, dixerunt intellectum agentem esse deum: per cuius applicationem fit anima actu intelligens. Unde de deo scriptum est: Erat lux uera. Præterea, de intellectu possibili magna fuit peripateticorum diuersitas. Alexander enim dixit eam esse solam præparationem corporis ad intelligibilem susceptionem formæ: & sic intellectus esset uirtus corporea, uel uirtus in corpore: cuius oppositum probat Philosophus. Rursus nulla uirtus ex commixtione elementorum resultans, potest esse cognoscitiua: aliter elementa agerent ultra speciem suam. Ideo alij dixerunt, ut Auenpote & sui, quod intellectus possibilis esset ipsa uis imaginatiua, in quantum nata est ut sint in ea formæ quæ sunt actualiter intellectæ: & sic intellectus esset uirtus urens organo: quod omnino contra Aristotelem est. Et secundum has opiniones esset anima rationalis mortalis: & post omnium hominum corruptionem remaneret duntaxat unum, uidelicet intellectus agens separatus: quod fidei & rationi discordat. Tertia est ergo positio Auicennæ quæ fidei cõsonat, quod intellectus possibilis est intrinseca potentia animæ inorganica cum corpore incipiens, sed post illud immortalis perseverans. Tamen de intellectu agente errat cum alijs. Porro eorum qui ponunt intellectum possibilem unum in omnibus, est duplex opinio, prima Themistij & Theophrasti, sicut Cõmentator tertio de Anima recitat. Dicunt enim etiam intellectum in habitu, in omnibus esse unum & æternum: & est cõpositus ex intellectu agenti & possibili: sic ut agens sit forma intellectus possibilis: & per cõtinationem intellectus agens, cõtinuat nobis intellectum agens, sic quod intellectus agens est de substantia intellectus speculatiui: qui etiam dicitur intellectus in habitu per quem intelligimus. Et secundum istos species intelligibiles sunt æternæ: & intellectus hic non est quandoque intelligens: & quandoque non intelligens, nisi secundum quod cõtinuat nobis per impressionem suam. Hanc uero positionem Auerois reprobat: & ideo ipse ponit quod intellectus possibilis & agens sint æterni, & unus est intellectus in omnibus: sed species intelligibiles non sunt æternæ, neque intellectus agens est forma intellectus possibilis: sed habet se ad eum sicut artifex ad materiam. Species autem a phantasmatibus abstractæ sunt forma intellectus possibilis. Sed utraque opinio falsissima est, & nulla ratione comprehendi potest: & secundum eas homo non esset uere rationalis, nec uere intelligeret: sed intellectus separatus. Est igitur intellectus tam agens quam possibilis in singulis hominibus alius atque diuersus: & sunt duæ potentia animæ. Natura enim de dit omnibus rebus ea quæ ipsis necessaria sunt ad propriam ac connaturalis operationis executionem. Ideo utique & homini a creatore sunt datae potentia, quibus rationalis discursus est indigenus: & hæc una est intellectus agens, specieiem a phantasmatibus abstracta possibilis eandem recipiens. Non est tamen idem simul, respectu eiusdem in actu & potentia. Nam per intellectum agentem est anima in actu quodam indeterminate & cõfuso: & quo ad hoc, est res materialis in potentia quo ad eum: quia solus est potentia intelligibilis. Sed in quantum res talis est certam naturam habens, sic habet se ad intellectum agentem, sicut actus: quia determinat cõfusam eius actualitatem seu intellectualem lumem. Amplius autem aduertendum, quod animæ non sunt ante corpora condita: neque a principio factæ: quia in eodem actu non præcedit potentia tempore, sed natura secundum Philosophum. Augustinus tamen uidetur dicere, quod anima primi hominis fuerit ante corporis formationem creata: sed hoc asserendo non dixit sed inquirendo: quæ admodum & alia multa dicit super Genesim. Illi uero qui animas ante corpora factas ponebant sicut Platonicus, non ponebant eas uniri corporibus sicut actus intrinsecos & formas substantiales, sed potius sicut unum nautæ nautæ, motor mobili, & uentus indumento. Unde Plato (sicut de eo narrat Gregorius Nyssenus) dixit hominem esse animam corpore indutam. Veruntamen anima præcessit in opere sex diebus aliquo modo, uel secundum similitudinem in specie: quia & homo in uno sex diebus factus est, uel secundum similitudinem nature cõsumis præcessit in opere creationis: de quo scriptum est: Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul in quantum anima communicat in natura intellectuali cum angelis. Secundum Augustinum tamen factus est homo in opere sex dierum, qui secundum eum sunt unus dies, sicut ante ostensum est, quantum ad materiam & rationem seminales ratione corporis. Ratione autem animæ, ipsa primi hominis anima in seipsa facta fuit.

Articulus LXIX. De paradiso, an sit corporalis locus an spiritualis.

ORigenes præterea dixit paradysum non esse corporalem locum, sed omnia quæ de paradiso scribuntur, allegorice de paradiso spirituali fore interpretanda. Epiphanius autem episcopus Cyprius, in epistola quadam quam Hieronymus transtulit, hoc pro errore reprobat. Ideo simpliciter concedendum est, quod paradysus

Ioan. 1.

Gen. 1.
Esa. 57.

Intellectus triplex.

Sap. 11

Origenis de paradiso opinio.

fit locus corpore⁹, temperatissimus & amoenus: ubi locatus erat homo, ut nullis molestiis impeditus spiritualibus cum quiete uacaret. Aestimatur quoque locus iste sub æquinoctiali uersus Orientem situs: quoniam & philosophi quidam hunc locum temperatissimum asserunt: & ex eodem loco Nilus ex quatuor paradisi fluminibus emanare uidetur. Ignoratur autem naturalis inquisitioni, quia paradisi non ualet, per reuelationem uero innouit. Denique, quod paradisi usque ad lunam se porrigere dicitur, secundum situm non debet intelligi, cum ignis sit sibi maxime actiuus & extranei corporis consumptiuus: sed secundum similitudinem propter temperantiam & incorruptionem ipsius, quia & a luna & supra, neque corruptio est nec contrarietas. Dicit autem Damascenus, quod Oceanus qui uidelicet omnem terram circueit, est fons fluminum quæ de fonte paradisi fluere dicuntur, sed hoc accipiendum est de primo principio fluminum: proximum tamen principium eorum, est fons paradisi. Veruntamen, flumina illa uidentur ex diuersis uicissim fontibus scaturire: & hoc (ut Augustinus testatur) contingit, quia aquæ quæ ex fonte paradisi procedunt, in locis nobis ignotis terram subintrant, & alibi rursum erumpunt, & ibi tunc uidetur esse fons fluminis. Porro, positus est homo in paradiso ut operaretur illum, non utique laboriosa sed delectabili agricultura, & custodiret eum, non contra inuasorem uolentem, sed sibi ipsi, ne per peccatum perderet ipsum. Vel sic potest intelligi: Positus est homo in paradiso, ut deus scilicet operaretur ibi hominem faciendum eum iustum atque fecundum: & custodiret eum sine cuius custodia nusquam est. Et quoniam hunc locum homo propter intellectualem quietem suscepit, non uidetur probabile, animalia irrationabilia illuc peruenire potuisse, nisi uirtute diuina ad temperantiam quando adducta sunt ad Adam, ut uideret quid uocaret ea: nisi forte quis exponat adductionem illam non nisi interiore reuelationem factam, sed & per dæmonem adduci poterant, ut de serpente patet.

Articulus LXX. De formatione Euxæ ex costa uiri, & de rationibus feminalibus.

Mulierem de costa uiri factam, dubitare non licet: de modo tamen huius diuersa inuenitur positio: Magister enim & Hugo de sancto Victore, ponunt de costa Adæ formatum corpus Euxæ per solam multiplicationem sine additione alicuius exterioris, aut nouæ creatione materiæ. Hoc autem impossibile uidetur. Hæc namque multiplicatio, est uel secundum quantitatem duntaxat aut secundum essentiam materiæ. Si primo modo, sic oportet ut materia quæ prius erat sub dimensionibus paruis, postea sit sub maioribus dimensionibus. Hoc uero est rarioris secundum Philosophum quarto Physicorum, & ita corpus mulieris fuisse ualde subtile, imò subtilius aëre. Si autem multiplicatio essentiam attingit materiæ, tunc aliquid materiæ erit sub forma corporis mulieris quod antea non erat. Hoc autem esse non potest, nisi uel per conuersionem alterius in ipsum corpus mulieris, cuius materia in ea remaneat, uel per creationem nouæ materiæ, uel per additionem materiæ sub alia forma præexistentis ad corpus Euxæ. & hoc ultimum uerius uidetur: quia omnia saltem secundum materiam, simul creata à sanctis traduntur. Dicitur tamen corpus Euxæ ex costa factum, quia costa primo & principalius ad corporis constitutionem concurreret. Hæc ergo costa erat in Adâ, non sicut in indiuiduo, sed sicut in principio totius speciei, nec erat de integritate eius: ideoque in Eua resurgeret. Enim uero, quæ admodum ab arte artificis fluunt forme artificiales: sic ab ideis mentis diuine forme manant naturales. Sed quæ in causatis sunt, in causis sublimius sunt secundum Dio. 2. cap. de diuinis nominibus. ideo in diuina uirtute est rebus aliquid addere, abstrahere, minuere atque mutare. In duobus autem differt operatio deus ab actu artificis: primo, nam cum deus sit causa substantiæ ipsius materiæ, ipse dat materiæ potentiam quæ recipere queat, quicquid esse ipse uoluerit. Artifex autem quia præsupponit materiam, non præstat ei receptiuam potentiam: secundo, nam formæ naturales producunt sibi similes, unde & proprietatem feminis habent. Res uero artificiales non producunt sibi simile. Non enim lectus putrescens pullulat in putridum lectum. Itaque formæ in rerum mente diuina, primordiales dicuntur. Potentia autem materiæ in dicta, quæ receptiuua est eius quod deus disponit, uocatur obedientialis: uirtutes autem in materia posite per quas naturales sequuntur effectus, rationes feminales dicuntur. Veruntamen quid realiter sint rationes istæ, à multis diuersimode traditur. Quidam namque asserunt in eodem esse, præter formam specificam, esse formam communem quam dicunt rationem feminalis, quia per eam materia disponitur ad ultimam ac propriam formam. sed positio hæc falsa est, cum non sint in eodem plures formæ speciales. Alij igitur ponunt in materia præesse formas secundum esse incompletum non plene actiuum, quod inchoationem formæ appellant. Nam ut uidetur, nisi esset in materia

Gen. 2.

Eodem

Gen. 2.

materia principium actiuum intrinsecum, non naturalis sed uolenta esset generatio. Hoc itaque, esse formarum seminales uirtutes & materiæ concreatæ, quæ admodum & in femine, est uirtus formatiua secundum esse incompletum. Hoc autem non uidetur uere, quia licet educatur de potentiua materiæ, illa tamen potentia non est actiua sed passiuua tantum. Unde sicut in corporibus simplicibus non est, sicut Auerrois ait) diuidere ipsum corpus in partem mouentem et motam, sic nec in alteratione alterabilium. Unde non potest eodem modo accipi uirtus feminalis in rebus uiuentibus & in rebus inanimatis. Res enim uiuæ ratione animæ, à seipsis motum alterationemque habent. Licet autem in materia sit tantum potentia passiuua, tamen generatio naturalis est: quia passiuum principium saltem ab intra est. Concedendum est igitur, quia nulla est potentia actiua in materia ad formam. feminales quoque rationes dicuntur uirtutes actiue & in natura complete cum proprijs passiuis: ut calor, ignis, frigus, formatiua uirtus solis, quæ ideo feminales dicuntur, quia rebus collatæ sunt per opera sex dierum, ut ex eis tanquam ex feminibus producantur: & alia sub rationibus aut feminalibus actiua atque passiuua continentur potentia, quæ per naturalem agens perfici possunt. Denique, uirtutes istæ rationes dicuntur, non quia intentionaliter insint materiæ, sed quia ab diuina arte procedunt. Dicuntur & femina, quia ex eis alia naturaliter producantur. Materia igitur ad generationem coadiuuat, non agendo, sed in quantum habilis est ad formam receptionem. Hæc ueroabilitas, appetitus materiæ dicitur & inchoatio formæ.

Rationes feminales.

Articulus LXXI. Cur aliquid miraculosum dicatur.

Sicut primo metaphysicæ ait Philosophus, admiratio ex duobus causis. Primo quia causa effectus nescit, secundo quia in re aliquid est ex quo uidetur, quod aliter esse deberet. ut est diametrum quadratum non posse commensurari lateri. Est itaque aliquid mirabile huic, id uidelicet cuius causa sibi ignota est: aliud autem est mirabile simpliciter, cuius scilicet causa simpliciter occulta est: sic quod in re aliquid uere est propter quod aliter naturaliter fieri deberet. & talia à deo immediate fiunt, & simpliciter miracula sunt dicenda, quia extra naturalium ordinem causarum fiunt, ut suscitatio mortui. Hæc autem quandoque sunt supra naturam: dum uidelicet natura in substantia facti non potest, sicut est diuisio maris rubri: quandoque uero sunt præter naturam, cum scilicet natura potest in substantia facti, sed modus supra cursum naturæ est: ut conuersio aquæ in uinum. Quod autem talia dicantur miracula, contingit ex triplici causa. Primo modo propter excessum, sicut in Aegypto ranarum productæ sunt in inconfueta multitudine. Secundo propter circumstantiam temporis, sicut quod manus Ieroboam tunc protinus aruit, dum propheta nomen dei inuocauit. Tertio quia aliquid uniuersaliter fit, sicut in ueteri testamento post potum aquæ zelotypiæ, uenter adulteræ intumescit. Tertio sunt contra naturam, dum scilicet in re est naturalis causa ad oppositum, uelut si leue descendat, & uirgo gignat. Unde creatio non est proprie miraculosa. Non est enim in re ut aliter fiat: imò prima rerum productio, naturali à deo ordine fuit. Præterea, animarum rationalium creatio & iustificatio impij, non sunt proprie miraculose. Licet enim sint præter rationes feminales, est tamen in re, aliqua naturalis dispositio, ut puta præparatio corporis, & uoluntatis habilitatio. Quod si sine his preparamentis à deo contingerent, miracula essent: sicut in formatione Adæ, conuersioneque Pauli. Veruntamen in solitu quod in diffinitione miraculi ponitur, non designat raritatem facti, sed excludit solitum naturæ cursum. Nam & si quotidie cæci uisum reciperent, nihilominus miraculum foret illuminatio cæci. Porro, resurrectio mortuorum miraculosa erit. Fiet namque contra spem naturæ, licet non sit contra spem gratiæ.

Exod. 8. Psal. 104. 3. Reg. 17.

Nu. 17.

Gen. 1. Actu. 9.

Articulus LXXII. Quod anima rationalis non est ex traduce, neque ab angelis creata.

Traductio denique duo importat: diuisionem & originem unius ab alio: un de proprie locum habet in generatione uiuentium. Diuiditur autem aliquid dupliciter. Vel per se sicut corpus, uel accidens ut forma corporalis immerita materię. Anima autem est immaterialis: & ideo secundum Philosophum sexto de animalibus, traduci non ualet per semen. Vult enim, quod quorum operationes sunt sine corpore, illa non traduci per diuisionem. Similiter anima filij, ex anima patris originem habere non potest: quia uel intellectus filij esset ex intellectu patris mediante uirtute generatiua & formatiua: & sic effectus esset immaterialior & dignior sua causa: & actio uirtutis corporalis, ad immaterialem formam terminaretur: uel esset ex eo immediate: hoc uero impossibile est: est enim, sicut Auicenna fatetur quoddam agens, habens causalitatem supra totam speciem rei, sicut sol est causa leonis, & tale agens oportet differre specie à suo effectu. Cum ergo omnes rationales animæ

sint eiusdem rationis & ordinis, non potest hoc modo una originari ab alia. Aliud autem est agens respectu unius indiuidui, sicut hic ignis est ab hoc igne: & nec sic potest anima una esse ab alia. Agens enim non producit sibi effectum secundum speciem similem, nisi mouendo materiam ad talem formam. Anima autem rationalis, non est sicut cetera forma naturalis de potentia materie educibilis, nec est composita, & ideo necessaria est ab extra: quod etiam philosophi concesserunt. Aduertendum est autem, quod fornicatio in quantum considerata secundum esse morale, mala est, nec cooperatur ei deus: uel secundum quod est in specie naturali: & sic est quod da bonum, sic quoque deus cooperatur actui adulteri, animam creans & in fundens. At uero in libro de proprietatibus elementorum ait Philosophus, quod in nato est spiritus uitae uisus dei. Præterea quemadmodum uicissim prætractum est, quidam Philosophorum opinati sunt à deo non nisi primam intelligentiam immediate creatam: nam idem manens idem, natum est facere idem, & quia intelligentia prima creata est, distat à deo, & est in ea quaedam pluralitas actus atque potentiae. Dum igitur intelligit primum principium, fuit ab ea intelligentia secunda quae est minoris actualitatis quam prima, cum sit à prima creata: dum uero intelligit se secundum quod in actu est, producit animam primam: dum autem considerat se ut in potentia est, causat substantiam primi mobilis: & ita usque ad ultimam intelligentiam quam uocant agentem, à qua dicit Auicenna effluere animas rationales & omnes formas substantiales. Materiam uero omnium inferiorum, reducunt in substantiam orbis sicut in causam: & ad huius positionis confirmationem multa possunt adduci ex libro Causarum: cuius tamen libri auctoritatis non est in presenti materia consensus. Nam autor libri illius, huius erroris initiator inuenitur fuisse: nisi forte quis extorqueat eum exponat. Hæc porro positio (sicut undecimo primæ philosophiæ Commentator ostendit) debile fundamentum habet: quia secundum hanc positionem, ista primæ rerum causæ, essentielles causæ sunt, & naturaliter agunt quicquid producant. sed hoc falsum est. Est namque agens naturale: & hoc agit ex necessitate formæ, sicut sol lucet. Est quoque agens intellectuale & diuinum: & quemadmodum illud multa simul intelligit, sic ab eo plura procedere queunt. Ideoque deus benedictus secundum ordinem sapientie suæ, quæ actu infinita simul intelligit, plura simul efficere potest & producit seipso quicquid ei placuerit. Hæc autem positio, fidei contraria est & idololatriæ maximam occasionem præbet. Omnium ergo quæ sine motu inceperunt, est deus proxima causa: ut sunt angeli, animæ, substantiæ orbium, materia elementorum, & primæ hypostases omnium specierum. Insuper positio ista aufert honorem animarum sanctarum: quia secundum eam non posset homo coram angelis in gloria uidei felicitas animæ esset in unione intelligentiæ: quia perfectio cuiuslibet rei, consistit in copulatione sui ad suum principium. Itaque licet deus infinitus sit, creata tamen finita sunt: quia deus gloriosus est ratio & exemplar atque similitudo omnium rerum: & ipse in numero, pondere & mensura omnia fecit.

Articulus LXXIII. An anima sensibilis & uegetabilis sint ex traduce.

PLato proinde, Auicenna & Themistius, omnes formas & animas à principio separato dicebant: Plato ab ideis: Auicenna uero ab intelligentiis: quos sequentes quidam theologi, omnes animas à deo creatas affirmant: quorum motiuum erat propter animalia ex putrefactione generata: & etiam quia solæ qualitates actiuae, scilicet calor, humiditas, &c. inueniuntur agere in natura: quæ non possunt substantiale formam producere, cum nihil agat ultra propria speciem: & isti attribunt formas reæ, ac si eis per se deberet esse & fieri. Aristoteles autem & Auerrois, dicunt esse reæ naturalium, esse ipsorum compositorum: & non formarum: & quod composito competat esse, fieri & generari (Generatum enim sit à suo simili, scilicet generante: & utrunque est hoc aliquid & totum compositum) propterea aiunt animam sensibilem & uegetabilem, esse ex traduce hoc modo. Agens namque uniuocum, dat patienti similitudinem sui secundum speciem. Cibus quoque in quantum est patiens & alteratur, recipit formam nutriti, & conuertitur in ipsum. Itaque ante ultimam assimilationem non est in eo uirtus speciei determinatæ ad hoc uel illud. Nam determinatio hæc est propter determinatam partis uirtutem. Cum autem semen residuum, sit ultimi cibi propinquissimi ad ultimam conuersionem, in eo est potentia totum, & non actu aliqua pars. Unde ante resolutionem & decisionem eius, est in ipso potentia illa indistincta. Dum autem separatur, efficitur actu habens talem potentiam uel talem formam, sicut in animalibus anulis patet: in quibus ante diuisionem secundum philosophum, est una forma in actu: plures in potentia, unde

unde in secundo de anima dicitur, quod semen non actu sed potentia uiuit. Hæc uero potentia in semine patris est actiua: in menstruo autem matris passiuæ, & in quantum actiua est comparat eam Philosophus 1. 6. de Animalibus arti. Unde Auicenna & Commentator appellant eam uirtutem formatiuam, cuius subiectum & organum non dum determinatum est: scilicet spiritus uitalis inclusus in semine: & ad continendum hunc spiritum, est semen spumofum: & hæc est causa albedinis eius. Huic porro spiritui uirtus formatiua per modum motoris magis quam ut forma, licet eius forma aliquo modo sit. Ideo 2. Metaphysicæ dicit Auerrois, quod coniungitur spiritui uirtus illa sicut motores orbibus. Corporali uero huic coniungitur triplex calor, scilicet elementaris, qui est uelut instrumentum resoluens atque consumens, calor animæ qui est uiuificans: & calor celestis, cuius uirtute mouet ad speciem determinatam. & huius triplicis uirtute caloris, uirtus formatiua conuertit menstruum in substantiam membrorum, quemadmodum & in augmento secundum Philosophum 1. 6. de Animalibus. Secundum perfectionem quoque membrorum, incipit anima magis ac magis esse in actu in semine, quæ prius erat ibi in potentia. Aduertendum autem, quod licet secundum fidem nostram, cælum non sit animatum, tamen motus eius potest esse causa formæ uitalis, secundum quod in eo manet uirtus motoris, qui est substantia separata. Denique in generatione animalium ex putrefactione, uirtus celestis sufficit & supplet locum uirtutis formatiue, propter imperfectionem animalium horum. Est enim uirtus celestis in omnibus inferioribus, sicut uirtus mouentis in moto, ut inducat unum quodque in propria specie secundum materiam dispositionem. Hæc insuper uirtutes celestes in elementis recentæ, dicunt à Philosopho 1. 2. de Animalibus uirtutes animæ: quia usque ad animationem materię pertingunt, si ipsa aliqua complexione & qualitate fortiat, & eis dicit elementa esse plena.

Articulus LXXIII. De immortalitate rationalis animæ.

Antiquissimi autem philosophorum, non discernentes inter intellectum & sensum, neque ad incorporare naturæ cognitionem pertinentem, animam humanam assererant mortalem: quod Aristoteles satis improbauit. Intellectus quippe superior cognoscitius est: & hoc nulli uirtuti organice conuenire potest. cuius rationem assignat Auicenna. Semper namque inter uirtutem corporalem cognoscitiuam & obiectum, est organum medium: sicut nihil uidet uirtus uisua, nisi cuius species est in pupilla. Sed inter uirtutem & ipsam uirtutem essentiali, impossibile est organum medium esse: & hæc ratio in libro de Causis tangitur. At uero, cum intellectus sit omnium formarum corporalium cognitiuus, oportet eum ab omnibus eis esse absolutum atque nudatum. Rursum, cum intellectus sit directus uniuersali, oportet formas intelligibiles immaterialiter in ipso esse & recipi. Alia erat positio, quod omnibus animabus destructis, remanet solum quoddam commune lumen, & hoc dixerunt, qui intellectum esse unum in omnibus mentiti sunt: sicut infelix Auerrois cum suis. Tertia fuit positio Platonis & Pythagoræ: qui animam immortalem concedentes, dicebant eam transire de uno corpore in aliud: quod Philosophus primo de Anima destruit: quoniam anima cum sit motor & forma corporis, requirit proportionatam materiam, de terminatamque mobile. Unde hæc anima non nisi huius corporis potest esse motor ac forma. Ideoque quarta est beatissima nostræ fidei uera sententia, quod anima cum corpore incipit, & post illud remanet: & idem numero corpus quod modo relinquit, denuo resumet, non amplius illud relicta. Immortalitas nempe rationalis animæ pulchre ostenditur. Ad prouidentiam enim dei pertinet omnium rerum, præsertimque intellectualium ordinationem habere & curam, sed in istis est prouisor & rector, nisi boni præmientur, & mali puniant. Cum ergo in hac uita frequenter iustis usque ad mortem mala proueniant, & impijs prospera, oportet ut post uitam hanc retributio fiat. Propterea 10. Ethicorum ait Philosophus, quod homo sapiens, est deo simillimus & amantissimus ei. Denique, sicut, de Anima Aristoteles ait, anima est locus specierum, ideo necesse est, ut species ipsa conseruet, & sine corporis comunione intelligere queat. & utque immortalitatem intellectus, omnes subtiles philosophi concesserunt: licet quidam illum putauerint esse unum in omnibus, & quandam separatam substantiam.

Articulus LXXV. De immortalitate & impassibilitate Adæ ante mortem.

Vnum quodque autem secundum exigentiam finis instituendum est. Cumque finis propter quem deus hominem fecit, sit supernaturalis felicitas, ideo homini in exordio fuit aliquid datum est supra naturale facultate. Et quoniam corpus humanum ex contrarijs constat, non potuit homo ex principijs naturæ immortalis esse habere: quæ forma influit esse materie secundum capacitatem materie. Est itaque supernaturalis primo homini datum, ut rationalis anima cum sit ipsa immortalis, concipiat esse corpori secundum propria uirtute, trahens

Nota autem
libri Causarum

Sap. 11.

Triplex calor.

Christiane fidei
dei sententia
de anima.

corpus omnino ad suum dominium. Hæc autem potestas animæ supra corpus, consequatur & dependebat à subiectione ipsius animæ sub deo. Ideo quia Adâ peccare potuit, ut puta libero arbitrio nondum in iustitia confirmato, etiâ dominii animæ supra corpus deficiere potuit: sic erat quodammodo mortalis, quia peccare potuit: sed simpliciter loquendo, immortalis erat secundum statum illum: quia ad id dicitur aliquid simpliciter esse in potentia, ad quod uno actu reduci potest secundum Philosophum 9. primæ Philosophiæ: Sicut nõ dicimus quod ex terra fieri possit statua, sed ex cupro: cum tamen ex terra cuprũ fiat. sic Adæ non poterat accidere corruptio, nisi prius facta mutatione animæ secundum actum peccati. Veruntamen fuisse in corpore Adæ aliqua particularis deperditio, ad cuius restorationem indiguit cibo: quo etiam eguit propter multiplicationem speciei per uiam seminalem: non tamen potuisset fieri dissolutio in toto propter uirtutem uegetatiuam, quæ operabatur secundum potestatem animæ: quemadmodum etiam elementa secundum partem corrumpuntur, sed secundum totum incorruptibilia sunt: eo quod inferiorum corporum ordo, uirtute superiorum seruetur. Denique, passio uno modo communiter & proprie, dicitur omnis receptio alicuius in se: & sic omne quod est in potentia, dicitur pati dum in actum reducitur. Sic quoque perfectiua mutatio, passio est: & hoc modo corpus Adæ, in omni creatum, passibile erat & est. Secundo proprie dicitur passio, secundum quod sequitur alterationem, per quam transmutatur res ab eo quod est sibi naturale atque conueniens in oppositum, sicut dum aqua calcfit: & taliter dicta passio, non conueniebat Adæ, nisi sicut mors, in quantum scilicet peccare potuit: sed simpliciter loquendo, corpus eius impassibile fuit. Omnis enim passio secundum Philosophum, magis facta abicit à substantia. At uero cum Adâ ante peccatum animalis uitæ habuerit, rationabilis uidetur, quod obdormiuisset & somnus in eo fuisset, non ex innaturali molestia, ut sunt ægritudo & labor, sed ex naturali causa: uidelicet ex uaporatione alimenti ac humiditate cerebri. Somnus namque secundum se, est animalis quædam perfectio, quoniam in ipso uigoretur uirtutes naturales & animales quiescunt, ut postea efficacius agant. Inueniendum est & hoc, quod corpus Adæ molle & diuisibile erat, tamen impassibile fertur: quia per prouidentiam qua ipse sibi prouidere tenebatur, securum erat ab omni nocumẽto: quod in ipsum naturaliter agere ualuit. Per prouidentiam uero diuinam, conseruabatur ab omni uolentia.

Articulus LXXVI. Quod non erat homo in primo statu immortalis, & impassibilis per naturam: & quomodo immortalitas Adæ differat ab immortalitate resurgentiũ.

Quemadmodum quarto capitulo de diuinis nominibus Dionysius ait, Peccatum non tollit naturam: ideo in angelis atque hominibus, post peccatum naturalia integra permanferunt: & ideo non naturæ sed gratiæ donum erat, quod ante peccatum homo immortalis & impassibilis erat. Denique contra uarios corruptiõis modos & causas, multis conseruabatur remedijs. Quaduplici autem ex causa corpora animalium corrumpuntur. Primo quia uirtutem finitam esse non habent, & hoc omni enti corruptibili commune est. Vnde & secundum Philosophum secundo de Generatione, omnia generabilia & corruptibilia, certa terminantur periodo. Secundo propter excessum alicuius contrarietatis: & hæc causa non nisi in mixtis locum habet: & contra has duas corruptionis causas saluabatur homo propter uirtutem animæ, quæ secundum suam potestatem, et non secundum materiam capacitatem, corpus informabat. Tertia causa corruptiõis, animatis propria, est scilicet inordinatus calor, qui est instrumentum animæ, humidumque radicale consumit: et contra hanc causam subueniebatur ei duplici beneficio. Nam esu aliorum paradisi lignorum, reparabatur continua deperditio in corpore facta, sicut in nobis per cibum. Veruntamen, quoniam uirtus conuertens cibum continuo debilitatur, nec id quod postea in uiuentis naturam conuertitur, tam perfecte & efficaciter substat formæ uiuentis, sicut id quod primo substat, ideo in nobis fit tandem corruptio, dum non potest esse tanta restauratio quanta contingit diminutioni: cuius exemplum ponit Philosophus primo de Generatione, quod per aquam oppositionem, tandem amittit formam uini, sed contra hoc ualebat homini usus ligni uitæ, quod diuina sibi data uirtute, alimentum in perfectam assimilationem nutriti perduxit: & igitur quidam dicunt, quod lignum uitæ ad restorationem humidi radicalis deperditum, ualuit. Quarto contingit corruptio propter uolentiam ab extrinseco sicut ab igne, & contra hoc protexit hominem diuina prouidentia. Aduertendum autem, quod nullum mixtum potest ad tantam qualitatem pertingere, quin oporteat in ipso uno elementorum prædominari: & in animalibus calor dominatur, cum sit instrumentum animæ: & unicuique mixto debetur locus secundum elementum prædominans.

Animalium corpora quadruplici ex causa corrumpuntur.

prædominans. Lignum autem uitæ erat cooperas ad immortalitatem Adæ: sed principalis causa erat anima, uirtute sibi diuina super naturam concessa. Præterea, immortalitas dicitur potentiam ad semper uiuendum & non moriendum. Hæc autem potentia in natura hominis secundum naturalia eius, non nisi imperfecte & per modum uirtutis obedientialis existit. Complementum uero ipsius, est ex dono gratiæ diuinitus impartito. Elucescit ergo, quod immortalitas Adæ cum immortalitate resurgentiũ eadem fuit, secundum incompletam naturalem potentiam: sed secundum completiũ atque formalem immortalitatis ac impassibilitatis rationem, alia erat: quia prima erat per donum innocentie: secunda erit per donum gloriæ. In primo quippe statu talis erat uictoria animæ super corpus, ut non in corpore fieri posset quod animæ aduersaretur. In statu autem nouissimo gloria animæ redundabit in corpus: nam agile, lucidum ac spirituale erit corpus propter conuenientes animæ qualitates in ipsum redundantes.

Articulus LXXVII. Quod in statu innocentie fuisset generatio per coitum. Receptum in super alicui datum non est, nisi de his quæ in potestate eius sunt, & quod primum causa esse potest. Cum igitur Genesios primo præceperit deus hominibus Crescite & multiplicamini, & replete terram: oportet concedere, quod homo etiam si non peccasset, humana propaginis causa fuisset. At uero cum peccatum non auferat naturalia secundum Dionysium, & generatiua uirtus sit de perfectione rei, constat quod ante peccatum generatio fuisset. Dicit enim Aristoteles 4. primæ Philosophiæ, unum quodque tunc esse perfectum, cum facere ualet aliud quale ipsum est. Amplius, hoc ordini diuinæ sapientiæ competit, ut entibus naturales operationes non auferat. Sciendum autem, quod licet in generabilibus quoque indiuidua secundum se tota corruptibilia sunt, generatio sit propter perpetuitatem speciei, & non sit generatio indiuidui per se intentata in natura sed per accidens, in quantum in eis species perseverat: tamen in hominibus aliter est, cum sit secundum animam immortalis ideorum in humana specie indiuidui generatio per se intentata est. Denique ad generationem perfectam animalium, duo oportet concurrere, scilicet formam inducens quod est mas, qui se habet ut agens: & materiam præbens, quod est femina: materiam uidelicet administras. Cum ergo sit in hominibus sexus distinctio & perfecta ratio uiui, non potuisset compleri generatio, nisi per maris & femina copulam: ideo quod mulier in adiutorium uiri facta legitur. Si autem dixeris, secundum hoc fuisset in statu innocentie, uirginitatis corruptio & carnalis delectatio, quæ ut uidetur rationem absorbuisset: quod non uidetur congruere: quia tunc natura, tota integra & pura fuisset, nulla dignitate priuata. Respondendum, quod uirginitas consistit principaliter in integritate mentis, & secundario in integritate carnis: & si uicultima integritati præponderat fecunditas prolis. Integritas uero mentis nullo modo corrupta fuisset, quia copula carnalis rationem non impediisset. Ratio namque foriter in suo actu persistens, sensualitati penitus dominaretur. Nihilominus delectatio copulæ carnalis maior fuisset quod modo est, absolute loquendo: quia natura erat purior & sensus uiuacior, tamen secundum proportionem minor fuisset quod modo: quoniam feruens non fuisset sed nec superabundans, sed rationi subiecta. In omni ergo concubitu soluitur integritas carnis. Post peccatum uero Adæ, in illicito concubitu soluitur integritas mentis secundum actum & habitum. Nam propter delectationem uehementem, actus rationis absorbetur: & propter culpam, habitus caritatis auferretur. In matrimoniali autem concubitu (cum sit licitus) habitus non auferretur, sed actus rationis suspenditur. Præterea, superfluitates quæ ad defectum naturæ pertinent, ut sudores, putredines ante peccatum non fuissent. Reliquæ autem superfluitates, uirtutis expulsiuæ, fuissent absque omni utique fecunditate.

Articulus 78. Quales fuissent pueri in statu innocentie nati secundum perfectionem corporis. Vm uita humana à defectu incipiat, & ad perfectum deueniens denuo ad defectum tendat, non immerito circulatio quædam uocatur. Denique tam initium uitæ quod terminum eius, quidam conueniunt defectus. licet autem homo in statu innocentie terminum uitæ caruisset, nõ tamen initium uirtutis: propterea rationabile uidetur, quod illi defectus quod conueniunt principium natiuitatis, etiam fuissent in infantibus, sicut Magister dicit: nõ tamen secundum quod poena les sunt, quia nulli in communi deo gubernante in desensissent: sed in quantum naturales existunt. Defectus autem quod ad interitum ordinant, nõ fuissent. Aliquod tamen uerba Augustini sequentes, aliter dicunt: quibus Augustinus asserendo nil dicat. Ideoque id probabilis dicit, quod naturalis cursus ostendit. Præterea, pueri parui nati fuissent propter materni angustias uteri. Cui ergo in maiori corpore sit maior uirtus secundum incrementum augmentum, in corpore creuisset & robur corporis, fuissent autem quædam feminae natæ & quædam masculi: quia et si femina sit mas occasionatus & præter intentionem

Obiectio

Ratio

intentionem naturæ particularis, non tamen est præter intentionem uniuersalis naturæ: & fuissent mulieres & uiri in æquali numero geniti, quatenus una esset unius. Sciendū est autē, q̄ (secundū Philosophū 16. de Animalibus) generatio sceminae euenit, quia seminis uirilis uirtus nō potest perfecte uincere menstrū mulieris, ut scilicet digerat ipsum ultima digestionē: cuius impotentię triplex est causa. Primū propter defectū naturalis principij, uidelicet caloris qui adhuc diminutus est. Vnde secundū Philosophū, uiri ante tertium septennium frequenter sceminas gignunt. Et quoniā in primo statu tempus generationis anticipari potuisset, ideo hæc causa parū tunc locū habuisset. Secunda causa est ex uirtute imaginatiuā: quia tales foetus parentes frequenter generant, quales tempore coitus imaginantur parētes: quemadmodū de quadā muliere refert Hieronymus, quæ filiū nigrū genuit, quia talē in coitu in imaginatione habebat nigrā uidentis imaginē. Hæc autē causa in primo statu locū habere potuisset, præsertim propter magnā obedientiā carnis sub anima. Nam uirtutes corporales sequuntur uirtutē imaginatiuā & apprehensiuā: sicut corpus propter solam imaginationē tremit atq; concutitur. Tertia causa est ex principio extrinseco: quoniā secundū Philosophū 16. de Animalibus, parua immutatio uenti & pluuiaē seu temporis, diuersitate flexus inducit in foetū: sicut & apud pastores secundū eum expertū est, q̄ tempore uenti septentrionalis concipiuntur mares: sceminae autē meridionali uento afflante, propter abundantiam humiditatis: imō si tempore coitus aspiciant ad has plagas, concomitantur dicta diuersitas, ut frequenter, & hæc quoq; causa in primo statu esse ualebat. Infirmitas insuper carnis infantis, complectitur & defectū usus membrorum, & quē dā defectum in esurie & steru, atq; similibus. Primū itaq; fuisset in pueris illis, quia hoc correspondet naturali infirmitati mentis: ut puta defectū uirtutum & scientiæ. Secundum uero non fuisset in eis, quia sine culpa fuissent.

Hieronymus.

Articulus LXXIX. Vtrum pueri in statu innocentiaē geniti, in scientia & gratia nati fuissent.

Sicut Magister in litera asserit, positio de perfectione intellectus, in pueris illis cōtinuare debet positioni de perfectione corporis. Vnde qui dicunt in eis debuisse fuisse perfectū usum membrorum, mox ut nati essent, etiā concedunt, q̄ in perfecta cognitione nascerentur. Quia autē iam dictū est rationabilis esse, q̄ mox nati non habuissent perfectū usum membrorum propter humiditatem teneritudinēq; naturæ, consequens est id quoq; concedere, quōd in cognitione non nascerentur perfecta neq; scientia. Cerebrum enim humidissimū est in infantibus. Cum igitur uirtus imaginatiua in qua locantur phantasmata in anteriori parte cerebri, sit organū eius propter excedentē humiditatem, confusione causasset phantasmata. Phantasmata autē se habent ad intellectū, sicut color ad uisum. Vnde eis perturbatis atq; confusis, impediretur intellectus sicut & modo: quemadmodum in ebrijs & phreneticis claret. Indiget autē intellectus phantasmatis, nedū ad acquirendum cognitionē, sed etiā ut habitū cognitionis quē habet, circa species phantasmatum ponat, secundū motū ab anima ad sensus: quatenus sic actu inspicat, q̄d in mēte tenet. Propterea in epistola ad Titū Dionysius ait, quōd diuinas reuelationes suscipientes, in quibus dā eas circumponunt figuris. Considerandū est deniq; quōd primo homini duplex iustitia potuit conuenire: una originalis consistens in subiectione carnis sub spiritu, & animæ sub deo: & hanc primi parentes in posteros transfudissent quo ad dispositionē ex parte corporis, sed ipsum habitū deus simul cum anima infudit. Est & alia iustitia gratuita, actus meritorios eliciens: & de hac est duplex opinio. Qui enim dicunt hominē tantū in naturalibus conditum, asserunt istā gratuitā iustitiā non transfundendā fuisse, nisi secundū aptitudinē solum. Secundū eos namq; hæc iustitia est quæ dā personalis gratia siue proprietatis: & sic requirerbat præparationē per actū personæ. Alij uero dicūt hominē in gratia conditū: & secundū hoc uidetur gratuita iustitia esse donū naturæ collatū: propter quod transfundi debebat & secundū hoc facilliter solui possunt diuersæ autoritates. Sciendū tamē, quōd peccatum non descendit a protoplasto per modū demeriti, quasi morte omnibus ipse meruerit & in perfectionē peccati, sed per modū traductionis, naturæ traductionē sequentis. Nam unius personæ actus toti naturæ mereri uel demereri nō potest, nisi omnino limites naturæ transcedat, quemadmodū Christus deus & homo existens: a quo nascimur filij gratiæ, non per modum traductionis, sed per meritū actionis. Præterea uidetur probabile, q̄ licet Adā in prima operatione perstrisset nec tentationi succubisset, non tamē in iustitia cōfirmatus fuisset, nisi quando in spirituale uitā translatus esset. Quidā tamen concedunt, q̄ post tentationis uictoria

Dionysius.

nis uictoriam statim confirmatus fuisset, nec tamen necessario filios cōfirmatos genuisset, quia confirmatio actū personalē consequitur. Porro, carentia uisionis diuinæ intelligitur uel negatiue, & sic est naturalis defectus non pœna. Nam omni creaturæ id competit, ut ex se non habeat unde in dei uisione assurgat. Secundo dicitur priuatiua: & tūc est pœna obnoxietatem quamdam concomitans ad non uidentium deum, sicut est originalis culpa. Ex his constat, quomodo intelligi possit quod ait Anselmus: Oportebat ut qualis erat Adā, tales & gigneret. Et quod Hugo de sancto Victore dicit: Si homo in bono mansisset, filios sine peccato genuisset, non tamen necessario paternæ hæredes iustitiæ.

Anselmus.

Articulus LXXX. Quemadmodum deus tentare dicitur.

AD perfectā autē rationē tentationis, tria concurrunt. Primo ut per tentationē dubium aliquid cognoscatur. Secundo ut tentans id intendat. Tertio ut ipsemet tētor cognitionē illius rei uelit accipere. Itaq; secundū q̄d hæc tria uel aliqua eorum alicui magis conueniunt, sic magis uel minus tentare dicitur. Deus ergo tentare dicitur, quia duo prima ei conueniunt: sicut in tentatione Abrahæ patet; per illā enim aliquid dubiū cognoscebatur, uidelicet qualis Abrahā esset: & id uoluit deus nobis patere. Tertium autē istos: deo non competit, cū ipse uniuersa præsciat. Caro itaq; & mūdus tentare dicitur propter primū triū, scilicet ut uirtus & infirmitas innotescat, quæ ex impugnatione carnis & mūdi cito patescit. Hæc autē impugnatio, uel est a principio intrinseco, & sic est caro & cōcupiscentia eius: uel a principio extrinseco, & hoc dupliciter: uel sicut ab obiecto, & sic est mūdus & desiderabilia eius: uel sicut ab agēte, & sic est diabolus & mēbra eius. Uicitim quoq; dicitur solus diabolus esse tētor: tū quia ipse primo tētauit, tū quia solus animā querit occidere. Primus autē finis eius est experiri ad quod malū homo procliuor sit: secūdus est fallere. Deniq; cū peccatū consistat in proprio actu, ideo tentatio quæ demon immitit ut uel mundus, non est hominis peccatū secundū se: sed tunc incipit esse peccatū, cū ei cooperatur per delectationem & consensum: & ideo in tali tentatione habet se homo solum ut patiens, si resistat. Tētor uero quæ est a carne, peccatū est: quia illicitus appetitus secundū quē tentari dicitur homo, est ipsius conuictus: uidelicet totius hominis. Veruntamē si motus cōcupiscentis insurgat sine præuia alicuius delectabilis apprehensione ex sola naturali causa, ut puta calefacto corpore insurgit motus libidinis, sic nō est peccatū: quia nullū pure naturale est culpabile. Hoc quoq; modo potest diabolus in homine causare motum libidinis: cum corpus & organa immutare queat: consensum tamen extorquere non ualet. Quomodo deniq; sit tentatio appetitū, sciendum q̄ cum bonum sit appetitus obiectū, sicut tentatio habet rationem boni, sic & rationem desiderabilis habet. Cum ergo tentatio fit per se ordinata & tendēs in perditionē tentati, nec ordinatur ad salutem ipsius, nisi per accidens, scilicet ex concursu alterius causæ, in quantum per auxiliū gratiæ superatur, ideo tentari simpliciter non est appetendū, sed tentari & uincere simul acceptū, optandū est. Veruntamen cū sit uictoria ex parte nostri propter fragilitatē nostrā nimis incerta, securius fugitur q̄ optatur. Ideo dñs docet nos orare, ut in tentationem nō inducamur. Quōd in super Iacobus ait, Omne gaudiū existimate &c. intelligendum est de tentatione tribulationū, ad quæ nos patientiam instruit: quia nec aliter uinci possunt. Ideo cum gaudio sufferendæ sunt & cum tranquillitate: & ipsum gaudium uictoria quædam est, quod non de tentatione sed patientia habendum est.

Mart. & Iaco.

Articulus LXXXI. De ordine tentationis primorum parentum: & an peccatum Adæ omnibus alijs peccatis grauius fuit.

Sicut Augustinus differuit, progressus tētoris interioris in nobis, repræsentat ferriem tentationis primorū parentū. In nobis quippe tentatio a sensualitate incipiens, per inferiorē rationē ad superiorē rationē pertingit: sic in illis serpens qui sensualitatem designat, per mulierem quæ est forma inferioris rationis uirū decepit, in quo significatur superior ratio. Ideo quille processus tentationis decēs erat, quatenus in eo sequētiū peccatorū similitudo ostenderetur. In tentatione autē illa fecit diabolus aliquid quod ipsi cōplacuit: uidelicet q̄ in aliena forma apparuit, & primo mulierē accessit, aliquid autē fecit non sponte, quia in illius aliā specie, & præsertim boni angeli assumpsisse, in qua citius decipisset, sed a deo permissus non erat, nisi formā serpentis assumere. Deniq; in peccato multa possunt atē di: propter quod unū alio grauius extat illud tamen simpliciter grauius est, in quo plura ag grauantia concurrunt: & maxime quod ex ratione propriæ speciei enormius ē. Sic ergo peccatū Adæ quantum ad aliqd grauius erat, q̄ in minori tentatione pulsatus succubuit.

succubuit: & quoniam facilliter resistere ualuit: sed secundū speciē peccati & simpliciter loquendo, multa grauiora peccata sequuta sunt. Si uero quis dicat, q̄ peccatū Adā maximū bonū abstulit, scilicet originalē iustitiā totius posteritatis, & maximā læsionē in tulit naturam totā corrumpens, ergo grauiissimū extitit. Respondendū, q̄ etiā alia peccata donū originalis iustitiæ abstulissent, si naturā integrā inuenisset, quē admodū secundū mortale peccatum gratiā tolleret si adesset: ideoq̄, q̄ peccatū Adā maius bonū peremit, per accidens fuit. Conformiter peccatum Adā & personale erat: & sic non est ei maxima pœna inflicta. Erat etiā quoddā naturale peccatū, & sic naturā infecit, & maximā pœnā fortitū est: sed in posteris est hæc pœna, pœna damni dūtatar. Amplius autē, quoniā talis erat institutio originalis iustitiæ, ut nec caro spiritui, nec sensualitas uel inferior pars rationi rebellis esse posset, nisi ipsa in primis ratio deo non subiaceret, ideo non potuit primus homo ante mortale peccatū uenialiter peccare, nam quicquid in inferiori parte fuisset, ratio in deū ordinasset, q̄ diu ipsa sub deo mansisset. Ipsa autē sine mortali peccato à deo averti non potuit: & quāuis libere arbitriū ante peccationē habebat, hoc tamen in actū uenialis peccati prodire nequibat, nisi præcedente mortali. Dicit autē Augustinus, q̄ Adā peccatū suū neniale putabat: sed hoc miq̄ uidetur cum doctissimus fuerit, nec rationabile est secundū Philosophū secundū Posteriorē, q̄ nobilissimi habitus animæ insunt quos ignoremus. Sciendū igitur, q̄ peccatū ueniale est triplex: primū ex genere, ut uerbum otiosum aliud ex causa quod scilicet ex ignorantia aut infirmitate causatur: ob quā excusabilitatē aliquā habet. Tertium ex euentu, sicut culpā præcedentē mortale, confessio ueniale facit secundū Ambrosiū: quia re linquitur tēporalis pœnæ reatus. Verbū igitur Augustini, de ueniali ex causa intelligitur: quod tamen simpliciter mortale est. Quod uero Aristoteles dicit, de habitibus cognititiæ partis accipitur, de quoq̄ perfectiōe certitudo est. Habitus nempe affectiue latere possunt, quem admodum de charitate certum est. Poterat etiam Adam aliquid scire in communi, quod non considerauit in particulari.

Augustinus. Peccatū ueniale triplex.

Articulus LXXXII. Quod peccatum Adā erat superbia: & quomodo appetit esse sicut deus. Et utrum Eua grauius peccauit q̄ Adam.

IN uno autē actu pluriū peccatorū reperiri possunt deformitates: sed illa quæ formalior est, ut puta quæ ex principali motiua atq̄ intento accipitur, speciē complet & propriam nomē impartit. Vnde in peccato peccatoplasti, gula & auaritia, & inanis gloria erant: tamen quia omnia alia ad finem excellentiæ referebat, sicut & serpens spondit, Erit in quiens sicut dii, ideo superbia proprie & formaliter erat peccatū ipsius. Alia uero quasi materialiter se habebant. Propterea q̄, Ethicoz ait Philosophus, q̄ qui mœcharur pro lucro, auarus & iniustus potius q̄ mœchus uocandus est: & scilicet, si primi angeli, & primi quoq̄ hominis peccatum erat superbia. Sola enim superbia ex perfectiōe sumit exordium: alioz uero peccatorū occasio esse solet, quidā defectus. Sciendū est autē, q̄ primi parētes non crediderūt uerba dei esse falsa: sed putabāt alio forte modo ea esse intelligēda: uel ad aliud significandū prolata: uel certe, q̄ elatio mentē excæcat, appetitus excellentiæ impediuit, ne actualiter diuini uerbi ueritatē pensarent. Deniq̄, cupiditas tripliciter sumitur: Primo ut est speciale peccatū, cuius obiectū sunt bona temporalia ad usum pertinentia uitæ: & sic non erat in peccato parentū auaritia. Secundo ut est generale peccatū, prout est immoderatus appetitus habēdi, siue scientiæ, siue temporalia, aut quodlibet aliud: & sic erat in eis cupiditas uel auaritia. Tertio ut est non quidē peccatū, sed pronitas ad inordinatē appetendū. Præterea contemplandū, q̄ nec Adā, nec Lucifer optrauit deo in aliquo æquari simpliciter: Nam hoc & impossibile est & inexcogitabile: sed uolebant assimilari deo in modo habēdi quasdam perfectiōnes, differenter tamen: quia angelus in excellentia potentitiæ: homo in excellentia scientiæ peccauit. Cum etenim angelus fuerit creaturarum dignissimus propriā dignitatem conspiciens, naturaliq̄ uirtute annitēs, causalitatē & gubernationem quandam appetit super sibi subiecta, tamen sub deo, à quo se esse & dependere agnouit: sed hoc optrauit secundū propriæ dignitatē naturæ, non secundū donum supernaturalē fortiri. Porro, homo quia creaturis inferioribus prælatu erat ut eas regeret, eisq̄ uteretur, non tam per potentia q̄ prudentiā, ideo quandā optrauit scientiæ plenitudinem, ut scilicet per ligni prohibiti esum & propriæ rationis naturale lumē præesse posset, & sibi & cæteris, tamen sub deo: sed & rationem propriam donum dei esse sciebat: & hoc insinuauit uerba serpentis, scientiam boni & mali: quod utiq̄ ad actiones pertinet promittentis. Ideo Augustinus dicit, q̄ noluit ut seruus teneri mādato, tanq̄ uidelicet regulā ab extrinseco,

Gen. 3.

Cupiditas triplex.

Gen. 3.

atq̄

atq̄ ordinate secundū munus gratiæ dei prædictā consequeret scientiā. Præterea, duo peccata sic se possunt habere, ut secundū aliquid sit unū grauius altero: quod tamen illo simpliciter leuius est secundū plures circumstantias, quæ in illis possunt atēdi. Illud quippe simpliciter grauius extat, cuius motiū peius existit. Sic igitur, quoniam mulier ex sola elatiōe peccauit, uir autē non sic, sed etiā ex quadā amabili benignitate ad sceminā, unā cum quadam elatiōe peccauit, ideo simpliciter peccatū mulieris enormius fuit: tamen in aliquibus minus peccauit q̄ uir, quia uidelicet erat sexus fragilior, & lumen rationis debilius. Adhuc autē, maior erat elatio mulieris q̄ uiri. Ipsa namq̄ ex appetitu inani intantum excæcata est, ut possibile uerumq̄ crederet, quod serpens promisit: unde & seducta dicitur ab Apostolo. Vir autē non sic obtenebrabatur serpentis promisso, ut in principio possibile aut futurū crederet illud, propriæ scilicet excellentiæ excæcatus amore. Veruntamen, elatio quā concepit, ad experiendū ipsum in duxit: & sic dubitationē quandam in ipso effecit, quæ in muliere firmam opinionem cauauit. Itaq̄ uoluntas mulieris peruersa, erat perfecta: uiri autē non nisi conditionata: quia non optrauit illud nisi sub cōditione, si scilicet possibile foret. Licet insuper Adam peccando de dei misericordia cogitauerit, non tamen præsumptionis peccatum commisit. Si quidem de dei misericordia cogitare cū penitendū & resiliendū proposito, non præsumptionem causat, sed peccatū magis alleuiat. Sed cogitare de ea sine emēdationis proposito, præsumptionem inducit.

1. Tim. 3.

Articulus LXXXIII. An ignorantia sit peccatū: & quomodo ipsa excuset peccatū.

DE ratione porro peccati aliud non est, nisi priuatio alicuius debiti in esse dum & quomō ipsum in esse cōgruit. Nam ideo ignorantia si priuatiue dicatur, in se culpa est: dū scilicet aliquis ignorat quod iure scire debet. Nō enim singuli eadem scire tenent. Nec miq̄ si ignorantia peccatū dicat, cū peccatū sit corporalibus carere quæ ad statū uel officiū pertinet, ut rōsura uel ueste. Est autē ignorantia nō originale, sed actuale peccatū, eo modo q̄ omisso dicit potest actuale peccatū: qd qualiter sit, infra patebit. Est quoq̄ ignorantia inquantū peccatū est, in uolūtate sicut in causa: in intellectu uero ut in subiecto. Deniq̄, ignorantia uno modo dicitur ex parte scientiæ: quia uidelicet in eius potestate est, & hæc uincibilis dicit seu affectata. Secūdo modo nō est in potestate scientiæ, & dicit inuincibilis. Quod autē sit in potestate scientiæ, cōtingit dupliciter. Vel p se, ut dū ignorat peccatū qd scire statim posset: uel quantū ad suā causam, sicut patet de ignorantia ebrii, quia ebrietas uitari potuit. Alia est diuisio ignorantie ex parte scibilis. Vna em̄ est eius quod q̄ scire tenet, quā uocat Philosophus uniuersalē: iuristiæ autē ignorantia iuris. Alia est eius quod q̄ scire nō tenet: uidelicet particulariū circumstantiarū, quæ secundū Philosophū particularis dicitur: secundū iuris peritos ignorantia facti. Tertia est diuisio ignorantie ex ordine actuū. Quæ dā namq̄ est causa actus. Nā si sciret non faceret: sic peccās, per ignorantia peccat: & signū huius, est poenitudo de actu. Alia uero non est causa actus, sed per accidens se habet ad illū: & secundū Philosophū 3. Ethicoz sic peccās, non dicitur per ignorantiam peccare, sed ignorat, unde nec poenitet, sicut qui accedit ad unā mulierē quā credit alterā, ad quā tamen accederet quāuis sciuisset. Quæ dā insuper est ignorantia consequēs peccandi affectū: dū uidelicet ex cōcupiscētia quā uolūtas nō reprimat, ratio obfuscat in particulari. & hæc est ignorantia electionis, secundū quā omnis peccās est ignorās. Agnoscendum est itaq̄, quia eo modo quo ignorantia rationē uoluntarij tollit aut minuit, peccatū excusat: quia ignotū non potest esse uoluntariū. Ideo ignorantia quæ non est causa actus, nec excusat nec minuit culpā. Quæ uero est causa actus, excusare potest, aut in toto aut in parte. Si nāq̄ nulla conūgitur ei culpa inquantū ignorantia est scilicet negligētia discēdi, &c. tunc omnino excusat, quæ admodū ignorantia inuincibilis & particularis, adhibita tamē diligētia debita. Ignorantia autē cui culpa miscet, excusat in parte inquantū ignorantia est: sic em̄ uoluntariū minuit, sed non inquantū culpa est, unde non excusat à toto, sed à tāto. Similiter ignorantia uincibilis, siue sit uincibilis secundum se, siue propter causam suam: dūmodo tamen rei illicitæ operā dederit, quan do ignorantia incurrit. Si namq̄ rei licitæ operā moderate disisset, ignorantia sequens, culpā nō haberet: & ideo peccatū sequens ex toto excusaret, sed in his qui exercitio spiritualium in amentiam conuertuntur. Ex his cōstat q̄ licet ebrius, homicidæ dupliciter peccet: nil tamen prohibet, quin quantitas sequentis peccati per ignorantiam ex priori peccato ortam, aliqualiter minuatur.

Ignorantia.

Ignorantia exceptio.

Articulus LXXXIII. Quod impeccabilitas nulli creaturæ conferri potuit, & cur deus hominem condidit quem lapsurum præuidit.

xx Omne

OMne proinde creatum eo ipso quo creatum est, dependentiam habet ad deum, & naturaliter conuertitur ad suam causam: & si a deo auertatur, protinus deficit. Eorum autem quae ad deum conuertuntur, quae da libere conuertuntur: & in his solis potest esse peccatum. Alia naturaliter conuertuntur, ut in suo esse conseruent. Est autem contra rationem & libertatem arbitrii & uoluntatis, ut in una partium cogatur, aut ad unum determi-
 nentur per naturam: & ideo per naturale donum impeccabilitas nulli creaturae dabilis est, sed per gratiam tantum, qua homines filii dei fiunt: ideo de homine scriptum est: Reliquit eum in manu consilij sui. Non est igitur capax, quod peccare non queat secundum naturalia sua, sicut nec aer, ut secundum se ipsum sit actu lucidus. Nunquam enim proprietates superioris, conuenit inferiori per se & secundum naturam, nisi natura inferior fiat de natura superioris. Denique sicut 4. cap. de diuinis nominibus Dionysius ait, diuina prouidentia non est corruptiua, sed saluatiua naturae: & ideo hoc ad deum pertinet, ut unum quodque in sua natura permaneat: bonum ne peccati uniuersi, excedat bonum priuatum: & ideo oportet, ut omnes entium gradus consistant, & diuina perfectio in diuersis laudabilis clareat. Nam licet particulari naturae expediret, quod in altiore gradum prouheretur, hoc tamen ordini uniuersi derogaret. Itaque si peccatum omnino impediretur, multi gradus rerum perirent: ut puta libertas arbitrii, & a peccato posse resurgere: & misericordia dei non ita splenderet, neque eius iustitia. Rursus, cum sit bonum potentius malo, non ita erant mala tollenda, ut bonum omnino non esset, in quo mala cadere ualent. Non igitur permisisset deus mala fieri, nisi exinde perfectio uniuersi, decorem haberet.

Articulus LXXXV. Quomodo uidit Adam deum ante peccatum.

Tripliciter denique deus potest cognosci. Vno modo per essentiam, sicut etiam lux sensibilis uidetur ab oculo, non per speciem ad uisum delatam, sed per suam essentiam informam oculis. Alio modo per effectum aliquem extra intellectum uidentis existens, in qua diuina similitudo resultat: sicut lapis cognoscitur per speciem quam intellectui inuenit: & hic modus naturali institutioni angelorum conuenit. Videns enim propria essentia quae est lux quae da, existens diuinae & increatae lucis signaculum, uidet deum hoc modo. Unde in libro de Causis dicitur, quod quod intelligit, scit id quod est supra se per hoc, quod est causa eius. Tertio uidetur deus sicut uidetur facies hominis in speculo, non quidem per similitudinem eius immediate, sed per aliquid in quo eius similitudo relucet: & sic uidetur deus per effectum extra intellectum existentem, ut puta per naturale effectum: ut inuisibilia dei per sensibilia philosophis ab Apostolo diuinitus reuelata dicuntur: siue per spirituale effectum, ut in cognitione fidei quae illis asentit, quae sanctis uiris per insuentiam spiritualis luminis sunt ostensa. Ideo nunc uidemus in speculo, nam & anima nostra nunc seipsum non agnoscit, nisi per speciem rerum quas apud se habet. Prima igitur dei uisio, angelo & homini non nisi per gratiam conuenit: nec sic Adam in paradiso cognouit, quia uiator fuit. Secundus autem modus quod angelis naturalis est, etiam post peccatum uisus contemplatiuis a deo conceditur per gratiam, ut in reuelationibus: & multo eminentius hic modus homini ante peccatum, per originalis iustitiae gratiam conuenire ualebat. Tertius uero modus communis est uiatoribus. Ideo dicit Magister, quod cognitio ad media erat inter uisionem patriae, & eam quae est per speculum in aenigmate. Tamen in principio quarti libri dicit, quod uidit deum immediate: sed hoc ideo asserit, quonia non in diguit sicut modo, medio argumentationis ex sensibilibus tendendo in deum, sed per spirituale effectum eum cognouit: & quoniam hoc perdidit, ideo iam sacramentalibus signis opus est. Præterea ut Donatus diffinit: Aenigma est quæstio, uerborum obscuritate inuoluta. Obscuritatem ergo quandam cognitionis, aenigma designat. Hæc autem obscuritas primo accidit intellectui creato, quia ex nihilo est, propter quod a claritate diuina occumbit: & sic omnis intellectus creatus aenigmaticus est. Secundo accidit, quia intellectus est ratiocinans & inquirens, & ex sensibilibus progrediens: & sic etiam ante peccatum intellectus hominis aenigmaticus extitit, quia per continuum & tempus intelligebat. Intellectus uero angeli secundum Dionysium deiformis est. Tertio contingit ista obscuritas propter molem carnis, quae propter suam corruptionem ex peccato se quaerit, animam deprimit: & sic non erat intellectus hominis aenigmaticus, sed iam est.

Articulus LXXXVI. An Adam perfectam rerum cognitionem habebat.

& utrum homo ante peccatum decipi potuit.

Illam autem scientiam primo homini fuisse collatam, fateri oportet in statu innocentiae, siue quia imperfectus fuisset. Tunc uero dicitur aliquis in scientia perfectus, dum ea cognoscit quae ad ipsum pertinent. Ad hominem insuper pertinebat, primo sui ipsius in operibus

Eccl. 17.

Tripliciter de
 una cognosci.

Rom. 8.

1. Cor. 13.

Aenigma.

operibus suis directio: & ideo nouerat quid agendum esset quid item uitandum. Pertinebant quoque ad eum aliae creaturae quibus erat praelatus, & quae propter eum erant, ut emolumentum de eis haberet, aut eas gubernaret: & ideo cognitionem ad hoc necessariam habuit. Porro hanc cognitionem aliter filij eius habuissent quam ipse. Nam cum secundum Boetium, natura a perfectis exordium sumat, & diuina perfecta sunt opera, ideo sicut in principio secundum corporis formationem erat perfectus, ita & secundum animam in scientia & uirtute: & hæc perfectio data est ei, non sicut personae, sed sicut principio speciei, ut potens esset ad probandum alia corporaliter, & instruendo intellectualiter. Filij autem eius (quia cum originali iustitia nati fuissent) etiam habitum prudentiae mox nati per infusionem percepissent, per quem eligere potuissent, quid agendum & quid non agendum. Unde sexto Ethicorum dicit Philosophus, quod sine prudentia, nulla potest esse iustitia nec uirtus: tamen per indispotionem membrorum & organi, ab actu prudentiae forte impediti fuissent: sed aliarum cognitionum habitus per inuentionem atque doctrinam erant adepturi, quatenus cum incremento corporis cresceret perfectio mentis. Alij dicunt, quod omnium rerum cognitionis habitus habuissent: sed nec naturae integritas, nec originalis iustitia hoc exigit. Sciendum præterea, quia sicut in corpore hominis nulla poterat esse infirmitas manente sensuualitate sub ratione, sic nec in anima potuit esse deceptio manente mente sub deo per originalis iustitiae rectissimum ordinem. Tota quippe perfectio eius, ex adhaesione dependebat superioris partis animae sub deo: & ideo ante peccatum homo decipi non ualebat. Nam sicut diuina eum prouidentia a corporeis nocuentis foris protexisset, sic & a deceptione eum seruasset eorum, quae ipse per se scire non quirit, sicut mox intellexisset, si quis ei fallum pro uero obtulisset. Veruntamen mulierem dicit deceptam Apostolus, & uirum Augustinus. Ipse enim uentale putabat quod erat mortiferum. Sed hæc deceptionem præcessit elatio, quam mulier ex uerbis serpentis concepit: & uir quoque ex eis uicinis mutauit. Rursus sicut ait Magister, mulier serpentem credebatur deo usum accepisse loquendi, & sic uidetur decepta ante culpam. Respondendum, quod non putabat serpentem loquendi usum diuinitus accepisse secundum conditionem naturae, sed per ministerium spiritualis creaturae: nec tamen pensauit, utrum uirtute boni uel angeli mali & an deo iubente uel permittente id fieret.

Articulus LXXXVII. De libero arbitrio an sit habitus uel potentia:

& si potentia, an una uel plures.

Dicunt præterea quidam, quod libere arbitrium habitus sit, actum tamen atque potentiam comprehendens, non tamen quod sit quantitas potentiae superueniens potentiae, sed quae da eiusabilitas uel facultas ad actum. Sed hæc positio non uidetur idonea, cum habitus secundum proprietatem nominis sui, qualitatem dicat quae est principij actus, informantem & perficientem potentiam. Ideo alij dicunt, quod libere arbitrium potentia non absolute, sed prout per habitum perfecta est, non acquisitum neque infusum sed naturale. Hoc quoque non rationabile apparet. Nam uoluntas cum sit uis imperans non imperata, non per habitum, sed ex propria natura dominium habet actus sui. Præterea, cum libere arbitrium sit secundum se indeterminate, non potest esse habitus: quonia omnis potentia per habitum determinatur ad aliquod unum simpliciter. Unde libere arbitrium facultas dicitur, non quasi sit habitus, sed quia in potestate est libera, quae actum habeat. Nihilominus quidam large uolentes nomine habitus, ut Bernardus, uel nomine actus ut Magister, dicunt liberum arbitrium esse habitum, aut iudicium liberum. Quod uero Augustinus dicit hominem præuaricando, & se perdidisse & arbitrium libere, non de potentia uel de ipsa essentia arbitrii sumi debet, sed quod dignitatem liberi arbitrii minuit, peccato se subdens. Denique cum potentiae distinguatur per actus, sicut libere arbitrium habet actum determinatum qui est eligere, sic est determinata potentia. Colligit tamen plures potentias, scilicet rationem & uoluntatem: non utique essentialiter sicut totum suas partes, sed uirtualiter. Nam sicut potentiae, fluunt ab anima ordine quodam. Unde sicut uirtus animae relinquitur in omni sua potentia, sic uirtus unius potentiae relinquitur in alia, quae ipsam naturaliter præsupponit uim apprehensiuam: imò & una potentia plurimum in se potentiarum uirtutem colligere potest: & sic de libero arbitrio. Nam actus eius scilicet electio, præsupponit discretionem, & importat quoddam desiderium: cum non sit aliud electio, nisi pluribus propositis, unius præoptatio. Discretio autem ad intellectum pertinet, & ad uoluntatem desiderium: ideoque has duas potentias liberum arbitrium comprehendit.

Articulus LXXXVIII. An liberum arbitrium sit potentia a uoluntate &

ratione distincta, & utrum per ipsum homo peccatum uitare ualebat.

Quoniamquidē potentia distinguuntur per actus, eligere autē quod est liberarbitrii actus, aliud est quod uelle simpliciter aut ratiocinari, ideo quā potest liberarbitriū esse potentia mediā inter uoluntatē & rationē, quasi utraq; in suo actu participat, licet secundū dignitatē eis posterior sit: quoniam obiectū eius nō est principale bonum aut finis, sed bonū secundū dignitatē eligibile ad finē. Sed cū subtilissimi philosophorum præter rationē & uoluntatē, nullā aliā potentia in intellectuā parte posuerūt, uidetur positio ista non esse conueniens. Deniq; cū sexto Ethicorū Philosophus dicat, quod electio est uel intellectus appetitiuus, uel appetitus intellectiuius, non uidetur esse liberarbitriū uoluntate & ratione distinctum: & uidetur uerba Philosophi & etiā Damasceni potius uelle, quod sit electio actus uoluntatis, inquantū in ea manet actus rationis. Nam cum in aliquo actu manet uirtus alterius potentia, semper ille actus ascribitur potentia, unde immediate procedit. Electio autē est præconiliati appetitus: & ita erit principaliter actus uoluntatis, nō simpliciter, sed prout in ea relinquitur actus rationis, propter quod electio nominat uoluntatē deliberatā. Ideo quod actus liberarbitrii nō dicit uelle simpliciter, nec obiectiuius bonū simpliciter, sed cū quadā modificatione. Insuper, aliquē nō posse uitare peccatum, intelligi potest dupliciter. Vno modo, quod ad peccandum compellatur. Secundo, quod illud propter passionem uel habitum malum inclinatur quibus uincitur: & neutrum horum modorum dici potest, quod Adam peccato resistere non ualebat. Natura enim in eo integra erat, & liberum arbitrium cogi non potuit: imō facillime peccato resistere potuit, ob quod grauius cecidit. Vnde liberum arbitrium, quamuis per se non possit in bonum meritoria, tamen ex se habet unde uitare queat malum, & ad gratia se disponere donum.

Peccati uitari non posse, dupliciter intelligitur.

Articulus LXXXIX. De sensualitate, & de superiori ac inferiori ratione.

Est autem inter sensibilitatē & sensualitatē distinctio. Nam sensibilitas, omnes uires sensitiuæ partis interiores & exteriores, apprehensiuas & appetitiuas complectitur. Sensualitas uero, illam partem animæ nominat, per quā ad appetendū aliquid uel fugiendū, mouetur. Præterea, sicut apprehensio intellectiualis mouet uoluntatem, prout res intelligitur sub ratione boni aut mali, sic apprehensio sensitiua non causat motū, nisi sensibile apprehendatur sub ratione conuenientis siue nociui. Vis autē sensitiua que tales intentiones cognoscit, est æstimatiua, per quā agnus uiso lupo, concipit speciē inimicitia: & fugit: & hæc se habet ad appetitū sensitiuū, sicut intellectus practicus ad uoluntatem. Proprie ergo incipit sensualitas in æstimatiuæ & appetitiuæ sequentis cōfinitio, ut se habeat sensualitas ad partē sensitiuā, quemadmodū uoluntas & liberum arbitrium ad partem intellectuam. Ratio autem delectabilis quod sensualitatē mouet, aut exteriori sensui percipitur sicut exteriorum delectabilia sensui, aut interiori dumtaxat sensui percipitur, ut agnus uisa matre amicitiam concipit & ad ubera currit: & secundum ista, sensualitas in duo tēdit uidelicet in delectabilia secundum sensum externum, & in ea quæ sola æstimatione nociua aut conuenientia æstimantur: & secundum hoc dicit Magister, quod sensualitas est tendens in corporis sensus quoad primū: & quod ex ea est appetitus rerum ad corpus pertinentiū. Patet ergo, quod proprie loquendo, uires apprehensiuæ sensitiuæ, pertinent ad sensualitatem tanquā præambula, sicut ratio ad liberum arbitrium. Vires autem appetitiuæ, sicut ad essentia eius pertinentes. Sensualitas quoque non nominat unam potentiam, nisi secundum genus: sed diuiditur in concupiscibilem & irascibilem, à quibus tamen secundum rationem differunt, quia concupiscibilis & irascibilis nominant appetitum sensitiuum, prout rationi obedire natus est, cōpletus & per obiecta distinctus. Sensualitas uero nominat eum, secundū quod incompletus est, indeterminatus atque à ratione depressus. Vnde perpetuæ corruptionis dicitur & uirtutis incapax. Porro dum in superiorē & inferiorē diuiditur, sumitur pro sola potentia intellectuā, cuius est apprehendere aliquid per inuestigationē & collationem sub ratione boni uel mali, non naturali instinctu, sicut bruta cōuenientia sibi atque nociua cognoscunt. In hac autem ratione, ordo est secundum gradum eorum quibus intendit. Quædam namque quibus intendit, æterna & necessaria sunt, quædam temporalia: & eadem ratio prout æternis in hæret, superior ratio dicitur: quæ inferior appellatur, dum temporalibus ad ministrandum intendit. Aeternis uero dupliciter potest intendere: uel considerando ea in seipsis, aut prout sunt regula quædam temporalium agendorum, inquantum per ea dirigimur in disponendis: quia secundum Philosophum, uniforme est causa atque mensura multorum rerum. Itaque ratio superior, partim quidem speculatiua est, partimque practica. Ideo dicit Magister, quod ratio inquantum speculatiua, intendit supernis inspicendis:

dis: inquantum uero practica, supernis consulendis. Distinctio itaque rationis superioris ab inferiori, non est accipiēda secundum speculatiuum & practicum, quasi ad diuersa obiecta respiciant, de quibus ratiocinatio est, sed distinguuntur ex parte mediorum, unde ratiocinatio sumitur. Ratio nempe inferior consiliatur ad electionem tendēdo ex rationibus temporalium rerum quas mortalis considerat, scilicet diminutū, superflū, honestū. Superior autem ratio ex diuinis & æternis rationibus consiliū accipit, ut puta quia est contra præceptū dei &c. Diuersitas uero mediōrum quibus ad eandē conclusionē proceditur, non distinguit potentiam, sed quandoque habitum: & ideo ratio superior & inferior sunt una potentia, & secundum habitum differunt: quoniam superior perficitur sapientia: inferior autē scientia. Et sciendum, quod non quælibet diuersitas actus diuersificat potentiam, sed illa duraxat, quæ sumitur secundum diuersam rationem obiecti: & ob id, licet actio superioris rationis ab inferioris actu differat, potentia tamen una est.

Articulus XC. Quid sit synteresis, & quid conscientia.

Quemadmodum Augustinus ait, & Aristoteles probat, omnis motus etiā naturalis, ab immobili motore procedit. Cū ergo ratio in suo discursu uariabilis sit atque fallibilis, oportet ut à quadam uniformi ac certa, quietaque cognitione procedat, quæ sine discursu habeatur subito, dū offertur. Vnde, sicut ratio speculatiua procedit ex principiis per se notis, sic ratio practica ex principiis quibusdā per se notis proficiscitur, sicut, deo esse obediendū, malū fore uitandū: & horum habitus synteresis dicitur: quæ distinguitur à ratione practica, non per substantiam potentia, sed per habitū quendā innatum. Synteresis igitur nominat uel habitum tantū, uel potentia simul cum habitu, & pertinet ad intellectum. Vnde Augustinus dicit, uniuersalia iuris in naturali iudicatorio scripta sunt, quod est synteresis. Sciendum quoque, quod liberi arbitrii est particulare iudicium de hoc operabili: synteresis uero uniuersale iudicium per communia iuris principia, & ideo non sunt ad idem: præsertim cum synteresis sit tantū ad unū, quia nunquā errat, & opponitur fomiti. Nam sicut fomes semper instigat ad malū, sic ipsa ad bonū. Deniq; sicut ait Philosophus 7. Ethicorū, in eligēdis & fugiēdis uti ratio syllogismis quibusdā. In syllogismo autē, sunt maior & minor atque cōclusio. Cū ergo synteresis sit habitus principiorum in agēdis, ipsa in tali syllogismo offerunt maiore, cuius consideratio est actus eius. Ratio autē superior siue inferior, minore. Consideratio uero cōclusionis elicita, est actus conscientia. Dicitur enim conscientia quasi cum alio scientia, quia uniuersalis scientia per eam ad particulare actū applicatur: & per eam est sibi homo conscius eorum, quæ fecit aut operari intendit. Sic etiam dicitur sententia & dictamen rationis: & quidē conscientia errare cōtingit, non propter errorem synteresis sed rationis. Est itaque differentia legis naturalis conscientia atque synteresis. Nam lex naturalis dicit ipsa principia iuris: synteresis uero nominat habitū eorundē, uel potentiam cū habitu conscientia. Conscientia autē nominat applicationē legis naturalis ad faciendam per modū conclusionis: propterea diffiniunt aliqui, quod conscientia est dictamen rationis, quod iudicat uel ligat ad aliquid faciendū uel non faciendū: & quoniam nemo ligatur ad agendū aut dimittendū, nisi prout actualiter considerat hoc esse agendū, ideo constat, quod conscientia proprie nominet actū. Veruntamen uicissim improprie sumitur pro re conscientia, sicut dum ait Apostolus: Charitas procedit de conscientia bona. Interdum etiā sumitur pro habitu quo quis ad consentiendum disponitur: & sic dicit Damascenus, quod conscientia est lex intellectus nostri. Quandoque tamen ponitur conscientia pro synteresi & contra, propter propinquitatem quam habent. Virtus namque conclusionis, ex communi principio trahitur. Insuper, tam conscientia quæ electio, conclusio quædam est particularis agendi: sed conscientia est conclusio cognitiua tantum electio autem conclusio affectiua tantum.

Synteresis

Aristo.

Conscientia finitio, eiusque uaria acceptio.

1. Tim.

Articulus XCI. De motu sensualitatis & utriusque rationis, & qualiter in sensualitate & in ratione sit peccatum.

Cum sit motus uia in aliquid, ideo in potētis animæ inclinatio, motus uocatur. Et quoniam inclinatio non nisi appetitiuis potētis proprie conuenit, ideo in eis dumtaxat dicitur esse motus. Est autem in nobis triplex appetitus: scilicet naturalis qui ex naturali dispositione qualitatum mixti causatur, ut appetitus cibi: & hic rationi in nullo obedit nec in eo peccatum: propter quod relinquit eum Magister. Alius est appetitus sensitiuus, qui ex sensu aut imaginatione procedit: & hic uocatur motus sensualitatis. Tertius est rationalis, qui ex apprehensione rationis exoritur: & est actus uoluntatis. Porro apprehensio rationis duplex est: uidelicet absoluta & simplex cum statim finē

Motus.

Appetitus triplex.

Apprehensio rationis duplex.

discussione apprehensum diiudicatur: & talem apprehensionem sequitur in deliberata uoluntas. Alia est apprehensio rationis per discursum, à quo oritur uoluntas deliberata. Ratio autem inferior, utroque modo circa terrena motum uoluntatis producit: & si primo modo, sic appetitur motus eius qui delectatio dicitur, quia accipit quod corpori delectabile est, ut prosequendum. Si autem secundo modo, tunc non sequitur appetitus ante deliberationem. Et quoniam ratio superior per se non inhæret terrenis, sed in quantum rationibus regulantur æternis, ideo in illis non sequitur ea delectatio, sed solum deliberatus appetitus. Delectatio quippe complacentiam non deliberatam insinuat. Præterea scire oportet, quod motus sensualitatis qui pure naturales sunt, ut puta ex dispositione naturalium qualitaturn surgentes, nullo modo peccata consistunt. Unde quidam dicunt, quod motus primo, primi culpam non habent, sed motus secundo, primiti qui scilicet ex imaginatione causantur, & aliquo modo rationi subduntur, peccata sunt, sed leuissima sicut ait Magister: & sic in sensualitate est ueniale peccatum tanquam in subiecto. Licet enim motus hi sensualitatis, rationi non subdantur complete, neque uoluntas imperio secundum se, aliquo tamen modo subduntur, in quantum causam eorum uoluntas seu ratio prohibere ualebat: & intantum culpabiles sunt. Mortale autem peccatum in sensualitate esse non potest, quia sensualitas appetitum sensituum dicit, prout ad carnem depressus est: sic uero rationi & uoluntati perfecte obedire non potest: & ideo nec plenam deformitatem fortitur. Voluntas equidem est omnis peccati origo: & sicut Aristoteles asserit, ipsa est principium moralium: & quia in sensualitate inchoat uoluntatis dominium, ideo est in ea prima radix peccati. In sola autem uoluntate dicitur esse peccatum, non sicut in subiecto, quia inordinatus actus non est solum in ea, sed sicut in causa, quia libertas primo conuenit ei, & ipsa est causa peccati sensualitatis per accidens, quia non impedit illud. Denique, in concupiscibili & irascibili potest esse uirtus & mortale peccatum, quia intellectui uo appetitui obedire nati sunt, & actus eorum ex electione procedunt. Aduertendum quoque, quod d' primi motus aliquo modo in potestate nostra sunt, quia unumquemque sigillatim proueniendo, impedire ualemus: non tamen perfecte in potestate nostra consistunt. Dum namque uni resistimus, alter subrepat: quoniam intentio uoluntatis simul actualiter contra plura esse nequit: & ideo omnes simul uitare non possumus. Præterea, in ratione peccatum esse potest dupliciter. Primo secundum se, dum uidelicet in iudicio suo errat: & sic in ratione tam speculatiua quam practica, est peccatum, cum male syllogizantur. Secundo est in ratione peccati, prout per eam uoluntas regulatur: quando scilicet peruersa electio in ea efficitur. Socrates ergo & eius sequaces (ut septimo Ethicorum narrat Philosophus) ponebant non posse esse peccatum in ratione secundo modo, nisi ratio erraret primo modo, dicentes omne peccatum ignorantiam esse. Videbatur enim eis scientiam (cum sit nobilissima quantitas) à passionibus uilibus uincere non posse: & ita si in nobis esset scientia, non præualerent passionibus. Sed quoniam ad sensum apparet falsitas huius, ideo Aristoteles docet, quod scientiam habens, licet in uniuersali recte iudicet, tamen in particulari errare potest passioni succumbens: intantum, ut si uerba sapientialia ore proferat, mente ea non teneat: sicut & de ebrio patet, in quo passio scientiam opprimit. Si igitur ratio sub ratione uniuersali diuina male subsumat passionem depressa, tunc erit peccatum in ratione superiori. Si autem sub ratione creata male subsumat, sic in inferiori ratione peccatum contingit. Cum itaque sit ratio directiua uoluntatis, oportet ut in ea sit aliquis error antequam peccare queat uoluntas. Est tamen aliquid in ratione quod est æternæ rectitudinis ipsa uidelicet synteresis, quæ non est ratio superior, sed habitus principiorum in operandis atque uitandis, quemadmodum dictum est.

Articulus XCII. Quod in ratione inferiori possit esse mortale peccatum, & in superiori ueniale.

Vædam autem sunt ex suo genere peccata mortalia, ut furtum, fornicatio & quæ talia aliquid quando non sint mortalia, est per accidens: quia uidelicet subiectum eorum peccati mortalis capax non est, sicut quando in sola sensualitate sunt. Idem uero est iudicium de operatione & delectatione eam sequente secundum Philosophum. Nam si una est bona, & alia. Si ergo delectatio consequens operationem quæ est per se mortale peccatum, non est mortalis. Hoc ergo per accidens scilicet ratione subiecti, quod capax non est mortalis peccati, sed cum fuerint in eo quod uirtutis & uitij capax est, tunc erunt mortalia. Perfecta autem ratio uirtutis & peccati mortalis, esse non ualet sine electione rationis consiliantis & deliberantis. Cum ergo ratio inferior sit per rationes creatas deliberans, atque influentiam superioris rationis participans,

Voluntas

Synteresis.

pans, & ab ea regibilis, constat quod in delectatione possit esse mortale peccatum. Delectatio uero inferioris rationis aliud non est, nisi complacentia uoluntatis in eo, quod ratio inferior apprehendit conueniens. Hæc autem delectatio, si mox ut mentem tetigerit, à superiore ratione spernatur, ut puta dum sequitur subitam rationis apprehensionem, tunc est ueniale peccatum: si uero morosa sit, mortale erit. Veruntamen diuturnitas hæc non ex mora temporis, sed ex deliberatione rationis pensatur. Si enim post superioris rationis deliberationem adhuc delectatio placeat, mortosa dicitur: & erit in delectationem consensus & mortale peccatum ex eo, quod superior ratio (cuius est aduertere diuina precepta) non dirigit rationem inferiorem: & hæc est opinio Magistri, quæ rationabilior est opinione eorum qui ei contradicunt. Et sciendum, quod licet consensus in ueniale ex genere, ut est uerbum otiosum, sit uenialis, tamen consensus in ueniale per accidens, est mortalis, quia per consensum remouet accidens illud quod erat ratio, delectationem non attingere. Est insuper peccatum ueniale uel ex genere, ut uerbum leue uel ex parte subiecti, quod electionem non participat. Omnis autem potentia quæ eleuat ad aliquid supra se, habet unum motum subitum ex se & alium ratione illius ad quod eleuat, sicut appetitus sensibilis habet motum subitum in sibi delectabile: sed in quantum rationi subijciuntur, habet motum post deliberationem rationi conformem. Cum ergo superior ratio per lumen fidei eleuata sit ad supernaturalem notitiam, potest in ea esse subitum motum secundum naturalem suam cognitionem fidei obuians: & hic uenialis est, cum sit ex surreptione & ante deliberationem. Itaque motus rationis superioris in ueniale, ex genere uenialis est. Si uero sit in id quod ex genere mortale est, hoc continetur dupliciter: quia illud uel est per se pertinens ad eius obiectum, & tunc habet duos motus circa illud: unum subitum qui est uenialis, alium deliberatum qui est mortalis, sicut motus infidelitatis. Vel est obiectum inferioris potentie, scilicet sensualitatis, ut sunt delectabilia circa carnem: & in talia non habet motum ueniale, sed semper mortale: quia non habet in talibus nisi motum deliberatum. Nam ipsa non considerat conuenientiam carnis secundum se, sed consiliatur de illis tanquam medium ad ministrans. Non itaque ratio superior, in omni peccato delectatur à deo simpliciter & secundum habitum, sed solum in mortali peccato: in alijs autem aliquomodo delectatur à rationibus diuinis secundum actum.

Articulus XCIII. Vtrum peccatum ueniale fieri possit mortale.

Væstio hæc, an ueniale fieri queat mortale, tripliciter potest intelligi. Primo, an idem numero actus qui est per se ueniale, fieri possit mortalis, & hoc impossibile est. Nam actus ille qui transit, idem numero reiterari non ualet. Secundo, an culpa quæ ex suo genere uenialis est, fieri possit mortalis: & hoc utique possibile est, si eatenus placeat, quod in eo finis constituitur: & per consequens plus deo diligatur, cuius complacentia signum est, si illud quod prohibitum non est, etiam quis faceret, licet foret prohibitum, ut in his rationibus uerba otiosa sectantibus patet. Tertio, an multa uenialia ad quantitatem mortalis peccati pertinere queant: & quidem hoc per se impossibile est, cum reatus & macula peccati mortalis & uenialis, infinito distent modo: mortale nempe priuat bonum increatum, & habet æternam poenam: ueniale autem tollit charitatis quædam feruorem, & temporale meretur tormentum. Veruntamen istud per accidens possibile, & occasionaliter: quia uenialia disponunt ad mortale, faciendo pronitatem ad ipsum, non tamen de necessitate inducunt: quia adhuc libertas manet in anima, ne in mortale labatur.

Articulus XCIII. In quibus est liberæ arbitrii & quod ipsum cogi non possit.

Quædam modum Commentator differit, ab eo quod est ad utrumlibet, nihil producit nisi prius determinetur. Nam unumquodque agit in quantum in actu est. Determinatio autem agentis ad aliquam actionem, oportet, ut sit ab aliquo cognoscente præstituentem finem actioni. Naturalia uero cum non agnoscant operis sui finem, nec finem sibi præfigant, dirigitur ab aliquo sciente separato: & ideo secundum Philosophum opus naturæ, est opus intelligentiæ naturam instituentis aut dirigitis. Intellectus autem rationem finis cognoscit, & opus suum ad aliquid ordinat: unde & ei iudicium competit actus sui. Ideo in intellectualibus tantum inuenitur liberæ arbitrii, quia in potestate eorum est, hæc aut illa actionem eligere. Porro, cum ea quæ de deo & creaturis dicantur, deo conueniant per eminentiam quandam, ideo liberæ arbitrii non conuenit deo sicut & alijs, sed competit ei secundum id quod perfectionis est, non autem secundum id quod imperfectum in eo est. Electio namque quæ est arbitrii liberi actus, conuenit deo, non quod ad id quod est consilium præregrès & ex eo procedens, sed in quantum deus non determinat ad opus ab alio alio, nisi & uerissime dominum actus sui habet.

Præterea, ad libertatem non pertinet posse in bonum & malum: quoniam bonum est obiectum voluntatis, in quod liberè arbitrium naturaliter ordinatum est. Sed posse in malum, ex defectu procedendi eorum, quo liberè arbitrium perfectius est, eo minus potest in malum. Hoc uero ad ipsum pertinet, ut in aliquam actionem ex se libere possit, eam exequendo uel dimittendo: non tamen malum committendo. Sic quoque in beatis saluatur libertas arbitrii. Licet enim per gratiam sint confirmati in bono sicut & deus per naturam, non tamen est eorum determinata natura, nec gratia mutat sed perficit eam: & etiã aliqua libere agunt uel omittunt. Agnoscentiã præterea, quod quædam coactio dicitur insufficientis siue impulsio: alia autem sufficientis siue compulsio. Quædam uero uirium animæ compelli possunt: quod tamen dupliciter euenit. Vel ratione complexiois, ut sunt uires organicæ, quæ necessario agunt immutatis organis: quæ admodum oculus necessario uidet, si specie informetur: aut uirtute demonstrationis, & sic cogitur intellectus: sed uoluntas nullo modo compellitur, cuius ratio est: Nam inuenitur aliquid uerè quod falso non admittitur, ut sunt principia per se nota: ideo intellectus, illi uero necessario assentit, & contrarijs primorè principiorè dissentit: & ita cum ultimo finis nil mali admixtum habere possit, ideo uoluntas non potest non uelle eum, sed nullius potest uelle, non esse felix: sed eorum quæ ad ultimum finem ordinata sunt. Nil enim tam bonum est, quod in cunctis sufficiat: uel tam malum, quod non aliquid boni admixtum habeat. Ideo quoque nullo eorum quæ ad ultimum finem sunt, liberè arbitrium cogi potest, uel contentari uoluntas. Impelli tamen possunt, uel inclinari ad aliquid, nunquam tamen necessario cogi, cum hoc nature eorum repugnet. Nec deus omnipotens hoc potest, ut uoluntas necessario se habeat ad ea, quæ sub electione cadunt: sicut nec duo contradiçtoria esse simul, non propter suam impotentiam, sed quia res non est capax.

Articulus xcv. De aliquibus ad liberum arbitrium pertinentibus.

Extendit se quoque liberum arbitrium ad actus omnes humanos, non quasi eos immediate eliciens, sed quia imperat eis uires tamen uergetatiuæ partis, non sunt aliquo modo secundum se rationi subiectæ: & ideo eis non imperat uoluntas seu liberè arbitrium, cum sint proprie loquendo operationes potius naturales quam humanæ. Denique de hoc, quod liberè arbitrium augeri & minui dicitur, aduertendum, quod coactione complexiois non cogitur: & quo ad hoc, non augetur neque minuitur, nam hoc semper & in omni statu naturale est, ut sit coactione necessitante liberum: per accidens tamen est excellentior, & perfectiori modo in uno quam in alio secundum ordinem dignitatis intellectuum in quibus existit: quia liberum arbitrium inuenitur in deo magis à coactione alienum, quam in angelos & in illo amplius quam in homine. Est & alia coactio insufficientis, quæ impellit & inclinat, non tamen necessitat: & secundum hanc augetur in hominibus libertas, atque minuitur secundum diuersos status eorum, iuxta uarietatem dispositionum inclinatum. Porro, libertas negationem coactionis includit, priuatio autem distinguit secundum ea quæ priuatur: ideo secundum ea quæ libertatem cogere possunt, alio modo sumitur distinctio liberi arbitrii. Dicitur quoque iam est, quod sit duplex coactio: una complexiois, à quo omnis libertas aliena est: & sic per remotionem ipsius, accipitur libertas à necessitate. Alia est coactio impellens, & hæc est uel faciens uel impediens, habitus enim & dispositiones in anima, faciunt hanc impulsionem arbitrii. Penalties uero quæ sunt ex parte corporis, usum libertatis impediunt: & per remotionem facientis, dicitur libertas à peccato: per remotionem autem impediens, libertas à miseria. Et sic distinctio hæc tripartita libertatis, non sumitur secundum diuersos status hominum, quia in diuersis statibus, una libertas consistit. Status equidem hominis à Magistro quadruplex ponitur: scilicet innocentia, culpa, gratia & gloria. Dicit autem Anselmus, quod posse peccare, nec libertas est, nec pars libertatis: quia uidelicet liberè arbitrium per se in bonum ordinatum est, & tendentia eius in malum, corruptio est ipsius atque defectio. Iustitia uero libertatem non impedit sed perficit: & igitur non ponit libertas à iustitia: & utique in uoluntate gloria libertatem diminuit: imò nullatenus eam diminuit nec usum eius impedit. Unde Augustinus, de ratione inquit beatitudinis est, ut quis habeat quicquid desiderat & uult, & nihil mali uelit. Porro, Bernardus triplicem distinguit libertatem: scilicet arbitrii, consilij & complicitatis: & sumitur ista ex parte termini ad quem, eorum quæ sub electione cadunt, quæ sunt in triplici differentia. Est namque aliquid bonum licitum, quod nulla est lege prohibitum, & respectu huius est libertas arbitrii: quoniam in nostro est iudicio, an sequamur illud an non. Aliud est bonum licitum & etiam utile, & secundum hoc dicitur est libertas consilij. Consilij enim est de meliori bono, quod ad salutem est expediens. Tertium uero est bonum quod delectat

Coactio duplex.

Status quadruplex.

Libertas triplex.

Bonum triplex.

delectat: & ratione huius accipit libertas complexiois, quæ experiri habet quid libeat. Diuino tamè Magistri præhabita, est magis secundum se: quia est secundum ea à quibus libertas est expers.

Articulus xcvi. Quod gratia est quid creatum & accidens.

Gratia in super nomen libertatem quandam insinuat: & ideo gratia dicitur quasi gratis donat. Liberalis uero dationis causa, est amor. Propterea gratia uno modo dicitur ipsa acceptatio amoris, prout quis illius gratiam habere dicitur, qui cum diligit. Secundo dicitur gratia donum quod liberaliter præstat: & utroque modo significat gratia quoddam creatum. Nam & ipsa diuina dilectio per quam deo accipibilis sumus, est qualitas creata: siquidem ut nostra scientia, sic & nostra dilectio à rebus causatur. Ipsum quoque donum gratuitum per quod spiritum sanctum, qui est increatum donum, habere dicimur, est aliquid creatum in anima. Nam cum spiritus sanctus immutabilis sit, non dicimur eum de nouo habere, nisi propter mutationem in nobis factam: & ob id necesse est, ut animæ aliquid adueniat, secundum illius adaptionem spiritum sanctum fortiter censetur: hoc autem est gratia. Denique dilectio qua deus omnia quæ creauit, diligere scribitur, una est in deo, naturalis & simplex: sed dilectio qua electos diligit, perfecta est, & quasi amicitia: quia diligit eos, non solum sicut artifex opus, sed quadam familiaritate amabili, sicut amicus amicum: per quam trahit eos in suæ fruitionis consortium. Potest tamen nomine gratiæ increatum aliquid designari, scilicet diuina acceptatio, uel donum increatum, quod est spiritus sanctus. Naturales quoque bonitates cum gratis præstentur, gratiæ uicissim uocantur. Porro cum gratia adueniat animæ post suum esse naturale completum, oportet ut accidens sit. Est quippe gratia: sicut Glossa ait super illud psalmi, Ut exhilaret faciem in oleo: nonit animæ, sanctum amorem concilians. Deus enim coniungit mentem ultimo fini efficiet: gratia uero formaliter. Quod autem scriptura dicit, tollam de spiritu tuo, &c. non est intelligendum tam gratia transire possit de uno subiecto in aliud, sed dictum est hoc propter similitudinem gratiæ ad similes actus in specie. Est enim actus gratiæ, mundare & gratificare, sicut albedinis dealbare: & ipsa dei similitudo uocatur, quia per eam creatura deo assimilatur, operando diuina & sancta.

Articulus xcvi. Quod gratia est in essentia animæ, & realiter aliud à uirtute.

Ueniam modum secundo Ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo Dionysius astruit, non potest quæ diuinas operationes efficere, nisi per spirituale generationem diuinam quoddam esse participet. Itaque cum ad meritum naturalis facultatis excedat, & ad supernatum finem perducatur, oportet ut anima per quoddam diuinum munus eleuetur supra seipsum, ut sit ad diuina idonea. Hoc uero munus, gratia appellatur. Unde gratia immediate animæ essentiam informat & perficit: & ex consequenti potentias eius. Item gratia sit uita animæ, necesse est ut ipsam animam primo respiciat. Rursus, omnis potentia determinatur ad certos actus: cum igitur gratia sit omnium actuum meritoriorum origo, non est alius potentie appropriata perfectio. Veruntamen cum inter uires animæ uoluntas communissima sit, eo quod imperat actibus aliis uirtutum, & in ea est prima ratio meriti atque demeriti, ob id gratia quæ etiam in determinata est secundum prædicta, primo respicit uoluntatem: quoniam omnes actus gratia informati, uoluntati seu libero arbitrio quodammodo ascribuntur. Virtus ergo & culpa cum ex actibus producantur, immediate ad potentiam pertinent: gratia autem ab extra est & creatur: unde in essentia animæ ponitur: nec culpa opponitur gratiæ immediate sed uirtuti. Denique dicunt alij, quod uirtus sit idem quod gratia secundum rem, sed ratione distinguitur. Nam uirtus dicitur, in quantum opus bonum reddit gratia, prout hominem deo gratificat. Sed hoc stare non potest, cum quædam uirtutes per actus acquirantur, & illa anima sine gratia superaddita, possit mereri: quod est hæresis Pelagij. Ab alio ergo habet uirtus, quod uirtus sit, & quod hominem deo gratum facit atque acceptum. Item secundum præhabita, uirtus subiectum est potentia: subiectum autem gratiæ, essentia animæ. Aptius igitur dicitur, quod gratia realiter à uirtutibus distinguitur: sicut enim ab essentia animæ fluunt potentia, quæ tamen in anima uniuersum uelut in radice, sic à gratia causantur uirtutes quæ potentias perficiunt, & à gratia realiter differunt, atque in ea tanquam origine coniunctæ sunt. Reducitur quoque gratia ad primam speciem qualitatis. Nam cum non sit proximum principium actus, non est uirtus uel habitus, sed eorum formale principium. Dicit tamen Augustinus, quod gratia præueniens, est fides per dilectionem operans. Sed hoc ideo dicit, quia in actu fidei, primo ostenditur gratia.

Articulus xcvi. De diuisione gratiæ & unitate ipsius.

Gratia quid.

Philos.

Num. 11

1. Reg. 11

Augustinus

Habet

Habet autem gratia in nobis actus diuersos ordinatos. Primo enim dat animæ esse diuinum. Secundo facit opus meritorium. Tertio adipiscitur præmium, scilicet uitam æternam. Actuum quoque quidam est interior, aliter exterior & secundum hæc Augustinus diuersimode accipit gratiam præuenientem & subsequenter. Nam secundum ordinem meriti ad præmium, dicit gratiam que est merendi principium gratiæ præuenientem: subsequenter uero dicit ipsam habitum gloriæ, qui in nobis facit beatam. Secundum ordinem quoque interioris actus ad exteriorē, dicit gratiæ præuenientē, quæ causat acta bonæ uoluntatis: subsequenter autē, quæ est exterioris operis causa. Secundum ordinem in super esse, quod dat gratia animæ ad opus bonum, sic dicit gratiam præuenientem, in quantum dat esse salubre: subsequenter, prout est causa meritorij operis. Diuisio autē gratiæ in operantem & cooperantem, proprie sumit secundum præsentis uitæ tantummodo statum, & hoc dupliciter. Primo ut dicatur gratia operans in quantum dat animæ esse diuinum: cooperans uero, prout deo opus acceptum facit. Secundo, ut gratia operans sit, quia causat actum uoluntatis in seipsa: & cooperans, prout opus exequitur: & sic gratia operans & cooperans, est idem cum gratia præueniente & subsequente secundum duos ultimos modos. Nec distinguuntur hæc gratiæ nisi propter diuersitatem effectuum. Et quoniam secundum Philosophum decimo Ethicorum, in moralibus interiores actus exterioribus principaliores sunt, ideo gratia in quantum exterius agit, cooperans nuncupatur. Denique cum gratia sit propria perfectio essentia ipsius animæ, quæ utique una est & simplex, ideo gratia secundum essentiam unam amant, nec multiplicat. Et rursus, cum in omni actu sit una ratio promerendi, id quod est ratio prima merendi, est solum unum: hoc autē est gratia. At uero ad actum meritorium duo sufficiunt: primo, ut operans dignus sit uita beata, & hoc efficit gratia. Secundo, ut actus sit in rectum finem relatus atque circumstantijs debitis uestitus: & hoc uirtus agit. Non ergo ad elicendum actum meritorium quicquid exigitur, nisi gratia quæ sit in essentia animæ: & uirtus quæ potentiam eius informet. Sed qui dicunt gratiam & uirtutem idem esse in re, & etiam illi qui asserunt gratiam non esse in essentia animæ, aliter sentiunt. Amplius autem, dum ait, diuisiones gratiæ sunt, sumit gratiam large pro omni dono gratis dato. Scien dum præterea, quod gratiæ sacramentales ordinantur & dantur contra diuersos defectus ex peccato consequentes: ideo sicut differt una uirtus ab alia secundum diuersitatem actuum, sic gratia sacramentalis una differt ab alia secundum quod ad diuersos ordinat effectus. Et sicut gratia de qua nunc sermo est, non multiplicatur propter uarietatem uirtutum, sic nec propter distinctionem sacramentalium gratiarum, quæ in sacramentis præstatur. Sunt enim quedam emanationes gratiæ quæ una est & proprie gratia dicitur: quia tamen nomina appropriata non habent, ideo communiter nomen gratiæ obtinent.

1. Cor. 12.

Articulus XXXIX. Quod uirtus est habitus & de diffinitione ipsius.

Oportet præterea actum rationalis potentia proportionatum esse suæ potentia. In actu autē uirtutis, considerat substantia, actus & modus agendi: ut scilicet faciliter & delectabiliter fiat operatio uirtuosa. Dicit enim 2. Ethicorum Aristoteles, quod signus habitus sumi oportet delectationem sentientem in opere. Delectatio uero causatur ex coniunctione ad bonum conueniens. Necessè est igitur potentiam ad actum uirtutis esse assimilata atque aptatā: præsertim cum rationales potentia sint secundum se in determinatæ ad unum. Hæc quoque assimilatio ad actum superaddita est, & perfectio per quam actum elicit unde & uirtus uocatur. Diuina autem potentia cum sit ex seipsa perfecta, & ad bonum naturaliter conuersa à quo effecti non ualet, non indiget tali perfectione adiuncta, sed per seipsam idonea est. Et quoniam uirtus quodammodo per modum nature ad consimilem actum inclinatur, ideo Tullius ait, quod uirtus est habitus modo nature rationi consentaneus. Non tamen oportet, ut sit uirtus semper in actu, ut aliqui dicunt. Nam uirtus non tollit naturam rationalis potentia: & ideo ipsa permanet ad agendum libera. Et rursus, cum electio sine qua uirtus esse nequit esse non possit quin experiat, non uidetur quod semper sint in nobis actus uirtutis sine interruptione, quauis nos lateat. Porro Augustinus uirtutē diffiniens. Virtus inquit est bona qualitas mentis qua recte uiuit, & qua nullus male utitur, quam solus deus in homine operatur. Verum tamen non intendit Augustinus diffinire uirtutem quolibet, sed insulam duntaxat, quam hic plene diffinit. Dicens enim, bona qualitas, tangit formales causas uirtutis, scilicet genus & differentiā: & subiectum, cum addit mentis: actum quoque qui est finis uirtutis tangit cum dicit, qua recte uiuitur: causam etiam finalem tangit dum adijcit, quam solus deus operatur in nobis. Sed quoniam tam libero arbitrio quod uirtute bene uiuere dicimus.

Libero

Libero autem arbitrio male uti quis potuit: ideo ad differentiam eius addit Augustinus in diffinitione uirtutis, qua nullus male utitur. Circa quod aduertendum, quod homo dicitur aliquo uti dupliciter. Primo sicut forma: & sic uirtute nullus male utitur, qui a corpore quo usus à uirtute procedit, bonus est. Secundo sicut obiecto: & sic qui de uirtute superbit, male utitur ipsa. Denique, sicut bonum, conuertitur cum ente: tamen speciali modo inuenitur in rationa linatura. Cum enim bonum dicatur ratione finis, illa natura quæ electione uiget & sine cognoscit, eminentius ratione boni participat: & ideo habitus electiui ex fine speciem sumit, atque eorumdem constitutiue differentia assignantur malum & bonum. Unde in diffinitione uirtutis dictum est, bona qualitas. Anselmus quoque diffinit iustitiā, quod sit rectitudo uoluntatis propter seipsam seruata. Et hoc quidem de iustitia accipi potest, prout est uirtus generalis, quam philosophus legalem appellat: & sola ratione à uirtute distinguitur, potest tamen de speciali iustitia intelligi. Rectitudo namque uno modo accipitur secundum commensurationem rei ad rem: & hæc sibi uendicat iustitiā, quæ in datis & acceptis æqualitate constituit, sicut quinto Ethicorum dicitur. Secundo dicitur rectitudo secundum commensurationem actus ad finem, & ad rationis iudicium: & sic conuenit omni uirtuti: sicque accipitur in diffinitione Augustini præhabita.

Uirtus aliquo dupliciter,

Iustitiæ finitio

Rectitudo biliarum sumit.

Articulus C. Utrum de condigno mereri quis possit uitam æternam & an homo gratiam possit mereri.

Dicitur denique quis mereri ex condigno, dum inter meritum ac præmium inuenitur æqualitas secundum estimationem rectam: sed ex congruo mereri quis dicitur, dum non est talis æqualitas, sed ex liberalitate sua dator tribuit quemadmodum eum deest. Itaque aliqui asserunt, quod ex condigno per gratiam uitam beatam mereri possimus. Alij uero dicunt, quod non, sed ex congruo tantum: & utraq; positio secundum aliquid uera est. Cum enim sit duplex æqualitas, ut puta quantitatis & proportionis, secundum primam nemo uitam æternam ex condigno meretur, quia non est tantum bonum in actu uirtutis, sicut in præmio gloriæ. Proportionis autem æqualitas est, dum sic se habet hoc ad illud, sicut aliud ad aliud: & secundum hæc de condigno uitam beatam mereri quis potest, quoniam non est deo maius uitam æternam tribuere, quam nobis actum uirtutis explorare: & sic inter deum & eum quæ remunerat, est quædam æqualitas propter efficaciam gratiæ, quæ diuinum esse ait influat, eamque deo congnat. Rationabilis quoque uidetur, quod ex condigno dicamur posse felicitate mereri. Est namque duplex iustitia, scilicet commutativa quæ est in uenditione & emptione, & respicit æqualitatem arithmetica, quæ in proportionis æqualitate tendit: & iustitia distributiva, in qua unicuique secundum dignitatem & capacitatem suam præstat: & hæc respicit æqualitatem geometricam, quæ est proportionis æqualitas. In præmiatione autem scilicet hæc magis seruatur quam prima, quia deus dat singulis iuxta opera sua, & à nullo aliquid recipit: & ita ex condigno secundum distributiua iustitiā meremur uitam felicitatis: quod etiam inde ostenditur, quod uita æterna dicitur corona iustitiæ, quia iusto iudicio redditur, quæ admodum depositum, dicitur Apostolo: Potest est depositum meum seruare. Et rursus: Sicut culpa iusti meretur poenam æternam, sic apparet quod dei gratia mereamur de iure uitam beatam. Nec obest, quod tenemur quicquid boni operamur, quia etiam apud homines quis laudatur, reddendo quod debet. Nam & actus iustitiæ laudabilis est sicut ceterarum uirtutum. Licet enim iustitia dat alteri quod suum est, tamen modus in quo fundatur uis merendi & laus reddentis, sunt in quantum sponte & propter iustitiā agit quod potest non agere. Insuper nullus mereri dicitur, nisi quod secundum suam conditionem attingere ualet. Unde seruus mereri non potest, ut in filiis: hæc uirtute sit particeps. Cum ergo gratia naturalis uirtutem creaturæ excedat, quippe quæ in naturalis sine perducit, nullus ex naturalibus suis eam ualet mereri. Nihilominus opera bona quæ gratia infusionem præcedunt, meritum habent, quia ad gratiam præparant, & honestate atque decore ac iudicium quædam habent, in quibus præcipue meritum eorum consistit: per accidens quoque temporalium copia afferunt. Si autem quis in gratia stans orer, ut si gratiam perdat, eam deus restituat, si talis à gratia excidat, non meretur exaudiri: quia peccatum se quens, orationem præcedentem mortificat, nec est omnino efficax, quia instanter non orat: quoniam peccado, orationem interrumpit, nec possunt merita sequentia gratiam præconcessam mereri, quia in iustitia distributiva (cui comparatur collatio gratiæ) semper meritum prius est præmio, ut iam dictum est: sed in iustitia commutativa præcedere potest præmium ipsam mercedem, sicut in eo uidemus, qui prius accipit laboris stipendium, quam impartiat obsequium.

Duplex æqualitas,

Iustitia duplex,

Psal. 67.

2. Tim. 2.

Luc. 17.

Articulus CI. Quomodo per meritum gratia augetur: & utrum unus alij gratiam primam possit mereri,

Quemadmodum

Quemadmodum culpa duplicem habet poenam, unam concomitantem se, uidelicet remorsum conscientiae, (Nam secundum Augustinum in lib. Confess. animus inordinatus sibi ipsi poena est) aliam uero quae ab alio infligitur, uel a deo uel homine, sic opus bonum duplex fortitur praemium unum concomitans ipsum actum, ut delectatio boni, &c. aliud quod remunerator extra impendit: & ad hoc praemium ordinatur meritum secundum proportionem dignitatis tantum. Primum autem praemium redi- citur in principia actus, sicut in causam. Igitur per actum meritorium contingit mereri gratiae augmentum, sicut praemium concomitans naturam ipsius actus: quoniam naturaliter omnis actus potest in acquisitionem uel augmentum similis habitus, uel effectus aut dispositiue. Cum autem dicitur quod efficacia promerendi correspondet quantitati gratiae, intelligenda est solum correspondentia seu commensuratio proportionalitatis gratiae ad praemium. Nam quo fuerit gratia maior, eo maius adipiscitur praemium: sic quoque per charitatem uiae imperfectae, mereamur charitatem perfectam in patria. Veruntamen, non quolibet actu meritorio gratia augetur. Actus nempe meritorius se habet ad praemium quoad quod solum in ratione meriti & ita sicut uno actu meritorio meretur quis uita aeterna, sic quolibet alio simili. Interdum autem habet se ad praemium etiam in ratione causae: & sic habet se ad augmentum gratiae. Unde illo tantummodo actu augetur gratia, quo quis utitur gratia secundum proportionem suam uirtutum, ut in nullo genere defectuosus sit per negligentiam, ut sic inueniatur conditio per quam ex actu consequitur habitus uel augmentum ipsius. Insuper intuemum, quod productio effectus impeditur primo propter impotentiam causae, secundo propter in dispositionem recipientis. Sic itaque cum meritum sit quodammodo causa praemii, contingit ut ipsum im- pediat, aut prosecutione praemii, uel propter insufficientiam actus, uel propter inefficaciam & incapacitatem eius pro quo bonum impenditur: & qui meritum consequi debet. Imperfectio quoque actus est duplex. Una ex mero defectu gratiae: alia propter paruitatem gratiae. Itaque qui extra gratiam est, sibi ipsi non meretur gratiam de condigno: sed solum ex congruo, si faciat quod in se est. Qui autem in gratia est, sibi quidem potest mereri alteri autem gratiam mereri non potest, nisi gratia sua perfectissima sit, quatenus sic in alios redundare possit. Ideo Christus de cuius plenitudine accepimus omnes) cunctis gratiam de condigno meruit. Nullus autem post eum gratiam alteri potest mereri, nisi ex congruo. Semper uero im- pediri potest effectus gratiae, dum unus alteri meretur propter indignitatem alterius sicut & meritum Christi nil prodest. Denique, & aliquis propter uariationem sui & lapsum, meret- eras uel postmodum gratiam perdere, per quam hodie meruit ex parte actus, ut in fine uitae aeternam felicitatem obtineat. Peccatum enim sequens, meritum praecedens mortificat. Ex his elucet, quomodo accipi debeat, quod in libro de praedestinatione sanctorum Augu- stinus ait, unum posse alteri gratiam primam mereri. Deus quippe prauidit ac praordinauit, ut quidam per aliorum merita gratiam adipiscatur. Sepe enim per orationes sanctorum mali seculo uertunt, se praeparando ad gratiam: quo completo, gratiam eis deus impartit, sicque saluant

Ioan. 1.

Articulus CII. Vtrum sine gratia homo nil boni facere queat: & an sine gratia peccata uitare possit.

Actio in super consequitur naturam agentis. Ideo secundum diuersitatem reus, est di- uersitas operationum: quod quidam non intuentes errauerunt, aestimantes quod sicut lapis de necessitate descendit, sic homo necessario agat secundum qualitatem na- turam. Iouiniani ergo considerantes in nobis intellectualem naturam (quae bona est) dicebant: hominem non posse peccare. Manichei uero naturam considerantes sensualem, quam a malo principio creatam dixerunt, ponebant hominem non posse peccata uitare. Et quia utraque positio libertatem arbitrii tollit, ideo Pelagiani ponebant sine gratia posse uir- tutem fieri, & naturalia non de necessitate gratia indigere. Sed positiones istae haereticae sunt: ideoque secundum fidei ueritatem dicendum, quod in actum meritorium non potest quis sine gratia, sed in actus qui naturalis & moralis bonitate uirtuosi sunt, potest homo per liberum arbitrium. Nulla enim natura destituitur propria operatione secundum Damascenum. Propria quoque operatio hominis secundum Dionysium, est secundum rationem: ergo & ordi- nata est, & per consequens bona, sed sine gratia non est meritoria: quia ad gratiam est efficacia pro- ficiscendi ad supernaturalem finem & uirtus infusa: non autem uirtus ciuili. Praeterea dicunt quidam, quod homo post lapsum peccata uitare non possit sine gratia: intantum, quod qui in mor- tali peccato est, sine peccato alio mortali diu esse non possit: & licet illud aut illud uitare ua- leat, non tamen quodlibet: sicut etiam de uenialibus dicit, quod licet uitare possimus singula, non tamen

Damasenus

Dionysius

tamen omnia. Sed haec positio irrationalis est, quia nullum peccatum libertatem tollit: & ideo licet per peccatum mortale ingignatur animae difficultas uitandi mala, non tamen necessitas labendi. In ea semper namque electio permanet libera, fugiendi uel prosequendi quodque. Nec est de mortalibus sic de uenialibus, quia mortale requirit deliberatum consensum, non autem ueniale. Dicitur ergo, quod licet peccatum commissum sine gratia uitare non possumus ut ab eo absoluiamur, quia sine gratia non ualemus resurgere, cuius oppositum Pelagius sensit, ta- men peccatum non dum commissum & mortale, sine gratia uitare possumus quantumcumque in peccato simus. Nec interest, an diu uel non diu dicamur illud posse uitare seu non uitare: quia diu a peccato abstinere, magis confortat quod debilitet libertatem arbitrii. Propterea quod ait Ma- gister, hominem ante reparationem gratiae non posse non peccare, sic accipiendum est, ut non peccare idem sit quod peccatum non habere. Nam sicut uidere, dicitur uel uisum habere, uel utri eodem, sic peccare dupliciter dicitur, scilicet peccatum habere & actum efficere. Denique quod Augustinus dicit, superbium necessario esse aliquid inuidum, non de necessitate absolu- ta, sed conditionata accipitur: quia uidelicet superbus excellentiam quam finaliter inten- dit, sine alterius odio sortiri non ualet.

Articulus CIII. Vtrum sine gratia implere quis possit diuina praeccepta, uel ad gratiam praeparare seipsum.

Porro de praecceptis legis dupliciter loqui contingit. Vel quantum ad id quod di- recte sub praeccepto cadit, & hoc est actus uirtutis, quantum ad ipsum opus, non autem quantum ad modum agendi quem uirtus circa ipsum ponit. Vbi quantum ad id quod legislator intendit, ut scilicet homines boni uirtuosique fiant. Sic quoque intentio legis diuinae, est non solum ut opera quae praecipuntur fiant, sed ut in charitate fiant, atque in dile- ctione dei & proximi homines instruantur. Itaque praeccepta diuina quantum ad substantiam actus, scilicet quo ad id quod sub praeccepto directe cadit, sine gratia gratis data & gratia faciente fieri possunt, si per gratiam intelligat habitus infusus. Nam hoc solum directe praecipit, quod in ho- mine est ut impleat. Non est autem in homine, ut actum uirtutis operetur eo modo quo uirtuosus, donec in se uirtus acquisita uel infusa, sed quantum ad id, quod legislator intendit, sine gra- tia impleri mandata non ualent. Finis enim legis secundum Apostolum est charitas: quae est charitate saluare potest: sed prout charitate format. Veruntamen nec actus charitatis neque aliarum uirtutum cadunt directe sub praeccepto, prout ab habitu uirtutis procedunt, sed quo ad substantiam actus. Potest namque aliquis charitatem non habens deum proximumque etiam supra cuncta diligere. Actus enim uirtutis, & praedat habitum, & causant ab habitu: & cum cau- sant ab habitu, tunc iustus & uirtuosus est aliquis. Praeterea agnoscendum, quod gratia dupliciter sumi- tur. Primo prout diuina prouidentia: quae gratis singulis prouidet atque impendit, secundum quod unicuique conuenit: & sic accipiendo gratiam, nemo se potest ad gratiam gratificatam sine gratia praeparare, quoniam sicut octauo Physicorum ait Philosophus, Mutatio uoluntatis sine mouente quod eam excitet, esse non potest. Omne enim motum mouetur ab aliquo. Vnde de quicquid hominem excitat, siue exhortatio siue aegritudo sit, hoc ad deum & gratie in- fusionem gratia gratis data dicitur, siue etiam actus liberi arbitrii, quem deus in nobis causat, sit hoc. Et quoniam omnia diuinae prouidentiae subdita sunt quae ad electorum salutem omnia ordinat, ideo hoc modo accipiendo gratiam, ad nullum bonum sine ipsa ualeamus. Secundo dicitur gratia donum habituale a deo menti infusum: & tunc est duplex opinio. Nam aliqui asserunt, quod sine quodam lumine menti impresso, quod est donum gratiae gratis datae, nullus se ad gratiam gratum facientem disponere queat: sed hoc non uidetur apte dictum, quoniam praeparatio ad gratiam non est per actus aequales gratiae aequalitate proportionis, sicut meritum aequa- tur praemio: ideoque non oportet, ut actus praeparatori naturam excedat: imo sicut natura est in naturali potentia ad gratiam, sic per actus uirtutum naturalium, habet naturalem dis- positionem ad eandem. Et rursum secundum hanc positionem iret in infinitum, uel tandem esset infu- sio gratiae sine praeparatione gratiae praeparatione, quod ipsa non concedit. Dicendum ergo est, quod homo per libere arbitrii se praeparare potest ad gratiam, faciendo quod in se est scriptum est enim: Con- uertimini ad me & conuertar ad uos. Nilominus rogandus est deus, ut nos ad se conuertat & praeparat, quia sine eius auxilio nihil ualeamus. Et ista conuersio per merita exteriora occa- sionaliter (deo tamen prouidente) completur. Hinc nepe Anselmus ait, quod non est propter dei immu- nificentiam sed nostram malitiam, quod gratiam dei non accipimus, quia eam acceptare non uolumus. Querit praeterea solet, an homo sine gratia aliquod ues agnoscere queat, ad quod respondendum, quod uero &

1. Tim. 1.

Gratia dupliciter sumitur.

Zach. 1.

Anselmus

Quaestio

quædam naturali rationis lumini proportionata sunt, quæ uidelicet ex primis principiis consequuntur: & hæc per naturale lumen sciri possunt. Alia uero utputa quæ fidei sunt, & futura contingetia, non nisi per lumen gratiæ gratis datæ: ut est lumen fidei & prophetiæ scire, quoniam naturale excedunt ingenium. Quidam tamen theologi asserentes intellectum agentem esse unum in omnibus, scilicet ipsum deum, uolunt quod sine noua emissione seu irradiatione diuinæ lucis, nulla ueritas à nobis cognosci possit. Hæc autem positio quo ad fundamentum suum, antè destructa est. Nihilominus deus est causa omnis ueritatis & cognitionis, secundum quod ipse in omni natura prime & principaliter agit: sed ad hoc non semper exigitur influentia supernaturalis luminis.

Articulus ciiii. An in statu innocentiae homo gratia eguit, & utrū ante lapsum gratiam habuit.

Rom. 6.
Duplex necessitas

Cum dicat Apostolus, Gratia dei uita æterna, constat quod uisio dei quæ est uera felicitas, omnem creaturæ rationalis naturalem uirtutem excedat, unde & sine ea nec ante peccatum ad æternam beatitudinem pertingere potuit. Est autem duplex necessitas, scilicet absoluta, sicut necesse est mixtum corruptiua conditio ex suppositione finis: & sic necessaria erat homini gratia: quia aliter fini suo uniri non quirit. Indigit itaque operante quod cooperante gratia: sed aliter quod nunc. Tunc siquidem gratia operans non fecisset de impio iustum. Nam hoc accidit ei ratione subiecti, quod peccato obnoxium inuenit: sed gratificasset tunc eum, qui secundum se gratias esse nequebat. Gratia quoque cooperans, uirtutem atque efficaciam sibi dedisset ad operandum exterius. Prehabitu est autem, quod sicut nulla creatura potest deo æquari, sic nec ex naturalibus puris potest ad eius uisionem perducere. Unde nec gratia, nec gloria potest alicui naturalis esse. Item, carentia uisionis diuinæ, dicitur uel negatiue, & sic non est poena, imò sic debetur omni menti creatæ secundum naturalia eius. Secundo dicitur priuatiue, & tunc est poena culpe. Præterea alij dicunt, quod homo ante peccatum naturales duntaxat uirtutes habebat, non gratiam nec charitatem. Alij diuidunt statum innocentie in duos status, dicentes quod homo in principio creationis sine gratia factus est: postea uero gratiam suscepit quam perdidit. Sed positiones hæc non uidentur dictis sanctorum concordari: ideo tertij aiunt, hominem in gratia conditum: & hoc positioni Augustini consonat, qui ponit res simul in materia & forma creatas. Alij uero magis concordat cum eis, qui ponunt temporalia interualla in prima rerum creatione. Verum tamen, quæ harum uerborum sit, efficaciter ostendi non potest, sicut nec alia quæ ex sola dei uoluntate dependunt. Rationabilior tamen apparet positio tertia. Cum enim homo in naturalibus sit perfectus creatus, otiosus esse non potuit, ergo in principio creationis suæ ad deum conuersus, consequutus est gratiam: & ita natura præcessit gratiæ ordine nature, non temporis successione: sicque intelligendum est, quod ait Magister, quod in primo statu homo non habuit unde ad meritum uite proficere potuit: quia etiam dum gratiam habet, non ex naturalibus, sed ex gratuitis fortitur ut proficiat.

Augustinus

Articulus cv. Utrum ante peccatum maiorem gratiam habuit homo quam postea: & an opera eius erant ante lapsum ad merendum efficaciora.

Gratuitorum autem donorum quædam ordinantur ad perfectionem recipientis, quibus uidelicet in propriis actibus perficitur, ut scientia, gratia, alia ad aliorum utilitatem, ut operatio signorum, dona linguarum, &c. quibus alienæ infirmitati succurritur: quæ quia in statu primo non erant, ideo nec talia dona fuissent. In primis autem donis magis abundasset genus humanum ante peccatum quam modò: & excelsus iste dupliciter potest attendi, intensiue & extensiue. Extensiue, quoniam plura talia dona habuisset tunc quam nunc: scilicet in corpore impassibilitatem, immortalitatem, perfectam obedientiam uirium inferiorum. Verum tamen quædam uirtutes imperfectiones quasdam habent annexas, ut fides, continentia, &c. & istæ uel non fuissent tunc, uel secundum alium actum & modum fuissent: & hoc intelligendum est de imperfectione ex peccato sequuta, non naturam consequente. Fides quippe ex propria natura imperfectionem habet, quia non est per speciem: & quo ad etiam in primo statu fuisset. Habet quoque fides imperfectionem ex peccato ortam, quia modo obscurior est quam tunc. Similiter non fuisset tunc continentia cum repugnantia sensualitatis, nec poenitentia prout est specialis uirtus salutem secundum eisdem actus. Intensiue etiam tunc homines uniuersaliter magis abundassent in gratia gratificante quam modo. Nihilominus aliqui post peccatum plus excedunt in gratia quam ante peccatum aliqui habuissent, quia gratia non datur homini solū secundum naturalem

naturalem capacitatem, sed secundum conatum, qui in eo uicissim maior est, qui debilior est. Porro, uirtutes cardinales altiori modo sunt in angelis quam in uiatoribus, maxime post peccatum: uidelicet secundum actus qui consistunt circa finem ultimum. Insuper & perseuerantiam, secundum quod est spiritalis uirtus, habuit Adam: sic enim actus perseuerantie est firmiter propositum perseuerandi in bono. Alio modo perseuerantia est quædam circumstantia omnis uirtutis, dicēs continuationē boni usque in finem: & sic non habuit eam. Licet præterea propter Adæ peccatum sit Christus homo factus, ex hoc tamen non est homo maiorem gratiam adeptus post peccatum, quam ante habuisset quo ad præmium essentiale sed accidentale. Intuendum est autem, quod efficacia meriti ex tribus pensatur: uidelicet gratia, uoluntate & obiecto. Nam quo gratia actum informans est maior, uoluntasque priorior & obiectum amplius arduum, eo est meritum maius. Quia ergo ante peccatum erat gratia plenior & uoluntas priorior, cum nulla ei passio repugnaret, ideo opera hominis tunc fuissent plus meritoria: sic tamen ut utrobique circa idē obiectum comparatio fiat. Nec obstat, quod iam maior est difficultas & labor. Arduum enim non auget rationem meriti, nisi ratione bonitatis, non ratione difficultatis nisi per accidentem, in quantum ad id quod difficilius est, maior requirit intentio & uoluntatis conatus. Poterat denique ante peccatum esse uictoria, quia & si non esset impugnator inferior, habuisset tamen certamē exterius. Sed nec de necessitate meriti est habere certamē contra impugnantem: sic enim non fuisset in angelis meritum. Est autem de necessitate meriti, habere certamem apprehendendi quod supra se est, uirtutibus suis reluctando. Nec rursus est illic maius meritum ubi maius certamen, sed ubi est magis legitimum, quod in minori impugnatione quandoque contingit. Dicit namque aliquid difficile ex arduitate operis: & sic uirtus dicit esse circa difficile & arduum, uel ex imperfectione operantis: & sic non est uirtus circa difficile: imò hanc difficultatem uirtus tollit. Sic ergo uirtuosus, delectabiliter & sine difficultate bene agendo, plus meret quam imperfectus cum multo labore. Præterea sciendum, quod angelis data est gratia ad determinatum gradum secundum determinatum ordinem promerendi uideoque per gratiam suam, altiore ordine mereri non potest. Homini autem longior uita data est, & ipse secundum se ad nullum ordinem determinatus est, cum sit omnium infimus: & ob id ad quælibet ordinem meritis gratiæ suæ peruenire potest non tamen est gratia hominis secundum genus maior gratia angelorum.

Articulus cvii. De poenis hoīs: & quod pro peccato primi parentis oibus infliguntur.

Ad felicitatem denique aliquid pertinet per se, ut uisio dei, gaudium, &c. aliud per modum congruentiæ, sicut beatus cælum empyreum competit. Conformiter autem, ad illam beatitudinem quæ homo ante lapsum habebat, quæ dicitur tanquam essentialia pertinebant, ut immortalitas, originalis iustitia, &c. quæ dicitur uero secundum congruentiam tantum, ut locus temperatissimus atque amoenus, uidelicet paradysus. Unde sicut per peccatum à statu innocentie qui ipsi supernaturaliter datus erat prolapsus est, sic & locum amisit qui per dicitur dignitati conuenit, atque in locum in quo formatus est, iuste proiectus existit. Posuit autem deus ante paradysum, ne quis ad eum accederet, flammam gladium. Et forte per gladium hunc, impedimenta intelligenda sunt, propter quæ locus ille accedi non potest. Nam propter interpeccatum calorem, præsertim inaccessibilis creditur. Si uero homo post peccatum ligno uitæ uti potuisset, licet mortem non euasisset, multum tamen distulisset eandem: sicut de Enoch & Helia censemus: & hoc homini non erat expediens, esse tam diu in ista miseria. Verba autem dei quibus dixit, Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est, magis per modum compassionis quam insultationis sumenda sunt. Præterea, defectus & poenæ quæ nos ex peccato consequi dicuntur, dupliciter comparari possunt ad naturam humanam. Primo secundum primordiale suam institutionem in qua conditus est homo, secundum exigentiam sui supernaturalis finis: uidelicet cum originali iustitia: & sic palam est, quod defectus isti, scilicet mors, morbus, fames, hebetudo &c. poenæ sunt peccatum secutæ. Si uero comparantur ad hominem secundum nudam naturalia eius, tunc non sunt ei magis poenales quam ceteris mixtis: quoniam omne elementatum naturaliter corruptibile est, quemadmodum omnem creaturam naturaliter consequit indigentia conseruationis, & uertibilitas in nihil. Unde de Seneca ait: Mors est hominis natura, non poena. Peccatum enim (sicut quarto capitulo de diuinis nominibus Dionysius dicit) natura non tollit, sed uulnerat: quia impedit eam à consequitione ultimi finis. Ob id ergo quarto cap. hierarchiæ Ecclesiasticæ Dionysius asserit, quod quia corruptio naturalis est, merito in eam relabatur dum præuariatur.

Articulus cvii. Quomodo defectus in posteros per originem ueniens, reatum culpæ habeat: & qualiter concupiscentia dicat originale peccatum.

Perseuerantia

Gen. 3.

Ibidem

Seneca

Defectus q̄
dicatur,

Sciendum est insuper, q̄ defectus aliud non est nisi simplex negatio cuiusq̄ perfectionis, licet non sit nata haberi. Malum uero superaddit ad rationem defectus, ce-
rentiam alicuius quod haberi potest, quia est nomē priuationis. Culpa autē superad-
dit utriusq̄ rationē uoluntarij: un de oportet, ut eo modo sit omnis culpa uoluntaria
quo culpa est. Sicut autē est quoddā bonum naturæ & aliud bonum personæ, sic est quædā
culpa naturæ: & culpa quædam, personæ actualis est, & causatur à uoluntate personæ. Cul-
pa uero naturæ, rationem culpæ sortitur à uoluntate naturæ: quæ uoluntas erat in primo
homine, sicut in principio naturæ: & sic defectus originalis iustitiæ, à uoluntate primi homi-
nis accidit. Nam quia originalis iustitiæ donū erat naturæ collatum, & in posteros trāssum
deum non peccante Adam, sic eo peccante, natura dono suo priuata est in se, & in omni-
bus qui per carnalem propagationē gignūtur: siquidem habitus & priuatio, ad idē genus
reducuntur. Ob hoc itaq; non oportet, q̄ peccatum originale sit in potestate aut libertate
posteriorum, quia non est peccatum actuale, nec uitium personæ ut est persona: sed quasi
per accidens, in quantum naturam infectam participat. Sufficit autem, q̄ fuerit in potesta-
te & uoluntate alicuius in illa natura, scilicet primi parentis. Denique, peccatum originale
per propagationem seminis uenit ad animam. Nam cum anima patris sit originali iustitia
destituta, ideo est in carne deordinatio atq; corruptio. Vnde ex tali carne traducitur simi-
lis caro: quam cum anima informat, maculam contrahit: sicut etiam propter defectum se-
minis, oritur defectus non solum in carne prolis, ut lepra uel podagra, sed & in anima: sicut
quidam à natiuitate stolidi sunt. Hanc autem infectionem culpæ non habet semen in actu,
cum non possit esse subiectum peccati, sed in uirtute & radice: quemadmodum ex semine
leprosi generatur leprosus, licet in femine non sit lepra. Ita quia in femine est dispositio que
priuatur in passibilitate ac ordinatione ad animam, quam corpus humanum ante lapsum
habebat, sequitur ut anima prolis quæ culpæ susceptiua est, contaminetur actualiter origi-
nali culpa: nam anima recipitur in corpore secundum modum recipientis, & conditionem
materiæ. Porro, in omni peccato est unum quasi materiale, & aliud sicut formale: quemad-
modum in actuali peccato, ipsa substantia actus seu conuersio ad bonum, commutabile est
materiale. Deordinatio uero actus, & auersio à summo bono, est tanq̄ formale. Conformi-
ter, cum in peccato originali sit deordinatio quædam naturæ, est in eo aliquid materiale: ni
delicet ipse uires deordinate, seu infectio uirium: formale quoq; scilicet deordinatio à fine
Voluntatis autem per se, est ipse finis: & ei immediate coniungitur, & imperare habet in se-
rioribus uiribus: ideo q̄ auersio uoluntatis à rectitudine quam habuit per originalem iusti-
tiam, est formale, atq; priuatio originalis iustitiæ. Subtractio autem uinculi seu retinaculi,
per quod uires sensitiuæ uoluntati rationali subdebantur, est materiale in peccato: & inde
sequitur est, q̄ unaqueq; potentia mouetur in suum obiectum secundum propriam incli-
nationem & naturam. Itaq; concupiscentia qua habiles sumus ad concupiscendum origi-
nale peccatum, dicit tanq̄ materiale ipsius peccati. Nam sicut in artificialibus materia præ-
dicatur de toto, ut cultellus est ferrum, sic & in moralibus. Veruntamen concupiscentia du-
pliciter sumitur: scilicet pro habilitate concupiscendi, & pro actu qui ea causatur. Hæc
uero concupiscentia etiam fomes peccati uocatur, & non sumitur à uirtute concupiscibili,
quæ contra irascibilem distinguitur, sed ab ipsa sensualitate quæ communis est utriq;

Concupiscen-
tia dupliciter
sumitur.

Articulus CVIII. Vtrum alimentum transeat in ueritatem
humanæ naturæ.

De quaestione proposita triplex inuenit famosa opinio. Vna Magistri & pluriū,
q̄ scilicet alimentū non conuertatur in carnem humanam, sed quicquid ad ue-
ritatem humanæ naturæ pertinet ex parte corporis, totum in primis parentibus
fuit, & ab eis in posteros diuisum est, nullo extraneo adiuncto: sed per multipli-
cationē materiæ, excrescit in tantā quātitatē, ut cernimus. Vnde hoc solum resurrexerunt
stant. Alimentū uero necessarium asserunt, non nisi in fomentū naturalis caloris, quæ admo-
dum dum liquatur auge, adiungitur plumbum ne consumatur auge. Hæc autē positio nō ui-
det conueniens: quā sicut prius ostensum est, multiplicatio talis esse non potest, nisi uel per
rarefactionem, uel per nouæ materiæ creationē: aut per alicuius cōuersionē in id qd̄ auget
per rarefactionē, non est quia sic corpus humanum iam subtilissimum esset, imō igne subti-
lius: nec per creationem, quia augmentatio est motus naturalis: & etiam quia secundum
theologos, materia tota simul creata est: ergo tertium restat, quod ipsi negant. Secunda
opinio

opinio quam Alexander Cōmentator asseruit & quidam sequuntur, q̄ in re animata & ho-
mine, est aliquid ex parte materiæ quod nunq̄ consumitur, in quo principaliter ueritas &
unitas hoīs consistit: aliquid uero consumitur, & pro illo alimētum in carnem conuertitur
& ex eodem res ipsa augetur. & hoc sic conuersum, secundario & minus principaliter ad ue-
ritatem naturæ pertinet: & permanēs illud dicunt per totum diffundi, & ex adiuncto tan-
tum refurget (ut aiunt) quantum ad corporis complementum exigitur: reliquum relinque-
tur. Erratio huius opinionis est, quia in rebus corporeis unitas individualis, est ex parte
materiæ: quæ si non sit eadem numero manens saltem in parte, non esset res uere una &
eadem antē & postmodum. Veruntamen positio ista non uidetur idonea. Nam cum calo-
ris sit naturaliter ut humorem consumat, non uidetur quare magis una pars humidū ma-
neat fixa & inconsumpta q̄ alia. Vnde tertia est positio Auerrois, q̄ nihil signatum maneat
idem in nutritio ex parte corporis, sed cōsumpta una parte, alia aduenit & deperditum sup-
plet. Vnde Aristoteles primo de Generatione, trāsmutationē cibi in alitum, comparat ad
fitionem lignorum. Dicit igitur Cōmentator, q̄ id quod corporis est, considerari potest dupli-
citer. Vel ex parte materiæ, & sic nil permanet fixum: uel ex parte speciei & formæ, & sic
est idem permanens corpus. Hæc autem positio Aristoteli amplius consonat unde & rati-
onabilior uidetur.

Articulus CX. An semen sit solum superfluum alimenti.

Illi præterea qui asserunt alimentum non conuerti in substantiam aliti, etiam dicunt,
q̄ semen non est ex superfluo alimenti, sed de substantia generantis, sic q̄ tota substan-
tia seminis ex humido sit radicali, ex quo membra primo atq; principaliter cōponi di-
cunt. Vnde secundum istos, quicquid de ueritate naturæ humanæ est in filio ex parte
corporis, totum erat in patre: imō & in ipso primo parente fuit tota substantia corporis oīa
posterore. Hæc autem motuum potissimum est propter trādictionem originalis peccati,
quod secundum eos traduci nō posset, nisi id ipsum quod in prole est, in parente primo &
alijs infectum fuisset. Sed hæc positio inepta est: quia secundum Augustinū, peccatū ori-
ginale in nobis est, non quia in Adam fuimus secundum corruptam substantiam, (alio qui
in Christo esset hoc peccatum) sed quia secundum rationem seminale concupiscibilis, in
eo fuimus & ab eo descendimus: & quædam ratio feminalis, uirtus formatiua dicitur: cor-
ruptiua ipsa uero substantia, materia. Vnde qui ex coitu generatur, utroq; modo erant in
Adā. Christus uero quia corpus accepit ex uirgine spiritu sancto illud formante, secundū
rationē feminalē non erat in Adā: sed primo modo eo assimilado: ergo in corruptione pec-
catis non est propter identitatē materiæ: sed secundū rationem uirtutis actiue. Habet quoq;
positio hæc alia impossibilia, sicut iam partim in præcedenti articulo patuit. Ideo alij dicūt,
q̄ ex femine est simul ex humido radicali & nutritiuali superfluo, & hoc totū erit humidū
radicale in filio & de substantia eius: & sic aliquid quod est de substantia filij, erat de ueri-
tate naturæ patris, aui & proauit: & ita usq; ad Adā. Sed non uidetur uera positio ista, quoniā
secundū eam esset propagatio hominū per admixtionem: & sic esset semper minus de ueri-
tate humane naturæ in prole, q̄ patre: unde iam dudū generatio defecisset. Est ergo tertia
positio Aristotelis, q̄ semen sit superfluum alimenti, & nō resolutum à toto, sed habens dis-
positionem naturale ad conuenientia & formā totius: quia scilicet dum ad ultimā digesti-
onem peruenerit, quia eo uis nutritiua non eget, uirtuti generatiuæ ipsum ministrat: & hu-
manā positionem ponit Philosophus duas rationes tria q̄ signa unum decimo de Animalibus. Pri-
manā semen non est in corpore accidentaliter sicut putredo & sanies, sed naturaliter sicut
cæteræ superfluitates. Quod autem naturaliter in corpore est, aut est pars ut caro & ner-
uus, aut superfluum ut lac & urina. Sed semen non est pars organica, cum sit simile in toto
& parte: nec est de partibus consimilibus, quia in constitutionem membri non uenit: est igitur
alimenti superfluum. Præterea, si semen est de substantia corporis, oportet q̄ per decti-
onem corrumpatur, & formam amittat atq; uirtutem: & sic amitteret naturam & uirtutem
membrorum unde deciditur: & per consequens ex eo generari non posset simile secundū
speciem. Deniq; signorum Aristotelis primum est nam nullum à corpore dissolutum, à cor-
pore habet determinatum locum. Semen uero habet determinatum locum: uidelicet uias
feminales, & quasi in eadē parte corporis, ubi sunt loca aliarum superfluitatum. Secundū
signum est, q̄ nullus alleuiatur per emissionem eius quod est de substantia membri sui: sed
per moderatam emissionem seminis alleuiatur natura. Tertium est, quoniam ubi est minus
de superfluo alimenti, est minus de femine. Vnde pueri semen non habent, quia nutritiua-

Augustinus

Semen quod nā
dicatur.

to multo egent: & pingues sunt pauci seminis & modice generationis, quia superfluum illi menti conuertitur in eorum pinguedinem. Si autem esset semen dissolutum, contingeret econtrario. Quod ergo dicitur, genitum esse ex substantia patris generantis, accipiendum est ideo dictum, quia proles est ex eo quod erat conueniens in substantiam generantis transire. Nam cum sanguis dicat aliquo modo de substantia animalis, multo amplius hoc de semine dici potest, quod ad ulteriorem digestionem perductum est.

Articulus CX. Quomodo per originem carnis peccatum transfundi possit: & qualiter in omnes pertransit.

Porro sicut primus homo naturam in se fecit, sic natura infectio in personam omnem sequentem redundat. Si quidem Adam peccate, priuata est natura humana in ipso supernaturali dono, & sibi ipsi secundum naturalia sua principia relicta: ideo quod ex ea per carnis propaginem nascitur, similem defectum sortitur. Nam ultra gradum suum nihil agit: & ideo genitus ab eo in quo natura redintegrata non est per uirtutem seminalem, necessario habet originalis iustitiae carentiam: & hic defectus rationem culpe habet propter uoluntatem primi peccantis hominis, qui uoluntate naturam peccauit. Nam & iustitia illa ei data erat, non ut per se sed sicut principio naturae, ut uidelicet simul cum traditione naturae in prolem diffunderetur. Vnde nunc defectus iustitiae naturaliter naturam propagatam consequitur, quia in potestate naturae in primo homine existens erat, non praeparari. Quomodo autem in semine sit originalis culpa, & qualiter ad animam ueniat, paulo ante iam patuit. Sciendum uero, quod libido tripliciter dicitur. Primo, prout est in actu uoluntatis illicite aliquid desiderantis, & sic est actuale peccatum. Secundo, prout consistit in delectatione sensualitatis, & praesertim generatiuae, ubi semper excedit delectatio: & sic est peccatum relicta, ex quo inordinationem acquirit. Tertio sumitur quasi habitualiter pro ipsa nimia inordinatione, ex qua inest nobis pronitas inordinate concupiscendi. A prima autem libidine liberatur iustus per actum matrimoniale, qui sine omni culpa mortali & ueniali esse potest. Ideo per istam non transmittitur peccatum originale in posteros nec per secundam: quia licet per miraculum illa a concubitu aliquorum auferretur, nihilominus nati, in peccato gignerentur. Igitur tertia libido, est originalis peccati culpa. Generans enim generat sibi simile in natura. Cum ergo haec sit conditio naturae peccato infectae, ut inordinationem uirium habeat, ideo in sobole compar conditio remanet. Quod si feruor coitus dicatur causa originalis peccati, intelligendum est illud, non quod sit uera causa, sed quia in signum huius peccati. Denique, cum ad originale peccatum duo concurrant, uidelicet defectus istae principia naturae concomitans, & quod in potestate naturae erat, ut hoc defectu careret, ideo omnes qui per rationem seminalem ab Adam gignuntur, in hoc defectu nascuntur. Si enim sine peccato quis nasceretur secundum uirtutem formatiuam ab alio, oporteret naturam perfecte esse redintegratam in generante, alio qui gigneret tale, quale ipsum est. Licet autem natura in praesenti uita redintegretur per gratiam in quibusdam quo ad id quod personae est, tamen secundum ea quae ad naturae integritatem pertinent, non nisi in futura uita reparanda est in beatis. Praeterea, licet per passionem Christi & sacramenta ecclesiae, redita sint nobis quae in Adam perdidimus, non tamen omnia in praesenti uita consequimur, sed quaedam nunc scilicet gratiam: quaedam in patria, uidelicet immortalitatem, & alia. Vnde licet generans per baptismum ab originali purgetur, tamen in prolem ab ipso transfunditur, quia purgatio hominis in baptismo ordinat ad id quod personae est, & ad actus personales: non autem purgatur quantum ad id quod naturae est, & quo ad actus naturae. Ideoque per generationem quae est actus naturae, originalis infectio transfunditur, licet in generante non maneat quoad reatum. Si autem deus per miraculum hominem modo ex digitico deret, essent quidam in eo defectus qui in alijs sunt: non tamen secundum quod culpabiles sunt, sed in quantum naturales. Insuper dici solet, quod si mulier peccasset non peccante uiro, illa forsitan in peccato suo obisset: & aliam deus uiro fecisset: uel si ex ea prolem genuisset, illa corporales defectus habuisset, scilicet passibilitatem, &c. non autem defectus qui ex parte animae sunt. Si autem uir peccasset sine femina, omnes nihilominus defectus posterius haberent, quia ex defectu animae, corporis causant defectus. Ratio autem huius est in generatione uir habeat se actiue, mulier passiuè praebensque materiam.

Articulus CXI. De subiecto originalis peccati: & cur generatiua magis dicatur infecta.

Denique

Denique, sicut gratia est immediate in essentia animae, sic & originalis culpa. Anima quippe unitur corpori sine uinculo intermedio, sicut omnis actus intrinsecus sui potentiae secundum Philosophum octauo Metaphysicae. Quoniam ergo ex unione animae ad corpus contrahit ipsa originale peccatum, constat quod illud immediate respicit essentiam animae: & ex consequenti potentias. Veruntamen secundum materiam quod in peccato isto est, scilicet concupiscentiam uel fomitem, est magis in inferioribus animae uirtutibus: secundum formale autem, scilicet deordinationem, est praesertim in superioribus uirtutibus: ideoque per originale peccatum omnes potentiae inficiuntur. Omne uero peccatum etiam originale, est in uoluntate sicut in causa, non tamen semper ut in subiecto. Praeterea, tribus attribuitur originale peccatum: scilicet generatiuae inter partes animae: tactui autem inter potentias sensitivas: concupiscibili uero sicut operatiuae uirtuti: quia ista tria praecipuum ordinem habent ad actum quo natura traducitur: quia delectatio consistit in tactu: substantia actus in generatiua: concupiscibilis quoque imperat motum. Et licet generatiua pertineat ad uegetatiuam partem, quae secundum se rationi non obedit, potest tamen in ea esse ista infectio materialiter, & sicut in eo in quo fortius sentitur resistitiam carnis contra rationem: & sicut in primordiali quodammodo causa infectiois originalis, quae per generatiua diffunditur. Vnde est in ea immediate, & sensitua parte mediate, in quantum disponit & ordinat actum generatiuae. Infectio quoque fomitis principaliter in sensualitate ostenditur, secundum quod infectio naturae redundat in infectionem personae, quoad actus particulares. Ascribitur autem generatiuae originale peccatum, secundum quod est principium actus naturalis, quo natura propagatur: & actuale, prout habet exteriores actus ad generationem ordinatos, ad uim motiuam ac sensitiuam pertinentes. Et quoniam uis nutritiua etiam quosdam exteriores actus habet & delectatione sentit, ideo ei attribuitur etiam actualis infectio quasi materialiter, non autem originalis: quia non est principium naturalis propagationis: augmentatiuae uero nulla infectio conuenit.

Articulus CXII. Qualiter per baptismum originale peccatum tollatur: & de poena quae remanet, & quomodo fomes in aliquibus magis & minus existat.

De remissione autem originalis peccati proportionabiliter loqui oportet, sicut de remissione actualis peccati. Actus uero peccati duo inducit. Nam ratione auersionis a deo, auertit gratiam. Ratione autem conuersionis ad caduca, fit dispositio in peccate ad simile malum: & quoniam sponte gratia priuatur, iuste reatum poenae incurrit. Dum uero gratia restituitur, tunc simul macula tollitur quae in defectu gratiae est, & obligatio ad poenam, quae reatus uocatur. Sed dispositio inducta non maxime auertitur, sed minuitur: quoniam gratia ad bonum inclinatur. Postea quoque per habitum uirtutis dispositio praua corrumpitur. Conformiter in propagatione carnis, relinquitur in natura generatiua dispositio inclinans ad malum, quae fomes uel concupiscentia dicitur, quae attingens personam, reddit eam gratia dei indignam. Vnde relinquitur macula defectus gratiae in anima & reatus: scilicet premio careat quod gratiae debebatur. Porro gratia quae in baptismo donatur, infectionem a natura in personam deuolutam tollit, scilicet maculam culpae, & per consequens reatum, non tamen dispositionem ad malum uidelicet fomitem: sed minuit eam, quia gratia ad oppositum inclinatur. Denique in originali iustitia erat aliquid sicut formale, scilicet rectitudo uoluntatis, & secundum hoc opponitur ei deformitas culpe: erat quoque in ea aliquid quasi materiale, uidelicet ordo rectitudinis impressus inferioribus uirtutibus: & quo ad hoc opponitur ei fomes. Licet ergo non reddatur homini in baptismo originalis iustitia quo ad illud materiale, tamen rectitudo uoluntatis per gratiam reparatur: & sic id quod culpae est, tollit, licet aliquid poenale permaneat. Sciendum autem, quod in actuabili peccato materiale scilicet actus, est causa formalis quod in ipso est, scilicet macula: actualis. Licet uero in peccato originali fomes materialiter se habeat ad originale maculam, non est tamen causa eius in eodem subiecto. Ideoque manente fomite, transeunt reatus & maculae: sed in peccato actuali non potest tolli macula actu manente. Praeterea, cum originale peccatum sit primo infectio naturae & deinde personae, duplex ei poena debetur. Vna in quantum est personae, scilicet carentia uisionis diuinae: actus enim est suppositi & hanc auertit baptisma, cuius gratia ordinatur ad purgationem culpae, prout personam respicit. Alia uero poena debetur originali peccato, prout respicit naturam quam inficit, uidelicet necessitas moriendi, rebellio carnis, & caetera, quae principia speciei consequuntur, &

Actus peccati duo inducit.

Mat.ii.

in omnibus sunt, nisi per miraculum auferantur: & istam non auferit baptismatis gratia, sed auferit eam donum gloriæ: quando uidelicet in futuro statu natura in perfectâ libertatem ac integritatē redibit. Insuper de intentione & remissione fomitis intuentū, q̄ cum fomes immediate naturā respiciat, par oportet esse iudiciū de intentione fomitis atq; naturæ. Natura autē dupliciter consideratur: uidelicet secundum essentialia & specifica sua principia, seu secundū rationē speciei: & sic æqualiter omnibus in diuiduis inest: uel secundum quod perfectio naturæ redundat in indiuiduo, quoad ea ex quibus sequuntur & causantur operationes in diuiduo: & sic secundū diuersitatē complexionū, est unus homo potētor alio in operando & intelligēdo, &c. Si itaq; consideretur fomes absolute prout naturā respicit, sic omnibus æqualiter inest. Nam subtractio illius, quæ omnes animæ uires ordinabat, sub se inuicē & sub deo omnibus uniformitē conuenit. Si autē cōsideretur fomes prout in personam redundat, inquantū potentia sua rectitudine destituta inordinate inclinatur ad delectationes impuras, sic est in uno corruptio fomitis maior q̄ in alio: secundū quod unus est procliuior alio ad aliqua uitia, ex natura aut consuetudine. Dicitū est autem, q̄ causa fomitis in prole non est delectatio concubitus parentum, sed habitualis cōcupiscentia, quæ ex uoluntate primi parentis rationem culpæ fortitur.

Naturā dupl-
citer cōsidera-
tia

Articulus CXIII. An originalis infectio sit à deo: & quomodo decet diuinam sapientiam animam corpori infectio uniri: & de æqualitate animarū.

Pœna duplex.

In originali uero infectione est considerare aliquid culpabile, inquantū uidelicet defectus ille aliquo modo uoluntarius est, & sic non est à deo. Est quoq; in ea aliquod per modum pœnæ, inquantū est defectus à quadā perfectione: & sic est à deo qui gratiam iuste abstulit, & naturam sibi ipsi reliquit. Est autem duplex pœna: quæ dā quæ consistit in infictione contrarij agentis sicut pœna sensus, & huius est deus causa actiua. Alia uero est in sola ablatione & defectu quodā, quemadmodū remotio gratiæ: & infectio ista & hæc pœnæ, est deus causa nō actiua, sed quia non influit quod potest: & sic est deus causa originalis infectionis, inquantū non dat nobis originale iustitiam quam contulit Adē. Si autem quis instet (q̄a secundū Magistrū) si angelus in primo instanti creationis suæ malus fuisset, sequitur q̄ deus esset autor eius malitiæ. Cum ergo anima infundendo creetur, & maculetur in primo instanti sui esse, est mala, ergo à deo esset mala. Respondendū, q̄ non est simile: quoniā angelus simplex est & nō est receptus in alio, p̄ quod maculā trahat: anima uero propter corruptionem carnis quā informat, fit peccato obnoxia. Deniq; licet infusio & creatio animæ simul sint, differūt tamen. Nam creatio dicitur per respectū principij à quo est anima. Infusio autē dicit respectū tam principij à quo, q̄ termini scilicet materiæ quæ per fit. Si ergo dicitur anima maculari creatione, falsum est, si ille ablatiuis designet causam. Si uero importat concomitantia, sic uera est: q̄a dum creatur, maculatur. Sic etiam infusio maculatur per concomitantia, si infusio consideretur ratione principij à quo. Si autē dicat respectum ad id cui infunditur, tunc infusio est causa peccati. Præterea, cum ad diuinam sapientiam spectet magis bonum commune procurare quàm bonum priuatum, non debuit omittere hominum genus multiplicare propter peccatū: sic enim ordini uniuersi multum derogaretur, & subtraherentur multa bona. Rursus, prius non auferitur propter posterius: & ergo non debuit naturalis bonitas humanæ naturæ dimitti propter amissionem gratiæ & eorū quæ sequuta sunt. Vnde melius est hominem naturalē dei bonitatem participare q̄ omnino non esse: præsertim cum prouisum sit homini, quomodo redire possit ad perditam gratiā. Insuper aduertendū, q̄ pœna inferni est duplex. Vna quæ auferit & impedit ea quæ ad perfectionē naturālē exiguntur, & hæc debetur actuali peccato. Alia uero est pœna nil eorū corrumpens quæ homini secundum naturalia sua debentur, sed tollens aliquid, quod propriā naturam hominis excedit, scilicet dei uisionem: & hæc iuste debetur originali peccato. Porrò Magister dicit, q̄ sicut in angelis assignatur differentia, sic & in animalibus humanis: sed hoc uidetur fauere eis, qui dicunt angelū & animā ex materia & forma compositos, & esse plures angelos unius speciei: quæ quia ante destructa sunt, dicendū est, q̄ omnes animæ sint unius speciei, & non differunt essentiali differentia, sed secundū dispositionem materiæ per quam in diuiduantur & multiplicantur. Quo enim fuerit corpus melius complexionatū, eo nobiliorē animā fortitur. Vnde dicit Philosophus, molles carne, aptos mēte. At uero, duplex est materiæ diuersitas: scilicet partū specie differentium, ut manus, pedis, capitis: & hæc secundū Auerroim est à forma, quæ utiq; regit sibi proportionatā materiā. Alia ē diuersitas materialis trā, nō ad spēm sed ad indiuiduū pertinēs: & illa redundat in animā.

Pœna inferni
duplex.

Duplex mate-
riæ diuersitas.

Articulus

Articulus CXIII. Vtrū à proximis parentibus proles maculam contrahat, aut propter eorum culpā pœnā incurrat, & de unitate originalis peccati.

Deniq; nullum defectum oportet à parentibus in prolem traduci præsertim qui ex parte anime fit, nisi qui ad naturam pertinet. Hunc autem defectum originalis peccati in duxit. Nam per ipsum discontinuata & intercisa est adhæsiō mentis cum deo: ex cuius interruptione facta est inferiorē disturbatio uitii. Ex alijs autem peccatis actualibus causantur defectus, & corruptiones personam respicientes, inquantum peccator efficitur ad peccandum prior. Ideo q̄ actualia proximiū parentum peccata, nullo modo in filios transeunt. Sciendū est in super, q̄ filius cōsiderari potest dupliciter. Primo ut quæ dā persona. Secundo ut res quæ dā patris: quia secundū Philosophum, ad felicitatem ciuilem inter alia bona fortunæ quæ organice conferunt, etiam filius cōfert. Est autem filius res patris secundum corpus quod ab ipso contraxit, & secundū res temporales de quibus filius patrē iuuare tenetur: secundū animā uero est res dei. Vnde Ezechiel ait: Sicut anima patris mea est, sic & anima filij. Duplex quoq; pœna consequitur peccatū. Vna quo ad animā, scilicet amissio gratiæ & turbatio conscientię in presenti, & in futuro pœna inferni: & talē pœnā nunq̄ sustinet filius pro parente. Alia pœna est peccati, quasi per accidēs: quæ etiā non semper infligit, sed secundū moderamen diuinæ prouidētia, ut corporales infirmitates & aliæ pœnæ temporales: & quo ad has, redundat quandoq; culpa patrē tum in filios, nisi forte filius sit peccato patris dissentiens & bene uiuens: & de hac loquitur scriptura quæ ait: Ego dominus zelotes, uisitās iniquitatē patrū in filios. Quia hoc dictum est de pœnā temporali, & filijs qui patrē salte per consensum aut realiter imitant. Et quidē in filio patrē in malo sequentē, duplex est ratio pœnæ: tū q̄ patrē sequitur: tū q̄ res patris est. Vnde quādoq; magis punitur q̄ pater: nec istud est mirū, q̄a secundū humanā iustitiā, quādoq; animalia occiduntur, & domus effodiuntur propter peccata dominorū. Deniq; & populus cum sit res quæ dā regis interdū pro peccato regis punitur, quæ admodū de David & Israele scriptū est: tamen ut Gregorius asserit, tunc id potissime accidit, dū populus meretū regē malū habeat, uel in peccatū cadere relinquit: & sic etiā pro propria culpa populus punitur. Veruntū secundū legē humanā non punit filius pro patre in bonis, quæ iam à patre accepit, sed quæ accepturus esset, siue quoad corpus siue in possessionibus. Non enī pro peccato patris filius natus truncat, uel emācipatus exheredatur, sed accidentaliter pœna patris redū datur in filiū, q̄a quod patri auferit, filius haberet si pater nō peccaret. Et quoad membrum, quoniā ex truncatis nascuntur truncati. Contemplandū præterea, q̄ cū originale peccatum sit priuatio primordialis iustitiæ: quæ omnes uires in deū reduxit, & sibi inuicē coordinauit, ideo originale peccatū est unū dū taxat, & respicit essentiā animæ: & per ipsum omnes uires deordinate sunt. In pluribus autē numero differt. Vnde Anselmus dicit, q̄ originale peccatū est pronitas ad omne malū. Est tū uirtualiter multa peccata, inquantū ex eo actualia peccata causant. Propterea sancti quicq; ipsum pluraliter designāt. Et q̄a secundū se unū est, ideo correspondet ei directe una pœna: scilicet carētia uisōis diuinæ, & ceterę pœnē quæ dā p accidēs cōsequuntur ipsum, q̄a uersa mēte à deo, iustū erat corpus & sensus nō obediēti.

Ezech.18.

EXO.10.

Anselmus?

Articulus CXV. De pœna originalis peccati: & an pueri non baptizati, sensibilem patiantur dolorem de amissione uitæ æternę.

Rit autē pœna correspondens culpæ. Originale uero peccatū non est per subtractionē alicuius quod homini naturaliter debetur, sed est carētia supernaturalis doni, per quod ordinatus est homo ad cōsequendū uitā æternā. Originale enī iustitia erat naturā ad supernaturālē finē, scilicet dei uisionē perducēs. Ideo originale peccato nulla alia pœna debet post hęc uitā, nisi pœna damni: uidelicet carētia uisōis beatæ. Præterea, acerbitas pœnē sensualis, delectationi peccati respondet. In originali autē peccato nō est delectatio, q̄a nec operatio sine qua eē nō ualet delectatio. Itē pœna sensualis prinēt ad ipsam psonā. Originale autē peccatū est directe culpa naturæ. Vñ sicut peccatū nō est p suā operationē, sic nec pœna eē debet per suā passionē: sed per subtractionē illius quod naturā excedit, ad quod originalis iustitia prouexit. In bonitatibus itaq; naturalibus, nullum detrimentū habebunt propter originale peccatum. Nam & originale peccatum sicut minimum habet de uoluntario, sic minime participat rationē peccati. Porrò corpora puero-rum post resurrectionem impassibilia erunt non simpliciter sicut corpora beatorum, neq; intrinsecam impotentiam patiendi, sed propter defectum exterioris agentis in ea. Omnis enim naturalis actio maxime corruptiua, cessabit post diem iudicij cessante motu cœlesti: sed

agec

Mar. 16.

aget unum corpus in aliud, solū secundū ordinē diuinā iustitiæ. Quod ergo ait Augustinus, pueros non baptizatos aeterno supplicio puniendos, de pena damni intelligi par est. Præterea, quia secundū hæc dolor sensibilis correspondet delectationi, quæ in peccato originali nulla est, ideo oportet, quod nullus dolor in sit pueris non baptizatis post hæc uitam de priuatione ueræ felicitatis, nec exterior neque interior. Habebunt autem perfectam cognitionem eorum quæ naturali agnitione scire possunt: unde cognoscent se uisionem dei priuatos: causam quoque dinoscent, non tamen dolebunt. Nullus enim rectæ rationis dolet se id non habere, ad quod proportionatus non est: sicut nō dolet homo quia uolare non potest: uel rusticus, quod imperator non est. Pueri uero sine baptismo defuncti, nullam unquam proportionem sortiti sunt acquirendi uitæ æternæ, quia naturaliter eis nō conuenit, nec uisum liberi arbitrii habuerunt, ut proprijs actibus mererentur: ideoque de eius amissione nihil dolebunt. Denique, in pueris illis est recta ratio, quia peccato non erit obliquata, nec onere carnis grauata. Sed recta ratio nō finit quempiam turbati de hoc, quod ipse uitare non potest: & ex hoc Seneca probat, quod in sapientem turbatio cadere nequit. Pueri uero penam hanc damni nullo modo uitare ualebant, non ergo turbabuntur de eam: nō gaudebunt, quoniam de naturali dei bonitate multū participabunt, & naturali amore diligēt eum nec dolebunt, quod per alios ad baptismum non perueniunt: sicut nec pueri baptizati de hoc, quod multa dona non perceperunt quæ alijs multis ipsis similibus, concessa sunt. Hæc quippe ad superexcellentem gratiam non pertinent. Vellent tamē esse cum deo si possibile foret per gratiam, à quo secundum naturam separati non sunt. Vnde ne uermē conscientiæ habent, nec de speratio cadit in eos.

Seneca.

Articulus CXVI. Quomodo malum dicatur esse, cum tamen non sit aliqua uera natura.

Duidit denique Aristot. s. Metaphysicę ens, in ens reale extra animā, quod diuidit in decē prædicamenta, & ens rationis quod significat ueritatē propositionis secundū quod affirmatio dicit uera, quæ signat esse quod est: & negatio, quod significat non esse quod nō est: & sic negationes ac priuationes dicuntur entia: uere enim dicitur cæcitas esse in oculo: & sic mala simpliciter loquendo conceduntur esse: quia (sicut quarto cap. de diuinis nominibus Dionysius probat) non aliud est malum quod bonum imperfectum: & si tale bonum non esset, omnia bona essent æqualia: deperiretque pulchritudo uniuersi, quæ ex ordine & gradibus bonitatum resultat: ordo quoque essentialis causæ cessaret. Denique, si nulla res propria perfectione carere posset, tunc esset in omnibus æqualis in bonitate stabilitas, neque implerentur omnes gradus bonitatis. Dionysius tamen quarto capitulo de diuinis nominibus asserit, quod malum nec est existens, neque in existentibus: & hoc dicit quia accipit existens primo modo, & sic malum nec est in se nec in subiecto, tanquam aliqua in ipso existens essentia: sed est sola priuatio mali. Dicit etiam, quod malum plus distat à non existente quam ab existente: quia uidelicet malum cum nō sit simplex negatio boni, (aliās omnia essent mala) sed negatio cum aptitudine habendi, ideo fundatur in existente sicut in subiecto, ut cæcitas in oculo: sed in non existente nullo modo esse potest. Denique Auicenna in sua Metaphysica utilem tangit diuisionem mali. Dupliciter enim dicitur malū, scilicet per se & per accidens. Malū per se, est ipsa priuatio boni quæ abstractiue malū dicitur: & hæc est duplex. Quædam enim est priuatio eius, quod est necessarium ad perfectionem rei in suo primo esse, ut priuatio pedis: & talis est in omnibus malum. Alia est priuatio alicuius, quod est secundaria rei perfectio, ut alicuius scientiæ: & hæc non est mala, nisi in eo qui eam habere deberet propter certam causam. Malum uero per accidens duplex est: scilicet subiectum talis priuationis, uel causans eandem: & utrunque horum est malum concretiue sumptum. Subiectum insuper mali quadruplex est: scilicet actus, habitus, passio, substantia. Dicitur enim actio mala, quæ non est ad determinatum finem directa, uel circumstantijs rectis uestita: & quia ex actu gignitur habitus, ideo ex consequenti mali dicuntur. Passio quoque per quam aliquid in patiente corrumpitur, mala est. Et quia accidens non est subiectum priuationis nisi uirtute substantiæ, ideo substantia primo subijcitur malis, & mala uocatur ratione alicuius instrumenti. Si autem est malum per accidens inducens, hoc est duplex: uel ex parte materię, sicut in menstruo effectu uel ex parte agentis, & hoc est dupliciter. Nam agens est animæ coniunctum, sicut gladius secans, & ignis comburens: & inde causatur malū sensus. Vel est agens separatum, impediens influentiam causæ perficientis: & ita nubes malæ dicuntur, quia lumen impediunt, & ex hoc causatur malum damni. Est itaque ordo inter hæc mala, quia per se malum

Dupliciter malum dicitur. Priuatio duplex. Malum per accidens duplex. Subiectū mali quadruplex.

se malum primo modo maxime malum dicitur: & alia per habitudinem ad illud. Innotescit itaque, quod malum secundum se non est aliqua natura, nec ens positium, sed sola priuatio: malum autem concretue dictum ratione subiecti est aliquid, sed non ex eo quod est, malum est aliquid, quemadmodum oculus cæcus, est aliquid non ex eo quod cæcus, sed ratione subiecti cæcitatibus. Quod uero mali causa est, licet in se sit aliquid, tamen secundum quod est causa mali, priuatiue dicitur. Nam in eo quod priuationem inducit, malum ostenditur: & hoc est uerum de priuatione priuante perfectionem debitam in esse. Sciendum quoque, quod malū abstractiue sumptum opponitur bono priuatiue: Si autem consideretur per accidens, prout est in actione & habitu, sic opponitur bono contrarie, ut prodigalitas liberalitati: & fictitiam malum est differentia, non autem primo modo. Efficaciter denique probat Philosophus quarto Ethicorum, quod nihil possit esse totaliter malum: quia si est aliquid pure malum, oportet in eo corrumpi omne bonum: & si in eo omne bonum corrumpitur, ergo & esse quod esset subiectum priuationis: sed substantia corrupta priuatio definit esse: ergo nec ipsa nec substantia esset.

Articulus CXVII. Quod bonum est causa mali atque subiectum: & quod malū, totum bonum corrumpere nequeat.

Insuper, nil agit nisi secundum quod est in actu & perfectum: perfectum est autem unum quodque à formam deo, quod forma est causa agendi. Intentio quoque agētis est assimilare sibi passum, introducendo similitudinē suā in ipsum: & ob id, quod per se ab agente intentū est, bonum est. Defectus autem præter intentionē contingit: & hoc tripliciter. Vel ex parte intenti, quod uidelicet non comparatur secū perfectionē quæ sibi contraria est, sicut dum ignis generat ignem, ex aere forma ignis per se intenta est: & quia cum ea forma aeris simul esse non ualeat, ideo corruptio eius per accidens est ex parte formæ ignis. Secundo ex parte recipientis, sicut dum materia indisposita est, ut in menstruo effectu. Tertio ex parte instrumenti, quæ admodum propter curuitatem cruris, claudicatio euenit. Quoniam ergo actiones morales non sunt factiones in materia foris transeuntes, ideo malum culpæ non accidit ratione materiæ, sed ex parte agentis in peccato mortali, & ex parte instrumenti, uidelicet inferiorum uirium animæ, quæ sunt quasi instrumenta rationis in peccatis uenialibus, scilicet primis motibus. Cum enim peccatum mortale sit, per quod sibi mens finem constituit in alio quam in deo, ideo mortale peccatum est ex parte rationis deliberatæ & agentis: quia non est possibile, ut aliquid habeat duos ultimos fines, sicut nec duas formas substantiales. Vnde cum anima alicui creaturæ quasi ultimo fini principaliter intento inhæret, deum qui uere omnium ultimus finis est, deserit: & tamen huius finis ommissio, est præter intentionem uoluntatis, quæ aliquid mali sub specie boni appetit, ex quo consequitur auersio eius à deo: & ideo malum non habet causam nisi per accidens: sicut bonum est causa mali: & ipsa quidem uoluntas eo ipso, quo propter suam libertatem in utrunque flexibilis est, esse potest causa primi mali sine aliquo malo præcedenti: & hoc habet, quia secundum se nihil est atque nihil, & uertibilis in nihil: & inde habes ut deficere possit non tamen est agens malum ratione huius potentie: alioqui semper deficeret, sed prout est actu in seipsa prauitate infecta, quam ex se elicit immediate. Agens uero naturale (quæ ex se ad unum determinatur) nō potest esse causa inordinati effectus, nisi defectus aliquis in ipso præcedat. Denique quod aliquid dixerunt malum ut in pluribus accidere in ipso uniuerso, simpliciter falsum est: quia natura hæc & maxime superiora, raro uel nunquam deficiunt, neque uoluntaria secundum quod propria perfectione completa sunt. Quoniam autem malum est priuatio boni cum aptitudine habendi, ideo mali subiectum est illud bonum, quod à propria perfectione ac habitu deficere potest, tam in naturalibus quam in uoluntarijs: & ideo nec in deo qui uniuersaliter bonus est, nec in beatis qui omnem bonitatem sibi debitam sortiuntur, nec in corporibus celestibus malum esse potest. Quod autem diabolus dicit quod malum non est in existentibus, ideo dicit quia non est pars constitutiua, nec reale aliquid in existente. Non etiam est malum in eo quod sibi opponitur, scilicet in habitu sibi opposito, sed in subiecto quod utriusque capax est: & ideo licet bonum sit subiectum mali, non sequitur quod unum contrarium sit subiectum alterius: quia nec quodlibet malum opponitur cuilibet bono: sed determinatum malum determinato bono opponitur. Aduertendum est quoque, quod ad rationem priuationis tria concurrunt: scilicet habitus priuationi habitus, subiectum utriusque & aptitudo seu habitus ad habitum, quæ est quasi quædam inchoatio habitus, sicut malum culpæ habet animam pro subiecto, & pro habitu opposito gratiam: & animam

Peccati mortale quod sit.

Malum quod dicitur.

& animæ quoque inest dispositio naturalis ad gratiam. Itaque malum culpæ gratiam penitus tollit nisi autem de essentia subiecti uidelicet animæ auferat, sed habilitatem diminuit in quantum eam ad gratiam magis ac magis elongat: & quidem diminutio hæc non est per subtractionem partu alicuius, sicut qualitates & formæ non augentur per subtractionem sed in rationem: sic & ista habilitas per remissionem minuitur: & hæc quidem elongatio, in finem protrahi potest: nunquam tamen totaliter habilitas destruitur, cum sit naturam conueniens: peccatum autem naturalia non tollit, quia & in demonibus illa integra permanerunt secundum Dionysium quarto capitulo de diuinis nominibus. Porro ista habilitas est medium inter animam & gratiam, quia radicatur in ipsa & perficitur gratia. Vnde in quantum accedit ad gratiam, opponitur culpæ & læditur ea: in quantum uero in ipsa anima fundatur, non opponitur culpæ, sed est subiectum eius: & ideo manet manente natura.

Articulus CXVIII. De diuisione mali, & diffinitione peccati.

Perfectio duplex.

Quoniam iuxta præhabita malum est perfectionis priuatio, ideo secundum diuisionem perfectionis, est diuisio mali. Est autem duplex perfectio, scilicet prima ut est forma substantialis: & huius priuatio dicitur malum naturæ: alia est perfectio secunda uidelicet operatio: & priuatio eius peccatum dicitur secundum Philosophum prout res non consequitur naturalem suum finem: unde monstrum est peccatum in natura. Sed quoniam bonum & malum speciali modo sunt in rationali natura secundum Philosophum s. Metaphysicæ, ideo malum in his quæ per electionem agunt, superaddit peccato rationem uoluntarij, & culpa uocatur. Conformer, malum naturæ in his quæ finem cognoscunt, specialem sortitur rationem mali, ut dicatur malum poenæ in quantum uoluntas dissentit defectui. Vnde omnis poena malum naturæ dicitur: quia secundum Augustinum poena malum est, quoniam bono naturæ nocet, subtrahendo id quo natura perficitur in suo esse naturali, ut cæcitas: uel in superaddito ipsi esse, sicut est ablatio gratiæ. Cõstat igitur, quod in irrationalibus poena non dicitur, cum culpa in eis non sit neque uoluntas: sed diuisio mali in malum culpæ & poenæ, non est diuisio mali absolute accepti, sed prout in rationalibus reperitur. Sciendum est autem, quod aliquid dicitur causa alicuius dupliciter: scilicet formaliter, sicut albedo est causa esse albi, & efficienter: & sic dealbans est causa esse albi: sic etiam priuatio uel ademptio boni, nocet formaliter, quia est ipsum nocumentum: culpa uero ratione actus sui, effectiue nocet, quia gratiam tollit, & priuatio passiuè dicta, poena est. Præterea secundum præducta, ad peccatum duo concurrunt, uidelicet ipse actus & deformitas per quam a debito ordine auertitur. Finis autem rationalis naturæ quem theologus considerat, est æterna felicitas, ad quam nos lex diuina dirigit uel instrumentum & iustitia, sicut in illum inclinans. Secundum hoc ergo triplex ponitur in litera diffinitio peccati: quia prima tangit actum peccati in ordine ad instrumenta quibus exercetur, cum dicitur, peccatum est factum, uel dictum, uel concupitum contra legem dei. In secunda tangitur subiectum actus ex parte obiecti, cum dicitur, peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi quod iustitia uetat: & sumit hic iustitia secundum quod est generalis uirtus. In tertia uero ponitur id quod est completiuum & formale in peccato, scilicet priuatio dirigentis in finem, cum dicitur, peccatum est præuaticatio legis diuinæ: & deordinatur a fine cum additur, & celestium inobedientia mandatorum. Hæc autem diffinitiones non nisi peccato actuali mortali conueniunt, quia hoc perfecte rationem peccati habet. Peccatum uero ueniale deficit a plena ratione peccati, quoniam non penitus a fine deordinatur, sed aliquo modo retardat. Peccatum quoque originale plus a ratione peccati distat, quia non consistit in actu eius qui ipso insicit, sed cum natura transfunditur.

Augustinus.

Ad peccatum duo concurrunt.

Articulus CXIX. An peccatum omissionis sit in aliquo actu consistens: & qualiter in exteriori actu sit peccatum: & utrum peccatum corrumperet potentias animæ.

De omissionis peccato, opinio duplex.

Est autem duplex opinio de peccato omissionis, an oporteat ad ipsum aliquem actum currere. Quidam enim dicunt quod sic, uel exteriorem: ut cum quis nimium uigilans, debita hora surgere nequit, uel interiorem: per quem retardatur a debito opere & expletionem præcepti. Hæc tamen positio non uidetur idonea. Cum enim uoluntas ad utrumque oppositorum libera sit, potest omittere unum absque determinatione sui ad aliud: modo quod de alio nil cogitet. Nam uoluntas potest in utrumque oppositorum, sicut deus nec uult mala fieri, nec uult ea non fieri. Si ergo uoluntas sic se habeat, tunc utique peccat, quod non facit, quod facere debet & illud exemplum de uigilante non est efficax, quia uigilia illa non est per se causa obdormitionis illicitæ, sed per accidens: quia per se non est contraria præcepto. Vnde alia opinio aptior

aptior est quæ dicit peccatum omissionis in sola negatione debiti actus consistere: & quoniam opposita in idem genus reducitur, ideo sicut peccatum omissionis ratione culpæ habet in quantum est uoluntarij, sic & ommissio culpabilis est quia uoluntaria. Denique quoniam habitus & priuatio in eodem genere sunt saltim per reductionem, ideo in diffinitione peccati præinducta, in dicto & facto ac concupito includitur ommissio dicti, facti & concupiti. Vnde & peccatum omissionis est actuale peccatum, non quasi in actu fundatur, sed quasi ad idem genus reductum. Præterea, ommissio non est peccatum nisi secundum quod sub præcepto affirmatiuo cadit. Præceptum uero affirmatiuum obligat semper sed non ad semper, sed ad determinatum tempus: ideo ommissio non est peccatum nisi pro illo tempore ad quod præceptum est obligans. Igitur subiectum peccati omissionis non est operatio, sed ipsa uoluntas. Amplius autem agnoscendum, quod in agentibus ordinatis uirtus primi agentis manet in sequentibus: & quod instrumentaliuè mouetur ab aliquo, imitatur conditionem principalis mouentis. Quia igitur uoluntas omnium uirtutum animæ, & actibus totius hominis imperat, ideo conditio uoluntatis atque proprietas, per se ueritat & participatur in illis. Nam & intellectus uult intelligere, & irascibilis uult suum actus: & hoc usque ad actus exteriores protenditur, quia uult homo ambulare, loqui, comedere. Quoniam igitur ratio meriti & demeriti a ratione uoluntatis oritur, ideo sicut secundario actibus exterioribus conuenit ratio uoluntarij, sic est in eis ratio culpæ: quæ tamem principalibus attribuenda est uoluntati, in qua est peccatum quo ad suum formale scilicet deformitatem, & sicut in prima causa. Quidam autem considerantes peccatum solummodo quo ad suum formale, dixerunt non nisi in uoluntate esse peccatum. Alij uero solum materiale peccati præstantes quod est actus, asserunt non nisi in exteriori actu fore peccatum. Insuper intue dum est, quod perfectiones ad quas aliquid in potentia est, quandoque in differenter se habent, & æqualiter perficiuntur subiectum, nec una debetur subiecto magis quam alia: & in acquisitione talium non consistit perfectio, nec in amissione earum corruptio: sicut cælum est in potentia ad diuersos situs. Alia uero perfectiones sic se habent, ut una sit naturalis ac perfectiua subiecti, alia in debita, sicut anima est in potentia ad uirtutes & uitia. Dum ergo debitam perfectionem accipit, perficitur: sed corrumpitur dum indebitæ qualitati subicitur. Vnde (secundum Philosophum sexto Physicorum) acquirens uirtutem, non alterari sed perfici dicitur. Sic itaque potentia animæ corrumpuntur per uitia, non secundum quod naturales proprietates sunt, neque esse amittant, sed quo ad perfectiones suas secundas, uidelicet secundum ordinem quo ordinatae sunt in debitum finem quem propter peccata sortiri non ualent. Vnde potentia dum ad malum inclinans, licet ad suam corruptionem inclinans, non tamen illam intendunt per se sed per accidens: per se enim delectationem intendunt, ex qua sequitur in eis corruptio: sicut & æger uicissim appetit nociua, cum tamen sanitatem desideret.

Articulus CXX. Quod unum peccatum est causa alterius & poena peccati: & an passio sit secundum se peccatum.

Denique in triplici genere causæ, unum peccatum esse potest causa alterius. Primo in genere causæ efficientis, & hoc dupliciter: uel per accidens, scilicet ex parte auersionis, quia ratione auersionis peccatum tollit gratiam quæ prohibet & implet malum: unde priuatio eius est causa per accidens peccati, sicut remouens prohibens: & sic quodlibet mortale peccatum, esse potest cuiuslibet causæ peccati. Secundo est unum peccatum causa alterius, in hoc genere causæ per se, scilicet ex parte conuersionis, in quantum ex actu peccati relinquuntur in anima dispositio, uel habitus inclinans rursus ad peccandum: & sic unum peccatum non est causa alterius, nisi sibi secundum speciem similitudinis ut luxuria luxuriæ. Secundo est unum peccatum causa alterius in genere causæ finalis, scilicet unum peccatum adducit aliud in suum finem: ut cum quis luxuriatur ut dicitur, hic luxuria aduocatur in finem auaritiæ: & ita quoque quodlibet peccatum esse potest causa alterius: tamen unum magis natum est causare aliud unde & filia eius uocatur. Tertio est unum peccatum causa alterius per modum causæ materialis, quando uidelicet actus unus, præbet materiam ad aliud: & sic gula est causa luxuriæ: & auaritia dissensionis & litis. Insuper aduertendum, quod contingit idem esse poenam & culpam, sed non secundum eandem rationem. Nam in quantum est poena, est uoluntati contraria: in quantum uero est culpa, est uoluntaria. Igitur tripliciter culpa dicitur poena. Primo ratione effectus, in quantum naturam corrumpit & gratiam tollit. Hoc autem dupliciter accidit. Nam culpa quandoque causat poenam ratione auersionis, uidelicet gratiam auferendo: interdum ratione conuersionis, & hoc dupliciter: quia quædam peccata habent poenam annexam, ut ira, inuidia,

Aristo.

tripliciter culpa dicitur poena.

Alio modo secundum quod actus peccati non sine labore fit, sicut scriptum est: Ambulantibus uias difficiles. Secundo dicitur peccatum poena, in quantum est effectus poenae, scilicet subtractionis gratiae: quia gratia iuste subtracta, ruit homo in peccatum: & sic omne auxilium dei quod peccati impedimentum est, si subtrahatur eius subtractio, causat peccatum quod poena dicitur, quia est effectus poenae: & haec auxilia quod subtrahuntur propter peccatum praecedens, quatenus homo liberius peccet. Tertio culpa poena dicitur ratione deformitatis in actu: quia animus inordinatus sibi ipsi poena est. Porro cum scriptum sit, quae procedunt ab homine, haec coinquant hominem, non est passio secundum se peccatum in quantum passio, quia non est a patiente in quantum huiusmodi, sed ab aliquo inducitur in patiente: per accidens tamen potest esse peccatum, secundum quod uoluntas inordinate se habet ad eam. Nempe passionum quaedam sunt passionestantum, uidelicet passiones corporales, ut adustio, sectio, febris, quae insiguntur ab extrinseco, uel etiam a principio naturali intrinseco: & hae passionum uoluntas est causa, uel libenter sustinet eas propter aliquem finem, propter quod meritum in eis est si sint decentes: demeritum quoque si indecentes sint. Aliquaero passiones sunt simul passiones & operationes, quemadmodum secundum Philosophum sentire, est quoddam pati: & istae passiones sunt in omnibus uiribus animae praeter intellectum agentem, & uirtutes motu as organis affixas. Nam & intelligere, quod dicitur pati est uelle etiam atque appetere: quoniam potentiae istae recipiunt species rerum in se: & in omnibus his nomen passionis magis proprie dicitur, secundum quod ad transmutationem corporalem amplius accedit, propter quod inter eas ira & inuidia magis passiones dicitur. In istis autem non est peccatum aliquod, nisi secundum quod uoluntas aliquo modo se habet circa eas, uel in operando in quantum operationes sunt, aut in accipiendo prout passiones sunt. Nam & motus sensualitatis secundum praestentiam, non est peccatum, nisi prout in potestate uoluntatis est. Sciendum autem, quod ira & inuidia quandoque nominant uirtutum, & sic sunt peccata mortalia: quandoque autem passiones. Ex his innotescit, quod passio est directe uirtuti opposita: nec pugnat contra rationem tanquam uirtuti contraria, sed opponitur medio quod ratio in passione constituit: propter abundantiam enim passionum, a medio receditur, sicut propter causam materialem.

Articulus CXXI. Vtrum omnis poena pro peccato infligatur: & de diuisione bonorum.

Proinde nemo punitur, nisi quia aliquo quod ei bonum est, priuatur. Est autem aliquid bonum homini dupliciter: scilicet secundum naturam communem in quantum est animalis uel secundum propriam naturam & rationem qua homo est, scilicet in quantum est rationalis ad beatitudinem ordinatus. Primo modo bona exteriora & corporis, sunt bona hominis: & ideo horum priuatio poena hominis est: non tamen semper pro proprio peccato hominis infligitur, quia non sunt bona hominis in quantum est homo. Veruntamen nisi originali peccato esset natura obnoxia, non eueniret haec poena hominibus. Bona uero hominis secundo modo, sunt uirtutes & similia dona: & horum defectus nisi ex propria culpa, nullus fortitur: sed a sanitate corporis. Et res exteriores sunt hoc secundo modo bona hominis, in quantum instrumentaliter atque organice ad uirtutem deseruiunt: & in horum subtractione secundum quod necessaria sunt, & ad uirtutem organice deseruiunt, nemo punitur nisi pro peccato suo. Si uero subtrahantur quo ad id quo necessaria non sunt, non est hoc poena hominis, nec obest sed prodest, sicut scriptum est: Diuitias & paupertatem ne dederis mihi. Quae uero de causis secundum Augustinum, flagellamur. Primo ut iustis merita augeantur, ut in Iob. Secundo propter custodiam uirtutum ne superbia tentet, sicut in Paulo. Tertio propter correptionem peccati, ut lepra Mariae: Quarto ad initium poenae, ut in Herode quatenus ostendatur in presenti, quid in futuro sequatur. Quinto propter gloriam dei, sicut in caeconato. Itaque, quando quis flagellatur ut ei merita accrescant, non est poena hominis secundum quod homo, sed secundum animalem naturam poena est: & quo ad id, sequitur originale peccatum. Unde patet, quod Christus non est passio poenae quae ipsi obesset secundum bona rationis in quantum est homo, sed secundum communem naturam: & hoc propter peccata nostra. Praeterea, cum actus uoluntarius determinetur & specificetur ab obiecto, ille actus dicitur bonus ex genere, cuius obiectum proportionatum est potentiae operantis: nam prima determinatio est per formam generis. Sed quia circa idem obiectum potest se actus diuersimode habere, ideo ultra determinabilis est per debitas circumstantias: & ille erit bonus ex circumstantiis, & tandem informatur ipso habitu uirtutis: & sic est perfectam bonitatem adeptus, & dicitur simpliciter bonus.

Articulus

Articulus CXXII. De existentia peccati: & quod omne ens quod aliquid posituum nominat, sit a deo.

Considerandum quod substantia sicut, primae Philosophiae dicitur, dupliciter accipi potest. Primo prout nominat primum praedicamentum. Secundo iuxta quod nominat aliquid in re: & sic dicitur definitio significare substantiam rei: & ita quod quid entitatem ueram habet, in quoque genere substantia dicitur, uel habens substantiam. Quoniam ergo in peccato sunt duo, scilicet actus & recessus a rectitudine, seu deformitas quod est priuatio boni & formale peccati, constat quod peccatum ratione actus est substantia secundo modo accepta: ratione autem deformitatis nihil est, nec substantia, nec accidens. Denique secundum Boethium, natura multis modis dicitur. Primo dicitur natura omne quod intellectu accipi potest: & sic communiter se ad omnia entia habet. Secundo prout in substantiis inuenitur: & ita omne quod agere & pati potest, natura uocatur. Tertio dicitur natura, prout est principium motus & quietis eius, in quo est per se, & non secundum accidens. Quarto natura dicitur unumquodque informans specifica differentia. Peccatum ergo ratione actus, natura dici potest primo & quarto modo, non autem secundo & tertio modis. Dicit autem Augustinus, quod peccatum est priuatio modi, speciei & ordinis: quia uidelicet per peccatum priuatur forma actus qua in specie moris locari posset, non tamen priuatur simpliciter forma essentia: sed per differentiam quandam terminatur ad speciem. Sed quo ad formale peccatum nullo modo natura est, nec ens uel res, nisi secundum quod priuationes & negationes entia dicuntur. Omne itaque quod aliquid reale esse habet, uel essentiam aliquam, a deo est. Et si quis dicat, aliquem peccare & deformitatem peccati esse, est uerum: ergo hoc esset a deo: quod non uideretur. Item quaeritur, quomodo idolum nihil est si a deo est. Et respondendum, quod uerum & ens uero modo dicuntur, prout in rebus fundantur: secundo prout in intellectu cadere possunt: & sic uerum constituit in compositione & diuisione intellectus. Primo igitur modo aliquem peccare, uel deformitatem peccati esse, non est uerum nec ens: imo est recessus a ueritate atque essentia: sed secundo modo uerum est aliquem peccare, & etiam ens, quia illa reuerentia qua significatur sic esse sicut in re est, est in ratione: & ipsa utique reuerentia a deo est, sed illa non est peccatum: & quantum est in peccato, de entitate tantum, est ibi de participatione similitudinis diuinae. Ad id autem quod de idolo quaeritur dicendum, quod forma hominis in idolo dupliciter considerari potest. Vel in quantum est figura quaedam, & sic est a deo: uel secundum quod ordinata est ad id quod indecens atque inconueniens est: ut puta quatenus adoretur: & sic nec a deo est, nec aliquid est.

Articulus CXXIII. Vtrum deus est causa actus mali.

Iuxta praedicta duo sunt in peccato: unum quasi materiale uidelicet actus: & aliud tanquam formale scilicet deformitas. Et quidem, quod huius deformitatis deus causa non sit, patet. An uero sit causa actus in quo fundatur obliquitas, duplex extar opinio. Una asserit quod actus mali seu peccaminosi nullo modo a deo sunt, nec in quantum actus, nec in quantum uirtutis: & hanc positionem modo pauci uel nulli defendunt, quoniam dupliciter errorem illabitur. Nam primo ex ea uideretur, quod sint plura prima principia, scilicet deus & uoluntas: quia si uoluntas sine influentia atque auxilio primi agentis agere ualeat, tunc erit primum agens. Hoc tamen soluere conantes, dicunt quod ad rationem primi principij non sufficit, quod sine dei causalitate agere queat, sed quod esse a seipso habeat. Cum ergo uoluntas non sit nisi a deo, non sequitur quod sit primum agens, sed ista solutio inefficax est. Cum enim agere procedat ab esse, id cuius essentia est ab alio, non potest a se habere potentiam & actionem. Rursum, & si secundum responsum hanc sequatur, quod uoluntas non sit primum agens, non tamen uirtutis quin esset primum agens: cum actio eius non reductur in agens aliud sicut in causam. Praeterea, cum actus peccati sit uera & positua essentia, si deus non est causa ipsius, non utique esset uniuersalis causa omnium rerum, quod est contra perfectionem primi principij: quia in ordine omni primum est omnium sequentium causa: ideoque cum alia opinione tenendum, quod actus peccatorum in quantum actus sunt, a deo sunt: semper namque dum in effectu incidit defectus ex causa secunda & non ex prima causa, id quod defectio est, causa secunda oportet ascribere: quod uero perfectionis est, causa primae quemadmodum in elaudicatione, id quod motionis est, a uirtute gressiua procedit: defectus uero ambulationis, e uirtuti tribus attribuendus est. Quia igitur ordo dei ad uoluntatem est, sicut causa primae ad causam secundam, quae deficere potest, quicquid in effectu

causa

Sap. 5.

Mat. 15.
Mar. 7.

Prouer. 30.

Iob 42.
2 Cor. 12.
Nume. 12.
Mat. 2.
Iohan. 9.

Substantia dupliciter accipi.

Natura multis modis dicitur.

1. Cor. 8.

causa secundae scilicet uoluntatis, est bonitatis & actus siue essentiae, hoc omnino est a deo; quod autem imperfectionis & obliquitatis est, a uoluntate est: quae secundum quod ex nihilo est, semper ad defectum procliuus est, nisi confirmetur per gratiam. Constat ergo, quod simpliciter dici non potest, quod deus sit causa peccati, ut homicidii, furti: sed cum additione nil prohibet, ut si dicatur causa peccati in quantum est actus. Praeterea, quod non est causa operationis per quam substantia in esse producit, non est causa substantiae talis. Cum ergo per fornicationem & adulteria plures gignantur, non esset causa eorum deus, si non esset causa illarum actionum, secundum quod operationes sunt, per quam illi generantur, scilicet fornicationis, & caetera.

Articulus CXXIII. Quod deus est causa poenae: & quod malum per prius dicatur de culpa quam poena.

Cicero.

Ratio in super poenae duo complectitur: scilicet iustam & ordinatam remunerationem culpae, & defectum secundum quod prius attente aliquo bono. Vnde quidam inter quos Tullius est, attendentes poenam tantummodo in quantum malum quoddam est & priuatio boni, asseruerunt poenam non esse a deo, sed ordinem poenae respectu culpae attribuebant homini poenam iuste insipienti defectum uero qui in poena accidit, non esse a deo ordinatum, sed ex necessitate causarum suarum incidere operati sunt: tales namque homines diuinam prouidentiam negauerunt. Ideo hac opinione uelut erronea derelicta, dicendum est, poenam esse a deo, non autem culpam, licet utrunque sit quoddam malum: cuius ratio est, quoniam effectui ascribitur causa agens, secundum quod a causa producit. Poena autem non habet rationem mali secundum quod ab agente egreditur: sed sic iusta est: sed ex parte recipientis contingit defectus, quod propter suam dispositionem quoddam bono recte priuatur. Culpa uero rationem mali habet, prout ab agente procedit: & ideo illi quod deficere non potest, ascribenda non est. Aliter tamen est deus causa poenae damni, & poenae sensus. Nam primum non facit in se deo aliud, sed ab infueta cessando: sed poenae sensus ipse inducit. Denique ratio mali prius conuenit culpae quam poenae. Nam ratio boni a fine sumitur: finis autem mouet efficientem. Vnde ratio finis est recessus a fine, prius respicit efficientem quam patientem. Malum ergo culpa quod ex parte agentis prauitate sortitur, peius est malo poenae, quod ex parte recipientis defectum complectitur, non ex agente. Alij aliter assignant causam istius, dicentes quod culpa quae prius bonum inmensum scilicet deum, est potius mala quam poena: cum poena sit priuatio boni creati. Sed haec ratio in poenis corporalibus locum habet, non autem in alijs, quoniam poena & culpa idem bonum priuant. Eiusdem quippe boni, cuius actiua priuatio est culpa, passiuam priuatio est poena: uidelicet subtrahit gratiam & carentia uisionis diuinae: & ita utrunque a deo aequaliter segregat.

Articulus CXXV. Quod omnium reclarum uoluntatem sit tantum unus finis, & quis sit ille.

Eodem praeterea ordine reducitur unum quodque in finem quo ab agente producit, quoniam agens ordinat effectum suum in finem. Ideo secundum ordinem agentium, est ordo finium. Et sicut est unum principium agens, sic est unus uoluntatis ultimus finis, scilicet deus benedictus & gloriosus ac sanctus: nihilominus conueniunt diuersis rebus diuersi proprii fines secundum diuersitatem particularium agentium, & secundum uniuersumque propriam naturam. Vnde omnium reclarum uoluntatum ultimus finis est deus. Veruntamen sunt aliqui fines proximi, quibus medijs ultimis finis acquiritur: & si illi fines directe ad deum ordinant, tunc sunt recti, & bona extat uoluntas: talis autem finis est charitas, rectitudo, &c. Ad hoc uero quod deus uel charitas finis operationis humanae dicatur, non oportet ut homo in omni actione de deo uel charitate de nouo cogitet, neque sufficit quod habitualiter tantum deum aut charitatem habeat, quia sic etiam ueniale peccatum in deum ordinaret, sed oportet quod prius cogitauerit de deo uel charitate, & in finem hunc actiones sequentes ordinauerit, cuius exemplum ponit Auicenna de artifice, qui si semper operando regulas artis suae intendere, multum impeditur in opere: sed quemadmodum prius cogitauit, sic deum prosequitur. Quoniam igitur ultimo fini coniungitur aliquid per finem proprium, qui est operatio naturalis perfectissima, ideo fini qui deus est, coniungit homo per operationem intellectualem. Sed perfectio operationis consistit in tribus, in dignitate obiecti, in firmitate habitus ex quo actus elicitur, & delectatione quae secundum Philosophum est decor operationis, sicut pulchritudo iuuentutis. Deus ergo est simpliciter ultimus finis: charitas autem & delectatio spiritualis, & operatio seu beatitudo, sicut ea quae ultimo fini coniungunt, & in quibus felicitas formaliter

Perfectio operationis consistit in tribus.

formaliter est. Beatitudine autem cuncta desiderant: quia licet beatitudo secundum substantiam suam ignota sit, ratio tamen ipsius nota est, quoniam omnes beatitudinem esse quandam perfectissimum statum intelligunt. In quo autem status talis consistat, in bono corporali uel spirituali, & quando habeatur in hac uita uel alia, non omnes agnoscunt. Praeterea, charitas omnium uirtutum mater uocatur, quoniam ipsa solum uniuersaliter omnibus uirtutibus imperat, & habet idipsum tum ex parte obiecti quod est deus, uidelicet altissimum bonum, in quod immediate fertur, tum ex subiecto quod est uoluntas, quae omnibus uirtutibus praecipit: ideoque charitas dicitur communis finis omnium uoluntatum reclarum.

Articulus CXXVI. Quod intentio sit actus uoluntatis: & quod unus sit actus de fine & medijs ad finem: & quomodo ex fine iudicanda est uoluntas esse recta uel peruersa.

Quemadmodum nomen intentionis in sinuat, intentio dicitur quasi in aliud tendentia. Tendere autem in aliquid, est illius potentiae cuius est prosequi aliquid & fugere quod utique ad uim appetitiuam pertinet. Vnde intentio est actus uoluntatis non absolute, sed in ordine ad rationem aut actum uoluntatis ordinantem. Duplisciter autem ordinat ratio actum uoluntatis: uel secundum quod uoluntas est de fine, & sic actus eius est intentio: aut prout est medio ad finem, & ita actus uoluntatis in ordine ad rationem uocatur electio. Ad intellectum enim practicum, pertinet iudicium persequutionis & fugae, non autem tendentia ipsa. Denique in hoc, quod dicitur uoluntas in aliud tendere, importat quaedam distantia eius in quod tendit: & ideo dum fertur immediate in aliquid, non dicit esse intentio, siue hoc finis, siue aliquid in ultimam finem: sed cum in aliud nititur peruenire, illius quod peruenire nititur extat intentio, & hoc est finis. Vnde intentio est de fine, non secundum quod uoluntas absolute fertur in finem, sed secundum quod ex eo quod est ad finem tendit: & ergo intentione in ratione sua ordinat quemadmodum per relationem unius ad aliud. Ordo autem talis, est per actus rationis: & ob id intentio attribuit uoluntati, prout actus intellectus in ea manet. In naturalibus uero & sensitibus, est etiam quemadmodum intentio, secundum quod naturali appetitu mouentur in aliqua quae intentum dicitur propter directionem intellectus superioris separati, in quantum opus naturae est opus dei & in telligentiae. Praeterea intendendum est, quod dum aliquid est ordinatum in aliud, potest considerari duplisciter, uel in quantum est res quaedam, uel in quantum habet relationem ad aliud, sicut imago considerari potest, uel ut est similitudo alterius, aut in quantum est figura quaedam depicta in lapide. Quando ergo aliquid quod dicitur per relationem ad aliud, consideratur ut ordinatum ad illud, sic est unus actus uoluntatis de eo atque de fine, sicut eadem est consideratio imaginis in quantum est imago, & eius cuius est imago. Si autem accipiatur ut res quaedam secundum se appetibilis, sicut alius motus in ipsum & in finem. Veruntamen aliqua sunt, quae nullo modo desiderabilia sunt, nisi in ordine ad finem, ut adustus, sectio: & in talibus non differt motus uoluntatis in ipsa & in finem eorum. Quando enim medium & finis simul considerantur, sunt unum obiectum & non duo, & finis est formale obiectum: medium autem uelut materiale: quemadmodum lumen & calor, sunt unum obiectum. Cogitatio quoque de fine & medio ad finem eadem est, quando medium accipitur cum habitu dine ad finem. Intuendum est in super, quod uoluntas fertur in finem uno modo immediate, sicut dum uult beatitudinem: & tunc proprie dicitur uoluntas finis: & sic semper dependet bonitas & malitia ex ipso fine. Nam bonitas finis non dependet ultra ex alio: & ideo uelle bonum finem, est bonum: & uelle finem malum, est malum. Secundo fertur in finem mediante eo quod est ad finem: & hoc est proprie finem intendere. Dicendum est ergo, quod in malis absolute loquendo, actus habet malitiam ex fine: quia si finis intentus est malus, etiam uoluntas est mala, quantumcumque sit bonum, quod ad talem finem ordinatur: quia unus particularis defectus, sufficit ad malitiam actus. Sed in bonis distinguendum est quia aut loquimur de fine quem sibi uolens praestituit, & tunc non sequitur si finis bonus est, quia uoluntas sit bona. Potest namque bonum propter malum finem facere, & unus defectus inficit opus, quoniam (ut Dionysius ait) bonum est ex toto & integra causa: malum autem ex singulis circumstantijs. Si uero loquamur de fine actus, uidelicet ad quem actus proportionatus est, tunc uerum est, si finis sit bonus, quod actus bonus sit. Nam secundum Philosophum sexto Ethicorum, actus malus non est proportionatus ad finem bonum, sicut nec materia quaelibet ad quamlibet formam. Vnde qui uult malum propter bonum, scilicet homicidium ut habeat pacem, non facit malum propter finem actus mali, sed propter finem quem sibi ipsi inordinate praestituit. Porro, in malis tantum quis peccat, quantum malum intendit. In bonis autem non est ita, ut quis tantum mereatur quantum

Charitas omnium uirtutum mater.

Intentio.

Dionysius.

Artis.

tum bonum intendit, nisi intelligatur de fine actus, non de fine uolentis.

Articulus CXXVII. An in intellectu & ceteris potentis, possit esse peccatum.

Considerandum præterea, qd non eodem modo est in uoluntate & intellectu peccatum. Nam uelle mala, est malum: sed intelligere mala, nõ est malum. Vnde uoluntas dicitur mala ex parte obiecti, non autem intellectus: sed propter indebitam proportionem eius ad id quod intelligit, qd uidelicet aliter concepit rem quam est, & hoc est malum, dum false intelligit. Ratio deniq; huius est: quoniam uoluntas est boni & mali, intellectus ueri & falsi. Bonum autem & malum sunt in rebus: uerum & falsum in anima, ut sexto Metaphysicæ dicitur. Ideo uoluntas tendit actu suo in obiectum suum, secundum quod est in re: & ob id actus eius malus aut bonus est, propter bonitatem siue malitiam uoliti. Intellectus uero tendit in rem secundum quod est in anima. Ratio autem tam boni quam mali bona est: & igitur cognoscere bona & mala, bonum est. Itaq; ratio culpæ primo & directe in uoluntatis actu consistit: in intellectu autem alijsq; potentis non est peccatum, nisi in quantum actus earum à uoluntate imperantur. Nam uoluntas latissima est atq; liberissima, ac aliarum potentiarum motiua, & nullo modo cogi potest. Intellectus autem uide demonstrationis cogitur: potentia quoq; organica ad quosdam actus coguntur propter immutationem organorum. Insuper, cum intellectus feratur in rem secundum quod in anima est, scilicet prout habet rationem ueri, non indiget in actu intelligendi alio quodam medio, & lumine seu demonstratione, per quæ deducatur res ad esse intelligibile proportionatum in intellectu. Uoluntas autem absq; medio fertur in rem secundum quod in se ipsa est, unde nec indiget ut res ad aliud esse perducatur sibi proportionatum: & ideo deficere nequit, quin in quocumq; feratur. Sed intellectus non quodlibet intelligere potest, quia necessaria medianon habet. Aduertendum est quoq; qd in cogitatione in quantum est cogitatio, non est nisi peccatum uanitatis, cum scilicet intellectus utilioribus se occupare deberet: sed potest esse peccatum in cogitando, dñ cogitatio propter delectationem assumitur: & delectatio illa est in concupiscibili uel irascibili. Peccatum uero tale, reducit ad illud genus in quo est actus exterior.

Articulus.

Inc.

Quoniam secundum Isaac in lib. diffinitionum, rationalis anima in umbra intelligitur facta est, oportet ut aliqd de perfectione & modo intelligendi intelligatur: & ideo in anima maneat. Angelus autem sine inquisitione, simplici aspectu intelligit: & ideo anima de hac perfectione parte participat. Nam & aliqua uidelicet prima principia, tã in operatiuis qm in speculatiuis sine inquisitione intelligit. Habitus autem horum principiorum in speculatiuis dicitur intellectus: in operatiuis uero synteresis. Hac autem uirtus, scintilla rationis uocatur: quia in stat scintilla ab igne uolatis, paruū lumē est anime respectu lucis angelici intellectus. Vñ secundum Hieronymum significat p aquilā, qd est supremū in homine, & rationale uirtutē transcendēs. Sicut autem nõ contingit intellectū errare in cognitione primorum principiorum in speculatiuis, qm semp repugnet ei qd cõtra prima principia dicitur, sic nec synteresis que sit prior scintilla rationis est, in practicis primis principijs errat, quin naturaliter ei repugnet quod cõtra principia prima naturaliter sibi indita, contingit. Deniq; sicut intellectus circa prima principia in se considerata nõ errat, sed prout in ineptā ratiocinationē ad falsam conclusionem deducunt, sic lumē synteresis, in se nunq; extinguit, sed prout deliberatio applicat ad conclusionē opabilis, potest esse defectus, uel propter impetū passiois, aut errorē inductionis, secundum qd cõclusio nõ recte infert. Licet qd in superiori rone possit esse peccatum, nõ tñ in synteresi: qd synteresis est aliud à superiori rone: scdm Hieronymum est supra totā rone naturam. Si autem quis arguat, qd in hereticis nõ uidet aliqd remurmurare ei qd eos secta defendit, nec in uitiosis qm malo habitu corrupti sunt, ei ad quod desiderium inclināt. Respondendum qd naturale lumen non sufficit, ut ei repugnet quod fidei dissentit: & ideo quo ad naturale lumen, manet synteresis integra in infidelibus. Vel dicendum, qd synteresis semp remurmurat malo in cõmuni: sed qd in heretico nõ remurmurat, est propter applicationem uniuersalis principij ad particulare opus. Similiter est in uitioso, in quo error cõtingit, nõ propter defectū sciētia in uniuersali, sed in particulari euenit error ratione passiois aut impetus. Vnde propter inclinationē habitus, uel libidinē actus, non percipitur murmur synteresis. Porro, in dñatis manet inclinatio qua homo naturaliter uult bonū, nõ utiq; secundum actū, sed secundum ordinē nature ad actū: tamen propter perpetuū obstinationis impedimentū, nunquam procedit inclinatio illa in actū: nihilominus naturalis cognitio in eis manet: propter quod in ipsis semper perseuerat murmur rationis contra uoluntatem: sed ipsa uoluntas

Obiectio.

rationali

rationi nunq; obedit. Deniq; secundum præhabita, conscientia est conclusio quædam, sententia quid sit agendum. Synteresis quippe ministrat uniuersale principium in agendis, sicut deo esse obediendum: & in tali cõmuni principio, non contingit errare: sed ex tali principio non inferitur semper conclusio, nisi mediantibus principijs proprijs ac determinatis. Hæc uero non sunt per se naturaliter nota, sed per inquisitionē uel fidei assensum patefcit. Et quia non omnium est fides, contingit circa ista principia errare, sicut hæreticus credens nullo modo esse irarandum. Cum ergo conclusio ex utriusq; principijs pendeat, potest esse in conscientia error, quia in una præmissa, scilicet in principio determinato erratur. Verum tamen, conscientia dicitur testis in diuino iudicio, in quantum retinet id contra quod uoluntas fecit quasi accusans eandem qd sibi non obediuit: & in hoc non errat, quia contra conscientiam facere, semper peccatum est. Conformiter, conscientia dicitur à Basilio naturale iudicatorium, secundum quod uirtus synteresis in ea seruatur: & quo ad hoc non errat. Damascenus quoq; dicit, qd conscientia est lex intellectus: sed hoc non dicit, quasi ipsa sit prima & infallibilis lex animæ, sed quia est quædam applicatio primæ legis, uidelicet cõmuni principio: ad particulares actus. Rursus, non dicitur conscientia scientia simpliciter, sed secū dñ estimationē eius cuius est. Vnde licet scientia sit semper ueror, nõ tamē conscientia.

Articulus CXXIX. An conscientia errans obliget.

Porro cum conscientia sit rationis dictamen, & ipsa uoluntas non feratur in aliquid, nisi ex præuia quada apprehensione, quia obiectum eius, est bonum apprehensum. (Intellectus enim ostendit uoluntati intentionem boni & mali) ideo oportet, ut secundum iudicium rationis uel conscientie, sit actus uoluntatis. Nam actus eius specificatur ex obiecto. Vnde conscientia siue sit recta siue erronea, semper ligat quia si uoluntas aliquid fugiat sub ratione boni, licet non sit bonum, errat: & si aliquid prosequatur quod putat malum, licet sit bonum, iteq; errat. Conscientia autem erronea non obligat nisi per accidens, scilicet ratione apprehensionis: & ideo non oportet, ut id ad quod obligat sit bonum, uel secū dum legem diuinam nec tamen obligat uirtute propria. Non enim ideo dicitur aliquid faciendū, quia sibi uidetur: sed uirtute diuini præcepti & per accidens, quia dicitur hoc tanq; à deo præceptum. Sciendum autem, qd nemo est simpliciter perplexus, quia sic de necessitate peccaret: sed non est inconueniens, aliquem esse perplexum quoad positum, donec illud deponat. Vnde stante errore conscientia, potest quis esse perplexus: errorem autem deponere potest. Deniq; cum conscientia obliget uirtute diuini præcepti, ideo si aliquid dicitur quasi sub præcepto directe cadens, uoluntas mortaliter peccat, si non atq; scit, licet ueliale sit id quod sentiat. Si uero non apprehendatur quasi præceptum, tunc non fit directe contra conscientia, sed præter eam: & est solum ueniale peccatum. Si enim quis habeat conscientia qd nisi fornicet, mortaliter peccet, cū mortale peccatum sit nisi ex cõceptu dei, cõstat qd fornicationē nõ pot omittere nisi deū cõtemnēdo, atq; p cõsequens mortaliter peccando.

Articulus CXXX. Quò bonū & malū sunt differentia actionis & ex uoluntate dependat bonitas & malitia interioris actus.

Specifica aut differentia actionum, est ex diuersitate formarum, quæ sunt actionū principia, sicut calefacere & frigefacere differunt specie, sicut calor & frigus. Forma autem uoluntatis, est finis seu bonum: deo in actibus uoluntatis, est differentia specifica ex ratione finis. Et cum actus non sint in genere moris nisi in quantum uoluntarij, ideo in genere moris est specificæ diuersitas secundum diuersitatem finis. Quoniam itaq; malū & bonū dicuntur per ordinē ad finē, ideo sunt essentialiter differentia in genere moris scilicet actionū ipsius uoluntatis. Alia autem operationum quas uoluntas imperat, & ad alias potentias pertinet, non sunt bonū & malum differentie nisi per accidens, uidelicet secundum qd uoluntarij rationē participant, & ad genus moris reducuntur & pertinent: quia aliqd reducitur ad genus dupliciter: uidelicet per se, sicut altitudo ad colorē: aut per accidens, ut albu ratioe albedinis. Malū autem non est differentia actionis uoluntariæ secundum quod est priuatio tantum, sed prout fundatur in fine in debito, qui non est omnino expertus bonitatis. Deniq; aduertendum, qd uoluntas intendens, uidelicet in ultimū finē proficiscēs, si mala sit, sufficit eius malitia ad malitiam exterioris actus: quia quod malo fine agitur, semper malū est: nõ tamē sufficit bonitas uoluntatis ad bonitatem actus: quia sunt actus qui de se mali sunt, nec unq; beneficij possunt. Uoluntas uero secundum quod eligens, scilicet prout fertur in mediū ad finē, si bona est, semper est actus bonus: & si mala, erit uniuersaliter operatio mala: & ideo cõbporatio uoluntatis cum arbore, de uoluntate eligente intelligenda est. Sicut enim sexto

Contra obiectiã facere, semper est peccatum

Reducit aliqd ad genus dupliciter.

Ethicorum tradit Philosophus, ad bonitatem consilij tria requiruntur. Primo, ut consilium præstituat sibi debitum finem. Secundo, ut adinueniat efficax opus ad finem consequendum. Tertio, ut utriusque inueniat debito tempore, ne scilicet sit præceptus uel tardus. Consilium aut electionem præcedit: nam electio est uelut conclusio consilij secundum Philosophum tertio Ethicorum: ideo ad bonitatem uoluntatem eligentis, exigitur bonitas finis & medijs ordinati ad finem: quibus concurrentibus, actus exterior utique bonus est. Itaque constat, quod actus exterior non pertinet ad genus moris, nisi ratione uoluntatis: non tamen semper habet suam bonitatem uel malitiam à uoluntate intendente, sed etiam simul à uoluntate eligente. Nec obstat, quod secundum Philosophum, ratio boni à fine sumitur: quia ad bonitatem rei, non sufficit bonitas finis ultimi, quæ respicit uoluntatem intendens: sed exigitur etiam bonitas proximi finis, quem respicit uoluntatem eligens. unde elucescit, quia non sufficit ad bonitatem actionis, bonitas uoluntatis intendentis. Ex his patet intellectus uerbi sancti Ambrosii quo ait: *Actus tuus operi tuo nomen imponit.*

Ambrosius

Articulus CXXXI. Vtrum exterior actus aliquid de bonitate uel malitia addat supra bonitatem uel malitiam uoluntatis.

Talis præterea est habitudo actus exterioris & interioris, quod uterque est alteri causa bonitatis cuiusdam. Habet enim uterque secundum se bonitatem aliquam, quæ alteri dat. Bonitas namque exterioris actus, in commensuratione circumstantiarum consistit: secundum quæ proportionatus est ad rectum finem: quod hanc exterior actus dat interiori, non secundum quod est exercitius, quia sic est posterior, sed in quantum interius, quia uoluntas comparatur ad ipsum sicut ad obiectum. Est quoque quædam bonitas in actu interiori secundum se, secundum quod uoluntas est domina actus sui: & ab hac bonitate oritur ratio meriti & laudabilis: & hanc participat actus exterior ab interiori: & de hac bonitate loquendo, actus exterior nihil bonitatis aut malitij superaddit uoluntati, dummodo uoluntas æque intensa sit. Nam in quibusdam non potest uoluntas tam intensa esse ante actum, sicut in actu: quædo scilicet actus exterior est secundum se delectabilis: & ideo non tantum peccat qui uult fornicari, ut fornicatus: quia non potest esse tanta delectatio in cogitatione, ut in opere. In quibusdam aut uoluntas in actu remittitur, quædo uidelicet actus difficiles sunt: & in his potest uoluntas intentior esse in actu interiori, quæ exteriori. Loquendo autem de bonitate primo, sic actus exterior complet interioris, sicut terminus motus, motum. Quoniam uero per bonitatem quæ dat uoluntas exteriori actui, ordinatur actus interior ad præmijs essentialia, secundum quod liberaliter atque ex amore actus procedit, ideo quo ad præmijs essentialia, nihil addit uoluntati actus exterior. Nam tantum meretur qui habet perfectam uoluntatem bonum aliquid faciendi, quantum si faceret: & tantum meretur si faceret unum actum, quantum si multos, manente uoluntate æque intensa. Porro, per bonitatem actus exterioris, ordinatur homo ad præmijs accidentale. Unde actus exterior, addit aliquid accidentale ipsi bonæ uoluntati, sicut per meritum adipiscitur martyr aureolam. Ex frequentatione etiam actus exterioris, innascitur animæ habitualitas ad bonum, & dispositio ad gratiæ incrementum, & ad satisfactionem adiungit: quia per eum magis puniuntur quis, quæ per solum interioris actum. Ex his patet, quomodo dictum sit à sanctis, quantum intendis, tantum facis. Nam si quantum potest esse ad uerbium uel nomen. Si nomen, tenet in malis & non in bonis. Si ad uerbium, sic in bonis & malis ueris est, secundum bonitatem & malitiam quam habet opus extrinsecum à uoluntate eligente: tamen exterior aliquid bonitatis addit de bonitate quæ conuenit ipsi secundum se. Propterea Bernardus ait: Bona uoluntas sufficit ad meritum: sed bona actio requiritur ad exemplum. Hoc enim uerum est, quo ad essentialia præmijs: uel quando facultas operis deest. Unde & Philosophus decimo Ethicorum testatur, quod operatio bona, est ad manifestationem uirtutis. Denique, sicut dominus in Euangelio dicit, uis uia quæ unum minutum misit, plus omnibus misit, quia uidelicet efficaciori uoluntate id misit, & ideo ad essentialia præmijs amplius merebatur, sed quo ad accidentalia præmijs, alij plus mereri poterant, prout ministros templi ad orandum pro se inducebant, uel plus satisfaciebant. Licet aut totum essentialia præmijs in interiori actu consistat, non est tamen per se ipsum exterius agere: quia uoluntas non potest esse perfecta, nisi transeat in opus si possit: & ita, quia opus exterius cadit sub præcepto, conferturque ad præmijs accidentale. Denique cum ens & unum conuertantur, sicut unius rei non est nisi unum primum esse & essentialia, sic non potest esse nisi una, nec habet pluralitatem nisi secundum esse secundarium & accidentale. Itaque actus exterior consideratus in se & secundum esse suum naturale, est unius diuinitatis: sed potest

Bernardus
Aristoteles

Lu. 21.

est quædam pluralitatem habere secundum esse morale: quia esse morale accidit ei ex participatione uoluntarij, prout à uoluntate imperatus est. Unde de idem actus dicitur bonus & malus: non secundum quod unus, sed secundum quod est quodammodo multa: ut si quis propter deum ad ecclesiam uadat, & in ipso meatu intentionem mutet, & propter gloriam uanam uiam suam commutet: ista ambulatio secundum esse naturale, est unus motus: sed secundum esse morale, est alia & alia, in quantum diuersa intentione & uoluntate explet: quo ad hoc, potest dici bona & mala.

Articulus CXXXII. An in actibus humanis reperitur indifferens.

Est autem de præsentia materia triplex opinio. Quidam enim dicunt, quod non in uerbis sed in factis sit aliquid indifferens: quia uerbum est signum alicuius, non autem factum: & ideo in uerbis deformitas est, si otiose dicantur: non tamen in facto si sine legitima causa fiat. Sed ista responsio nulla est: quia licet factum non ordinetur ad aliud, ut signum ad signatum, ordinatur tamen ad aliquid, sicut ad finem. Otium uero opponit ordini, qui est ad finem. Ideo alij dicunt, quod in uerbis & factis, aliqua sit indifferens, uidelicet nec bona nec mala: quæ, si nec ordinantur ad implementationem præceptorum dei, nec contrariantur eis: sed ut si quis loquatur alicui ex amicitia ciuili, uel opus amicabile faciat. Sed nec istud uidetur sufficiens: quia actus uirtutis politice non est indifferens, sed est de se bonus: & si gratia informet, erit & meritorius. Actus enim uirtutis necessario ordinatur in finem bonum: nec potest egredi actus ab aliquo deliberate sine intentione finis. Ideo cum tertia opinione dicendum, quod nullus actus à uoluntate deliberata procedens, esse possit indifferens, nec secundum theologum, nec secundum moralem philosophum. Et ulterius, non potest à uoluntate deliberata in habente gratiam egredi actus, quin sit meritorius uel demeritorius: sed in non habente gratiam, potest esse actus nec meritorius nec demeritorius: non tamen nec bonus nec malus. Nam malum in quantum malum, non opponitur bono contrarie sed priuatiue: quia in contrarijs utriusque extremum, est aliquid positium: sed ex positio non potest sumi ratio mali. Si ergo inter bonum et malum est medium in actibus, hoc erit in quantum priuatiue opposita sunt: sed in priuatiue oppositis non est medium nisi per hoc quod subiectum non est susceptiuum habitus, sicut lapis necessest cæcus nec uidens: & per hunc modum oportet accipere medium inter bonum & malum. Sed nullus actus ex ratione deliberata procedens, esse potest qui non sit susceptiuus bonitatis aut malitiae: & ideo in tali actio non potest esse indifferens. Actus uero qui sequuntur subitaneam imaginationis apprehensionem, ut confricatio barbæ, dicuntur hoc modo indifferentes. Porro actus ciuili bonitate bonus, non est susceptibilis efficacie promerendi nisi si per informationem gratiæ: & ideo in non habente gratiam, potest esse indifferens ad meritum atque demeritum. Sed quia charitas omnibus uirtutibus imperat, ideo actus omnium uirtutum ad finem charitatis ordinandi sunt: & ideo in habente charitatem, est omnis actus ex deliberata uoluntate procedens, meritorius aut demeritorius.

Laud charitatis

Articulus CXXXIII. Quod fidei sit intentionem dirigere: & utrum omnis operatio infidelium sit peccatum.

Rectum porro est id, cuius medium ab extremis non exit. Actio autem inter operantem & finem intentum, media est: ideo recta dicitur quando non discordat à fine. Illius autem est dirigere, cuius est in finem ordinare. Ordinare uero in finem, contingit dupliciter: scilicet ostendere deo finem: & hoc pertinet ad actum rationis: aut inclinando in finem, quod uoluntatis est: quia secundum Augustinum, amor est quoddam pondus anime. Finis quoque actuum humanorum, est duplex: scilicet naturalis: & in hunc diriguntur per habitum sapientiæ acquisite, cuius actus est felicitas contemplatiua: uel per habitum prudentiæ, cuius actus est felicitas ciuili secundum Philosophum. Alius est finis supernaturalis, ad quem non sufficit naturalis ratio nec uoluntas, nisi per fidem & charitatem perficiantur. Rursus, quod est finis proprius & proximus: alius communis & ultimus, fides ergo dirigit in finem commune & ultimum. Prudentia uero cum sit secundum Bernardum auriga uirtutum, dirigere potest ad bonum humanum: non autem ad bonum diuinum, quod est beatitudo repromissa in patria. Denique, sicut per habitum est operatio dicitur multipliciter: & secundum diuersos gradus boni: illa uero ultimata perfectione fortis, quæ procedit à uirtute informata per gratiam. Licet autem hæc bonitas operationis & uirtutis non sit in infidelibus, potest esse in eis bonitas uirtutis politice seu bonitas actus ex genere, cuius uidelicet obiectum bonum est & etiam bonitas ex circumspecta. unde non omnis actus infidelium est malus, sed semper est deficiens bonitatis. Quod ergo dicitur in Glossa, Omnis uita infidelium peccatum est, ideo dicitur, quia quicquid faciunt, ex inductione suæ perfidie, peccatum est. aut igitur, quia infidelitas tale peccatum est, ut ea stante nullum peccatum infidelibus ignoscatur. Possunt autem aliqua facere

Recti quod dicitur.

facere propter finem aliquem proximum bonum neque tenentur semper ordinare omnem actum suum in finem, quem fides ostendit: quia praecepta affirmatiua non obligant ad semper, licet obligent semper. Insuper, consilium non est nisi de bono, sed in fidelibus consulitur, ut quaedam de genere bonorum faciant. Sancti quoque ut Hieronymus & Augustinus, saepe commendant quosdam gentiliū, de quibusdam operibus: illa ergo mala non erant.

Articulus CXXXIII. An uoluntas & actus sint unum peccatum: & qualiter post peccatum reatus permaneat.

Quoniam secundum praedicta, actus non ponitur in genere mortis nisi ratione uoluntatis, in quantum uidelicet est uoluntarius: ideo secundum unitatem uoluntatis, pensanda est unitas actus boni & mali nepe ab eodem habet res esse & unitatem. Ostensum est autem, quod actus qui est unus secundum esse naturale, potest esse multa secundum esse morale: & contra, actus qui est in genere mortis unus, potest esse multa secundum esse naturale: sicut in furto, in quo sunt multi actus naturales, qui omnes sunt unum peccatum. Cum ergo quaeritur, an uoluntas & actus sunt unum peccatum, oportet distinguere. Si enim intelligatur de uoluntate actui coniuncta, sic sunt unum peccatum: nam tunc actus uoluntatis non multiplicatur. Si uero intelligatur de uoluntate praecedente actui, erunt duo peccata, non propter diuersitatem actus interioris & exterioris, sed propter duos interiorum actuum uoluntatis. Unde & diuisim in lege prohibemur concupiscere, & concupiscentiam exequi: quod de concupiscentia separata ab actu, intelligendum est. Denique, non semper sunt diuersa peccata quando actus diuersi sunt, sicut quando actus unius peccati imperat actui alterius, ut si quis furem propter gulam tunc enim est unum peccatum, in quo tamen sunt plures deformitates, quae una complet rationem peccati unitatem impendens. Sciendum est in super, quod reatus proprie est obligatio ad poenam: & obligatio hec inter culpam & poenam, media est: quia a culpa causatur, & ad poenam perducit. Ideo quandoque reatus pro poena, quandoque pro culpa accipitur. Cum autem secundum Philosophum secundum Ethicorum, poena sit quaedam medicina, ual ad correctionem puniti, uel ad aedificationem & exemplum aliorum, ne uidelicet alij talia agant qualia uident ulcisci, medicina uero contra defectum ordinat, ideo reatus defectus est, qui a uoluntario actu deformi causatur, & manet post actum, quatenus per iustitiam pensetur per poenam infirmitatem, quod recto ordini subtrahitur: quoniam hoc utique iustum est, quod qui propria uoluntate nimium usus est, aliquid contra propriam uoluntatem patiat, ut sic omnia ordinatissime disponant. Porro, in peccante duo defectus sunt: unus in ipso peccante, scilicet priuatio gratiae propter praecedens peccatum: & hic defectus recuperatur, dum gratia reddit. Alius defectus est in actu peccati, eo quod limites & quitatis & rationis, diuinaeque legis transgreditur: & hic non est toto aufert, dum gratia reparatur. Unde satisfactio iniungitur: & est homo temporalis poenae ad huc reus.

Articulus CXXXV. De peccato mortali & ueniale.

Diuisio autem peccati in mortale & ueniale, est diuisio analogi in analogata: quia in peccato ueniale non est plena ratio peccati: nam ueniale peccatum non corrumpit uirtutem secundum habitum sed secundum actum, in quantum est quaedam elongatio a uirtute, & ideo ueniale dicitur, quia propter suam imperfectionem facile indulgetur: & quia mortale & ueniale non sunt perfecte contraria, sed differunt secundum perfectum & imperfectum, ideo in eodem esse possunt. Veruntamen quoniam quodammodo opponunt, ideo non possunt in eodem actu fundari. Nemp in ueniali peccato adharet uoluntatei quod ad finem est in ordinate, non tamen in eo sibi finem ultimum constituit. Mortale uero peccatum, quod ideo mortale uocatur, quoniam uitam spiritualem animae, scilicet gratiam & charitatem penitus aufert, constituit sibi finem in re commutabili atque caduca, plus diligens creaturam quam creatorem. Denique, sicut bonum ex genere dicitur propter debitum obiectum, sic malum ex genere dicitur propter materiam in qua peccat: Unde in illis est mortale peccatum, in quibus excedere uel deficere, est directe contra charitatem dei, & foedus humanae societatis. Potest autem id quod ex genere ueniale est, mortale fieri, si quod ueniale est, credatur mortale, & tamen fiat: aut si quis eatenus delectetur in re temporali ut diuino illud amori praefert, seu in eo finem constituat. Insuper, potest peccatum ueniale esse uel ex genere actus qui directe non repugnat charitati, aut ex parte peccantis: quemadmodum accidit in primis motibus sensualitatis. In praecedentibus uero ostensum est, quomodo peccatum tripliciter ueniale dicatur: scilicet ex causa, effectu & ex genere. Differunt autem peccatum mortale & ueniale: quia mortali, non autem ueniali debetur aeterna poena: cuius ratio

ex tribus elicitur. Primo, quia deus contra quem peccatur, est immensa dignitatis: & ideo eum contemnere, est infinita enormitatis: quia quo qui offenditur maior existit, eo offensa maior censetur. Secundo ex parte peccantis qui sibi finem dilectionis constituit in eo quo peccat: & ideo quantum in se est, uellet in aeternum ei adherere, in quo sibi finem reponit: unde & in suo aeterno peccate fertur. Tertio ex statu peccatis: nam cum sine gratia non sit culpa remissio, mortaliter peccas se gratia priuat si ita deccadat, & nunquam a culpa potest mundari: & per consequens nec a reatu. Et quoniam creatura non est capax infinitae poenae interit suae, ideo sit compensatio, & torquetur per durationem infinitam. Veruntamen, peccatum ueniale in eo qui propter mortale peccatum in infernum retruditur, etiam in aeternum punitur: sed hoc accidit ei, eo quod mortali peccato coniunctum est, & quoniam per mortale peccatum adheretur bono commutabili tanquam fini. Per ueniale autem, sicut ei quod est ad finem: ideo conuersiones peccati in mortali & ueniali, non sunt proportionales, quia non sunt eiusdem generis.

Articulus CXXXVI. De radicibus peccatorum.

Denique, ad similitudinem radices in arbore, id quoque uocatur radix peccati ex quo peccatum oritur, conualescit atque fructificat. Hoc autem est bonum intentum, ad quod peccans inordinate conuertitur. Nam finis mouit efficientem. Itaque ex parte conuersionis est id radix peccati, ex quo oritur ipsum. Oritur autem peccatum ex tribus uicibus: scilicet ex actu secundum quod unum peccatum est causa alterius: ex habitu qui elicit actum: & ex passione seu pronitate ad malum. Actus uero & habitus, cum ex aliquo priori causentur uel passio aut actus, non proprie sortiuntur nomen radices: unde relinquitur, quod radix peccati sit passio aut pronitas quaedam ex originali peccato relicta. Est autem ordo in bonis commutabilibus, ad quos conuersio contingit peccatum: nam unum est finis alterius. Vltimus uero finis in eis est homo, ad quem omnia illa ordinantur: ideo quanto radices sumuntur propinquiores huic fini, tanto pauciores sunt: & ob id si sumatur radix ex parte peccatis, est una, uidelicet inordinatus amor sui. Si autem sumatur radix ex parte eorum, quae homo propter se appetit, erunt plures. Appetitus quippe circa bonum commutabile, est uel prosequens quod sibi peccatis putat conueniens, aut fugiens quod putat nocuum. Sicut autem malum non habet esse nisi ut priuatio boni, nec uitali in quantum quod bonum contrarium diligit, secundum haec itaque sancti diuersimode assignant peccatorum radices. Nam passio quod est radix peccati, aut est secundum inclinationem appetitus in ea quae propter finem queritur, & hoc dupliciter, scilicet secundum inclinationem in bonum tantum, propter quod malum fugitur: aut secundum inclinationem appetitus in bonum & malum. Si secundum modo, sic sunt duae radices peccati: uidelicet cupiditas male inflammas, & timor male humilians. Si primo modo, aut hoc est secundum inclinationem in bonum exterius uniuersaliter, & ita est solus una radix peccati, ut puta cupiditas: aut in diuersa bona exteriora particulariter, & sic sunt tres radices secundum triplex genus exteriorum bonorum, uidelicet concupiscentia carnis, quae est circa delectabilia sensuum: concupiscentia oculorum, & superbia uitae, quae est circa bona secundum opinionem, ut homini dignitas, fama. Sic igitur peccatum habet radices & fundamentum, non ratione auersionis, quia sic nihil est, sed ratione conuersionis. Ideo cum superbia & contemptus ac error dicantur ex parte auersionis, non proprie habent rationem radices. Nam secundum Dionysium, nullus ad malum respiciens operatur: imo semper omne agens, aliquid bonum intendit, uel apparet, uel uerum. Nihilominus haec dici possunt initia peccati: quia cum peccatum sit actus deficiens, nil prohibet initium eius esse quendam defectum: & hic defectus si sit in ratione dirigente, dicitur error secundum quod error idem est quod ignorantia electionis, secundum quam (secundum Philosophum) omnis malus ignorans est. Vel est in uoluntate actum imperante, quae non intente neque sollicitate inhaeret eis quae dei sunt: & ita secundum Ambrosium, erit contemptus uel superbia, prout quis cupit non subesse praecipue. Et sicut secundum rem, unum peccatum est conuersio & auersio secundum terminos tantum distinctum, sic cupiditas in quantum est radix & superbia hoc modo accepta, sunt idem in re, & differunt secundum terminos, scilicet auersionem & conuersionem. Unde et undecimo super Genesim asserit Augustinus, cupiditatem atque superbiam unum esse malum, non duo.

Articulus CXXXVII. De multiplici diuisione peccati.

Diuisio uero peccati, in peccatum cogitationis secundum quod cogitatio complectitur affectum, omnemque actum interiorem loquutionis, operis & consuetudinis: & sumit haec quae triparsita diuisio secundum gradum, quibus uenit ad completam rationem peccati in quantum unum actus alteri addit ad perfectionem peccati: & ideo posterior gradus comprehendit priorem: & est ista diuisio quasi rotius potestati in suas partes. Non enim est per se essentialis

Reatus

Poenam

Peccatum mortale.

Peccati oritur ex tribus

Diuisio peccati multipliciter

differetia

differentias, sed per quædam quæ accidunt ipsi peccato. Peccatum quoque consuetudinis est, secundum quod unus actus alteri superadditur: & quoniam consuetudo est circumstantia aggravans peccatum ex multiplicatione actuum, ideo diuisio atque progressus peccati sistit in ea, quia post actum exteriorum, non est alius actus exterior alterius generis: nec cõ diuiditur consuetudo actui tanquam simpliciter distincta ab actu: sed quasi distincta ab actu non confuso: quemadmodum in diuisione totius potestati cõtingit. Porro, alia ponitur diuisio peccati ex parte obiecti: uidelicet in peccatum contra deum, contra proximum, & contra seipsum: sicut secundum Philosophum, omnis uirtus est quædam iustitia, sic omne peccatum est quædam iniustitia: quia per ipsum detrahitur aliquid alteri quod ei debetur. Aliquid autem debemus deo, scilicet reuerentiam, dilectionem &c. & dum tale aliquid ei non exhibemus, dicitur esse peccatum contra deum. Nobis quoque debemus, ut secundum rationem uiuamus. Unde dum bestialiter uiuimus, peccamus in nos. Dum uero proximo subtrahimus quod ei debemus, est peccatum in proximum. Sciendum autem, quod peccatum iniustitia duo habet obiecta: scilicet id quod subtrahitur alteri ex natura actus, & inde specificat actus eius. Aliud quoque id cui fit subtractio, scilicet deum aut hominem: & penes illud obiectum sumpta est præsens diuisio: nec est inconueniens ista peccato coincidere: quia qui peccat in proximum, peccat in se & in deum: sed hoc est per modum sequelæ. Tertio diuiditur peccatum, in peccatum & delictum: & sumitur ista diuisio ex parte legis diuinæ regulantis actus humanos: & hoc dupliciter: quia uel secundum distinctionem præceptorum in se, & sic peccatum respicit præcepta negatiua, delictum affirmatiua. Vel secundum quod peccator diuersimode deficit à præceptis: quia aut deficit secundum rationem per ignorantiam, & tunc est delictum: aut deficit secundum uoluntatem per contemptum, & sic est peccatum. Itaque peccatum consistit in actu prohibitorum: delictum uero in omissione est. Intuendum præterea, quod cum homo se naturaliter diligit, ideo omnis homo diligit se secundum id quod se magis esse existimat. Unde sapiens, quia scit se maxime esse id quod est secundum intellectum, bona spiritualia uehementius sibi desiderat. Quidam uero æstimant se esse quod non sunt & falso diligunt. Nam secundum naturam sensualem, se magis pensant & amant.

Articulus CXXXVIII. De capitalibus uitiijs.

In præhabitis demonstratum est, quemadmodum unum peccatum ex alio quatuor modis nascatur: quorum ultimus propriissimus est, quando peccatum ordinatum ad finem alterius peccati, ex illo nascatur, ad cuius finem ipsum per se ordinabile est atque accommodum, sicut cum quis furatur ut ditetur, furum ex avaritia oritur. Illa ergo peccata capitalia sunt ex quibus hoc modo alia oriuntur: & per hoc differunt peccatum capitale à radice peccati: quoniam radix proprie non est peccatum, sicut capitale peccatum. Sic igitur illa capitalia sunt, ad quorum fines corrupto appetitui desiderabiliores, cetera ordinantur peccata. Hæc uero sunt, quæ circa principalia sensualem potestati obiecta consistunt, & ex corruptione sensualem in nobis nascuntur. Appetitus autem sensualem, in concupiscibilem & irascibilem diuiditur. Obiectum uero concupiscibile, est delectabile sensualem: & ideo peccatum capitale (quod est in concupiscibile) est, uel quia inordinate desiderat delectabile secundum sensum: aut quia inordinate fugit impetum huius delectationis. Si primo modo, hoc est dupliciter: nam uel tendit in id quod est medium ad delectationem sensualem, ut sunt diuitiæ & sic est avaritia, aut in ipsum delectabile. Perfecta autem delectatio sensualem est in tactu & gustu, secundum quod gustus est quidam tactus propter immediatam applicationem sensualem ad sensum: & sic circa delectabile tactus, est luxuria: circa delectabilia gustus, gula. Ex eo autem quod inordinate fugit impetum delectationis, est acedia, quæ est tepidum spirituum boni. Denique obiectum irascibile, est arduum aliquod & magnum, in quod homo peruenire conatur. Dupliciter igitur in irascibili potest esse peccatum: aut quia inordinate fertur in tale arduum & altum, & sic est superbia uel inanis gloria: aut ex eo quod contendit & impeditur est arduum: & hoc dupliciter accidit. Aut enim illud impediens directe contra agit sicut impugnans, & sic est ira quæ est appetitus uindictæ. Aut indirecte, & sic est inuidia quæ est dolor boni alterius, prout illud æstimatur propria excellentiæ impeditiuum. Superius uero dictum est, quomodo cupiditas & superbia tripliciter accipi possint: quomodo scilicet uno modo sint quedam habituales defectus, & non peccata, sed peccati initium: secundum autem quædam generalia peccata: tertio uero specialia, & sic capitalia sunt. Illa quoque peccata in quæ homo facilius inclinatur, capitalia sunt: quæ uero non facile appetunt propter se, sed solum propter finem alterius, ex illis nascuntur, & filia appellatur: & præsertim

Aristoteles

Deiustum, Peccatum.

Appetitus diuisio.

tim ex superbia & avaritia omnia nasci uidentur, quoniam obiecta horum uitiorum, uidelicet pecunia & honor, potissime promittunt homini sufficientiam, maxime autem superbia. Nam excellentia est aliquid propter se desiderarum. Pecunia autem non diligit secundum Philosophum primo Ethicorum, nisi propter aliud quod per eam quis consequi cupit. Non solum autem mortale, sed & ueniale peccatum capitale esse potest: quia licet non habeat principalitatem in ratione peccati, tamen principalitatem finis potest habere, secundum quod alia ad ipsum referuntur.

Articulus CXXXIX. De speciebus superbiæ: & utrum omnia peccata sint paria.

Sicut primo de Anima dicit Philosophus, rectum est index sui & obliqui. Oportet ergo in cognitionem uirtutis per cognitionem oppositi uitij peruenire. uirtus autem opponit uitio, cui in obiecto comunicat, ut luxuria castitati, ideo superbia magnanimitati opponitur, quia utriusque obiectum est arduum, & tendere in rem magnam: sed magnanimitas tendit in illud me diocriter, quæ me diocriter in electione magni, et in proportionem sui ad illud consistit. Tendit enim magnanimus in id quod simpliciter magnum est, & non in id quod imperfecte est magnum: & ideo non curat exteriora bona (inter quæ honor præcipuum est) tanquam finem: imò nec honorari finaliter cupit, quoniam hoc sibi ualedeparuum censet cum sit unum & caducum: sed optat fieri dignus honore. Item non tendit in magnanimitate secundum proportionem suam, uidelicet secundum quod est capax & habilis: & ideo secundum Philosophum, est magnanimitas omnium ornamentum uirtutum: quia actus earum reddit eximios. Ratione primi, scilicet quod magnanimitas intendit uere magnum, opponitur ei inanis gloria, quæ non tendit in magnum simpliciter, sed in laudem & honorem, & non ut eis digna sit. Ratione autem secundi opponitur magnanimitati superbia, quæ non tendit in uere magnum secundum proportionem suam. Hoc autem contingit dupliciter: quia illud uel simpliciter deest superbo, & sic est tertia species superbiæ, scilicet iactantia: uel quia non habet tam excellenti modo ut nititur, & hoc est dupliciter, secundum quod excellentia est dupliciter nobilior in causa quam in effectu: nam causa digniori modo habet perfectionem causati: & hinc sumitur quarta species, quoniam superbus uult singulariter uideri. Item causa in quantum causa, habet aliquid à seipsa, & inde sumuntur duæ alia species superbiæ, quæ prima est, quando quis sibi attribuit quod habet ab alio: secundo, dum id suis meritis attribuit. Ingratitudo autem & inobediencia, non sunt species superbiæ, nisi quia aliquantulum proprietate superbiæ. Denique Stoicorum positio quæ Tullius sequitur, erat quod omnia peccata essent æqualia, quia putabant uirtutem omnino in diuisibili esse, & eam statim corrumpi, quantumcunque quis recederet ab ea, ut puta si aliquam circumstantiam uirtutis emitteret. Contra quod fecundum Ethicorum Philosophus probat, quod ad opus uirtutis non semper requiritur simpliciter attingere mediū, sed esse circa mediū, licet perfectio uirtutis, in diuisibili sita sit. Præterea, & si ratio uirtutis in diuisibili consisteret, non tamen ratio bonitatis neque perfecti: & ergo contingeret unum peccatum esse alio peius, prout in eo plures circumstantiæ boni corrumpenter. Est ergo unum peccatum grauius altero: primo ex parte actus secundum quod magis à rectitudine rationis abscedit. Secundo ex parte peccantis, prout quis ampliori contentus aut maiori libidine peccat. Hæc tamē grauitas accidit peccato in suo genere considerato: nam quod ex proprio genere leuius est, grauius esse potest.

Articulus CXL. De peccato in spiritum sanctum.

Porro, peccare in spiritum sanctum dupliciter dicitur: scilicet peccare in personam peius, ut cum de ea mala quis sentit, quemadmodum qui asserunt eum ministrum patris & filij: & sic est peccatum in fidelitatis. Secundo dicitur peccare in spiritum sanctum, peccare contra tributum eius quod est bonitas: & ideo ex certa malitia, aut industria peccare, est peccare in spiritum sanctum: sicque accipitur proprie peccatum in spiritum sanctum. Peccare autem ex infirmitate, est peccare in patrem, cuius tributum est potentia: atque ex ignorantia peccare, est peccare in filium, cui attribuitur sapientia. Nepe ut quinto Ethicorum Philosophus docet, tribus modis contingit peccare: ex ignorantia, passione & electione. Itaque ex ignorantia peccare, est peccatum in filium, dum scilicet aliquid ignoratur, quod à peccato retraheret. Peccare ex passione, est peccatum in patrem, cum ex passione aut innata aut illata quis peccat: hoc namque est ex infirmitate peccare. Ex electione uero is peccat, qui non alia tentatione uictus, sed ex ipsa sua malitia cum deliberatione peccato adheret ut fini: & hoc est peccare in spiritum sanctum. Dicit autem Augu-

Magnanimitas

Deest, repræsentant, uel aliquid simile.

Tribus modis contingit peccare.

stinus, quod omne peccatum ex errore causatur quod ad ignorantiam pertinere videtur, sed hoc de ignorantia electionis est dictum, secundum quem omnibus peccans, est ignorans secundum Philosophum, in quantum uidelicet in particulari eligibili errat. Aduertendum quoque, quod ex certa deliberatione atque malitia peccare, intelligi potest dupliciter. Vel ex alio quo interius inclinante, ut est habitus malus, & sic omnis qui in malo habitus est, ex electione peccat, ut imperator. Secundo dum uoluntas id rejicit, quod a peccato retrahere potest, sicut dum spem futuræ uitæ quis abiicit ut peccato liberius uacet. Primo autem modo ex electione peccare, non est determinatum genus peccati, sed quædam communis circumsstantia peccati: sed secundo modo, est determinatum genus peccati, quod proprie peccatum in spiritum sanctum uocatur: sic enim habet speciale obiectum, ut puta id quod a peccato est natum retrahere: quod utique est bonitas spiritus sancti, aut effectus ei appropriandus. Cum autem secundo modo ex electione peccatur, sunt ibi duo actus mali: quorum unus est causa alterius, & prius uidelicet spontanea abiectio eius quod peccatum impedit, est proprie peccatum in spiritum sanctum: aliud autem non ita, sicut si ex desperatione quis fornicetur, non est fornicatio in spiritum sanctum: sed ipsa aspernatio eius quod peccatum impedire potest, peccatum in spiritum sanctum dicitur. Denique, sufficientia specterum peccati in spiritum sanctum, ita accipitur: Nam peccatum in spiritum sanctum est ex hoc, quod quis abiicit quod peccatum impedire potest. Retrahitur autem aliquis a peccato, aut propter deformitatem peccati, aut propter aliud. Si propter aliud, hoc est dupliciter: scilicet uel ad uitanda supplicia, uel ad præmia consequenda: quorum neutrum est uit tuos, cuius est bonum operari propter amorem boni. Hæc uero duo tolluntur per præsumptionem quæ priuat timorem supplicij, & desperationem quæ auferit spem præmij. Si autem retrahatur a malo & agat bonum propter se, scilicet delectatus amore boni, hoc est dupliciter: quoniam bonum uirtutis & uitij, considerari potest, uel ut quoddam bonum humanum, aut ut bonum diuinum. Si ergo consideretur actus peccati ex parte eius quod est humanum, sic duo in ipso considerari possunt, delectatio in debita scilicet atque deformitas: & ex utraque quis a peccato retrahi potest, & quo ad hoc sunt duæ species peccati in spiritum sanctum, scilicet obstinatio qua aliquis firmiter adhæret delectationi, ac si non esset in debita, & impenitentia qua deformitatem peccati nec abhorret neque relinquere curat. Diuinum quoque in actu uirtutis, quod etiam a peccato retrahit, est duplex. Vnum uelut dirigens, scilicet ueritas fidei: aliud sicut inclinans, uidelicet gratia in ecclesiâ à spiritu sancto diffusa. Contra primum est impugnatione ueritatis agnitæ: contra secundum inuidia fraternæ græ. Itaque desperatione prout est peccatum in spiritum sanctum, non est ex hoc quod remissionem peccatorum qua fieri credit, a se rejicit ut securius peccet, nolens in ea tendere, per quæ peccatorum remissionem percipiat. Denique, sicut perseverantia uno modo est specialis uirtus, prout dicitur propositum perferendi in bono incepto usque in finem, alio autem modo est quædam circumsstantia aliarum uirtutum, secundum quod dicitur actuale in actibus uirtutum duratione usque ad mortem, sic in penitentia prout dicitur propositum non penitendi, est species peccati in spiritum sanctum: sed in quantum dicitur permanentia in peccato usque ad mortem, negando peccati penitentiam, sic est quædam circumsstantia & accidens peccatorum aliorum. Aduertendum autem, quod ueritas & sapientia & humilitas diuina secundum propriam rationem considerentur appropriant filio: si uero considerentur ut dona, sic appropriant spiritui sancto, qui est primum donum, in quo omnia dona donant. Inuidia quæ est peccatum in spiritum sanctum, non est illa quæ est de prosperitate aut actione hominis, sed quæ est de exaltatione gratiæ eius: uel ideo quod multi conuertunt ad deum. Nullum quippe istorum est peccatum in spiritum sanctum, nisi quia uoluntas tendit per se in eam quod aliquis non uult habere spem præmiorum, nec uult assentire ueritati quam nouit. Si autem contingunt ex quodam interiori, seu passione seu rationis defectu, sic non erunt peccata in spiritum sanctum. Dicitur quoque peccatum in spiritum sanctum irremissibile, non quia remitti non possit, sed quia de se non habet appetitum ut remittatur: & hoc tribus de causis. Primo ex causa mouente: nam procedit ex industria & mera malitia seu electione: non autem ex infirmitate aut ignorantia, quæ peccatum remissibile faciunt, quia rationem uoluntarij minuunt. Secundo propter modum inclinationis, quia in peccato hoc adhæret quis malo sicut fini. Et hæc duæ rationes sunt in omni peccato, quod ex electione procedit ut irremissibile sit. Tertia uero propria est peccato in spiritum sanctum, & sumitur ex parte obiecti: nam peccatis in spiritum sanctum, abiicit remedium a peccato retrahens, seu spiritualem medicinam peccati. Unde sicut æger

Peccati in spiritum sanctum quod dicitur

Peccati in spiritum sanctum cur irremissibile dicitur.

medicinam

medicinam fastidians, incurabilis est quantum in se est nisi miraculose curetur, sic in spiritum sanctum peccans, secundum se incurabilis est: sed quasi miraculose ab immensitate diuinæ elementariæ curari potest: ideoque de eo penitus desperandum non est. Solet præterea queri, an aliquis in primo statu peccati, & ante alia peccata peccare possit in spiritum sanctum. Ad quod respondendum, quod cum nihil appereatur nisi sub ratione alicuius boni, ideo sicut in obiecto peccati in spiritum sanctum, est minimum de bonitate tam uera quam apparenti, ideo sapientius & quasi semper ipsum se quitur post alia, imò grauissima peccata: dum scilicet homo omnino obtenebratus est. Nihilominus quoniam peccatorum quoque actus distincti sunt, unum nisi necessario præsupponat aliud, ipsa quoque uoluntas ad utrumque oppositorum se habeat, ideo possibile est aliquem ante alia peccata peccare in spiritum sanctum, præsertim in ultimis duabus speciebus uidelicet impugnatione ueritatis agnitæ, & inuidia gratiæ qua reconciliari sumus nam hæc species ab alijs peccatis ampliores habent distinctionem, & tamen etiam in alijs speciebus hoc accidit, si quis bene consideret. Nam potest aliquis abiicere spem futuræ beatitudinis, propter difficultatem perueniendi ad eam, & propter delectationes eorum qui eam non curant, aut firmare animum suum, ut in omnibus propriam uoluntatem sequatur, quod obstinationis est. Ex hoc etiam soluitur quæstio, an peccatum primi hominis uel angelici, erant in spiritum sanctum. Et dicitur quidam, quod peccatum eorum nec erat in patrem, nec in filium, neque in spiritum sanctum: quia istæ differentiæ peccati, non sunt nisi secundum quod peccatum inuenitur in natura corrupta: si quidem in firmitate, malitia & ignorantia, ex peccati corruptione sequuntur. Licet autem istud de infirmitate ueræ sit, non tamen de ignorantia neque malitia. Nam ignorantia non priuatiue sed negatiue accepta, est defectus sequens intellectum creatum eo quod creatus est, in quantum deficit à lumine increati intellectus: & sic non præexigit culpam: & ex tali nescientia seu ignorantia nascens peccatum, est peccatum in filium: quia uidelicet non omnia actu considerat, nec cuncta agnoscit quæ sciri possunt. Similiter non oportet quod malitia sit poena, sed est aliquis actus peccati. Scien dum autem, quod primum peccatum primi hominis & angeli, non erat peccatum in spiritum sanctum, quod ex obiecto patet. Non enim peccauerunt repugnando spei aut alicui tali, sed erat superbia quantum ad genus peccati. Quantum uero ad circumsstantiam peccati, erat peccatum in filium, quia uterque ideo peccauit, quod non considerauit, quod ad uitationem peccati considerandum erat. Nihilominus ex primo peccato angeli, consequuntur sunt alia multa deformitates, scilicet inuidia, odium, &c. inter quæ esse potest peccatum in spiritum sanctum. Denique aduertendum, quod peccare ex spe misericordiæ, non est peccatum in spiritum sanctum: sed peccare ex spe diuinæ misericordiæ sine penitentia consequens: hoc enim repugnat diuinæ iustitiæ: & ideo licet secundum Augustinum, Adam peccando cogitauit de diuina misericordia, non tamen peccauit in spiritum sanctum: quia simul cogitauit de penitentia, ut Augustinus testatur.

Obiectio

Quæstio

Ignorantia

Articulus CXXI. An omnis prælatio sit à deo: & utrum in statu innocentia fuisse prælatio.

Quoniam bonorum omnium deus causa est nulliusque mali, ideo quicquid boni in prælatione est, à deo est utique. Si uero aliquid mali in ea est, non huius erit deus causa. Tria autem in prælatione considerantur: scilicet prælationis principium, modus & usus. In quibusdam quoque quodlibet horum bonum est, ut puta quæ ad prælationem debite peruenerit, & actus eius bene exercentur in quibusdam uero principium malum est, ut qui in debite promouentur, aut propter insufficientiam, aut iniuste peruenerunt, & tamen actum prælationis bene adimplent: & sic in eis usus bonus est. In aliquibus etiam est e contrario: sed & in quibusdam utrumque malum est. Modus autem seu forma prælationis, in omnibus bonus est: consistit enim in ordine recti sub regente: & ideo simpliciter concedendum est, omnem prælationem esse à deo, quia formale in prælatione est à deo, sed quo ad aliquid, scilicet quo ad abulum, non est à deo. Unde quidam usurpatam dicitur habere prælationem: & de quibusdam scriptum est: Ipsi regnauerunt & non ex me. Denique, duplex est prælatio: una ad regendum, & hæc est regis ad subditos, quæ semper ordinata ad utilitatem inferiorum: alia est ad dominandum, & hæc est tyranni ad seruos: quia secundum Philosophum, tyrannus à rege differt, quoniam ad proprium commodum prælationem suam ordinat: & ideo dicitur Philosophus, quod seruus est organum animatum domini sui. Talis autem prælatio ante peccatum non fuisse, nisi respectu irrationalium, quæ in bonum hominis referenda sunt: nec modo est, nisi quia homo propter peccatum comparatus est iumentis. Homo enim non est naturaliter ordinatus ad finem alium nisi ad deum. Prima autem prælatio etiam in

Obiectio

Phil. 4. 8.

Tres praelatio- nes effectus

primo statu fuisset, non tamen quo ad omnes effectus, quos modo habet. Triplex quippe est eius effectus. Primus dirigere subditos in agendis: & secundum hunc tunc fuisset, quia unus homo maiori lumine naturalis ingenij, & ampliore munere sapientie alio predictus fuisset. Secundus effectus est supplere defectus inferioris, sicut dum populum princeps defendit. Tertius corrigere mores, ut cum mali corriguntur, & rebelles ad bonum coguntur: & quo ad hos effectus, non fuisset praelatio in statu primo. Ita quoque praelatio dignitati libertatis non derogat: imò hoc modo non inepte praelati se seruos subditos appellat. Fecit quidem natura omnes homines æquales secundum Gregorium in libertate: non autem in perfectionibus naturalibus. Libere nanque uocatur, quod est causa sui. Sed unus homo non ordinatur naturaliter ad alium, & igitur in libertate omnes æquales fuissent.

Articulus CXLII. Quod obedientia sit specialis uirtus.

Habet præterea obedientia speciale obiectum, uidelicet præceptum cum debito obseruandi. Dicitur enim obiectum speciale, non quod circa ipsum sit solum una uirtus, potentia uel habitus, sed propter specialem rationem. Contingit namque eandem rem ad diuersas positiones pertinere secundum rationes diuersas: sicut color ad uisum, imaginatio ad intellectum. Sic itaque, licet obedientia respicit præceptum quod est communis materia ad omnes actus uirtutum, tamen quia respicit præceptum cum specialia ratione, scilicet cum debito obseruandi, ideo est specialis uirtus. Et quia alteri reddere quod debetur, est iustitia: ideo obedientia est pars iustitiæ etiam specialis: quoniam debitum quod superioribus redditur in adimplerone mandati, est pars huius, quod est reddere alteri quod suum est. Dicitur autem Gregorius, quod obedientia est mater uirtutum: quod tamen aliter ipsi quæ sita ascribitur. Oritur enim uirtus una ab alia, uel per modum cause finalis, & ita cum actus omnium uirtutum ad charitatem ordinentur, ipsa charitas mater uirtutum uocatur. Secundo oritur una uirtus ab alia, quia ex actibus unius uirtutis, causatur uel conseruatur alia uirtus: & sic obedientia est mater uirtutum.

Articulus CXLIII. Vtrum Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire: & an obedientiam professi, in omnibus simpliciter obedire teneantur.

Aulo ante iam dictum est, quod obedientia respicit præceptum cum debito obseruandi. Hoc autem debitum causatur ex ordine qui est forma & modus praelationis, consistens in concedenti habitudine superioris ad inferiores. Hic uero ordo ex eo quod deo est, uim coactiuam habet, non solum corporaliter, sed & spiritaliter propter conscientiam, ut ait Apostolus. Itaque Christianus obedire tenetur potestati seculari secundum id quod a deo est, non autem quantum ad ea quæ a deo non sunt. Dicitur est autem, quod praelatio dupliciter a deo est: aut propter dignitatem personæ, aut propter illicium modum acquirendi. Insufficiencia uero personæ non impedit, quin praelatio ius praelationis acquiratur: & ideo praelatis quauis discipulis, obedire tenentur subditi: quia formale praelationis quod debitum obedire causatur, semper a deo est. Secundus autem defectus impedit ius praelationis: nec est uerus praelatus, qui per uolentiam aut Symoniam, dominium subripit. Unde talis praelatus a subditis repelli potest cum adest facultas: nisi postea uerus efficiatur praelatus consensu subditorum, uel superioris autoritate. Propterea Tullius in libro de Officijs, laudat eos qui Iulium Cæsarem (suum quamuis amicum & familiarem) occiderunt: quoniam tanquam tyrannus in perijura usurpauit. Nam qui sic ad liberationem patriæ tyrannum occidit, mercedem & laudem meretur, quando uidelicet non est recursus ad superiores, per quem iudicium de inuasionem fieri possit. Porro, abusus praelationis dupliciter accidit. Primo si praelatus præcipiat aliquid quod directe contrarium est uirtuti, ad quam acquirendam, est instituta praelatio: & tunc subditus non solum non tenetur obedire, sed etiã tenetur non obedire: sicut sancti patres memores eligebant potius, quam impijs principium parere edictis. Secundo si aliquid iubeat, ad quod se non extendit praelatio: ut si dominus tributa requirat non debitas: & tunc non tenetur quis obedire praelato. Dicit autem Thomas, quod maius uinculum non soluit a minori, nisi quando non cõpatiuntur se mutuo. Denique aduertendum, quod triplex est obedientia. scilicet indiscreta, & hæc non est uera obedientia, nec eam aliquis habere debet, imò omnino abijcienda est, ut cum quis in his obedit, quæ diuine legi aut regulæ propriæ professionis contraria sunt. Alia est obedientia imperfecta, sed discreta atque ad salutem sufficiens: & est, cum quis in eis quæ promittit obedire est, non autem in alijs. Tertia est obedientia perfecta, qua quis simpliciter in cunctis obedit, quæ diuine legi quam inuolabiliter obseruari oportet, & propriæ professionis status non repugnat: & de hac intelligendum est quod beatus Benedictus ait: quauis praelatus aliquid

Heb. 13.

Praelatio dupliciter a deo.

Praelationis abusus dupliciter accidit.


Obiectio triplex.

aliquid impossibile iusserit, implere tamen tentandum est: & hæc obedientia non est necesse fatia, sed abundans. Et hæc responsio ex uerbis sancti Bernardi in libro de dispensatione & præcepto, manifeste elici potest atque probari: licet aliqui aliter dicant, asserentes quod obedientiam professus, teneatur in omnibus obedire quæ regulæ non contrariantur, siue illa sint de genere bonorum siue in differentia, dummodo aliorum non sint quam professio ordinis assumpti requirit. Ad æqualia uero & faciliora praelatus cogere potest, quam uis secundum præcepta regulæ non sint: sed prima responsio longe melior est: nam cum debitor obedientiæ ex ordine praelationis dependeat, ad illa dumtaxat subditus ex uoto obedire obligatur, ad quæ est ordinata praelatio. Sed praelationes in religionibus non ordinatae sunt, ut status religionis secundum statuta regulæ obseruetur: ideo quæ in his solum quæ ad regulam pertinent debentur, obedientia se extendit. Si uero quis dicat, si subditus in aliquo potest non obedire, ergo iudicare habet de præcepto praelati. Respondendum, quod in his quæ regulæ suæ non sunt de actu proprio, iudicare habet, licet de præcepto praelati non iudicet: si autem queratur, an monachus plus obedire tenetur abbati suo quam Episcopo. Respondendum, quod quandoque potest as inferior totaliter oritur a superiori: & tunc semper magis obediendum est superiori quam inferiori: & ita se habet potestas diuina ad omnem potestatem. Potestas quoque imperatoris, ad potestatem proconsulis: & Imperator ad omnem potestatem in ecclesia. Quandoque autem potestas superior & inferior procedunt ad quadam potestate alteri, quæ secundum suam uoluntatem subditum alteri in quibusdam, non in omnibus: & tunc magis est obediendum potestati superiori in his, in quibus inferior sibi subiecta est, non autem in alijs. Unde quo ad statuta regulæ, plus obedire debet monachus abbati quam Episcopo: non tamen in his quæ ad ecclesiasticam pertinent disciplinam. Conformiter, cum secularis potestas spiritali inferior sit, quo ad ea quæ ad animæ salutem pertinent, non autem in his quæ ad bonum civile pertinent, ideo in illis quæ ad animæ salutem respiciunt, magis obedire oportet spiritali potestati quam seculari: Sed in eis quæ ad bonum civile spectant, seculari potestati amplius obediendum est, sicut scriptum est: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, nisi in aliquo utraq potestas existat, quemadmodum in Papa qui spiritalis est ac secularis potestatis apicem tenet ab eo, qui est fons uniuersæ uirtutis, deus sublimis & benedictus: Amen.

ERRATA.

Fol. 2. a. linea 16. præ primi. sit 3. a. 2. 7. aliquid necesse. 4. 5. singulari quiditate. 4. b. 19. materibus. 5. a. 20. VII. primæ. b. 16. iudicij. 6. a. 23. autem qualitas. eo. b. 43. dissimile est. 7. a. n. qm negatio. 34. in secundis 35. nisi que ad 39. p. neg. uidelicet. ibid. plene 52. quod ad: eo. b. fons quiditas. 8. & 28. pro quantitate, quiditate. 27. Manifestum. 8. 1. perfecta. 4. 4. a. casu. 9. 10. essent. 14. erunt accidentia. 39. omnia in eo. b. circa primam. 45. b. 10. b. 26. frigiditas. 39. possent. 43. pro XXI. II. n. a. 5. præuia mutatione. 14. generabili. 12. b. 12. formis. 14. b. 41. præ est ipse. 15. b. 37. qpe est suppositi. 16. nisi propter. 33. quin lib. 49. q. 9. patet. 18. 4. 5. alia uero. 19. 10. unica. 20. 33. R. 5. a. b. 11. b. 7. redderet. 18. quantum. 43. Hinc. 12. 8. cum non. 24. b. 9. circa supposita. 28. sicut deus. 29. que prius. 27. 21. distincta. 28. 29. neque nouitate. 29. 27. aut uirtuti. 30. b. 12. contingit. 26. causitate. 31. b. 14. a. generant. 17. operantur. 37. 31. sphaeræ æli. 40. 41. & primus. 42. 8. diuersas positiones. 45. 14. sunt aut. 23. in incor. eo. b. 23. probedire, impediri. 46. b. 13. non itur in. 34. uirtus passiva. 49. b. 6. quanda uirtu. 20. eandem. 38. uirtus. 50. 19. cõtingit aliquid. 4. 4. pro nil. uel. 47. cuius esse. eo. b. 3. esse dum est aut. 51. b. 5. p. oino. 50. 8. calodæmones. 8. c. 5. 4. b. 47. respicientia. 57. 18. opera. 60. b. 23. ut in. 36. uere. 61. 37. aut dei. 49. processio enim. 64. b. 10. effecti accidentale. sed. 66. 20. diuiditur. 26. duo supposita. 45. ex parte. 67. 25. pro nil. uel. 70. 4. quippe suppositi. 22. uirtus. eo. b. 4. dicitur tamen. 76. 29. sit quam. 34. Porro. homo. 78. 5. 4. diuina essentiam. 55. Ad hoc. eo. b. 17. capacitas. 23. simplex comprehensibile. 80. b. 12. imperfectionis. 84. 18. concupierit. 85. b. 14. subiecta. 87. 40. mediante. 85. sex. 88. 37. indiuiduum. 89. b. 23. omnia connectit. 90. 11. si nomen præ. 92. 21. id eam. 47. de se. sub materia. 51. ecce hoc recens est. iam. 94. b. 4. 4. sed tm. 100. b. 35. que. 101. calor. 14. etiã dicit. 51. quia sit. ib. fierent. eo. b. 3. que. 18. mensuratum. 102. 27. ac corruptibile. eo. b. 13. quo. 19. ratione personæ. ib. homo. 103. 51. consequentium non. 105. b. 12. est gratis præ. 106. b. 47. raphorice. 50. eius in. 107. b. 27. pro in. ibi. 31. posse. 54. uero ante. 108. 2. cor. potest. eo. b. 30. pro illi. ibi. 56. & similiter. de. 109. 43. unam personam. 111. 8. quia illuminatio. 10. Secundo. 13. cognoscit. 25. ad illum. & 43. per locutionem. 112. 7. physico. 38. ad omnium spe. eo. b. 27. tualiter circulariter. 114. 12. præter orbium. 32. in micro. 33. sed superiora ex. 15. b. 10. amore. 31. moderni quidam. 22. Dionotio. 27. omne aliud. 105. 5. eum. 17. coeternum. 19. pro agentis. possibilis. 117. 51. per pro priam. 118. b. 51. nutrit. 55. unum. 123. 5. moralis. 138. iuste. 127. 4. qui mor. 7. etiam mor. 20. p. ubi. uel. 33. pro diu. eo. b. 51. ad hoc. 128. 4. est specialis uirtus. 11. b. 33. in monstro. 112. 24. monstro. 48. autem Dionysius. 54. scilicet prius habitus. 132. 14. actum. & 134. b. 25. su endo. aliquid. 135. 18. profectionis. 136. 56. paratio. 138. 27. uirtutis. uel. eo. b. 16. ista in. 439. 9. iudex. 31. superbie participant. 33. omni. 140. 41. qui. eo. b. 37. obedientiæ enusat.

REVERENDO AC GENEROSO COMITI D. CHRISTOPHORO
 AB RYNECK CANONICO AC THESAURARIO METROPOLITANAE ECCLE-
 siae Treuerens. hōge dignissimo F. Theodericus Loer à Stratis, Carthusiae Colonien. Vicarius, S.P.D.



VANQVAM EO RES HVMANAE PROCESSERINT
 praestantissime Comes, q̄ inferiores plerunq̄ pro benefi-
 cio habere cogatur, uel inuiti, si quo modo magnatibus
 gratificari quierint, licet illi hoc neutiq̄ promeruisse:
 ego tamen, in praesentia: haud parui rerer esse beneficij,
 & quidē acceptissimi, si mihi daretur in aliquo tibi grati-
 ficari. Nō equidē satis consultū habeo, unde tibi gratias
 agere debeamus pro tuis in totū nostrū ordinē, & praeci-
 pue domū nostrā hic in Colonia & isthic Treuerensem
 multiplici beneuolentia, pio affectu ac copiosis benefi-
 cijs, quibus non cessas nos iugiter afficere, ut etiā munifi-
 centissima tua beneficētia in personā meā (qualis qualis
 ego sim) declarasti largitatē, in p̄tiosa illa imagine quā
 nuper summo excepi gaudio: quae non tam mihi grata
 erat ex sua dignitate, quantum q̄ p̄tiosa esset, quā ex
 datore: qui ut uere nobilis es genere simul ac aīo, ita mi-
 hi omnium charissimus & obseruandissimus semp habe-
 ris. Porrō ubi hāc mecum tacitus meditator nō nihilq̄ haere-
 num tibi rē gratā efficere possem, si aliquo literario mu-
 nere te qui tantus ordinis patronus & personae meae ami-
 cus es, honorauero. Ecce calcar adhibent, uehementerq̄
 stimulant & urgent celeberrimi quidā nominis tui pra-

cones te mihi misj in modū cōmendātes, nō modo de praeclearissimis tuis uirtutibus quibus ueluti inbar
 ē caelo coruscas, sed & de p̄tiosissimo tuo in optimos quoq̄q̄ affectu, ut etiā nō sine maxima cor-
 dis nostri laetitia & cum iugenti audiamus gaudio nostri Dionysij Ricelli praecleara opera tibi satis arde-
 re. Quorum q̄ seruens sis lector, amator & promotor, ex eo claret, q̄ ad eorum editionem tantopere aspi-
 ras, ut non sis manum subtrahatur, quam porrigere ualeas adiuricem, donec tota hāc scaturigo erupe-
 rit. Quod q̄ uerum sit re ipsa mihi compertum habeo ex suppetijs quas nup̄ tulisti, aliquot nūmos, q̄b̄
 h̄mōi librorū editio inuēt, largis tuis munere mittendo, pro q̄bus deus optimus maximus bonorū oim̄ lar-
 gitor, centu p̄lū retribuat atq̄ uitā beatā concedat. Er hāc q̄dē pecunia mihi argumēto erat te huius p̄j
 autoris codicib̄ nō frigidē affectū, nec paup̄ eorū eruditōe oblectatū, quāntū alioq̄ phrasia Tullianā nō
 redoleat elegantia: nā & sedulo pro laudabili tua cōsuetudine sub refectionē curas Hepatologū eius & alia
 quae nup̄ ad te missus inter epulandū legi, ne solae fauces sumāt cibū, sed & aures esuriāt uerbū de qua-
 tenus uel sic unius Aurelij Augustini exēplo, scae uas ne obloquutiones, detrahitēs, aut leuia & inania
 uerba (quae clericos minime decet) inter mensalia colloquia incidant, contūpētia mores bonos: sicq̄ in
 tua mēsa uicent uerba scurrilia & turpiloga, & id genus reliqua sanctis ac p̄js maxie detestāda. Hinc ma-
 gna nobis fiducia est Dionysij libros à uiligatoribus liberiores fore, q̄ si tang doctrinae amulū, & bonorū
 autorū otores & infectores audierint Comitē à Ryneck partes eius sumptis te uedas. Nec est p̄fecto quē
 in praesentia: potius ad hāc ciem q̄ te uis illustrē, q̄ nō minoris autoritatis & probatissimi famē quod
 oēs habere q̄ es alti stēmaris nobilitate insignis, ut oibus terrori esse possis q̄ bonis autorib̄ suū denigra-
 re honorē solent. Nemo quippe nescit te oēs bene institutae religionis professores p̄js adfectibus prote-
 qui: oibus doctis impēte fauere: oēs uirtute praeditos misj in modū ubiq̄ promouere & excellere: ut nec
 ullius tibi uisq̄ uitia probent: sed tū clericorū tū laicorū scelera, crimina & p̄cā mira seueritate animiq̄ cō-
 stantia detestaris insectaris. Oibus perduellionibus & haereticis pro tua uirilū reluctaris: ac plurimorū
 ueas zelo, in defendendis uere & orthodoxe fidei atq̄ ecclēsiac catholicae patribus. Inter hāc autē licet nul-
 lus tibi Dionysij liber displicere possit, q̄ oēs lectione digni uere Christianis habeāt: si tū inter tot tātaq̄
 tū domesticas curas tū ecclēsiac uestrae externas occupationes, oēs tibi nō uacauerit percurrere: in praesentia
 tū praeclearis cōmendādos putauimus, in primis eū librū quē de Laudibus dei deuotus pater Dio-
 ny sius inscripsit, in q̄ per decursum oim̄ theologicā cōclusionū, p̄q̄ decursum uirtuosū testamētū, de
 dei proprietatibus & laudibus mirabili artificio p̄js meditando formā ob oculos ponit. Hinc & illū quem
 de Venustate mundi & pulchritudine dei scripsit. In sup̄ de Praecario & dignitate B. uirginis Mariae qua-
 tuor alios (praeter illos de Laudibus eiusdē gloriose uirginis à nobis nup̄ in publicū editos) de Vita & regi-
 mine principū, de Vita principissarū, de Vita nobiliū, de Vita militari, de Officio mercatorū, de Vita cōiuga-
 liū, de Regimine politicū, de Vita uiduuarū, itē de sc̄ta uirginitate. Ecrurū dialogos, unū inter Iesum & Iohē,
 aliter uero inter Iesum & p̄uē, libros p̄fecto multae eruditōis & lectū nō iniucidos, hōz tēpōz corru-
 ptos abusus pia eruditione solide impugnātes, uia uitāq̄ p̄cā cōmonstrātes. Quos oēs nūc sub tuo noie
 & patrocinio in lucē edendos curauimus. Hos si attente perlegeris, habebis q̄ ad aim de pluribus rebus
 scitu dignissimis reuoces ex his quae alibi antea legisti, & non deerit q̄ de uorū onē tua (quae tibi alio q̄ plu-
 rima est) augeat misj in modū. Maxio q̄ q̄ erit incitāmēto & iuuamini, ad diuinorū cōtēplationē, ad quā
 iter rectissimū breui cōpendio ostēdit, id quod res ipsa tibi luculentius monstrabit. Ego pluribus uerbis
 hic assequi possem, uel etiā necessarii sit. Sereno itaq̄ accipe uultu oim̄ nostrū cōmuni noie uir generose
 hoc nrae in te obseruatiā & reuerentiā p̄gnus, q̄ generatim oibus nobis impēte faues. Nihil egdē detesta-
 bimur, quoties opportunitate nacti fuerim: tibi & maioribus gratificari. Vale, & qui neminē in Christo
 non amas, etiā tuū amato Theodericū in Christo filiū ac capellanū ex Carthusia Colonienē ipsū te
 Conceptionis gloriosissimae semper uirginis Mariae, Anno 1531.

D. DIONYSII

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE LAUDIBVS DEI, LIBER VNVS,
 LAVS DEI VT BONVS.



V DOMINE DEVS NOSTER NATVRALITER
 bonus es, & tua natura uere laudatur, bonitas pura.
 Tu solus per essentia bonus, qui non aliunde nec per partici-
 pationem bonus consistis.
 Deniq̄, talis & trāta est bonitas tua, ut nullus bonus nisi tu
 solus, o deus sublimis, uerax & gloriosus,
 Omnem bonitatem bonitas tua in infinitū excedit, & ab
 ea omne bonum profluxit atq̄ dependet.
 Tua deus aeternae bonitas est immensa, exemplaris, fonta-
 lis, plena & incommixta.
 O deus excelsse, tu bonum p̄fectum, intellectuale, immatē-
 teriale, super beatum.

Mat. 19
 Mar. 10
 Luca. 18

Cumq̄ tua natura sit bonitas idealis in se subsistens & separata, necesse est, ut bonitatis
 essentia sit in te nullatenus minorata.
 Tu bonū summū ac uerū q̄d oia appetūt, sine quo nec in momēto subsistere queunt.
 Quemadmodū dñe deus noster es incomparabiliter bonus, sic praeclearius in infinitum
 desiderandus, atq̄ amandus es solus.
 Bonitatem tuam sancte deus ubiq̄ diffundis, nec quicq̄ in uniuerso eius participatione
 expers relinquis.
 Tuae bonitatis communicatione a rebus paulisper subtracta, nil appetibilitatis habet aut
 retinet omnis creata essentia.
 O bonitas increata, munidissima atq̄ bonifica, omnem prorsus malitiam repelle semper ab
 anima nostra.
 In bonitatis affectum uiscera animae nostrae totis medullis transmuta, mentem gratiosam
 uirtuosamq̄ praesta, omni propulsata tabescente inuidia.
 Tibi nanq̄ connaturale est, radios bonitatis liberaliter impartiri, quemadmodū luci splen-
 dorem diffundere, & fontis riuulos scaturire.
 Benedicta & gloriosa sit iugiter bonitas tua, o deus altissime, simplex & aeternae, cui omnis
 debetur honor, uirtus & gloria, Amen.

Laus dei ut ens.

Dominus deus noster, tu ens increatum, primum, altissimum: ens uero incausatum, fon-
 danum & omnium productum.
 Tibi esse tam uere ac proprie competit, ut Moyses nomen tuum interrogans, a te te
 sponsum tale acceperit:
 Ego sum qui sum: hāc dices filijs Israel: Qui est, misit me ad uos, hoc dixisti Emmanuel.
 O esse diuinum, esse purum in te subsistens ac separatum, tibi nihil de non esse, nihil de im-
 p̄fecto esse, est admixtum.
 Tu tanq̄ pelagus in finitum, omnem essendi nobilitatem excellentissime continēs & quic-
 quid ad entis eminentiam pertinet, super plenissime comprehendis.
 Tu solus esse uerum, plenum, immensum, cuius comparatione, omnis creatura secundum
 se, est tanq̄ quantum & nihilum.
 A te ordine quodam omnibus deriuatum est esse: nec sine tua conseruatione continua, po-
 test aliquid in uniuerso consistere.
 Adorandum & super exaltatum est esse tuum aeternum, omni utiq̄ reuerentia honoran-
 dum, & ineffabilibus hymnis laudandum.
 Ecce domine coram te tanq̄ nihil esse substantiae meae: sed tu illud gratiosissime perface,
 & tibi fac supernaturaliter simile.
 Omne non esse, i. peccatum, in de finenter aufer a me: sicq̄ magnifica atq̄ entifica esse meū
 in te princeps & fons totius essentiae.
 Te cuncta essentia digne honorant, tibi soli omne bonum & esse ascribāt, gloriamq̄ & ho-
 norem tibi deo trino ac simplici condecenter exhibeant.

Exod. 3

Isa. 40

Sap. 1

AA 4 Laus dei

DE LAVDIBVS DEL

Laus dei ut uiuens.

TE deum æternum, magnum & benedictum, totius uitæ iugiter confitemur fontale principium.

Tu uiuens & uita, creator excelsæ, cui idem est essentia & esse, uita ac uiuere.

Tu simplicissima, intellectualis & actualissima uita, cui omnis perfectio uitæ cū plenitudine competit infinita.

Tuum uiuere est intelligere & amare, ad intra gignere & spirare.

Creare & iustificare, transubstantiare & remunerare, totiq; in super uniuerso autoritatie, ac libere præsidere.

O deitas adoranda, hæc est tua pura, sancta ac nobilissima uita.

Tuæ æternæ ueritatis supiucunda cōtēplatio, & tuæ immensæ bonitatis superueniens dilectio, tuam uitam uerā ac summe super beatam fatemur simul hanc ipsam super uoluptuosissimā atq; inmensæ iucunditatis certissime intuemur.

Cuius dulcedo & pax, quies & puritas, oēm sensum exuperat, & uere infinitæ consistunt.

Tu deus benedictæ substantialiter atq; totaliter uita es, cuius esse, est uiuere actualitatis & perfectionis immensæ.

A te fluit uitæ naturæ, uita gratiæ uitaq; gloriæ: a te uniuersæ mētes angelicæ, intellectualis deiformemq; uitam participant copiose.

A te rationalem uitam participat homo, sensitiuam brutā, uergetatiuam arbuta.

O splendidissime fons uitæ, deitas adoranda, cuius uitalis exuberantia, est uiuendi plenitudo in tensiue infinita.

Vitam naturæ ornain nobis uita gratiæ: & hanc ad uitam gloriæ deus piissime, condigne ris perducere.

Animam nostrā cœlestibus semper donis uiuifica, charitatis ardoribus stimula, & sanctis operibus incessabiliter renoua.

Spiritualem in nobis uitam iugiter per fice deus trinitas, cui hymnus, uirtus & gloria sine fine, Amen.

Laus dei ut sapiens.

TV deus gloriose, mens simplicissima, immaterialis inuisibilisq; cōsistis: tu honoratissimus intellectus, lucidissimus oculus, animus sanctus, oim intuitiuus esse cognosceris.

O mens idealis separata, omnium formatiua, in te super essentialiter inuariabilisq; substens, adoranda, nequaquam finita.

In te idem sunt, esse & intelligere, sapientia & essentia, intelligens, res intellecta, potentia, actus, obiectum, intelligibilis forma.

Intelligere enim est tibi natura deus fortis, sanctus & immortalis, qui propriam per essentiam te ipsum & cætera cuncta, in fine simplicitatis intelligis.

Tu sapientia increata, æterna, exemplaris, fontalis, omnium prospectiua.

Tui conspectū domine deus nihil eua diti tuæ sapientiæ finis aut numerus non consistit. Infinita cognoscis, & in ipso æternitatis momento uniuersa inuariabiliter, quasi præsentia liter conspicias.

Ea quoq; quæ non sunt, & infinita quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erunt, simplicis uisionis intelligentia te cernere, theologij sancti dixerunt.

Omnis a te sapientia, omnis scientia, omnis notitia fluxit & quicquid intellectualis perfectionis in creatis est mentibus, sapientia tua efficiendo induxit.

O sapientia aliunde non recepta, omnium illuminatiua, à nullo illuminata.

Te abyssalem prorsusq; incomprehensibilem & ignotam asserimus: te tibi soli plene & cōprehensiuæ cognitam, mente fideli sentimus.

Tu ars prima & causalissima, rationibus plena, mens ideis resurgēs, exemplaris oim causa.

Tua sapientia respectu creaturarum, uocatur scientia: prouidentia quoq; uocatur, prout concernit regenda.

Insuper respectu electorum, prædestinatio dicitur: respectu uero reproborum, præscientia communiter nominatur.

Hominū gressus, cogitatus & uerba: affectiōes quoq; & opera indefinēter aspicias ò super sapientis mens diuina.

Temporalia, sensibilia, uariabilia atq; corporea: in temporaliter, insensibiliter immaterialiterq; cognoscis mens summa.

Omnem angelicum spiritum intellectuāli luce pulchricas, radiisq; sapientiæ radios perfundis: & supernaturali beatifica illustratione liberalissime implet.

Corda Hu

Apoc. 1
Dent. 39
Ioh. 14

Phil. 4

1. Tim. 1

Mal. 3

1. Reg. 2

1. Tim. 6

Sap. 7

Psal. 119

Ecd. 1

Psal. 77

Ioh. 1

Rom. 11

Eph. 1

DE LAVDIBVS DEL

Corda humana clementer illustras, doces & dirigis: eademq; angelica eruditione confortas & custodire non desinis.

Tu solus sapiens ò deus excelsæ, & stultus factus est homo reputatione scientiæ propriæ: imò & cæcus comparatione sapientiæ tuæ.

Tua natura domine deus est in se subsistens, splendidissima sapientia: in qua idealiter refugit clarissimè entia uniuersa.

Corda nostra benignissime illumina, tentationum, errorum & uitiorum tenebras fuga, gratiarumq; lumina in nobis perfice quotidie, & in finem conferua.

Donis sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, corda nostra semper implere dignetur spiritus sanctus.

Tibi ò mens diuina, deus simplex, trinitas benedicta, honor & gloria, uirtus, magnificentia, beatitudo, imperium, hymnus, lætitiæq; immensa, Amen.

Laus dei ut uerus & ueritas.

TV domine deus noster, solus es uerus deus: tibi duntaxat deitatis natura seu deitas uera competit penitus.

Tu uerus & ueritas prima perfecta, quoniam tuæ naturæ ad intellectum tuū, est ad æquatio summa.

Tu unius ueritatis secū dæ causa fontana, exemplaris, finalis & effectiua: origo idealis, idea æternalis, in fallibilis regula, sapientialis mensura.

Tanta est deus æternæ tuæ naturæ & ueritatis firmitas, plenitudo & fixio, ut eius respectu omne creaturæ uocetur mendax & uanitas, simile nihilo.

Sicut ab uno uultu in diuinis speculis imagines multæ resplendent, sic ab una ueritate tua æterna, diuersæ ex creaturis ueritates deriuantur atq; resurgunt.

Et sicut in uno speculo diuersarum facierum relucunt imagines, sic in una ueritate tua diuina, omnium creaturarū resplendent exemplariter ueritates.

Tu triplicem ueritatem in creaturis produxisti ò domine, ueritatem uite, ueritatem doctrinæ, & item ueritatem iustitiæ.

Sed & ueritas rei ueritasq; sermonis, nonne effectus sunt tuæ super benedictæ incommutabilis ueritatis?

Quicquid intellectus tuus de rebus censet & asserit, hoc prorsus de necessitate uere sic est, eisq; competit.

Sermo tuus sancte creator est ueritas, & principium uerborum tuorum rite dicitur.

Hinc omne mendacium tua æquitas detestatur: & omne falsum, tibi ueritas summa deus contrariatur.

Simulatores quoq; & callidi, tuam contra se iracundiam prouocant: duplices animo & bilingues, tibi simplicissime deus odibiles extant.

Potro, corda syncera atq; simplicia diligis: mentes ueritatis zelo seruantes, & ueraciter se habentes, amplecteris.

Veritatis tuæ splendore, animarum nostrarū intima pie semper & copiose perfunde: omnem autem hypocritam, falsitatem & calliditatem à nobis in æternum syncerissime deus repelle.

Veritate uitæ, doctrinæ atq; iustitiæ nos decora, ut reuerenter à nobis incessabiliter honoreris deitas super exaltata.

Tibi ò ueritas exemplaris, æterna, trinitas adoranda, omnis honor, gloria, hymnus, uirtus, lætitia.

Quoniam tua sempiterna inuariabilisq; essentia, est ueritas per se subsistens mundissima, seu per substantialis: cuius pulchritudo & claritas est infinita.

Te omnis creatura toto semper conatu honoret, quam nullus digne honorare aut colere ualet.

Laus dei ut unus & unitas.

Domine deus noster, tu unus & solus es deus, neq; præter te aut extra te deus.

Tu unitas simplicissima, prima ac summa: quam entium multitudo participat quodam ordine tota.

Vniuersa enim rerum pluralitas, te ordinante ad unitatem reducitur, atq; ad te unitatē fontalem uniuersorum ordo reuertitur, sistit, finitur.

Cumq; sit pluralitas principum mala, te unum & solum, omnium esse regem ac dispositorem, exigit gubernatio bona.

Quicquid

Psal. 95.
Iob. 35.
Hicr. 10.

Apoc. 22.

Esa. 11.

Apoc. 19.

Ioh. 14.

Psal. 115.
Rom. 7.

Ioh. 17.
Amos 5.

Iob. 35.
Pro. 8.

Prouer. 2.

Psal. 35.
Deut. 32.

Ecd. 1.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Quicquid præter te domine deus noster, non inaniter deus uocatur, à te diuinam proprietatem eminentemq; perfectionem sortitur.

Psal. 97. Omnes diu genium dæmonia, in quibus nec salus, nec numen, nec gratia: pereuntq; corda illos colentia.

Psal. 8. Vniuersi qui participatiue diu uocant, in tua potestate consistunt, tibi proflus subiecti sunt, & à tua maiestate in infinitum occumbunt.

Heb. 2. Tu unū, quod solum necessariū perhibetur: quod ab omni intellectu bene disposito summe amatur & colitur, atq; finaliter desideratur.

Luc. 6. Mentem nostram uiuifica, ut tibi intenta sit tota, nec uaga distrahatur per multa.

1 Cor. 6. Vnus tecum spiritus fiat, tibi syncere ac feruēde uacet, omnesq; affectiones suas in te ordinatas semper possideat.

Tibi soli cultus patriæ impendatur, te solum omne seculum deum confiteatur, tibi totum quod sum cum ingenti reuerentia famuletur. Amen.

Laus dei ut omnipotens.

Tibi deus sublimis & benedictus, idem est esse & posse: & tua essentia, est tua potentia in plena identitate.

Hier. 32. Quænam modum enim tua essentia est illimitata atq; immensa, sic tua potētia uere est infinita, omnipotens, incontracta.

Luc. 1. Tibi nec impossibile neq; difficile est omne uerbum: nec potes in tot uel tanta, quin posses infinites plura atq; maiora.

Quicquid contradictionem non implicat, potes: imò absolute omnia potes: quoniam cuiusq; ratio entis non obuiat, potes.

Tu propria potestate es dominans, à qua est omnis potestas emanans, cuius comparatione censetur infirma, omnis creata potentia.

Hier. 33. Domine rector omnipotens, in ditioe tua cuncta sunt collocata: quæ solo nutu per absolutam tuam potentiam, posses in nihilum redigere uniuersa.

Tibi soli competit creare, legem, naturam & ordinem rerum instituire: atq; supernaturaliter & miraculose solo imperio agere.

Omnipotentiam tuam parcendo & miserendo præsertim declaras: qui quamuis sis præclarus in magnis, mirabilia tamen magnificentius agis in minimis.

Heb. 1. Tu orbem tua uirtute sustentas, uerbo uirtutis tuæ omnia portas, ad tuum imperium contremiscit & paret omnis potestas.

Hier. 19. Non est qui tibi queat resistere, nec potest, cui suffragari dignaris, perire.

Iob 9. Non est tibi difficilius facere atq; extendere cælum, q̄ arboris folium: qui in nihilo condidisti, collocasti & contines uniuersum.

Omnipotentiam tuam in nobis clementer ostende, nostramq; fragilitatem atq; insufficiētiā incessabiliter confirmata & perfice.

Philipp. 4. Ut omnia in te nos confortante potentes, inueniamur tibi perseveranter atq; alacriter obsequentes.

Da carni & proprio animo fortiter dominari: mundo q̄q; ac dæmōi uictorialiter reluctari. Tibi deo omnipotenti, trino ac simplici, omnis honor, hymnus & gloriæ tibi condigne ministret, deuoteq; psallat omnis rationalis creatura. Amen.

Laus dei ut pulcher.

TE uniuersæ pulchritudinis fontem domine deus noster uere laudamus: te omnis ornatus & speciositatis primum principium, super gloriose creator, digne asserimus.

Tu in teipso pulcher es, imò pulcherrimus ipse: & tua essentia, pulchritudo est super substantialis in se subsistens, separata ac idealis.

A' te omnis pulchritudo creata distat ac deficit in immensum: quoniam pulchritudo tua est penitus infinita, inuisibilis, immaterialis, decoratiuaq; omnium.

Tibi idem est esse & pulchrum esse. Hinc tuq; pulchritudinis comparatione, omne pulchrum creatum, est uelut nullius momenti atq; deforme.

Rite supersplendidißima pulchritudo tu diceris, qui substantialiter sapientia, ueritas, lux, sanctitas esse cognosceris.

Cum pulchrum dicatur quod uisum oblectat, & in spiritalibus pulchrum uocetur, quod in operatione sua ordinate & conuenienter se habet, tu deus uere ac propriissime pulcher dicendus es.

Tua

DE LAUDIBVS DEI.

Tua namq; essentia uisio, uisui intellectuali delectabilissima est censenda: & actio tua est tibi conuenientissima, in ordinatione carens & sancta.

Nil tenebrositatis, defectibilitatis aut commixtionis inuenitur in te domine sancte, creator omnipotens, deus æterne, sublimis & benedictus.

Quid enim sapientia clarior, quid ueritate & æquitate splendidius, quid luce syncerius, quid sanctitate & charitate uenustius?

Cū ergo sapientiæ, ueritatis, æquitatis, lucis, sanctitatis & charitatis tuæ nullus sit finis, constat q; pulchritudinis tuæ ð super felix desiderabilissime deus, nullus sit terminus.

Eccl. 43. Pulchritudinē tuā non tantū sol & luna, sed omnis quoq; angelicus spiritus admirat: & quæ quid decoris in eis est, deriuatur, dependet & conseruatur.

Pulchritudinem tuam omnes electi optant summo affectu prospicere, in cuius uisione palam est, omnium beatorum beatitudinem summam consistere.

Te uideō satiari non ualent, atq; de tui decoris intuitu, ineffabiliter & inauertibiliter sine fastidio gaudent.

Eccl. 16. Tu pulcher es in teipso domine noster, qui soli, lunæ & stellis lucem & speciem indidisti cælis quoq; elementis & mixtis, quicquid decoris habent dedisti.

Verum parum est hoc, quoniam inuisibilibus & intellectualibus creaturis, pulchritudinē nimis eminentiorem largitus es angelicis mentibus & humanis.

Tu ad intuentium desiderabilissimus delectabilissimusq; consistis: & iustū ut te uidere per speciem ardentissime affectemus, qui mentibus puris teipsum libenter ostendis.

Pulchritudinem tuam domine deus uniuersa participat: qua subtracta, omnis decor & species mundi in nihil mox caderent.

Animas nostras ab omni culpabili deformitate semper emunda, gratiæ & donorum spiritus sancti decore adorna, internæq; reformationis speciositate sine fine pulchritifica.

Tibi mente purgata pulchritudine ministeremus: tibi laudem, uirtutem, honorem & gloriam sancta trinitas incessabiliter immolemus. Amen.

Laus dei ut perfectus.

TE solum domine deus noster ens absolute fatemur, quoniam tuā perfectio exita & supra omne genus est: quam simpliciter illimitatam reueremur.

Quicquid tibi inest aut competit, cum infinita plenitudine tibi competit: hinc omnis nobilitas cum infinita excellentia tibi ueraciter conuenit.

Quicquid absolute loquendo melius digniusq; est inesse q̄ deesse, tibi sine termino perfectionis, & sine limite excellentiæ confitemur inesse.

In te ergo & tu sapientia illimitata, sanctitas infinita, beatitudo immensa, iustitia plena, pax suauissima, dulcedo interminata: & quicquid præstantius est simpliciter fando esse quam non esse, deitas super altissima.

Tuæ perfectionis respectu, omnis nostra perfectio defectio est: nec potest se aliquid inaniter arbitrari, qui in conspectu tuo se statuit atq; perpendit.

Tu solum domine deus de proprijs gaudes diuitijs: qui non aliunde perfectionem sortitus es, sed ex teipso substantialiter quomodolibetq; perfectus consistis.

Hinc nulla tibi usque quaq; imperfectio potest competere, cum agnoscamus perfectum nihil esse, nisi in quantum à propriæ perfectionis elongatum est fonte.

Nihilominus tuam perfectionem mutuari à teipso iubemur, ut per gratiam, quod tu per naturam, esse ð deus super gloriose conemur.

Perfice ergo nos domine deus noster altissime, & imperfectum nostrū non despicias conditor benedictus, sed restaures ac salues dominator æternæ.

Tibi quicquid perfectionis habemus, humiliter semper corde ascribamus, in te duntaxat gaudeamus, tibi gloriam & honorem iugiter sancta trinitas offeramus.

Da Christe implere quod præcipis, Etrote perfecti quemadmodum pater uester cœlestis, & curus: Perfectus & absq; macula cum domino deo tuo eris.

Mat. 5. Tibi trinitas supergaudiosissima, simplicissime deus, honor, potestas, felicitas, conditor, gubernator glorificatorq; meus. Amen.

Laus dei ut simplex.

Symmæ puræ ac infinitæ simplicitatis es deus excellens: hinc quicquid in te est, deus est: & quicquid habes, hoc es, præter quod de te dicitur relatiue, reali ad intra relatione.

Cum

Cum compositio signum sit indigentiae, non potest in te ente perfecto, compositio qualitatis cum loco habere.

Tu enim in tuo purissimo esse, omnem nobilitatem & perfectionem, excellentissime & simplicissime comprehendis, iccirco nullius additamento compositione uel indiges.

Simplicissimus es, quia simpliciter primus omniumque principium: hinc constat te simplicissimam unitatem esse supra ordinem uniuersorum.

Non est enim in te materia limitans, nec differentia contrahens, neque potentialitas ulla determinans.

Tu ergo es incorporealis & immaterialis, insensibilis, intemporalis, & illocalis.

Tu nec corpus nec uirtus in corpore, nec corporis uirtus, nec uirtus corporea deus sanctus.

Denique tu actus purus, in quo non est modorum diuersitas, sed mera & uera summe (sime, perineffabilis) identitas.

Tanta est tuae super sanctae naturae simplicitas deus sublimis, ut eius comparatione, asserat materialis atque compositus etiam angelicus spiritus.

Est nempe in eo & in te omni creatura, quod est & quo est, seu actus & potentia.

Quo creatura eiusdem ordinis amplius a te distat, eo compositiora redduntur: & quo tibi plus appropinquant, eo simpliciora esse noscuntur.

Simplicitas tua domine, perfectionis & formae est, per exclusionem totius indigentiae, quoniam in se opulentissima extans, nec eget, nec ualet perfici aliunde.

Tu itaque in teipso super omnia, super essentialiter incommixtibiliterque subsistis: deoque per propriam puritatem ab uniuersis summe deus distingueris.

Contra nostra simplicitas, ne in caducis sint uagabunda: sed a carnalibus & uanis abstracta, in te recollecta extant & fixa.

1. Para. 37. Actionum nostrarum pluritas, ordinetur & simplicetur in te, ut omnia semper rite fiant finaliter propter te, domine deus beatitudinis nostrae.

Ad te simplicissimum creatorem sit semper mentis nostrae conuersio: in te omnis eius sit intentio, occupatio, beatitudo.

Apoc. 7. Te deus aeternae tota uirtute laudet, honoret, glorificet, quem hymnus, gratiarum actio, adoratio, omnisque sancta ueneratio decet. Amen.

Laus dei ut infinitus.

In finitum te esse domine deus nos ter humiliter confitemur, quod deus infinitas sit tibi intrinseca, propria, prima proprietas, cum gaudio profitemur.

Haec tua deus benedicta infinitas, non extensue nec materialiter est sumenda, sed intentiue atque formaliter esse censetur in tua super sancta natura.

Tuam namque essentiam quae simplicissima forma est, immediate consequitur: hinc quicquid tibi inest aut competit, cum perfectione intensiue infinita tibi ascribitur.

Infinitas itaque perfectionis & eminentiae quomodo libet illimitatae est tua essentia, tua sapientia, dulcedo, uita, delectatio, pulchritudo, sanctitas, pietas, iustitia, atque munditia.

1. Ma. 4. 0. Tu cuncta in essentia, potestate & perfectione in infinitum excedis: & tuo respectu omne quod citra te est, uelut punctum est ac tenuissimus puluis.

1. Hier. 50. Haec tua est sancte creator excellentia propria tibi: ad quam proportionem non habet creatura quaecumque, quasi naturaliter similis ei.

Omnis uirtutes finitae, pendentes sunt per te primum & infinitum, quod est incircumscriptibile bonum, uirtus uirtutum, dans omnibus fulcimentum.

Sap. 11. In numero, pondere, mensura, omnia constituisti, sicque creata tibi assimilasti, quod omnibus in omni dignitate in infinitum praestantior permanisti.

Supra omnem legem ac ordinem rerum subsistis, tu tibi es locus, quoniam in teipso sic es, quod nullo loco concluderis.

Prou. 8. Tu ante machinam mundi es, non praeventus, supra eam non elatus, infra eam non oppressus, in ea non inclusus, extra eam non exclusus.

Tua domine deus infinitas, tuae perfectionis est interminabilitas, tua illimitabilis dignitas, inconcurrens, inaccessibilis, indefinibilis, nobilitas.

Cui omnis angelicae creaturae sublimitas, cum profunda humilitate inclinatur & subditur: Tibi deitas sancta, trinitasque immensa, omnis hymnus, honor, uirtus, gloria debetur. Amen.

1. Tim. 1. Laus dei ut felix.

Laus dei ut felix.

Plena

Plena & infinita est tua deus sublimis beatitudo, qui uniuersae beatitudinis es fontana origo, summaque ratio.

Est namque in te omnium bonorum pulchrorum ac desiderabilium immensa possessio, in te omnium diuitiarum opulentissima prorsus fruitio, in ipso aeternitatis momento.

Tibi incommutabilis deus substantialiter idem est esse & esse beatum: iccirco felicitas tua uere est simplicissima, gaudiumque intensiue immensum.

Tu enim super beatissime deus de connaturalibus & proprijs gloriaris diuitijs: tu omnium perfectionum decore & exultatione interminabiliter plenus consistis.

Tu solus teipsum plenarie comprehendis ac diligis, omnemque pulchritudinem, perfectionem & excellentiam in te cum aeterna & infinita delectatione intueris.

Teipsum contemplans, in finitae dulcedinis gustu laetaris: estque pacis, quietis & dilectionis tuae sapor internus, immensa suauitas.

Conspicis omnia tibi subiecta, & a tua perfectione in infinitum occumbere: cernis te solum tibi ex te, in te & per te, omnino sufficere.

Tibi proprium est in teipso licite gloriari, omnemque gloriam diuinitatis essentialiter continere. Nil quippe alium de fortibus est: & quicquid dignius est adesse quam deesse, in teipso cum infinita plenitudine uides.

Tua deus colende felicitas est uoluptuosissima atque purissima, nobilissima, aeterna, sanctissima: cuius est fruitio super dulcissima.

Quicquid ad beatitudinis plenitudinem pertinet, conspicis te cum infinita excellentia possidere: imo & ea in quibus terrena & falsa beatitudo reponitur, tu ueraciter habes cum incommutabili perfectione.

Pro diuitijs siquidem omnimodam sufficientiam habes: pro uoluptate gaudium de te ac tuis operibus possides.

Pro potestate habes omnipotentiam, pro fama omnium creaturarum admirationem ac laudem: pro actiua insuper felicitate totius mundi gubernationem.

Vides teipsum infinite perfectum, opulentissimum, superpulcherrimum, omnibus praesidentem, cunctis in finitum eminentem, ex teipso altissimum.

Hinc gaudio penitus in finitum in teipso plenus consistis: & quicquid sanctae delectationis, felicitatis aut suauitatis in rebus creatis est, a tua beatitudine datum est eis.

Futurae felicitatis dulcem quandam praelibationem infundis: saepius in corda tuorum sagacitium aspernari carnalem & uanam delectationem.

Ab omni nos tandem miseria eripe, ab omni peccato nos iugiter dilue, de hac ualle lachrymarum nos transfer ad beatitudinem patriae.

Caelestis felicitatis gustum in nobis nunc incipe, ut gustemus quod dulcis es domine, cui honor, maiestas, decus & gloria sine fine. Amen.

1. Per. 2. Laus dei ut incommutabilis.

1. Mala. 3. Tu deus qui non mutaris, nec minorari, nec perfici uales, transmutationi & uicissitudo diuis obumbrati: nequaquam subiaceris: solus perfectam atque omnimodam habes immortalitatem, quoniam solus es id ipsum, nullam suscipiens uariabilitatem.

1. Iaco. 1. 1. Tim. 6. Nil nouum, nil uetus in te, nulla inceptio, nulla desinitio reperitur in te.

1. Mala. 2. Incommutabilis manens uariabilia te poralique fecisti: immobilis pseueras: oia moueri dedisti. Tu aeternaliter in optima tui ipsius dispositione subsistis, & stabilis manens cuncta creata ac uariabilia sapientissime regis.

1. Mala. 2. Prou. 50. Ecc. 4. 2. Tua incommutabilitate totus sensibilis mundus incorruptibiliter manet: tu actus purus, cuius natura prorsus inalterabilis aeternaliter perseuerat.

Cunctis mortalibus praefixisti periodum, qui solus uniuersorum aeternus immensumque permanens, instituit terminum.

1. Mala. 2. Tuae stabilitatis respectu mutabilis fertur omnis creatura, angelica quoque natura: quae quicquid firmitatis immortalitatisque habet, a te susceptum bonitas pura.

In stabilitatem & euagationem cordis a nobis tu remoue, cor uirtuosum in bonis firmiter distribue deus trinitas, cui hymnus, adoratio, uirtus, gloria sine fine. Amen.

1. Tim. 1. Laus dei ut uolens & liber.

Voluntatem tibi immobilis complacentiae deus nos ter ascribimus: uoluntatem autem imperfectionis seu desiderij tibi competere non sentimus.

Tua uoluntas est summa, prima atque liberissima: quae non potest irrationabilis neque iniusta.

BB Ipsa

Prou.8 Ipsa enim substantialiter est sapientia tua æterna, æquitas plena, iustitia consummata, omnis æquitatis iustissima atq; certissima regula. Tuæ uoluntatis immediatū propriū obiectum est bonitas tua immensa: iccirco te sola necessario amas, & uis libere cætera esse.

1. Tim.3 Voluntate antecedente omnia uis saluari; porro uoluntate consequente quæ semper impletur, sola prædestinata uis felicitari.

Plal.134. Iob.23. Hester.13. Eph.1 In hoc uoluntatis tuæ omnipotentia patet, q̄ in uniuerso quicquid uoluisti, & sicut uoluisti, fecisti. Voluntati tuæ non est qui quærat resistere: eiusq; imperio opus est omnem naturam creatam ad nutum parere. Omnia secundum propositum uoluntatis tuæ plasmasti, & tuæ uoluntatis non potest omni farie ratio assignari. Tu a bonitas est tibi ratio appetendi diligens aliā: nec aliud extat tua uoluntas, quàm diuina essentia.

Mala.3 Non est in te recens uolito nec uolendi mutatio: sed tuæ uoluntatis est immensa dilectio, infinita delectatio, in terminabilis beatitudo.

Hest.18 Omnis uoluntas, affectio atq; libertas, à tua imperscrutabili uoluntate manauit, ò super benedicta diuinitas.

Sap.1. Causa tui es nihil dependens, nulliq; obligata: iccirco liberrime operaris quæ facis, & libere creasti uniuersa.

Amos.5 Omne bonum honestum approbat sancte deus tua uoluntas: omneq; uitiū detestatur tua inuariabilis æquitas. Quicquid extra & contra tuæ uoluntatis & æquitatis ordinē desideratur, amatur aut queritur, inordinate appetitur.

Luc.9 Talis demum uoluntas merito nuncupatur rebellis, priuata & propria, quam summe detestatur omnis ueraciter religiosus, cuius est abnegare seipsum per omnia. Tuum esse tuū est uelle: & idem est rem fieri te uolente teq; agente. Quicquid tu deus omnipotens in tempore produxisti, tunc & taliter produxisti, quemadmodum ab æterno uoluisti & decreuisti. Iccirco incommutabilis permansisti, in omnibus quæ fecisti. Fiat semper uoluntas tua in terra, ut quemadmodū tibi obedit angelica celsitudo in patria, sic pareat tibi fragilitas nostra in uia. Tuā in omnibus domine uoluntate laudamus, adoramus & glorificamus: tibi trino ac simplici deo magnificentiam, gloriam & honorem iugiter immolamus. Gratiæ actio sempiterna sit tibi uoluntas diuina, pro omni bono quod in uniuerso fecisti causa prima, sapientialis & sancta atq; liberrima. Amen.

Laus dei ut sanctus.

1. Reg. 3. Leu.19. Exo.15. **T**u solus domine deus noster essentialiter sanctus est & tua sanctitas est tua super benedicta essentia, rerum omnium plastes. Tu enim domine deus omnipotens, es sanctitas in te subsistens pura & separata, uniuersæ puritatis, uirtutis ac perfectionis substantialiter ac simplicissime contentiua. Tu quippe lux uiua, intellectualis, mundissima: in qua esse non ualet materialitas aut defectuositas ulla. In te nulla impura affectio, sed diuina ordinatissima, splendidissima, superferuens dilectio. In te quoq; contemplatio affectuosa, uerissima: cui nulla nescientia, fallibilitas aut incompletio est admixta.

Leu.19. Eia.6. Apoc.4. Apo.1. & 22. Rite ac propriissime, domine deus altissime, sanctus uocaris: cum uniuersaliter sis totius boni, uirtuosi, honesti, exemplar, origo, & finis. In te peccatum cadere nequit, quoniam aliud tibi finis nequaquam consistit, sed tu tibi es finis, qui non ad aliud ordinaris. Non autem contingit peccare, nisi per recessum à te omnium entium ultimo fine. Tu a sanctitas est uere omnino immensa, cum non sit aliud q̄ diuina essentia superpurissima simpliciterq; perfecta. Sanctus es domine deus noster in teipso, sanctus in opere tuo, nec est tui reprehensio ullo modo. Tuæ sanctitatis respectu nedū hominū, sed insuper angelorū sanctitas puritasq; occūbit & quantūcumq;

quantūcumq; quis sanctus sit, si tuam sanctitatem perpēderit, se defectuosum proclamat atq; profunde humiliat. Cordis sanctimoniam requiris ac diligis, & sanctitate digne iugiterq; intentos, tibi familiares & item charissimos efficis. Tu deus magne & iuste, omnis es sanctitatis fontana origo, omnisq; munditiæ primordialis, finalis ac honorabilissima ratio. Tu solus peccata dimittis, & de immundo conceptū semine, mundum constituis. Omnem in æternum à nobis culpæ maculam dele: & quicquid sanctitatem tollit mentalē, da præcauere. Da sanctum affectum, animum purum: intellectum deiformiter radiosum. Vt huius seculi incolatū completo, tibi indilate uniamur in beatitudinis regno. Tuæ sanctitati deus trinitas pura, semper ueneratio exhibeatur: tibi in sanctitate & iustitia, omnis homo cum ingenti reuerentia obsequatur. Amen.

Laus dei ut iustus.

Iustus es deus omnipotens, & uniuersis quod iustum est reddens. In omni opere tuo iustitia admiscetur: dūq; iniustus misereris ac subuenis, ex parte tua iustum esse censeatur. Tanta quippe est bonitas tua, deitas benedicta, ut iustum sit eam miseris quoq; & indignis influere gratiæ dona. Iustus es deus altissime ad teipsum, quia quod tibi debetur, requiris ab uniuersitate angelorum ac hominum, ut scilicet tuū in omnibus seruent præceptū. Deniq; gloriā tuā non tribuis alijs, nec lau dem tuā communicas summe deus sculptilibus: Sed tibi ipsi & gloriā & honorē finaliter uis impēdi: tibiq; soli latræ cultū scipis exhiberi. Spernis insuper omnes à tuis iustitijs decedentes, quoniam iustus es & odis iustitiam odientes. Iustus es quoq; ad alios, iubens obseruari iustitiam inter eos. Nil boni impræmia tum relinquis, nil mali inultum permittis. Omni intellectuali creaturæ facis finaliter iustū iudiciū: & sicut angelis in casu & prima cōuersione ad te, sic hominibus in morte das præmium consummatū. Vbi cūq; nanq; ceciderit lignum, ibi erit: & in qua quis dispositione seu statu uitam finierit, in illa te iudice æternaliter permanebit. Infinita est deus tremenda sempiterna æquitas tua, nec aliquid penitus inordinatum deseris in uniuersa creatura. In ordinationē equidē culpæ, ordinas per tormenta iustitiæ: ut qui contra tuā uoluntatem suæ immoderanter uolūtati indulsit, cōtra suā uoluntatē à tua uoluntate pœnā sustineat. Incomprehensibilis est in multis domine tua iustitia: & tua iudicia, deus pauende & recte, dicuntur abyssus multa. Nil sine iusta ratione permittis aut facis: nullū ui opprimis, nec personā tu accipis. Iniuriam patientibus tu facis iudicium, nec de iustitia calumniari te potest quisq; uiuentiū. Tu a etenim uirtus, iustitiæ extat initium: omnisq; legis & æquitatis tu mensura es, regula atq; principium. Intellectualibus creaturis sapientissime deus synteresim impressisti: præcepta legesq; reuerentissimas mentalibus rationalibus inscripsisti. Da nobis tibi semper in uera iustitia famulari, zelo iustitiæ ordinate accendere cōtra quoque cum salutari scientia operari. Tibi deo iustissimo omnis semper uirtus & æquitas ascribatur, tibi uirtus, honor & gloria, deus trinitas iugiter offeratur. Amen.

Laus dei ut misericors.

Te dominum deū nostrum naturaliter, uere ac proprie misericordem, pium, benignū, tota docet sacra scriptura consistere. Adeo pronus es ad miserendum, ut quocunq; momento peccator fuerit gemitum cordiale, mox sortiatur à te indulgentiam salutarem. Ex connaturali tibi bonitate, consubstantiali atque congeneta proprietate, cōuenit tibi deumēssime deus misereri, subuenire ac parcere: ulcisci autem, damnare & perdere, est uelut peregrinū à te: quanquam hæc agas malitia nostra exigente. Ex propria bonitate sumis, unde nobis misericordiam tuam impēdas: ex nostra uero prauitate accipis, unde rigorem æquitatis & pœnas infligas.

Alienum hoc opus tuum deus piissime: opem uero clementiæ impartiri, proprium tibi est & connaturale.

Exo. 22.
Psal. 57

Tu misericors in natura, miserator in opere, patiens, mitis, longanimis: sciens fragilitatem nostræ substantiæ.

Matt. 5

Hæc tibi conueniunt non secundum passionis affectum, sed operis ueritatem: quia incommutabilem habens naturam, nec sis passionum immutationem.

Psal. 144

Misericordiam nobis præsertim commendas, misericordibus beatitudinem repromittis, eisq; misereri singulariter pronus confitis.

Psal. 57
2. Reg. 22

Præterea, miserationes tuæ super omnia opera tua: abundant enim in tuis effectibus, maxime nunc in uita.

Inæstimabilis prorsusq; incomprehensibilis & immensa est misericordia tua, aliter te ferre aut saluari, quomodo fragilitas nostra posset?

Nunc uero quoniam te super misericordissimum noscimus, deus pie, dulcis & mitis, desperare non possumus.

Apoc. 4

Quinimò, cum ingenti fiducia semper speramus, teq; propter misericordiam tuâ toto corde laudamus atq; ardenter diligimus.

Mat. 5

Mille modis misericordiam tuam conditor uniuersorū fecisti, & indefinenter facis nobiscū rex omnium seculorum.

Zach. 1
Iohan. 19

Quotidie parcis, ignoscis & sanas, differs, succurris, saluas ac benignissime agis.

Solem facis oriri, pluuiamq; descendere, super bonos & malos: semper quoq; paratus es te conciliari & gratiam dare, si quod in nobis est fecerimus nos.

Mar. 11

Præterea, incessanter inuitas nos ut conuertamur ad te, utiq; amici ac filij efficiamur, suscipiendo dona munificentæ tuæ.

O ineffabilis & admiranda, & super glorificanda nostri misericordia creatoris, non obliuiscamur, sed mente gratissima iugiter recordemur uiscerū misericordiæ nostri saluatoris.

Apoc. 7

Da nobis mentem piam, clementē, suauem, opera misericordiæ, idonee exercentē & omnibus ignoscentem.

Tibi pietatis misericordissimo fonti deo trino ac simplici, gratiæ actio, honor, beatitudo & gloria duratione perenni, Amen.

Laus dei ut amans.

Deu. 4
Heb. 12
1. Iohan. 4
Amos 5

TV dñe deus noster ignis uocaris, spiritalis non materialis, q̄ charitas nuncuparis. Tu nanq; deus benedictē & uerax, uitiorū consumis rubiginē, ad superna eleuas mentem, & sanctæ dilectionis infundis ardorem.

Sap. 1

Tu substantialiter amor & charitas appellaris, tu ignis innocue ardēs, qui pro iustitia ardētissime æmularis.

Diuinus amor non te derelinquit sine germine esse, sed ex amore tuo gratuito, uniuersa cognoscimus te creasse.

Iudæ
Sap. 11

Tuam uoluisti bonitatem ex amore entibus cōmunicare: nil proprium tibi referuas: te totum communicas: qui nec reprobis cessas dona naturæ & bona fortunæ præstare.

Cuncta quoq; reducis in te atq; inesse conseruas, qui omnia quæ fecisti, naturali quadam dilectione, quantum ad id quod ex te sunt, amas.

Iohan. 19

Te creaturas diligere, est te eis bonum uel eae demum quibus maius uis bonum, amplius diligis, cum nihilominus tua dilectio, una in se sit, simplex & immutabilis.

Qui manet in dilectione uiuit per gratiam, & manet in te: tu quoq; habitas in eo deus dulcissime, immorator, custos hospesq; animæ.

Sap. 11

Cum multæ tibi ascribantur uirtutes, quantomagis charitas, quæ omnium est regina uirtutum, imperialiter mouens ac dirigens eas.

Ecci. 18

Sicut uoluntas, ita & dilectio competit tibi qui omnia amas: quoniam tuæ in aliquo assumpta sunt bonitati.

Tu ros ardens roransq; ardor, cuius ad te ipsum dilectionis immensus est feruor.

Esa. 54

Tu ardentissimus amor infinitæ charitatis calore amans te ipsum, & inter creata plus diligens meliora, præsertim si in bonitate persistant in seculum.

Apoc. 7

Omnis boni causa in nobis amor est tuus, qui incomprehensibilis gloriæ bona præparauit electis in cælis.

Tuæ dilectioni semper referimus gratias, tuæ sanctæ dilectionis flamma nos deus omnipotens ignias.

Tua

Tua nos charitate succensos trahere ad te, ut omnia transcendēdo, mox purducamur ad beatitudinem patriæ.

Cant. 1

Charitatem in nobis tu ordina, da proximorum uere diligere corda, da iugiter in charitatis concrefcere flamma.

Mat. 5

Tuæ dilectioni gratiæ actio sit æterna, honor, hymnus, potestas & adoratio per secula infinita. Amen.

Laus dei ut æternus.

Baruch 4

TV solus æternus es deus præclare, à quo ad nihil dependēte scimus omnia emanare. In te interminabilis uitæ tota simul per sancta possessio, in te inuariabilis plena omnia carens causali principio.

Rom. 11

Non itur in entibus in infinitum: oportet ergo esse ens primum increatum, summū, æternum, quod tu es domine deus noster, deus deorum.

Psal. 49

Tua æternitas est deitas tua: ante te mille & innumerabiles anni, uelut momentum ac dies præterita.

Psal. 89

Omnes differentias temporis tuæ æternitas comprehendit, omni tempore coassistit, quamuis in se inextensa atq; inuariabilis perseveret.

In eodem nunc simplicissimo subsistis æternitatis momento, in quo ante mundi productionem subsistebas deus altissime in teipso.

Iohan. 1

Fuisse, esse & fore te dicimus, uerum tu deus ipse es: quem incommutabili præsentia esse nequaquam ambigimus.

Psal. 52

Tu tempus ab æuo, & æuū ab æterno prodire iussisti, qui in exordio seculorū entibus certas durationis mensuras dedisti, itemq; inferioribus periodos subsistentiæ præfixisti.

Ad tuæ æternitatis participationē nos in patria promouea: tēporalibus ad amorē & contemplationē æternorū nos erige: & in his omni nos hora deus beatissime, gloriosissime pfice.

Apoc. 7

Tibi summæ trinitati deo æterno benedictio, claritas, sapientia, gratiæ actio: tibi in æternum sit honor, uirtus & fortitudo. Amen.

Laus dei ut incomprehensibilis & ineffabilis.

Iohan. 1

TE deum nemo uidit unquam per speciem in uita præsentia, nec uidere potest uiuendo uita sensitua, humana ac naturalis.

1. Iohan. 4

Tu quippe lux infinita, cuius actualitas atq; perfectio, est penitus incircumscripta.

Iohan. 1

Icirco omnis creatæ mentis capacitatem in infinitum excedis, nec ab intellectu nisi in finem, utiq; à teipso incomprehensiuē cognosceris.

Deniq; cum nullam causam ante te habeas, plene sciri non uales, cum scire, sit esse per causam cognoscere iuxta philosophias.

Tanta est quoq; tua simplicitas, ut omnem rationis indagationem excedas.

Quis enim capere queat, quomodo tibi idem sit esse, posse & agere, cum multa agas libere: necessarium uero omnimode, sit tuum esse.

Psal. 17

Latibulum tuum ponis ò domine tenebras, qui inaccessibleem lucem inhabitas.

1. Tim. 6

Ipsa quidē tuæ incomprehensibilis lucis, inuisibilis infinitaq; claritas, est latibulū tuū, quod diuinā caliginē appellamus & tenebras, quas constat excedere mentes angelicas.

Psal. 17

Cumq; per positionē & ablationē possis nobis iam aliquo modo notificari, melius per omnium entium abnegationem nouimus te laudari, describi & explicari.

Luc. 14

Hoc ergo est te deum adorandum uere cognoscere, te super substantialem super substantialiter per omnium rerum ablationem extollere.

Nil enim tibi & creaturis uniuoce competit: & omne creatum, à natura tua ac plenitudine, infinite distat ac deficit.

Melius itaq; scimus quid non sis quam quid sis: imò quid sis ignorantes, quia sis, certissime noscimus.

Tuam super benedictam, æternam, abyssalem essentiam nullus ualet sentire aut opinari, imaginari, comprehendere, diffinire, scrutari, aut digne effari.

Verum, sicut te aliquo modo per rationem & fidem cognoscimus, ita te prout reuerentius possumus, certis nominibus designamus.

Rem uero ac deitatem per nomina talia designatam ignoramus, quoad eius essentiam gloriosam & superexaltatam.

1. Cor. 25

Merito itaq; domine, scrutator maiestatis tuæ opprimetur à gloria: præsumptuosusq; est qui immo dexteranter nititur penetrare, discutere, aut tractare diuina.

Ex creaturaz ordinibus & naturis, te naturaliter cōtemplamur; per fidem uero in scripturis ac supernaturalibus effectibus, sublimius specularum. Quemadmodum enim effectus causam quodammodo representat, sic qualis sis tu creator omnipotens, in uniuerso, aliquo modo relucet. Quid enim est creatura nisi radius creatoris? & quid totus rez ordo, natura & lex, nisi scala ad notitiam conditoris? Erige nos incomprehensibilis deus, ad gloriosam tuaz essentiaz contemplationem; fac nos te fide radiosa speculari per supernaturalem illustrationem. Dignus es domine deus noster accipere honorem, gloriam & uirtutem: quem dignè laudare non possumus, propter tuaz maiestatis immensitatem. Amen.

Apoc. 4. Iob 37.

Plal. 88. Esa 52. Eia. 12.

Hier. 50. Eccl. 43

Mich 6

Apoc. 7.

Sap. 14

Matt. 5.

Laus dei ut excellens.

Tu domine deus noster cūctis solus es in infinitum sublimior, dominator altissime, super felix creator, omnipotensq; saluator. Incomparabiliter minus uniuersum mare excedit minutissimam guttā in quantitate, q̄ tua maiestas uniuersa creata in omni perfectione, felicitate & nobilitate. Nil simile tibi nisi per deficientem imitationem & parem autem non habes neq; contrarium sed rebellem per inobedientiam. Maior es omni p̄conio, omni contemplatione, ueneratione, cultu & uoto. Nec tibi se potest tam profunde humiliterq; subijcere aliqua creatura ut dignum est, tuaz maiestatis respectu, deitas super gloriosa, simplex & pura. Omnis nanq; angelicaz naturaz sublimitas, tua nobilitate inferior est per innumeras perfectionum distantias. Possent enim inter tuam superincomprehensibilem essentiam, summamq; angelicaz speciei personam, innumerales angeloz species creari per tuam infinitā potentiam. Nihilominus à tua perfectione, occumberent atq; distarent in infinitum uniuersaz. Da nobis tuam excellentiam synceriter contemplari, feruenter diligere, reuerentialiter uenerari. Iugiter quoque eidem solite deferuire: ut ipsa nos angelicaz excellentiaz paritate dignetur uestire. Tibi deus trinitas excellentissimo principi, regi altissimo, summa & singularissima ueneratione debetur, quaz dicitur adoratio. Amen.

Laus dei ut idea atq; exemplar.

Tu domine deus noster mens sapientissima appellaris, tu omnia per intellectum insipientia distincte & infallibiliter operaris. Tu operis tui rationē uides & concipis in teipso, q̄ nihil producis à casu neq; fortuito. Cumq; sis autor rez primus, æternus, simplex & incommutabilis, opes tuoz rationes ideas exemplaresq; formas, à priori seu aliunde non suscipis. Sed ipsa tua superpulchra diuina essentia ut mutabilis, à teipso intellecta, entium est exemplar, ratio, species & idea. Omnium nempe perfectiones in se simplicissime comprehendit: omnia repræsentat: omnium causatiua consistit. Et quoniam uniuersa distincte cognoscis, proprijsq; rationibus ordinate producis, Plures in te consistunt exemplares, rationes atq; ideas, quas tuaz simplicitati ac unitatino derogare astringimus. Pluralitas nāq; est p̄ respectū ad ideata: in te yō idēitas p̄manet atq; simplicitas inuoluta. Hæ ideaz in te o deus benedictæ sunt lux, uita & ueritas: suntq; cognoscendi ac producendi principium omnes creataz essentias. Hæ mentis tuaz æternæ, consempiternæ, stabiles inuariabilesq; ideaz, sunt principales formaz, tuaz intelligentiaz luce contentæ. Secundum hos formatur quicquid oritur & occumbit, cum ipse nec oriatur nec occidat, sed increataz consistant. Tanta in his ponitur uis ideis, ut sapiens esse nullus queat nisi cognitis eis. Sine his nemo saluatur, nihil creatur, conseruatur aut gubernatur. Ipse sunt mundus archetypus tuaz mentis diuinæ, & tanq; syncerissimi fontes omnis naturæ creatæ, mundialisq; machinæ. Per ideas competit tibi agere efficienter, per exēplar formaliter, per rationē uero finaliter.

In te

In te ergo sicut in esse diuino principio ponuntur ideaz: exemplar tanq; in causali formali formationes sicut in causa finali, omnia ad finem congruum ordinante. Harum idearum rationum uirtute nos deus noster illustra & salua: ut tibi à nobis æternaliter impendatur omnis honor & gloria Amen.

Eccle 48

Laus dei ut prouidentiam habens.

Tibi sapientissimo atq; liberrimo omnium rerum opifici, competit totius prouidentia seculi & gubernatio uniuersi. Nec enim alium constituisti, super machinam mundialem in principem: nec aliquem qui pura sit creatura p̄fecisti uniuerso in regē ac prouidorem. Nihilominus corporalia per spirituales regis substantias: ecclesiāq; hierarchiā per angelicam tu summe deus gubernas. Executio quippe regiminis, competit quibus hoc cōmifisti, tibi uero fontana dispositio gubernandi, qui & superiora per teipsum immediate regere decreuisti. Tu principalis, primus, uniuersalis & exemplaris es gubernator: ad quē cetera gubernantia tanq; instrumenta ad artificem cōparantur o sancte creator. Tu solus per autoritatem & propriam sapientiam omnibus prouides: qui uarios substituis tibi dominatores: ministerialiter principantes. Non est enim potestas nisi à te: qui secūdam hominum merita sæpe tribuis principes: qui propter regendorū peccata, p̄sidere concedis hypocritas. Tu quaz dā sic regis, ut à suo nunq; deficient sine nec errent: quaz dā uero sic regis, ut interdū fallant, fallantur, deficient, peccent & pereant. Singula enim secundum suas naturas gubernas, nec gubernatis necessitatem imponis, qui naturales rez proprietates saluas, non tollis. Hinc à fine usq; ad finem attingens diceris: omniaq; suauiter disponere deus sapientissime perhiberis. Sic summa celestia, immortalia & intellectualia regis: q; inferiora, terrena, irrationalia atq; mortalia obliuioni non tradis. Tu enim iumentis das escam, & uentem passeris quinq; dipondio, quoz nec unus in obliuionem cadit corū te domino deo altissimo. Hominum multo amplius curas & inspicis actus: imò omnes eoz ponderas cogitatus, & numeras gressus. Magna nobis indicta est timorate uiuendi necessitas, cum coram te iudice metuēdo, totus uita nostra agatur processus. Tu nos deus omnipotens in cunctis prouidentia dirigit, ipsa nos roborat, & à ruina, dānatione, periculisq; custodiat. Te prouidissimum esse gubernatorē, uniformis ac stabilis gubernatio mundi testat. Tibi laus, uirtus, honor & glia optimo fabricæ mūdiæ regimine æternaliter tribuat. Amen.

Num. 27

Plal. 103

Rom. 13. Iob 34

Esa. 45

Sap. 8.

Plal. 9. Plal. 146. Lu. 12.

Sap. 6. Hier. 17. Iob 31. Boethius Mich. 6

1. Timo. 4

Laus dei ut p̄destinator & reprobator.

Sicut in ordine uniuersorum intellectualis creatura primatum fortitur, sic à te iuste, sancte, sapiensq; creator, eminentius gubernatur, singulariter quoq; curatur. Hinc quantum ad eam, tua prouidentia p̄destinatio dicitur: unde prouidentiaz pars quaedam p̄destinatio ipsa asseritur. Tu enim superbone ac liberalissime deus, propter supernaturale finē eam plasmasti: tu ad tuaz essentiaz clarā immediatamq; uisionem fruitiuam, eam plasmasti. Non enim contenta erat tua superpurissima bonitas ad naturale finem eam deducere: nec tibi sufficit naturalibus eam bonis ac perfectionibus decorare. Porro supernaturalem beatitudinem, nequit creaturā naturalis, proprijs uiribus aut naturalibus pertingere donis. Sed supernaturali tuo auxilio, & ope indiget gratiæ, per quē supernaturalem finem ualeat summe deus attingere. Hos itaq; ab æterno di ceris p̄destinasse, quos ad hunc finē dignatus es ordinasse: ac merita gratiæ, eis ad pertingendum necessaria p̄parasse. Est enim p̄destinatio quorundam ad gloriam, miserendi quoq; propositi: ut preparatio gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro, o deus rex omnium. Verum non omnes p̄ordinasti sic ad uitam beatitudinis in quibusdā infertabilis tuā deus relucere iustitiam.

Rom. 8.

Plal. 98

Omnia equidem propter te ipsum operatus es, domine deus, magnus atque terribilis: quare
 nus tua perfectio resplenderet in entibus, ad tui gloriam nominis.
 Misericordia autem & ueritas, tuæ sunt naturæ eximie perfectionis. iccirco in quibusdam
 misericordiam, in cæteris uero tuam declarare iustitiam discernebas.
 Fecisti ergo uasa misericordie: fecisti & uasa iræ plasmator altissime: in cuius manu omnes
 sunt, ut in manu figuli lutum, conditor metuende.
 Hoc tuum secretum iudicium uenerandum, fatemur non discutendum, qui cuius uis mise-
 reris, & quem uis induras ac deseris in æternum.
 Nemo uenit ad te nisi traxeris eum: qui quem uis, trahis clementer: & quem uis, deseris iu-
 ste & in æuuum.
 Misericordies, in quæ tibi placuerit: rigorosus es, in quæ propter sua peccata uindicare liberit,
 Bonitatem tuam itaque in prædestinatis laudamus: seueritatem tuam in reprobis formidamus.
 Elegisti quos prædestinasti: quos sine eorum meritis ad uitam gloriæ præparasti.
 Hæc prædestinatio liber est uitæ: qui est memoria atque conscriptio electorum tuorum in no-
 titia mentis tuæ diuinæ.
 O quam beati sunt domine deus noster quos elegisti: quicquid interim patiatur, uere felices sunt
 quos in libro tuo scripsisti.
 Iube nos in electorum tuorum collegio numerari: à reproborum consortio præsta nos iu-
 giter merito ac præmio separari.
 Tibi adoratio sancta, honoratio summa, omnis beatitudo & gloria deus trine, inter electos
 & reprobos distinguens, tam infinita distantia Amen.

Laus dei ut terribilis.

Q uemadmodum bonitas tua, dilectio atque clementia faciunt te in infinitum amabilem,
 sic æquitas tua, rigor, seueritas, reddunt te dñe deus noster in immensum terribilem.
 Terribilis plane in consilijs super filios hominum: sicut in exordio seculorum: terri-
 bilis apparuisti in damnatione apostatantium angelorum.
 Nonne terribilis es summe deus iudex altissime, qui pro momentanea uersione, æternali-
 ter condemnasti pulcherrimum angelorum, cum omnium ipsi ad hærentium numerofitate?
 Metuendus es nimis, qui pro temporali instantaneoque delicto, poenā infligis æternam, acer-
 bissimum ignis incendium in inferno.
 Iræ tuæ nemo potest resistere: nec ualet eum quispiam quem spernis corrigere.
 Timent te quidam timore seruili, in quantum es causa mali poenæ, ultorque peccati.
 Verum timendus es timore sancto, casto ac filiali, eo quod pessimū sit te offendere: aut à te fon-
 te beatitudinis separari.
 Tibi cum reuerentia timore astant angelicæ mentes uniuersæ: hocque timore impleta est
 anima Christi: & omnes te persequentes.
 Nil siquidem poenæ timor iste includit, sed electos tuæ maiestatis intuitu, reuerentes atque
 attonitos facit.
 Te solum timeat anima nostra: te sancto timore reuereatur tota substantia nostra, repleatque
 nos timor qui donum est spiritus sancti, cum omni gratia tua.
 Semper quasi tumētes super nos fluctus, te formidamus: tibi sub quo curuatur orbem pot-
 tantes, in omnibus honorem & gloriam demus.
 Omnis leuitas, uanitas, dissolutio, tollatur in æternum à nobis: qui coram te ad cuius con-
 spectū colunæ cœli contremiscunt, oisque creatura tremat, pauet, obedit, ambulamus.
 Tuo enim pauendo tribunali nos oportet cito astare: præmiumque æternum à tua inflexibi-
 li æquitate captare.
 Nosram itaque cum timore & tremore operemur salutē: timorati semper atque solliciti uene-
 rari dei cuncta cernentis præsentiam.
 Tibi cultus, hymnus, magnificentia sempiterna, domine deus noster trine & simplex: qui
 regnas in secula infinita Amen.

Laus dei ut dulcis.

D uicis es domine deus in teipso: omnisque dulcedinis fontalis origo: omnis suauitatis su-
 per effluentissima ac delectabilissima ratio.
 Dulce quod sensum delectat in corporalibus adpellamus: in spiritualibus quoque quod
 intellectuales uires oblectat dulce uocamus.

Dulcissimus

Dulcissimus ergo es bone & sancte perfecteque deus, qui proprio intellectui & uoluntati
 dulcissime sapis.
 Proinde tua natura nonne ipsa est delectatio pura, uniuersæ suauitatis plenitudinem in se
 complectens absque mensura.
 Tu dulcedo uere immensa, qua feliciter fruitur omnis beatus in patria, quam uicissim expe-
 rimur utcumque in huius exilij uia.
 Omni menti deuotæ suauissime sapis: que tuam experta dulcedinem, carnales delectatio-
 nes fastidit in terris.
 Cumque omni naturæ creaturæ conuenientissimus delectabilissimusque consistas, palam quod omni-
 farie tibi in te ac cæteris dulcissimus extes.
 Si tanta in creaturis ac sensibilibus inuenitur suauitas sicut in melle, oleo, balsamo, uariisque
 pigmentis, gemmis, herbis & floribus id edocet ueritas.
 Quanta est tua dulcedo increata deus beate, à quo profluxit infiniteque deficit dulcedo to-
 tius naturæ plasmate.
 Sic tuæ beatitudinis completimmesitatem: quod in teipso interminabilem prorsus possides
 suauitatem: uniuersisque dulcor es per omnimodam incomparabilitatem.
 Quare exuberantē abundantiam dulcedinis tuæ, latere uis se uili timore timentes te.
 Hanc amantibus te demonstraisti, quos ab exteriorum conturbatione ac strepitu elongasti.
 Hanc qui in carnalibus & caducis renuntant consolari, experiri merentur, cuius gustum mē-
 tes tibi familiares ac amatissime uicissim copiose implentur.
 Da nobis gustare & uidere quod dulcis sis dñe, da pro tuo amore carnalium suauitatem molli-
 tiem incessanter respuere.
 Tibi sublimitas, salus & gloria, deus trine, sancte, dulcissime, cui reuerentia sit immensa, uir-
 tus & imperium firmiter sine creator fortissime Amen.

Laus dei patris.

C um bonum sit sui ipsius diffusiuum & comunicatiuum o deus sublimis, palam quod sicut
 tuæ bonitatis, ita & tuæ comunicabilitatis nullus sit finis.
 Hinc à te deus benedictè profitemur æternaliter emanare, germen tuæ comunicabi-
 litati proportionatum immensum quod dicimus te ueraciter generare.
 Est ergo in te deus bone generatio uera, incomprehensibilis & æterna, non materialis, suc-
 cessiua, localis: sed intellectualis, incommutabilis atque æterna.
 Tu equidem deus purissime & perfecte es actualissimus intellectus, mens in se subsistens, se-
 parata, simplicissima, secundum diffinitam prorsus.
 Hinc te ipsum plenissime cognoscendo, profers intra te uerbum æternū, quod enim de te ac alijs
 intelligis hoc intra te dicis, gignisque subsistentem conceptum.
 Non utique aliud in tua ingenita sapientia continetur quod non in hoc uerbo plene resplendat,
 quoniam quicquid intelligis extra te loqueris, uerbum tuum cum sit sapientiæ tuæ plena ex-
 pressio, te plenissime repræsentat.
 Denique cum sis actus purus, lux immensa, bonum perfectum, credimus quod in te sit processio
 immanens, actus ab actu, lucis à luce, nec producente inferius sit productum.
 Cum enim tua essentia sit actio tua, procedentis ac producentis ab intra est una substantia.
 Hoc uerbum mentis tuæ paternæ deus pater adorande, non est sonus aut transiens, sed substi-
 tiens æternum tibi penitus coæuale.
 Rite præterea uerbum istud tuus finis adpellatur, quia secundum rationem similitudinis
 à te, in identitate subire substantia originatur.
 Cum omnium emanationum generatio perfectissima censeatur, merito hæc tibi omnis cō-
 municabilitatis primo ac sincerissimo fonti competere affirmatur.
 Quomodo enim tu deus ditissime, qui generationē alijs tribuis: non intra te generares aut
 feceris eris?
 Quomodo in te beatissimo rege principio non erit, quicquid ad beatitudinis pertinet ple-
 nitudinem, ut habeas dilectum & condilectum tuo immenso amoris correspondentem?
 His nepe delicijs nil extat suauius: habere dilectum quem amet quis sicut seipsum in omnibus.
 Tu pater perfecte filium gignis, & habes perfecte æternum, æternus æternum, unicus unicum, ado-
 randus, omnipotens, adorandum ac omnipotentem.
 Immensus immensum, superessentialis superessentialem, deus uerus deum uerum: tibi ue-
 raciter consubstantialem.

Tu

Mat. 3

Tu pater æternè, infinito & superuerti dilectione huc tuum unigenitum diligis, atq; eum super in æstanti incomprehensibilis ardore æternaliter eum amplecteris, amas, & inspicis, cum infinita iocunditate & dilectione æterna huc tuum unigenitum intueris: cui te totum comunicas, què non minus quàm te ipsum pater sanctissime amas.

Phil. 4.4
Mat. 16

In finitam cõplacentiam habes in eo o pater sublimis, est enim tibi omnino similitudinis optimus, in infinitum amabilis, dulcissimus, speciosissimus, eiusdem tecum uoluntatis, in ò una tecum uoluntas existens.

Vnum duntaxat filium genuisti, quia in uno uerbo te ipsum & oia plenissime expressisti. O pater altissime omnis paternitatis principium, omnis pater cõcõditatis origo, fac nos filios, tuos adoptiuos, conformes tuo filio naturali ac unico.

Da te filialiter honorare, omnè uirtutè, honorè, & gloriã fac nos tibi fideliter immolare. Gloria, magnificentia, gratiarum actio, tibi patri æterno, consempiternoq; filio & spiritui sancto Amen.

Laus filij dei.

Col. 1

Tu unigenite dei, patris æterni es plena ac naturalis imago, omnis quoq; creaturæ exemplar, causalis ac archetypa ratio.

Prouerb. 3

Pater enim uno simplicissimo actu se ipsum & alia cuncta plene intelligit: iccirco unica generatione te uerbum quod eius imago sis, & ceterosq; exemplar producit.

Heb. 1
Sap. 7
Ibidem

Tu sapientia genita, ars increata, omnipotens sermo æterni patris te patris splendore gloria, candor lucis æternæ, emanatio sincera claritatis dei omnipotentis.

Heb. 1

Tu uirtus summa, prima potestas, & speculũ sine macula maiestatis paternæ, character substantiæ genitoris, intelligibilis dictio, te gignentis immanenter interne.

Eccle. 1
Eccle. 2.4

Tu pulchritudo immensa, omnia portans uirtutis tuæ imperio, à te omnis decor creaturæ profluxit, qui es sapientiæ patris perfecta loquutio.

In te unico dei uerbo omnia contemplantur sancti in patria, tu sapientia adoranda, in animas sanctas te transfers in uia.

Prouerb. 8

Tu sons sapientiæ uerbum dei in excelsis, ex ore prodisti altissimi, ex diebus æternitatis, natura æternaliter ex substantia patris.

Ibidem

Quãdo machinam mundi condidit pater, eras cum eo cuncta cõponens, delectabar isq; per singulos dies, coram illo omni tempore ludens.

Ioan. 14

Cunq; in te ipso uere beatissimus, perfectissimusq; consistas, nihilominus cum hominibus esse tuas testatus es esse delicias.

Rom. 1.
1. Corin. 1.

Tu patrem plenissime cõprehendisti ardentissime diligis, inauertibiliter intueris. Quicquid habes & es, ab ipso te suscepisse cognoscis.

Hinc superferuidissimo penitusq; immenso amore eum rediligis. Cum gaudio simpliciter infinito te ad patrem conuertis, in eo uero interminabiliter delectaris, atq; in sinu & corde ipsius, æterno amplexu quiescis.

Omnnes rationes sanctæ dilectionis inter patrem & te perfectissime reperiuntur, similitudo plena, dilectio mutuã identitas in natura, cõmunicatio, pulchritudo, bonitas, consensus, generatio quæ à nemine comprehenduntur.

O uirtus & sapientia patris, fili dei, nos semper illustra, & roborã, ad patris beneficã uisionè nos perduc, conserua, perfice & gubernã.

Tibi cū patre & spiritu sancto adoratio, gratiarum actio, sempiterna laudatio, qui es deus de deo, lumen de lumine, deus uerus de deo uero Amen.

Laus spiritus sancti.

Ioan. 3

Ex patre æterno & filio eius unigenito tanq; ex uno principio, tu profuisti spiritus sancte, deus uerus, summus, paracletus ab æterno.

Pater nãq; & filius in eo quod te spirant, non distinguuntur sed unum sunt.

Tu enim es emanatio uoluntatis quæ una est in ambobus, es etenim amor quem ad uoluntatem pertinere, omnis docet theologus.

Pater diligens filium, & filius diligens patrem, habent te tertium cõdilectum quem diligunt in immensum.

Tu benedicte, adorãde, super gloriose paraclete, patris & prolis es nexus dulcissimus, profuuiumq; commune.

Tu amor amborum, iocundissimum osculum, suauissimusq; amplexus, pax quoq; serenissima, tranquillitas infinita, cõmunicatio plena, indissolubilis nexus.

Te

Te simul spirant, complectuntur, intuentur & diligunt: in te uniuersas gloriæ suæ diuitias, & deitatis plenitudinem fundunt.

Te pater & filius, amant amore profuso immenso, eosq; conformiter diligis ardore penitus infinito.

Ab ipsis æternaliter profuisti: in ipsis super dulcissime conuiescis, ingressibiliter procedis. Tibi bonitas, atq; benignitas appropriatur, bonitatis quoq; benignitatis & charitatis opera tibi specialiter deputantur.

Tuum est mentes creatas, bonitatibus gratiæ & donos implere: igne sanctæ dilectionis accendere, effectibus misericordiæ occupare & sanctificare.

Tu paracletus tristitiam, dei altissimi donum, fluuius uiuus, rigans, implens, letificans cœlestem Hierusalem, ferens opem terrigenis.

Tu deificè uoluptatis torrens inundans, tu omnium electorum exauditor, impletor, remunerator abundans.

In te deitas uera, felicitas plena, infinita letitia: tu summe amabilis, interminabiliter dulcis, desiderabilis sine mensura.

1. Pet. 1
Ioan. 10

Non minor es patre & filio, sed substantialiter idem cum eis omnino.

Tu summum, primum, ac liberalissimum donum, in quo datur à deo omne donum gratuitum: cum sis amor, cui ratio doni competit primum.

Tu gratia septiformis, & quibus dona tua præstantur: tu ipse dare te diceris, à patre quoq; & filio dari censeris.

Tanta est bonitas tua, charitas atq; clemetia, tam liberalissima est ad nos dilectio tua, ut præstet ipsum simul cum donis tuis in munificentia plena.

Pietatis tuæ abyssum & charitatis feruorem in nobis declara liberalitatis tuæ plenitudinè in nobis adorandæ paraclete manifesta.

Corda nostra purga, illustra, accende, sanctifica, perfice, incessabiliter posside o spūs sancte. Tibi cum patre & filio, hymnus, uirtus, honor & gloria, te decet adoratio deus sublimis & benedicte per secula infinita Amen.

Laus super benedictæ trinitatis.

Trinis super sancta, glorificanda, super felix, perfecta, in te infinita dilectio, interminabilis sapientia, cõplacentiaq; immensa.

Tu uniuersè in te beatitudinis plenitudinem possides, & quicquid uere desiderabile est, tu cum perfectione immensa super essentialiter contines.

In te plena cõmunicatio, super iocunda diffusio, in se gregabilis unio.

Trinitas super felix, super gloriofa: & tibi soli plenaria nota: in te unaqueq; persona uere & imperferuabiliter, circumcessibiliter, in cõfusi biliterq; consistit in alia.

Trinitas super uiuens, cuius beatitudinis gloria est in se omniformiter infinita: tu tibi in te es uere super sufficientissima: omnium quoq; intellectu felicitas consummata.

Trinitas super plèdidissima, in circumscripcta, & uere pijsima, summa maiestas, implens, cõferuans ac moderans omnia.

Tu ante oia, non sola, post omnia non præuenta: in oibus nō inclusa, extra oia nō excluda supra omnia non elata, infra omnia non oppressa, manens æternaliter in tua super substantiali simplicitate stans fixa.

Eccle. 2.4

Tu super omnia, præfidendo, infra omnia sustinendo, intra omnia adimplendo, extra omnia complectendo.

Ante omnia æternaliter subsistendo, post omnia incommutabiliter permanendo.

Trinitas super benedicta, essentialiter sancta, & super pulcherrima, tu una essentia, una uirtus, unus intellectus unaq; uita.

Da nobis semper mentem in te absolutam & liberam, affectuosam, puram, in tua contemplatione atq; amore quotidie perfectiorem.

Laus, honor, potestas, magnificentia, regnum, & gloria, tibi trinitas super excelsa, diuinitas uera, creator omnipotens, uiuens & regnans per secula uniuersa Amen.

Apo. 7

Laus uerbi incarnati.

Te unicum dei filium, deum uerum, ueraciter incarnatum fatemur: te hominem factum, & deum ac hominem esse certa atq; immobili fide testamur.

Ioan. 8

Veram atq; perfectam humanitatem hypostatice assumpsisti, nō personam sed naturam benignissime atq; supposititaliter induisti.

Eodem

Lu. 1.

Eodem momento in sanctæ uirginis utero animam rationalem creasti, corpus ex eius purissimo sanguine formasti & organizasti.
Vtrumque etiam ad constituendum unam naturam specificam naturaliter sibi inuicem copulasti atque naturam hanc ad tuam personalitatem æternam & increatam assumpsisti.
Assumpta est enim tua humanitas ad increatum personaleque esse uerbi & ipsum uerbum æternum est assumptæ humanitatis hypostasis iuxta testimonium fidei.
Duplex itaque est in te natura sed una persona: duplex quoque natiuitas seu generatio cõperit tibi sed filiatio una.

Lu. 2.

Non enim duo filij sed unus es dei ac uirginis filius: quoniam filiatio concernit personam; generatio autem naturam in entibus genitis.
Filiatio autem tua diuina est non humana, nihilominus uere te esse filium uirginis credit ecclesia quoniam uere ex eius es substantia natus.
Vtrumque ergo natura manet in te inuiolata, pura, & integra: proprietatum suarum naturalium uere & inconfusibiliter retentua.
Hinc tua o Christe humanitas non subsistit in esse creato ac proprio: nec duplex esse hypostaticum inuenitur in te aliquo modo.
Neque tu pater neque tu spiritus sancte dicendus es incarnatus: quauis uterque noscatur ad incarnationem cooperatus.

Esa. 14.
Gen. 3.

Decuit autem te filium incarnari: quoniam tibi appropriatur similitudo patris æterni.
Angelus autem & homo similitudinem dei inordinate appetendo peccauit: hinc pater æternus zelans pro te iniuriam patientiæ utriusque damnauit.

1. Cor. 1.

Vnde tu cernens patrem propter te perdidisse quã cõdidit rationalem ac nobilem creaturam: ut eius reparares regnum atque honorem, dignatus es tuam assumere plasmaturam.
Tu quoque cum sis emanatio intellectus: ut puta uerbum & sapientia patris: specialem cum homine conuenientiam habes: qui ab intellectuali perfectione dicitur rationalis.

Mat. 1.

Tibi demum mediæ personæ in diuinis, præcipue cõpetere potuit nomen & ratio mediatoris.
Filio quoque præsertim competebat patrem placare & matrem habere: ut qui erat sine matre natus ex patre in æternitate, sine patre nascere tur ex matre in tempore.

Leo papa

Tua o fili dei incarnatio purissima, præmamãda & benedicta sit nobis deificationis, omnisque gratiæ concupitæ perennis & efficax causa.

Tua ad ima descensio inestimabilisque dignatio, sit nobis æternæ causæ salutis, atque ad summam prouectio.

Tuæ incarnationis intuitu da nobis spem summam cõcipere: & charitatis seruore ardere: in fidei quoque illuminatione eminenter proficere.

Quid enim sic roborat fidem, ut quod tu ipse uerus deus nos docuisti: quid sic stabilis spem, ut quod tu ipse promissisti beatitudinem: quid sic charitatem inflammat, ut quod tu ipse tanta pro nostra salute fecisti, pertulisti & assumpsisti?

Apoc. 7.

Tibi cum patre & spiritu sancto omnis gratiarum actio, reuerentia, hymnus & gloria: tibi prompte & affectuose deferuat omnis creatura humana per omnia secula Amen.

Laus dei de rationibus incarnationis.

Ioh. 1.

Non poterat homo conuenientius liberari, nisi per tuam incarnationem unigenite dei.
In hoc si quidem redemptionis modo eminentissime lucet sapietia dei, atque iustitia, bonitas & clementia, redemptionis quoque potentia.

Denique digna non erat pura creatura redimere genus humanum, sed ad hoc duntaxat tu eras sufficiens uerbum dei incarnatum.

Tanta namque est dignitas gratiæ tanta quoque excellentia gloriæ, cum sit immediata fruitio deitatis immensæ.

Tanta insuper grauitas culpæ, respectu diuinæ maiestatis offensæ, & tanta communicabilitas est naturæ.

Ut amissam gratiam toti nature recuperare aut eam ad coelestem beatitudinem reportare aut dei immensæ maiestati satisficere: aut transeuntem actionem in tota natura habere, nõ competat puræ creature cum sit dignitatis finitæ.

Tu igitur fili dei solus ad ista omnia eras idoneus, qui ratione deitatis tuæ infinitæ dignitatis consistis.

Ex assumpta namque humanitate, competebat tibi satisficere ac mereri efficaciam uero idoneitatis merendi erat ex præsentia uerbi.

Tu

Tu ergo summe filii dei benignissime es incarnatus, ut ab originalis peccati reatu omnique actuali excessu, eriperetur homo damnatus.
Vitem tuæ charitatis magnitudo, totiusque trinitatis dilectio nobis patesceret, meriti quoque tu immensitas, nobis iugiter copiosissime subueniret.
Rursus, ut cõuersatio tua sanctissima atque inuicta cõstantia, esset nobis perfecte uiuendi unica forma: totiusque patientiæ exemplar & causa.
Fac nos saluator omnipotens, tuæ incarnationis fructum fortiri: fac nos tibi gratissimos, & tuæ clementiæ dona feliciter adipisci.
Gratias agimus tibi cum patre & spiritu sancto rex gloriæ, pro tua tam ineffabili dignatione omniumque beneficiorum collatione, Amen.

Psal. 13

Laus perfectionis humanitatis Christi.

Alternationis tuæ o Christe exordio, erat anima tua feliciter fruens deo: etasque cõprehensor, deum per speciem uidens ut homo.

Eodem incarnationis instanti, impleta est anima tua totius plenitudine gratiæ: quã non ad mensuram tibi datam profitemur uerè atque catholicè.

Ioh. 1.

Veruntamen, gratia tua habitualis, infusa, erat secudum essentiam suam finita: quemadmodum omnis creata creatura.

Fertur tamen quo dammodo infinita in specie sua: quoniam quicquid ad gratiæ plenitudinem pertinet, continetur in ea.

Tota quoque capacitas intellectualis creaturæ, fuit gratia adimpleta, in tuæ aïæ substantia.
Rursus, quoniam a fonti gratiæ fuit tua humanitas immediate suppositaliter unita: qui tantam ei influxit gratiam, quantum capere potuit ipsa.

Erat ergo in te gratia habitualis, animam tuam perficiens, & unionem hypostaticam cõsequens: hancque te nominamus gratiam capitis, in quantum per eius exuberantiam tuis membris infuis.

Ponitur quoque o Christe in te gratia capitis, quam quidam sanctos tuos appellat libertatem, seu esse personale uerbi assumentis.

Quam constat esse simpliciter infinitam, cum sit quid increatum: quod dicimus deitatem uerbi humanitati unitam.

Erant demum in te dona gratiæ gratis datæ, prophetia, gratia sanctorum, donum linguarum, sermo sapientiæ atque scientiæ.

1. Cor. 13.

Erat nihilominus anima tua uiatrix, tuque uiator in quantum passibilis: & quantum ad inferiores animæ uires, imò & ad superiores: ad subiectum passibile comparatas.

De plenitudine gratiæ tuæ infuse nobis semper piè & copiosè, clemens saluator: merito tuo assequamur, quod nostra non meretur fragilitas omnipotens dominator.

Tibi uicunda sit semper ac decora laudatio, tibi omnis honor & gloria, cum patre & spiritu sancto, Amen.

Psal. 146

Laus dei de sapientia Christi &c.

In te deus incarnate, utriusque permanent inconfuse proprietates naturæ.
Hinc in te duplex est intellectus atque uoluntas, duplex operatio, duplex quoque potentia, duplexque charitas.

Est enim in te intellectus & uoluntas, operatio, charitas & potestas, ad tuam pertinens naturam diuinam summam maiestatem, quæ aliud non sunt nisi tua incommutabilis deitas.

Sunt quoque in te intellectus & uoluntas, operatio, charitas & potestas, ad tuam humanitatem pertinentes, quas constat esse creatas.

Simili modo est in te sapientia diuina, increata, æterna, & item sapientia infusa, creata, multiplex in te dicta.

Est enim in anima tua sapientia beatorum ac patriæ: qua ab incarnationis principio, uidit omnia per speciem in uerbo clarissime.

Est etiam in te sapientia indita, qua per proprias species conspicis omnia, rationesque omnium concorrentium humanæ redemptionis mysteria.

Quæ cumque deus scientia uisibilis cognoscit, scit aïa tua: hoc est, uniuersa presentia, preterita & futura.

Non tamen deum comprehensue intelligit, nec eius uirtutem plenarie comprehendit, nec actu infinita cognoscit.

Hoc enim deitati est proprium, cuius solius posse est penitus infinitum, sibi soli omnimode comprehensum.

Profecitio Christe sapientia & gratia quantum ad usum & manifestationem, coram aliis: præsentia, Sapientiæ

Lu. 1.

D. DIONYSII A^o RICKEL CARTHVSIANI,

Sapientiae tuae nobis radios copiose infunde, donis sapientiae atque scientiae, corda nostra benigissime reple.
Ab omni nos periculosa ignorantia libera tu Christe, cui cum patre & spiritu sancto est uirtus, honor & gloria infinita, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi diuinitate &c.

Ioan. 1
Gen 1
Prouerb. 8



N principio erat uerbum: Tu enim o unice dei fili, uerbum genitoris altissimi aeternaliter es in patre, qui est principium sine principio, atque principium tui.
Tu quoque ante omnia alia, & in principio temporis quando mundi creata est machinata tu incommutabiliter subsistebas subsistentia sempiterna.

Ioan. 1

Confusi sunt ergo qui te puram creaturam esse dixerunt, uel ex matre aut tempore simpliciter incepisse finxerunt.

Psal. 72

Omnia enim per te facta noscunt: qui apud deum patrem eras, deusque eras, ut scripturae loquuntur. Per te facta sunt cuncta, non sicut per causam instrumentalem uel à patre diuisam, sed sicut per uerbum creatorem, quod cum patre & spiritu sancto credimus idem reus principium, eandemque causam.

1. Cor. 1

Omnia quippe facta sunt per te, sicut per exemplare & copricipale principium: cum tu sis uerbum, sermo ac sapientia patris: quo omnia loquens condidit uniuersum.

Ioan. 14

Sine te factum est nihil atque peccatum: cuius uoluntas creata est principium, ut quid defectuosum ex nihilo procreatum.

Ioan. 1

Vniuersa creata in te o uerbum & sapientia dei, uita fuerunt: quoniam idealiter, aeternaliter atque uitaliter in te fonte uitae inuariabili extiterunt.

Hier. 23

Denique tu ipse uita es ista: quod enim in te simplicissimo est, tu es, dummodo absolute dicat. Tu uita, es lux hominum lucens in tenebris: quam tenebrae, seu corda excacata & reprobata non comprehenderunt in terris.

Baruch. 3
Ioan. 1

Misit deus ante te hominem tui praecursorem, de te testimonium perhibentem: semitam tuarum praeparatorem.
Non erat hic lux loquendo de uera luce, plena, non illustrata, sic enim tu lux es omnium hominum uenientium in hunc mundum illuminatiua.

Ioan. 14
Ioan. 1

A te enim est lux naturalis ingenij super omnes signata: nec quisquam lumine gratiae illustratus, nisi à te uera luce fontana.

Ioan. 14
Ioan. 1

In mundo à principio eras secundum deitatem, quae coelum & terram implet per tuam incircumscriptibilem mundum uero quantum ad reprobos te non cognouit: populus quoque Iudaicus ad quem spectat aliter missus eras, te per fidem & charitatem quantum ad plurimos, non recepit.

Ioan. 16

Recipientibus uero te, dedisti uirtutem ad optiuos fieri filios dei, qui non carnaliter sed ex deo sunt nati tanquam diuina uirtute & gratia spiritualiter in baptismo regenerati.

Eph. 7
Psal. 88

Tu uerbum atque unigenitus dei factum es caro seu homo, quoniam naturam quam uoluisti saluare, assumpsisti tempore ab aeterno praefixo.

Habitasti, uisus & conuersatus es inter homines, qui tuam uiderunt gloriam, dignitatem & magnificentiam, quasi gloriam condecemem unigenitum patris.

Tu plenus gratia habituali, gratia unionis & capitis secundum humanitatem: plenus ueritate secundum utramque naturam, qui substantialiter ueritas es secundum diuinitatem.

De plenitudine tua Christe accepimus omnes, gratiam pro gratia, gratiam utique particularem uirtute & merito gratiae tuae uniuersalis exuberantis per omnia.

Lex enim scripta, per Moysen ministerialiter data est: gratia uero gratificans & ueritas atque impletio scripturae, per te dei unigenite facta est.

Tu unice dei fili, existens in sinu cordeque patris, deum uidisti, & diuina enarrasti hominibus.
Nempe ut deus patrem plenissime comprehedis: ut homo quoque diuinam essentiam, per seipsum ab incarnationis exordio contemplaris.

Laus dei ex euangelio de praecursore.

Tu

DE LAUDIBVS DEI.

TV deus sublimis Zachariae seni iustorum sacerdoti, per Gabrielem archangelum, praecursoris natiuitatem praenuntiasti. Lu. 1

Tu illi dedisti ex uerula sterili uxore generare Iohannem, quem spiritu sancto implesti in utero matris suae.

Qui in spiritu & uirtute Heliae Christum filium tuum praecessit, multosque ad eum conuertit, plebem quoque perfectam tibi summo deo disposuit.

Cumque Zacharias Archangelo euangelizanti non credidit, loquelam te agente amisit, quam nato Iohanne, te reddente recepit.

Dignare nos spiritu sancto semper implere trinitas adoranda, cui honor, imperium, uirtus, hymnus, & gloria sempiterna, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi incarnatione.

Per eundem Archangelum uirgini benedictae sanctae Mariae, per Christum filium tuum conciperet, dignatus es intinmare pater aeternae. Lu. 1

Cui loquutus est Gabriel modum in carnationis seisciranti: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideo per quod nascet ex te sanctum uocabit filius dei. Lu. 1

Qua praebente consensum eodem instanti concepit unigenitum tuum.

Quae cum deo impregnata se cum data Elisabeth salutauit, mox infans in utero Elisabeth supernaturaliter exultauit.

Visu quippe rationis miraculose praeventus, sensit tuam o Christe exultabundus praesentiam quod sentiens sancta Elisabeth spiritu sancto impleta, clamauit deuotissime ad Mariam: benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui.

Tu itaque fili dei ex Maria uirgine carne sumpsisti: sicque sanctorum patrum Dauid & Abraham filium te constituisti.

Tu deus per Angelum locutus es Ioseph uolenti Mariam dimittere, te eam formidaret accipere, quoniam quod concepit, de spiritu sancto fuit, non uirili de femine. Mat. 1

Iussisti in super Ioseph, ut filium uirginis uocaret Iesum, eo quod ipse saluaret populum suum à peccatis eorum.

Salua nos Christe ab uniuersis peccatis, cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria, atque imperium in saeculis sempiternis, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi generatione humana.

Cum esses in Bethlehem o uirgo gloriola, peperisti dei filium in diuersorio gaudio. Lu. 2

Quem pannis inuoluisti, & in praesepe reclinasti. quae enim sine concupiscentia concepisti, sine dolore & corruptione iucundissima peperisti.

Tunc apparens pastoribus angelus cum splendore praefulgido, euangelizo uobis inquit, gaudium, quod erit omni populo. Lu. 2

Quoniam natus est uobis saluator die isto, Christus dominus in Bethlehem Dauid oppido. Esa. 9

Tunc subito facta est cum angelo multitudo caelestis exercitus, te deum laudantis atque dicentis: gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis.

Venientes autem in Bethlehem pastores, te Christum inuenerunt, sicut ab angelo didicerunt: ideo deum magnifice collaudantes, tuam Christe natiuitatem publice praedicauerunt. Lu. 2

Post haec magi ab Oriente stella duce uenientes, te quod deum puerum deuotissime adorantes, aurum, thus & myrrham, erant tibi offerentes. Mat. 2

Cumque in die purificationis, te mater tua & Ioseph in templo sisterent domino, accepit te iustus Symeon in brachijs suis, benedixitque deo. Lu. 2

Responsum quippe accepit à spiritu sancto, quod non de corpore emigraret, quin prius te Christum dei in carne corporeis oculis cerneret.

Tuncque Anna sanctissima uida tua dominum est cõfessa, & omnibus redemptionem Israelis expectantibus, de tuo aduentu est palam loquuta.

Post haec admonente angelo, te cum matre Ioseph detulit in Aegyptum: Herodes enim te moliebatur necare, timens per te amittere regnum. Mat. 2

Factus annorum duodecim, sedisti in templo inter doctores, audiens atque interrogans illos in tua prudentia ac responsis attonitos.

Tunc cum matre & Ioseph in Nazareth es reuersus, erasque tu obedientiae & humilitatis magister illis subiectus. Lu. 2

Fac nos Christe uniuersis tuis beneficijs gratos, tuae quoque humilitatis & obedientiae æmuli Tibi cum patre & spiritu sancto gratias agito, laus, honor & gloria, quae tanta praesentia salute egisti ac passus es, in tua sacra infantia, Amē. Apoc. 7

CC 2 Laus

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Laus dei ex euangelio de Christi baptismo.

Instante iam tempore manifestationis & praedicationis tuae o Christe, uenit ad regionem Iordanis, tibi uiam praeparaturus ac baptizaturus Iohannes, nomen sortitus Baptistae. Qui plurimos Iudaeorum baptizauit ac strenue increpauit: opinantes quoque quod ipse esset Christus, uere de te taliter informauit. Ego aqua in penitentiam uos baptizo: uenit autem fortior, qui baptizabit uos spiritu sancto. Tunc factus est se indignum coram te procumbere, & calcamenti tui corrigiam solueret te etiam ecclesiam tuam mundaturus ac praemiatum docuit publice. Cumque uideret Iohannes te Iesum uenientem appropinquantemque sibi, Ecce inquit agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Venisti o Christe sanctus ad Iordanem in Iordanem, ut ab illo suscipies baptismatis sui lotionem. Qui maiestatem, sanctitatem ac humilitatem tuam contemplans expauit: teque omnium sanctificatorem aqua baptismi ablueri recusauit. Ego ingens debeo te a baptizari, & tu uenis ad me? cui dixisti: Sine nunc, sic enim nos decet omnem iustitiam adimplere. Cumque baptizatus fuisses, aperti sunt tibi caeli, uenitque & mansit super te spiritus sanctus, quasi columba specie corporali. Audita est insuper uox patris tui aeterni qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Tu uero Iesu plenus spiritu sancto, regressus es a Iordane: moxque ingressus es eremum spiritu ductus, ut terareris a diabolo. Cumque quadraginta diebus & noctibus nil gustans abstinuisse, non necessitate sed dispensatione inerat tibi, ut uerus homo probareris, esuries. Tunc triplici tentatione dignatus es tentari a daemone, ut formam nobis uincendi monstrares, atque ab omni erueres tentatione. Eras autem cum bestijs eremi, & angeli ministrabant tibi o filii dei. Ecce uerus Israelita in quo dolus non est, dixisti Nathanael, qui uicem tibi repere deus, Rabbi inquit, tu es filius dei, tu es rex Israel. (his declarasti.) Post haec in nuptijs aqua in uinum optimum conuertisti, & tua potestate ac gloria, coram discipulo tuae Christe lotio in baptismo, sit nobis ab omni semper peccato purgatio. Tua demum tentatio trina a daemone, ab omnino iugiter eruat tentatione. Tua quoque ieiunatio quadragesimalis, sit nobis mundatio a uitijs cunctis carnalibus. Tibi cum patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum, qui te usque adeo humiliasti propter nos gloriose rex angelorum, Amen.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi ad Nicodemum &c.

Cum primum o mundi saluator circa pascha Ierosolymam ascendisti, de templo omnes in eo uidentes, flagello, zelo iustitiae eiecisti. Quod erat nimis grande miraculum, quia tot hominum conspescere ingenia, & in uoluntates eorum sic agere, est potentissimum signum. Tunc in Ierusalem multa fecisti prodigia: propter quod multi crediderunt in nomine tuo fide inspecta. Tunc uenit ad te Nicodemus, Scimus inquit, quod tu a deo magister uenisti, quoniam signa quae facis, nemo potest peragere, nisi deus affuerit ei. Cui loquutus es, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non poterit ingredi regnum caelorum, beatificandus perpetuo. Et hoc quidem ad tempus diuulgationis euangelij retulisti atque de his qui aquis congruenter possunt intingi, id intellexisti. Dixisti insuper, Quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur: te enim filium dei ex certa scientia esse loquutum, si deliter contemplanur. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto pro signo, sic exaltari oportet te filium hominis uere Christum in ligno, ut credentes in te, uitam sortiantur beatam in caelo. Sic enim pater dilexit mundum, scilicet populum praedestinatum, ut pro eius salute daret in mortem, te unigenitum suum ueraciter incarnatum. Neque enim deus pater misit te filium suum dilectum in mundum, ut reprobationis iudicio iudices mundum, sed ut saluetur mundus per tuum aduentum. In primo enim tuo aduentu o dñe, uenisti iudicari non iudicare. Qui credit in te perseuerat per fide formatam, non iudicatur per reprobationem aeternam. Qui

DE LAUDIBVS DEI.

153

Qui autem non credit, iam per reprobationem est iudicatus quia non credit in te unigenitum filio dei patris.

Da nobis o Christe te in cruce sic intueri, ut ab omni peccato atque periculo mereamur defendi. Da nobis fidem formatam, stabilitam, saluificam, feruida charitate sanctisque operibus digne ac eminenter fulcitam.

Tibi Christo altissimo laus, honor & gloria aeternalis, qui cum patre & spiritu sancto regnas sine fine in caelo, deus omnipotens superessentialis Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi signis & uerbis, & de documentis praecursoris.

The Iesu rege caelorum iubente, misit Petrus rete in aquam: moxque cum tota nocte nihil cepisset, conclusit piscium multitudinem copiosam.

Ita ut rete rumpetur, & duae impleantur nauiculae: quo constat pisces hos illic subito congregatos, captosque repente diuina uirtute.

Tuo enim imperio omnes pisces maris obediunt, a quo cetera grandia, & omnia quae mouentur in aquis, producta sunt.

Abijt demum fama tua in Syriam totam, qui omnes infirmos, daemones, paralyticos, lunaticosque curasti per tuam clementiam.

Tu in nocens agne dei, cum publicanis & peccatoribus edere non spreuisti idque arguentibus scribis & pharisaeis, medicum non sanis sed aegris necessarium respondisti.

Tu equidem animarum es optimus medicus, qui non iustos, sed peccatores ad penitentiam uocare missus es caelitus.

Non potest homo accipere quidquam nisi de caelo, dixit tuus praecursor: omne siquidem bonum naturae donumque gratiae, fluit a te aeterno omnipotensque saluator.

Tu Christe qui de caelo uenisti, omnes summum excedis: & qui testimonium tuum accepit, signauit quod uerax sit deus.

Tu namque missus a deo, es dei uerba loquutus, quoniam non ad mensuram tibi homini spiritum sanctum, eiusque dona & gratiam, est deus largitus.

Pater enim te naturalem & unicum suum filium diligit, & omnia in manu tua dedit, caelestia & terrena tibi subiecit.

Diligit equidem te secundum diuinam naturam, amore simpliciter infinito: secundum humanitatem quoque assumptam amat te amplius uniuerso.

In quantum enim es deus, es bonitas pura, immensa & in infinitum amabilis uere ut homo, datum est tibi bonum praestantius cunctis creatis hypostatica unio deitatis.

Praeterea ab incarnationis instanti, subiecit deus tuam humanitati cuncta creata: hinc per imperialem uirtute fecisti ad nutum miracula sapientia incarnata.

Da nobis Christe uirtutum exemplar, tuam sanctitatem sectari, atque ab animae languoribus per tuam gratiam indefinenter curari.

Tibi cum patre, & spiritu sancto imperium, potestas & regnum dñe dñorum, qui secundum utriusque naturam omnibus praesides, maiorque es entibus ordinum uniuersorum Amen.

Laus dei ex euangelio de uerbis Christi ad Samaritanam.

Tu cum femina Samaritana loqui dignatus es Christe rex glorie: tu illi fatigatus icinere, sermones sublimes resonantes dulcissime,

Qui biberit inquit ex aqua quam dabo, non sitiet in aeternum, sed fons aquae salientis in uitam aeternam, in eo aqua haec fiet.

Tu enim das aquam sapientiae salutaris, & gratiae gratificatis: quae est origo & fons actuum meritoriorum, perducens ad beatitudinem uitae glorie incessantis.

Veri adoratores sicut dixisti o Christe, patrem adorabunt in spiritu & ueritate. Spiritus enim incircumscriptus & simplex est deus: hinc te adorantes, in spiritu & ueritate adorare necesse est penitus.

Patris facere uoluntatem, tuum Christe cibum esse dixisti, cui ut homo in omnibus propitiis me obedisti: atque per hoc tuam animam dulciter refecisti.

Auditis uerbis tuis & uisus operibus, Samaritani protinus sunt loquuti: Nos ipsi audiuius & scimus, quoniam hic est uere saluator mundi.

Tu filium reguli letali febre mori incipientem, uerbo absens curasti: sicque tu qui diuinitate ubilibet praesens es, regulum cum omni sua familia ad fidem conuertisti.

Cumque ingrati Iudaei te de supercilio montis praecipitare satagerent, per medium eorum ibas factus inuisibilis eis, ita ut nec ab euntem conspicerent.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Eatenus erat caro tua non solū deitati, sed animæ quoq; subiecta, ut ratione iubente, præsentium uisum non immutaret specie sua. (nobis tu præsta.)
Aqua sapientiæ salutaris nos liberaliter pota, patrem in spiritu & ueritate iugiter adora.
Hæc nobis sit semper mentis nostræ unica dulcissq; resectio, facere uoluntatem patris cœlestis, dei omnipotentis regnantis in cœlo.
Tibi cum patre æterno ac summo pæcletio, honor, uirtus, laus, gloria, nunc semper in uia cœlestiq; regno, Amen.

Laus dei ex euangelio de diuersis Christi miraculis.

TV in Capharnaum uerbo demonem seu uisum ab homine expulisti: quo facto, omnes in tue uirtutis atq; doctrinæ admirationē conuertisti.

Docebas nanq; ut potestatem habēs, non sicut pharisæi & scribæ: hinc admirati sunt uniuersi in uerbis gratiæ, procedentibus tuo ex ore eloquentissime Christo.

Statim quoq; processit rumor de te in omnem Galilææ prouinciam: tūc socrum Petri liberasti repente imperialiter à febribus, reddens uetulam illam in instanti sanissimam.

Quo facto adduxerunt ad te omnes languidos & obsessos: tu uero piissime Iesu singulis manus imponens, curasti subito uniuersos.

Paralyticum à quatuor uiris delatū miro modo sanasti, tibi inquiring dico, surge, tolle lectū tuum, ad domum tuam properans proficiscere.

Fimbriam uestis tuæ tangens mulier duodecim annis profluum sanguinis passa, subito est sanata: archifynagogi in super filia, à te uitæ ac mortis clauis habente est imperialiter suscitata.

Duos deinde cæcos illuminasti, qui oculos finxisti fons luminis: mutum quoq; obsessum, à mutitate ac dæmone liberasti Christo sermo patris, fons numinis.

Circuibas docēdo oēm Galilææ regionē, oēm curans in populo ægritudine & languorē. Ascendisti in montem orare, in dei oratione pernoctās, formam secrete, intente atq; instanti orandi nobis relinquens: non enim iuuabatur solitudine tua mens.

Præterea, oēs quærebant te tangere, cernentes de te uirtutē omniū curatiuā procedere. Tua enī humanitas erat uerbi instrumentum animatū, cōiunctū, immediatū ac ppiū: iccirco per ipsam diffundebat ac operabat uirtus diuina, iuxta omne placitum tuum.

Interioribus oculis nostros spiritus sancti donis, clemētissime iugiterq; illustra, cōtinuis, intētis ac feruidis precibus deum altissimum inuocare nobis omnibus præsta.

Tibi cum patre & spiritu sancto benedictio, claritas, sapientia, gratiæ actio, honor, uirtus & fortitudo deus adorande, omnipotens, præfidens omni seculo, Amen.

Laus dei ex euangelio de sermone Christi in monte.

TV cœlestis nouusq; magister, cœlestē ac nouā doctrinā hoibus pposuisti o legiser, n. Tu nouē & euangelice legis saluberrima documēta dedisti, præcepta iustissima, perfectissimaq; consilia edidisti.

Tu octo beatitudines docens, pauperes spiritu dixisti beatos, eo q; ipsos sit regnū cœlorum quod liquet eos ditissimos mox futuros.

Hinc mites, qui per mansuetudinem temperant iram: tertioq; lugentes, qui ex poenitentiā dolore uel dei amore, aut proximorum compassione, uel ob similem piam sient causam.

Quarto esurientes ac sitientes iustitiā: quinto misericordes: sexto cordis habēs mūditiā. Septimo beatos dixisti pacificos: octauo persecutionē propter iustitiā passos: singulisq; aptam & correspondentem spondidisti mercedem, qua eos plene efficis saluos.

Mitibus enim terræ possessionē, lugētibus consolationem, iustitiā esurientibus spiritalem saturitatē, misericordibus misericordiæ promissisti consequutionem.

Mundis corde dei beatificam uisionem: persecutionem passis regni cœlestis possessionē pacificis diuinæ filiationis appellationem.

Veruntamen, quilibet beatus omnia præmia hæc sortietur: imò unaqueq; beatitudo, omnia bona ista directe uel concomitanter meretur.

Pastores ecclīæ sal terræ & lucē mūdi uocasti: opa q; bona, scā, & exēplaria debita, nil singularitatis pretendētia, corā hoibus ad illos ædificationē, & dei gloriā fieri præcepisti.

Irafcntem proximo suo dixisti reum iudicio: dicentem racha, reum concilio: dicentem facte, reum æterno incendio.

Volentem tibi munus offerre aut cultum impendere, iussisti primo offensum à se placare, actu aut proposito animæ, tuncq; offerre.

Inspicientem

DE LAUDIBVS DEI.

150

Inspicientem fœminam concupiscentia dominante, dixisti in cœchatum: membrum quoq; scandalizans esse tollendum, quantum ad usum illicitum.

Coniugem quoq; non deferendam nisi ob fornicationem: nec iurandum omnino, propter uitandam inordinatæ iurationis occasionem.

Docuisti non malo seu iniuriati resistere, sed unam cædenti maxillam, alteram quoq; prehēre, saltem animi præparante.

Præcepisti nobis o Christe inimicos diligere, maledicentibus benefacere, pro persecutentibus & calumniantibus exorare.

Hoc dñe Iesu, ut sumus filij adoptiui patris tui naturalis atq; cœlestis, qui multipliciter benefacit, pluit & lucem solis emittit ingratis & reprobis.

Tu fili dei hominumq; amator, iubes nos esse perfectos & misericordes, quemadmodū pater noster cœlestis perfectus & pius est, qui amat concordēs.

Iubes ne iustitiam nostram ob id faciamus coram hominibus, ut uideamur, muneremur siue laudemur ab eis.

Orandū quoq; clauso cubiculo: & cum ieiunamus, ungere caput in gaudio, ut uanitas propellatur ab animo.

Danobis Christe hæc omnia adimplere, & summæ trinitati honorem & gloriam in omnibus exhibere.

Laus dei ex euangelio de eodem.

Precepisti thesaurizemus in terra sed in cœlo: quoniam ubi thesaurus, ibi cordis ueratur intentio atq; dilectio.

Cum oculus fuerit simplex seu recta intentio, totum corpus seu operationum congeriem esse uirtuosam ac lucidam, dixisti ex animo.

Intentio enim imprimis operis speciem, & simplex est illa cuius deus est finis, quæ dirigit ad uitam perennem.

Neminem posse contrarijs dominis puro animo in omnibus deseruire dixisti: superfluum quoq; circa temporalia sollicitudine, & curā in crastinū seu futurū anxiā, pethibuiti.

Paucitati electorum in seculo isto loquutus es consolatorium uerbum: Nolite inquieti timere pusillus grex, quia complacuit patri dare uobis regnum.

Iudicare & condemnare alios, maxime in incertis in hibuiti: gnoscere uero & proximis dare, magistrorum optime docuisti.

Quod festucam in alijs, trabem autem in nobis non cernimus increpasti: & ut primo trabē de proprijs eiciamus oculis informasti.

Nefantum canibus margaritasq; porcis demus, iussisti: deo proponenda esse proportio: nanda capacitati seu dignitati aliorum, innuisti.

Ad orandum fiducialiter nos excitans, differuisti: Omnis qui petit accipit, quærens q; inuenit, & aperietur pulsanti.

Cum enim pater terrenus quamuis iniquus, det filio bona postulati, multo amplius tu pater noster cœlestis, clabis spiritum bonum fidei te fiducialiter deprecanti.

Ut ea agamus proximis, quæ nobis ab illis fieri rationabiliter uolumus, iubes: eo q; hoc lex sit & propheta, sicut tu Christe dei sapientiā doces.

Per angustam portam artamq; uiam nos ire ad uitam æternā mandasti: porro q; lata sit uia perditionis, spatiosaq; porta damnationis, tu reuelasti.

Virtus nanq; consistit in medio: estq; circa difficilia atq; ex integra causa: peccare uero cōtingit innumeris modis, & ex cuiuslibet circumstantiæ corruptela.

Ut præcaueamus à falsis prophetis tu præcipis, qui simulatores & callidos odis: innocētēs autem ac simplices diligis.

Quemadmodū te docente, arbor bona bonos, malaq; malos fructus producit, sic te testante, bonus homo de bono cordis sui thesauro bona, malusq; praua effundit.

Ex cordis quippe abundantiā loquitur lingua: & mentis imago atq; probatio, est loquela. Non omne qui te dominū ingeminat, sed qui patri cœlesti obedit doces saluandum: quid nanq; est te dominū appellare, & tua præcepta non obseruare, nisi mendacium?

Multi tibi dicent in die iudicij, se in nomine tuo signa multa fecisse: quibus dices, te eos per approbationem & prædestinationem, nunq; nouisse.

Audiens o Christe uerba tua & implens ea, similis est sapienti super petram ædificanti: qui uero audit nec facit, similis est imprudenti super arenam fabricanti.

Mat. 8
Mat. 9
Lucæ. 8
Mat. 7
Lucæ. 6

Mat. 9
Lucæ. 9

Mat. 9
Mat. 9
Lucæ. 8

Mat. 9
Lucæ. 11

Mat. 4

Lucæ. 6

Apoc. 7

Eia. 33

Mat. 5
Lucæ. 6

Mat. 9

Ibidem

Eodem,

Ibidem,

Mat. 6

Lucæ. 13

Da nobis saluator uniuersa hæc tua documenta implere, ut præmissarum beatitudinũ præmia, ualeamus feliciter obtinere.
Tibi & patri sanctoq; flammæ gratiarum actio sempiterna, eo q; tam saluberrima documenta docuit nos Christus sapientia increata, Amen.

Laus dei ex euangelio de diuersis miraculis Christi.

Luc. 6
Mat. 8
Luc. 7
Ibidem.

TV Chryste sanitatis origo, leprosum uerbo imperatio sanasti: tu feruum Cæturionis charissimum iam moriturum, absens ab ægritudine liberaisti.

Post hæc unicum filium uiduam mortuum, corâ multitudine suscitasti: quo uiso, propheta esse te magnum uniuersi sunt facti.

Luc. 9

Tanta ò Chryste cœlorum rex tua in mundo paupertas extiterat, ut diceret: quia filius hominis non habet, ubi caput reclinet.

Mat. 8

Orta tempestate ingenti in mari, quo cum discipulis nauigabas, increpasti uentum & mare dicens: Obmutescas, moxq; ad uerbi tui imperium, facta est plena tranquillitas.

Luc. 8

Mat. 9

In terra Gerasenorum duos seuisimos dæmoniacos tu curasti: de quorum se uiore legionis dæmonum eiecisti, atq; in porcos pergere permisisti.

Nec enim sine tua licentia in porcos intrare audebant: quod scimus, quia sine tua permissione, nil nobis facere ualeant.

Iohan. 8

Dicente te paralytico triginta octo annos in infirmitate habenti, Surge, tolle lectum tuum & transi, mox sanatus, orsus est proficisci.

2. Cor. 8

Tu omnium diuitiarum donator, propter nos factus egenus in temporalibus, merito tuæ inopitias nos semper spiritualibus gratiis.

Tibi Chryste magnificentia, gloria & potestas, qui cum patre & spiritu sancto una es adoranda & super benedicta maiestas, Amen.

Iohan. 9

Mat. 25

Laus dei ex euangelio, de quibusdam sublimibus Christi documentis.

DE tua in sup̄ diuinitate sublimia docuisti ò Chryste infallibilis doctor, Pater in quiens Deus, usq; modo operatur, egoq; operor.

Operatur equidem incessanter pater tuus æternus, totum mundum regendo ac dispensando, animas rationales creando, panem & unum transubstantiando, atq; in spiritualibus creaturis, in uia ac patria, multa iugiter exercendo.

Non potest inquis de te, filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem: non enim es filius dei à teipso, sed habes à patre uirtutem & operationem.

Hoc itaq; tibi competit etiam secundum diuinitatem. Ais quoq; quæcunq; facit pater, hæc & filius similiter facit. hoc est, æque principaliter, non utiq; secundum humanitatem.

Pater enim te filium diligit, & omnia opera sua tibi demonstrat. Quicquid enim in sapientia patris ingenita continetur & radiat, tibi constat, totamq; sapientiam suam pater tibi uerbo suo communicat.

Quemadmodum pater tuus mortuos suscitatur atq; uiuificat, sic tu unigenitus eius, quos uis uiuificas, eosdem non alios: q; tam de corporaliter q; de spiritualiter mortuis, uerum esse cognoscimus.

Neq; enim pater uel trinitas iudicat quenquam per sententię prolationem, sed pater omne iudicium dedit tibi filio quo ad naturam assumptam, quantum ad iudicialis discretiōis executionem.

Ut omnes honoremus te filium dei per patrię cultum & adorationem, quemadmodum honoramus patrem per huius uirtutis uenerationem.

Qui te filium non honorat, nec patrem tuum honorat: quia in patrem in honoratio filij, atq; e contrario redundat.

Indefinenter operetur o fili dei altissimi pater tuus in nobis, dona & gratiam spiritus sancti conseruando, actuando & perficiendo semper in cordibus nostris.

Cum tu filius dei de te testatus sis, Non potest filius à se facere quicquam, q; intoleranda est nostra præsumptio, quum nobis ipsis boni ascribimus quippiam.

Tibi reuerentia debita, honor, hymnus & gloria pater, uerbum & spiritus sancte, quorum est una, inuariabilis ac sempiterna essentia, Amen.

Iohan. 8

Laus dei ex euangelio de quo supra, scilicet de Christi diuinitate.

Dixisti præterea de te fili patris æterni: Venit hora & nunc est, qua mortui audient uocem filij dei.

Tu enim per teipsum adhuc in mundo conuersans, & per famulos tuos, quosdã corporaliter & plurimos spiritualiter suscitasse cognosceris mortuos,

Quemad

Quemadmodum enim pater habet uitam in semetipso tanq; fons uitæ & uita purissima, sic dedit & tibi filio suo uitam habere in teipso, qui es idem fons uitæ & eadem uita.

Potestatem quoq; dedit tibi & iudicium facere quia filius es hominis: per tuam enim humiliationem & passionem, meruisti executionem facere iudicij generalis.

Nec nimis miranda sunt hæc, quum & illa uentura sit hora, qua omnes sepulti ac mortui audient uocem tuam, suscitati à te in die illa.

Non possum inquis, à meipso facere quicq; à teipso enim non es, sed ut audis, sic iudicas, qui omnem tuam à patre scientiam suscipis.

Tuum quoq; iudicium habuit æquitatem, quia non tuam creatam, sed patris quærebas in omnibus uoluntatem.

Opera quæ dedit tibi facere pater, testimonium perhibent de te: sed & pater testimonium perhibet tibi saluator sanctissime, cuius nec uoce audisse, nec specie dixisti ludæos uidisse.

Scripturæ insuper testimonium tibi perhibent Chryste, qui claritatem ab hominibus contempnisti recipere: de te certum est Moysen prophetaisse.

Vita gratiæ cor nostrum semper uiuifica, imbecillitatem nostram tu uirtus dei patris elementissime roborata.

Tibi cum patre & spiritu laus, honor, uirtus, gloria in cuius potestate ac prouidentia, uniuersa sunt posita, Amen.

Laus dei ex euangelio, de dictis & factis Christi.

Quoniam messis multa & operari pauci, mitte tuam in messem saluator operarios tempore iam instanti.

Apostolos misisti combinatos ante passionem prædicare regnum cœlestis, data eis potestate super dæmonia: atq; ut omnem infirmitatē curarent in plebe.

Dixisti eis: Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos mundate, dæmones eijcite, gratis accepistis, gratis date.

Hoc dixisti sermone efficaci, quæ sequebatur effectus: nam ista dicendo, potestate es ad ea implenda largitus, quoniã tuū dicere, facere est filii dei omnipotentis humanitati unitus.

Tuos discipulos iubes esse prudentes ut serpentes, & simplices quasi columbas: quatenus se mutuo moderentur & ornent prudentia atq; simplicitas.

Quanta essent pro te passuri prædixisti, ne deficerent aduersitatibus persecutionibusq; contracti.

Teipsum exemplum patientiæ proponebas, & q; perseverantes usq; in finem saluarentur, docebas.

Ne eos carnaliter timeamus qui corpus occidunt iussisti, sed eum qui corpus & animam potest projicere in ignem inferni.

Qui te confitetur coram hominibus, confiteris eum in præsentia dei patris, negatẽ uero & erubescens te, coram patre negabis.

Non uenisti pacem mittere carnalem sed gladium spiritalem, qui uenisti propinquo separare ab inuicem, ut pro te relinquunt mundum & affectionem secularem.

Qui enim amat patrem, matrem aut alium quempiam plus q; te, non est te dignus: qui item non accipit crucem suam & sequitur te, est te Chryste indignus.

Columbina simplicitate & uera prudentia nos adorna, in omni tribulatione per inuincibilem patientiam nos conforta.

Tibi cum patre & spiritu sancto gloria & potestas, quorum est una deitas & essentia, eademq; maiestas, Amen.

Laus dei ex euangelio, de diuersis uerbis, factis ac miraculis Christi.

TV præcuratori tuo testimonium præbuiisti Chryste sapientia increata: Inter natos in quibus ens mulierum, non surrexit maior Iohanne Baptista.

Regnum cœlorum te teste uim patitur, & uiolenti rapiunt illud: quoniã refrenantes ac superantes seipso, merentur accipere illud.

Iustificata est sapientia à filiis suis, quia tu Chryste sapientia patris, à tuis electis atq; discipulis approbaris.

Tu sancte sanctorum à peccatrice scemina lauari, tergi & osculari non contempsisti, & ei quia multum dilexit peccata multa, utiq; omnia dimisisti.

Hinc scimus charitatis feruore peccata præsertim consumi: frequenter quoq; saluator, salutem fidei ascripsisti: ubertim enim, fides tua saluum te fecit, dixisti.

Quo

Luc. 16

Mat. 9

Mat. 6

Luc. 10

Mat. 10

Mat. 24

Luc. 12

Mat. 10

Mat. 10

Mat. 10

Luc. 14

Mat. 10

Mat. 11

Iohan. 8

Luc. 7

Mat. 9

Mat. 5

Luc. 7

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Quò scimus principii omnis boni fidem consistere: & in fide catholica fortissimos nos esse debere.

Iohan. 6

Tu redemptor omnipotens ex quinque panibus duobusque piscibus, quinque milia viros satiasti, mulieribus demptis & paruulis.

Mar. 6

Sic plane, ut duodecim cophini ex fragmentis implerentur, quod tantum mirati sunt, ut te esse prophetam qui eras mittendus in mundum, confiterentur.

Mar. 14

Periclitantibus in mari discipulis, uenisti ad eos gradens super aquas: teque nauim ingressi, subito grandi miraculo fuit ipsa adducta ad terras.

Mar. 6

Tu terræ Genesaræ omnes uniuersos agros curastimund quotquot fimbriam uestis tuæ tangebant, repente ac plene sanasti.

Iohan. 6

Docuisti nos operari non cibum pereuntem, sed in uitâ æternâ manentem, intima animæ reficientem.

Tu panis uitæ: qui uenit ad te non esuriet nec sitiet unquam: qui in te stabiliter credit, quasi interno cibo & potu penitus careat.

Omne quod dat tibi pater, quod prædestinauit in te, ad te accedit: nec bonitas tua ad te uenientem repellit aut deserit.

Descendisti enim de celo per incarnationis mysterium, non ut tuam creatam secundum se, sed patris impleas uoluntatem.

Da nobis in nos ipsos esse uiolentos, proprium animum reprimendo: sicque regnum adipisci celorum, de uia ad patriam mox pergendo.

Tibi patri altissimo, & tuo unico filio atque spiritui sancto omnis honor, hymnus, uirtus, laudatio, in militantis ac triumphantis ecclesiæ regno, Amen.

Laus dei ex euangelio de uocatione interna, & eucharistia aliisque uerbis ac signis Christi.

Iohan. 6

Nemo potest per fidem formatam uenire ad Christe ad te, nisi traxerit eum per inspirationem internam, charitatem & gratiam patris qui misit te.

Iohan. 1

Omnis enim qui audiuit à patre, & didicit spiritui sancto docente uenit ad te, non quod patrem uiderit aliquis, nisi tu qui es per generationem æternam à patre.

1. Iohan. 4

Veruntamen non excluditur spiritus sanctus & uerbum: hoc de uisione plenæ comprehensionis accipere possumus.

Iohan. 6

Tu panis uiuus qui descendisti de celo: manducans panem hunc digne, uita gratiæ uiuet perpetuo.

Caro tua uere est animæ cibus, & sanguis tuus uere est potus ipsius.

Nisi sumperimus carnem tuam & sanguinem, non habebimus in nobis uitam gratiæ salutarem.

Veruntamen spiritus est qui uiuificat: caro autem carnaliter intellecta, nihil prodest.

Mar. 15

Verba quæ tu domine Iesu loquutus es, spiritus & uita sunt: & nos credimus, quia caro tua & sanguis tuus, sub speciebus sacramentalibus uere consistunt.

Omnis plantatio non plantata à patre tuo cælesti, eradicatur: nulla etenim natio, sine cælestis patris irrigatione usquam saluatur.

Tu mulieris Chananææ filiam à dæmonio liberasti: teque missum non esse nisi ad oues perditas domus Israël, affirmasti.

Virum unum surdum & mutum curasti: quo facto plurimos ualde, cæcos, muros & debiles, simul curasti.

Post hæc ex septem panibus paucisque pisciculis, quatuor milia hominum satiasti, mulieribus exceptis & pueris.

Superfuerunt quoque satiatis septem sportarum fragmenta, hoc facere potuit Iesu mundi creator, omnipotens manus tua.

Increpasti scribas & pharisæos, signum quod tu esses Messias quaerentes, eo quod tempus tui aduentus à Daniele prædictum, non erant penitantes.

Da nobis carnem tuam & sanguinem digne suscipere: eademque iugiter per spiritalem communionem comedere.

Tibi cum patre & spiritu sancto gratiæ actio summa & gloria infinita, qui tam pretiosissimo cibo & potu, nutris animas nostras in præsentem hac fragili uitâ, Amen.

Mar. 17

Mar. 9

Luc. 9

Laus dei ex euangelio de Christi transfiguratione, &c.

Tu in monte coram discipulis es transfiguratus: & uelut sol tuus resplenduit uultus: apparueruntque tecum Moyse & Helias.

Tunc

DE LAUDIBVS DEI.

186

Tunc nubes lucida obumbravit præsentem: & uox patris de te, hic est filius meus charissimus, dixit ad audientes.

Mat. 17
Iohan. 1
Mar. 17

Ante secundum tuum aduentum dixisti Heliam uenturum, & omnia restitutum: quem credimus ad te Iudæorum populum conuersurum.

Spiritu maligno, efficiēter surdum & mutum, à lunatico puero expulisti: taleque genus demoniorum sciuissimum, non nisi per orationem & ieiunium ejici docuisti.

Afirmasti uirtute fidei mōres & arbores nos posse transferre, si habuerimus fidem ut granum sinapis, credendo in hæsitante, perfecte & uigoroſe.

Omnia siquidē possibilia ais credenti, non uirtute naturæ, sed fidei & gratiæ deo principa-liter operanti.

Mar. 9

Cum omnia nobis præcepta fecerimus, uis ut inutiles nos seruos uocemus, quoniam quod debuimus facere, fecimus.

Luc. 17

Nisi cōuerſi facti fuerimus ut paruuli, perhibes nos non posse saluari: eumque qui se amplius humiliauerit tanquam paruulus, maiorem fore in regno cælesti.

Mat. 18

Terribiliter prohibes ne puillos tuos scandalizemus: imo oculum, manum, pedem scandalizantem, quantum ad usum seu communionem, amputemus.

Væ homini per quem scandalum uenit tu iudex minaris: & ut sal sapientiæ pacemque inter nos habeamus, hortaris.

Mar. 9

Lu. 14

Ne quis quempiam puillorum despiciat, iubet: quoniam angelos habent custodes dei patris faciem iugiter intuentes.

Mat. 18

Non est in quis uoluntas dei patris, ut quisque ex puillis his pereat: imò super uno peccatore penitente, angelorum sanctorum in celo militia gaudet.

Eodem

Luc. 15

Adauge in nobis fidem catholicam ad Christe fidei autor: da cuncta præcepta in uera humilitate implere præceptor Iesu, omnium factor.

Summe benedictæque trinitati gloria æternalis, patri, proli, paracleto laus, honor, subiectio singularis, Amen.

Laus dei ex euangelio, de uarijs Christi doctrinis.

Ordinem correctionis fraternæ tu docens Christe altissime, uis ut fratrem peccantem corripiamus primo fecerit.

Mar. 18

Quod si non acquieuerit, adhibeamus unum duos uel testes, quod si nec ita curauerit, sumus causam ecclesiæ referentes.

Quam si non audierit, uis ut tanquam publicanum atque gentilem hunc reputemus. Si uero aliqui nostrum concorditer deum orent, exaudientur sicut tu asseris deus.

Ubi enim fuerint duo uel tres in tuo nomine congregati, ibi te in medio esse eorum ueritas summa dixisti.

Iohan. 20

Tu apostolis potestatem ligandi & absoluedi peccata, largitus es: quodque in celo ratum esset, quicquid circa hoc facerent in terra, loquutus es.

Si non dimiserimus proximis nostris asseris, patrem cælestem nequaquam nostris ignoscere uis.

Mat. 18

Doces nobis nihil prodesse, si totum mundum fuerimus lucrati, & proprijs animabus detrimentum in spiritualibus operati.

Luc. 17

Itemque id coram deo esse abominationem, quod altum est secundum hominum reputationem. Et ut de mamonâ iniquitatis faciamus amicos, faciendo de diuitijs elemosynas in egenos.

Luc. 16

Qui autem in minimo est fidelis, in maiori te docente erit fidelis, qui autem in modico iniquus extiterit, in maiori quoque ut ais, iniquus erit.

Diuitem epulonem purpuratum defunctum asseris in inferno sepultum: pauperem uero Lazarum, post mortem ab angelis in Abraham sinum delatum.

Da nobis ordinem correctionis fraternæ salubriter obseruaret corripientem libenter audire: omnique peccanti in nos, semper ex corde ignoscere.

Tibi patri superessentiali, & filio tibi æquali, ac spiritui sancto utriusque consubstantiali, laus, honor, adoratio, magnificentia, uirtus cum gloria imperiali, Amen.

Laus dei ex euangelio de uarijs Christi doctrinis.

Dixisti de Iesu: Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cælestis. Hos amplectari & benedicere dignatus es Christe, uolens tuam ad humanam naturam eiusque innocentiam charitatem ostendere.

Mat. 19

Primum deum bonum dixisti: oportere quoque implere mandata uolentem saluari.

Mar. 10

Qui

Qui insuper perfectus esse uoluerit, debere omnia uen dere: egenisq; dare, & te sequi in hu mili paupertate.
 Pecuniosos & diuites, afferis difficile regnum dei introituros: possibilis quoq; per foramē acus transire camelosq; diuitem diuitias in ordinatē amantem, celestes ingredi thronos.
 Discipulis cuncta relinquentibus, teq; sequentibus spondidisti, q̄ in die iudicij super sedes duodecim sint seduri, & duodecim tribus Israël iudicaturi.
 Omnis quoq; qui patrem, matrem, uxorem, fratrem, aut agrū propter te deserit, centuplū nunc in spiritalibus donis accipit, & uitam æternam in patria possidebit.
 Multi te iudice contestante sunt uocati, pauci uero electi: quo corda nostra perterriti, ita ut esse debeamus præcipue timorati.
 Nō uenisti d̄ Christe animas perdere sed saluare: qui & septuaginta discipulos, dignatus es combinatos per diuersa loca ante te destinare.
 Hos quasi agnos inter lupos misisti: quibus euangelizare, ægrosq; curare iussisti.
 Qui tuos uicarios audit, te audit: & qui illos spernit, te spernit, patre q; celestē contemnit.
 Videbam inquis satanam quasi fulgur de cælo cadentem: qui discipulis dedisti uirtutē cal candi super omnem scorpionem atq; serpentem: & super inimici ac dæmonis potestatem.
 Veruntamen ne in his gratiæ gratis datæ donis, bonis malisq; communibus gloriarentur iussisti: sed in hoc, q̄ eorum scripta essent nomina in libro uitæ, gaudendum commonuisti.
 Da nobis uiam perfectionis efficaciter ambulare, tuisq; uicarijs ac prælatiſ cū omni prom ptitudine obtemperare.
 Tibi patri & filio, ac utriusq; spiritui benedictio, gloria & potestas, in statu præsentis futu riq; seculi, Amen.

Laus dei ex euangelio de uarijs Christi doctrinis atq; miraculis.

EXultans tu Iesu unigenite dei spiritu sancto dixisti: Confiteor tibi pater domine cæli ac terræ, quoniam abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus seculi, reuelasti q; ea paruulis, quia sic placuit tibi.
 Omnia tibi tradita sunt à patre æterno, quem præter te cōprehensiuē intelligit nemo ineq; te, nisi ipse: quamuis spiritus sanctus comprehendat utrunq; omnino.
 Tibi enim ut homo es, à patre subiecta est omnis creatura: & ab eodem tibi ut deus es, com municata est diuina natura.
 Laborantes in uia uirtutum, & oneratos aduersis propter iustitiā, iubes uenire ad te, ut re ficiantur interne, tuam gustando dulcedinem.
 Tollite inquis iugum meum, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde.
 Iugum enim tuum saluator suauē, & onus tuum leue, quod norunt amantes te.
 Vnum enim necessarium docuisti, quoniā unū summumq; bonū est deus, quem finem esse nostrum perhibuisti.
 Cui uacare qui satagit, optimam quæ ipsi non auferetur partem, elegit.
 Tu filii hominis dominus es etiam sabbati: quōd scimus diuinitatem ueram competere tibi, quoniam temporis esse dominum non competit, nisi deo omnipotenti.
 Te iubente uir manum a re factam extendit, qui subito plenam in ea sanitatem recepit.
 Vniuersi obfessi te intuetes, procidebant mox tibi, quos clementer sanasti: qui arundinem quassatam non contriuisi, nec lignum fumigans extinxisti.
 Dæmoniaco, surdum & mutū tu curans, tria simul in uno operatus es signa. Principi au tem dæmonioꝝ, ascripserunt ingrati Iudæi, opera tua diuina.
 Porro in digito dei eiecisti dæmonia, qui fortem armatū ligasti, eius diripiens uasa.
 Qui non est tecum, aduersum te est: & qui non colligit tecum, dispergit.
 Peccatum in spiritum sanctum dixisti irremissibile: hominemq; ex uerbis suis iustum siue damnabilem esse.
 Da nobis iugum tuū super nos salubriter amoroseq; ferre: humilitatē à te & mansuetudinē discere: et te refici, atq; æternam requiem adipisci.
 Tibi unigenite dei cum patre & spiritu sancto gloria & potestas, una felicitas, eadem ado ratio, cōpar maiestas, Amen.

Laus dei ex euangelio de uarijs Christi doctrinis.

BEatus uenter Mariæ qui te portauit Christe, & ubera quæ lussisti: beatos quoq; qui audiunt & custodiunt uerbum dei, tu Iesu dixisti.

Materem

Materem & fratres tuos dixisti, uoluntatem dei patris implentes: hi enim te corde concipi unt, tuis se affectibus conformantes.
 A sollicitudinibus, uoluptatibus, ærumnisq; seculi, docuisti uerbum dei in hominum cor dibus suffocari.
 Deniq; qua mensura mensi fuerimus, tu Christe iuste non erransq; iudex, remetieris utiq; nobis.
 Mittes in fine seculi angelos tuos, omnia scandala de tuo regno militantis ecclesiæ colle cturos.
 Impios mittet in caminum ignis, in quo dentium stridor cum fletibus, tunc iusti fulgebunt ut sol, in regno tuo, pater celestis.
 Ignem spiritus sancti uenisti in terram mittere, ut accenderetur: ob id es enim incarnatus, ut diuini amoris calore, cor nostrum igniretur.
 Nisi pœnitentiam ueram egerimus, omnes nos simul perituros minaris: qui cœcinam de cem & octo annis inclinatum, erexisse laudaris.
 Sanasti hydropicum: docens in conuiuijs non primum, sed ultimum apprehendere locum: neq; cognatos, amicos & diuites, sed egenos & ægros inuitare ad prædium: ne ab illis retribu tionem, sed à deo fortiamur refectionis perpetuæ præmium.
 Beatus qui manducabit panē in regno tuo celesti: cuius panis est fruitio dei: nec ualet quis tuus esse discipulus, qui non renuntiat omnibus quæ sunt mundi.
 Te domine IESU mundus odiuit, quia de eius malitia os tuum testimonium uerum per hibuit.

Danobis saluator uerbum tuum affectuose audire, atq; salubriter custodire: igne tuo fer uere, tuosq; fratres & matrem, obediendo consistere.

Tibi super beatissima trinitas, beatitudo, honor & gloria infinita: tibi pater & filii ac spiritus sancte, ineffabilis hymnus, in uia præsentis sit ac patria, Amen.

Laus dei ex euangelio de sublimibus uerbis Christi.

TVam Christe doctrinam non tuam, sed patris esse dixisti: erat utiq; tua tanq̄ proponē tis magister: non autem erat tua ut homo es, tanq̄ principalis principij.

Siquis dei uoluntatem impleuerit, sciet doctrinam tuam esse diuinam: quoniam iustē & sancte uiuendo, ueritatem eius cognoscat per experientiam.

Qui loquitur à seipso, docens quasi à seipso id habens, propriam gloriam quærīt uanus, & ad se intentionem suam inordinatē reflectens.

Potē tu Christe, qui gloriā patris semper quærebās, uerax eras: nec iniustitiæ quicquam habebas.

Nec secundum faciem & exteriorē apparentiam improuide iudicemus, iussisti: sed iustum proferamus iudicium: dijudicantes nos ipsos in statu præsentis.

Qui credit in te, flumina de uentre eius fluent aque uitæ: quia de mente eius procedent do na spiritus sancti ad alios, siue ad opera sanctæ uitæ.

Tanta erat sapientia & eloquentia tua Christe, ut aduersarij tui coacti sint dicere: nunquam loquutus est homo, ut loquitur iste.

Tu pietatis magister, mulierem adulteram liberaisti: tu lucem mūdi quā sequens non er rat, esse te affirmasti.

Tu de supernis es, non de hoc mundo: tu principium uniuersorum: uere tamen natus ex uirginis utero.

Dixisti Iudæis: Cum exaltraueritis filium hominis, me suspendentes in ligno, tunc cogno scetis, quia ego sum rex Messias, nihil faciens à memetipso, sed sicut docuit me pater, hæc lo quor in mundo.

A patre enim æternaliter gigneris: & quicquid uirtutis & sapientiæ in te est, recipis.

Pater non reliquit te solum, quoniā eius in omnibus operatus es placitum.

Si in sermone tuo manserimus, uere tui discipuli erimus, cognoscemusq; ueritatem: & ipsa liberabit nos penitus.

Danobis non nostram, sed dei semper quærere gloriam: atq; in omni uita nostra, sectari te lucem æternam.

Tibi pater cum filio & spiritu sancto beatitudo, honor & gloria: qui cū illis una es uirtus, una deitas, una essentia, Amen.

Laus dei ex euangelio, de alta Christi doctrina.

DD

Te

Eohan. 8

TE Christo te stare, Qui facit peccatum, est seruus peccati subditus uitio. Seruus quoque seruiliiter seruiens, in domo non manet perpetuo: filius autem in sempiternum manet in domo.

Diabolum afferis ab initio homicidam fuisse, nec in ueritate stetit: quum mentitur, ex proprio loquitur, cum mendacem & patrem mendacii, certum sit eum ab exordio extitisse.

Qui ex deo est per prædestinationem, uerba dei audit: qui uero sermonem tuum Christe seruaerit, mortem culpæ atque gehennæ æternaliter non uidebit.

Abraham exultauit ò Christe ut uideret diem tuum, tempus tui aduentus in mundum: uideat eum spiritu propheta: atque gauisus est, prænoscentem te incarnandum.

Iohan. 10

Anteq̃ Abraham fieret, tu incommutabiliter es secundum diuinitatē, qui cæco nato dedisti uisus claritatem: tibi obediens exaudis, non operans cum proposito iniquitatem.

Tu Christe es ostium ouium, per quod qui ingreditur, saluabitur in æuū. tu pastor bonus, qui animam tuam pro ouibus tuis posuisti in carnis interitum.

Oues tuas per approbationem cognoscis: ab eis quoque per fidem & cultum cognoscis.

Nemo tulit animam tuā à te fili dei ac uirginis, sed potestatiue dedisti eam in manus inimicorum pro redimendis.

Potestatem habebas ponendi resumendi queam: quam scimus à corpore tuo triduo mortis fuisse separatam, sed uerbo mansisse semper unitam.

Eripe nos à seruitute carnis, peccati ac dæmonis: da nobis uerbum dei obediens audire, cum omni concupiscentia mentis.

Tibi patri & filio atque paracletico in finita felicitas: tibi adoratio, honor & gloria, super sancta ac super beatissima trinitas, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi diuinitate.

Iohan. 10

Oves tuæ te Christe sequuntur, quibus uitam æternam distribuis: nec potest eas quispiam rapere saluator omnipotens de manibus tuis.

Pater quod dedit tibi, omnibus maius confisit, quia per generationem æternam, diuinam tibi essentiam & plenam omnipotentiam præstitit.

Hinc pater & tu unum estis identitate substantiæ: & sicut de manu patris, ita de manu tua oues nullus potens est rapere.

Plal. 51

Illos propheta dixit deos, ad quos ò deus tuus est sermo: multo plus tu fili dei, quem pater sanctificauit & misit in mundum, deitatis es dignus uocabulo.

Iohan. 20

Tu Christe es resurrectio efficienter, exemplariter ac meritorie, & uita uiuifica. Qui credit in te, quamuis mortuus fuerit carne corrupta, uiuet in anima, gratiæ & gloriæ uita.

Et omnis uiuens qui credit perseverat in te, non morietur spiritaliter in æternū: tu enim es CHRISTVS filius dei, salusque omnium: qui per incarnationem in hunc uenire dignatus es mundum.

Tu domine Iesu Mariam, Martham ac Lazara dilexisti: uidensque flentem Mariam, te ipsum turbasti, plorasti & spiritu iafremuisti.

Has quippe passiones, uel potius propassiones animæ, potestatiue assumpsisti: erantque uere in te ex præuicatione: per quod te uerum hominem ostendisti.

Si crediderimus Christe in te fide formata ac stabili, uidebimus post huius incolatū exilij, gloriam dei.

Elevatis sursum oculis gratias patri ut homo egisti, quonia te audiuit: à quo te semper ex auditum norunt catholici.

Secundum formam serui, competit tibi gratias agere patri, toti que trinitati: omnis quoque oratio tua ex deliberata ratione procedens, audita est tempore omni.

Lazarum quatuoriduanum mortuum gloriosissime suscitasti: quem ligatum manus pedesque in fectis, de sepulchro egredi imperasti.

Moriturus eras ò Iesu pro gente: atque ut filios dei dispersos, congregares in unum fide & charitate.

Da nobis te summum pastorem in ouina innocentia sequi: tuis insuper semper inhære exemplis, in simplicitate agnina, mentali.

Tibi cum patre & spiritu sancto gloria, laus & honor unigenite dei, hominū ad amator, rex Christe mundi redemptor.

Laus dei ex euangelio de diuersis magnificentijs Christi,

Passionē

Passionem tuam ac resurrectionem prædixisti ubertim apostolis, sub quorum persona loquutus es fidelibus uniuersis.

Volens inter uos maior fieri, fit uester minister: uolēs quoque inter uos primus esse, erit omnium minimus seruusque uester.

Nam & tu fili dei uniuersos domine, non uenisti ministrari sed ministrare: & animā tuam redemptionē pro multis efficaciter, pro omnibus autē sufficienter donare.

Præterea, cæcum illuminasti: decem leprosos mundasti: Zachæum iustificasti: duosque cæcos insuper uisu exhilarasti.

Habenti inquis, dabitur & abundabit: is uero qui non habet, & quod uidetur habere, amittet.

Qui enim donis sibi à te concessis recte utitur, gratiam ampliorem foritur: qui autē ingratus & negligens inuenitur, donis collatis spoliari meretur.

Ante sex dies paschæ cum uenisses Bethaniā, fecerunt tibi illico cenā: eratque Lazarus unus discumbentiū tecum ad mensam.

In die palmarum ingressurus Hierusalem ciuitatem, sedisti super asellam rex cœli, docens nos paupertatem.

Tunc occurrerunt tibi turbæ cum ramis frondes & uestes in uia sternentes: cœperuntque omnes deum consona uoce super uniuersis, quas uiderant uirtutibus, laudare dicentes:

Osanna filio Dauid benedictus rex Israël qui uenit in nomine domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis: osanna in altissimis cœli.

Hunc honore regalē uoluisti rex Messias hac hora recipere: uolens uerus rex Israël innotescere, et prophetarum uaticinia adimplere.

Tunc incredulæ Hierusalem ruinam atque perfidiā deplorasti: ingressusque templū, cæcos & claudos sancti: uidentes quoque & ementes de templo uirtute mirabili expulisti.

Erant uniuersa turba in tua doctrina admirans, omnisque plebs suspensa fuit te audiens.

Te maledicente ob mysticam causam siculneæ, illa mox aruit tibi enim omnis herbarum arborumque natura, ad nutum obedit.

Ab animæ cæcitate & interiori lepra nos semper emunda: in occursum tuū nos præparat: cui cum patre & spiritu sancto est honor, laus, uirtus & gloria sempiterna, Amen.

Laus dei ex euangelio, de uarijs Christi doctrinis.

Te ipsum dixisti granum ò Christe mortificandū nequitia Iudæorum: fructificandū & multiplicandū in cordibus hominum per fidem eorum.

Qui amat inquis animā suā, perdet eam: qui enim eam carnaliter amat, æternaliter perdit.

Qui autem eam spiritaliter amat in deo, perdit eam in seculo isto, concupiscentias eius frangendo: per quod in uitam æternam custodit eam continuo.

Qui tibi imitari & Christum sequatur: & ubi tu es, minister tuus locabitur: eumque pater tuus cœlestis honorificabit perenniter.

Glorificauit te pater ante passionē, loquendo tibi per angelū: cuius uocē quidam audientes nec intelligentes, dicebant factum tonitruum.

Cum præsens eras conuersans & docens in mundo, iudiciū discretionis extitit seculo, eiectionis principem mundi ab innumerabilium credentium animo.

Qui credit in te, credit in patrem qui misit te: tu namque lux uenisti in mundū, ut omnis qui credit in te, non conuersetur in tenebris culpæ.

Qui cotemnit te nec uerba tua custodit, hunc sermo quem loquutus es, in die nouissimo iudicabit.

Non enim à te ipso te loquutum fatetis, sed pater qui misit te, tibi mādauit, quid loquereris.

Ad fiducialiter ac secure orandū nos instruis, omnia inquis quæ orantes petitis, credite quia accipietis.

Abstulisti à Iudæis regnum dei: & dedisti illud genti fructus ipsius facienti.

Ingressum nuptias sine ueste nuptiali condemnas, eumque in tenebras infernales manibus & pedibus uinctis, propulstas.

Seculi potestatem non uiolas, sed deo quæ dei sunt, & Cæsari quæ Cæsaris sunt, danda asfirmas.

Da nobis Christe pro tuo honore uel nomine animas nostras nunc salubriter perdere: ut mereamur à te uitam æternam recipere, & tecum æternaliter permanere.

Tibi deo trino ac simplici gloria, imperium & potestas æterna, qui unus es intellectus, una uoluntas, unaque deitas adoranda, Amen.

Iohan. 16
Mat. 10
Mat. 23
Luc. 9
Iohan. 16

Mat. 21

Mat. 23

Mat. 19

Lu. 20

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

Laus dei ex euangelio de uarijs Christi doctrinis.

Mat. 28
Luc. 10

Post resurrectionem communem, non esse generationem aut mortem doces dominus quia tunc electi erunt ut angeli uitae purissimae sine carnali commixtione. Cum tu deus altissime dicas te deum patriarcharum corporaliter defunctos, constat illos resuscitandos, nec penitus mortuos: cum non sis deus mortuorum, sed uiuorum. Summum legis praecipuum doces, deum diligere ex toto corde & tota anima, toto intellectu & tota uirtute.

Mat. 23

Deinde proximum tanquam seipsum amare: in quibus duobus praecipis, tota lex pendet atque prophetae. Non solum humanam, sed & diuinam in te probas esse naturam: eo quod David in spiritu uocet te dominum, sicut ostendis per psalmi scripturam.

Mat. 24

Ne magistri uocemur, aut patrem in terra nominemus tu consulis de sapientia incarnata, quae omnem uanitatem & carnalem affectum redarguis. Ut semper ad mortem sumus parati hortaris: quoniam hora qua non putamus, te esse uenturum minaris.

Luc. 21

Dedisti discipulis tuis sapientiam ad eum copiosam, quae eis resistere non ualebat aduersarij per aliquam rationem.

Apoc. 7

Uisq; in finem sustinentem ams saluandum: nec capillum capitis electorum periturum, sed in patientia animas proprias possidere admones opportunum.

Secundum tuum aduentum, dixisti tribulationes maximas praecessuras: praeueniet Antichristus, afflictorum fideles per poenas praeduraturus.

Quemadmodum fulgur ab oriente egrediens, apparet usq; in occidentem, sic repentinus erit tuus Christus aduentus, quod constat iudicij horam cito praeteruentem.

Da nobis praecipua dilectionis dei & proximi digne implere: & tua seruando mandata, ad felicem resurrectionem pertinere.

Adorandae trinitati simplicissimo deo honor, uirtus & gloria, in terra iugiter & in caelo, Amen.

Laus dei ex euangelio de futuro iudicio.

Mat. 24

Præcedent aduentum tuum terribilem, signa in sole & luna ac stellis: & in terra pressura gentium, praefusione sonitus aquarum & maris.

Mat. 12
Luc. 21

Sol enim & luna de Christo obtenebrabuntur: & stellae de caelo cadere uidebuntur. Tunc diuindex horrende arefcent homines timore eorum, quae uenient in eos: & caelorum uirtutes mouendae sunt motione reuerentialis timoris.

Mat. 24

Tunc apparebit saluator signum crucis tuae in caelo: & uidebit te ueniētem in nubibus caeli cum potestate magna & gloria, omnis homo.

Tunc adducentur ante te homines uniuersis: & iudicabuntur a te secundum meritorum suorum exigentiam.

Te iubente fiet repente generalis resurrectio mortuorum tuorum, colligentibus angelis sanctis cineres eorum, quos & ad tuum tribunal adducent rex uniuersorum.

Tunc facies ultionem electorum in reprobos, dando electis iucunditates aeternas: reprobis uero cruciatus perpetuos.

Da nobis nunc tuum iudicium salubriter formidare: cui cum patre & spiritu sancto est gaudium infinitum ac aeternale, Amen.

Laus dei ex euangelio, de uarijs Christi doctrinis, &c.

Luc. 13

Confidentes in se aspernantesque alios tanquam iusti forent, tu reprobas: qui poenitentem & humilem peccatorem superbo iusto praefendum determinas.

Luc. 21

Qui uoluntate tua cognoscit nec facit, plagis uapulabit multis, & magis dure peribit. Qui autem non nouit & peccat, paucis uapulabit uerberibus: quoniam cui plus datum est, plus requirit ab eo tu Christus iudex altissimus.

Mat. 29

Iubene corda nostra grauentur crapula, ebrietate, curisque mundi: sed semper orantes uigilemus, quatenus coram te stare inueniamur condigni.

Ad dexteram stantibus dicis: Venite benedicti patris mei, percipite paratum uobis regnum caeleste ab origine mundi.

Stantibus uero ad leuam: Ite maledicti in ignem aeternum, diabolo eiusque angelis a principio praeparatum.

Hic

DE LAUDIBVS DEI.

His domine Iesu completis sermonibus, dixisti discipulis: Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur ab impijs.

Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22

Porro feria quarta congregati sacerdotes, scribae & pharisaei, consilium habuerunt, quomodo te innocente de agnum traderent morti.

Tunc uendidit te eis Iudas traditor malitiosus: qui gauisi, pacti sunt ei pecuniam daturus. In die coenae misisti Petrum & Iohannem pascha parare: quod cum discipulis tunc dignatus es affectuosissime manducare.

Desiderio inquis desiderauit hoc pascha manducare uobiscum, antequam patiarer tuncque dixisti manifeste apostolis, quia ab uno uestrum nocte hac tradar.

Da nobis bona quae scimus agere, foriter operari ut mereamur a te in die iudicij glorificari. Tibi pater aeternae & filii unigenite, cum spiritu sancto honor & gloria debita, offeratur ab omni intellectu creato, Amen.

Laus dei ex euangelio de coena Christi cum discipulis.

Ante diem festum paschae, sciens tu domine Iesu uenisse iam horam, qua transires secundum humanitatem de mundo ad patrem, a quo nusquam distabas secundum diuinitatem,

Iohan. 13

Cum dilexisses tuos qui erant in mundo, usque in finem dilexisti eos, pro ipsis moriendo. Tunc perfectae humilitatis nobis proponens exemplum, pedes lauisti & extersisti deus incarnate discipulorum tuorum imo & traditoris tui, quem te mox proditorum noueras praecognitor uniuersorum.

Stego inquis laui pedes uestros magister uester & dominus, & uos lauare debetis pedes alterius.

Mat. 26
Mar. 14
Luc. 22
1 Cor. 11

Cenantibus tecum discipulis, consecrasti corpus tuum & sanguinem: quae illis dedisti sub speciebus panis & uini in animae resurrectionem.

Sicque charitatem summam opere ostendisti, dando & uniendo te nobis tam intime atque totaliter: quam etiam charitatem uerbis docuisti, & praecipisti salubriter.

Mandatum inquis nouum de uobis, ut diligatis inuicem: & in hoc cognoscet omnes, quod mei estis discipuli, si dilexeritis inuicem.

Iohan. 13

Quid enim tu requiris unitatis & pacis magister, nisi ut ueram habeat charitatem omnis iuis minister?

Egresso proditore, nunc clarificatus es aiebas filius hominis: remotus etenim erat a sancto tuo collegio homo peccati, filius perditionis.

Da nobis summe saluator tuam in omnibus humilitatem sectarum: da nobis in uera ac sincerissima charitate iugiter conuersari.

Tibi cum deo patre & spiritu sancto gloria, magnificentia atque imperium, qui cum illis unus es omnium gubernator & creatiuum principium, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi sermone post coenam.

Facta iam coena dixisti discipulis domine Iesu altissime: Non turbetur cor uestrum: creditis in deum, & in me credite.

Iohan. 14

Cum enim sis deus, consequens extat, ut qui credit in deum, & in te utique credit.

Gen. 1
Hob. 9
Iohan. 14

In domo illa non manufacta, caelesti, patris tui mansiones sunt multae: quia diuersi sunt gradus praemiorum secundum differentias meritorum deo Christe dignissime.

Iuisti & praeparasti nobis locum in caelo: rediturus, ut nos ad te ipsum assumas tecum manuros perpetuo.

Tu uia, ueritas & uita: nemo uenit ad patrem nisi per te: tu nanque ut homo, es mediator & uia: sine cuius fide & merito, nemo fruiturus est patre.

Veritas autem & uita es secundum diuinam naturam: uia per quam: ueritas in qua: uita ad quam tendimus proficiscendo ad patriam.

Qui te sincere cognoscit, cognoscit & patrem, cum sis ei similis, non distinctus ab eo, nisi per relationem.

Et quoniam tui ac patris est una essentia & correlatio, qui uidet te, uidet & patrem in uia per fidem: per speciemque in caelo.

Credentes in te, signa & opera quae fecisti fecerunt: & quidam eorum tuis signis maiora, quemadmodum spondidisti egerunt.

Si quid petierimus patrem tuum in nomine tuo salubriter postulando, hoc te factum pro-mittis: qui iubet ut diligens te, tuis pareat mandatis continuo.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Rogasti patrem, & alium paraclatum dedit discipulis atq; ecclesie spiritum ueritatis: que mundus reprobatorum non potest consummate ob culpam suam recipere.

Non reliquisti discipulos orphanos, sed post resurrectionem reuertens, monstrasti te ipsi & illo in die nouerunt q; pater in te, & tu in patre, itemq; in eis.

Qui diligit te, diligitur a patre tuo: tu quoq; diliges eum, & manifestabis ei te ipsum in celo pro premio.

Tuam nempe diuinitatem cernet oculo mentis per speciem clare & immediate: tua in super humanitatem, uidebit oculis cordis & corporis pro accidentaliter mercede.

Ad te amantem & tua mandata seruantem, tota trinitas uenit: & in ea per gratiam ac dona celestia, misericorditer demoratur & manet.

Da nobis cor firmum, sanctum, & imperturbatum: mitte nobis spiritum sanctum paraclatum, ut nobiscum permaneat in æternum.

Tibi deo trino ac simplici honor summus & gloria æternalis, qui es unitas pura, & trinitas uera consubstantialis, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi sermone post cenam.

Iohan. 14.

Paraclatus spiritus sanctus, quem misit d' Christo pater æternus in nomine tuo, docuit apostolos, omnia suggerens eis, quæ audierunt a te uerbo in creato altissimo.

Gaudemus te iuisse ad patrem, te secundum formam serui maiorē: quoniam ille ascensus, fuit tuæ humanitatis amplius glorificatiuus, quo ad accidentalem glorificationem.

Præsumpsit passione instante uenire ad te princeps mundi: sed sui nil reperit in te carente omni labe peccati.

Iohan. 17.

Tu patrem dilexisti: sicut mandatum tibi homini dedit, fecisti.

Tu uitis es uera, & pater tuus agricola: ipse enim colit, purgat, impingat, fecundaq; efficit corda nostra.

Omnem palmitem seu hominem, in te non ferentem fructum uirtutum, damnabit: fructuif cantem autem, purgabit & amplius fecundabit.

Quemadmodum palmes non potest ferre fructum, nisi manens in uite, ita nec nos nisi in te manserimus Christe: sine cuius gratia nil ualeamus meritorie agere.

Manendo in te obtinemus quicquid oramus: in hoc clarificatur pater celestis, ut tui discipuli consistamus, ac fructum plurimum afferamus.

Sicut dilexit te unicum filium suum pater, dilexisti tu nos: sic circo in tua dilectione, iustum est prorsus manere nos ipsos.

Præcepta tua seruando manemus in tua dilectione: sicut tu patris tui seruasti præcepta, & manes in eius amore.

Hæc domine Iesu loquutus es nobis, ut gaudium tuum in nobis sit: & gaudium nostrum impleatur, ac consummatum existat.

Da nobis in te semper manere, & fructum copiosum producere: atq; in te solo sine quo nil possumus, toto semper corde confidere.

Tibi patri æterno tuoq; filio & summo paraclato laus, honor, uirtus & gloria cum uniuersali imperio, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi sermone post cenam.

Iohan. 17.

Maiorem te dilectione nemo habuit Christe altissime, qui animam tuam pro oibus tuis dignatus es ponere.

Discipulos tuos amicos benignissime appellasti: quoniam secreta quæ a patre audisti, eis liberalissime reuelasti.

Non nos elegimus te, sed tu prior elegisti & dilexisti nos domine: & quicquid boni in nobis est, tu intra nos produxisti clementer & gratuite.

Si mundus nos odit, uis recordemur q; te ante odiuit: nam etsi de mundo essemus, quod uis erat mundus diligeret.

Dixisti discipulis & in eorum persona cunctis electis hominibus: Quia de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, hinc odit uos mundus.

Sicut te persequutus est mundus, persequetur tuos: sicut uerba tua contempnit, contemnit & seruatorum tuorum sermones diuinos.

Si non uenisses & loquutus Iudæis fuisses, culpam non haberent tam grauem: nunc autem non habent exculationem aut releuamen,

Si opera

DE LAUDIBVS DEI.

160

Si opera non fecisses in eis quæ alius nemo fecit, tanto peccato nõ teneret hic populus: qui & te & patrem odit.

In die Pentecostes ueniēs spiritus sanctus super discipulos, testimonium tibi perhibuit loquens per illos, quæ tua sunt ad Iudæos.

Tunc enim docuerunt apostoli te uitæ esse autorem, dominum gloriæ, deum & hominem, omniumq; unicum re demptorem.

Dixisti apostolis: Si nõ abiero, paraclatus nõ ueniet ad uos: si aut abiero, mittā eū ad uos. Spiritum sanctum dixisti non loqui a seipso, sed quæcunq; audiret: quoniā a seipso non est, sed procedendo a patre & te, omnem uirtutem & sapientiam suscipit.

Omnia quæ habet pater, sunt tua, quum tui & eius sit una essentia: de oib; spiritus sanctus accepit de tuo, sicut de patris substantia.

Mundo gaudente plorant & contristantur tui electi: quos breuis tristitia uertitur in æternam gaudium cœli, mundo luente penas inferni.

Da nobis tibi sic adhærere & illuminari a te, ut tui efficiamur amici in æternum Christe, dei unice nate.

Tibi pater adorande cum filio benedicto, & incircumscripto paraclato salus immensa, gloria plena, adoratio una decet perpetuo, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi sermone post cenam.

Dixisti domine Iesu discipulis: nunc tristitiam quidem habetis: sed rursus uidebo uos, & corde gaudebitis: & gaudium uestrum nemo tollet a uobis.

Veniet hora qua palam nobis de patre annuntiabis: quando introductis ad patrem, faciem patris nobis clare monstrabis.

Amat pater amantes te, credentes q; a deo existis: ab eo enim egressus es generatione æternam & missione in mundum hunc temporalis.

Reliquisti mundum corporali præsentia, non maiestate diuina: perexisti ad patrem ascendendo in cœlum: quo patrem specialiter esse tua ostendit doctrina.

Hæc loquutus es ut pacem habeamus in te, quāuis forinsecus tribulamur: In mundo enim ut afferis, pressuras patiemur: sed certe cõfidimus, quoniā te mundū uicisse fatemur.

Tu equidem mundum uincendo, meruisti nobis gratiam triumphandi de eo. Subleuatis in cœlum oculis, orasti o Christe rex inclyte: pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.

Clarificauit te pater per tui corporis glorificationē, & spiritus sancti missionem te in cordibus hominū clarificantē: dando eis uerā tuæ dignitatis notitiā, & uenerationē decentē.

Clarificauit te conuertendo ad te mundum per diuersa miracula: clarificasti & patrem ad eius cultum homines conuertendo per te ipsum & apostolorum documenta.

Dedit tibi pater ois carnis potestatem: ut omni ei qd dedit tibi, des uitæ æternæ iucunditatē. Hæc autem est uita æterna, ut cognoscamus patrem tuum æternum, & te quem misit Iesum Christum, ac spiritum sanctum, unum, solum, uerum deum.

Da nobis in seculo isto sic cum tuis electis affligi, ut post uitæ huius curriculum, inueniamur condigni, consolatione perpetua frui.

Tibi Christo & patri sc̄oq; flammī, uni uero altissimo deo honor, gloria & maiestas, in oñi militantis ac triumphantis ecclesie loco, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi sermone post cenam.

Loquens tu Christe ad patrem, Ego te inquis, super terram clarificauit: opus quod dedisti mihi ut facerem, consummaui.

Et nunc clarifica me pater apud te ipsum, claritate quam habui ante mundum: ostendo electis me tuum esse filium, tibi consempiternum.

Manifestasti filii dei nomen patris tui hominibus, quos dedit tibi de mundo: illos ad te misericorditer conuertendo: alijs iuste relictis in seculo.

Patris erant per æternam prædestinationem, & tibi eos dedit per temporalem uocationē, qui fide & obedientia tuam seruauerunt sermonem.

Hi noscūt q; omnia tua a patre sunt, qm̄ uerba quæ dedit tibi pater, dedisti eis & acceperūt. Pro eis non pro mundo reprobatorum rogasti: quicquid enim ex deliberata uoluntate peccatus es, obtriuisti.

Omnia tua patris sunt: & omnia patris tua sunt: quoniā quæ in diuinis absolute dicuntur, in patre & in te indiuisa & indistincta consistunt.

DD 4 Pro

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Pro electis rogasti: pater in quiens, serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo, ut sint unum per charitatem: sicut nos per essentiam unum sumus omnino.
 Cum essem in quis cum eis, ego seruabam eos pater in nomine tuo: nunc aut ad te uenio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meū repletum in seipsis perpetuo.
 Hos mundus odiuit, quoniam non sunt de mundo, sicut tu fili dei non es de mundo: hoc est, de mundanorum hominum grege ac numero.
 Non rogo (ais ad patrem) ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo: & sanctifices eos in ueritate in temetipso.
 Patris tui sermo est ueritas: quod tam de te eius uerbo æterno, q̄ de uerbis scripturæ intelligit nostra fidelitas.
 Pro cunctis electis rogasti ut omnes sint unū, sicut tu in patre & pater in te per circūincessionem: ut sint & ipsi unum in patre & te per beatificam consummationem.
 Pater in quis uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: ut uideant charitatem quam mihi dedisti quem dilexisti anteq̄ molitus es mundum.
 Notum fecisti nomen patris electis, ut eius dilectio sit in eis: & tu Christe in ipsis.
 Fac nos unum tibi & unum in te: ut tibi uniti, nunq̄ separemur aut elongemur à te.
 Tibi patri omnipotenti & filio tibi coræ quali, ac sancto spiritui omnis beatitudo, eminenētia, honor & gloria duratione perenni, Amen.

Laus dei ex euangelio de Christi passione.

Ioan. 18



Gressus domine Iesu trans torrentem Cedron, uenisti cum apostolis in uillam Gethzemani: ingressusq̄ ortū, ter patrem rogasti, ut auferret si fieri posset, passiois calicem tibi.

Lucæ. 22

Mar. 16

Ioan. 18

Mar. 25

Ioan. 18

Mar. 25

Mar. 14

Lucæ. 22

Mar. 16

Mar. 14

Lucæ. 22

Ioan. 18

Mar. 27

Lucæ. 22

Mar. 27

Ioan. 19

Tunc præ naturali mortis horrore, factus est sudor ruus ut guttæ sanguineq̄: & facto te in agonia, prolixiusq̄ orante, apparuit tibi angelus te confortans, missus à patre.
 Dixisti: Tristis est anima mea usq̄ ad mortem. Hinc aduersarij tuis profectus es obuiam, nullum habens pauorem.
 Cum te Iesum Nazarenum ab eis quæsitum dixisses, abierunt retrorsum ruentes in terrā neq̄ surgentes, donec tu annuisses.
 Tunc te plusq̄ duodecim angelorū legiōes posse obtinere à patre dixisti: & impiissimū seruum te inuadentem dīre Iesum, piē curasti.
 Iniecerunt in te filium dei manus sacrilegæ te ligātes: quo uiso, fugerūt discipuli tibi comori formidantes.
 Cum iuste respondisses pontifici, dedit tibi alapam uerna sceleratus. hinc ductus ad Caiapham, an filius dei esses, ab eo es adiuratus.
 Cui dixisti te Christum mundum hunc redimentem: quodq̄ uisuri essent te à dexteris uirtutis dei sedentem: atq̄ ad iudicandum in cæli nubibus uenientem.
 Quo dicto, te blasphemum morteq̄ dignum concorditer ululabant: & uirj te tenentes, te iridebant, uelabant, conspuiebant, colaphizabant: ac palmas tibi in faciem dabant, Dicentes: Prophetiza, quis te percussit o Christe: & alia multa blasphemādo, dixit aduersus te populus iste.
 Tunc Petrus te summam ueritatem ter denegauit: qui clementer respectus à te & conuersus ad se, suum piaculum deplorauit.
 Mane factio te uinctum, consputum, discoloratum obtulerunt Pilato: obijcientes tibi diuersa facinora: quod Pilatus nouit uenire ex odio.
 Seductorem, blasphemum, secularis potestatis uiolatorem te accusarūt: à quo sapientia futuris, diuina operatio, omnis potestas & lex proflexerunt.
 Te sapientiam dei Herodes spreuit, atq̄ illiusit alba ueste indutum: te lacerauerunt flagellis coronaueruntq̄ spinis, purpura pro derisione uestitum.
 Sic consputum, sanguine sacro perfusum, spinis coronatum, & purpurea ueste indutum, eduxit te præses ad populum Iudæorum, ut redderet eum tibi placatum.
 Tunc uociferabant: Tolle tolle, crucifige eum: sicq̄ te agnum innocentem nil respondentem, damnauit præses ad crucis patibulum.
 Fac nos Christe tibi amore se configi: cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria in seculo æternali, Amen.

Laus dei ex euangelio de eadem Christi passione.

Basilianus

DE LAUDIBVS DEI.

161

Basilianus propriam crucem, existi o Christe ad locum tormentorū: ubi te sanctum sanctorū crucifixum ac suspenderunt in medio latronum duorū.

Mat. 27
 Lucæ. 23
 Phil. 1
 Pilat. 3

Manus tuas & pedes tuos diris clauis atrocissimè pforarūt, aceto, uino myrrhato felle mixto, te potauerūt: atq̄ in cruce mēbra tui factissimi ac tenerissimi corpis, uiolētissime exsolutis em̄ & ruptis mēbroz iūcturis, poterāt tua ossa numerari. Tūc corporali. (tēderūt, ter sitiebas siti pœnali, corpe tuo arefacto, lassato & exiccato, effusioe sanguinis uehemētū, Te multipliciter iridebant dicendo: Christus rex Irahel nunc descendat de cruce. Tu uero dixisti: pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt culpæ.
 Præ inestimabili pœna clamasti ad patrē o Chre: Deus me' deus me', ut qd dereliquisti me? Sic em̄ acerbissimè patiebarris, quasi relictus fuisses à deo: & apparebas quasi leprosus, percussus & humiliatus ab eo.
 Matri tuæ dulcissimæ tibi fidelissime cōpatienti, uehemētissime cōdoluiti: eamq̄ dilecto affanti discipulo, filiali sollicitudine cōmissisti.
 Cum dixisses, Consummatum est, in manus patris animā tuam cōmendasti: inclinatoq̄ capite, & uoce magna potestatiue exclamans, spiritum tradens expirasti.
 Quo uiso, te filium dei esse pensauit & dixit Centurio: sciens clamorem tam ualidum, non esse formatum uigore humano ac solito.
 Tūc ad diuinitatis tuæ declarationē, machina mundialis passa est mirabilē immutationem, Obscuratus est em̄ sol, & redijt luna, se tēpore oppositionis soli supponēs uirtute diuina. Tunc scissæ sunt petreæ & mota est terra: ruptū est uelum tēpli: & multa sanctorū resuscitata sunt corpora.
 Cum se pelissent te tui, adhibuerunt custodes Iudæi, lapidē monumenti signantes cū custodia præsidis militari.

Lu. 23
 Phil. 2
 Mar. 27
 Eia. 35

Ioan. 19

Mat. 27

Mar. 15

Mat. 27

Porro omnis turba uiso q̄ sic expirasses, & uisus mirabilibus dei, percussis pectus suū reuerfa est, dolens tantū flagitiū cōmissum in uirg sanctum, dolore ingenti.
 Fac nos tuis beneficijs gratos, & te cruciformiter imitari: tibi cordialiter cōpati, & passiois tuæ fructum feliciter adipisci.
 Tibi mundi redeptor gratiæ actio, laus, honor, uirtus & gloria: qui tanta pro nobis dignatus es pati charitate præseruida, & pietate eximia.
 Summæ super sanctæq̄ trinitatis adoratio, maiestas & gloria sempiterna: cuius uoluntate, pietate ac prouidentia, hoc modo saluata est nostra natura.

Lu. 23

Laus dei ex euangelio de Christi resurrectione.

Tertia die à passione, uenerūt domine ungere corpus tuum mulieres deuoræ: quibus apparuit angelus dei asserens te iam resurrexisse.

Ioan. 20
 Mar. 28

Descendēte angelo, factus est circa sepulchrū terræ motus pregrandis, cuius erat ut fulgur aspectus: reuoluitq̄ lapidē à sepulchro, de quo clauso eras egressus.
 Præ timore angeli, territi & uelut mortui facti sunt sepulchri custodes: habebatq̄ angelus uestes ut nix albiſsimas atq̄ fulgentes.
 Deinde mulieribus cōsternatis apparuerunt angeli duo: qui eas de resurrectione plenius instruxerunt continuo.
 Porro, Maria Magdalena uidit duos angelos in spelunca, unum ad caput, aliūq̄ ad pedes, tibi positum fuit corpus tuum sub terra.
 Surgēs tu Iesu mane prima sabbati, apparuisti primo Magdalenæ in specie hortulani: hinc foeminis à sepulchro redeuntibus occurristi.
 Præterea, custodes nuntiauerūt principibus cūcta que contigerūt, qui pecuniā copiosam eis largiti sunt, ut corpus tuū à discipulis tuis nocte sublatū, dormiētibus ipsis asseruerūt.
 Apparuiti quoq̄ in die resurrectionis duobus discipulis in alia effigie, in Emaus euntibus.
 Quibus dixisti: Nonne hæc oportuit pati Christum, sicq̄ intrare in gloriā suam iuxta prophetarum eloquium?
 Post hæc apparuisti apostolis Thoma absente in die resurrectionis, manus, pedes & latus uidentia atq̄ palpanda, exhibens eis.
 Manducasti diuinum in conspectu eorū, quibus dixisti: Oportet impleri omnia scripta de me, in prophetis & psalmis, legeq̄ Moyſi.
 Oportuit te Christū pati, & tertia die resurgere: atq̄ in noie tuo pœnitentiā ac remissionē peccatorum prædicari ubiq̄.
 Tūc p̄ insufflationē dedisti apostolis spiritū sanctū: potestatiq̄ remittēdoz ac retinēdoz peccaminum

Ioan. 23
 Rurſus

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Rurfus, post dies octo uenisti ad apostolos ianuis clausis Thoma praesente: cui manus & la-
tus palpanda praebuisti o Christe: beati in quiens, qui non uiderunt & credunt in me.
Iterum apparuisti septem discipulis ad mare Tiberiadis: qui te operante subito conclusit
centum quinquaginta tres pisces eximie magnitudinis: nec scissum est rete tantis ponderibus.
Tunc ter sicutatus es Petrum an te amaret: eiq; specialiter precepisti, ut oues tuas educaret.
Tuam passionem nos Christe conforma: ut tecum confurgamus quaerendo celestia.
Tibi cum patre & spiritu sancto honor, hymnus, laetitia: cum quibus est tibi una natura, &
operatio una, ac diuina adeptio, Amen.

Laus dei ex euangelio de eadem Christi resurrectione.

Undecim apostolis in monte Galilaeae apparuisti: quibus datam tibi esse omnem po-
testatem in caelo & in terra dixisti.

Quibus iussisti, ut euntes docerent & baptizarent omnes gentes: docendo eas serua-
re quae cumq; mandasti apostolis primis inter credentes.

Tunc promissisti discipulis atq; ecclesiae militanti, te esse cum eis cunctis diebus, usq; ad fine
consummationemq; seculi.

Novissime apparuisti undecim apostolis recumbentibus, quibus dixisti: Euntes in mundum
uniuersum, praedicate euangelium cunctis hominibus.

Credentem si de formata & baptizati, dixisti saluandū: incredulū uero damnandū.

Deniq; credentes dixisti in nomine tuo eiekturos daemones: loquuturos linguis nouis ac
uarijs: & sine lesione bibituros uenena.

Impositione manus laquidos sanatos, & serpentes tua uirtute sine nocumēto calcuros,
Hae signa quidam tuorum o Christe corporaliter peregere, prout oportuna fuit pro ho-
minum conuersione, expediensq; ecclesiae.

Praecepisti discipulis in Hierusalem sedere ac permanere, donec spiritu sancto recepto, in-
duerentur ex alto, celesti uirtute.

Eduxisti postremo discipulos ex conclauis usq; Bethaniam: quibus cernentibus ascendisti
in caelum, eleuata manu dans eis benedictionē, qui nūc ad patris aeternaliter resides dextera.

Qui adorantes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: erantq; semper laudantes ac
benedicentes deum in templo.

Da nobis Christe tibi feliciter conglorificari: & ad ruina peccati quotiescunque labimur
mox suscitari.

Tibi cum patre & spiritu sancto laus, honor, maiestas & gloria: cum quibus est tibi una, aet-
erna, adoranda, infinita, perfecta essentia, Amen.

Laus dei ex epistola Pauli ad Romanos.

In Christe factus es deo patri ex semine Dauid secundum carnem: qui praedesti-
natus es filius dei in uirtute secundum sanctificationis spiritum, ex resurrectione
mortuorum tuorum.

Gratia nobis & pax detur a te deo patre aeterno, & a te domino nostro Iesu Chri-
sto: qui ut deus, unus es dator cum illo.

Euangelium tuum Christe uirtus est dei: eius enim iustitia reuelat in eo in salutem omni credenti.
Inuisibilia tua deus per ea quae facta sunt cognoscuntur: sempiterna quoque uirtus tua & di-
uinitas, per creata noscuntur.

Inexcusabiles sunt qui te cognoscentes non te sicut deum honorant aut gratias agunt: sed
in suis cogitationibus euanescent.

Hinc tradis huiusmodi in reprobum sensum, & in concupiscentias uarias: ita ut faciant ea
quae non conueniunt, sequendo motus & passiones diuersas.

Inexcusabilis est coram te domine, qui inordinate alium iudicant: non enim iudicium tuum
effugiet, sed eadem aut similia faciendo, seipsum condemnat.

Diuitias bonitatis, patientiae & longanimitatis tuae, domine nemo nostrum contemnat: quoniam
benignitas tua deus super omnia benedicte, ad poenitentiam nos adducit.

Impius autem secundum impoenitentiam atq; duritiam cordis sui, thesaurizat sibi iram tuam
Christe, in die iusti iudicij tui.

Tu nempe reddes unicuique secundum opera sua: bonis gloriam & honorem in patria: contem-
ptiosis uero & reprobis, sempiterna tormenta.

Non auditores legis informes, iusti sunt apud te domine, sed factores legis euangelice iustifica-
bunt a te.

Tu deus

Tu deus

DE LAUDIBVS DEI.

Tu deus es uerax, & omnis homo mendax: omnes siquidem peccauerunt, & egent gloria
tua, qui saluator es efficax.

Tu deus uiuificas mortuos, & uocas ea quae non sunt, tanquam quae sunt.

Traditus es Christe propter delenda nostra delicta: & resurrexisti propter iustificationem
nostram propria potestate diuina.

Da nobis legem implere, inordinata iudicia deuitare, patientiam & longanimitatem tuam
cordialiter uenerari atq; amare.

Tibi gloria & maiestas, honor & infinita potestas, pater & filii ac spiritus sancte, summe sim-
plexq; deus, omnipotens trinitas, Amen.

Uitificati ex fide tua o Christe, pacem habeamus ad deum per te.
Per te accessum habemus in gratia in qua stamus, & tua uirtute in spe gloriae filiorum dei,
humiliter exultamus.

Per tuam gratiam deus in tribulationibus gloriamur: atq; in omnibus uera iugiter patien-
tiam operemur.

Spectra Christe non confundis sperantes, sed saluat: quoniam charitate diuinam, nostris cordibus
tua bonitas donat per spiritum sanctum, qui mentes electorum te miserante inhabitat.

Commendas charitatem tuam o deus in nobis: quoniam quam adhuc peccatores & inimici esse
mus, pro nobis te uolente occisus est Christus.

Si cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus tibi pater aeternae per mortem filij tui, multo ma-
gis nunc iustificati & reconciliati in sanguine eius, salui erimus: te agente in uita ipsius felici.

Sicut per Adam peccatum, & per peccatum mors intrauit in mundum, sic per tuam Christe iustitiam
uirtus, salus & uita procedunt in omne genus humanum.

Quaedam enim per inobedientiam unius ut puta Adae, peccatores constituti sunt multi,
ita per obedientiam unius, per tuam utiq; Christe, iusti constituuntur quam plurimi.

Tanta est naturaliter bonae tuae clementiae, ut frequenter ubi abudauit delictum, abundet & gratia.
Quicumq; baptizati sumus in te domine Iesu Christe, in tua baptizati sumus morte: cōse pulsi tibi
in baptismo, in nostrae interitum culpa.

Sicut tu Christe resurrexisti a morte per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitae coram
te ambulemus.

Etenim, si mortis tuae similitudini cōplātamur, simul & resurrectionis tuae similitudinem sortie-
re. Tu Christe resurgens ex mortuis, ultra non morieris: nec mortis dominio tu autor uitae am-
plius subijcieriis.

Quod enim mortuus es peccato illud delendo, mortuus es semel tantummodo: quia aut uiuis,
uiuis immortaliter deo.

Da ne regnet peccatum aut concupiscentia in carne nostra mortali: nec seruiant membra
nostra peccato, sed deo & quietati.

Gloria, laus & honor sit tibi aeternae omnipotentisq; creator, pater, filii, spiritusq; sancte, deus
sublimis, adorande, incomprehensibilisq; saluator, Amen.

Nil damnationis est his qui per charitatem & gratiam, sunt in te Iesu Christe non am-
bulantes carnaliter: quos liberauit lex spiritus uitae.

Tu deus pater filium tuum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato dānasti
peccatum, in carne Christi unigeniti tui.

Prudentia spiritus quam tu praestastis, uita & pax affirmat: porro prudentia carnis & mors,
tibi deo altissimo inimicatur.

Qui spiritum tuum Christe non habet, non est tuus per gratiam: nec placēt tibi deus ius-
tissime, qui ambulat secundum carnem.

Si spiritus tuus o deus pater manet in nobis, corpora nostra mortalia uiuificabis, propter
inhabitantem spiritum tuum in cordibus nostris.

Quicumq; spiritu tuo agunt o deus, hi tui sunt filij: qui non acceperunt spiritum seruitutis in ti-
more seruili, sed adoptionis filiorum, in quo clamāt, Abba pater, tibi deo omnipotenti.

Spiritus tuus testimonium perhibet nostro spiritui, quod sumus o deus filij tui: haec edes utiq;
tuis: coharedesq; Christi: si tamen cōpatimur, ut glorificemur ei.

Non sunt condigne passiones temporis huius, ad futuram gloriam quam reuelabis deus
aeternae in nobis.

Viatores tui electi contra se gemunt, ad optionem filiorum tuorum expectantes, Quis nos libe-
rabit de corpore mortis huius? desiderio te uidendi clamantes.

Spiritus

Spiritus tuus domine nostram adiuuat infirmitatem: nā quid oremus sicut oportet, nescimus per propriam sagacitatem: sed ille nostram ad orandū salubriter, instruit cæcitate. Scimus quoniam diligentibus te domine omnia cooperantur in bonum, hi qui uocati sunt sancti secundum tuum æternum propositum.

Quos enim ad uitam præcisti, prædestinasti conformes fieri tuo filio naturali: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, cunctis electis placitis tibi.

Denique, quos prædestinasti in æternitate, uocasti ad fidem in tempore: uocatos iustificasti gratiæ infusione: iustificatos magnificasti gloriæ collatione.

Si tu deus pro nobis, quis contra nos præualebit? qui proprio filio tuo non pepercisti, sed pro omnibus nobis illum in mortem dedisti.

Nōne omnia nobis cum illo donasti? Quis ergo accusabit aduersus electos tuos quos adamasti, cū & Christus pro eis ad te interpellaret sedens ad dexterā tuam in regno coelestis?

Quis ergo nos separabit a Christo a tua dilectione? nulla nos unquā separet creatura o deus sublimis, a tuo amore, qui est in te Christo Iesu nostro saluatore.

Da nobis secularem atq; carnalem detestari prudentiam, & a fonte sapientiæ salutarem haurire scientiam: inextinguibilem diuinæ dilectionis fortiri feruorē.

Tibi infinita lætitia & incircumscripta maiestas cum omni honore & gloria, pater & filii ac spiritus sancte, deus simplex, trinitas benedicta, Amen.

Tu deus metuende, cuius uis misereris, & quem uis induras: qui ex eadem massa, uasa iræ & uasa misericordiæ formas.

Fecisti uasa misericordiæ tuos electos, ut in eis ostendas diuitias gloriæ tuæ, magnitudinem scilicet charitatis, liberalitatis atq; clementiæ tuæ deifluæ.

Operatus es etiam uasa iræ, uolens tuam potestatem & æquitatis tuæ rigorem ostendere. Non est o deus sublimis & sancte, qui tibi ualeat respondere: non est qui te queat arguere: nec dicit figmentum factori, quid ita fecisti me?

Ignorantes tuam iustitiā domine, & suam uolentes statuere, non sunt subiecti tuæ iustitiæ, nec iusti sunt uere.

Tu Christe finis es legis ad salutē cunctis credentibus. Omnis qui credit in te, non confundetur ullatenus: siquidem idem deus omnium, diues in omnes se inuocantes mente tenus.

Non repellis domine plebem tuam, quam per prædestinationem præcisti: quā nō ex operibus eius, sed gratia tua misericorditer redemisti.

Da ne superbiendo altum de nobis sapiamus, sed formidemus: tuamq; deus superbeatissime bonitatem, & seueritatem sapienter pensamus.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ tuæ diuinitas adoranda: quæ incomprehensibilia sunt iudicia tua, & inuestigabiles uis tuæ trinitas superglorificanda.

Quis enim sensum tuum cognouit, aut quis consiliarius tuus fuit? Aut quis prior dedit tibi & retribuēs ei? palam quod nullus: quoniam ex te, per te & in te sunt omnia domine cœli: tibi honor & gloria princeps altissime omnis rei.

Corpora nostra fac tibi nos exhibere hostiam sacram, uiuā, placentē: ut tibi deus omnipotens in omnibus exhibeamus rationabilem seruitutem.

Ne huic seculo cōformemur, sed in anima reformemur nec plusquam oportet, sed sobrie sapere semper conemur.

Spe simus gaudentes, spirituq; feruētes: orationi semper instātes: nō æstimemus nos ipsos prudentes.

Non nosmetipsos o domine in uitijs defensemus: uerum quantum in nobis est cum omnibus pacem habere curemus.

Nulli malum pro malo reddamus: mala inferentibus beneficiamus: & bona corā deo atq; hominibus prouideamus.

Amore tui a quo omnis deriuat potestas, superioribus subdamur: qui enim potestati resistit tuę ordinationi resistunt, & condemnationē eos acquirere protestamur.

Nemini quicquam debeamus, nisi ut inuicem diligamus: sic enim legem tuā implemus, quoniam plenitudo inem legis esse dilectionem, ueraciter affirmamus.

Nemo nostrum sibi uiuatur, sed tibi deus gloriose & sancte, ut siue uiuamus siue moriamur, inueniamur pertinere ad te.

Ad hoc tu Christe mortuus esse censeris, ut uiuorum ac mortuorum domineris.

Ante tuū tribunal omnes mox stabimus: & pro nobis ipsis rationē singuli dabimus.

Non

Exod. 11
Rom. 9

Psal. 94
Rom. 11

Sap. 9
Eia. 40
Rom. 11
1 Cor. 4

Rom. 13

Rom. 13

Rom. 14

Non igitur amplius inuicem iudicemus: sed ne fratribus offendiculum ponamus, diligenter curemus.

Regnum tuum deus non est esca & potio: sed iustitia, pax & gaudiū in spiritu sancto. Da firmioribus, imbecillitatem in firmiore æquanimiter sustinere, nec sibi inaniter cōplace

re: sed proximis nostris omnes placeamus in bono & æquitate.

Quaecumq; in scripturis sacris dñe reuelasti, ad nostrā doctrinā uoluisti cōscribi: ut per patientiam & consolationē scripturaz, spem habeamus in te deo sublimi.

Deus patientiæ atq; solatiij, da nobis id ipsum in alterutrum sapere, ut unanimes honorifice mus te patrem domini nostri Iesu Christi in omni uirtute.

Tu Christe minister circuncisionis fuisti, illam in tuo corpore suscipiendo propter ueritatē deitad confirmandum patrum promissiones factas de cœlo.

Deus spei, reple nos omni gaudio & pace in credendo, ut abundemus in spe & uirtute spiritus sancti, repleti eius septemplex dono.

Soli sapienti deo, patri & filio ac spiritui sancto, honor & gloria sine fine, uni simplicissimo uniuersorum principio.

Laus dei ex Pauli ad Corinthios epistola prima.



Non omnibus diuites efficiamur in te dñe uirtus æterna, ut nihil nobis desit in ulla gratia, profluente a tua clementia.

Fidelis deus pater, per quē in filij tui sotietatem sumus uocati: in te semper in eodem sensu & in eadē scientia sumus perfecti ac consummati.

Uerbu crucis tuæ o filij dei, pereuntibus quidē extrahit stultitia, electis uero uirtus est dei, a quo mundi huius sapientia reputatur, & facta est uelut dementia.

Tu Christe es uirtus & sapientia patris æternaliter te gignētis in firma, abiecta & contēptibilia huius seculi eligentis.

Tu factus es nobis a patre sapientia, iustitia, sanctificatio atq; redemptio, ne in aliquo unquā gloriatur anima nostra, nisi in deo uero omnipotenti altissimo.

Prædicatio euangelij tui, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis facta est aut fun data, sed in ostēsiōne spiritus & uirtutis deificæ, ne in sapientiā hoim, fides nostra sit radicata.

Oculus nō uidit, nec auris audiuit, neq; cor hominis cogitauit, quæ bonitas tua & charitas deus altissime, te amantibus præparauit.

Nobis uo hæc reuelasti p spm scdm, oia etiā pfunda dei scrutātē & cōprehēdētē ad plenū. Spiritum sanctum in fundis electis, ut sciant quæ a te deo donata sint eis, & grati sint tuæ munificentia bonitatis.

Non sit inter nos domine zelus & contēntio, nec carnales inueniamur tuo iudicio. Fundamentum aliud nemo ponere potest præter te Christum: cuius fideles sunt tēplum,

habendo manentem in se spiritum sanctum.

Non ante tēpus iudicemus domine, quo ad usq; uenies acturus iudiciū, quādo illuminabis abscondita tenebrarum, & manifestabis consilia cordium.

Tibi cum patre & spiritu sancto laus, honor, uirtus & gloria, cū quibus unus es deus, uiuēs & regnans per secula infinita, Amen.

PAlcha nostrū tu immolat? es Christe: epulari nos fac in azimis ueritatis atq; mūditia. Corpora nostra tua sunt membra mundi saluatori & qui tibi adhæret, unus tecum fit spiritus uniuersorum creatorum.

Membra nostra templum tuum sunt spiritus sancte, quē a te habeamus Christe altissime, qui magno pretio nos redemisti tuo sanctissimo sanguine.

Glorificemus igitur & portemus te deum in corpore nostro, rationis iudicio, cultuq; diuino, illud iugiter subiuciendo.

Vnus quisq; proprium donum sortitur a te excelsio: alius quidē sic, alius uero sic a te deo trā quillo, qui in pace nos uocasti hoc loco.

Quilibet nostrum da digne ambulare sicut uocatus est. Qui uero te diligit deus, hic per approbationis scientiam tibi est notus condita mens.

Nobis unus est deus pater, tu pater æternus: ex quo omnia, & nos in te: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum omnimode.

Fidelis es deus qui nō finis nos ultra uires tentari, sed facis enim tentatione prouentum, ut ualeamus hanc pati.

Rom. 15

1 Cor. 1

Hier. 9
2 Cor. 10

Eia. 54
1 Cor. 2

1 Cor. 3

1 Cor. 4

1 Cor. 10

1 Cor. 6

1 Cor. 7
Eph. 4

1 Cor. 8

1 Cor. 10

1. Corin. 11

Calix benedictionis communicatio sanguinis tui est domine: panis quoque quem sumimus, participatio corporis tui est Christus.

Quicumque manducauerit panem hunc, & biberit calicem istum indigne, reus erit corporis & sanguinis tui redemptor mundi dignissime.

1. Corin. 12

Nemo o fili dei dicere tibi potest, dñs Iesus cū cordis affectu, nisi in spiritu sancto, cuius necessaria est motio in omni meritorio actu.

Alij per te spiritus sancte datur sermo sapientie, alij sermo scientie, alij gratia sanitatis, alij operatio uirtutū, o adorande paraclete.

Alij prophetia, alij discretio spirituum per te prastatur: alij interpretatio sermonū, alij donum linguarum per te clementer donatur.

Hæc omnia operaris tu unus idemque spiritus, prout tu ipse uis, diuidens singulis: que omnia tanquam uerus deus, liberrime efficis.

Tu diuersos in ecclesia statuisti gradus & ordines: primo apostolos, secundo prophetas, tertioque doctores.

Deinde uirtutes & gratias curationum ac opitulationes, gubernationes & linguas, sermonumque in superinterpretationes.

Magnificencia, gloria atque imperium patri & filio & spiritui sancto, per interminabile æuum, Amen.

1. Cor. 13

Sine charitate dei & proximi, nil nobis prodest o Christe ad uitam æternam. Charitas autem benigna & patiens fertur, non agens quid perperam.

Charitate non excidente, te deum ex parte cognoscimus ueniēte autem perfecto, euanescit quod ex parte est, credimus.

1. Cor. 14

Videmus nunc te domine per speculum in ænigmate, tunc uero facie ad faciem, si mundū sit cor nostrum, cernemus te.

Non paruuli efficiamur sensu, sed prauitate: omnia quoque honeste & secundum ordinem fiant in nobis, dirigente nos tua bonitate.

Non es dissentionis deus sed pacis o deus, origo scientie salutaris, qui ignorante ignorabis, Tu Christe mortuus es pro nostris peccatis auferendis: qui post mortē apparuisti Cepha:

2. Cor. 12

hinc undecim: post, simul fratribus plus quam quingentis.

Insuper uisus es Iacobo, deinde cunctis apostolis: postremo, uisus es Paulo, qui uas est tuæ electionis.

Gratia tua deus sum id quod sum: & gratia tua cor meum esse non finat infructuosum. Tu Christe resurrexisti a morte primitiæ dormientium: quia enim per hominem inducta est mors, & per te hominem est resurrectio mortuorum.

Et sicut in protoplasto omnes moriuntur, originale peccatū ab ipso trahēdo, ita in te Christe omnes uiuificabuntur, tuæ resurrectionis gloriam participando.

Deinde finis seculi, cum tradi deris regnum deo & patricum euacueris omnem principatum, potestatem, uirtutem in ordine uniuersi.

Cum autem subiecta fuerint omnia illi, tunc & tu fili dei subiectus omnibus innotesces patri, secundum formam serui.

Hoc, ut sis tu deus omnia in omnibus, non quasi formale esse eorum, sed præsidens cunctis & obiectaliter, frui tue atque causaliter, omnia existens beatis.

In te enim simplicissimo, uno summoque bono possident omnia, & tu eis es omnia: quoniam quicquid desiderant, cernunt & habent in tua essentia.

Gloria, beatitudo, imperium tibi trinitas adoranda, pater & filii ac spiritus sancte, quorum est unus in intellectus uoluntasque in diuina, Amen.

1. Cor. 15

Tu deus omnipotēs corpora electorū in resurrectione quatuor dotibus adornabis erūt enim clara, impassibilia, agilia atque subtilia nimis: ex ossibus tamen cōpacta & carnibus.

Primus homo de terra terreni: tu Christe homo cōditiōe secundus, de cælo cælestis. Sicut portauimus imaginem terreni, assimilati ei per culpam, sic tuam portemus imaginē o cælestis, tibi assimilati per gratiam.

Vniuersos tu domine suscitabis, sed solos electos immutabis: hocque in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba patrabis.

Denique mortali huic corpori immortalitate collata, absorpta erit mors in uictoria, quasi ab electorum catalogo prorsus deleta.

Tunc enim

Tunc enim uirtute & merito tuæ passionis saluator, dabit electis plenam immortalitatem, & impassibilitatem, sublimis, omnipotensque creator.

Gratias tibi deus, qui per Christū das nobis uictoriā: da nobis in bono stabilem atque immobilem mentem, in omni opere meritorio supereffluentem.

Scimus enim quod labor noster bonus, non sit in te aliquo modo inanis, qui unicuique secundū studia sua, & cordis sui intentionem atque amorem, retribuis.

Tua uirtute & gratia uigilemus, stemus in fide, uiriliterque agamus in spiritu sancto quoti die confortemur, & omnia nostra in charitate purissima faciamus.

Laus, hymnus & gloria patri ac filio cum spiritu sancto, creatori potenti, rectori sapienti, remuneratori iustissimo, Amen.

Laus dei ex secunda Pauli ad Corinthios epistola.

Benedictus est tu deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & uniuersæ consolationis internæ, spiritualisque gaudij: qui cōsolaris nos in omni tribulatione nostra per gratiam spiritus sancti.

Quemadmodum Christi filij tui passionis in nobis abundant, sic per Christum te operante, consolationes nostræ exuberant.

Non in nobis, sed in te domine deus confidimus: & gloria nostra testimonium sit conscientie nostræ tuæ gratiæ innitentis.

Tu deus es qui nos unxisti atque signasti, qui pignus spūs sancti in cordibus nrīs donasti. Gratias agimus tibi deus, qui nos semper triumphas in Christo, & notitiæ tuæ odorem manifestas per nos in omni loco: ad te bonus Christi odor sumus incessanter omni momento.

Fidutiam talem habemus ad te deus per Iesum Christum, qui non sufficimus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis meritorium, sed sufficientia nostra ex te est domine deus uirtutum.

Habentes denique spem talē in te, multa fidutia utimur innitendo clementiæ tuæ. Tu domine spiritus es, & ubi spiritus tuus, ibi uera libertas, à peccati & dæmonij iugo immunitas, atque sub tuo imperio ingenua ac nobilissima seruitus.

Danobis reuelata facie tuam domine gloriæ speculari, & in eandē deiformis assimilationis imaginem transformari à spiritu tuo, à claritate in claritate faciente nos progredi.

Deus qui dixisti de tenebris lumen splendescere, nostra irradiata intima animæ ad illuminationem claritatis tuæ scientiæ.

Theaurum supernaturalium donorum tuorum habemus in uasis fictilibus, fragilibus istis corporibus, ut sublimitas sit tuæ uirtutis, & nequaquam ex nobis.

Semper mortificationem tuā Christe nostro circumferamus in corpore, quatenus uita tua manifestetur in eo, rationi in omnibus obediente.

Quamuis is qui foris est noster homo corrupat, is tamen qui intus est, tua deus gratia cotidie renouetur ac perficiatur.

Id quod in præsentī est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternū gloriæ pondus operatur in nobis, contēplantibus inuisibilia tua domine.

Sempiternus honor, interminabile regnum & gloria infinita, tibi super gloriosissime trinitati, cuius est purissima ac supergaudiosissima uita, Amen.

Simus domine, quod domum non manufactā nobis præparasti in cælis: ad quam adīpiscendam, cum gemitu suspiramus exulantes in terris.

Cum enim in hoc corpore cōmoramur, à te deus omnipotēs peregrinamur, quia per fidem non per speciem ambulantes, à patria & plena beatitudine elongamur.

Pro omnibus tu occisus es fili dei, ut qui uiuunt non sibi uiuant sed tibi, in quo erat pater mundum reconcilians sibi.

Tu Christe qui peccatum non noueras, pro nobis factus es peccatum, quia ut homo fieres, occasio fuit nostrum piaculum, ut efficeremur iustificati per tuum ministerium.

Da ut nulli demus aliquā offensionem, ne uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus puram tibi exhibeamus ministracionem, per stabile exercitium uniuersarum uirtutum.

Munda nos domine ab omni inquinamento carnis & animæ: per fice sanctificationem in nos, in tuo casto ac filiali timore.

1. Cor. 8 Tu Christe propter nos factus es pauper cum esses diues, ut tuæ inopiæ merito locupleta remur, suscipiendo à te gratias spirituales.
 2. Cor. 9 Potenses domine qui hilarè datorè diligis, omnè gratiã facere superabũ dare in nobis: qd te facere, cordialissime petimus: gratias tibi agimus super tuis inenarrabilibus donis.
 1. Cor. 10 In carne ambulantes, non secundum carnẽ militemus: gloriantes quoq; non in nobis, sed in te domine exultemus.
 2. Corin. 12 Tu deus piissime Paulum in paradysum & usq; ad tertiũ cœlũ rapuisti: tu ei uerba arcana quæ non licet homini loqui, mirabiliter reuelasti.
 1. Cor. 13 Deus pacis ac dilectionis, tu cum pacem habentibus esse dignaris.
 Gratia tua Iesu Christe, & charitas tua pater æternæ atq; cõmunicatio donorum tuorũ spiritus sancte, sit semper cum omnibus nobis piissime.
 Tibi pater sancte filiũq; adorandẽ, cum super gloriosissimo paracleto laus, honor, uirtus, gloria, per omnia secula, in terra & in cœlo, Amen.

Laus dei ex Pauli ad Galatas epistola.

Gal. 1 **I**n Iesu Christe dedisti te ipsum pro nostris peccatis in mortẽ, ut eriperes nos de præfenti seculo in equã, secundũ dei patris, cui est sempiterna gloria, uoluntatẽ. Tanta est mundi redemptor tuæ euangelicę legis firmitas, certitudo & ueritas, ut licet apostolus aut angelus de cœlo euangelizaret contrarium, anathema habendum esset & falsitas.

Gal. 2 Qui hominibus querit inaniter cõplacere, tuus Christe non potest seruus consistere. Tu deus personam non accipis hominis, nec iustificas quenq; ex Moisaicę legis operibus: sed per fidem formatam, & euangelium saluatoris.

Gal. 3 Tibi Christe confixus sum cruci: uiuo itaq; iã nõ ego mihi, sed tu in me cõformãs me tibi. Quod aut nunc uiuo in carne, in fide tua uiuo dei unigenitẽ: qui dilexisti me, & tradidisti temetipsum pro me.

Gal. 4 Non sic dñe stulti efficiamur, ut quĩ spiritu cõperimus, carne miserabiliter cõsumemur. Tu Christe nos redemisti à legis male dicto, factõ pro nobis male dictũ, suspiẽsus in ligno. Omnes filij tui sumus deus pater, per fidẽ Iesu filij tui: quẽ plenitudine tẽporis adimpleta, in mundum misisti: natumq; ex uirgine, subditum legi.

Gal. 4 Ut eos qui sub lege erant redimeret: adoptionemq; filiorũ à te omnis homo susciperet. Tibi fili dei cum patre & spiritu sancto omnis honor, uirtus & gloria, in interminabili æuo, Amen.

Gal. 4 Quoniam adoptiui filij tui sumus pater altissime, misisti spiritum naturalis ac unicifilij tui in corda nostra piissime, qui clamare nos facit, Abba pater, ad te.

Gal. 5 Hinc Christianus nõ est tuus tantũmodo seruus, sed amicus, hæres & filius. Bonũ semper æmulemur in bono Christe rex omnium, in quo circumcisio nihil ualet, neq; præputium: sed fides per dilectionem operans, efficit tibi gratum.

Gal. 6 Opera carnis iniqua aufer clementissime deus semper à nobis: & fructibus spiritus sancti nos imple penitus, charitate, gaudio, patientia, mansuetudine, pace, ac reliquis.

Gal. 6 Non esse nos desinas inanis glorię cupidos, inuicem prouocantes ac inuidentes: sed præocupatum in quocunq; delicto, in spiritu lenitatis simus humiliter instruente.

Gal. 6 Da nobis Christe carnem cũ uitijs & concupiscẽtijs crucifigere aliorum onera pie & charitative portare: nihil nos reputare.

Gal. 6 Fac nos in spiritu seminare: ut de spiritu uita æternã metamus: qui em̃ in carne seminãt, de carne corruptionem & condemnationem messuros non dubitamus.

Gal. 6 Cum tẽpus habemus operemur bonum ad omnes, præcipue ad credentes. Mihi in super absit gloriari, nisi in cruce tua Iesu Christe domine mi: per quem mĩ dus crucifixus sit mihi & ego illi: adhærendo cruciformiter tibi.

Gal. 6 Stigmata tua Christe in corpore meo iugiter portem: cui cum patre & spiritu sancto est honor, gloria & maiestas in finem.

Laus dei ex Pauli ad Ephesios epistola.

Eph. 1 **B**enedictus es deus et pater dñi nostri Iesu Christi, qui in Christo benedixisti nos omni benedictione spiritali cœlesti.

Eph. 1 Elegisti nos ante cõstitutionẽ mĩ di, ut essem? sc̃i & immaculati i charitate pfecti. Prædestinasti nos in adoptionẽ filiorũ per Iesum Christũ in ipsum, secundũ uoluntatis tuæ propositum: in laudem glorię tuæ & gratiã præconium.

In qua gratificasti nos in dilecto filio tuo: in quo redemptionem habemus ipsius sanguinis pretio.

Tu deus omnia operaris secundum consilium mentis tuæ: ut simus in laudem glorię tuæ deus æternæ.

Credẽtes signasti nos domine spiritu sancto promissionis: qui pignus est nostrę hæreditatis cœlestis, in laudem glorię creatoris.

Pater Christi, deus glorię, da nobis spiritum sapientiæ in agnitiõẽ ueritatis tuæ, ut efficaciter cognoscamus quæ sit spes uocationis nostrę, & eminẽtia in electis gratiã tuã.

Potentiam tuã uirtutis deus pater es operatus in Christo, illum resuscitãs à sepulchro: cõstituensq; ad dexteram tuam in cœlo.

Supra omnem Principatum, Potestatem, Virtutem & Dominationem illum sublimasti: & supra omne nomẽ quod nominatur in seculo isto atq; futuro, hunc eleuasti.

Ipsũ quoq; de disti caput super omnem ecclesiam quæ est corpus ipsius: in dõ omni ecclesiasticæ atq; angelicæ hierarchiæ eũ præfecisti, secundũ formã assumptæ humanitatis.

Tu deus qui diues es in misericordia, propter nimiam charitatem qua nos dilexisti, cũ essemus mortui peccatis, Christo nos uiuificasti.

Gratia tua Christe sumus saluati per fidem & non ex nobis: donum etenim tuum est nõ ex nostris operibus, ne glorietur inaniter aliquis.

Tua domine sumus factura, creati in Christo in operibus bonis: quæ præparasti o deus, ut coram te ambulemus in eis.

Tu Christe es pax nostrã qui fecisti utraq; unum, per crucẽ interficiẽs inimicitias in teipso, tollendo peccatum: per te omnes accessum habemus in uno spiritu ad deum æternũ.

Tibi pater incomprehensibilis, & fili cum spiritu sancto omnis adoratio, hymnus & gloria sine fine, Amen.

Eph. 2 **E**cce nos Christe ciues sanctorum tuorum & domesticos dei, ut non simus hospites peregrini atq; extranei.

Eph. 2 Gentes factæ sunt cohæredes, concorporales & cõparticipes promissionis diuinæ in te Iesu Christe, per quem facti sunt homines diuinæ consortes naturæ.

Pater Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, da nobis secundum diuitias glorię tuæ corroborari in anima per spiritum sanctum, qui nobis à te clementissime infundatur, ut Christum per fidem in nostris cordibus iugiter commoretur.

Da nobis domine scire supereminẽtem scientiã & charitatem Christi, ut impleamur in oẽm plenitudinem tuã conditor uniuersi.

Tibi qui potens es omnia facere abũdantiũ q̃ petimus aut in telligere possumus, secundũ uirtutem tuã qua operaris in nobis, sit gloria in generationibus cunctis.

Da nobis digne ambulare uocatione qua sumus uocati à te, cũ omni humilitate, paciẽtia & mansuetudine, supportates inuicẽ in charitate, solliciti seruare unitatẽ sp̃s in uinculo pacis, Vnuses deus & pater oĩm q sup oēs, & p oĩa, atq; in oĩbus nobis consistis per euuim.

Unicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis tuæ Christe: qui per incarnationis mysterium, descendisti in inferiores partes terrę.

Qui descendisti, ipse es qui ascendisti super cœlos omnes: ut tua dominatione, operatione & gratia, omnia adimpleres: non esse permittas nos paruulos fluctuantes, omni uento dotinæ circumagitaros atq; uagantes.

Tibi unigenito dei cum patre & spiritu sancto omnis honor, beatitudo et gloria: cũ quibus es unum esse & posse, una uirtus & deitas atq; essẽtia, Amen.

Eph. 4 **F**ac nos domine deus altissime, renouari spiritu mentis nostrę: nouumq; hominem secundum deum creatum induere, in iustitia & ueritatis sanctitate.

Fac nos inuicem benignos, misericordes & ignoscẽtes, sicut tu deus in Christo donasti nobis: qui roties inuenimur transgredientes.

Fac nos deus benedicte imitatores tuos sicut charissimos filios, ut ambulemus in dilectione quemadmodum Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ & hostiam tibi patri in odorem suauitatis.

Imple nos pater per Christum spiritu sancto, ut nobis ipsis loquamur in hymnis, psalmis & canticis spiritalibus corde deuoto.

Cantantes & psallentes in cordibus nostris tibi domine: gratias referẽtes tibi in omnibus deus pater, in Christi tui filij nomine.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Tu Christe dilexisti ecclesiam tradens teipsum pro ea, ut illam sanctificares mundans laua cro aquae in uerbo uitae, baptismatis forma.

Ephes. 5

Ut exhiberes tibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, rugam aut similem deformitatem. Conforta nos deus tua uirtute & gratia: indue nos tua armatura, ut stemus inuicti contra diaboli machinamenta.

Indue nos lorica iustitiae & fidei scuto: galea quoque salutis, & gladio spiritus qui est dei sermo. Non enim est nobis dux atque aut principaliter luctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra apostatae caeli militiam, omnem potestatem aeream. Indefinenter da nobis te domine exorare in spiritu deus trine & simplex, cui est honor & gloria, cum omni patrie cultu, Amen.

Laus dei ex Pauli ad Philippenses epistola.

Philip. 1



Confidimus domine quia tu qui coepisti bonum in nobis, perficies illud usque in horam mortis & diem saluatoris.

Oramus, ut charitas magis ac magis, in scientia & in omni sensu spirituali abundet in nobis, ut potiora probantes, sinceri & sine offensione simus in laudem & gloriam tuam deus.

Reple nos domine fructu iustitiae per Iesum Christum, ut omni fiducia Christus magnificetur in corpore nostro per uitam & obitum.

Nobis uiuere Christus sit & mori lucrum, ut desideremus dissolui & esse cum illo, contempnantes te deum.

Da nobis pater non solum in Christum credere, sed omne aduersum pro eo gaudentes & aequanimiter ferre.

Nihil per contentione aut inanem gloriam operemur, sed per humilitatem superiores nobis inuicem ac

Tu Christe cum in forma dei es ueram habendo deitatem, non rapinam arbitratus esse te deo patri aequalem:

Sed te ipsum exinanisti per incarnationem, formam serui accipiens in similitudinem naturalem, humiliasti te ipsum factus obediens usque ad crucifixionem: hinc deus te exaltauit, dans tibi nomen quod est super omne nomen:

Eph. 4.5

Philip. 2

Ut in nomine tuo omne coelestium, terrestrium, infernaliumque genua flectatur: & omnis lingua te Iesum Christum in dei patris esse gloria fateatur.

Da nobis cum metu, timore atque tremore nostram operari salutem: tu enim es dominus qui operaris in nobis uelle & perficere, per tuam bonam uoluntatem.

Omnia sine murmuratione & haesitatione agamus, ut sine querela simplices filii dei deus omnipotens iugiter consistamus.

Philip. 3

In medio nationis peruersae, fac nos uelut luminaria sancte uiuendo, lucere. Quae nobis fuerunt in aniter lucra, reputemus propter te Christe ut detrimenta.

Et propter eminentem tuam o filii dei scientiam, ut te iustificiamus, omnia haec terrena & uana, ut stercorea contemnamus tibi cum patre & spiritu sancto, honorem semper & gloriam, humiliter impendamus, Amen.

Philip. 4

Da deus sublimis, ut quae retro sunt obliti, ad anteriora extendamus nos ipsos, ad destinationem sequentes, ad brauium supernae uocationis erigentes animos nostros.

Nostra conuersatio in caelis semper sit dominice enim saluatore praestolamur o Christe qui reformabis corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis tuae.

In te domine semper gaudeamus: & tanta sit nostra modestia, ut innotescat cunctis hominibus & te uerbo nos confortante, omnia possumus.

Philip. 4

Pax tua deus omnem sensum exuberans, corda & intelligentias nostras sit semper in Christo conseruans.

Quaecumque uera, pudica, iusta, sancta, amabilia cogitemus: & desideriorum nostrorum impletionem secundum diuitias tuas in gloria, a te domine impetremus.

Sempiternum imperium, omnis gloria atque felicitas, tibi pater & filii ac spiritu sancte simplex deus, ineffabilis trinitas, Amen.

Laus dei ex Pauli ad Colossenses epistola.

Col. 1



Imple nos domine agnitione uoluntatis tuae in omni sapientia & intellectu spirituali, ut digne te ambulemus in omni uirtute firmati: crescetes in scientia dei.

Gratias tibi pater, qui dignos nos fecisti in parte sortis sanctorum in lumine: qui praeuisti nos de potestate tenebrarum, transferes nos in regnum filii dilectionis tuae.

Qui

DE LAUDIBVS DEI.

Qui est imago tua inuisibilis, naturalis, perfecta: primogenitus omnis creaturae: per quem & in quo, creata sunt omnia.

Tu Christe es caput corporis ecclesiae, in omnibus primatum tenens perpetue: quia in te complacuit patri omnia plenitudinem inhabitare, atque per te omnia reconciliare.

Per mortem tuam saluator exhibe nos sanctos & irreprehensibiles coram te, fundatos atque immobiles in euangelij fide & spe, feruentes in charitate.

Coloss. 1

In te Christe omnes sapientiae & scientiae thesauri extant absconditi: in te omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, in quo sumus repleti.

Tu caput es omnis principatus & potestatis: in quo spiritaliter circuncisi sumus, in exproliatione uitiorum carnis mortalis.

Col. 3

Di filii dei tecum confurgere: quae sursum sunt amare & sapere: ubi tu resides ad dexteram patris rex gloriae.

Expolia nos ueterem hominem cum suis actibus domine: & nouum nos indue, qui renouatur in tua agnitione, secundum imaginem tuam creator simplex ac trine.

Indue nos sicut electos uiscera pietatis, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam cordis: ut inuicem supportemus & ignoscamus, si contra alium querelam habeat aliquis.

Super omnia imple nos charitate uinculo perfectionis: & pax tua Christe exulet incessanter in cordibus nostris.

Verbum tuum Christe habiter abundanter in nobis in omni sapientia, ut doceamus atque hortemur nos inuicem in hymnis, psalmis & canticis: cantantes tibi deus in gratia.

Quicquid facimus uerbo aut opere, in nomine tuo agamus Iesu Christe, gratias referentes semper in omnibus deo patri per te.

Col. 4

Orationi in stemus omni tempore: uigilantes in ea in gratiarum actione.

Da nobis sapienter ad eos qui foris sunt ambulare: sermonem quoque in gratia sale conditum habere: ut sciamus quomodo nos unicuique oporteat respondere.

Da subditis praelatos suos humiliter, ordinate ac diligenter admonere, dicendo: Videte misterium quod accepistis in domino, ut ualeatis hoc adimplere.

Tibi sublimi trinitati, patri, filio, spiritui sancto gloria & maiestas, semper & ubique, in terra & caelo, Amen.

Laus dei ex prima Pauli ad Thessal. epistola.

1. Thess. 1

Da nos domine loqui non quasi hominibus placetes, sed tibi deus omnipotens, qui noscitur & comprobatur mentes.

Sermo adulationis nunquam inueniatur in nobis: nec ab hominibus unquam gloriam requiramus.

1. Thess. 2

Haec est domine uoluntas tua sanctificatio nostra, ut uas suum seu corpus possideat quilibet nostrum in sanctificatione & honore, qualibet hora.

Da ut in bonis operibus amplius abundemus: quieti uacemus: ad extraneos honeste ambulemus: nec alicuius aliquid desideremus.

Quemadmodum credimus quod tu Iesu mortuus fuisti & resurrexisti: sic credimus quod eos qui dormierunt deus tecum adducet in die iudicij.

Tu enim Christe altissime in iussu, in uoce archangeli & in tuba dei descendes de caelo: & mortui qui in te sunt resurgent primi tempore illo.

Tunc & hi qui pro tunc adhuc uiui in terra inuenientur, simul cum illis obuiam tibi Christo in aera rapiuntur: & sic semper tecum in regno caelorum: data sententia, commorabuntur.

1. Thess. 3

Dies tuus domine quasi sur in nocte creditur esse uenturus: cum enim indurati dixerint, Pax & securitas, interitus eis superueniet repentinus.

Da nos mutuo consolari & edificare: praelatos & laborantes inter nos abundantius amare: propter opus illorum, pacem cum illis seruare.

Fac nos inquietos corrumpere: pusillanimes consolari: infirmos sustinere: ad omnes patientiam demonstrare ac operari.

Fac nos in te semper gaudere: sine intermissione orare: in omnibus gratias agere: ab omni mala specie abstinere.

Tu deus pacis sanctifica nos pie per omnia, ut integer spiritus noster, corpus & anima, seruetur in Christi aduentu sine querela.

Apost. 2

Gratiarum actio, adoratio, hymnus & gloria, tibi omnipotens trinitas, pater & filii ac spiritus sancti, uniuersa per secula, Amen.

Laus dei ex secunda Pauli ad Thessal. epistola.

2. thess. 2.



Ac fidem nostrā supercrescere deus: charitatē uniuersūq; abundare in alium plenius.

Impiū sustinebunt æternas in interitu pœnas à facie glorię manifestatis tuę Chrīste, cum ueneris glorificari in sanctis, & ammirabilis fieri in omnibus qui crediderunt in te.

2. thess. 2.

Dignare nos deus uocatione tua sancta: & imple omnem uoluntatem bonitatis tuę in nobis semper, pietate æterna.

Tu Chrīste illum iniquum perditionis filium interficies spiritu oris tui, destruens illum illustratione aduentus tui: qui tantos seducet uia calliditatis multiplici.

Mat. 6

2. thess. 3.

Deus pater qui dilexisti nos dans nobis consolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortare clementer, & roborare semper corda nostra.

Libera nos à malis & importunis hominibus; ut & subtrahamus nos ab omni fratre ambulante inordinate, perdurante in uitij.

Domine deus pacis, da nobis pacem sempiternā in omni loco: cui honor, beatitudo & gloria sine fine, deo simplici uni ac trino, Amen.

Laus dei ex prima Pauli ad Timoth. epistola.

1. timo. 2.

Fidelis præcepti tui Chrīste est charitas uera, de corde puro, conscientia bona, & fide nõ ficta.

Fidelis sermo & omni acceptione dignissimus: quia tu Chrīste dei unigenite, in hunc mundum es missus saluare peccatores, quorum ego sum primus.

1. timo. 2.

Tibi omniū regi seculorū immortalis, inuisibilis, soli deo honor & gloria, in seculum seculi.

Obsecramus, postulamus, oramus & gratias agimus tibi domine deus: pro cunctis hominibus, regibus, & omnibus in sublimitate constitutis:

Ut ita gubernentur & perficiantur à te, q̄ quietam atq; tranquillam uitam agamus in omni pietate & castitate.

Tu deus omnes homines uis saluari, & ad ueritatis cognitionem perducere.

Vnuses domine deus: & unus inter te & nos mediator Iesus Chrīstus: qui seipsum redemptionem dedit pro omnibus.

Da nobis orare te in omni loco & tempore: leuantes puras manus cum seruore, sine ira & disceptatione.

1. timo. 3.

Episcopos & sacerdotes fac domine irreprehensibiles, prudentes, pudicos, moribus adornatos, hospitales, doctores, castos & sobrios: omniq; uirtute fulcitos.

Diaconos similiter fac pudicos, non bilingues, sobrios, non auaros: mysterium fidei in conscientia pura habentes.

Eodem

Summę trinitati, deo æterno honor, uirtus & gloria: patri & filio cum spiritu sancto, Amen.

Plane tu uerbum dei in carnatum, magnum es pietatis sacramentum: manifestatum in carne, iustificatum in spiritu, uisum angelis, prædicatūq; hominibus creditum mundo, assumptum in gloria.

Fac in pietate ad omnia utili nos iugiter exerces: ipsa enim promissionem habet uitę præsentis atq; futurę in regno coelesti.

Speramus in te deum uiuum, qui saluator es omnium hominum, præsertim fidelium.

Fac nos exemplares fidelibus in uerbo & uitam in charitate quoq; fide & castitate, ac omni modestia.

1. timo. 4.

Da prælatos uacari lectioni, exhortationi, doctrinæ: & omnibus nobis concede gratiam tuam nequaquā negligere.

1. tim. 6.

Da sine præiudicio iudicio recto nil agere: habentes alimenta & quibus tegamur cōtentos extiteres: fideiq; bonum certamen certare.

Ibidem.

Apoc. 17. & 19.

Te Chrīstum suis temporibus ostender, beatus & solus potens rex regum & dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus in hac uita potest conspiciere hominum.

Da diuites seculi non superbire, neq; in incerto diuitijs cōfidere, sed facile tribuere: in operibus bonis discere: in te sperando diuitias ordinate expendere.

Tibi pater æterne cum filio & spiritu sancto honor, regnum & gloria imperium, adoratio, magnificentia, hymnus, reuerentia sempiterna, Amen.

Laus dei ex secunda Pauli ad Timotheum epistola.

Non



On dedisti nobis domine deus spiritum seruilis timoris sed uirtutis, dilectionis & sobrietatis: ut seruimus tibi deuotissima promptitudine mentis.

2. timo. 1.

Testimoniū tuum Chrīste non erubescamus, cuius gratia non secundum opera nostra nos à deo patre uocatos cognoscimus: qui ante omnia tempora secularia,

gratiam suam in te dare disposuit nobis.

Tu saluator mortem destruxisti: uitam uero & incorruptionem illuminasti.

Si tibi Chrīste cōmōrtui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, cōregnabimus tibi in caelis.

2. timo. 2.

Fac nos pater laborare ut decet bonos milites Chrīsti, ne impliciti sumus negotijs secularibus sed tu in omnibus nobis des intellectum rex mundi.

Da ut tibi nos exhibeamus probabiles: operarios inconfusibiles: uerbum ueritatis recte tractantes.

Da prophana & inaniloquia deuitare, nec uerbis contendere: & iuuenilia desideria fugere.

2. timo. 3.

Seruū tuum Chrīste non decet litigare, sed mansuetum, docilem, patientemq; esse: & eos q̄ resistunt ueritati, modeste corrūpere.

Omnes qui in te uolunt pie uiuere Iesu Chrīste, persecutionem patientur, & copiosissimū præmium sortientur à te.

2. timo. 4.

Da prælati ut prædicent uerbum: in festis opportune: arguant, obsecrēt populum sibi commissum, in omni patientia & doctrina uirtutum.

Omnis maiestas, honor & dignitas, hymnus & gloria tibi sit beatissima trinitas, pater & filius ac spiritus sancte, quorum est indiuisa essentia, Amen.

Laus dei ex Pauli ad Titum epistola.



Acerdotes atq; episcopos fac domine deus sine crimine esse: superbiam, iram, in-

Titum 1.

temperantiam, & uolentiam cupiditatemq; fugere.

Alia, uisibilem

Fac eos hospitales, sobrios, benignos & continentissimos, sanctos, eruditos, suū officium efficaciter exequentes.

cliam,

Senes & anus, adolescentulas, seruos & iuuenes orna uirtutibus, quæ singulis eorum sunt conuenientes.

Titum 2.

Apparuit gratia tua deus saluator Iesu Chrīste cunctis hominibus, erudiens nos, ut omne malum abnegantes, sobrie, iuste & pie uiuamus cunctis diebus.

Ibidem,

Expectantes beatam spem & aduentum glorię tuę magne deus, saluator noster Iesu Chrīste, qui es pro nobis oblatas.

Dedisti teipsum pro nobis o fili dei, ut nos ab omni iniquitate redimeres tibi: mundares quoq; & faceres nos populum acceptabilem, opere bonorū sectatorem rex caeli.

Titum 3.

Apparuit benignitas & humanitas tua Chrīste saluator, non secundum opera iustitię nostrę, sed secundum misericordiam tuam nos saluasti creator.

Per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudisti abunde in cor populi tui electi.

Ut iustificati gratia tua, hæredes simus uitę æternę in patria.

Sempiterna gloria, omnis honor & dignitas tibi sit pater æterne, fili dei adorande, summe paraclete, altissima trinitas, Amen.

Laus dei ex epistola Pauli ad Hebræos.



Uitæ facie multisq; modis tu deus pater, olim ante legem, & sub lege loquens patribus per prophetas, nouissime tempore euangelicę legis & gratiæ, locutus es nobis per filium tuum qui est uerus Messias.

Heb. 1.

Quem constituisti hæredem uniuersorum secundum naturam humanam: per quem fecisti secula uniuersa, secundum diuinam eius naturam.

Qui cum sit splendor glorię atq; character substantiæ tuę, portansq; omnia sua uirtute & emundans à crimine, sedet ad dexteram maiestatis tuę diuinę.

Tanto secundū naturā assumptā angelis melior atq; sublimior factus, quanto præ illis nomen hæreditauit differentius, ut dicatur filius tuus naturalis, uerusq; deus.

Nulli enim angelorum locutus es dominet: Filius meus es tu, ego hodie genui te:

Psal. 2.

Omnes enim, te disponente, sunt administratores spiritus: in ministerium missi propter electos tuos deus sancte, immortalis & fortis.

Diligentissime nos oportet tuos obseruare sermones filii dei incarnate, cum tam districtè seruari sint iussa legis Mosaicę uerba, per angelos data;

Confirmasti

Confirmasti euangelicam legē domine deus signis diuersis, magnis portentis, uarijsq; uirtutibus, & distributionibus spiritus sancti copiosis.

Non angelis sed Christo homini subiecisti deus orbem terrarū futurę: quem merito suę passionis, scimus à te gloria & honore coronatum: qui gratia tua pro omnibus gustauit mortis supplicium.

Decebat te Christum propter quem & per quem omnia, qui multos filios saluasti in gloria, per mortis passionem consummari, pro illorū salute æterna.

Hinc discipulos tuos non cōfundebaris fratres uocare, qui tua morte destruxisti diaboli, qui habebat mortis imperium domine, eiciens illum à fidelium corde.

Non angelos sed semen Abrahamę apprehendisti: qui ex eius progenie, humanam naturam dignantissime assumpsisti.

Heb. a Hinc debuisti per omnia fratribus assimilari: detrahilibus demptis defectibus de fratribus, quibus non decuit te uitari.

Hoc ideo Christe ut misericors fieres secundū manifestationem, pontifexq; fidelis ad deū, repropitiando mundi præuarcationem.

In quo enim tu pati dignatus es & tentari, potens es domine Iesu tentatis semper auxiliari, Tibi cum patre & spiritu sancto honor immēsus & gloria infinita: cū quibus unus es deus, una potentia, unaq; uita, Amen.

Heb. b **T**V Christe confessionis nostrę es pontifex atq; apostolus secundum quod missus, qui deo patri in domo sua sancta ecclesia, fuit si fidelis ut filius.

Dane unq; corda nostra tuis auditis sermonibus obduremus: sed inuicem efficaciter nos hortando, obstinationem fraudis peccati uitemus.

Heb. 4 Timeamus ne relicta promissione intrandi tuam requiem domine, inueniatur quis nostrū ab electorum tuorū grege deesse.

Uiuus est sermo tuus, uerbu & filius tuus, deus pater æternę: efficax & penetrabilior omni ancipiti ens emec est aliqua creatura inuisibilis ei, cui nota & nuda sunt cuncta clarissime.

Habentes pontificem magnum qui penetravit celos te Iesum filiū dei, accedimus cū fiducia thronum gratiæ ut misericordiam consequamur, mediante plenitudine meriti tui.

Heb. 5 Non te ipsum Christe ut pōtifex fieres clarificasti, sed qui locutus est tibi, Filius meus es tu, ego hodie genui te,

In diebus carnistuarū in seculo isto, preces patri tuo cum clamore ualido & lachrymis obtulisti: pro tua reuerentia exauditus ab eo, quo ad id quod deliberata ratione petisti.

Cumq; dei filius esses, didicisti notitia experimentalis obedientiam ex his, quę passus es in carne tua mortali.

Consummatus demum, per passionem factus es causa æternę salutis omnibus tibi obtemperantibus: qui appellaris pontifex iuxta ordinem Melchizedech, in scripturis diuinis.

Perfectos nos effice, & exercitatos fac nos sensus habere: ut solidum cibum à te domine ualeamus accipere.

Non iniustus es domine, ut operis nostri & dilectionis obliuiscaris: fac nos illorum solictos imitatores, qui fide & patientia hæreditauerunt promissiones.

Tibi trinitas supergloriosa, deitas una, pater & filii ac spiritus sancte hymnus, uirtus, adoratio, gloria, in omni ecclesia militante ac triumphante, Amen.

Heb. 6 **A**Braham amicus tuus, longanimiter ferens, tuam domine adeptus est promissionem cuius exemplo fac nos spem tenere in te firmam ac tutam ut ancoram.

Heb. 7 Translato sacerdotio transfers & legemō Christe: quem certum est natum esse ex semine Iudæ.

Nil ad perfectum adduxit lex Moyfi: à te autem melioris introductio spei, per quam dñe deus appropinquamus tibi.

Tu Christe eo q; maneat in æternum, sempiternum habes sacerdotium: hinc in perpetuum potes saluare, per te ipsum accedens ad deum: semper uiuens ad interpellandum pro salute omnium nostrorum.

Decuit nos habere pontificem sanctum, innocentem, impollutū: à peccatoribus segregatum, & excelso rem celis statutum.

Heb. 8 Pontificem te habemus Christum ad dexteram sedis paternę sedentē: sanctorū & ueritatis bernaculi à te deo non ab homine fixi, ministrū præminentē.

Heb. 9 Tu Christe assistens patri pontifex futurorū: honorum celestium, tabernaculū celeste amplissimū

plissimum, non in sanguine hostiarum legalium, sed per sanguinē ingressus es proprium. Sanguis & cinis sacrificiorum, irrationalium rerum legis, iniquitatos ad carnis emundationem sanctificauit, multo amplius sanguis tuus Christe, qui spiritum sanctum te ipsum obtrulisti immaculatum deo, conscientiam nostram à uitijs ad seruendum deo uiuenti, mūdabit.

Hinc noui mediator es testamenti: ut morte tuā intercedente pro remissione omnis peccati, & eius quod erat in testamento priore legali, repromissionem accipiant æternę hæreditatis electi.

Non in manufacta sancta uerorum exemplaria ingressus es Christe, sed in ipsum cœlū empyreum, ut uultui dei patris pro nobis non cesses apparere.

Tibi patri superessentiali & filio cœquali, & sancto spiritui utriq; consubstantiali laus, honor, uirtus & gloria in toto hoc seculo, atq; in regno patrię æternali, Amen.

Heb. 8 **S**emel oblatu es domine Iesu ad exhaurienda multorum peccata: secundo sinē peccato apparebis expectantibus te in salutem, cum maiestate & gloria.

Tu Christe unam pro peccatis offerens hostiam, propriam carnem, æternaliter sedes ad patris altissimi dexteram: expectans donec in effectu ponantur omnes inimici tui, pedū tuorum scabellum in palam.

Vna oblatione consummasti in sempiternū sanctificatos: hinc accedere fac nos in plenitudine fidei & conscientia munda ad te: spei nostrę confessionem in declinabilem obseruantes.

Heb. 10 Terribilis est dñe dies tui iudicii, & æmulatio ignis tuos aduersarios incensuri: quid enim horribilius, q̄ incidere manus tuas deus uiuens, domine uniuersi?

Consideremus quę tua sunt domine deus inuicem, in prouocatione charitatis operumq; bonorum, non deserentes collectionem nostram, propter consuetudinem aliquorum: sed eo amplius consolantes, quo magis constat appropinquare diem mortis atq; iudicii.

Non amittamus domine confidentiā nostrā, quę magnā à te habitura est remunerationē, Patientiam nobis præcipue necessariam præsta: ut tuam uoluntatem implentes, obtineamus gaudia sempiterna.

Iusti tui uiuent ex fide: qui si subtraxerint se, non placebunt animę tuę.

In fide equidem te testimonium bonum consecuti sunt senes & patriarchę: per quam itelligimus aptata esse secula uerbo tuo pater æternę.

Deniq; sine fide impossibile est tibi deus placere: tam q̄ sis, & remunerator inquirentium te confitens, accedentem ad te necesse est credere.

Iuxta fidem defuncti sunt domine ueteres sancti repromissionibus non accēptis: sed à longe eas aspicientes, salutantes & confitentis: quoniam peregrini & hospites sunt, in terra exili huius.

Per fidem sancti tui uicerunt regnā: operati sunt iusta: adepti sunt repromissa bona, æternā, celestia.

Gloria, magnificentia, regnū, maiestas patri & filio ac spiritui sancto, summę trinitati quę unā est diuinitas, Amen.

Heb. 12 **D**A domine omne pondus à te retrahens, & circumstantans nos peccatū abijcere: per patientiamq; propositum nobis certamen decurrere, aspiciendo in te Iesum fidei autorem, qui proposito tibi gaudio, maluisti crucis supplicium ferre.

Recogitemus te, qui talem aduersum te à peccatoribus sustinulisti contradictionem: ut nō fatigemur animis nostris, sustinendo quamcunq; tribulationem.

Disciplinam tuā non negligamus, nec fatigemur in ea: quem enim amas castigas: & omnē quem recipis filium, flagellas sapientia increata.

Si patri carnali obedire tenemur, quantum magis tibi patri spiritui obtemperare astringimur: Da pacem & sanctimoniam sequi: sine quibus nemo uidebit te deum cœli.

Te precamur, ne qua in nobis radix amaritudinis germinet: qui & à te nos ipsos impediāt & alios inquinēt.

Accessimus domine ad montem Sion, ciuitatē tuā deus uiuens, Ierusalē cœlestē, multorūq; militū angelorū frequentia: & primitiuorū in celis conscriptorū ecclesiam.

Charitate fraternitatis & hospitalitatis fac esse nobiscū: honorabile connubiū & thorus immaculatus, sit omnium Christianorum.

Heb. 13

Doctrinis

Doctrinis uarijs & peregrinis non abducamur, sed corde per gratiam tuam iugiter stabi-
liamur.

Tu Christe ut sanctificares per tuū sanguinē plebē, pati dignatus es extra portam.
Da nobis exire ad te extra: improperiū tuū portemus in anima, omniq; conuersatione nostra,
Non habemus hęc domine manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: per te Christe
semper offerimus deo hostiam laudis.

Beneficentię & communionis non obliuiscamur, quoniā talibus hostijs te deū meremur.
Da ut nostris rite obediamus p̄positis: quatenus cum gaudio nostri profectus, & non ge-
mentes p̄sident nobis.

Deus pacis qui eduxisti de morte pastorem magnū Christū, in omni bono nos apta uirtu-
tum, ut tuam in omnibus faciamus uoluntatem, per gratiam Christi & meritum.

Sanctitas, beatitudo, imperium tibi trinitas benedicta: pater & fili ac spiritus sancte, deitas
simplex & incircumscripta, Amen.

Laus dei ex Canonica Iacobi apostoli.

Iaco. 1



Mne gaudium da nos aestimare deus omnipotens, cū diuersas incidimus ten-
tationes, ut simus perfecti & integri in nullo deficientes.

Deus ditissime qui das omnibus affluenter neq; improperas, sapientiam saluta-
rem tu nobis conferas, postulareq; te, in fide nil hāsitanes,

Beatus uir in spe coram te domine, qui suffert & uincit tentationem: cum enim probatus
fuerit, recipiet à te uitę æternę coronā, quā promissisti diligentibus te usq; in finem.

Omne datum optimum & omne donum perfectū, à te patre luminum deriuatur: qui non
transmutaris nec uicissitudine obumbraris: à quo omne mutabile conseruatur.

Voluntarie genuisti nos uerbo ueritatis, ut creaturę tuę quoddam initium simus, renati
unda baptismatis.

Fac nos ad audiendum uerba tua ueloces: ad loquendum uero irascēdumq; tardiores, atq;
in mansuetudine insitum uerbum saluificum suscipientes.

Fac nos uerborū tuorū factores idoneos, non auditores inanes: linguam quoq; da refrenare,
ne simus religiosi uani & apparentes.

Tu deus pauperes in hoc mundo, diuitesq; in fide elegisti: q; hęredes sunt regni, quod tuis
amatoribus promissisti.

Iaco. 2

Non personam accipiamus, nec fidem mortuā habeamus: sed tibi deo trino, omnipotēti ac
simplici honorem & gloriam iugiter offeramus, Amen.

Iaco. 3

DA deus æterne ex bona conuersatione operationem nostrā ostendere in mansuetu-
dine sapientię: omnemq; zelum amarę & contentionem abiecerē.

Que de sursum est domine sapientia in fusa à te, pudica, pacifica, modesta suauiliterq;
consistit in ueritate: plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans simulatorie.

Iaco. 4

Amicitia huius mundi tibi domine inimicatur: tuusq; inimicus efficitur, qui mundi huius
amicus esse conatur.

Fac nos deus tibi esse subiectos & dæmoni reluctantes: manus & corda à duplicitate puri-
ficantes: usum & gaudium uanum in luctum atq; merorem sanctū mutantes.

In tuo conspectu humillemur, & nemini obloquamur: quoniā uita nostra uapor est ad mo-
dicū parens, & protinus exterminamur: non ergo de longiori uita p̄sumere inueniamur.

Patientes nos fac usq; ad tuū Christe aduentum: confirma cor nostrū, ne in gemiscamus in
alterutrum.

Iaco. 5

Exemplo prophetarū, quorū patientiam beatificamus, fac nos patientes, longanimes & effi-
caciter laborantes.

Non inordinate iuremus, sed contristati, æquo animo psallamus atq; oremus.
Infirmos salubriter da iungi: alterutrum quoq; ueraciter confiteri: & pro in uicem ut sal-
uemur, precari.

Tibi deo altissimo, simplici, uni atq; trino honor, regnum, felicitas, patri, uerbo, spiritui sancto,
Amen.

Laus dei ex Canonica Petri apostoli.

1. Pet. 1



Ratua nobis & pax à te deus pater multipliciter sine cessatione: qui secundū p̄-
scientiam tuam nos elegisti in spiritus sanctificatione, in obedientia & sanguinis
Christi asperione.

Benedictus es deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam
misericor-

misericordiam tuam in spem uiuā nos regenerasti per Christi resurrectionē, in hęreditatē
æternam, conseruatam electis in regno cœlesti.

In te Iesu Christe in fine gaudebimus: qui nunc uarijs contristamur tentationibus atq; do-
loribus: ut fidei nostrę probatio, multo sit pretiosior auro, in laudem & gloriam tuam sal-
uator omnipotens, p̄sident omnibus.

Te Iesum Christū quē non uidimus diligimus: in te quoq; non uidētes, nunc credimus.
Vidētes autem te, exultabimus lætitia inenarrabili & glorificata: reportantes fidei nostrę
fructum animarum, salutem paratam in patria.

Succincti mentis nostrę liberos, sobrijs & perfecti speremus in eam, quę nobis offertur gra-
tiam tuam Christe quasi obedientię filijs.

Non prioribus ignorantię nostrę desiderijs domine configuremur: sed secundū te sanctū
sanctiorū qui nos uocasti, & nos in omni conuersatione nostra sancti esse conemur.

Non corruptibilibus auro uel argento, redemisti nos de uana nostra conuersatione salua-
tor æternę: sed pretioso sanguine tuo Christe agne incontaminatę, princeps uirtutum, rex
benedictę.

Da ut animas nostras castificemus in obedientia charitatē: in fraternitatis amore simplici
corde inuicem diligentes, attentē & gratis.

Renati sumus non ex corruptibili sed incorruptibili semine, per uerbum tuū deus uiuens
ac permanens sine fine.

Fac nos omnē malitiā, doli, simulationes, inuidias, detractiōes deponere: & quasi modo ge-
nitos lac simplicitatis & innocentię concupiscere: ut in eo crescamus in salutē uitę p̄petuę.

Danos gustare q̄ dulcis es Christe: ad quē accedimus lapidē uiuū, reprobati ab impia ple-
be electum uero & honorificatū ab æterno omnipotētiq; patre: cum quo & spiritu sancto,
est tibi honor & gloria sine fine, Amen.

Erte fili dei facti sumus genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acqui-
sitionis, ut tuas annuntiemus uirtutes: qui de tenebris nos uocasti in admirabile lumē
tuę miserationis.

Fac nos tanq; peregrinos & aduenas à carnalibus desiderijs abstinere: quas cernimus cōtra
animam nostrā impugnationis militiam exercere: ut inter gentes spiritaliter conuersemur
sine reprehensione.

Fac nos propter te omni creaturę humanę subiectos: ut bene agendo, obmutescere facia-
mus imprudentium hominum sermones in disciplinatos.

Da ut omnes honoremus: aduerfa & iniurias sine causa illaras, æquanimitē toleremus.
Tu Christe passus es pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut tua sectemur uertigia, qui
non fecisti peccatum.

Cumq; patereris & maledicereris ab impijs, non male dixisti nec cōtaminatus es eis.
Iudicanti autem iniuste te tradidisti, qui peccata nostra super lignum in tuo corpore per-
tulisti: ut peccatis mortui, uiuamus in iustitia tibi.

Eramus aliquando sicut oues errantes Christe saluator: sed conuertisti nos ad te animarū
nostrarum episcopum ac pastorem omnium dominator.

Fac nos omnes in fide unanimēs, compatientes, misericordes & humiles: non malū pro ma-
lo, nec maledictū pro maledicto reddentes: sed e contrario benedicentes.

Quis est qui nobis noceat domine, si boni æmulatores fuerimus in te?
Te dominum Christum in nostris cordibus sanctificemus: cum modestia quoq; & sancto
timore conscientiam bonam seruemus.

Semel passus es Christe pro nostris peccatis, ut nos carnē mortificatos & spiritu uiuifica-
tos, offeras uultui patris.

Deglutisti tuam mortē mortē cōmunē, ut uitę æternę efficiamur hęredes p̄ tuā passionē.
In cœlum profectus es Christe angelis tibi subiectis: & potestatibus atq; uirtutibus cum
uniuersis supernis spiritibus.

Fac nos prudentes, in orationibus uigilantes: atq; p̄tę omnibus mutuā in nobis continuā
charitatem seruantes: quoniā multitudinem peccatorum operit charitas.

Vnumquēq; nostrum fac gratiam sibi concessam in alterutrū administrare, quemadmo-
dum decet domine bonam dispensatorem multiformis gratiæ tuę patrare.

Summę trinitati, simplici deo, patri & filio ac spiritui sancto gloria infinita, honor p̄ ænis,
hymnus, decorus in p̄senti seculo & futuro, Amen.

In omnibus tu deus pater honorificeris per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum.

Tuis passionibus communicando, fac nos Christe corde gaudere: ut & in reuelatione gloriae tuae gaudeamus perpetue.

Si in nomine tuo Iesu Christe exprobramur, beati sumus: quia quod est honoris & gloria uirtutisq; dei, & spiritus sanctus super nos requiescit intrinsecus.

Qui secundum tuam uoluntatem domine patiuntur, tibi creatori fideli animas suas commendant, & a te beatitudinem sortiuntur.

Quam merendum est domine tuum iudicium: si enim iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi subsistent, & habituri sunt locum?

Senioribus & praelatis da digne & fructuose praesse: ut a te principe pastore immarcescibilem gloriae coronam queant percipere.

Non sint quasi dominantes in clero, sed forma uitae in omnibus: non turpis lucri intuitu, sed proficiendi affectu praesideant subditis.

Fac adolescentes senioribus obtemperantes: oes quoq; humilitate in inuicem insinuantes, sub omnipotentis manu tua dñe humiliemur: ut a te uisitatiois tempore aeternaliter exaltemur.

Sobrios, uigilantes & timoratos nos effice: quoniam demon non cessat nos quasi leo rugiens circuire: cui da nos efficaciter fortes in fide resistere.

Deus omnis gratiae qui nos in aeternam gloriam tua uocasti, in Christo Iesu modicum passos in hac carne mortali, tu nos perface, confirma, solida, in seculum seculi.

Gloria atq; imperium sempiternum, patri & filio ac spiritui sancto in aeuum, Amen.
Laus dei ex secunda Petri Canonica.

Maxima & pretiosa nobis deus per te donauit dñe Christe: ut per hanc diuinam efficiamur cōsortes naturae: fugietes corruptione & concupiscentiae secularis & uanae, fac nos in fide administrare uirtutem: in uirtute, scientiam: in scientia, abstinentiam: & in abstinentia, patientiam.

In patientia insuper pietate: & in pietate, fraternitatis amore, atq; in eo charitate diuinam, fac nos per ope bonorum executionem, certa facere nostram uocationem & electionem.

Non in doctas fabulas assecuti tuam Christe ueritate & praesentiam confitemur: sed speculatores magnitudinis tuae facti, te deum uere & hominem, iugiter reueremur.

Accepisti enim a patre gloria & honore, uoce huiusmodi delapsa a magnifica gloria ad tua personam: Hic est filius meus charissimus, in quo mihi bene complacuit per complacentiam infinitam.

Non uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed a te dō spiritus sancte inspirati, locuti sunt homines sancti secreta diuina.

Tu deus qui angelis peccantibus originali q; mundo non pepercisti, fac nos uehementer timere rigorem tui iudicii neq; peccare, ne sumus serui peccati.

Fac nos bona quae scimus agenda, idonee operari: quoniam melius est uiam iustitiae ignorare, q̄ post agnitionem retrogradari.

Apud te domine mille anni ut dies unus: qui non tardas promissa, sed propter nos agis in patientia, uolens ad poenitentiam conuerti omnium corda.

Adueniet dies tua Christe ut fur improuise: in quo coeli magno impetu transibunt repete. Elementa quoq; calore soluentur: & terra eiusq; opera exurentur.

Cum ergo haec omnia sint soluenda, quales nos esse oportet dñe in conuersatione uirtuosa, tua uirtute redemptor, satagamus immaculati & inuiolati in pace inueniri a te: tuaq; longanimitatem arbitantes salutem, tibi semper in sanctitate ministremus & aequitate.

Per tuam domine gratiam custodiamus nos ipsos, ne in sapientium errore traductos, rapiat hostis a uirtutum firmitate prolapsos.

In cognitione tua christe & gratia concrescamus: tibi cum patre & spiritu sancto omnem uirtutem, honorem & gloriam damus, Amen.

Laus dei ex prima Iohannis Canonica.

Uerbum patris aeterni quod fuit ab initio mundi, quod in carne nati uiderunt, uiderunt & contrectauerunt apostoli, praedicauerunt nobis genitor sempiternae discipuli christi.

Annuntiauerunt nobis uitam aeternam: quae fuit ab initio apud te patrem: ut obtimeamus a te plenam laetitiam.

Tu deus

a. Pet. 1

a. Pet. 2

a. Pet. 3

a. Ioh. 1

Tu deus lux es, & non sunt in te tenebrae ullae: scimus enim te lucem puram, perfectam infinitamq; esse.

Qui se dicit tecum societatem habere, nec cessat in tenebris culpae & ignorantiae ambulare, mentitur nec facit ueritatem sincere.

Si autem in luce ueritatis atq; iustitiae ambulemus, sicut tu lux es domine deus, ad te patrem tuumq; filium ac spiritum sanctum societatem habemus: & sanguis christi nos mundat a cunctis peccatis.

Si nos sine peccato esse asserimus, mentientes nos ipsos decipimus.

Si nostra ueraciter confitemur peccata, tu deus fidelis & iustus es, ut nobis indulgeas ea.

Si peccauerimus, aduocatum habemus apud te patrem, tuum unicum filium: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris & omnium hominum.

In hoc scimus qd te deum cognoscimus, si tua mandata implemus: qui enim dicit se nosse te nec tua custodit mandata, mendacem censemus.

Porro, qui uerbum tuum custodit, in hoc charitas tua perfecta existit.

Qui se dicit in te Iesu Christe manere, debet sicut tu ambulasti, & ipse proportionaliter ambulare.

Qui fratrem suum diligit, in luce uersatur: qui autem proximum odit, in tenebris graditur & intus obtenebratur: & nescit quod eat, eo qd excaecatus, a peccato uincatur.

Dane mundum & ea quae mundi sunt diligamus: non enim est charitas tua in huius mundi amatoribus uanis.

Mundus transit cum concupiscentia sua: qui uero tua deus efficit uoluntate, manet in secula. Da nobis omnipotens deus unctionem spiritus sancti: ut ipsa nos doceat de omni re ad nostram salutem spectanti.

Qui negat te filium dei, negat & patrem: qui uero te confitetur, habet & genitorem.

Quam magnam charitatem nobis dedisti & ostendisti deus pater, ut filij tui nominemur & simus ueraciter.

Nunc domine filij tui sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quonia cum apparuerit similes tibi erimus: quia te sicuti es, clare uidebimus.

In hoc apparuisti fili dei, ut dissoluas opera iniqua diaboli.

Tibi unigenite dei cum patre & spiritu sancto laus, honor, uirtus & gloria, in omni militantis ac triumphantis ecclesiae loco, Amen.

Qui natus est ex te deus, non peccat finaliter: quonia sement tuam in ipso perseuerat, ne pereat aeternaliter.

In iustis & q proximum odit, ex diabolo est: omnis nepe odiens fratrem, homicida existit.

In hoc charitatem tuam deus incarnate cognoscimus, quonia animam tuam posuisti pro nobis: fac & nos pro fratribus animas ponere congruis locis.

Si cor nostrum non reprehenderit nos, secure in te confidimus domine: & quicquid petierimus instanter atq; salubriter, sortiemur a te.

Qui seruat mandata tua corde sollicito, in te manet tuq; in eo.

Fac nos domine circumspectos, non omni spiritui mox credentes: imo spiritus si ex te deo sint, sapienter probantes ac discernentes.

In hoc apparuit deus pater charitas tua in nobis, quoniam filium tuum unigenitum misisti ad nos mysterio incarnationis: ut uiuamus per eum uita gloriose illustrationis.

In hoc est charitas non quasi dilexerimus te, sed quonia tu prior dilexisti nos pater aeternemisti q; filium tuum propitiationem pro nostra offensione.

Si tu deus dilexisti nos, & nos debemus diligere proximos.

In hoc scimus quia in te manemus & tu in nobis, quoniam de spiritu tuo dedisti nobis, implens nos eius donis.

Tu deus es charitas: & qui manet in charitate, in te manet & tu in eo, creator sublimis atq; in charitate tua non est timor seruilis, poenalis: sed castus, sanctus, dulcis & filialis. (beatis: manens in seculum seculi etiam in beatis.

Fac nos te ardenter diligere: quoniam prior dilexisti nos domine: & iussisti ut qui diligit te, proximum suum non cesserit diligere.

Qui se te deum diligere loquitur, & proximum quemcumq; odit, mentitur ac fallitur.

Omnis qui diligit te deum qui genuisti, diligit te unigenitum dei, qui ex patre aeternaliter profluxisti.

FF a Mandata

a. Ioh. 1

a. Ioh. 2

a. Ioh. 3

a. Ioh. 4

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Mandata tua domine non grauida esse cognoscimus: quoniam omnis qui natus est ex te uincit mundum per fidem diuinitus.

Vincit mundum qui fide formata credit te Iesum esse filium dei: qui non in aqua tantum, sed per aquam sanguinemque uenisti.

Gloriam, laudem, honorem tibi offerimus trinitas adoranda: pater & filii ac spiritus sanctus una deitas aeternaliter glorificanda, Amen.

Spiritus sanctus testatur, quod tu Christe sis ueritas: tres enim in caelo testimonium perhibent, pater, uerbum & spiritus sanctus, qui una sunt deitas.

Qui in te filium dei non credit, deum patrem mendacem constituit: quoniam testimonium quod tibi perhibuit pater, non recipit.

Tu pater uitam aeternam nobis dedisti: quam in filio tuo unigenito constituisti: quoniam uitam aeternam habemus, credendo in nomine filii tui Christi.

Ex te deo nos esse confidimus: & totum mundum positum in maligno conspiciamus.

Scimus quod tu filii dei in mundum uenisti, & ad cognoscendum deum ueram nobis sapientiam praestitisti: & item ut in te uero filio dei, qui uerus es deus & uita aeterna, simus mente fideli.

Sit nobiscum gratia, misericordia & pax a te deo patre: & a filio tuo Iesu Christo, in ueritate semper & charitate.

Haec est charitas uera domine deus, ut secundum tua praecipua iugiter ambulemus.

Da ut nos ipsos inspiciendo, bona quae fecimus non perdamus, sed plenam a te mercedem deus omnipotens obtineamus.

Qui in tua Chre doctrina, fide & moribus manet, deum patrem & te eius unigenitum filium habet.

Fac praecipuum esse gaudium praetorae, spiritalis profectum subditorum suorum.

Ex te est domine deus qui benefacis: non autem te uidet qui malefacit: quoniam formatam de te cognitionem non habet.

Tibi patri super gloriosissimo tuoque charissimo unico filio, & spiritui sancto utriusque condilecto gloria & maiestas, magnificentia, adoratio, omnisque honor & dignitas, in seculo sempiterno, Amen.

Laus dei ex Canonica Iudae.

Iesu populum Israel de terra Aegypti saluans, secundo eos qui non crediderunt perdidisti: secundum diuinitatem haec operans.

Angelos quosque apostatas in magni iudicii die, uinculis aeternis sub caliginere seruasti rex caeli.

Sodoma & Gomorra post carnem altera abeuntes, factae sunt a te domine iuste iudex exterminii, ignis aeterni poenam sustinentes.

Viam Cain, erroremque Balaam, & contradictionem Core sequentibus, conseruasti procellam tenebrarum in aeternum, cum gehennae incendiis.

Ecce uenies domine in sanctis nubibus tuis, facere iudicium contra iniquos: de omnibus eorum sermonibus duris, & operibus impijs.

A murmuratoribus querulosis & concupiscentiis: secutoribus nos secerne: a segregantibus semetipsos animalibus spiritum non habentibus, nos merito & premio diuide.

Da deus altissime, ut sanctissimae fidei nos superae diflicemus, in spiritu sancto oremus, atque in feruida dilectione iugiter perseueremus.

Fac nos alijs in timore misericordiam exhibere: eamque quae carnalis est maculatam tunicam, odio iuste habere.

Tu qui potenses nos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriae tuae immaculatos cum gaudio, soli deo per Christum gloria, magnificentia, imperium & potestas sine termino aliquo, Amen.

Laus dei ex Actibus apostolorum.

Praebuisti te Christe post passionem tuam discipulis tuis uiuum, in multis argumentis per dies quadraginta apparens atque ostendens eis te ipsum loquentemque illis de regno caelorum.

Conuolens denum cum eis, iussisti ab Ierusalem ne abirent: sed spiritu sancti aduentum, quem eis promiseras, expectarent.

Tunc locutus es eis, quod spiritus sancti uirtutem susciperent tibi: in Ierusalem & in omni Iudaea atque Samaria, & usque ad ultimum terrae testimonium perhiberent.

His dictis ascendisti in caelum: suscipiente te nube ab aspectu eorum.

Quibus te uisu deducetibus, gaudetibus & uehementer mirantibus, locuti sunt duo angeli sancti

s. Iohann. 7

a. Iohann. 9

s. Iohann. 3

Iudae

Act. 1

DE LAUDIBVS DEI.

sancti, te sic rediturus utriusque in die iudicii: quem admodum ascendere te uiderunt in sublimia caeli. Tibi pater aeternae cum filio & spiritu sancto hymnus, uirtus & gloria, in praesenti seculoque futuro, Amen.

In die sacratissimo pentecostes, discipulis fere centum uiginti hominibus, spiritum sanctum misisti in igneis linguis: qui omnium linguarum ac scripturarum notitiam conuulit eis. Cuius nouitate miraculi attoniti sunt Iudaei: conuersique sunt usque ad tria milia die hoc, prius increduli.

Tunc per manus apostolorum fecisti prodigia & signa magna in urbe Ierusalem: & metus magnus irruit in omnem Iudaeorum perfidam plebem: habebantque credentes ad omnem populum gratiam magnam.

Te Iesum Nazarenum uirtutibus, signis & prodigijs diuinitus approbatum, patrisque definitio consilio ac praescientia traditum, iniqui Iudaei interemerunt, suspendentes ad lignum.

Tua uirtute claudum a natiuitate Petrus sanauit: per quod quinq; milia Iudaeorum, ad te simul conuertit.

Tu pater, deus patriarcharum, glorificasti filium tuum Iesum, uitae auctorem & sanctum: quem occiderunt Iudaei, petentes sibi dimitti homicidam seditiosum.

Honor, laus, uirtus & gloria summae trinitati, patri & filio cum spiritu sancto, per secula infinita, Amen.

Non est in alio salus nisi in te domine Iesu Christe: nec aliud datum est hominibus non

men sub sole, in quo eos oporteat saluos consistere.

Cum te deum orasset primitiua ecclesia, motus est locus in quo steterat ipsa: & repleti sunt omnes spiritu sancto, loquentes uerbum tuum cum omni fiducia.

Tua uirtute ad increpationem Petri, subito expirauerunt uir & coniunx ipsius, furati de pretio agri.

Tua supernaturali, admirabili potestate sanabantur ad umbram Petri, uaria deprehensi infirmitate.

Te iubete angelus carceris ostia patefecit: coelososque apostolos inde eduxit: & tibi de Christo testimonium praedicationis ferre praecipit.

Potestas, beatitudo, regnum & gloria patri, filio, & spiritui sancto: quibus solis impendenda est laetitia.

Gaudebant CHRISTE tui sancti apostoli, quod digni habitii sunt pro te contumeliam

patii.

Tua gratia uidit Stephanus degens in terra caelos apertos & gloriam dei, teque filium eius stantem a dextris uirtutis patris aeterni: refulsitque facies eius, ut facies angeli.

Te operante sanauit Philippus diaconus multos obsessos, claudos & paralyticos in Samariae locis: quem a conspectu Eunuchi subito rapuit spiritus, cuius admonitione, fuit ad illum profectus.

Per tuam infinitam Christe clementiam, Paulo tuos adhuc persequenti apparuisti: eumque ad caelestia raprum, de arcanis fidei instruxisti, & in apostolum consecrasti.

In nomine tuo Petrus Aeneam paralyticum reparauit: religiosamque foeminam Tabitam a morte resuscitauit.

Gloria infinita & honor perpetuus, tibi trinitas super sancta, pater & filii ac spiritus sancte, unus deus, Amen.

Te deo mittente ac miserante, angelus claro die Cornelio Centurioni apparuit, eumque de agendis docuit: & quod precēs eius ac eleemosynae tibi placerent, disseruit.

Denique cum Petrus Cornelio & congregatis cum eo euangelizaret, anteque eos baptizauit, misisti eis in signo uisibili spiritum sanctum, qui donum linguarum eisdem donauit.

Tu Iesu quem pater unxit uirtute & spiritu sancto, pertransisti docendo ac benefacendo: omnesque a diabolo obsessos curando: Petrum incarceratum, dire uinctum, & multis custodijs circuminctum, eduxisti miro modo de carcere, per angelum sanctum tuae uirtutis ministrum.

Herodem tibi deo uero non dantem honorem percussisti plaga per angelum: expirauit enim superbissimus ille, consumptus a multitudine uermium, qui diuinum sibi delectabatur impendi honorem atque praetorium.

Omnis excellentia, adoratio, gloria tibi sit trinitas summa, omnipotens, benedicta, Amen.

Per te Christe peccatorum annuntiatum remissio: de omnibus a quibus in lege Moysi iustificari non potuit homo: in te nanque omnis qui credit, iustificatur a deo.

Act. 1

Act. 3

Act. 4

Act. 7

Eodem.

Act. 6

Act. 5

Act. 9

Eodem

Act. 15

Act. 17

Ed. 42
A. 14

Te Christum posuit deus in lucē gentiū, ut salus sis eis usq; ad terrā extremum.
Te dño operante, ad imperium Pauli erectus atq; sanatus est claudis, ex utero or tuq; fui.
Deus qui ccelum, terram, mare, omniaq; in eis contenta fecisti, in præteritis generationibus omnes gentes suas uias ingredi, permisisti.
Nec sine testimonio reliquisti te ipsum, dans pluuiam, tēpora fructifera, alimētaq; omniū.
Tibi ueneratio summa, regnum, maiestas, trinitas super felix, pater, fili, spiritus sancte: quorum est una infinita potestas, in diuisiōe diuinitas, Amen.

Laus dei ex actibus apostolorum.

A. 15

Per gratiam tuam credimus Iesu Christe saluari, qui fide purificas corda credentium tibi.

Tu deus qui mundum & omnia quæ in eo sunt condidisti, omnibus uitam & inspirationē dedisti; atq; ex uno, omne hominū genus super terrā habitare fecisti. Definisti statura temporū; omniū; terminos habitationis eorū, ut quærant te deum.

A. 17

Qui non es longe à quolibet nostrum; quoniam in te uiuimus, mouemur & sumus; qui genus constitimus tuum.

Non in manufactis habitas templis; nec auro, argento aut sculpsili seu artificiato cuiuscunq; es similis.

Prioris ignorantie tempora tu aspernans, tempore gratie omnes poenitentiam agere uisisti adhortans.

Quoniam statuisti diem in quo iudicaturus es orbem, per uirum quem statuisti omniū iustum ac infallibilem iudicem.

Beatitudinis plenitudo, honor & omnipotentia, tibi patri & filio cum spiritu sancto; quorū est una natura atq; lætitia, Amen.

A. 19

Viris ferè duodecim baptizatis à Paulo, misisti mox spiritum sanctū in sensibili signo; qui statim orsi sunt loqui uarijs linguis in domino.

Virtutes domine Iesu non modicas per Paulum fecisti, per cuius sudariorum & semicinctiorum contactum, & gros & obsecros curasti.

A. 26

Demum te operante, patrem Publij à dysenteria & febribus liberauit; omnesq; in insula Melitenæ infirmos curauit.

Tua uirtute Eutychem suscitauit à morte; uiperamq; de manu sua excussit atq; extinxit in igne; quo uiso Barbari dixerunt eum deum esse.

Meritum insuper Pauli omnes secum existentes in nauī, liberaisti à tempestate grauissima pelagi.

Fac nos apostolicam in omnibus sequi doctrinam; deustrine, cui omnem optamus impendi honorem & gloriam, Amen.

Laus dei ex Apocalypsi Iohannis apostoli.

Apo. 1.

Gratia nobis & pax detur à te deo æterno, qui es, & qui eras, quiq; uenturus es mundo.

Tu Christe testis fidelis, primogenitus mortuorum & princeps regum terræ, dilexisti & lauisti nos à peccatis nostris tuo in sanguine; fecistiq; nos deo nostro regnum & sacerdotem in tempore gratie.

Ecce uenies Christe cum nubibus; & uidebit te omnis oculus; hi quoq; qui te pupugerunt uulneribus.

Plangent se super te omnes terræ tribus, qui es & a, principium & finis; qui uere es, omnipotensq; uenturus es.

Tu Christe es primus atq; nouissimus; uiuus qui fueras mortuus.

Et ecce es uiuens in secula seculorum; habesq; clauem mortis ac inferorū; cui cum patre & spiritu sancto est honor & gloria, in uia & patria beatorum, Amen.

Apo. 2.

Vincenti dabis edere de ligno uitæ, quod est in paradiso deitatis cœlestisq; patriæ.

Fac nos fideles usq; ad mortem, ut accipiamus à te uitæ æternæ coronam.

Nihil eorum quæ sumus pro iustitia perpeffuri, definas nos timere; qui enim uicerit, non lædetur à morte secunda infernalis miserie.

Vincenti dabis manna absconditum & calculi candidum; atq; in eo nomē scriptum, quod non nouit nisi qui accipit ipsum.

Renes & corda scrutaris, qui unicuiq; secundum opera sua retribuisti; uincenti & perueferti in finem, dabis potestatem super gentes & stellam matutinam in præmijs.

Vigilantes

Vigilantes nos effice, & opera nostra plena fac corā te; ut qualiter acceperimus, habeamus in mente, exerceamusq; opere.

Tibi pater altissime, patriq; compar unice, ac adorande paraclete magnificentia, adoratio, regnum omnisq; nobilitas sine fine, Amen.

Vincentem Christe redēptor, uesties uestibus albis; nec nomen eius de libro uitæ delebis; sed in conspectu patris tui æterni eum fateberis.

Apo. 3.

Tu Christe sanctus & uerax, habes clauē Dauid; qui claudis & nemo aperit; aperis nemoq; claudit.

Vincentem facies domine columnam in templo tuo; scribens super eum nomen tuum & nomen Ierusalem nouæ descendens de celo.

Tu Christe testis fidelis & uerus, principium creaturæ dei omnipotentis, fac nos emere à te deuotissima prece aurum ignitum, probatum, ditans intima mentis.

In hac uita paternaliter & benigne nos corrigeas deus clemens & dulcis, qui quos amas, arguis & castigas; tibi Christe cum patre & spiritu sancto honorem, laudem & gloriam offerimus infinitas, Amen.

Tu Christe qui ad ostium stas pulsans, ad aperientē ingrederis cū eo cenās, tibi sit cor nostrum se semper aperiens.

Ibidem

Vincenti dabis sedere tecum in throno tuo; quem admodū tu uicisti, & sedes cum patre tuo, eius in folio.

Tibi deus sublimis in defessa uoce cantant beati, sanctus, sanctus, sanctus dñs deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est.

Apo. 4.

Dignus es domine deus noster accipere honorem & gloriā & uirtutem; quoniā tu creasti omnia & propter tuam creata sunt uoluntatem.

Vicisti leo de tribu Iuda Christe radix Dauid; qui dignus es aperire librū & soluere septē signacula eius; quem alter non referauit.

Apo. 6.

Quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo; bene dictio, honor, gloria & potestas tibi agno, cum patre & spiritu sancto, sedenti in throno, Amen.

Tibi Christe milia milium angelorum, consona uoce decantant hunc hymnum in regno polorum:

Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem, sapientiam, fortitudinem, honorem, gloriam & benedictionem.

Apo. 7.

Salus tibi deo nostro sedenti in throno & agno; cui procidunt angeli sancti, te isto glorificantes præconio:

Benedictio, claritas, sapientia & gratiarum actio, honor, uirtus & fortitudo deo nostro, in secula seculorum, Amen.

Absterge domine omnem lachrymarum ab oculis electorum; nō esurient, nec sitient, nec sole, nec æstu affligentur rex uniuersorum; quum duces eos ad fontes uitæ aquarum.

Apo. 11.

Tu Christe uerbum dei, habes in uestimento tuo & scemore scriptum, rex regum & dominus dominantium, beati qui ad cœnam nuptiarum tuarum uocati sunt spōse tu uirginum.

Apo. 19.

Vt tuam agne dei iudex mundi possint iram impij fugere, desiderabunt montes & petras super se cadere; nec ualebunt effugere.

Apo. 20.

Tibi cum patre & spiritu sancto honor & gloria sempiterna, omni in æuo, Amen.

Laus dei de opere creationis.

In principio creasti cœlum & terram; tu enim pater in uerbo & filio tuo, condidisti machinam mundialem.

Gen. 1.

Tu deus trinitas in principio temporis & ante alia superiora & inferiora fecisti sine præiacenti materia.

In sapientia tua inuisibilia produxisti, intellectuales substantias, angelicos spiritus tu plasmasisti.

Vniuersos orbes cœlestes, planetas & astra fundasti; elementa & omnia mixta, rationalia & irrationalia procreasti.

Heb. 11.

Inter angelicos intellectus & irrationalia hæc terrena, medium condidit hominem ex intellectu & carne constantem, uirtus tua immensa.

Gen. 2.

Fac nos sancte creator creationis beneficio gratos & angelicorum intellectuum per cœlestem conuersationem imitatores idoneos.

FF 4 Tibi

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Apo. 7

Tibi trine simplex creator uirtus, laus, honor, felicitas: deus pater, deus filii, deus spiritus sanctus, benedicta & super gloriosa trinitas, Amen.

Laus dei de tempore distinctionis & ornatus.

Superioribus & inferioribus, celestibus & terrenis distinctas indidisti uirtutes: sole & luna ceterisque planetis atque sideribus, ornasti orbis celestes.

Aerem aëribus, terram hominibus ac iumentis, aquasque piscibus, ornauit mirabiliter sapientia tua deus omnipotens & sublimis.

Gen. 1

Te iubente profert terra herbam uiuentem: arbores uarias, flores & species, fructum multiplicem.

Donasti his corruptibilibus uim generatiuam: ut esse specificum conferretur per indiuiduorum successionem.

Innumerabiles piscium species condidisti in mari: & inenarrabilia sunt genera bestiarum & auium, quæ in terra & aëre præcipis demorari.

Elephantos & gryphes ceteraque grandia creator omnipotens es molitus: rebus quoque non uis quarum sunt innumerabiles species, uires proprias es largitus.

Apo. 7

Fac nos deus excelsè tuis creaturis uti salubriter: tibi quoque deo trino ac simplicissimo gloriam & honorem offerre perhenniter, Amen.

Laus dei de eodem.

Apro splendorem, melli dulcedinem, balsamo multam uirtutem dedisti: oleo suauitatem & claritatem: gemmis, herbis, distinctas pretiosas & innumerabiles qualitates indidisti.

Vino dedisti saporem, sonis consonantiam: uniuersoque mundo pulchritudinem admirandam, & ordinis elegantiam.

Et quicquid decoris, dulcedinis, potestatis, perfectionis habent creata, à te deus incomprehensibilis, infinite, omnipotens, sunt sortita.

In mundi creatione patet omnipotentia tua: in eius gubernatione ostenditur sapientia tua immensa: in rationabilium creaturarum remuneratione, monstratur tua iustitia.

Fac nos te in tuis effectibus contemplantari, amare ac uenerari: & cuncta creata ad suum semper honorem referre: atque in te finaliter demorari.

Apo. 7

Tibi pater & filii ac spiritus sancte, trinitas adoranda laus, honor, uirtus & gloria, per secula non terminanda, Amen.

Laus dei de angelicis spiritibus.

Trinitas benedicta, unitas simplicissima, deus gloriose, super unitatem quandam & trinitatem cuncta fundasti creata, opifex gloriose.

Nouem quippe angelorum spirituum ordines es molitus: quos in triplicem hierarchiam incomprehensibilis sapientia es partitus: atque in qualibet hierarchia tres ordines statuisti sapientissime deus.

Denique, in quolibet ordine supremos, infirmos, mediosque ordinasti o domine.

In suprema hierarchia celesti Seraphim Cherubinque & Thronos constituisti: in media Dominationes, Virtutes & Potestates esse iussisti: in infima Principatus, Archangelos & Angelos posuisti.

Tam sincere deus æternè da nobis nunc conuersari, ut finito huius peregrinationis circulo, prædictis mereamur angelorum ordinibus adunari.

Apo. 7

Tibi inestimabilis conditor, simplicissime atque mundissime deus, omnis beatitudo, hymnus, honor & gloria: qui regnas in trinitate perfecta sine fine in caelis, Amen.

Laus dei de cælo empyreo.

Angelicis sacris spiritibus ordinasti domine cælum empyreum: quod creati, angelis mox implesti in exordio creationis in destructibilium entium.

Gen. 1

Condidisti enim in principio deus æternè habitationem aptam beatis: quam cælum empyreum appellamus seu igneum, ratione claritatis, non caliditatis.

Hoc cælum est te operante uisibilem locum, & inuisibilem continentiam: cuius gyro clausa sunt omnia: extra quod nulla penitus inuenitur creatura.

Ipsum est domine deus quantitate per maximum, qualitate præfulgidum: situ altissimum, uniforme, inalterabile atque immobile, contemplationis habitaculum congruum.

Hic paradysus celestis: hæc patria beatorum: hic uoluptatis deificæ locus: hoc regnum cælorum: terra regioque uiuorum,

Sanctos

DE LAUDIBVS DEL.

175

Sanctos nempe te summo bono feliciter perfruentes, omni claritate, impassibilitate, sublimitate & puritate fulgentes, tale condecuit habitaculum habens proprietates illis correspondentes.

In hoc cælo sit domine conuersatio nostra: æternaliter tibi in eo à nobis exhibeatur perfectus honor & gloria. Etenim deo trino ac summo omnis debetur laus, uirtus & magnificentia, Amen.

Phil. 4
Apo. 7

Laus dei ordine Seraphim.

In hoc domine cælo altissimo, eminentissimorum condidisti Seraphim chorum ac ordinem: qui ob diuini tui amoris ardentissimum incomprehensibilemque feruorem, tale sortiti sunt nomen.

Hic ordo dignissimus, ex tuæ diuinitatis super splendidissima & uere superpulcherrimæ immediata approximatione, totus charitate ignitur, & flammea uestitur ebullientis dilectionis conuulsione.

Sui quoque dulcis in cædij exuberantiâ, in subalternatos choros angelicos spargit, ac dispersatur iuxta illorum capacitatem.

Hæ mentes Seraphicæ sempiternam & incessabilem, acutissimam & feruidissimam mobilitatem habent in te deum super sublimem, omnis lucis fontem ac principem.

Rite post spiritum sanctum tertiam super sanctæ trinitatis personam, qui amor & charitas dicitur, ordo Seraphim ab amoris feruore nomine sortitus, te deo agere ac disponere, mox sequitur.

1. Iohan. 3

Habent in super ordinis huius præ lucidi spiritus reduci uiam uirtutem: qua inferiores angelos purgando, illuminando & perficiendo, ad te reducunt & tibi magis assimilantur, quam ad accidentalem salutem.

Hi beatissimi spiritus deus immense, incomparabili tuæ bonitatis ardent amore.

Quo enim te clarius uiciniusque conspiciunt, eo ualidius in tuæ dilectionis calore inestimabiliter exardescunt.

Tu nos deus super gloriose charitate inflammas: in te corda nostra resolue, perface & consummatur in præcordiis nostris affectu, quasi in Seraphim ardeas bonitas adoranda.

Tibi trinitas summa, omnis honor & gloria: tibi pater & filii ac spiritus sancte hymnus & regnum, cum infinita læticia, Amen.

Apo. 7

Laus dei de Cherubin.

Deus excelsè & benedictè, post Seraphim, Cherubin constituisti: huiusque ordinis sacratissimos spiritus, plenitudine quadam scientiæ eminenter ordinasti.

Super hos sapientiæ atque scientiæ tuæ thesauros copiose effundis: ita ut ipsi de plenitudine in se quælibet choros angelicis, fluente scientiæ liberaliter comunicent oibus.

Col. 2
Iohan. 1

Hæ menses supernæ à te dñe sortiti sunt uirtutè excellenter cognitiuam: altissimam illuminationis capacem: diuinorum mysteriorum inspectricem, aliorumque angelicorum spirituum illuminationem.

Fulgent te deo desuper irradiante, ueritatis clarissima uenustate splendoris sapientiæ deformiter decorata: tibi quoque fonti ueritatis in auertibiliter sunt intentæ.

Tanta deus piissime in intellectu nostro ueritatis contemplatione perfunde, tam claræ ei ac stabilis sapientiæ tribue, ut in eo quasi in Cherubin non cesses splendere.

Tibi scientiarum domino, deo uni ac trino honor & gloria sine fine, patri & filio ac spiritui sancto, Amen.

1. Reg. 7
Apo. 7

Laus dei de Thronis.

Tertio loco super sapiens omnipotensque creator Thronos constituit: quos ab omni subiectione indigna per eleuationem eximiam remotos, liberrimosque fecisti.

Col. 1

Hic circa te deum altissimum tota sunt uirtute erecti stabiliterque locati: tui super aduentus insidentia & inhabitationis, familiariter ac singulariter susceptiui.

Vocantur namque deiferi, quasi ad te suscipiendi singulari modo aperti: in quibus tu sedes, iudicia tua per eos discernes, tanquam confessorio in cælesti.

Hæ domine sunt sedes tuæ pacatissimæ summæ & tranquillitatis, uniformitate ineffabili modo compactæ.

Hi spiritus gloriosi per te deus æternè discernunt causas ueritatis: atque per te infallibiliter iudicant iudicia æquitatis.

Tibi omnis maiestas, laus, honor, felicitas: deus pater, deus filii, deus spiritus sancte, deus simplex indiuisaque trinitas, Amen.

Apo. 7

Laus dei de Dominationibus.

Supermundani

Supermundani tui palatii Dominationes, stantes in media hierarchia primatum tenentes, ab omni indecente subiectione ac seruitute immunes fecisti ac liberos. Cumq; dominorum sit precipere quid alij agant, Dominationes fabricatorum chororum spiritibus, quid complere & prosequi debeant, te disponente deus altissime ordinat itemq; distribuunt.

Hæ supercoelestes supernæq; mentes te deo moderante à prima hierarchia sursum agunt; nullaq; uolentia usquã premuntur: eminetem uero & indissolubilem dominationem semper sequentium phalargas, ordinem fortiuntur.

Veram enim eis præfidentiam contulisti deus sublimis & gloriose, qua te omnis dominiq; fontem desiderant amorose.

Se quoq; ordines sequentes conuertunt in te, ad ampliorem obtinendam assimilationem bonitatis ac proprietatis tuæ deificæ.

Dominator domine, te harum dominationum sublimium multitudo sancta adorat: in te animi singulari libertate incessanter extendit: & inter prænobiles aulae tuæ cõciues acheras, altum dominium sine fastu exercet.

Fac nos deus sancte fortis & immortalis, mundo, carni, diabolo taliter dominari, ut ad celestium Dominationum sortem mereamur eleuari, & æternaliter coronari.

Tibi omnium dominatori, summo ac omnipotenti, omnibus honor, beatitudo, hymnus & gloria: deo trino & simplici, omnibus præfidenti, Amen.

Laus dei de ordine Virtutum.

Ordini Dominationum subiunxisti deus præclare choræ Virtutum celestium: quibus ad prosequenda officia sibi præfixa, fortem, uirilem & infatigabilem fortitudinẽ præstitisti rex omnium.

Hinc ad deiformium susceptionem illuminationum, in nullo imbecilliter infirmantur: sed ad te uniuersæ fortitudinis principem, inconcusso biliter eriguntur: subiectosq; ordines in te reducere, & tibi plenius conformare adorantur.

Harum Virtutum sanctarum est distributionem Dominationum executioni mādare: atq; principia uniuersalis operationis operi applicare: & supernaturalia perpetrare.

Nos imbecilles & inopes deus uirtutum semper cõfirma: cui honor & gloria sempiternæ qui trinus es in personis, & unus in essentia, Amen.

Laus dei de ordine Potestatum.

Virtutibus ordo Potestatum te principe uniuersorum ordinante, annectitur: qui ad diuinas influxiones sibi congruentes inconfuse suscipiendas, ordinariam potestatem fortitur.

Habent o deus Potestates istæ: te supermundanam inuisibilem q; intellectualis potestatis ordinationem: qua potenter atq; benigne infirmam erigunt hierarchiam, ad pleniorẽ diuinarum tuarum proprietatum assimilationem.

Infirmam nanq; hic ordo continet hierarchiam: in diuinæ tuæ lucis deus adorande deificatam assimilationem promouens eam: non tyrannice sua potestate abutens ad illam.

Distributionem ab ordine Dñationum procedentẽ: atq; à choro Virtutum executioni mādã data, hic ordo te deo iubete custodit inconfusam, seruatq; fixam: quoniã destructiua executionis præfatæ euellit per suam potentiam.

Tua est deus omnipotens harum agilitas Potestatum, colla tartari flammeo zelo prementuram: ne quantum cupiunt, agere queant in perniciem nostram ac detrimentum.

Fac nos deus angelica ope, dæmonum tẽtamenta calcare: quæ tua sunt alacriter acriter superiorumq; nostrorum mandata inconfusa seruare.

Tibi trinitas sancta, pater, fili, spiritus sancte honor, imperium, gloria sempiterna ac infinita omni æuo ac tempore, Amen.

Laus dei de ordine Principatum.

Supremum chorum in infima hierarchia angelica, statuisti ordinem Principatum o sapientia dei fontana.

His principalitatem & præfidentiam super subsequentes duos ordines contulisti: quos ad te totius luminis fontem reductione sursum agunt conuenienti: seipfos & illos conformare studentes tuæ sempiternæ diuinitati.

His boni communis regnorum, prouinciarum ac ciuitatũ dispositionem crederis commisisse: inter quos magnũ principẽ nouimus Michaëlem: qui olim præfuit synagoge.

Hic

Hic nobilis signifer cœli, paradisi præpositus stat pro acie tua deus uiuens: rōphæam prōpugnationis uictoriose extendens: & contra aduersarios, quisur deus: uoce terrificam in-

Apo. 18

tonans. Fac nos deus contra uitia uictorialiter reluctari: tibi q; altissimæ trinitati patri & filio cum spiritu sancto, honorem semper & gloriam in cordis offerre altari, Amen.

Apo. 7

Laus dei de Archangelis.

Post Principatus substituiti Archangelos benedictæ creatori quibus magnatum regæ annuntiationem committis super sapiens gubernator.

Hinobiles spiritus à Principatibus immediate illustrantur: atq; cum illis ad te omnis regiminis fontem ac regulã conuertunt: tibi q; proportionabiliter conformari nitunt, Angelos quoq; illuminat, & per illos quædam diuina secreta hominibus nuntiant.

Dan. 9

Inter hos Gabriëlem esse cognoscimus præclarum & sapientem: quem in ueteri & nouo testamento inysteria fidei atq; ecclesiæ scimus pandentem.

Lucæ. 1

Hic tuam incarnationem fili dei uirgini sacratissimæ reuelauit: quem amare ac honorare, merito ecclesiã sanctã dictauit.

1. Pet. 4

Fac nos deus clemens, æterne, gratiam nobis concessam alijs communicare: tibi q; trinitas super exaltata hymnum, honorem, potestatem & gloriã iugiter immolare, Amen.

Laus dei de Angelis.

Angelorum ordinem domine loco ultimo statuisti: quos ab Archangelis illustratos, ecclesiasticæ hierarchiæ immediate præesse iussisti.

Hos iubes minora, & singulos particulariter concernentia nuntiare: quorum est homines custodire, gubernare, protegere, iuuare & illustrare.

Hos in die creationis eorũ in corruptibili uestitura induisti: quos hoc modo in opus sacri tui ministerij potentissime produxisti.

Hi uera sunt sidera domine superioris cœli: liliãq; nunq; marcentia interioris ac supermundani paradisi.

Ex te o sapientia dei splendent in sapientia multa: candent puritate uirginæ: rubent & flagent sempiterno ardore in charitate flammigera.

Tibi mentis tuæ radicibus inauertibiliter hærent: uultũ tuum pijsime deus exorant: orationum quoq; nostrarum thymiamata tuæ maiestati præsentant.

Tob. 12

Fac nos domine deus omnipotens angelicæ inspirationi semper parere: sicq; illorum directione in hac uia procedere, ut finito huius incolatu exilij, ualeamus te cum illis clare conspicere.

Summę trinitati, simplici deitati, tibi patri & filio ac dulci paracleto benedictio, claritas, sapientia & gratiarum actio: honor, uirtus & fortitudo in seculo sempiterno, Amen.

Apo. 7

Laus dei de eius dignatione ad nos.

Tuam conditor maiestatis immensæ dignationem & charitatem ad nos miramur & collaudamus: eo quod tam illustres cœlestis palatii satrapas, ad nostrę peruitatis obsequia destinare non cessas.

Eccẽ enim intellectus illos deiformes, mētes deificatas & animas supercoelestes, ad nos uiles transmittis uermiculos: fragilibus uasis circũdatos, mortales, terrestres.

Simplices illas, puras ac immortales essentias, ad nos fauillę & cineri comparatos, carnales, in compositos destinans.

Iob. 30

Sacros illos, felices, angelicos spiritus, ciues supermundanos, ad nos in terra repētes, lutea uasa portantes transmittis, uanitati assimilatos.

2. Cor. 4

Te quippe iubente, milia milium inter cœlum & terram meant alacri cursu: uelut apes negrosioræ populisq; accidens, nesciens labem inobedienciæ, carēns prolapsu.

Dan. 7

Fac nos deus excelsæ tuis beneficijs gratias dignas agētes: propriãq; dignificatione prudẽt: atq; humiliter perpendentes, ut in angelorũ præsentia simus semper honẽste uiuētes.

Apo. 7

Tibi pater æterne cum unigenito tuo & spiritu sancto paracleto magnificentiã, beatitudo, honor, uirtus & gloria, in omni electorum tuorum consortio, Amen.

Laus dei de hierarchijs communitẽr.

TE deũ super beatũ, sublimẽ & benedictũ, Seraphin ardentissime diligũt: tibi ætuitissima mente intendunt: te gaudiosissima charitatis uoluptate fruunt atq; inspicunt.

Te Seraphin sincerissime speculantur: in te rationes tuorum affectuum q; plurimum lympidissime contemplantur: in te uere ineffabiliter iucundantur.

Te



Te Dominationum celsitudo præclara honorat: tibi prompte obedit: in te seipsam celi profundissima humilitate reflectit.

Tuæ omnipotentia: Virtutes cœlestes iugiter innituntur: tuum beneplacitum fortissime exequuntur: in te inauertibiliter feliciterque conuersæ sunt: quo ad libitum perfruuntur.

1. Pet. 2

Te Potestates superne tremunt domine sine poenarum tibi subternunt seipsas humilitate eximiam: tuam gustant dulcedinem satisfactione beata.

Te Principatus in omnibus uenerantur ac imitantur: teque beatissime perfruentes, de tuauisione dulcissima contentantur.

Heb. 3

Tibi malunt seruire atque subesse, quàm alijs dominari aut inordinate præesse.

Tibi ministrant Archangeli & seruiunt Angeli ecclesiasticam hierarchiam docentes, prout norunt placitum tibi.

Denique, quamuis omnes angelici ordines te deum immediate cōspiciant, multaque operum tuorum in tua luce plene cognoscant,

Nihilominus superiores, dicuntur inferiores purgare, illuminare, perficere: ad te quoque re ducere, tibi assimilare, & tuo amore accendere.

Quod quantum ad tuorum accipimus cognitionem effectuum: quorum plures sunt superiores quàm angeli inferiorum chororum: clarius quoque uidet eadem quæ inferiores, & plures rationes ipsorum.

Phil. 3

Nostra nunc domine conuersatio sit in cœlesti & cito post hæc adiuuemur sacrosanctis angelicis turmis.

Apo. 7

Tibi omnis hierarchici ordinis princeps deus trine omnipotens, hymnus, maiestas & gloria, deitas summa, trinitas essentialiter sapiens, Amen.

Laus dei de gradibus hominum electorum in patria.

Iohan. 1

TE trinum ac simplicem deum anima Christi, præ cunctis clarius cernit atque seruētius diligit: hincque de sua plenitudine, uniuersorum etiam angelorum agminibus copiosissime influit.

Dehinc Christifera uirgo felix Maria, uniuersis est angelis atque hominibus in cœlo prælata: & in diuinæ tuæ lucis abyssum profundius gloriosiusque absorpta.

Te patriarchæ & uates sancti iucundo uultu conspiciunt & honorant: te gloriosi apostoli eminenti nimis prærogatiua sibi astringunt, fruntur, glorificant.

Te martyres uictoriosi collaudant: in te beatissime uiuunt: pro quo suam in hoc seculo uitam posuerunt.

Te lucidissimi confessores felici puraque mente conspiciant: te monachorum uenerabilis ordo singulari libertate hæreditarie possidet: pro quo propriam uoluntatem tam uiriliter denegauit.

1. Cor. 13

Te sancti doctores nunc facie ad faciem clare ac læte conspiciunt: te uirgines sacre dulcissimis laudibus in desinenter extollunt: mundissimisque amplexibus sibi astringunt.

Heb. 1

Ex supernis spiritibus & electis hominibus, unam domine facis ecclesiam in regno cœlorum: ad singulos ordinum angelicorum reliquos promoues homines, secundum exigentiam meritorum.

Fac nos domine deus noster nunc taliter conuersari, ut huic felici consortio mereamur feliciter copulari.

Apo. 2

Tibi patri ac filio cum spiritu sancto honor, uirtus & gloria, deus magne & fortis, sancte & incomprehensibilis, trinitas benedicta, Amen.

Laus dei de numero & ordine cœlestium corporum.

TV deus omnipotens post cœlum illud immobile, summum, empyreum, molitus es cœlum crystallinum, totum uniforme, diaphanum: propter diaphaneitatis proprietatem, aqueum appellatum.

Hæc nona dicitur sphaera: quam ab oriente in occidentem iubes moueri cotidie: qui motus sui uirtute & impetu, secum rapit & circumuoluit firmamentum, cum orbibus planetarum quolibet die.

Deinde firmamentum stellis in se fixis ornatum locasti: quod imperferutabili uirtute & causalitate in suisque syderibus decorasti.

Intra hoc cœlum in deus altissime septem statuisti planetas, qui proprias habent in quibus mouentur non figurantur, sphaeras subalternatas,

Horum

Horum in destrucibilem corporum motus, uirtutes, loca, influxus & causalitates ignorat mortales: aliqua tamen uera de ipsis sunt cognoscentes.

Hæc corpora suo motu sui ministerium manifestant: se deos non esse sed creaturas proclamant.

Tuamque insuper sancte creator omnipotentiam monstrant: quæ enim prompte obediendum sit tibi, motus sui uelocitate declarat.

Quis die solis quem condidisti decoræ, uirtutem, causalitatem & eminentiam admirari sufficiat: quis uelocitate motus cœlestium corporum dignè miretur aut exprimat?

Te deo sublimi iubente uniformiter, rapidissime, ordinatissime currat: suoque motu lumine & influxu, innumerabiles inferioribus istis effectus producant.

Tuæ bonitatis o domine euidentis imago est sol iste sensibilis: qui instar bonitatis tuæ immense, omnibus susceptiuis lucem suam copiose infundit & gratis.

Ipsam fecisti in deficientis luminis fontem: lunæ & stellis lumen quod habent influentem: terræ para distinguentem, & terræ nascentiam cum accedit, renouantem.

Tu nos semper illustra sol intelligentiæ atque iustitiæ: tibi laus, uirtus & gloria deus trine, patris filii ac spiritus sancti, omni in tempore, Amen.

Apo. 9

Laus dei de elementis & mundi dispositione.

DEhinc quatuor elementa opifex deus ordinatissime collocasti: qui omnia in rotunditate quadam & sphaerica figura plasmaisti: similia quoque symbolique habentia, uicini uisitaasti.

Totum uniuersum corporeum uoluisti sphaerica esse figuræ: quam constat capaciorem, perfectiorem, & tuæ æternitati conformiorem existere.

In omnibus his orbis superior inferiorem ambit & circuit: cum ignis quoque, aer & aqua terram circundet.

Veritatem partem terræ uoluisti aquis esse discoopertam: ut in ea animalium multitudo & hominum aptam habeat mansionem.

Ad concuaitaque terræ parata & facta à te, collegisti has aquas, quas tunc certa lege & gyrouallabas: & uelut uectibus ianuisque, ne prefixum exeant terminum, concludebas.

Arenam posuisti terminum maris: quod uelut in urte collectum posuisti ut in thesauris: atque ad ripam iussisti confringi tumidos fluctus eius.

Totam uitam nostram deus misericordissime ordinasti: cui infinita sit gloria adorande creator, trinitas benedicta, Amen.

Phil. 103

Iob. 38

Laus dei de dispositione terræ &c.

Super terram domine lineam tetendisti: eius fundamenta atque mensuras iecisti.

Ipsam in medio mundi ut centrum, immobile permanere iussisti: in æstimabileque ei fecunditatem deus altissime præstitisti.

Semel dixisti in exordio seculi: Producat terra herbam uirentem: & ecce uisus in præsens tuam deus omnipotens iussionem cernimus eam tenentem.

Tanta est domine magnitudo cœlestium orbium, ut comparatione eorum, terra sit uelut imperceptibile punctum.

Nihilominus tu creator excelsè omnia in infinitum excedis: & tuæ maiestatis respectu, est totum uniuersum ut puluis exiguus.

Loca habitabilia distinxisti terram hominibus diuisisti: omnia quoque in numero, mensura & pondere, in modo, specie & ordine condidisti.

Accedente sole facis æstatem: quo abeunte, efficis hyemem: allationemque solis facis terræ adonas uirgultis ac uarijs fructibus, iuxta propriam uoluntatem.

Motu solis ac lune, tempora in annos & menses, dies noctesque distinguis: partes præterea anni diuersis qualitatibus ordinatissime afficis.

Tuam nos domine maiestatem fac iugiter honorare: tibi summe trinitati, patri, uerbo, para-cleto honorem, gloriam condecet immolare, Amen.

Laus dei de impressionibus aeris.

Inaere domine multiformes effectus tu generas: impressiones & exhalationes, nubes, uentos & pluias.

Cœlum nubibus ad nutum mox operis: coruscationes repente emittis: tonitrua tua hominum corda concutunt metibus.

Aquas ligas in nubibus domine, & guttatim iubes descendere: ne simul erumpendo queant cuncta subuertere.

Iob. 38

GG Per



Per causas secundas producis in aere uarias impressiones: cometas, halonē, coronas, uoraginem, stellas cadentes, capras saltantes.
 A sub, caliginem, pruina & nebulam: grandinē, niuem ac iridem, & uolantem draconē.
 Omnis lapis pretiosus, ois liquor prænobilis: & quicquid desiderabile est in rebus, nonne opus tuum est creator superlaudabilis?
 Tu irrationalibus animalibus proprias atq; mirādas largitus es proprietates: uirtutes, operationes, industrias eorū: naturis conuenientes.
 Fac nos deus mirabilis te in uniuersis tuis effectibus contēplari: atq; per hoc tua charitate fortiter inflāmari: & ex omnibus ad tuā sublimitatis uenerationem excitari.
 Laudent, benedicāt & superexaltent te dñe omnia opera tua: tibi honor, uirtus, beatitudo, laus, gloria: pater & fili ac spiritus sancte, per secula cuncta, Amen.

Heb. 12
 Psal. 67
 Jobel. 2

Laus dei de consummatione mundi.

Quoniam deus in mēse propter hominem corporalia condidisti, cœlestemq; Ierusalē ex hominibus implere quantum ad id quod defuit, decreuisti.
 Hinc numero electorū in cœlis cōpleto, cessabit generatio hominū in seculo isto.
 Tunc esse cessabunt corruptibilia species in toto corruptibiles: elementa autē manebūt, quoniā quo ad se tota, non sunt corruptibiles res.

11a. 30

Cum ergo electos glorificaueris homines, pariter immutabis in melius elementa & stellas orbeshq; cœlestes.
 Erit quippe peracto iudicio lux solis septies maior q̄ modo: lunaq; lumen tātum tunc erit, ut lumen est solis tempore isto.
 Terra quoq; tunc peruia erit ut uitrum: aqua uelut crystallus: aer ut cœlum: ignis ut sydera eius.
 Tunc motus cœlorū & tempus cessabunt: quæ te domino disponente, nunc ad generationem concurrunt.

Tunc sol & luna fixa suis erunt in locis: & magnificētia tua creator ab intellectualibus creaturis, quasi sensibiliter uidebitur in præinductis sic immutatis corporalibus tuis facturis.
 Taliter tibi nunc domine obsequamur, ut in glorificatione futura à te, plenam beatitudinē sortiamur.

Apo. 7

Tibi sancte pater & unigenite dei cū spiritus sancto paraclēto perpetua gratiæ actio, adoratio, hymnus & gloria, summo principi, regi præinclaro, Amen.
 Laus dei de beatitudine electorum.

Quemadmodum à te domine immediatē creata est anima nostra, sic felix esse nō ualeu nisi fuerit tibi immediate unita: & tuæ essentia contēplatrix effecta.
 In hoc deus omnipotens apparet tua bonitas liberalitasq; immensa, q̄ ad supernaturalem hanc beatitudinem, ad tuipsum plenam & immediatam fruitionem, nos condere est dignata.

1. Iohan. 3

Præparasti nobis te ipsum o summū in finitūq; bonum in præmiū: ut te sicuti es conspiciedo, habeamus in te, quicquid desiderabile est, bonum, honestū & pulchrum.
 Videbimus te dñe per te ipsum: erit namq; essentia tua nobis species & obiectum. Te facietenus contēplando, cognoscemus in te totum ordinē uniuersū: & quicquid uoluntas optauerit, & intellectus scire cupierit, præsto erit rex cœli.

Tunc clarissime intelligemus, quicquid de te domine deus nunc credimus: uidebimus eū tunc cū summis delictis, quæ admodum una persona procedit ab alia in diuinis:

1. Cor. 13

Qualiter tu fili à deo patre gignaris: & tu spiritus sancte ab utroq; spireris.
 Tunc uere & plene sciemus, q̄ misericorditer à te deus præseruati ac saluati fuerimus.
 In tui uultus uisione per speciem plena & summa consistit iucunditas: ad quam perducere nos digneris super gloriosissima trinitas: cui est honor & gloria, oīsūq; in æternum laudatio sancta, & uera sublimitas, Amen.

De laudibus dei finis.

D. DIONYSII

Præfatio.



VNV EST ALTISSIMVS, CREATOR OMNI
 um, omnipotens rex, metuendus nimis: sedens super thronum, dominus deus. Quemadmodum quarto capitulo de diuinis nominibus magnus atq; diuinus Dionysius protestatur, oīsibus desiderabile, amabile ac delectabile est pulchrum. Deniq; sicut omnis mens creata bene disposita, primum summūq; bonum potissime ac finaliter amat aut appetit ad fruendum, sic utiq; primū summiq; pulchrum maxime cupit, ultimate uel diligit ad uidentū. Hinc deum sublimem, qui est bonitas pura, immēsa, causalissima & fontana, pulchritudo quoq; incircumscrip̄ta, idealis, separata, in se subsistens, omniformiter superperfecta, totius beatitudinis esse fontem, obiectū & causam, Christianæ sapientiæ ueritas docet: pro eo q̄ ipse duntaxat, & uere ac plenē satiare ac quietare idoneus est: tam ipsius intellectus, q̄ uoluntatis potentie capacitatem, auiditatem & motionem. Propterea decimo de Ciuitate dei asserit Augustinus: Deus est fons nostræ beatitudinis: ipse omnis appetitionis est finis: ad quem dilectione tendimus, ut in illo quiescamus. Nullum quippe defectuum, nullum imperfectum, nullum finitum, creatum, secundarium, dependens seu indigens, sufficit menti create, ut eam feliciter impleat & quietet: sed ad unum indefectibile ac perfectum, infinitum, increatum, primum & independens, oportet esse ascensum, contactum ac statum: hoc est, ad pulchritudinem illam exemplarem, supersplendidissimam atq; fontalem. Qua sicuti est uisa & fruiue possessa, felicitas, specietenusq; adepta, tanta mox adest exuberantissima delectatio, complacentia, opulentiæ quoq; desinca, ut uidens, plenissime contentetur, contentabiliter & immobiliter in ea: hoc est, in deo adorando & benedicto: cuius splendor ac decor, finem prorsus non habet. Huius igitur increatæ pulchritudinis, in infinitum præcunctis & super omnia dulcis, conuenientis, desiderandæ, amandæ & supermūdi summe, igneo flagret mens pia amore, dicendo: Quando ueniam, & apparebo ante faciem dei: Nempe, ut decimo de Ciuitate dei, Augustinus ex uerbis Plotini, magni Platonici, introducit, Contemplatio dei, tantę pulchritudinis uisio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis præditus & abundās, infelicissimus sit censendus. Sed o quā purum & incontaminatum, quā innocens & purgatum esse oportet, quod superessentiali illi in finitæq; pulchritudini super sanctissimæ deitatis, immediate coniungitur, beatifice cōiunetur, atq; per speciem facialiter copulatur.

Ecclesi. 1
 Dionysius.

Psal. 41
 Augustinus

Articulus primus. Quid pulchrum, quæ ratio seu descriptio pulchri: & q̄ pulchrum sit unum conuertibile cum ente, ita q̄ omne ens est pulchrum.

Quid autem sit pulchrum, & quæ ratio eius, originaliter sumitur ex theoreticis sancti Dionysii documentis: qui capitulo de diuinis nominibus quarto, bonum inquit & pulchrum idem sunt, & omnia appetunt bonum & pulchrum: neque est existentium aliquod, quod non participet bono & pulchro. Itaq; secundū beati Dionysii commentatores, quemadmodum bonum & uerum ac unum conuertuntur cum ente, ita & pulchrum: ita q̄ omne ens est pulchrum, sicut omne ens dicitur bonum, & uerum ac unum. Rursus, sicut omne creatum, aliquid diuini esse, diuinæq; bonitatis participat, sic quoq; aliquid diuinæ, sempiternæ & increatæ pulchritudinis creator eidem cōmunicat, per quod suo conditori aliquāter assimilatur, eiusq; pulchritudinem in aliquo imitatur. Etenim quantum res sortitur de entitate, tantumdem habet de bonitate & pulchritudine, loquendo de bonitate naturæ & pulchritudine naturalis perfectionis seu forme.

Dionysius

ma. Forma quippe est decor & species rei. Hinc quod debita perfectione ac forma ornatur, pulchrum rite asseritur. Essentiali uero, itemq; intrinseca perfectione aut formalitate, nulla res condita in toto priuatur: aliqua ergo pulchritudine decoratur. Præterea omne creatum in quantum rationem idealem, exemplaremq; formam quam habet in luce ac sapientia mentis diuinæ proportionabiliter imitatur, pulchrum consistit. Vnde Dionysius, Pulchrum ait, est omnium exemplaris causa in uerbo. Quamuis igitur pulchrum & bonum realiter conuertantur atque coincidant, tamen formaliter distinguuntur: quoniam iuxta Thomam in prima parte, bonum dicitur in ordine, seu per potentiam appetitiuam: Pulchrum uero, per comparationem ad cognitiuam potentiam. Quemadmodum ergo bonum describitur esse quod omnia appetunt, eo quod nihil desideretur nisi sub ratione seu proprietate boni aut ueri aut apparentis, sic pulchrum quidam esse describunt, quod omnia aspiciunt uel cognoscunt: hoc est, quod sua actualitate, cognoscentis intuitum ad suam notitiam aut aspectum mouere siue allicere potest: communiter nanque pulchrum uocamus, quod uisui placet, & uidentem oblectat. Cui consonat, quod Alexander de Halis, doctor magnus & solidus ait super secundo: Pulchrum dicimus, quod in se habet, unde conueniens sit in aspectu. Præterea, doctor iste aliam ponit differentiam boni & pulchritudinis: siquidem, dispositionem respectu alicuius causæ importat. Sed bonum dicit dispositionem respectu causæ finalis: pulchrum uero, respectu causæ formalis. Res enim creata dicitur ens, quo ad causam efficientem. Efficiens nempe dat esse bona quo ad causam finalem, à qua sortitur inclinationem ad bonum & debitum finem: pulchra, quæ ad causam formalem formantem & exemplarem, quæ effectum suum distinguit ab alijs, imprimendo ei formam, qua separatur ac differt à cæteris: quoniam forma distinguit & separat, iuxta Aueroism.

Articulus II. Quomodo etiam in ipso uniuersorum primo principio deo benedicto, pulchrum conuenit ac pertinet ad rationem causæ exemplaris.

IAm in fine præcedentis articuli tactum est, quod res creata dicitur pulchra, quo ad causam formalem, extrinsecam, exemplarem, uidelicet deum sub ratione huiusmodi causæ formalis, unumquodq; distincta ac propria ideali ratione causantis, secundum Augustinum in libro 83. Quæstionum: nihilominus res creata, etiam pulchra uocatur & est, ex parte causæ formalis intrinsecæ seu informantis, quæ est uelut quædam impressio & participata similitudo formæ idealis, conferens enti speciem & decorem. Denique, de glorioso & sancto existente omnium causa, in triplici genere causæ, ut puta, efficientis, formalis quoque seu exemplaris atque finalis, certum est causalitatem efficientis ad potentiam, exemplaris ad sapientiam, finalis ad bonitatem potissime pertinere. Itaque causalitas efficientialis competit deo ratione potentiae: sicque omnia sunt ex ipso. Causalitas uero exemplaris, ratione sapientiae cuius est omnia ordinate producere, rationem & formam operis intuentor sicque omnia sunt per ipsum. Porro, causalitas finis competit deo ratione bonitatis: & sic omnia sunt in ipso. Quoniam itaque iuxta inducta, pulchrum dicit dispositionem respectu causæ formalis & exemplaris, palam, quod in deo quoque pulchrum seu pulchritudo, ad causam pertinet exemplarem: cuius est, creata sapienter, pulchritudinem quoque distinguere: & singula proprijs perfectionibus ad imitationem primæ & exemplaris pulchritudinis decorare. Hinc Areopagita Dionysius docet, quod primum & increatum super substantialitatem pulchrum, dicitur pulchrum & pulchritudo, quoniam existentia cuncta pulchritudine decorat secundum propriam singulorum proportionem: & causat uniuersalem omnium harmoniam & claritatem: ac instar solaris luminis, uniuersitati entium pulchritudinis distributiones radij sui fontani immittit. Et denuo ait: Secundum pulchrum, omnia determinantur ac distinguuntur. Distinctio quippe penes ea quæ sunt eminentiora & pulchriora in rebus, præsertim attenditur. Vnde differentia perfectissima, à perfectione speciei essentiali ac ultimata, accipit secundum philosophos. Postremo, pulchrum quo ad cognitiuam potentiam dicitur sicut ostensum est. Hinc in specialibus intellectualibusque naturis, pulchritudo ad sapientiam præcipue pertinet: atque in deo ad attributum ueritatis reducit secundum doctores. Causalitas autem exemplaris

Thomas

Alexander

Auerois

Augustinus

Iohannes

Dionysius

exemplaris, ad sapientiam pertinet. Rationabiliter ergo in deo pulchrum ad rationem & genus causæ exemplaris, asseritur pertinere. In ipso equidem primo ac omnipotenti principio inuenitur causa subsistendi, ratio intelligendi, & ordo uiuendi. Quorum primum ad naturalem, secundum ad rationalem, tertium ad moralem pertinet philosophia: partem seu speciem prout octauo de Ciuitate dei, à Platonis dictum Augustinus commemorat.

Articulus III. De distinctione pulchri & ueri.

Conuertibilia entis, uidelicet bonum, uerum, pulchrum, reale, nil superaddit entis: scilicet, aliquam rationis considerationem ac proprietatem. Porro iam dictum est, quod pulchrum dicitur respectu causæ formalis, & quantum ad cognitiuam potentiam. Cum ergo etiam uerum prout cum ente conuertitur, dicatur atque sumatur ex parte forme, & per comparationem ad uim cognitiuam intellectualem, uidelicet prout natum est facere ueram conceptionem in intellectu secundum Auicenam & omnes, quaerendum, quomodo pulchrum à uero distinguitur. Iterum, dictum est, quod pulchrum uocatur secundum quod formam exemplarem quam habet in mente diuina, proportionabiliter imitatur: simili autem ratione, uerum quoque ens, omne creatum asseritur. Nam siue artificialia uera dicuntur, in quantum ad imitationem forme quæ habent in mente artificis, producuntur, sic naturalia dicuntur uera, secundum quod ad imitationem formæ idealis quæ habet in mente primi opificis, producta sunt: sicque uiderunt eadem esse ratio ueri & pulchri. Ad hoc Alexander de Halis in secundo respondet, quod ueritas est dispositio seu proprietatis seu intellectus considerationem. Pulchritudo autem, est dispositio, ex parte formæ relata ad exterius: quia ut habitum est, pulchrum describitur, quod cognoscenti uel intuenti conueniens & ornatum monstratur. Porro, quod pulchrum ex parte forme sumatur, liquet ex uerbo Augustini, in libro de natura boni dicentis: In hominis forma quoniam maior est pulchritudo, in eius comparatione, similitudo pulchritudo, deformitas appellatur. Iterum, cum tria sint ipsius creaturæ, uidelicet modus, species, ordo, palam est pulchritudinem ad speciem pertinere: atque secundum eam determinari. Nam & speciosa dicimus pulchra sed species ex parte formæ accipitur: ergo, & pulchrum seu pulchritudo. Si uero quis inisset contra prædicta, eo quod teste Dionysio, pulchrum secundum causam omnia appetunt: cum igitur appetitus respiciat finem, pulchrum ad causam pertinebit finalem. Ad hoc quidam respondent, quod appetere sumitur proprie, sicque dicitur respectu finis seu causæ finalis. Sumitur etiam communiter: & sic omne in quo quiescit appetitus alicuius, dicitur ab eo appeti, & esse finis ipsius: ut quod est delectabile intellectui, dicitur appetere intellectus: & quod est delectabile uisui, dicitur appetere uisus: sicque pulchrum, cadit in naturali appetitu omnium rerum: & quælibet potentia appetit pulchrum, conueniensque obiectum. Si autem rursus quis inisset, quia Dionysius ait, quod pulchrum est finis omnium, & omnia fiunt causa pulchri, dicendum, quod cum bonum & pulchrum idem sunt, pulchrum materialiter in quantum est quoddam bonum, uel etiam summum bonum, ad finale pertinet causam.

Articulus IIII. De multiplici diuisione pulchri seu pulchritudinis.

Quemadmodum ens & conuertibilia eius, uidelicet bonum & uerum, multipliciter diuiduntur, ita & pulchrum, præsertim cum pulchrum inueniatur in omni natura, genere, gradu & ordine entis. Est itaque pulchritudo quædam increata, quæ est pulchritudo & pulchrum per essentiam: scilicet deus. Alia est pulchritudo creata, seu pulchrum per participationem. Quemadmodum enim omne creatum dicitur ens, in quantum aliquid de diuino esse participat, atque ob id eidem in aliquo per quamdam imitationem uel figuralem assimilatur, sic omne creatum dicitur pulchrum, in quantum aliquid de pulchritudine diuinæ naturæ sortitur, ac per hoc eidem aliquo qualiter conformatur. Et sicut deus omnia fecit bona, quoniam in seipso naturaliter bonus est, sic omnia fecit pulchra, quia in se substantialiter, imò & super substantialiter pulcher est. Præterea, pulchritudo creata, alia est essentialis, alia accidentalis. Essentialis, est ipsa rei essentia, seu intrinseca atque specifica eius perfectio seu natura, in quantum in se continet, unde cognoscenti esse placeat, & decora appareat. Hanc quoque pulchritudinem, non solum reor ponendam in entibus prædicamenti substantiæ, sed in omni prædicamento ac genere entis. Essentialis quoque pulchritudo rei, est ipsa entitas, seu natura & forma, alicuius actualitatis perfectionis: quoniam

tentiuatquemadmodum pulchritudo sapientie seu doctrinae, est ipsa doctrina modo praefato: & pulchritudo lucis, est ipsa lux cum respectu predicto. Pulchritudo autem accidentalis, est aliqua aduerbia perfectio uel superueniens decor, essentialem pulchritudinem complens ac fulciens, sicut essentiali, naturali atque ingentia pulchritudini mentis creatae superuenit pulchritudo sapientiae & uirtutum. Essentia nempe entis creati, in se perfecta non est sed actibus atque habitibus bonis, perfici indiget & ornari. Sola autem diuina essentia in se prorsus perfecta consistit: unde nec actu, nec habitu usque perficitur, cum ipsa sit actus purus & simplicissimus, in quo uere ac penitus idem sunt, esse, posse & agere. Hinc pulchritudo accidentalis, in ipsa locum non habet. Amplius, pulchritudo alia est corporalis, alia spiritalis. Spiritalis autem, in rationalibus & intellectualibus inuenitur essentia. Postremo, sicut ueritas in ueritatem uirtutis, ueritate doctrinae, ueritatemque iustitiae tripartitur, ita & quaedam dici potest pulchritudo uirtutis, quaedam pulchritudo doctrinae, quaedam demum pulchritudo iustitiae. Pulchritudo uirtutis, est actio ipsa uitalis seu conuersatio naturae intellectuales secundum diuinam legis directionem & iusta exhibita, deformitate & labe carens peccati. Pulchritudo doctrinae, est ipsa ueritas quae docetur, a commixtione falsitatis aliena, auditibus grata, salubris, iucunda. Pulchritudo iustitiae, est aequitas, obliquitatis uitiorum expers: Habet e quidem quandam suam iustitiae claritatem seu lucem: estque in ipsa maximus splendor uirtutis.

Articulus v. De pulchritudine corporali.

Praeterea, corporalis pulchritudo alia est elementorum, alia mixtorum, alia caelestium corporum, alia inanimatorum, alia uegetabilium, alia sensitiuorum & irrationalium, alia rationalium creatorum. De corporali itaque pulchritudine dicitur Augustinus undecimo de Ciuitate dei, Pulchritudo inquit, non mole constat, sed paritate ac dimensione membrorum. Porro, uicesimo secundo de Ciuitate dei, pulchritudinem istam plenius describens, Corporis aut pulchritudo, est partium convenientia cum quadam coloris suauitate. Vnde Albertus in quaestionibus suis super Missus est, ad hanc pulchritudinem asserit tria requiri. Primum est elegans atque conueniens corporis magnitudo. Secundum, est membrorum proportionata formatio. Tertium, boni ac lucidi coloris perfusio. Hinc iuxta Philosophum in Ethicis, homines paruae staturae, non sunt proprie pulchri, sed dici possunt graciles ac decori. Haec corporalis pulchritudo inter dona computatur naturae, multisque efficitur occasio culpae, uanitatis & pompae. Non enim inaniter dictum est: Pulchris inest fastus. Ideo decimo quinto de Ciuitate dei loquitur Augustinus: Pulchritudo corporis, bonum quoddam est & donum dei. Sed propterea largitur deus illud etiam malis, ne magnum bonum aestimetur a bonis. Sed nunc dicta de pulchritudine corporali, intelligenda sunt de pulchritudine accidentali perfecta, quae rebus inanimatis membra non habentibus, non conuenit: sed animalibus tantum, nec omnibus eis, sed quibusdam duntaxat. Nihilominus uegetalibus atque non uiuis, eximia competit & admirabilis pulchritudo in partium suarum formatione, coloratione, consonantia & splendore: sicut uidemus in herbis uiuentibus, & metallis splendentibus. Eapropter, quinto de Ciuitate dei Augustinus testatur: Deus nec exigui & contemptibilis animantis uiscera, nec auis pennulam, nec herbae flosculum, nec arboris folium, sine suae conuenientia partium, & quadam ueluti pace reliquit. Hinc Hugo de sancto Victore in libro de tribus diebus conscripto: Est uere & euidentis diuinae sapientiae argumentum, quod omne genus simile sibi procreat & in tam multis similitudo una propagata, primae originis forma non uariat. Vnde quodque suam speciem habet: & unum quodque generis sui similitudinem seruat. Vide folium, quomodo ferat dentibus per gyrum distinguitur: quomodo intrinsecus productis costulis, huc illucque, intexitur: numera unum, numera alia: omne quod est unius generis, unius inuenis similitudo inest: dentes in uno, quot in alio: tot costulae in uno, quot in alio: tale colorem & formam in uno, quale in alio. Haec Hugo. Denique, ex horum sagacissima speculatione, quidam praecleari philosophi argumentati sunt, prouidentia dei excelsi & gloriosi, usque ad inferiora & ima pertinent: secundum quod 10. de Ciuitate dei Augustinus dicit: Plotinus Platonis de prouidentia disputans, ea a summo (cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo) usque ad haec terrena & ima pingere, flosculorum ac foliorum pulchritudini comprobare: quae omnia quasi abiecta & uelocissime pereuntia, decetissimos formae suae numeros habere non posse confirmat, nisi inde formam, ubi forma intelligibilis & incommutabilis, simul expleat habens omnia, perseuerat. Hoc & dominus Iesus ostendit in Euangelio: Considerate in quiens lilia agri, quomodo crescunt

Dec. 10

Augustinus

Albertus

Augustinus

Augustinus

Hugo

seunt. Dico autem uobis, quod nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut unum ex illis. Hinc quoque in primo Timothei asserit Plato, quod praestantem bonitatem, uidelicet superdignissimam deitatem non decuit aliquid procreare nisi pulchrum.

Articulus VI. De pulchritudine caelestium corporum.

Omnia figurarum completissima constat esse rotunda, circulem seu sphericam. Lux quoque & diaphaneitas inter corporales qualitates extant praeclearae. Cui igitur caelestium orbium, astrorum ac planetarum figura sit sphaerica, ipsi quoque orbis consistat diaphani, stellae uero itemque planetae sunt pellucidae, palae est, caelestibus quidem corporibus pulchritudinem inesse praecipuam: praesertim, cum ipsi orbis diaphani, praefatis astris atque planetis lucentibus adornentur. Icirco in Ecclesiastico legitur: Species caeli, gloria stellarum: mundum illuminans in excelsis dominus. Species caeli, in uisione gloriae. Sol in aethere, uas admirabile, opus excelsi, radios igneos exufflans. Magnus dominus qui fecit illum. Luna, ostensio temporis & signum aui, crescens mirabiliter in consummationem: in has castros in excelsis, in firmamento caeli resplendet gloriose. Praeterea, teste Hugone, quid pulchrius luce, quae cum in se colore non habeat, omnium tamen rerum colores ipsa quodammodo illuminando colorat? Quid iucundius ad uidentium caelo cum serenum est, quod respicendae quasi sapphirus, & gratissimo quodam suae claritatis temperamento, uisum excipit, & demulcet aspectum? Sol sicut auge rutilat: luna palleat quasi electrum. Stellarum quaedam aspectu flammae radiant: quaedam luce rosea micant: quaedam uero alternatim, nunc roseae, nunc uiridae, nunc candidae fulgore demonstrant. Hinc itaque conuenientissime ait scriptura: Gloria dei, plenus est opus eius. Quam desiderabilia sunt omnia opera eius. Quis fatiabitur uidens gloriam eius? Vix multa dicimus & deficiamus uerbis: consummatio autem sermonum, ipse est. Multa quippe sunt abscondita maiora his: pauca enim uidimus opera eius. Etenim difficile inuenimus quae in terra sunt: & quae in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quae autem in caelis sunt, quis inuestigabit? Enim uero, quis caeli empyrei, quod omnium uisibilium inuisibiliumque locus seu continentia est, magnitudinem, uenustatem, nobilitatem, luciditatem, simplicitatem, & caeteras eius proprietates cognoscere possit aut fati? Ipsum est enim quantitate permaximum, qualitate praefulgidum, situ altissimum, uniforme, inalterabile atque immobile, contemplationis beatificae fruentium deo habitaculum congruum. Hic paradisi caelestis: haec parua beatorum: hic uoluptatis deificae locus: hoc regnum caelorum: terra regioque uiuorum: cuius gyro contenta seu clausa sunt omnia: extra quod nulla penitus inuenitur creatura. Porro, si minima stella uisibilis, maior est tota terra, quam magni sunt orbis caelestes, quorum respectu stellae apparent & sunt adeo paruae. Nihilominus, quanto stellae maiores sunt secundum ueritatem quam apparentiam, tanto utique orbis maiores sunt uere, quam apparenter. Hinc itaque, in horum caelestium orbium atque astrorum decore, splendore, magnitudine & uirtute supergloriosissimi creatoris omnipotentem sapientiam, ac super sapientem omnipotentiam, synceriter contemplerur, iugiter admiremur, seruenter amemus, reuerenter colamus, & dignis (quantum in opes & uisum ualeamus) praecognitionis incessanter humiliterque laudemus. Icirco e quidem admonet Esaias: Leuate oculos uestros in excelsum, & uidete quis creauit haec.

Articulus VII. Ex quibus principaliter constat, colligatur atque resultet pulchritudo mundi.

Quemadmodum ordo, ita & pulchritudo mundi in generibus rerum ac speciebus principaliter est constituta. Haec quoque uocatur essentialis pulchritudo mundi secundum Alexandrum de Halis: & determinat atque attribuitur penes modum, speciem & ordinem secundum eundem: non prout modus, species & ordo considerantur in rebus quae transseunt, seu indiuiduis quae corruptiui subiacent, sed in generibus ac speciebus quae permanent. Veruntamen penes indiuidua incorruptibilia, in quibus species tota salua in indiuiduo uno, sicut sunt sol, luna, ac personae angelicae, itaque in his indiuiduis quae secundum se tota corrumpi non possunt, quae uis secundum partem quae corrumpi, tam in materia proxima quam in forma, qualia sunt quatuor elementa, essentialis pulchritudo mundi consistit, hinc ergo propter generabilium corruptibiliumque in indiuidua rerum continuam successionem, defitionem, inuolutionem, principalis pulchritudo mundi non turbatur, nec deformatur: quemadmodum libro de natura boni loquitur Augustinus: Fit decedentibus ac succedentibus rebus temporalibus, quaedam in suo genere pulchritudo, ut nec ipsa quae desinunt esse, turpent aut turbent modum, speciem & ordinem uniuersae creaturae: sicut sermo bene compositus, utique pulcher est, quis in eo syllabae omnesque soni, quasi nascendo ac moriendo, transcurrant. Denique secundum Augustinum uideat

Mat. 6
L. u. 12

Ecc. 45

Hugo.

Mat. 28

Ecc. 46
Eodem

Sap. 10

Esai. 7

Etiam Confessionū, mundo pulchritudine descendit ad pulchritudine prima, exemplari, diuina: siquidē ait: Tu dominē e cisti ea pulchra, quoniam pulcher es: pulchra enim sunt, sed non sicut tu conditor eorum: cui comparata, nec bona nec pulchra sunt. Cui consonat illud Iheronimi Ex pulchritudine circumscrip̄ta creaturæ, pulchritudine suā quæ circumscribi non ualet, facit deus intelligi. Pulchritudo igitur creaturæ, est quoddam uestigiū, cognitue perueniendi ad noticiā pulchritudinis increatæ. Vestigiū autē principaliter attenditur penes modū, speciem & ordinē: ergo & pulchritudo. Insuper elucescit ex his eius solutio quæstionis, quæ queritur, an pulchritudo mundi possit augeri uel minui. Est nempe dicendū, q̄ perfectio attenditur modis duobus: uidelicet secundū formā totius, & secundū formā partium: uel certe penes essentialia ac principalia, & item penes accidentalialia & aduentitia. Vnde essentialis pulchritudo mundi, quo ad genera & species, & quantū ad formā totius, semper perfecta perseverat: nec augeri nec minui potest. Sed quantū ad accidentalē perfectionē ac pulchritudinem pertinet, perfectio & pulchritudo uniuersa, augeri potest ac minui, per in diuiduum regē multiplicationē, adorationē, deformationē & subtractionē: tam quantū ad esse, q̄ quo ad bene esse talium regē. Quomodo cūq; ergo se habeant partes, perfecta est uniuersitas mundi, quantū ad essentialē ordinē entium & decorē: ut in notescit ex uerbis Augustini tertio de libero arbitrio asserentis: Cum non peccantibus adest beatitudo, perfecta est uniuersitas. Cum uero peccantibus adest miseria, nihilominus perfecta est uniuersitas. Quod autē ipsæ non defunt animæ, quas uel peccantes sequitur miseria, uel recte facientes beatitudo semper in naturis omnibus, uniuersitas plena atq; perfecta est. Verū tamen licet modo præfato, perfectum sit uniuersum quo ad genera & species, nihilominus posset creator omnipotens adhuc multiplicare species specialissimas in natura angelica, à supremo illius naturæ nunc subsistente supposito, ascendēdo in infinitū. Diuina namq; immensa potestas, tot facere nequit, quin in infinitū plura & præstantiora producere possit. Sed ipse superberrimus conditor, in numero, pondere & mensura, secundum suā abyssalis sapientiæ imperferutabilem profunditatē, rationabilissimamq; censuram, constituit uniuersa.

Articulus VIII. An malo culpæ conueniat ratio pulchritudinis & utrum huiusmodi malum conferat ad pulchritudinem uniuersa.

Sicut sepius iam patuit, pulchritudinem consequitur bonū & ens, ita ut quantū quid sortitur de bonitate ac entitate, tantundē de pulchritudine sortitū dicitur. Cum igitur malum culpæ inquantū huiusmodi, sit deforme & casus ab ente, ipsa quoq; malitia, deformitas sit & nihil, iuxta illud Dionysii quarto capitulo de diuinis nominibus, malum secundum se, nec existens, nec bonū, nec operatiuū, nec effectiuū, palū est, q̄ malū culpæ ut tale, non sit pulchritudine neq; ad pulchritudine conferens: sed inquantū per sapientiā creatoris omnia conuenientissime ordinantis, ex ipso elicitor bonū: atq; ex eius iusta punitione summi iudicis, æquitas commendatur. Bona quoq; tali malo opposita, ex eius cōparatione & respectu, euidētius innotescunt & pulchriora apparent: eo q̄ opposita iuxta se posita, clari⁹ elucescunt. Sic nempe electorū beatitudo & gloria, ex reproborū miseria & tormento amplius decoratur, augetur, ipsosq; electos ad pleniorē dei amorē & gratiæ actionem inflammat, dum mala culpæ & pœnæ in damnatis conspiciunt, quæ ipsi diuinæ miserationis auxilio euaserunt. Hinc quippe lætabitur iustus cum uiderit uindictā: innocens quoq; subsannabit iniquos. Vnde diuinus Dionysius: Malū inquit est ad cōpletionē uniuersa conferens. Et Augustinus XI. de Ciuitate dei: Deus nullū, aut hominū, aut angelorū, quē malū futurū preuidit, creasset nisi nouisset, quibus eos bonorū usus cōmodaret: atq; ita ordinē seculorū, tanq̄ carmen pulcherrimū honestaret. Et rursus in libro præfato: Sicut contraria contrarijs opposita, sermonis pulchritudine reddunt, ita quadā non uerborū, sed rerū eloquentia, contrariorū oppositio, seculi pulchritudo componitur. Quod in Ecclesiastico rectissime positū est modo sequenti: Contra malū, bonū: & contra uitā, mors: sic contra iustū peccator: & ita inuere, in omnia opera altissimi. Bina contra bina: & unū contra unum. Hinc rursus in Enchiridio undecimo capitulo astruit Augustinus: Vniuersa simul, sunt ualde bona: quia ex omnibus cōstitit uniuersitas admirabilis pulchritudo: in qua id quod malum dicitur, bene ordinatū & loco suo positū, eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabilia sint. Deus enim, ut in eodem libro conscriptū est, adeo bonus est, ut non permitteret mala, nisi sciret, & uellet ex eis elicere bona.

Articulus IX. Quomodo ratio pulchritudinis conueniat malis pœnæ & monstris: & qualiter conferant ista ad pulchritudinem mundi.

Malorū

Malorū culpæ deus causa non esse asseritur sed uolūtas creata inquantū defectiua, atq; ex nihilo facta, secundū Dionysii & Augustinū. Porro, malorū pœnæ causa, est deus. Talia etenim mala pœnalia, iuste infligit deus, uel naturaliter cōcomitantur entis naturā, quemadmodū mixtorū corruptio: quæ licet bona & pulchra non sit eis quæ corrūpuntur, confert tñ & prodest ad pulchritudine mundi, & alijs cedit ad cōmodū: sicut dñ homines carnib⁹ animalium occisorū alij. Corruptio demū unius, generatio extat alterius, in q̄ esse speciei continuat. Hoc quoq; ad mundi p̄tinet ornamentū, ut rebus eueniat, quod ipsis naturale consistit. Hinc in libro de libero arbitrio loquit Augustinus: Habitatio celestis anima iniusta nō cōuenit per peccatū: terrestri autē cōuenit p̄ supplicium: uilioribus nāq; locis cōgruunt uiliora. Ideo denuo asserit Augustinus: Seruus in tali peccato deprehensus, * ut mūdā de cloacæ dignus habeat ornatu turpitudine sua. Et utriq; horū, uidelicet turpitudine serui, & mūdā de cloacæ, coniunctū & redactū in quandā sui generis unitatē, ita dispositę domui coaptat, ut eius uniuersitati ordinatissimo decore cōueniat. Sic uolūtaria quæ in peccato sit, est turpis affectio: cui propterea pœna adhibet, ut ordinet eam, ubi tale esse turpe non fit, & decori uniuersitatis cōgruat, ut peccati dedecus emūdet pœna peccati. Præterea, 15. de Ciuitate dei loquēs de morte Augustinus, Per ineffabilem inquit misericordiam, ipsa pœna uitiorū, transit in arma uirtutis: dñ scilicet q̄ pro iustitia morit. Mors ergo, inquantū est instrumentū uirtutis, pertinet ad decorē: imō si mors nō esset, nō utiq; esset martyriū: quod itē non esset, si persequentium culpa deesset: sicq; peccatorum iniquitas, sit electis exercitiū patientiæ, cum uis meritorum, coronarūq; gloriæ. Si uero quis inestet, quoniam in libro Sapientiæ habetur, q̄ deus mortē non fecit, & in de Ciuitate dei Augustinus affirmat, q̄ sicut lux non est malū dum auget peccantium concupiscentiā, ita mors non est bonum, cum auget patientiā & gloriā. Respondendū, q̄ mors uno modo consideratur ut defectus uitæ & esse: sic non est bonum, nec terminus operationis diuinæ diuicte intentus. Alio modo consideratur ut malum, pœnale ei qui patitur, sicq; conuenit ei ratio pulchritudinis & boni modo præfato. Deniq; pretiosa in conspectu domini mors sanctorū, cum sit ingressus ad uitā æternam. Mors uero peccatorū: quamuis sit pessima eis, bona tamen & pulchra est ad declarationem diuinæ iustitiæ: eis quoq; aliquo modo bona esse conuincitur, in quantum est terminus malæ conuersationis eorum: qui quanto diutius uiuunt, tanto grauiorem sibi damnationem accumulant. Postremo, de monstris effectibus planū est, q̄ essentiali pulchritudine naturæ suæ specificæ non priuētur, cum species rerum consistant in indiuisibili sicut numeri, iuxta Philosophum: deformitas quoq; eorū, clari⁹ monstrat defectorem eorum, qui conuenienter suæ speciei forma atq; figura ornantur. Qui si rationalis naturæ sint ex monstrorū deformitate, ad pleniorē gratiarum actionem deo offerendi induci debent: ad cōpassionē quoq; piissimam. De gētibus autem monstris, quæ in quibusdam terræ locis esse feruntur, quid sentiri conueniat, Augustinus 16. de Ciuitate cap. 9. sapienter ac sobrie tractat. Ex præinductis insuper elici ualet, quomodo mutabilia conferat ad pulchritudine uniuersa. Cum enim mutabile seu corruptibile & incorruptibile, sint aliquo modo differentie entis, quemadmodum necessarium & contingens secundum Philosophum, constat q̄ mutabilia seu corruptibilia, quantum ad id quod in suis naturis sunt, di recte ad mundi decorem ordinemq; pertineant: quanq̄ quo ad suam defectibilitatem seu mutationem & corruptionem, non spectent ad pulchritudinem uniuersa, nisi eo modo quo nunc de malis pœnæ, & ipsis rerum defectibus, dictum est.

Articulus X. De pulcherrima mundi dispositione secundū Richardū atq; Hugonē.

Inter attributa perfectionalia quæ deo conueniunt, potentia, sapientia & bonitas seu benignitas eminent. Hæc sunt inuisibilia deo, quæ per res creatas noscuntur: quamuis in deo penitus idem sint. Potentiam manifestat creaturæ: quædam quasi inmensitas, utputa magnitudo & multitudo: sapientiā decori: bonitatē utilitas. Magnitudo quædam est molis: quæ dñ uirtutis ac dignitatis. Si ergo miramur magnitudines montium, tractus fluminū, spatia camporū ac nemorū, torusq; terræ quasi imperturbabilem atq; inmensurabilem molem, quid de aliorum magnitudine elementorum, quorum quodlibet ambit cingitq; terram dicendum uidetur, cum & aer intantum maior sit aqua, ut ambiat eam, & ignis ita in quantitate aërem uincit, ut cingat eundem? Ex quo palam fit, quā ineffabiliter orbēs celestes, maiores sint elementis. Rursus, cum ipsæ rerum species innumerabiles comprobentur, quā multa & innumerabilia sunt sub eis contenta. Quante ergo potentie fuit creare hæc omnia, Decor insuper corporalium rerum, consistit in situ, motu, figura

Admir.

Sap. 11

Phil. 57

Augustinus.

Ecc. 33

Augustinus.

Sap. 11

Phil. 15
Phil. 33

Rom. 11

figura & qualitate. Videmus autē q̄ conuenientissime situata sint corporalia uniuersa, ita q̄ elementa formaliora, sunt cœlis uiciniora, & sibi inuicem propinquiora: uidelicet ignis & aer. Elementa quoq̄ quæ maximam inter se qualitatem contrarietate forata sunt, non proxime collocantur, sed unū cum utroq̄ in quadā qualitate cōmunicans, intermediū est collocatum. Ordinatissima demū dieꝝ & noctiū uicissitudine, ueris, ætatis, autumni ac hyemis distinctione, generabiliū & corruptibiliū cursus, uita, incrementa, inuolutio atq̄ duratio, peraguntur secundū ipsius solis in zodiaco accessum & recessum. Ipsa quoq̄ temporaria immutabili lege, suæ mutabilitatis uices custodiunt, ut neq̄ aliquando a sui ministerij expletionē deficiant: neq̄ secus currentia, primæ ordinē institutionis confundant. Præterea, quis corporis humani, cæterorū quoq̄ animantiū organizationem, formationē, intus & foris distinctionē satis miretur? Quid de gemmis & pretiosis lapidibus narrē, quoq̄ non solū efficacia utilis, sed aspectus quoq̄ mirabilis: Ecce tellus redimita floribus, q̄ iucundū præbet spectaculū: quomodo uisum delectat: quomodo prouocat & affectū. Videmus rubentes rosas, candida lilia, purpureas uiolas: in quibus non solū pulchritudo, sed origo quoq̄ mirabilis est: quomodo scilicet dei sapientia, de terræ puluere species tales producit. Amplius, super omne pulchrū, uiride quomodo intuentiū animos rapit, quando uere nouo noua quadā uita, germina prodeunt: & erecta sursum in spiculis suis, quasi deorum morte calcata, ad imaginē futurę resurrectionis, pariter in lucē tam amoenē erumpunt. His omnibus, hominibus quoq̄ & bestijs, uarijsq̄ iumentis elementū terrę dei sapientia decorauit: cui tā ineffabilē fecunditatē impressit: in cuius uisceribus tam pretiosa gignuntur metalla: ex qua etiam oriuntur tam pretiosissima ligna: quoq̄ nonnulla sunt pretiosissima species generatiua: in qua commorantur animalia tam diuersimode figurata: quoq̄ nonnulla miramur ex corporū magnitudine: quæ dā ex paruitate: quæ dā ex raritate: quæ dā ex speciositate: quæ dā ex quadā (ut sic loquar) conuenientē inepitudine & delectabili deformitate, quæ uocantur ridicula. Ea propter magnitudinē corporū ammiramur, quæ sui generis modum in quantitate excedūt, sicut gigantē inter homines: cetum inter pisces: gryphē inter aues: elephantē inter quadrupedes: draconē inter serpentes. Ea uero miramur ex paruitate, quæ cæteris sui generis quantitate æquari nō possunt, sicut sunt tinea, formica & sciriphes: quæ tamen diuinitus tam artificiose ac sapienter sunt instituta, ut uix discernere ualeamus, quid magis debeamus mirari, dentes apri uel tineæ: alas gryphis uel sciriphis: caput equi in locustæ: crura elephantis uel culicis: aquilā uel formicæ: leonē uel pulicē: tigrī dē uel restudinem. His nempe tam exiguis corporibus, sic omnifariam lineamenta suæ naturę congrua, plene distribuit deus, ut nihil deesse uideatur tam minimis eorū quæ natura formauit in magnis. Dedit eis deus oculos, quos uix comprehendere potest oculus: imō secundū Augustinum 2. de Ciuitate dei, animalia quæ minimū habent mollis, habent plus admirationis. Plus enim formiculaz & apiculaz opera stupemus, q̄ immensa corpora beluaz. His habitatoribus deus æternus terram ornauit: quas piscibus decorauit: ipsumq̄ mare, grāde inuentibus spectaculū exhibere: cum se diuersis coloribus uel ut uestibus induit: & aliquādo uiride, atq̄ hoc multis modis: aliquādo purpureū, aliquādo cæruleū est. Quam portō delectabiliter spectatur, etiā quando turbatur, sitq̄ inde maior suauitas, quia demulcet sic inuentem, ut non faciat & quatit nauigantē. Præterea, quanta sæpe est & q̄ blanda tēperies aeris, qui sua subtilitate, respirationi animalij pro conseruatione uitæ ipsorū, tam pulcherrime conuenit: quē deus, ineffabilē diuersitate, uolucrū garulaz: atq̄ piciaz, eminenter ornauit. Per hunc species sensibiliū, lux solis, claritas lunæ ac syderū, deferuntur ad sensus humanos. Qui in triplicē regionē distinguitur: in quo etiā deamonū caterua uagatur.

Articulus XI. An materiæ primæ secundū se consideratæ, conueniat ratio pulchri.

EX præductis patet, q̄ pulchrū dicitur in ordine ad cognitiuā potentia. Materia autē secundū se non est cognoscibilis, sed per actū. Iterū, dictum est q̄ forma dat speciem & decorē. Eritē, q̄ pulchrū uocatur, eo q̄ sua actualitate moueat ad sui notitiam cognoscentē. Cum ergo materia secundū se sit pura potentia, non uidentur sibi cōpetere nomen & ratio pulchri: sed huius contrariū facilius demonstratur: nam sicut materia aliquid entitatis & bonitatis, ita & qui p̄p̄iam pulchritudinis participat & sortitur. Dicit quoq̄ Dionysius 4. cap. de diuinis nominibus, q̄ materia suscipit participationē pulchritudinis & ornatus. Rursus philico ait, q̄ materia necessaria est ad completionē uniuersitatis ergo boni & pulchri. Insuper, teste Philospho, materia appetit formam quemadmodum turpe bonū, & scemina masculū: appetitus uero ex similitudine quadā uidetur procedere.

Materia

Materia ergo aliquid boni & pulchri habet in se. Respondendum, q̄ utiq̄ materia eo modo quo habet essentiam ac bonitatem, habet & pulchritudinem in se essentialē. Accidentalem uero decorem, & existentiam actualem à forma participat. Entitas uero materiæ est plurimum diminuta: idcirco difficulter à nobis agnoscitur. Nihilominus materia quātum est ex parte ipsius, propriam quamdam habet in se cognoscibilitatem. Quamuis etiam forma dicatur dare speciem & decorem principaliter, at tamen materia aliquo modo ad naturalium rerum essentiam & speciem pertinere asseritur. Licet quoq̄ materia in sua natura non habet actualitatem formalem existentia, habet tamē quamdam actualitatem simplicis quidditatis, in quantum recedit à nihilo, estq̄ aliquid posituum.

Articulus XII. An miracula & mirabilia, incarnatio quoq̄ uerbi & sacramenta, pertineant ad pulchritudinem mundi.

Hanc dubitationem mouens Alexander de Hales in secundo, distinguit triplicem statum mundi. Primus fuit ante peccatum, in quo statū factus est mundus, & dicitur status innocentia. Secundus est post lapsum, qui est status gratia reparantis naturam lapsum. Tertius est status inuolutionis mundi peracto iudicio. Si ergo attendatur pulchritudo uniuersi quantum ad ea quæ pertinent ad primum eius statum, nec miracula, nec mirabilia, nec incarnatio, nec sacramenta ad eius pulchritudinem spectant. Miracula uero & incarnatio, pertinent ad pulchritudinem uniuersi quo ad statum secundū: quia in illo sit reparatio naturæ secundum diuersos defectuum modos. Veruntamen incarnatio ad istam pulchritudinem pertinet, non tanq̄ id sine quo natura lapsa reparari nullatenus potuit, sed sicut id, sine quo, optimo ac decentissimo modo reparari nequiuit. Porro mirabilia, non autē miracula spectant ad pulchritudinem uniuersi, quantum ad tertium statum: quoniam inuolutio mundi & quæ ad eam pertinent, supra naturam erunt ac mirabilia. De hac uero materia, infra plenius erit tractandum articulo decimo octauo, quo de supernaturali pulchritudine rerum dicitur.

Articulus XIII. Quomodo in omni ente creato, reperiantur modus, species & ordo: & quomodo omnia facta dicuntur in numero, pondere & mensura.

Sæpe iam dictū est, q̄ pulchritudo uniuersi in modo, specie & ordine sit consistens. Oportet igitur intueri, qualiter tria hæc in omni sint creatura. Porro Augustinus in libro de Natura boni, & de Ciuitate dei, affirmat hæc tria in omnibus inueniri. Itaq̄ Alexander de Hales, & Bonauentura, alij quoq̄ doctores cōmuniter astruūt, q̄ tria prædicta competunt singulis secundum tripartitam habitudinem seu triformem dispositionem, uel triplicem rationem: secundū quā refertur res creata ad creatorem. In quantum enim refertur ad eum sicut ad causam efficientē, cōpetit ei modus, id est esse creatum modificatū, ut puta in certo genere limitatū ac terminatū: quoniam deus ut causa efficiens, in suis creaturæ esse huiusmodi: solum enim deo competit esse illimitatū atq̄ innēsum. In quantum uero refertur ad creatorem tanq̄ ad causam formalem seu exemplarē, competit ipsi species, id est esse distinctū, specificatum, essentiali ac ultima intrinseca pulchritudine decoratum. Deus etenim ut exemplarē principij, dat esse formatū, completū, ut patuit. Deniq̄, in quantum refertur ad deū sicut ad causam finalem, competit ipsi ordo: hoc est inclinatio suæ tendentia ad propriū finē finaleq̄ bonū. Dicit autē Durandus, q̄ tria hæc ita accepta, uidentur esse partes uestigij omni enti creato communes, nil reale rei superaddunt: sicut nec bonitas & ueritas, prout conuertuntur cum ente: alioqui modi esset modus: & ita in infinitum. Præterea, ad tria hæc referuntur tria illa de quibus in libro Sapientia dicitur deo: Omnia in numero, & pondere, & mensura constituti. Numerus quippe pertinet ad speciem: quoniam species rerum se habent ut numeri. Ponderus pertinet ad ordinem: mensura ad modum. Deus ergo constituit & creauit uniuersa in numero, id est in suis certis essentialibus principijs, puta genere & differentia, quæ totam rei essentialē perfectionem pulchritudinemq̄ designant. Vel certe, cum solus creator omnipotēs, sit penitus simplex atq̄ purissima unitas, sicut in libro de Causis ostenditur, omne creatum fertur in numero constitutum, quia in eo est compositio ac diuersitas aliqua, scilicet actus & potentia secundum Auicennam: uel quod est & quo est, iuxta Boetium: uel esse & essentia secundum Thomā & Aegidium: uel esse & agere, secundū diuinū Dionysium: uel forma & materia. Insuper omnia facta dicuntur in pondere, id est in naturali quadam inclinatione ad finalem suam propriamq̄ perfectionem. Quæ inclinatio, etiam naturalis appetitus uocatur.

Vnde

Palus

Dionysius.

Sapientia

Vnde undecimo de Civitate dei loquitur Augustinus, Velut amores corporum, momenta sunt pondera. Ita enim corpus pondere, sicut animus amore fertur, quocumque fertur. Itaque hoc loco pondus, non pro gravitate suscipitur. Demum, in mensura quoque facta scribitur, eo quod esse limitatum sortita sunt. Possunt praeter ea praeducta libri Sapientiae verba aliter interpretari: ut omnia simul accepta dicantur facta in numero, eo quod in rebus creatis non sit multitudo actualiter infinita. Itemque in mensura, quoniam nec magnitudo creaturarum esse potest infinita: sed sicut corpus est quantitas mensurata, sic spiritualium rerum atque formarum, est virtus perfectioque finita. In pondere quoque omnia facta sunt, quoniam in consensu permanentium situs & locus. At vero, quidam verba ista alio modo exponunt, dicentes omnia facta in mensura, videlicet quantitativae, quae naturam substantiae materialis concomitantur, secundum illud Philosophi: Omnium natura constantium est finis & ratio magnitudinis & augmenti. Spiritualia vero facta dicuntur in mensura, id est certa ac limitata capacitate perfectionum suarum, prout anima capax est scientiae ac virtutum. Per numerum vero intelliguntur species seu pulchritudinem accidentalis perfectionis. Nulla etenim res creata, expers est penitus adventitij cuiusdam decoris. Per ordinem autem intelligitur ordinationem ad proprium actum, & delectationem ipsum actum concomitantem. Sed quoniam Augustino docente in libro de Natura boni, peccatum est corruptio modi, species & ordinis, inveni oportet, quomodo in rationali intellectu atque creatura, tria haec per peccata corrumpantur. Porro secundum Dionysium, peccatum non tollit nec destruit naturalium modus autem, species & ordo ut dictum est, omni rei conveniunt. Cum ergo peccatum dicitur horum trium corruptio, non sumuntur haec tria in insunt essentiae animae, nec prout insunt potentiae eius secundum se considerate, sed ut insunt voluntati per relationem ad bonum finale, scilicet deum, ad quem ut dicit Bonaventura, comparatur voluntas sicut ad principium motuum: sicque convenit ei modus: & sicut ad regulam dirigentem, sic convenit ei species: & sicut ad finem quietantem, & ita competit ei ordo. Quoniam ergo voluntas creata bona beneque operans, continuatur deo, hoc dicto triplici modo, videlicet sicut principio moventi, regulam dirigenti, fini quietanti, certum est, quod in sua actione modum, speciem, ordinemque observat. Sed quia peccando discontinnatur atque avertitur a deo, triplici modo praefato, (siquidem peccans, agit contra id ad quod deus movet ac dirigit: & per quod in ipso quietatur) ideo peccatum dicitur modi, speciei ordinisque corruptio. Quocirca pensandum quod corruptio accipi potest pro mera destitutione seu ablatione rei: sicque per peccatum mortale corrumpitur modus, species, ordo, quantum ad esse gratiae gratificantis, seu in bonis ac donis gratuitis. Haec nempe per culpam mortalem omnino delentur. Alio modo corruptio sumitur pro permutatione alicuius a maiori & perfectiori, ad minus perfectum, puta pro laesione quadam vel diminutione: sicque per vitia, etiam naturalis aptitudo animae ad bonum & tria praedicta, secundum quod insunt potentiae secundum se considerate, corrumpi feruntur: quoniam debilitantur quodammodo. Nam sicut gratia naturalia perficit, sic peccatum eadem laedit secundum Dionysium: propter quod iuxta sententiam Alexandri de Hales in Summa sua, tres effectus ascribuntur malo culpae. Primus est, vulneratio potentiae. Secundus, spoliatio donorum gratuitorum, videlicet gratiae & virtutum infusarum: & acquiratarum inter deum. Tertius, corruptio seu infectio naturalis aptitudinis ad bonum, quae est in ipsis potentis: praesertim in voluntate, ad quam virtus & vitium primo atque potissime pertinere noscuntur: eo quod libertas in ipso primordialiter principaliterque consistat. Postremo secundum Alexandrum, voluntatis mensura consistit in hoc, quod homo seu quispiam, voluntatem suam conformat divinae, non se ei preferendo, sed hanc assequendo, quoniam deo proprium est, propria voluntate aliquid licite velle secundum Anselmum. Species vero voluntatis in hoc est, quod naturalem suam rectitudinem habet: per quam rectitudinem non illa intelligitur rectitudo, cuius carentia appellatur originale peccatum, sed ea quae voluntatem naturaliter concomitantur, licet vitio deformetur. Ordo autem in voluntate attenditur, prout ad finem refertur. Et consistat haec tria per peccatum corrumpi aut laedi. At vero, si iuxta ultimam expositionem, per mensuram seu modum intelligatur capacitas rationalis creaturae, per speciem accidentalis pulchritudo, per ordinem, ordinationem ad actum convenientem, palam est ista peccato corrumpi, quia peccatum efficit mentem spiritualium bonorum minus capacem, eiusque decorem obfuscat, & debitas operationes tollit aut impedit, trahendo ad opera vitiosa, quae sunt contra rectam institutionem naturae secundum Damascenum: praesertim cum Tullio protestante, virtus in modum naturae inclinet.

Articulus XIII. De pulchra formatione corporis humani,

Quemadmo

Quemadmodum naturalium huius inferioris atque sensibilis mundi formatum praestantissima est anima rationalis, ita & corporum animatorum, organico rum, mixtorum, nobilissimum est corpus humanum: siquidem nobiliori formae, nobilior debetur materia, ut sit inter actum atque potentiam proportio congrua. Ut ergo communis pulchritudo plenius clareat, & de inferiorum corporum animatorum decore, itemque ornata formatione detur considerandi occasio, de corporis humani speciosa, magistrali & artificiali dispositione, modicum est profundum. Et quidem quae dicam, ex verbis Augustini & Hugonis accepta sunt. Itaque, 2. de Civitate dei loquitur Augustinus: In ipso hominis corpore quamvis ratione mortalitatis sit cum beluis nobis commune, multisque earum infirmus sit, quanta dei bonitas, quanta tanti creatoris apparet prudentia. Nonne ita sunt in eo loca sensuum & caetera membra disposita, speciesque ipsa ac figura & statura totius corporis ita modificata, ut ad ministerium animae rationalis se indicet factum? Non enim ut animalia irrationalia prout in terram esse videmus, ita creatus est homo: sed erecta in coelum corporis forma, ammonet eum quae sursum sunt sapere, atque divina aspicere. Porro mirabilis mobilitas linguae ac manibus attributa, ad loquendum & scribendum, atque ad operam plurimarum ac officiorum complenda conveniens, nonne satis ostendit, quali quamque praeclearae animae tale corpus ad servitium consistat unitum, quamque de re actis necessitatibus operandi, ita omnium partium congruentia numerosa sit, & pulchra sibi paritate respondeat, ut nescias, utrum in eo condendo maior sit utilitatis habitatio, quam doctoris? Certe enim, nihil creatum videmus in corpore utilitatis causa, quod non habeat etiam decoris locum: plus autem nobis id apparet, si numerosa mensurarum quibus inter se cuncta connexa sunt & coaptata, nonnemo: quos forsitan in his quae foris eminent, humana possit investigare solertia. Quae vero tecta sunt atque a nostris remota conspectibus, sicut est tanta perplexitas venarum atque nervorum, & viscerum secreta vitalium, in venire nullus potest quia & si medicorum diligentia nonnulla lanavit corpora mortuorum, sine etiam inter manus secantis perferantur: quae morientium, atque in carnibus humanis satis inhumane abdita cuncta rimata est, ut ad disceret, quid & quomodo, quibusque locis esset curandum, numerosa tamen de quibus loquor, quibus coaptatio quae harmonia Graece dicitur, tanquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius corporis consistat, nemo valuit invenire: quos nempe ausus est quae rere: qui si noti esse potuissent, in interioribus quoque visceribus quae nullum ostendunt decus, ita delectaret pulchritudo rationis, ut omni formae quae oculis placet, ipsius mentis praeferreretur iudicio. Sunt vero quaedam ita posita in corpore, ut tantummodo de corem habeant & non usum, sicut habet peccus vitulae mamillas, & facies barbatae quas non esse munimento, sed vituli ornamento indicant purae facies feminarum. Itaque in formatione corporis, dignitas necessitati praelata est. Transitura est quippe necessitas, tempusque venturum, quando sola inuicem pulchritudine sine ulla libidine perfruemur. Hucusque Augustinus. Hinc etiam ait Hugo: Ecce in humana facie quae rationabili distinctione in instrumenta sensuum collocata sunt. Supremum locum tanquam speculator quidam obtinet visus, ut eminus posita, mira agilitate praeceteris percipies, quae caeteris sensibus superetur sunt, ante periculum praevidere possit. Denique, in corpore ossa intrinsecus collocantur, quatenus robur eorum corpus sustineat. Deinde caro ossa vestit, ut duritia eorum molliter tactum excipiat. Ad ultimum, pellis carnem induit, ut sua quodammodo tenacitate, ab incommodis foris accidentibus corpus muniat.

Articulus XV. De essentiali pulchritudine intellectualium substantiarum in generalis & specialiter de naturali decore animae rationalis.

Hucusque de corporali pulchritudine deductus est sermo: nunc de spirituali pulchritudine effari par est. Itaque, quanto natura & esse intellectualium divinarum ac immortalium substantiarum, perfectior, sublimior, atque praestantior est corporali immortali: quae rerum natura & esse, tanto utique excellentior ac delectabilior pulchritudo inest & competit illis quam istis. Immo sicut illorum est maior bonitas, veritas & unitas, ita & exuberantior atque amoenior pulchritudo, tam essentialis quam accidentalis. Porro, in intellectualium essentialium univertitate ac ordine, infimum tenet locum animalia rationalis: quae secundum Isaac in libro diffinitionum, in umbra intelligentiae est creata. Eius itaque essentialis pulchritudo est, quod ad superbenedictae trinitatis, unius, super simplicissimae ac superessentialis deitatis imaginem similitudinemque producta est: puta in tali specifica perfectione, ut ab eius essentia fluant, vis intellectiva, memoria & voluntas: quibus dei &

HH felicitatis

Augustinus.

Corruptio duplex.

Gratia naturalia perficit, peccatum eadem laedit.

Augustinus.

Hugo.

Genes.

feliciter est capax. Hic ergo naturalis est animæ decor, quod propter splendorem intellectus, non solum uniuersis naturalibus corruptibilium formis extat præfatio, nec earum duntaxat perfectiones in se comprehendit, uidelicet esse, ueritate, sentire, mouere, sed insuper cum substantiis separatis atque angelicis mentibus, habet parilitatem atque cõsortium ab eodem principio effectiuo: uidelicet deo creatore immediate procedens, & ad eundem finem immediate reuertens: idem habens beatitudinis obiectum cum illis: estque simplex ac immortalis essentia: quæ quantæ uitalitatis, uirtuositatis in se sit, pandunt operationes diuersæ, mirabiles ac subtiles, quas exercet per corpus: quæ animi industriam, spiritus dignitatem, ingenij profunditatem declarant. Insuper, anima rationalis summæ trinitatis imago, est primæ & increatæ lucis signaculū: diuinitatis prænobilis similitudo: radii creatoris: libertate ornata: indestruibilis forma: ad creatoris beatificam uisionem finaliter ordinata: ita quod licet angelici spiritus sint ea digniores in ratione forma seu dignitate naturæ, non tamen in ratione finis: sicque uere accipi potest: quod decimo de Ciuitate dei recitat Augustinus: Magnus ille Platonius Plotinus dicit animam rationalem non habere super se naturam, nisi dei à quo fabricatus est mundus, & ipsa creata: nec aliunde illis super se beatis spiritibus præberi uitam beatam & lumen ueritatis intelligentiæ, quam unde præbetur & nobis.

Augustinus.

Articulus XVI. De essentiali pulchritudine angelicorum spirituum.

Omnis emanatio rerum a primo principio, & conuersio earum ad illud, per similitudinem quandam efficitur unius ad aliud. Vnumquodque siquidem agens, simile sibi producit: & quodlibet ad simile sibi conuertitur: quemadmodum Proclus Platonius, in Elementatione sua Theologica, multipliciter probat. Hinc neque omnis effectus, participata dicitur similitudo suæ causæ. Quanto ergo angelici spiritus sunt creatori omnipotenti, immenso & adorando uiciniores, tanto sunt ei in omnibus similiores. Cumque deus sublimis & benedictus, sit lux in circumscriptione, plena, mundissima, actus purus, mens splendidissima, honoratissimus intellectus, palam, quod ipsi angelici spiritus dici possint lumina quædam participata, præclara, diuina, præ omni sensibili luce ineffabiliter serena, radiosa ac pulchra. Denique, ipsi sunt actus in se subsistentes, quantum non omni farie puri ac simplices. Sunt quoque intellectus semper in actu feliciter existentes. Eorum quippe natura, est forma præsplendida, in sua puritate sine contagione materiæ subsistenter ita re idonea immortalis essentia. Hæc entia quæ a Peripateticis nominantur substantiæ separata: à beatissimo principe theologorum Dionysio, appellantur intellectus deiformes, deificatæ mentes, supermundani animi. Ipsi sunt fortissimi, sapientissimi atque pulcherrimi milites dei: super quos lumen solis æterni copiosissime oritur: qui in cunctissimo creatoris uultu, inaueritabiliter stant intenti. Hi sunt sarrapæ paradisi, super cælestesque ciues, optimam uiam ducentes, atque de suis sufficientes: cælorum motores: in entitate, bonitate, ueritate, iustitate, simplicitate, incorruptibilitate, actualitate ac pulchritudine deo altissimo similiores: qui ex deo in multa sapientia splendent: luce sancta coruscant: deifica charitate rubent & flagrant: sincerissima uoluptate exultant: indissolubili pace concordant: ad quorum contemplationem mens nostra se habet, sicut oculus nocturæ ad lumen solis. Postremo, tanta est pulchritudo, eminentia, dignitas naturæ angelicæ, ut excellentia potentia, sapientia, bonitatis & pulchritudinis dei, plenius atque lucentius in uno relucent angelo, quam in omnibus simul cælestibus corporibus, elementis & mixtis, quantum ad id quod ad corporeitatem est pertinens.

Articulus XVII. De accidentalibus pulchritudine intellectualium substantiarum.

Sicut ad corpus habet se membra, ita uires ad animam rationalem ac angelicam quemadmodum etiam corpus adornatur figura atque colore seu luce, sic uires habitibus bonis, uirtuosis, sapientialibus, scientialibus, eorumque actibus decorantur. Itaque, sicut in partium congruentia & conuenienti colore, corporalis pulchritudo consistit, sic in partiarum adoratione, per actus & habitus perfectionales, spiritalis & accidentalis pulchritudo mentium creaturarum sita uidetur: in modo & in ornamento, quo ipsa essentia intellectualis per gratiam gratificantem perficitur. Verum hoc ad supernaturalem pertinere pulchritudinem constat: de qua mox erit tractatus. Præsertim uero in ipsi dignissimis actibus, mentis pulchritudo ista attenditur: ita quod interiorum actuum ab errore & uitio

& uitio purgatorum, recta & condecens habitudo dicatur ipsa interior pulchritudo, ad quam concurrunt ac requiruntur uirtutum dispositio bona: operationum executio non im-pedita: sapientia quoque directio radiosa. Præterea, quoniam iuxta præhabita, pulchrum dicitur per comparationem ad cognitiuam potentiam, hinc pulchritudo hæc spiritalis, potissime uidetur consistere in actione habituum intellectiuam uim perficientium: maxime quoque in contemplatione & actu sapientia. Ad ipsum namque intellectum eiusque actus ac habitus, potissime pertinere asseritur ratio lucis & claritas. Nam & ipse intellectus lumen uocatur, quo cuncta cernuntur: sapientia quoque, scientia, ars, prudentia, quid sunt nisi quidam luciformes fulgores, sua claritate mentem illustrantes, ad conspiciendum obiecta: Ad charitatem demum potius pertinent feruor & puritas, quam fulgor & claritas: nihilominus in actibus & habitibus uim affectiuam seu uoluntatem perficientibus, pulchritudo ista aliquo modo consistit. Imò totalis pulchritudo mentis, per quam dicitur tota pulchra, ornatum intellectus atque affectus requirit: & uitiorum, errorum ac passionum expulsiōne præ-exigit. Postremo, pulchritudo ista completa ex donis, beatitudinibus, fructibus atque uirtutibus quodam modo integratur: ita que coaptatio horum, seu harmonia interna ex istis resultans, appellanda appareat pulchritudo spiritalis, in intellectualibus creaturis. Insuper, quæ ingens sit pulchritudinis huius eminentia, quis capere queat aut fari? Potest tamen id ipsum parumper pensari. Primo ex parte essentia intellectualium substantiarum: quæ quanto præstantior, diuinioreque consistit, tanto excellentiores, deiformiores & speciosiores actus habitusque sortitur: ac admirabiliore, delectabiliore & sinceriore pulchritudine uenustatur. Modus quippe agendi, parificatur modo essendi. Perfectio quoque secunda, perfectioni primæ correspondentem proportionatur. Quanta autem sit intellectualis essentia dignitas, utcumque ostensum est. Secundo pensatur id ipsum ex parte potentia, ex qua actus cui pulchritudo ascribitur, profluit, ut puta intellectus: qui cum sit diuinissima uis præsertim in angelis, qui sunt quasi totaliter oculus intellectualis, habet utique præclarissimos atque pulcherrimos actus, quibus natura angelica splendidissime decoratur, atque instar uitri perlucidifere speculi teris, peruij & politij, amoenissime prorsus perfunditur. Tertio idem pensatur ex parte modi agendi, qui in angelicis mentibus uniformis, liberrimus, continuus, indefectibilisque cognoscitur: in circo pulchritudo illarum non minoratur. Quarto, quoniam in bono sic confirmatae sunt, quod decor earum peccati labe foedari non ualet. Quinto ex parte obiecti uidelicet dei, cuius immensa nobilitas extat: quem incessabiliter contemplantur, & contemplando ac diligendo, eidem pulchritudine affimulantur: ex quo plane obiecto, actus earum præclarissime nobilitatur: dignissime specificatur: inæstimabiliter pulchritudine creaturarum.

Articulus XVIII. De supernaturali pulchritudine intellectualium creaturarum.

Infinite liberalitas dei, naturaliter, totaliter & incircumscribibiliter boni, eiusque ad creaturam dilectio, cõtenta non fuit suam perfectionem ac bonitatem rationali intellectualique creaturæ per naturalium effusionem donorum communicare: sed supernaturalibus atque gratuitis donis multipliciter ac benignissime decorauit, præuenit, impleuit eandem. Primo per gratiam gratumfacientem perficiendo eius essentiam, quæ per gratiam illam constituitur in esse deiformi, supernaturali deo acceptabili, atque ad promerendum idonea uoluntatem quoque ipsius charitate diuina infusa ornauit: uitoribus autem etiam fidem & spem condonauit: septem donis spiritus sancti mirabiliter partem intellectuum ornauit: cæteris quoque beatitudinibus ac fructibus rationalem creaturam fulcire dignatus est. Quibus omnibus multo sublimius adornatur, pulchriusque uestitur, quam orbis cælestes & astra suis splendoribus, aut Titan lumine suo. Insuper, gratijs datis, deus naturam humanam multiformiter sublimauit, dando hominibus gratiam faciendi miracula, omnium linguarum noticiam, spirituum discretionem, dæmonum expulsiōnem, gratiam prophetalem, apostolatusque apicem, atque multiplicem prælationem. Potestatem insuper mirabilem remittendi peccata, eminentissimam uirtutem consecrandi corpus & sanguinem CHRISTI. Præterea, angelis suis mandauit de nobis, ut custodiant nos in omnibus uisj nostris. Sed nec ista misericordissimo deo satis fuerunt, quin potius ipse unigenitus filius dei uerus deus nostram assumpsit naturam, & uere factus est frater noster. Per quod ineffabilem nobis dignitatem excellentiamque nostræ naturæ largitus est. Insuper, mentes beatorum in primo lumine gloriæ decorauit: easque ad suæ superpurissimæ deitatis immediatam, atque

1 Cor. 14
Mar. 3

Phil. 90

per speciem clarā, fructuam, beatificam uisionem prouexit: Sic igitur in creatā & superinfinitam diuinā essentia pulchritudinem deliciosissime intuemus, in eandem transformamur imaginē, supernaturāli & ineffabili modo: Implentur enim & superimplentur exuberantissima perfusione, communionē, participatiōe bonitatis & lucis ac pulchritudinis dei: ita ut penitus in eam rapiantur, configurentur & absorbeantur: per quod omnino pulcherrimi constituentur: adeo ut pulchritudini unius minimiq; eorum, nequaquam totius sensibilibus mundi decor & claritas ualeant comparari.

Articulus XIX. De pulchritudine superspecificissimi dei secundum doctrinam diuini Dionysii.

Quemadmodum causa per effectum, sic per creaturam creator cognoscit. Hinc ut Thomas aliq; Commentatores librorū Dionysii cōtestantur, ipse sacer Dionysius de diuinis nominibus tractat in libro nominum diuinorum, secundum emanationes & distributiōes, quibus deus bonitatem perfectionemq; suam rebus creatis uarijs modis communicat & effundit. Hoc itaq; modo laudans deum ut pulchrum, & pulchritudinem ipsam fontanam, secundo capitulo de diuinis nominibus ait: Diuina bonitas in scripturis laudatur ut pulchrum, & sicut pulchritudo quæ essentialiter est pulchri. Pulchrum autem & pulchritudo, in deitate omnia in sua simplicitate causali comprehendente, unum & idem sunt. Loquentes ergo de summo bono, dicimus q; supersubstantialiter pulchrum, dicitur pulchritudo: quia pulchricat omnia secundum propriam singularitatem in proportionem, causatq; uniuersalem harmoniam & claritatem. Pulchrum autem dicitur deus, sicut pulcherrimum & superpulchrum: neq; factum, neq; desitutum, nec actum, nec minoratum, nec uno respectu pulchrum, alio respectu turpe: nec hic pulchrum, & illic non: neque quibusdam pulchrum, quibusdam non pulchrū: sed sicut ipsum secundum se ipsum, cum seipso semper existens, uniformiter pulchrum: & sicut præhabes in semetipso excedentem formam pulchritudinis omnis pulchri. Omnis enim pulchritudo & omne pulchrū, uniformiter & causaliter præexistunt in simplici & supernaturali omnium pulchrorum natura: & propter pulchrum sunt omnium concordia & amicitia & communiones. Ex ipso quoq; sunt coaptationes singulorum ad singula & harmonia uniuersitatis rerum, & existentium proportionem in congruo situ. Et quæcunque sunt & sunt, propter pulchrum & bonum sunt & fiunt, & ad ipsum cuncta respiciunt, atq; ab eo mouentur & continentur. Et ipsum bonum & pulchrum, est omnium principium & finis, superprincipale & superperfectum: quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso & ad ipsum sunt omnia. Ex his magni Theologi theoreticis documentis elucescit, q; esse pulchrum seu pulchritudo, uere atq; potissime conuenit deo, qui solus substantialiter, totaliter, independentem & incircumscriptibiliter pulcher est: ita q; idem est ipse esse & pulchrum esse: quoniam eius essentia, est pulchritudo superessentialis, exemplaris, fontana, inuariabilis, idealis, immensa. Hinc deus est omniformiter quomodolibetq; pulcherrimus, & uere, proprie atq; intrinsece in superessentiali pulchritudine infinitus: ut sicut comparatione suæ bonitatis puræ nullus est bonus, sic pulchritudinis suæ respectu, nullus appareat pulcher: quia in infinitū pulchritudo diuina, omnem creatam transcendit ac uincit: unde secundo de Trinitate asserit Augustinus: Facies dei est species, id est pulchritudo quæ rapit omnem animam rationalem desiderio sui tanto ardentiorē, quanto mundiorē: & tanto mundiorē, quanto ad spiritalia resurgente: & tanto ad spiritalia resurgente, quanto carnalibus morietem. Nono quoq; de Ciuitate dei, Angeli inquit, boni, non solum in corporali, uerum etiam incommutabili & ineffabili pulchritudine dei, sancto inardescunt amore.

Articulus XX. Quomodo ratio pulchri conueniat proprie deo benedicto.

Pulchrum supra descriptum, est quod sua actualitate mouere potest cognoscentis aspectum, ad se complacenter seu delectabiliter intuemus: quodq; in se continet unde conueniens sit in aspectu item quod uisui placet & uidentem oblectat. Cum igitur deus sit actualitatis & perfectionis immensæ, ut puta actus purus, constat q; efficacissimus sit ad mouendum uim cognitiuum ad ipsum intuum. Est quoq; omnimodum bene dispositus conuenientissimus ad cernendum: omnium enim deliciarum ac diuitiarum omniumq; bonorum ac desiderabilium plenitudinē, sine mensura, superessentialiter, simplicissime ac eminentissime in suo purissimo esse comprehendit. Itaq; dictum est quemadmodum res creata pulchra dicitur, in quantū formam idealem ac speciem exemplarem quam habet in mente diuina, proportionabiliter imitatur. Ipsa ergo mens diuina in qua est mundus archetypus

archetypus, & omnium entium ratio idealis ac species exemplaris, imò, quæ essentialiter est uniuersorū idea ac species, est uere superpulcherrima. Hinc Plato in primo Timæi, demonstrat primum opificem non condidisse hunc mundum ad mutationem exemplaris aliunde accepti uel elaborati, sed iuxta formam in mente diuina exemplariter præconceptam. Mundus enim inquit incomparabili pulchritudine constat: fabricatorq; eius speciosissimus comprobatur. Idcirco mundū constituens, non nisi ad exemplar in se consistens, in se existit. Præterea habitus est, q; spiritalis pulchritudo uim intellectiua præsertim cōcernens, ad ueritatem ac sapientiam maxime pertinet. Deus autem est ipsa sapientia infinita, ueritasq; perfecta. Ipse quoq; est lux pura & incircumscripta. Ei ergo principalissime cōpetit nomen ac ratio pulchri. Deniq; ipse est essentialiter sanctus, uirtus uirtutum, fons omnis munditiæ, mensura iustitiæ, in omni sinceritate & puritate immensus. Incomparabiliter ergo pulcher censendus est: & ipse uere est amabilissimus, desiderabilissimus, dulcissimusq; ad uidentem. At uero paulo ante inductum est, q; intellectualium essentiarum pulchritudo, in actione eorum consistat: itemq; q; actio tanto sit pulchrior, quanto à potētia præstantiore egreditur, & ad nobilissimum terminat obiectum: sit tamen potentia operans, sit bene disposita. Deus autem est substantialiter operatio sua. Ipse quoq; est sua potentia, suus intellectus & sua uoluntas. Idcirco pulchritudo sua, non est sibi accidentaliter, sed consubstantialiter: & ita tamq; immensa, ut sua essentia: estq; perfectionis immensæ, tam ratione intellectus & uoluntatis dei altissimi, quam ratione obiecti, quod est ipsa ueritas prima, quæ diuini intellectus, & suæ æternæ contemplationis extat obiectum: & item bonitas summa, quæ uoluntatis diuinæ, & suæ æternæ dilectionis obiectum est. Quo autem quid pulchrius est, eo delectabilius cernitur. Hinc deus gloriosus & felix, cum infinita delectatione & complacencia, æternaliter, inuariabiliterq; inspicit semetipsum. In huius demum pulchritudinis in creatæ clara ac fructiua contemplatione, omnis mentis creatæ est collocata felicitas. Vnde de decimo de Ciuitate dei Augustinus recitat Plotinum Platonice elocutum: Contemplatio dei qua angelus beatus, tanta est pulchritudinis uisio, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis præditus & abundans, infelicitissimus sit.

Articulus XXI. Quod pulchritudo & cetera perfectionalia attributa deo, eidem taxat conueniunt pure, id est sine admixtione oppositi, tam priuatiue, q; contrariè & contradictorie.

An selmo docente illa proprie deo conueniunt, quæ perfectionem simpliciter dicta designant: hoc est, quæ absolute loquendo, melius digniusq; est inesse, q; deesse: sicut est esse sapientem, esse iustum, potentem, clementem, pulchrū, beatū: cuius ratio assignatur: quoniam iuxta Hilarium ac Damascenum, primum & propriū dei nomen est, esse, seu qui est: prout ipsemet deus sublimis & benedictus oraculo loquitur Moyse: Ego sum qui sum. Hæc dices filijs Israël: Qui est, misit me ad uos. Esse itaq; in omnimoda plenitudine sumptum, nomen est dei: ita q; ipsum esse diuinū, omnē essendi nobilitatē cum superinfinita perfectiōe, super simplicissime cōprehendit. Vel potius est omnis nobilitas, omnis perfectio, omnis felicitas. Sic ergo in esse diuino cōtinetur, imò esse diuinū est sapientia infinita, uirtus immensa, pulchritudo illimitata, bonitas incircumscripta, ueritas prima, beatitudo perfecta, sanctitas interminata: & ut ad compendium stringam, quicquid præstantius est haberi quàm deesse, competit deo cum plenitudine omniformiter, intrinsece, proprie, intensue, perfectionaliter atq; formaliter infinita: ita q; nulla comparatione, nulla habitudine, nullo respectu uel modo deest eidem, sed pure & sine contrarij sui permissione conuenit ei quomodolibet & perfecte: sicut Boethius in libro de hebdomadibus tangit, quantum ad attributum boni. Dionysius quoque pluribus tangit hoc iocis. Itaq; sicut purum aurum uocatur, cui nil alieni metalli admixtum est, (Generaliter uero purum asserimus, cui nihil de suo miscetur opposito) sic deus excelsus & felix, dicitur pura bonitas, pura sanctitas, pura pulchritudo: sicq; de cæteris: ita q; nihil non boni, non sancti, non pulchri ipsi inest, miscetur uel competit: nec priuatiue, quoniam non est in eius natura aptitudo ad aliud, & ei quod habet oppositum: neq; contrariè propter suam omnimodam simplicitatem. Nil quoq; opponitur esse diuino contrariè quod ob suam plenissimam incommutabilitatem, contrariè dispositionis capax non est. Contraria autem habent fieri circa idem, suntq; genere sub eodem. Neq; contradictorie aliquid non boni, non sancti, non pulchri inest uel cōpetit deo: quoniam diuini esse perfectio, est uniuersalis ac infinita, seu uniuersaliter

versaliter infinita, & infinite seu infinibiliter uniuersalis: ita quod nullibi terminatur. Iccirco non esse locum nequaquam habet in deo. Sic itaque diuina & increata pulchritudini nil deformitatis miscetur: aut competit: nec priuatiue, nec contrarie, nec contradictorie. Porro hoc nulli competit: entis creato: quod cum sit esse finiti ac limitati, illic incipit esse non esse, quo esse ipsius finitur: quod item in quantum ex nihilo est, defectibile est, uanum atque in nihil uertibile: sic quoque est aliquo modo non pulchrum, indigens ac deforme: quia ex se nihil est, & suo esse potentialitas est admixta, indigetque incessanter conferuari à deo, à quo in deficiente dependet: sed & comparatione entis primi, summi boni increati pulchri, est quasi non ens, non bonum, non pulchrum. Iccirco esse creato dicitur non esse admixtum: non quod esse realem faciat cum esse compositionem, sed quia esse creato non competit plenitudo essendi: imò in esse ipsi quaedam carentia cuiusdam esse. Pariformiter dicitur deus pura ueritas, quoniam sicut diuina essentia quæ est ueritas prima, est infinitæ cognoscibilitatis, sic intellectus diuinus cuius obiectum est illa, est utique infinitæ capacitatis, perspicacitatis seu comprehensiuuitatis: sicque est ibi plena omnino adæquatio intellectus ad rem intellectam: itaque deus tantum intelligit, quantum ex sua cognoscibilis est natura: sic uero nulla mens creatura deum ualeat cognoscere. Hinc ueritas intellectualis, quam habet de deo, non dicitur pura: sed non uero admixta est priuatiue & contradictorie in uiatoribus: qui in dei agnitione queunt proficere. In comprehensibilibus autem, contradictorie tantum: in quibus cum ueritas sit finita, ibi eius non esse inchoatur, ubi ipsius esse terminatur. Hæc, Alberti magni, & Richardi de media uilla consonant documentis.

Articulus XXII. Contemplatio primæ & increatæ pulchritudinis, ex consideratione pulchritudinis ordinis uniuersi.

Pulchritudines rerum creatarum aliud prorsus non sunt, nisi riui quidam pulchritudinis summæ, radiosissimæ ac fontanæ: quoniam quicquid decoris, splendoris, perfectionis, in entibus reperitur creatis, sparsim, diuisim & incomplete, hoc in pulchritudine creatoris est unum simplicissime & perfecte, tanquam in fonte ditissimo, splendidissimo, in deficientissimo atque pulcherrimo. Si igitur domini dei nostri pulchritudinem, quam in uita hac clare perspicimus in seipsa cernere non ualeamus, utcumque speculari optamus, ordinem uniuersi, entiumque præcipua in ipso contenta, pro uiribus intueamur. Ab inferioribus quoque ordines, in primis elementum terræ oculo intellectuali perambulamus, longitudinem, latitudinemque ipsius pensantes: & quomodo superficies eius ornata est innumerabilibus pulcherrimarum rerum generibus, speciebus ac indiuiduis, in rosas ac lilij, alijsque prædecoris ac redolentibus floribus: in uirtuosissimis herbis, in uiridissimis terræ nascentibus, in opacitatibus nemorum, elegantia arborum, in amoenitate agrorum, in altitudine montium, in situ camporum, in fontibus, stagnis, riuis ac fluuijs, magnisque brachijs magni maris. Quomodo ergo & quam incomprehensibiliter in seipso pulcher existit, qui infinitum elementum tamen explicabiliter adornauit, & rebus terrenis, caducis, pusillis & inanimatis, tantam uenustatem impressit: ipsius quoque liquoribus, scilicet uino, lacti, oleo atque similibus, tantam claritatem gratissimumque colorem largitus est. Qui aurum, argentum & alia quaedam metalla sic decorauit: ipsiusque pretiosissimis gemmis, tam deliciosissimas contulit ornamenta. Insuper, ordinem animalium intueamur, quorum unumquodque secundum suæ speciei congruentiam, diuersimode decorauit: & quaedam multiformiter colorauit. Quod in piscibus quoque & auibus lætenter, non sine admiratione, ac diuinæ sapientiæ laude conspicimus. Ecce quam pulchræ bestię sunt equus & unicornis, dromedarius & camelus, leo & ceruus, falco & lucius, phœnix, pavo & nifus. Quam pulcher ergo, qui omnium horum naturam & speciem originaliter instituit ac formauit. Præterea, hominum uniuersitatem pensamus quam pulchri sunt quidam in totius corporis elegantissima forma uiuendo colore, si in modica corporis parte, puta in uultu, deus tantam ponere pulchritudinem potuit uoluitque in nonnullis: ut cum magno desiderio inspicere appetantur, cum ingenti delectatione inspiciantur: & ipse inspector satari aut fatigari uix ualeat, nec tempus aduertat. Quam pulcher est ille deus immensus, cuius immensitas aliud plane non est, nisi sua infinita perfectio, atque incircumscripibilis pulchritudo. Quemadmodum autem octauo de Trinitate ait Augustinus, bona hominis facies est, quæ est dimensa pariter, affectata hilariter. Iuculenterque colorata. Amplius, in aliorum elementorum pulchritudine, distinctione ac decentissimo ordine, in promptu est contemplari pulchritudinem creatoris, prout superius aliquantulum est expressum. Iam uero in ipsa cœlestium orbium magnitudine, multitudine, diaphanitate

tate, perspicuitate, situ & ordine, motu ac uarietate, in lucifluis solis exuberantissima claritate, mundissima luce, in deficienti emicatione, qua totus sensibilis mundus clarescit ac hilarescit: in lunari quoque fulgore, in planetarum præfulgenti splendore ac mirabili ordine, erraticæ motione, causalissima inflectione, in innumerabilium quoque stellarum fixarum imperferabili uarietate & splendida luce, uelocissima gyratione, mirabili situatione, stabili ordine: & postremo, in totius cœlestis regionis seu machinæ uenustissimo apparatus, tam die quam nocte ære serenato, facile & iucundum, imò & amoenissimum est, supergloriosissimi, supersapientissimi, omnipotentis ac optimi creatoris pulchritudinem speculari, admirari, amare, desiderare & colere. Deinceps, si spiritualium & intellectualium substantiarum internam, occultam ac spiritalem pulchritudinem, tam clare cerneremus oculis cordis, quam euidenter præstatum corporaliū rerum materiale pulchritudinem ac decorum conspicimus oculis corporis, nonne utique in ipsis pulchritudinem superinuisibilis conditoris, quasi incomparabiliter clarius speculareretur, iucundius miraremur, ardentius amaremur, perfectius coleremus? Verum quantum ualeamus, angelicorum spirituum noue paritos choros ac ordines, ipsorumque ordinum tripartitas hierarchias, fideliter contempleremur, Angelorum quoque in quolibet choro contentorum, inæstimabilem multitudinem intueamur, & qualiter summum illud empyrei cœli palatium, istis militibus, eorumque distinctione multiplici, & dignitate mirabili decoreretur, sagaciter perpendamus, atque in omnium horum tam naturali, quam supernaturali pulchritudine, de qua paulo antè iam dictum est, ipsius super substantialis creatoris, incomparabilis dei, sapientialiter atque humiliter pulchritudinem, cum omni reuerentia, mente purgata & eleuata: quæta & uncta, stabiliter contempleremur: eamque contemplando, transitoria ac terrena aspernemur: & ad sola diuina, supercœlestia, totis animæ nostræ medullis suspiremus & affectemus. Denique, cum seculo isto cœlestium in noua uita mundus: ita quod lux lunæ erit sicut lux solis, & lux solis septemplex iter maiorque nunc: quædo & terra pulchra & plana ac peruia erit ut aqua. Aqua uero uelut crystallus: ær ut cœlum ignis ut sydera. Tunc inquam pulchritudo, maiestas & magnificentia creatoris, in omnium horum corporali & supernaturali decore, quasi sensibilibus à beatissimis conspicietur, modo prorsus excellentiori quam nunc.

Articulus XXXIII. Quomodo pulchritudo approprietur filio dei.

Quamuis præterea pulchritudo toti super beatissimæ adorandæque trinitati, ac singulis diuinis personis communis sit, iuxta illud Augustini sexto de Trinitate, in trinitate summa origo est omnium rerum: perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio, appropriatur tamen unigenito dei filio, uerbo æterno, dicente sancto Hilario: Aeternitas est in patre, species in imagine, usus in munere. Et licet hæc uerba testante Magistro primo libro, ad eam alta sint, ut uix ea humanus possit intellectus attingere, tamen ex uerbis Augustini sexto de Trinitate, uerba Hilarij exponens, aliter qualiter innotescunt. Ait enim ibidem: Imago si perfecte implet seu representat id cuius est imago, ipsa æquat ei, non illud imagini eius: in qua imagine Hilarius speciem nominauit propter pulchritudinem: ubi tanta est congruentia & prima æqualitas, primaque similitudo, nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis: sed ad identitatem respondens ei, cuius imago est. Porro, ineffabilis quidam complexus patris & imaginis seu filij, non est sine perfruitione, charitate & gaudio. Illa ergo dilectio, delectatio, beatitudo, (si tamen aliqua, humana uoce digne dicitur,) usus ab Hilario appellatur: & est in trinitate tertia persona, uidelicet spiritus sanctus: non genitus, sed genitoris genitici suauitas, ingenti largitate ac ubertate perfundens omnes creaturas secundum capacitatem earum, ut ordinem suum teneant, & locis suis quiescant. Hæc Augustinus: qui etiam primo de doctrina Christiana, sententiam uerborum Hilarij alijs uerbis significans, ait: In patre unitas, in filio æqualitas: in spiritu sancto unitatis æqualitatisque concordia. Quonia enim pater à nullo est & ens omnifarie primum, iccirco appropriatur ei unitas atque æternitas. Denique, quoniam ut frequenter iam patuit, pulchrum dicitur respectu cognitiuæ potentia, cuius species est uis intellectiua, & uerbum est emanatio intellectus, iccirco pulchritudo rite appropriata est uerbo seu filio dei: in super, uerbum procedit ab intellectu secundum rationem similitudinis: quoniam perfectio intellectus, in assimilatione quadam consistit ipsius intellectus ad rem intellectam. Merito itaque filio dei appropriatur pulchritudo atque æqualitas tanquam ei in quo quicquid patris est, plenissime atque clarissime splendet. Amplius, dictum est, quod pulchritudo spiritualis, ad sapientiam & ueritatem potissime pertinet.

HH 4 Quemadmodum

Quemadmodum ergo filio dei appropriantur ueritas & sapientia, ita & pulchritudo. Ad huc, tactū est, quod pulchrum concernit rationem causae exemplaris, formalis: & item, quod pulchrum est omnium causa formalis ac distinctiua in uerbo. Causalitas autem causae formalis, exemplaris, appropriatur filio tanquam ei per quem facta sunt omnia: ergo & pulchritudo: Praefertim, cum filius dei per appropriationem quandam uocetur ars dei, & mundus archetypus. Vnde undecimo de Ciuitate dei loquitur Augustinus. Non est autor excellentior deo, nec ars efficacia dei uerbo. Sexto quoque de Trinitate, Verbum inquit est ars omnipotentis, sapientisque dei, plena rationum omnium uiuentium, & omnes unum in ea. Alibi quoque fatetur, quod qui negat mundum archetypum, negat dei filium: nempe cum uerbum sit emanatio intellectus, ea quae intellectui concernunt, ei rite appropriata consistunt.

Articulus XXXIII. De mutua conuersione, contemplatione, dilectione, fruitione, complacentia patris & filij, ac spiritus sancti adinueniem.

In intellectuales substantiae, contemplando ac diligendo conuertuntur adinuenit. Porro, quo aliquos fuerit maior feruentiorque dilectio, eo delectabilius conuertitur, atque iucundius uniuertur adinueniem. Quemadmodum uero quaelibet diuina & increata persona est uere absolute perfecta, ita est in infinitum amabilis. Sed & uniuersae rationes sanctae ac purae mutuae dilectionis, in super benedicta trinitate reperiuntur: sunt namque similitudine inuicem, & una se alij totam comunicat. Vnaqueque etiam scit se amari ab alia in infinito amore: ipsaeque triū super sanctae ac super uenerabilium personarum est mera identitas in natura, conformitas summa in uoluntate: maxima quoque propinquitas in origine: realis tamen & uera est distinctio in personis, quae se in uicem plenissime comprehendunt. His itaque rationibus mutuae charitatis, diligit pater filium, & filius patrem. Vterque quoque spiritum sanctum: & spiritus sanctus utrumque, dilectione penitus intensiue infinita, superae stuant & superadentissima, incomprehensibili & aeterna. In hac autem eorum mutua dilectione, & super affectu osissima unione, consistit delectiosissimum gaudium, & complacentia prorsus immensa, uoluptas aeterna, inuariabilis, interminata, delectatio super sancta & super mundi dissimula. Denique, pater & filius & spiritus sanctus contemplantur, uident, inspicunt se in uicem comprehendere & seipsum seclarissime, aeternaliter & in deesse: sicque uiuunt se in uicem fruitione superbeata, impersecrabilis, supergaudiofissima, omniformiterque completa. Videns itaque pater aeternus suum dilectum ac unicum filium, tantae perfectionis, tam infinitae pulchritudinis, bonitatis, sapientiae atque dulcedinis, nonne diligit, amplectitur, inspicit eum cum ingenti laetitia, complacentiaque immensa: nec enim minus diligit eum quam semetipsum: Ideo ineffabiliter stat conuersus, fixus, intentus in eius aspectum. Similiter, filius aeternaliter est conuersus ad patrem: a quo sibi tantum bonum, uidelicet deitatis plenitudinem uidet esse comunicatum: amatque patrem ut dictum est, cum super infinito seruire: & aspicit eum cum super immensa delectatione fruens eodem super dulcissima, omnique creatura, in experta fruitione. Et scimus, quod pater & filius diligit spiritum sanctum, tam intense, plene ac infinite, sicut se in uicem, & sicut unusquisque seipsum: ipsi sanctus quoque, ad patrem filiumque conuersus est, conuersione comprehendit sua, fruitiua, delectiosissima, interminabiliter amorosa. Ecce haec est uita, beatitudo & gloria dei nostri. Has gloriae eius diuitias synceriter contemplerur: eiusque super opulentissimae felicitati cordialiter congratulemur: ad huius diuinae uoluptatis beatificum gustum, deificumque saporē, iugiter aspiciemus: atque ut eam finaliter fortiamur, puritati interne cum omni cordis custodia studeamus.

Articulus XXXV. Quam desiderabilis atque amabilis sit bonitas, pulchritudoque dei. De uanitate quoque, uilitate, insipientia & impietate eorum, qui rebus caducis, terrenis, carnalibus, magis inhaerent quam summo & incommutabili deo.

Quoniam unum quodque tanto amabilius, desiderabiliusque consistat, quanto fuerit melius, uirtuosius, sanctius siue perfectius, itemque spiritali decore ornatus, nonne dominus deus noster omnipotens, deus gloriosus & adorandus, deus sublimis & benedictus, qui est bonitas pura, uirtus immensa, sanctitas infinita, superessentialis & absoluta perfectio, fontana, idealis, simplicissima atque mundissima pulchritudo, qui est toto uniuerso in infinitum praestantior, speciosior, potentior, dulcior, cuius beatitudo & gloria, est omnifarie interminata, cuius opulentia, sapientia, excellentia, liberalitas ac libertas, pietas ac potestas, nullum prorsus limitem, nullum penitus finem suscipiunt, torturuntur aut

aut haberent, nonne utique deus iste super dignissimus, est toto mundo & cunctis ac singulis in ipso contentis, diligibilior, appetibilior atque suauior? Cuius sic esse nemo fidelium ambigat, conde ret homo, qui in explicabile irreuerentia iniuriarum exhibeat deo rationalis creatura, dum rebus istis terrenis, carnalibus, uanis, corporalibus, sensibilibus & caducis, imo & comparatione diuinorum bonorum, uilissimis, magis afficit & adhaeret, magis unum & intendit, quam deo altissimo: bono tam infinito, praestantissimo & praeclearo: cuius respectu totus mundus est tanquam puluis exiguus. Nonne quodammodo infinita irreuerentia exhibet deo, dum ei ista praefert uanissima? dum propriae potius quam diuinae assentit ac pareat uoluntati: dum carnale concupiscit amplius quam diuina sequitur legem? Etenim, quanto ille qui praecipit maior est, tanto culpe uisus est ei non obediens. Rursus, quanto aliquis benefactor plura aliquibus beneficia contulit, tanto iniquius est ei ingratus existere: impijssimum uero est, ei etiam mala pro bonis rependere. Si itaque scire optamus, quae enormia sint nostra peccata, quae inexcusabilia atque grauissima, profunde fac agiterque pensemus, quae, quanta & qualia beneficia, liberalissime praefertit nobis dominus deus noster dulcissimus. Nonne ipse creauit nos: ipse utique dedit nobis corpus & animam rationalem: quam sua imagine insigniuit: nosque ad suam similitudinem condidit: omnia subiecit sub pedibus nostris, oues & boues uniuersas, insuper & pecora campi: uolucres caeli & pisces maris: & uniuersa bona: tam dona naturae, quam munera gratiae de eius liberalitate sumus sortiti. Quoties peccantibus nobis pepercit: quae frequenter ac diu nos peccata sustinuit: a quantis peccatis, damnis atque periculis nos praeseruauit: quot & quam innumerabiles nunc aeternaliter conde manuit, qui multo minus quam nos miserimi, peccauerunt. Sed & specialia beneficia, quae singulis est largitus, quilibet uigilanter perpendat, cernetque quam impius sit & quam impijssime egerit, tam super bonum, incomparabilem ac liberalissimum benefactorem inhonorando ac offendendo. Praeterea, si pensemus, quae incomparabilia atque immensa bona promiserit & preparauerit nobis, intelligemus lucidius, ingratitude nostrae ineffabilem enormitatem: uitioque nostrorum intolerabilem peruersitatem: caritatem quoque nostram, & inconsiderationem praeniam deplangemus. Denique, quo quis alium amplius praueuerit in amore, eo peruersius est eum non reamare. Peruersissimum autem est etiam eum odire, abscere, spernere seque ab ipso omnino auertere. Vt ergo peccatorum nostrorum detestandas ac maledictas malitias efficacius intueamur, diligentissime perpendamus, quantum & quae incomprehensibiliter deus naturaliter bonus ac sanctus, praueuerit nos in amore. Ipse equidem prior dilexit nos: & cum nondum creati essemus, ex suo ad nos praueueniente gratuito ac aeternali amore, plasmauit nos nostram assumpti naturae nobiscum conuersari dignatus est: suo nos pretiosissimo sanguine a morte aeterna, & ab omni peccato redemit: seipsum nobis cotidie, in super mirabili ac super dignissimo sacramento largitur: intime nobis uniuertur: a nobis consecrari, tractari, sumi non dedignatur: imo inexcogitabili charitate, pietate ac dignatione, ut eius corpus sanguinemque sumamus, requirit & praecipit: non plane ob suam indigentiam aut profectum, sed ob nostram salutem, coram diuinitate in spiritalibus commo dū. Adhuc, quo quis alium plus honorat, eo grauius est honoranti uicem non reddere: indecentissimum uero est etiam in honorare. Cum ergo deus noster, tam multipliciter humanum honorauerit genus, praesertim in supernaturalibus, de quibus dictum est donis atque promissis, potissime uero, per nostrae naturae hypostaticam assumptionem, excellentissimam glorificationem, eius demque super omnes angelicorum ordinum agnitionem, innotescit, quae impijssime egimus deum inhonorando: diuinae maiestatis altitudinem super excelsum non reuerendo: eius praecipit non obediendo. Praeterea, id quoque in omnibus his rite pensandum est, quod quanto is qui benefacit, diligit aut honorat, maior ac melior est, tanto beneficia eius, dilectio & honoratio, sunt amplius magnipendenda: imo & tanto utique amplius, quanto beneficiarius, dilectus ac honoratus, fuerit minor & uilior. Cuius igitur tam immensa sit dei benefactoris, amatoris, honoratorisque nostri maiestas, tam uehemens quae nostra decliuitas, eluceat oino, quod nostra peccata ex considerationibus praeductis & causis praestatis, ex omni parte reddant enormia, imo grauissima. Quam super infinita ergo est misericordia dei super genus humanum, & super nos singulos. Et reuera, quae mirabile pijsimumque exstitit, quod unquam dignum illi ad suam recipere charitatem & gratiam, a quo uel semel, peccato mortali offensus est. Et ecce, tam super incomprehensibilis est eius benignitas, quod sepius eos a quibus pene innumerabilibus grauissimisque piaculis est offensus, non solum dignat redemptes ac penitentes ad uentam gratiam suscipere, sed & misericordiosissime puenit eos: concupiscit, imutat, & sibi familiarissimos amantissimosque constituit: & qui secretarios suos facit: in quibus ipse illud apostolus: Vbi abundauit delictum, abundat & gratia. O quam magna & super magna est misericordia dei super electos. Reprobos quoque citra eum dignum

Ira. 40

I. Pet. 8

Gen. 1

Psal. 8

I. Iohan. 4

Baruch. 8

Heb. 1

Rom. 8

dignū deserit in presenti, & citra condignū punit eosdē in supplicio infernali. Prætererea, cū iuxta præhabita, tam incomprehensibiliter, incomparabiliter ac infinitè maior, amcenior, dulcior, amabilior sit pulchritudo super sancti & supermundissimi dei, q̄ totius uniuersi, q̄ infensata sunt corda hominū mundanorū, qui rerum creatarū magis, q̄ creatoris pulchritudinē diligunt, q̄ miseræ, mortalis, peccatrici sc̄p̄ carnis mox periturae decorē, potius quā diuini uultus inuariabilem speciositatem desiderant, qui in mundi specie amplius, q̄ in creatoris uenustate exultāt. Viles omnino obtenebratiq̄ sunt, qui corporis sui morituri ornatui, magis quā immortalis suæ animæ decorationi intendunt: qui amplius student aut cupiūt se extrinsecus coram hominibus adornare, q̄ intus coram deo à uitijs se purgare: qui carnē suam immundā ac foetidā, satagūt delicate nutrire & expolire: animā autē rationālē ac nobilē, non cessant cotidie, male uiuendo, deturpare, lædere & necare: omniq̄ spiritali alimēto priuare. Tales sunt omnes, qui in peccato mortali existunt: qui em̄ mortaliter peccat, à summo & incōmutabili se bono auertit: atq̄ ad caduca & uana, mentem suā conuertit: sc̄p̄ rei creatæ inhæret finaliter: sc̄ilicet plus q̄ deo: & fruitor ea: quod totū est contra ordinem æquitatis: eo q̄ solo deo, in quo duntaxat salus creaturæ cōsistit, fruendum sit: cæteris autē utendum, tanq̄ medijs ad finē illum saluificum, deū sublimem & benedictū. Res ergo creatæ, terrena, corporea, tantū ametur, quaeratur, in usumq̄ ueniat, quantū utilis seu necessaria est ad increati ac summi boni adeptiōē salutarē: nō amplius neq̄ minus. De hoc, primo de doctrina Christiana loquitur Augustinus: Res aliæ sunt, quibus fruendū: aliæ quibus utendum. Illæ quibus fruendum est, beatos nos faciunt: istis quibus utendum est, tendendo ad beatitudinē, adiuuamur, & quasi amminiculamur: ut ad illas quæ beatos nos faciūt, peruenire, eisq̄ inhære possimus. Nos uero, si eis quibus utendum est, frui uouerimus, impeditur cursus noster & uia ad deum inferiorū: resq̄ amore. Frui est em̄, amore inhære alicui rei propter se ipsam: Vt autē, est quod in usum uenerit, ad id quod amatur obtinendū, referre: si tamen amandū est. Nā usus illicitus, abusus potius nominandus est. Si igitur in huius mortalitatis uita peregrinantes, ad patriā beatitudinis redire uolumus, utendū est hoc mūdō nō fruendū: ut de corporalibus ac temporalibus rebus, æterna & spiritalia capiamus. Res ergo quibus fruendum est, pater & filius & spiritus sanctus: trinitas ipsa: una quædam summa res: cōmunis omnibus ea fructibus. Hinc rursus libro præallegato, capitulo 14. Augustinus hortatur: Quoniam illa ueritate fruendū est, quæ incōmutabiliter uiuit, purgandus est animus, ut perspicere illā lucē ualeat, & inhære perfectæ: quā purgationē, quasi ambulationē quādam & peregrinationem ad patriam, arbitramur. Verum sicut secundo de doctrina Christiana Augustinus testatur, Deus uidetur ab his qui huic seculo moriuntur: nam intantū uident, in quantum moriuntur seculo huic. In quantum uero seculo uiuunt, non uident. Tales sunt oēs mundani: de quibus Augustinus disseruit: Quoniā cupiditate fruendū creatura pro creatore, homines configurant huic mundo, mūdi nomine congruentissime appellantur: de quibus ait Saluator ad patrē: Non pro mūdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mundo. Itemq̄: Pater, iuste mūdus te non cognouit. Iohannes quoq̄ in prima sua Canonica ait: Ipsi de mundo sunt & de mūdo loquunt, & mūdus eos audit. Postremo, ne taliter de mundo hoc simus, terrena ac temporalia paruipendamus: celestibus ac diuinis iugiter intendere nitimur, atq̄ ad increatæ, æternæ ac adorandæ pulchritudinis se licem iucūdisimūq̄ aspectū, infatigabiliter festinemus: ad cuius desideratissimā uisionē, post huius finem exiliij, nos mox dignetur perducere creator omnipotens, cui cantamus: Educ de custodia animam meam, ad cōstitendum nomini tuo. Et demuo: Sitiuit in te anima mea, q̄ multipliciter tibi caro mea. Cui debetur ac persoluatur omnis honor, uirtus, adoratio, gloria, Qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Quo reb' utē-
dum creatis.

Augustinus

Augustinus

Ioan. 17
Ibidem
1. Iohan. 4

Psal. 41
Psal. 62

De Venustate mundi finis.

D. DIONYSII

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHUSIANI, DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE,
LIBER PRIMVS.

Proemium libri primi.



NIMICI-
tias ponā
inter te &
mulierem:
ipacōteret
caput tuū:
& tu infidia-
beris calca-
neo ei? Ser-

Gen. 9

Sept. 2

Eccle. 7

Gen. 8

pēti deus ista locutus est. Inuidia nepe diaboli, mors introiuit in orbē terrarum. Quippe, qui per feceminā uirum sefellit: atq̄ per hoc sobolis omnē posteritatē infecit. Fecit equidē deus hominē ab initio rectum: inuidiuero suggestio ne serpentis, obliqua facta est: prooplasti uolūtas. Sed aliud de seducto aliunde quoq̄ auxiliandū censens sapientissima diuinaq̄ æquitas, eo decreuit modo hominē redimere, quo utiq̄ deceptus est. Enim uero, per feceminā successionemq̄ proliū uniuersam, uir ipse protoplastus homo, primusq̄ patēs, infecit atq̄ damnauit. Ideoq̄ in uiro quem stauit, in eo quē elegit, itemq̄ assumptit, sed nō nisi per feceminam deus clemens & æternus, humanum genus liberare decreuit. Parificanda enim extiuit morbo medela: damnationisq̄ modo, redemptionis forma. Ideoq̄, quem admodum iusta ac ineffabili æternæ æquitatis censura, uno transgrediente, fecmina consiliū exordiumq̄ præstante cuncti cecidimus, sic uno obediēte, fecmina cooperante, concipiente utiq̄ eum: que gignenti, ab infernalis obligatione necis, singuli liberamur. Et ob id inter hanc fecminam serpentemq̄, æmulatio orta est. Veruntamen ipsa præuallet: quippe que caput illius conterit. Nihilominus infidiatur ille calcaneo istius. Circuit namq̄ ut leo rugiens, quaerens quem deuoret: schismata, hæresesq̄ inducens: & huius demum mulieris dignitati, per os reproborum suorum maledicit.

Gen. 3

Apo. 12

1. Pet. 7

Articulus I. Quæ præsentis æditionis intentio sit.
Singularis illa præelecta quæ uirgo, Beatā inquit me dicēt omnes generationes: Ideoq̄, ut ego quoque dignitati tuæ o amabilissima purissimaq̄ Mariæ, uicem pro uiribus refundam, atque ut queo laudem exhibeam, te beatam fari, itemq̄ tua fateri præconia decreui. Et ob id de præconio & dignitate Mariæ, opus istud appellandum arbitratus sum. Sed nūc assis, sacra diuinaq̄ uirgo: assis præcor o desiderabilis atque mundissima mater: assis cupio & uere cupio o decora delectabilisq̄ dña puella: impetra tuo seruo, o præstantissima incōparabilisq̄ Mariæ, sapientiam: qua tuā excellentiā in luce ueritatis, syncerē contēpler: amoris uehementiam, quo tuā bonitatem affectuose cōplectar: uerbi efficaciam, qua te digne ut ualeo commendem: & uirtutem qua te in cunctis pro uiribus honoris: Noui domina fateorq̄ mundi regina, quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris: Sed parce oro o celeberrima sponsa, mecumq̄ que so in cunctis atque ubilibet maternē, & item clementissime procede & age.

Eccle. 15

Articulus

Articulus II. De inimicitia, quæ inter mulierem serpentemq; exorta est.

Gen. 3

Q uemadmodum autem amicitia origo similitudo est, sic ex dissimilitudine inimicitiam proficisci palam reor. Ideo similiter quæ serpentemq; inimicitias ponere deus censuit, contrarias serpentinis & item diabolicis dispositionibus qualitate præstitit atq; infudit. Hinc enim liuor profluxit. Scimus aut, quoniam ois culpa sit supbia radix atq; ob hæc, in ima & summis angelus prolapsus est. Humilitas itaq; in primis prælectæ mulieri cœlitus impertienda extitit: & ob id ipsi serpens insidiatur ac inuidet, humilimã superbissimus ferre nequiens. Porro ex superbia rancor scaturit: & ex humilitate amor. Proprie nempe superbus excellentiæ auidus, ei mox inuidet, quo desiderij sui effectum cernit destitui. Deniq; se cõtemplans humilis, & boni omne fontemq; bonitati attribuens, huius confestim bonitatis amore succenditur: ipsiq; inhaerere atq; ipsi uniri satagit. Vt igitur superbissimo summa est innata (nõ ex deo creatore, sed propria uoluntate) inuidentiã, sic humilimã uirgini plenam perfectamq; charitatem dominari à fonte uirtutis, iustis opinor. Vulnerata ergo charitate extitit, quæ ad modum liuore serpentino dæmon torquetur. Enimvero, à fonte puritatis auersus diabolicę mentis animus, turpium & immundorũ, itemq; carnalium factus est opes amator: turpitudine immunditięq; oblectatus. Mentis ergo corporisq; sceminæ isti castitas præstada fuit, qua immundissimo serpenti mundissima sanctissimaq; displiceret uirguncula. Igitur ex his & consimilibus qualitatibus diuersitatibus, incessabiliter serpentino innascitur liuor animo: dum his illa stipata uirtutibus, deo proximare festinat: ille autẽ, in auersionis suę obliquitate perseueras, à fonte beatitudinis irrecuperabiliter elongatur.

Ita. 14

Articulus III. Quæ nam sit hæc scemina serpentis inimica.

Rom. 11

I ncomprehensibilis illa æternaq; sapientia, nil casu aut foruite agens, uniuersorũ euentum uel prouidentiam in ipso æternitatis momento, in se contemplata est atq; disposuit. Incommutabilis equidem, sapientissimiq; autoris ratio, stabilis utiq; inuariabilisq; consistit. Hinc quippe omnium præsertimq; intellectualium creaturarum & hominum prouidentiam, deo inesse innotescit: Ideoq; quicquid in temporę horę uolumine desuper homini impertitum fuerit, ab æterno ni fallor dari decretum est: etenim ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Elucescit igitur, super sapientiali diuinæ mentis cõsilio, hæc formata electamq; puellã, qua perditu huius redimeretur seculi proles. Hęc est illa amantissima dei, qua, uti per primordiale sceminam orbis interijt, humanã reparare progeniem de uere bonus naturaliterq; benignus, dignatus est. Enimvero, dum iam tẽporis in stare plenitudo, qua ab æterno præordinata clemẽtia homini præstada extitit, destinare uolens æternus pater in hunc mundum unigenitũ suum, receptaculũ ei tabernaculũq; parauit. Eum quoq; incarnari decernens, matrem ei prouidit itemq; effecit. Hęc est illa sacra uirgo, cui nomen Maria, patriarcharum filia, uatum desideratissima, apostolorum domina: & ipsius summi genitoris unici filij mater prorsus dignissima.

Gal. 4

Lu. 1

Articulus IIII. Quod per uerbi incarnationem, mundum ab æternæ obligatione necis, deus iustus atq; misericors liberare rectissima ratione decreuit.

Iohan. 1

Mich. 6

Prouerb. 15

V erbum caro factum est ex Maria uirgine. Paulo ante si rite memini fastus sum, id diuinæ congruisse clemẽtiæ, ut aliunde quoq; succurreret infernaliq; nequitia damnatus, cœlesti eriperetur cœlitus bonitate saluandus. Sed offensum deum placare quis poterit? Si culpa eo grauior, quo offensum præstantior, immensę maiestatis altissimo quis satisfaciet regi, indignati atq; irato: nullus omnino ut reor, si non ipse quoq; incircumscriptæ excellentiam dignitatis, fortitus sit & habeat. Porro tota gratia destituito homini, quis amissam nisi autor gratiæ, recuperare poteserit aut certe idoneus? Adhuc aut, naturã totaliter infectam & item æternæ morti obnoxia, cũ sit ipsa communicabilitatis infinita, quis nisi immensæ redemptor efficacis saluare ualebit? Hinc protoplastorũ scelus inultũ nolens diuina permanere iustitia, denuoq; lamentabiliter sauciato mederi uolens, summa clemencia opus æquitatis misericordięq; temperamento compegit pũcherrimum: quatenus mors morte ulta desineret, occisusq; amici sui atq; cõfratris necere demptus, reuiuisceret. Hoc est Christianæ religionis mysterium: hoc diuinæ fidei sacramentum: quoniam pater misit filium suum in mundum, ut saluetur mundus per ipsum: & quia factus est ei ex semine Dauid secundum carnem; natus ex muliere: factusq; sub lege. Hoc ordine ineffabilis omnipotentisq; deus, qui absoluta sua potentia, omnia iuxta

Iohan. 3

Rom. 1

Gal. 4

omne

omne suum beneplacitum quomodo libet potest, hominem decentissime redemit.

Articulus V. Quod ab origine mundi, præelecta dei genitrix præsignata descripraq; sit.

V Ates antiqui temporis prædixerant quod factum est, quia uirgo conciperet & pareret Emanuel. Magnifici prouiditq; factoris est, ut sublime quippiã actus, uicissim differat: quatenus interim ceterorũ animos attentos efficiat & quid in futurę operaturus cunctis sit, insinuet atq; congruentibus præambulis, excellenti opus præueniat. An non ordinem hunc in torneamentis suis & item spectaculis, reges gentium, principesq; populorum obseruant? Tempus namq; præfigunt, præcones destinant, & præuis quibuidam præludis, uelut futurorum signis atq; indicijs, intentum opus præoccupant. Sic prorsus summus mudi opifex, deus sublimis & benedictus, ab ipsis seculorũ primordijs, magis aut ab æterno, pro mundi beatitudine, amantissimũ suum, præcordialissimũq; filiũ incarnari disponens, non id mox prosecutus est: sed super sublime super dignissimũq; opus, in fine seculorũ, peregit: ut interim hominũ mentes inflamans atq; erudiens, cõgruis opus tantum uaticinijs, oraculis, prodigijs, figurisq; præueniret. A seculo igitur præcones misit, prophetas constituens mirabilia egiturorũ specie, typũq; gestantis: ideoq; iustus Zacharias de deo orsus, Erexit inquit cornu salutis nobis, sicut locutus est per os sanctorũ, qui à seculo sunt, prophetarũ eius. Hoc modo o celeberrima præstantissimaq; uirgo, te tam incompabiliter exaltare uolens benignissimus creator, hanc tuam excellentiam ab origine multipliciter, uerbis factisq; innotuit: Enim de te serpenti cõtestans, Inimicitias ait ponam inter te & mulierẽ: ipsa conteret caput tuũ. Deniq; in rubo ardente, Gedeoniscq; uellere figurata crederis. De te sincerrissima te mète cõtemplans, diuinus Dauid cecinit cũ cordis iubilo: Audi in quiens filia & uide, & inclina aurẽ tuam. Et post pauca: Concupiscet aserit, rex decorem tuũ. Quoties te Salomon in amoris Cantico, in sponsi sponsæq; dialogo, descripsisse cernitur? An non de te propheticis sciscitatus est spiritu, Mulierem fortem quis inueniet? At uero facer Isaias, Ecce inquit uirgo concipiet, & pariet filium, & beatissimus Ieremias: Nouum ait facier dominus super terram, mulier circũdabit uirg.

Ambrosius

1. Cor. 13

Lu. 1

Gen. 3

Exod. 3

Iudic. 6

Psal. 44

Prouer. 15

Isa. 7

Hier. 31

Articulus VI. Quod diuina Maria sit ueri dei mater uera.

V erificatum prorsus est, quod serpenti de præelecta scemina deus differuit. In si diaberis in quiens calcaneo eius. Hoc nempe per hæreticos incredulosq; infatigabiliter egit. Alius eam uirginem esse fateri noluit ut Hebion & Heluidius: alter purę hoim genuisse asseruit, ut Cherintus & Photinus: alter non hoim uerũ sed phãtasticũ protulisse blasphemauit, ut Manichæus: alius deũ quidẽ esse, fed nõ uerę deũ eã generasse dixit, ut Arrius & Eunomius. Porro alter Christũ nil ex ea sumpsisse, sed per eam tanq; per aquã ductũ duntaxat transisse cõfinxit, ut Valentinus. Et quid opus est cunctosq; insidias blasphemiasq; narrare cũ de ipsius filio fari orsus Iohannes, ut simus inq; in uero filio eius. Hic est uerus deus, & uita æterna. Rursusq; eodẽ edocete uerbũ, per quod facta sunt omnia: & sine quo nil factũ est. Demũ: Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Deniq; Unigenitus qui est in sinu patris, ipse enaruit. Ego ait & pater, unũ sumus. Et deno: Omnia quæ habet pater, habet & filius. Ad patrem quoq; loquens unigenitus, Omnia (asserit) mea, tua sunt: & tua, mea sunt. Hic ueram carnẽ ex uirgine sumpsit, quæ admodũ discipulis fastus est: Palpare in quiens & uidere, quoniam spiritus carnem & ossã nõ habet, sicut me uidetis habere, alioqui uerum nõ erit, quod ei Archangelus dixit: Ecce cõcipies in utero, & paries filiũ. Verę ergo deũ ipsa uerẽ cõcepit, humanã ei carnẽ, licet inuitata supnaturaliq; manerẽ ueraciter ministras: & eũ uerẽ pepit, simlẽ sibi in natura, uerę hoim gignẽs.

Gen. 3

1. Iohan. 5

Iohan. 1

Ibidem

Iohan. 16

Lu. 24

Lu. 1

Articulus VII. Quod eundem filium quẽ pater genuit in æternitate, benedicta Maria peperit in tempore.

S Acræ diuinæq; uirgini loquens Archangelus, Spiritus sanctus inquit, superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Porro quicquid ab altero uerẽ gignitur, naturã quoq; uerã ab illo fortitur, atq; in similitudine naturæ ab ipso proficiscitur. Duas igitur generationes & item naturas duas, filiationem uero unam Christo inesse necesse est. Verũtamen in generatione materna, nec noua suppositabilitas, nec recens subsistentia, neq; mutatio aliqua dei uerbo aduenit: quippe quod ex paterna mente æternaliter incommutabiliterq; uerus deus, perfectaq; hypostasis proflixit. Sed ad esse personalitatẽq; uerbi, est assumpta humanitas ut sint una persona duæ naturę, retẽtis permanẽtibsq; nihilominus utriusq; ueritate essentia

Lu. 1

II

tiall

etali, & proprietate naturali. Si uero dixeris, Quod generatur, de non esse ad esse progredi-
 tur: & rursum, quod temporaliter nascitur, mutationi utiq; subternitur. Quomodo ergo ad
 aeternum est & semper inuariabiliter subsistens, de nouo & in tempore concipi potuit &
 gigni: Respondebo, ad uerae generationis ratione id requiri atq; sufficere, ut res de sui sub-
 stantia aliam secundum naturae similitudine producat: & id utiq; uirginem a matris competi-
 que admodum equidem Christus, deus est ex substantia patris ante secula genitus, sic utiq;
 homo est, ex substantia matris in seculo natus. Quod praeterea dicitur, genitum a non esse
 proficisci in esse, negandum reor, si quis id uniuersaliter asserere satagat. Verbum namq; pa-
 terni intellectus proles existens, uerissime gignit: sed abfit, ut a non esse ad esse progredi cre-
 datur: sic enim migrare de potentia in actu, & non esset uerus deus. Etenim, in increato ente
 non est accipere non esse ante esse: sed est illic simplex duntaxat diffusio: & haec non aliud
 est q; processio lucis a luce, actus ab actu, & dei a deo: Non enim contingit in processione diui-
 na atq; aeterna, accipere terminu a parte ante nisi a quo, non estia terminu ex quo, nec te neq;
 intellectu. In creatione quippe sumitur terminus ex quo, sed ratione duntaxat: hic enim intel-
 ligitur nihil: quod non esse realem terminum, palam opinor. Praeterea, in generatione natu-
 rali atq; sensibili, uterq; terminus a parte ante, scilicet ex quo & a quo, realis est: sed in
 emanatione diuina ad intra, est solus terminus a quo, seu origo principians a parte ante. In
 assumptione deniq; humanitatis a uerbo, non in diuinitate, sed humanitate mutatio facta ce-
 senda est. Diuinitas nepe, nec mixta est, neq; immersa: & pprie q; nec pars facta est, neq;
 coposita: sed ei humanitas unita est, sustentatione subsistitiaeq; ab ipsa immediate sortita.

Articulus VIII. Quod gloria ista Mariae, dignitas & gratia, ineffa-
 bilis sit, & quodammodo infinita.

Quo quid alij uicinius est, eo utiq; ipsi similis est. Quid aut Christo tunc uiciniu, ut
 genitrix ei? Nihil igit ea, ipsi similis extat. Palam est aut, Christu sine mesura, ois
 grae plenitudine sortitu. Huic ergo plenitudini grae q; infinitae Maria uehemen-
 tissime appropinquat. Amplius naturale ius id exigit, ut parente proles ho-
 noret: et i quoq; quicquid decet, pro uiribus exhibeat: & quo filius melior fuerit ite m q; po-
 tior, eo ni fallor hoc sublimius complebit. Certissime itaq; lucet id diuinitus Mariae collatu,
 quicquid ueri dei genitrici decebat. Sed q mens concipere, q; queat lingua differere, quan-
 ta ei uirgini puritate, sanctitateq; in esse decuit, que ois munditie, totiusq; uirtutis a sancti-
 tatis fonte, summi patris unigenitum concipere, parere, lactare & alere debuit: Pretereale-
 cundum nobile Aristotelis, Dns, magistris & patribus non potest reddi aequalis. Sed hinc
 is excipitur, qui propria matre condidit: qm plus contulit q; recepit. Verumtamen id constat,
 quia tantu dedit, quantum tantu talisq; filiu genitrici suae dare decuit. Quis uero coprehende-
 re possit, quid filiu immensa maiestatis, in circumscriptae bonitatis, magnificentissimae libe-
 ralitatis, tam dulci praeelectaeq; matris donari decebat? At uero, qui omnibus gratis affuen-
 terq; tribuit & nulli inproperat, quid ei prestitisse censendus est, quae eum tam maternaliter
 lactauit, tam affectuose fouit, caeteraq; maternae ministracionis exercitia tam reuenter
 exhibuit? Adhuc, quo deo creatura amplius conformatur, eo ad diuinas excellentias glo-
 riosius affurgit. Quid aut aeterno patri in creatis rebus tam simile, quae admodum illa quae
 eundem cum eo filium peperit: quae sic sine uiro, uti ille absq; foemina, cu integritatis deco-
 re produxit: quae hunc quoque edidit, a quo spiritus sanctus donatur atque procedit: Pro-
 inde, quae fecundiora sunt, praestantiora a philosophis censentur. Non ergo in finitae quo-
 dammodo dignitatis extat, quae filium immense celsitudinis protulit, quae mundi artificem,
 orbis dnm, & uniuersorum uerum deum effudit: Insuper, naturaliter supra prolem autori-
 tatem quandam parens possidet, quae ergo huius uirginis sublimitas, cui etiam deus secun-
 du aliquid, se subiecit: Erat nepe subditus ei hinc utique, cui milia miliu ministrant, deciesq;
 milies centena milia assistunt. Denique, quid gloriae id Mariae cofert, quod per eam totius
 mundi salus initiata, reparataq; est?

Articulus IX. Effusio mentis in amorem Mariae.

Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, uulnerasti cor meum. Aia mea liquefacta est
 ut ipsa cogitata es o pulcherrima mulier, o ygo dulcissima, o mu dissima mater.
 Verbu mihi ad te, o incomparabilis deiformisq; Maria. Effundam in star atq; cor meum
 an cospicuum tuu dnm: lau dabo & exaltabo te, amabilis, decora puella: cofirebor noi tuo pu-
 dicissima turtur, coluba castissima. Lertabor & exultabo in te, singularis & ite celeberrima
 dei sposa, mirabor & coteplabor te honestissima Maria. Diligibilis mihi es, sepeq; desiderada
 o Maria

o Maria, quae bonitate plena es: cuius ab initio uitae ope destitutus non sum: quae adolef-
 culo adhuc & inter bonu maluq; nondu discernere ualenti, nois tui contulisti affectu. Ama-
 bilis enim es o dña, qua deus dilexit, cuiusq; specie concupiuit. In qua aliud profusus q; benigni-
 tate atq; dulcedine, q; misericordia & mititate, q; charitate ac honestate inuenire nequeo: q;
 rota pulchra es: nec mentis neq; carnis macula habens decus mulieris & glia: hoim honor
 atq; laetitiae spes nostra & aduocata, quae angelicas mentes puritate superas: quae super coe-
 lestes illos simplicitesq; spiritus sanctitate praecellit: miserorum miseratrix praecipua: ama-
 trix ardentissima: & protectrix fortis atq; fidelissima.

Articulus X. De annuntiatione gloriosae factae puellae.

E Nimuero iam nunc instante ab aeterno disposita hora, missurus in mundum hunc
 unigenitu suu summus genitor, super adoranda super uiuētisq; trinitatis, clemētiāle
 cōsiliū felicissimē in sinuare uolēs puellē, Archāgelū ei mittit, q̄ten^o eā celeberrime
 saluret: deiq; ei unigeniti incarnationē in ea & ite ex ea cōplendā reuelat. Iā ergo au-
 sculta Mariā aduerte o bñdīctā: agnosce qd de te sentiat, qualē te existimet deus excellens,
 iudex infallibilis. Mittit equidē tibi suū unigenitū, quē utiq; non minus diligit, q; seipsum.
 Deniq; dat tibi filium, quē ex proprio cor de sibi & que bonū, itēq; confubstantiale p̄duxit.
 Hunc tibi cōmittit o incomparabilis amāttissimaq; Maria, ut eum in utero alast genitū lactes
 & foueas: contrāctes: & ad incrementum usq; perducas. Offert tibi magna o dignissima sp̄s
 sa. Nunquid hęc o dña sapientissimus ille pater perageret, nisi te idoneam dignāq; cōseret?
 Nobile tibi pignus creditur: tecumq; fiducialiter fecit. Hęc est hora ab aeterno p̄ordina-
 ta: patriarchis promissa: uatibus p̄dicta: totiq; orbi desiderabilissima. Descendit mox an-
 gelus: uirgunculam salutat: pudicissimam, honestissimāq; puellam iucū dissimō ueneratur
 eulogio: Aue in quēns, gratia plena, dñs tecum, benedicta tu inter mulieres. A^o seculo non
 est talis audita a supernis saluatio. Gedeoni dictum est: Dñs tecū uiroq; fortissimē: sed nūq;
 gratia plenus, aut inter uiros benedictus. Quō em gratia plenus extitit, qui in fide uacillās,
 deumq; tentans, signum expetit: Porro, qualiter inter uiros benedictus, qui contra legem
 operans, in sui suęq; domus scādālibus atq; ruinam, sacerdotale sibi ephod effecit: Denique,
 sancto Dauid testimonium perhibens deus, Inueni ait Dauid filium lesse, uirgē secundū cor
 meum: Veruntamen adulterium homicidiumq; uir ille illapsus est. Denique de Salomone
 loquens deus, Ero, asserit, illi in patrem: & ipse erit mihi in filium. & tamē effoematus id o-
 lolatraq; esse iste effectus. Sed tu o Maria gratia plena salutaris: sed uehementius replenda
 es: nec unq; a gratiae plenitudine peccando excides. Insuper dñs tecum: sed spiritaliter ni-
 mistu quippe ipsius amica, tu sponsa, tu filia, tu thesaurus eius: & scimus, quia ubi thesau-
 rus dei, illic & cor ipsius. Dominus ergo tecum in intellectu per ueram sapientia: in affectu
 per ardentissimam charitatem. In memoria per stabilem sincerissimamq; inhaesionem. Ec-
 ce non dormitabit neq; dormiet qui custodit te o felicissima. Aures namque eius uotis tuis
 intente: & oculi quoque ipsius aperti super te sunt die ac nocte.

Articulus XI. Quem admodum deus benedictus hanc
 uirginem dilexit.

VNio ex similitudine procedit: quoniam similitudo dilectionem efficit: dilectio
 aut amantem amatumq; coniungit. Iam igitur cerno o uirgo gloriosa, quonia
 quo deus se tibi uicinius atque intimius unit, eo uehementiore te charitate cō-
 plectitur, & ardentius diligit, sed post personalem illam uerbi humanitatisq; co-
 pulam, aliam quae unioni qua se tibi coniunxit deus sublimis, similem non contueor neque
 reperio. Descendit quippe o amabilis Maria non iam duntaxat ad te, sed in te quoq; & usq;
 in medium uentris tui: in uisceribus tuis mansionem sibi quietemq; elegit, qui in fonte pa-
 terni cordis, qui in luce aeternae mentis, atque in sinu patris incommutabiliter consistit. De-
 nique induit carnem ex te, & factus est aliquid tui, uti parentis est aliquid, proles. Itaq; nūc
 finite concipio, dei tuiq; o Maria coniunctio, nedum per illuminationem est aut amorem,
 extrinsecam ue adhaesionem, sed per realem quādam idēritatem, intima & item penetratiua
 existens. Praeterea charitas communionem facit: nil equidem sibi propriū seruat, sed pro-
 prias utique diuitias, dilectio imperdit. Igitur, dum communionem diuinā excellentē de-
 super tibi, & a tota trinitate o felix Maria exhibitam contemplor, charitatis illius qua te to-
 ta superstantia trinitas dilexit, magnitudinem itemq; feruorem mirari non sufficio. Pater
 quippe tibi unicam suam charissimamq; filium misit, deditq;. Fecit in super te suam ueram
 sponam: eundem naturalemq; suum filium ex te gignens. Porro, spiritus sanctus hoc a do-

Iohann. 3

Iaco. 1

Lu. 2
Dan. 7

Can. 4

Treno. 3
Eccles. 31
Psal. 9
Psal. 117
Psal. 9

Phil. 4.4

Lu. 1

Iudic. 6

Phil. 33
2. Reg. 4
2. Reg. 7

Mar. 6
Lu. 1

Phil. 1.0

Iohann. 1

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

rando te germine ineffabiliter imprægnauit, à quo ipse uere ac æternaliter procedit. Filius quoq; te singulariter ueneratus est, dum ipse fons bonitatum & luminum, uterum tuum non horruit: in eo se clausit: tibiq; demum se commisit atq; subiecit.

Articulus XII. Quod delicia dei sint esse in Maria, & uiuere cum ea.

Prouerb. 8
Psal. 18
Apo. 19
Psal. 44
Prouerb. 8
Iohan. 4
Prouerb. 8

Exultauit ut gigas ad currendam uiam: à summo cælo egressio eius. Etenim, quoniã prælecta à deo, rex regũ & dñs dominantũ, tuũ cõcupiuit decorẽ, nõ misit, sicũ exultatione festinationeq; ad te descendit. Siquidem in momento, in ictu oculi, à summo cælo in uterũ tuũ processit. Porro si delicia dei sint esse cũ filiis hoim, nõ utiq; cum his qui caro sunt, in quibus spiritus eius non permanebit in æternum, eo quod caro sint: sed cum his, qui in spiritu & ueritate patrem colunt atq; adorant. Quantomagis tecum esse delicia eius credende sunt, in qua carnale nil extitit: quæ deo unita fueras per fidẽ, transposita in ipsum per speciem: indistincta biliterq; ei colligata per charitatem. Denuo nullũ ut opinor later, qd amantium se, mutua conuersatio delectabilis sit. Porro, quo amor fortior, eo uita hæc iucundior. Sed quis mutua illam Christi matrisq; eius dilectionem metiri, aut certe concipere queat? & ob id neq; qd deliciosus erat ipse, conuictus, comprehendere quisquam ualet. Ad hæc aut, quis sponsi ac spõsæ copulam lætam fore ignoret? & Mariã singularẽ esse Christi sponsam quis nesciat? Singulariter itaq; ipsorum coniunctio, gaudio deliciaq; fuit. Amplius, quis unici filij amatissimæq; matris, & eorũ presertim, quorũ alter altere, nunq; offendit, nec qd displiceat habet, (quippe in qbus culpa nulla, nulla in honesta, sed uirtus sincera, & item perfectio consummata, mutua conuersationem delectabilissimam esse non uideat?

Articulus XIII. De sanctificatione & puritate deificatae Mariæ.

Psal. 147
Iudic. 19
Hier. 1
Lua
Can. 4
Can. 2
Can. 3
Can. 6
1. Cor. 1
Sep. 11

Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus. Paulo antè efficaciter satis ni fallor monstratum est, id Mariæ cælitus collatum, quicquid ueram mox dei ueri futuram genitricem habere decebat: eo quoq; ab unigenito suo honore sublimatam, quo à tali filio matrem talem honorari congruit. Legimus aut in ueteri nouaq; lege, sanctificatos quosdam in maternis uteris: quemadmodum de Ieremia atq; Iohanne scripturaturatur: & id in figuram Messia regis sanctificationis, eisdem communicatum censemus. Porro, hoc, Christi natiuitati uicinior, ampliore utiq; sanctificationis gratiã sortitus est. Sed gratiam ministris datam, matri negatam asserere, nefas arbitror. In matris igitur utero Maria sancta fuit, eo abundantius, quo præ famulis mater ueneranda extitit. At uero, tam excellenti puritate uenustãda extitit puellaris caro, ut eam supersplendenti diuinitati uniri dignum esset: ideoq; ab omni prorsus macula præseruanda fuerat: quo tanto ministerio congrueret. Optimè ergo tibi o optima uirgo competit, quod in Canticis spiritus ueritatis asseruit: Tota pulchra es amica mea: & macula non est in te. Et denuo; Pulchra es amica mea, & suavis & decora. Rursusq;: Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias. Quoniã itaque tanta, ut nunc inductum est, sanctitas Mariam decuit, quæ fontem sanctitatis concepit & protulit, ab originali quoque culpa immunis esse debuit: præsertim cum decens appareat, ut hoc etiam honore filius eius eam ueneratus sit. Ad hæc caute, si tota pulchra est, ergo nec originalis culpæ maculam accepit, ut puta ab originali actualiq; culpa innoxia. Præterea, tanta ut ait Anselmus, est Mariæ sanctitas, qua sub deo maior intelligi nequit. Nil igitur culpæ in ea usquam locum sortitum est. Et hanc positionem defendunt, qui sacre uirgini deuotissimi fuerunt, sanctus Anselmus: deuotissimus Bernardus sanctus Thomas: & uenerabilis Albertus atq; Aegidius: quia Mariæ filius Christus, qui est uirtus & sapientia patris, omnia ordinate efficit: quippe qui in numero, pondere & mensura uniuersa constituit: & ob id hoc sibi noscendi priuilegium seruauit, ut eius mater tota pulchra esset: quoniã actualis omnis criminis, mortalis itemq; uenialis expers fuit: nec unq; suo creatori displicuit.

Articulus XIII. An tanta sit sanctitas Mariæ, qua sub deo maior intelligi nequeat.

Omnis creatæ mētis sc̄itas finita est: quã nulla creatã entitas, infinita esse pot. Deniq; dũ tāta Mariæ sc̄itas asserit, ut sub deo maior cogitari nõ ualeat, certũ est: id dicitur sc̄itas

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE.

sanctitate creatæ animæ Christi, qui utique maior est sanctitate Mariæ, omniũq; creaturæ. Sed quoniam Christus non est pura creatura, ideo in præinducto sermone, eius sanctitas dempra est. Est aut inquisitio, an tanta sit Mariæ sanctitas, ut ea sub deo sublimior cõcipi nõ possit. Et quidem, qd nullus creatæ neq; angelicæ mentis sanctitas, eius queat sanctitati cõparari, hinc palam reor, quã incomparabilis utiq; sanctitas eam decuit, quæ uniuersorũ ad orandũ creatorẽ concipere generareq; meruit. Sed alicui fortasse uidebit, qd sanctitate eius sub deo maior esse atq; intelligi sanctitas queat: nempe, si potest esse, potest quoq; intelligi. Sanctitas namq; Mariæ, à filij sui creatæ sanctitate pluribus gradibus uti nunc dictũ est, distat: cũ etiã, si oim ceterorũ sortita foret sanctitatẽ electorũ, sanctitati creatæ sui unigeniti cõparari æquari ue nequiret. Potest ergo à deo creari et itẽ dari sanctitas, maior ea quæ Mariæ donata est. Posset quippe eius sanctitati tantã addere, quã tam Petrus suscepit. At uero diuina uirtus illimitata est: quæ omni creatæ essentia, digniorẽ potest condere: alioqui coarata foret atq; exhaustibilis. Porro, Mariã qd diu in hac lachrymarũ ualle deguit, uia trix erat cotidieq; profecit. Pro huius igitur inquisitionis agnitione contẽplandum paulisper est, diuinam sapientiam cuncta ordinate producere, quã omnia in modo, specie & ordine agit. In donatione itaq; diuina dantis sublimitas, recipientisq; conditio pensandæ sunt. Itaq; si uerbi maiestas, Mariæ quoque quam ex se habebat decliuitas sapientialiter cõparentur, lucebit, si rite contempler, quoniã pro utriusq; moderamine, neque maiorem sed nec minorem Mariæ conferri sanctitatem decuit. Enim uero eo maior esse non potest: non quin deus absoluta sua potentia ampliorẽ, nedum ei, sed alijs quoque præstare possit, sed nec decet nec utique fiet. Sanctitate ergo Mariæ maior, sub creatæ filij eius sanctitate intelligi esse q; nẽquit tum quia nec in præsentia uita, eius sanctitatis magnitudo ad plenum comprehendẽ ualeat etiam quam in terris adeptã est: In cõprehensibilis em̄, quemadmodũ optime ab Ambrosio introductum est, incomprehensibiliter operabatur in matre. Tum quia post assumptionẽ hominis à deo, nil præstantius conferri potest homini, qd ut dei parens consistat, tum quia ampliorẽ alicui impertiri nec decet neque contingit. Et rursus, quoniam Mariæ sanctitas quodammodo iuxta præsentiam infinita est. Denuoq; quia quod non est, nec scitur neque intelligitur: & ita maior intelligi nequit secundum existentiam. Deniq; an sanctitate creatæ Christi maior esse nõ possit, & si ipsius gratia plenior fore possit, in uoluitorem quæstionem habet: quam in hac editione præterire, alijsq; congruentiori loco referuare, par est. Ex inductis igitur clarè præhabitu Anselmi de excellentia sanctitatis bene dicitæ uenerabilisq; Mariæ testimonium, qd sit uerum atque subtile. Veruntamen quantum sapio, si eius ueritas profunde intelligi debet, acuto intellectu opus est.

Articulus xv. Quod diuinitatis splendori. i. filio qui est splendor patris, non deroget à sc̄mina concipi & gigni.

Omnia munda mũdis. Porro immũdis ipsa quoq; munda, uicissim immũda sunt. Crassa quippe mentem habentes, & obtenebratum carnalemq; intellectum, syncero nequeunt rem oculo contueri. Abhorrent itaque fateri, prorsusq; ei dẽ indignũ uidetur, in sc̄mineum uentrem deũ descendisse: sc̄minæ carni uniri in utero demũ naturalibus superfuitatibus non carenti iacere: itemq; sic angustiari atque cõcludi. Sed pater eorũ ruditatis crassitudo: Nepe, eandẽ rem aliter attendit sensus, aliterq; intellectus. Vnde si eius quẽ sibi deus prælegit parauitq; uteri differentiam clarõ intellectuã cæteris conspicerent, quem carneo sensu cũ cæteris conuenire cernũt, non tam bestialiter censerent. Enim uero, quã immunditiã nisi culpæ abominatur dñs? Nũquid naturaliu superfuitatum impuritatẽ, & non magis animæ maculã pensat? qd si illas quoque odit & uirgat, non utiq; ubiq; est, quid ergo miræ, si uirginis uterũ non horruit deus, cuius utique imensa diuinitas omnibus adest, cunctaq; penetrat: & tamen nullo obnubilari maculari ue nouit: quippe quæ cũ nullo materialiter cõmunicat, supersimplex inuariabilisq; consistes. Quod si sensibilis radius immunda purget mundus permanens, uniturq; sordibus forde non contrahens, cur diuinitatis supersplendidißimus in circũscriptisq; radius, purissimis uirginæ & item sacre puellæ sanguinibus, absque propriæ puritatis damno, uniri non ualeat? Præsertimq; cũ sine ipsius uariatione aut circũscriptione, unionẽ eandẽ fateamur esse cõtã. Denique, nec culpæ macula neque uirtutis splendor em carni nisi per redundantia ab animæ esse constat. Voluntas namque, culpæ radix est & uirtutũ origo. Igitur si dignitatem carnis Mariæ serena acie speculari festinas, animæ in primis contemplantur uirtutes. Porro, nulla ni fallor animæ uirtus tam uehementer in carnem redundat, eamq; uenustat, quæ ad

modum castitas: cum & luxuria eam potissime coinquinat atq; corrumpat. quo ergo iudicio purissima castissimaq; uirginis corpusculum, super mundo ac super pulchro deo horrendum abominandum ue extitit? Quod tibi immunde impudensq; Manichæe, & tibi quoque impure Iudæe ignominiosum est & uile, nobis gloriosum est amabile, itemq; suauae. De incarnatione, nostra defecatio est. Eius defecatio, nostra est prouectio. Ipsi in uirginis uentrem declinatio, nostra est ad caeli thronum sublimatio.

Articulus XVI. Quod ea quæ in uirginis ea carne præelectæ uirginis humiliora uidentur, uehementiore diuinitus decore adornata sunt.

1. Cor. 12

Diuinus Apostolus, Quæ inhonestiora inquit, sunt corporis nostri, his ampliorè gloriam circumdamus: potius quippe egent. Sic prorsus omnipotens sapientissimusq; pater, nil indecoræ & item inhonesti, nihil in amatissima sua filia singulari sponfa, & unigeniti sui matre præstantissima relinquere uolens, id quoq; qd per naturam humilior extitit, per gratiam sublimius fecit: & quod in se consideratū uidebatur inhonestius, diuinitus effecit gloriosius. Nempe qd uehementius adornari eguit, plenius utiq; decorauit. Iam ergo nullus in te o in clyta teneraq; sponfa, aut sexu, aut uterq; aut ubera, immundissima mente contemnat, dum feminei sexus organum, incomparabili flagrantissimamq; castitate stipatum est: quippe quod neq; exteriori, sed nec ab exteriori utiq; culpabilis unq; motionis impetum expertum est: sed eo caelitus gratiosius perornatū, quo amplius eguisse censetur. Etenim si gratiam tollas, non erit in quo à cæteris ipsum discernere queas. Porro, incomparabili deformiq; fecunditate benedictus uirginis ueter ueneratus est: quippe qui eum edidit, qui ex æterni patris mente profuxit. Denique, eius hunc uera lactauerunt, qui omnibus prouidet, omnia sustentat: qui dat iumentis escam ipsos: omneq; animal benedictione adimplet: sicq; carnem carnisq; tuæ membra o Maria clemētissimus creator exaltauit, quantis per eam uniuersosq; spirituum electosq; beatitudinem repararet in hominibus, suppleret in angelis. Te precor contempletur, te diligat, teq; ueneretur anima mea o diuina Maria.

1. Pet. 5
Plal. 146
Plal. 144

Articulus XVII. De perpetua præstantissimæ matris uirginitate.

Can. 4

Hortus conclusus es foror mea sponfa: hortus conclusus, fons signatus. Eius prorsus ni fallor, in conceptu carnem incorruptam, in partu illesam, & item post partū intactam esse condecuit, quæ cōfractorum, maculatorum & læsorū salutis autorem gignere meruit. Denique, quæ sanctum sanctosq; omniscq; nobilitatis fontem parare erat electa, ex conceptu partu ue, non utique detrimentum aut certe ignobilitatis labem erat passura. Nempe munditiæ omnis causam atque originem, mater omnino pura decebat. Præterea, hunc sine omni nasci culpa par est, qui omnis peccati peremptor est, itemq; peccatorum redemptor. Hunc uero Maria cōcepit, peperitq;. Non igitur uirum usquam cognouit, quæ antè sine libidine & absq; pudoris tactu concepta, sine pœna & sine corruptione quoq; generare debebat. Denuo, qui sine matre à patre genitus fuit, sine patre quoq; à matre gignendus extitit: quatenus generationi cœlesti atq; paternæ, temporalis itemq; maternæ, pro uiribus & ut fas est, corresponderet. Quemadmodum itaq; dignissima Maria, in conceptione Christi clausura pudoris permanent, sicutiq; in partu, uirginis uentris porta clausa intemerataq; permanfit: & in his quidē te deus eatenus possidebat, ut nulli deinceps femine te uti usuliceret. Diuinitatis nepe templum, trinitatis domicilium, spiritus sancti sacrarium, filij dei maternale tabernaculum, impudica quis libidinosa ue cat ne cōtingeret, aut certe accederet: Tu o felicissima maria hortus conclusus soli deo patens, non utiq; aliunde apertus: ex quo flos ille floridissimus profuxit: cuius utiq; uiror, arida humani generis natura refluuit: atq; ad supercœlestis reflationis amœnitatem reducta est. Flos prorsus flagrantissimus, omnis omnino peccati extinguens propria suauitate fecunditatem: orbem sua adornans itemq; saluificas dulcedine atque uigore. Etenim sicut malus inter ligna syluarum, sic inter filios o Maria dilectus tuus. Denique o mitissima mens, osere nissima Maria, tu fons signatus, fons utique, ex cuius profuuo mundissimus illeriuus, qui ex paterni quoq; cordis lumine prodijt, emanauit. An uero mariæ filium riuum censet, qui siccas mentes irrigat, qui fordidas lauat, qui steriles fecundat atque sanctificat: Enim uero, quemadmodū clausis foribus conclaue Christus introijt atque exiuit, sic prorsus uirginis clausa integraq; permanente uulua, ingressus & item egressus Christus credendus est. Hoc potuit qui ex nihilo cuncta produxit, qui uniuersa disposuit, q cunctis imperat, & cui omnia parent, nilq; resistit. Vale Maria omni laude præstantior: gaude dei præelecta omni honore

Cant. 4

Cant. 2

honore sublimior: gaude amabilissima omni suauitate plena, & cunctis clementior.

Articulus XVIII. De fecunditate incomparabilis mariæ.

Omne bonum sui diffusiuū est. Porro quod præstantius, id quoq; fecundius: & itē, quod melioris germinis productiuū est, dignius prorsus censendū est. Enim uero, iam nūc id menti occurrit, quod apud philosophos famosum sapientialeq; no ui aiantinēpe, diuinitati duas præsertim proprietates cōpetere, quæ sunt causalitas itēq; prouidentia. Deniq; nil deo causalius, nil cōfecūdius: quippe qui omniū bonitatū fontana bonitas extat: atq; quo in creatis entibus fuerit illi qd similius, eo certissime est ipsi quoq; in dignitate, deiformiq; assimilatione propinquius. Omnis porro creatura, quemadmodū in bonitate, sic & in fecunditate utiq; à deo secundū naturā infinite occūbit. Si igitur creatura aliqua necdū cōsimilis, sed eiusdem quoq; cum deo productrix sit germinis, haud dubiū, eam diuinitati effectū similitam ampliorēq; q̄ uel cogitari queat aut dari, excellētiā deiformem sortitam. Sed in præductis ubertim si rite memini, declaratum est, eundē filium à patre æternaliter genitum, à Maria uero in tempore natum, & uti deus pater, sic & homo mater, ueri dei genitrix censenda est. Etenim idem ipse Christus qui patris filius est, sapientia & uirtus, mariæ quoq; unigenitus est. Nunc igitur gaude, & inexcogitabiliter de diuinitissima maria lactare, quoniam in creaturarum uniuersitate, non est qui tuæ queat fecunditati comparari. Quatuor computat elegantissimi philosophorum, uniuersales dignissimasq; causas: deum, intelligentiam, animam nobilem, quam ipsi cœli animā opinati sunt, & naturā uniuersalem: quæ ut ediderunt, uirtus est, syderum orbiumq; concreta substantia. Quod si ut fatentur, cœli quoq; anima foret, nulla tamen harum post deū diuinatū uniuersaliumq; causarum, tuæ d præ clarissima maria, causali fecunditati ualeat quari. Etenim earum edidisti factorem creatorēq; genuisti, qui cœlum terramq; condidit: qui astrale mentaq; composuit, qui demum uniuersa creauit, à te d felix maria gigni dignatus est: qui cunctis causalium fecunditatem præstitit, à tua beatissima fecunditate profuxit. Denique, unde in te tanta fecunditas, nisi correspondens quoq; tibi inexistere bonitas: Sed gratia non natura hoc largiri par est. Benedicisti itaq; o Maria ueteris tui fructus, qui cœlo quoq; & sole, omniq; creatura fecundior extat. Hunc o desiderabilissima sponfa dilige, ei re gratiare, ipsum complectere, qui sibi te eatenus conformauit: tam incomparabilem tibi gratiam contulit: omniq; tam uehementer sic creaturæ te prætulit. Hunc diligere teneris, sed dilige re non sufficis: quoniam non utiq; tuis meritis, sed sua mere anticipante gratia, hæc tibi d præ amabilis mater imperitū est.

1. Cor. 1

Gen. 1

Luc. 1

Articulus XIX. De cōparatiōe fecūditatis sanctæ uirginis, ad fecunditatē æterni patris.

Pater filium genuit, à quo omnis natura in esse proccēdit: nempe omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et Maria hunc edidit, per quem omnis creatura, ad bene & perfecte ac beate esse, peruenit. Omnium creatorem genuit pater, & uniuersorum saluatorem peperit uirgo mater: quemadmodū per filium suū deus mundum effecit, sic per Mariam interemptum refecit. En gloria tua Maria, omnē ut cerno gloriam uincit. Peperisti namq; proprium creatorem, & saluatorem tuum genuisti: & qui cuncta creauit, semetipsum ex te plasmauit. Per immaculati dulcisq; tui uteri fructū mundus redimitur, inferus spoliatur, cœlū repletur, mors moritur, uita restituitur. Qui uniuersorum naturas per se ex nihilo egit, cūctisq; absq; intermedio gratis, esse & specie præstitit. Nil prorsus sine te & tua cooperatione o super felix Maria, reparare, & item reficere uoluit. Te enim bonitas eius elegit & præelegit, dilexit & prædilexit. Bene quoq; sibi in te complacuit: qui demum creauit te, requieuit in tabernaculo tuo: prodijtq; ex castissimi fecundissimiq; uentris tui medio in uera humanitate, qui ex purissimo ac superfecūdo corde paterno effluxit in uera diuinitate: perseuerate nihilominus utrobicq; personalitate una atq; diuina.

Iohan. 1

Mat. 17
Ecc. 12

Articulus XX. Quemadmodū Mariā omnis creatura uenerari teneat atq; diligere.

Omnis natura creata perfectio in hoc sita est, ut creatori pro uiribus assimiletur. Etenim quod ei similius, id quoq; perfectius censetur. Enim uero, si iam necdum creatori conformetur creatura, sed ipse insuper uniuersorum conditor, creature quam plasmauit assimilari dignetur, quo id in creatoris maiestate benignius, dignationeq; plenius creditur, eo utiq; creaturæ id ampliorē præstantiorēq; eminentiam confert. Nunc autē per te o uere dignissima ueraq; ueri dei genitrix, creaturæ tuæ se deus creator similem fecit, serui formam sortiens, & in humanæ naturæ ueritate, & uirginis

Philip. 2

tuæ regie aulæ cellula proficiscens. Omnis ergo d' Maria in te & item de te creatura exul- ter, quoniam quæ ut unquam imitari, sibi summa consistit perfectio, hunc ex te sibi etiã per spe- ciem naturæq; ueritatẽ, aut certe secũdũ genus similit' sortita est. Occubuit olim distabatq; in infinitũ à creatis altitudine, creaturæ conditione nunc uero per te d' sacra, sua uis decoratq; uirgo, in unitatem personæ, creator creaturæq; coherenti: & creaturæ non modo duntaxat similis, sed idem, id est unum in persona, nõ idem in natura quoq; cum ipsa creator effectus est. Deniq; cœlũ, sol, luna, sydera quoq; & ipsa etiam elementa cœliq; signa: & item omnis mundana creatura, quæ ob hoc in ministerium cunctis gentibus condita erant, ut soli deo homo pareret atq; seruiret, in ignobilitatẽ quandã indecentiamq; prolapsa uidentur, cum iam non deicolis atq; fidelibus, sed idololatriis ministrabant. Sed per te d' Maria naturalem denuo generositatem, naturalisq; institutionis finem se gaudent a deo, dum lumen, salua- torem & dominũ orbis produxisti, quo dæmonũ est abiecta cultura, ostensa fraudulentia, & ueri omniũ creatoris reparata cognitio. Porro, dum ex te suum intra se clausit opifi- cem, eiq; in propria famulabant persona, uiridior uidentur resoruisse decore, & sublimio- rem uenustatem sortita. Omnia ergo te o Maria amare, te honorare & singula obligata sunt, per quam mundus totus decoratus est.

Articulus XXI. Quemadmodum omne humanum genus singulari Mariam dilectione completi, speciali q; uenerari honore tenetur.

Naturæ id lex exigit & ratio dicit, ut hoc quispiã amet per quod perficitur, & bonitatẽ beneficiæq; sortitur. Porro, quo plura suscipit, eo utiq; ardentiorẽ illius amorẽ habere æquũ est. Iam igitur cerne, quæ per Mariam bona humanum ge- nus adeptũ est: si cupis, qua, quãtaq; nobis charitate amãda sit, agnoscere. Quid nempe prodesset per dei uerbũ creati aut esse, si non per Mariæ filiũ reparari contingeret & bene esse? Mallẽ fateor o domina per patris uerbũ non esse creatus, q; creatus, per tuum filium non esse reparatus atq; renatus. Per Mariam itaq; ab immortalis morte liberor, & ad amissam cœlestẽ æternamq; beatitudinẽ reducor. Omnis in ea salus per Mariã inuita, per Mariæq; filiũ consummata est. Deniq; per Mariã humana natura, quæ omni olim uilitati, contẽpibilitati atq; miserie subiacuit, incomparabilẽ honorẽ, & præstantissimã certe dei- formemq; dignitatẽ sortita est: quippe per quã super omnẽ angelicã altitudinem, & ut ad omne dicã, super omnẽ quoque creaturã, uique ad hypostatice uerbi unionẽ exaltata est, itẽq; assumpta. Non est demũ in quo hominẽ angelus despiciat, aut utiq; ut in præcedenti bus seculis, se ab ipso adorari permittat, dũ in eo q; omni creaturæ uere solusq; adorãdus est, nõ sue nature, sed nostræ substantiæ formã cernit ueneraturq;. O dña excelsa, q; tibi hominũ genus obligatum est, quantũ te diligere honorareq; tenetur. Prætereã hoc ab exordio ho- mini singulare & pro excellenti gloria impertitũ est, quoniam ad dei sui imaginẽ ac simili- tudinẽ formatus est. Si enim creaturæ perfectio est creatori utriq; assimilari, magna pro- fus sublimitas erit, ad illius q; imaginẽ, similitudinẽq; produci. Veruntũ, assimilatio hæc imi- tatiua dũtaxat est non naturalis, imò in finiti occubitus: quoniã à creatoris maiestate, crea- turæ semper in infinitum distat deficitq; cõditio. Quod autem homini cum deo ampliorẽ similitudinẽ prestat, eum uehementius perficit, plusq; exultat. Sed tu o mater pulchrã di- lectiõis, deũ nostrũ nobis secundũ speciem naturæq; ueritatẽ, similit' peperisti: per te deus noster, frater noster effectus est: per te iudex mundi, hominũ se cõuersationi sociatũq; cõ- miscuit atq; aptauit per te cunctis mundi entibus, deo similiores facti sumus, & ipse uniuersorum dominus, unus ex nobis fieri dignatur. Te ergo nimium o Maria obligamur dili- gere, quæ etiam dominum & saluatorem nostrum, in utero o beatissima fouisti: natum la- ctasti, & nostra apud eum fidelissima aduocata es. Te enim inter se & nos, iudex seculi me- diatricem statuit. Adhuc autem, caro CHRISTI quæ uere est cibus, quo anima nostra su- stentatur & alitur, & æterna nobis uita præstat, quo renouatur gratia, fouetur deuotio, culpa dimittitur, misericordia impetratur. Hæc nobis Maria quantũ confert, quantũ impẽ- dit, q; utilis, q; necessaria est. Veruntamen ipsa ã te ad nos descendit: quippe quæ ex benedi- cto uirgineoq; tuo utero extat assumpta. Hac ipsa nemp̃ carne, quẽ ex sacratissimo tuo uen- tre Christus suscepit, spiritum nostrum, uicibat, sanat atq; confortat.

Articulus XXII. Quod facer diuinæ uirginis ueter, dei thronus conuenientissime appellet. Tres uero nunc mēti occurrit, legisse me in scripturis ueritatẽ meminĩ, q; dei throni cõ- sistat: throni nempe non aliud, q; sedes insinuant. Sunt igitur in primis throni sedesq; dei,

Apoct. 19. & 23

Gen. 1

Eccl. 1.4

Johan. 6

Psal. 18

dei, supermundanæ illæ mentes, quæ in summa cœlesti hierarchia, imũ ordinẽ sortiti sunt. Rursusq; scriptũ est: Cælũ mihi sedes est. quod de materiali quoq; empyreoq; cælo capi nil prorsus prohiberet nisi id deo thronus: & in ipso singulariter esse, residereq; ferunt: nisi utiq; propter substantiæ comprehensionẽ circumscriptionẽ ueritatẽ, sed ob operationis eminentiã, diuinæq; munificentiæ cõmunicationẽ diffusiorẽ. Præterea, anima iusti se des est sapientia, eius præsertim quæ Christus est: ipse equidẽ patris sapientia est uirtusq;. Sed iam nunc ad te o uere sublimis amabilisq; Maria fiducialiter loquar, qd de tua dignitate & glo- ria, fideli mente concepi. Nil enim hoc sic singulariter, sic mirabiliter, sic demũ excellenter dici potest dei thronus, quẽ admodũ uenter tuus benedictus. Nũq; d' em̃ illos quippia deũ circumscribit: aut ideo dei thronus est, quoniã ipsum realiter in se claudit, & non potius rati- one uel illuminationis aut operationis, uel certe gratiæ specialis? Alioqui si ideo dei thro- nus creatura dici queat, quoniã in se essentialiter eũ habet, cũ ipse illimitata natura oibus in sit, ipse uerũ quodq; dei thronus existeret. Sed eno prælecta uniaq; dei, quẽ totus nõ capit orbis, in tua se claudit castissima uiscera: m̃sitq; in te tota diuinitas corporaliter & re- quieuit itẽq; refedit in te deus materno cõmensuratus loculo: q; neq; in supcœlestibus thro- nis metiri ualeat. O felix, o amãda, & sup diligibilis, & reuera incõparabilis Maria, cui se de- o, cui nil cõpar, nil æquale, nil demũ proportionabile extat: itẽ dignatẽ itẽq; clemetẽ cõmẽ- surauit atq; aptauit, uniuert, inclusit, & qd ueraciter quis inestimabilẽ dicat, subiecit. O felicẽ uentrẽ, q; eũ portauit q; mĩdũ sustinet, cũ cõta gubernat: q; hũc q; intra se aluit, in q; oim̃ ocu- li sperat, datq; his escã in tpe opportuno: q; cœlũ terrãq; pregit, dispõit, cõtinet atq; cõseruat.

Es. 66

Sap. 7
1. Cor. 1

Psal. 144
Job. 36

Es. 40

Job 26
Psal. 107

Canti. 5

Sap. 11

Iacob. 3

Leuit. 11

Quis mōsus est pugillo aquas, & cælos palmo p̃derauit: Quis app̃dit tribus di- gitis mōsus terrę, & libravit in p̃dere mōtes, & colles in statera? Ad inuandã æternæ summæq; diuinitatis incõparabilẽ excellentiã, in circumscripã altitudi- nẽ, penitusq; om̃ipotentẽ potestatẽ, à beato præinducta, introducta sunt uer- ba, sed eno deiformis Maria, q; cũcta hæc efficit, q; ortus palmo metit, q; alta cœloz, uasta terraz: mariũq; profunda fundauit, à cuius insuper conspectu cœli q; colũnz, & itẽ orbis fundamẽta cõteremiscũt, (Quippe, q; respicit terrã & facit eã tremere: qui tãgit mōtes & fumigãt in gloriosissimo mũdissimoq; tuo utero m̃sus est, circumscrip̃tus est, cõclusus est: nõ utiq; in propria, sed in assumpta natura. Quo o Maria eius maiestatis exinanitio profun- dior, eo utiq; ni fallor, tua facta est exaltatio maior. Salue purissimẽ uirginis uenter sacratẽ, cœlestis spõs thalamus, dei patris cubiculũ, filij eius templũ, spũs sancti sacrariũ, diuinitatis reclinatoriũ, uniuersoz salutis tabernaculũ, hortũ deliciaz, paradysus gaudioz, diuinoz sa- cramentũ mirabiliũ. Ex te nẽp̃ mũdo lux orta est: ex te hoim salus nata: ex te propriũ intra se creatorẽ cõclusit, liberatorẽq; suscepit: ex te fons est uniuersæ egressus legitẽq; ex te incessabilis gloriæ materiã, eterneq; felicitatis lætitiã nos sortitos letamur. Vteq; itaq; tuũ, tanq; prælectũ sacrariũ deiq; tẽplũ, om̃e amet ueneretq; seculũ: uniuersa oia rigas atq; uiuificas, & omnia speciosissimus flos decoras & itẽ reformans, egredi ac nasci dignatus est.

Articulus XXIII. Quemadmodum a sereno amatore Mariã contẽplari oporteat.

Agnitio p̃ similitudinẽ assimilatiõẽq; efficit: ideoq; contẽplatio sincera fore negt, si nõ utiq; contẽplato, cõteplator utriq; cõformet. Neq; em̃ in maleuolã animã introibit sapiẽtia: qm̃ recipiẽs receptibili aptari oportet. Porro sapiẽtia, diuina extat possessio: quõ igit malignũ puerũq; animũ introire ualebit? Eñ uero, si in- formẽ sapiẽtiã adipisci queat, formata tñ uerãq; nequaq; sortiri poterit. Om̃s equidẽ sapiẽ- tia à dño deo est: qui utiq; castã affectuosamq; sapiẽtiã que sola uere sapiẽtia cõsistit, immũ- dat atq; m̃tẽ, minime præstat. Neq; itaq; Chrs q; substantiã sanctus, ipsaq; insup supesien- tialis sanctitas ẽ, nec ei' utiq; sacrosctã genitrix, nisi à casta serenaq; m̃tẽ cõtueri queat. Sed q; ut supnaturalẽ sanctitatẽ q; Chrs et iã nũc deserã, eius utiq; prælecte matris sanctitatẽ digne intueri possit? Neq; idoneus sum fateor, sed neq; efficax. Verũtũ & si improbus heu laudator sim, nihilominus qd cõcepi effabor. Eterũ magno diuinoq; nos instrũte Diony- sio, triformi uia ex creatoris ad creatoris contẽplatiõẽ proficiscimur: p̃ causalitatẽ uel deli- cet, positionẽ & ablationẽ. Effectus nẽpe causam suã manifestat: qm̃ ois effectus, participata quẽdã ẽ similitudo sue causę. Deniq; in deo uel ut in uniuersitatis causali fontaliq; p̃cipio, oim̃ secundoz p̃fectiões fateri par est: & denuo, has ipsas ab ipso remouere oportet: quippe q; oibus sup substantiã ac infinite sublimior est, incõprehensibilis innoibilibisq; cõsistẽs. Igit̃ in uia positua rei creatę p̃fectio, sic deo ascribẽda est, ut quod defectiõis & itẽ ignobilitatis cõplectitur;

complectitur, à deo longius religetur: atq; quod dignitatis remanet, deo per omnimodam excellentiã inesse constat. Cernimus namq; in rebus creatis, esse, uiuere, intelligere, lumẽ, sapientiam, beatitudinẽ: sed cum imperfectione aliqua. Itaq; quod perfectionis in eis est, deo ascribere: & quod defectionis habent, ipsi auferre congruit. Si ergo Mariã amator condigno eam intuitu speculari moliris, præinductis tribus uis ad ipsius contemplationem mere festina: eamq; deformiter cum syncera mente intende. Enimvero de Mariã causalitate, quã est ipsius uirginalis maternãq; fecunditas, paulo antè pro uiribus differuisse me memini: idq; si rite teneo ostensum est: nec celoꝝ causalitatẽ, nec fydeꝝ planetãq; fecunditatem, neq; elementoz; seminalẽ rationem, fecunditati posse comparari uirginis sanctã: q; pe quã horum opificẽ, omnisq; boni creati fontẽ, felici uentre effudit. Insuper ergo per positionem sic ad Mariã contemplationem progredere: cunctãz; attẽ de ordinẽ qualitatemq; foeminaꝝ ac uirginũ: quicquid in his dignitatis perfectionisq; cõpereris, Mariã per excellentiam ascribe. In alijs laudanda uirginitas, sed sterilitis in alijs commendanda fecunditas, sed corruptioni obnoxia. Demũ in quibusdã admiranda, etiã in coniugio obseruata integritas: atq; in aliquibus uidualis ueneranda honestas. & hæc quidẽ ad corporis uenustatẽ potissime pertinent. Omnes perfectiones hæ, Mariã superexcellenter conueniũt. Ipsa equidẽ mater & uirgo: sed uirgo uirginũ, & angelicã puritatẽ uincens: mater quoq; per cuius prolem omnis saluatur fecunditas: imo & angelicã reparatur integritas. Deniq; & spõsum habens intacta exitit: & uidua existens, non utiq; in delicijs uixit. Proinde ad animã uirtutẽ si aspicias, non est inuenta similis illi: quippe quã singulaz; uirtutes eminenter cõplectitur. Quid ea humilior, ad quã se primũ deus excellentius inclinauit: Quid purior, cuius carnẽ proprie unigenitus splendorq; patris diuinitati unire non horruit: Quid ipsa diuina charitate proximiq; dilectione æstuantius, quã dei incarnationẽ ineffabiliter oprabat, deumq; in se traxit: & ut sic fatear, transformauit: Quid ea quoq; fide plenius, quã se minimam existimans, deũ nihilominus se, saluo pudoris candore, concepturã fore, non utiq; dubitabat: Tu o felix & honorabilis Maria, uirã exemplũ, uirtutũ simulacrũ, maturitatis honestatq; speculum. Apte omnino tibi competit, quod tam ubertim in tuum enuntiamus præconiũ: Ego quasi uitis fructificauit suauitatẽ oꝝloris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Tu nempe o celeberrima sponfa, instar fecũdissimẽ uitis, uniuersẽ suauitatis fontẽ protulisti: & flores tui fructus honoris & honestatis: quoniã sine tactu pudoris honestatq; demerito, Christum regẽ peperisti, qui flos est cuncta reficiens atq; adornans. Præterea per ablationem sic Mariã cõtueri fatage, ut omnẽ procul ab ea imperfectionẽ tollas, quam in ceteris comperire contigerit. Aspice hortor, sapientiales sapientis in ter dũ Salomonis libros, & bonã præuigilã mulieris discretionẽ pro uiribus conspice: Etenim mulier bona super omne donum: neq; est munus quod ipsi equari queat. Beatus insuper qui eã sortiri meruit. Nempe ut uerum fatear, quid in uniuersitate cõditi entis, decora, pudica, itemq; deuota puella amabilius cogitari ualet: quo nanque per sexum naturam que apparet declinatio ac defectibilior, eo certissime per uirtutẽ & gratiã, amabilior est atque præstantior. Veruntamen in foeminis sunt, in quibus extant petulantia & libido, inhonestas & corruptio, leuitas & euagatio, insipientia & contentio: & ceteras quidẽ carnis mentisq; ipsarum imperfectiones enumerare, nec expedit neque sufficio: Ideoque, si Mariã dulcissimã casto mundoque corde uidere affectas, has nedum imperfectiones ab ea remoue, sed oppositas quoque ipsius uirtutes eidem supereminenter largire. Cerne si uales mulierẽ fortẽ atque electã, castitate flagrantem, honestate incomparabilẽ, integritate inuiolatã, stabilitate: itemque sapientia ac scientia adornatã: mitẽ, humilẽ, corpore pulchrã, menteq; sanctã, quid desiderabilior ea? Nonne congruũ tibi dignumq; uidetur, quod speciẽ ipsius fons omnis decoris superpulcher deus concupierit: Nempe quo foemina his stipata uirtutibus, his fulcita excellentijs exitit: secundum naturã uel sexu fragilior, aut carni propinquior, seu sensu mutabilior, eo utiq; deluper atq; diuinitus, stabilior, diuiniore, eminentiorque effecta est. Nunc igitur parce mihi precor o Maria, o domina mundi reginaque cœli, omnium te diligẽtium tibi que ministrantũ immundissimo atque uilissimo, q; turpissimus ego tot laceratus a uersionibus, tot læsus criminibus, ac tantis maculatus immunditijs, te pulcherrimã atque sanctissimã, tam impura, tamque inuerecunda mente uel contẽplari a deo, aut nominare pollutissimis labijs præsumo: si uel scientiã sermonis que imperitus, laudare amplius non formido.

Articulus XXV. Quod post deum in uniuersitate rerum, nil sit Maria amabilior, nil præstantius: imo omnibus dignior sit pluraque ueneranda.

Quæ

Quæ est ista que progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorũ acies ordinata? In magnificentiã atq; præconiũ excellẽtiã tuã, quæstio hæc de te o Maria à spiritu sancto formata est. Nempe de te fit sol, tuus sponlusq; Vna est inquit columba mea, perfectã mea. Progredieris instar auroræ confurgens, quæ uerũ lumen orbi inuehere, in obtenebrabilemq; diẽ parere, parata eras & præelecta. Deniq; pulchra es ut luna, quoniã ueri solis pulchritudini, pulchritudo tua similitudo est. Tu quoq; electa ut sol: sol in quã iustitiã Christus dñs, qui ex te ortus est: quoniã, quem admodũ ille inter uiros, sic tu inter mulieres incomparabilis es. Porro hostibus tuis, hostibus utiq; uirtutũ, præsertimq; illi, qui pater est super omnes filios superbiẽ, & cuius inuidia mors introiit in orbẽ terraz; terribilis es: nobis uero dulcis & itẽ amabilis. In antehabitis autẽ de gratia ac dignitate Mariã quomodo infinita dicatur, tantaq; ut sub deo maior intelligi nequeat, dictũ recordor. Palã enim est, nil in creaturis genitricẽ dei, deo similis atq; uicinius posse cõsistere. O illustrißima summaq; domina, nimis nobis amabilis es atq; suauis: & ut ueg; fatear, ipso quoq; deo secundũ aliquid nobis dulcius sapiens, quã uis non ex parte dei, sed nostri id eueniat. Inuenimus enim o Maria in deo filioq; tuo, nedũ misericordiaz uiscera, sed iustitiã quoq; rigore, iudiciãq; potestãtẽ, que nil mali in discussione inultum ue relinquit. Terribilis est in consilijs super filios hominũ. In cõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uia ipsius. Et q; cognouit, an amore dignus sit, an odio? Perfectus igitur & charitate ardens, deũ ut patrẽ diligit: seruus uero proficiens, sollicitus sit, & cum timore initiali ad amorẽ proficisci festinet. Incipiens autẽ, culpas suas plangens, uitijsq; reluctans, cum timore & tremore propriã operetur salutẽ: non utiq; obliuiscens, q; sit horribile incidere in manus dei uiuentis. Porro præuaricator atq; contemptor, qui lætatur cum malefecerit, & exultat in rebus pessimis, conturbetur & ardeat, & præ angustia spiritus intrase gemat: & quid sibi peruentus sit perpendat. Istis deus terribilis est, secundũ maius tamen & minus. Sed tu o benedicta Maria, tu his quoq; unicũ refrigeriũ es, & singulare solarium: nedum iustis atq; deuotis, sed miseris quoq; itemq; desperatis profusũ diligibilis es atq; suauis. Quid nempe in te inuenit homo durum aut certe austerũ: quippe quã omnino mitis es atq; benigna: cuiusq; uiscera in dulcedinẽ clementiamq; transformata uidentur. Nã cum tam eximie puritatis sis, ut in terris adhuc degens, deo incarnationis materiã præstare idonea fores, hincq; ex epta, summi regis folio, trinitatisq; throno, immediate approximare ac coniungi merueris, miserẽ tamen peccatorẽ, quantumcunque contemptibilem & immundum, si ad te penitenti mente, compunctoq; animo suspirans clamauerit, non eum spernis neq; relinquis, sed suscipis & foues: ac metuendo eum iudici fidelissime reconcilias. O quot miseri, quot facinorosi, quot demum desperati per te o misericors Maria, se salutem reparasse, reuixisseq; lætantur.

Articulus XXVI. Quemadmodum ex mundissima sanctissimã uirginis carne, uehementer dignificata sit humana caro.

Domine pauperẽ facit & ditat, humiliat & subleuat: Suscitã de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperẽ. In hoc ò adorande benedictẽq; deus, omnipotentia tua libertas in operando splendidissime lucet, q; ea quæ natura entium non habet, tam eminẽter in rebus efficit: quod ea, quæ per naturam aut ima sunt aut certe declinã, per merã tui gratiam, alta uicissimq; summa constituis. Ne nimium cõtristeteris o homo: enim uero, multi multa de miseria conditionis tuã dixerunt atq; scripserunt: sed en, neq; per culpam neq; per naturam, tantum aut miseriã uel uilitatis in carne tua constitit, quantum eidem per carnem, in carne & ex carne, sacra diuinitasq; Mariã, præstare nobilitatẽ, & item beatitudinẽ superclemens dignatus est conditor. Meminisse quippe debes, quid ob carnis conditionem de te asserat fateaturq; scriptura. An te later, quid cœlitus lata tibi contestetur sententia? Nempe de te orsa: Puluis inquit es, & in puluere reuerteris. Rutusq; Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Et denuo: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Et quid super bis terra & cinis? Pluraq; conformia. Porro, quotidianã iste miserandãq; hominis necessitudinẽ, quã ex corporis potissime indigentia manant, & naturalis quoq; ipsius superfluitates, instabilitates, fragilitates, quã sit miseranda defectibilisq; hominum conditio, a per te manifestant. Verũ tamen non sicut delictũ, ita & gratia: etenim ubi re gnauit iniquitas, superabundat & gratia. Ideoq; ne o homo ingratulus sis, aspice per quid & item quomodo reparata dignificataq; sit tua caro. Et quidem creaturã dignitas atque felicitas, unio eius est & approximatõ ad creatorem: separatiõ

Heb. 1.

Ecc. 14.

Prouer. 18.

Hoc pie recipiendum est.

Phil. 44.

Cant. 6.

Eodem.

Sap. 2.

Job. 24.

Phil. 05.

Roma 11.

Ecc. 9.

Philippa.

2. Mac. 1.

1. Reg. 1.

Luca. 16.

Gen. 3.

Sap. 9.

Ecc. 10.

Roma. 9.

separatio autem, miseria eius. Contemplant itaq; per quid, qualiterq; deo caro tua reunita est. propinquiorq; effecta. Per te o gratiosa ornatissimaq; Maria, etiam caro nostra, angelica mente diuinitati uicinior facta cęsetur: quippe quae ad subsistentiā uerbi sumpta creditur. Verbu quoq; angelus, sed caro factum est. Deniq; de spiritu sancto super omne carne effunderi uolens altissimus, in primis semetipso, carnis tuae castissimū regleuit uterq; indeq; procedens, illuminauit omnē hominē uenientē in hunc mundū: reparataq; est per carnem tuam Maria, super mundana felicitas: caro quae in cęteris tor extitit culpae miseriq; obnoxia. O incōparabilis gloria, laus item ineffabilis uirginē carnis sanctae puellae: cuius pars modica assumpta, omnium erat idonea seculorū relaxare delicta. Dum o beata & benigna Maria, gloriā corporis tui cōtemplor, miror pro uiribus: sed mirari non sufficio. Venit equidem deus, & mansione sibi in carne tua elegit: ibi habitauit, illic requieuit, eam induit atq; assumpsit: ab ea deniq; nutrirī, eamq; cōtrectare, osculari & amplexari dignatus est. Per eā super hydreas mansiones reintegrare, inferni claustra confringere & electosq; mentes in uia reficere non spreuit. Eius quoq; in detrahibiles non horruit defectus assumere, sed per omnia fratribus (dempta culpa) conformare.

Articulus XXVII. De conceptione qua mundissima uirgo, dei unigenitū cōcepit.

Nouum faciet dominus super terrā mulier circumdabit uirū, & non accipiet aliquid. O utiq; nouū, omniumq; prorsus diuinorū mirabiliū, mirabilissimū summūq; dum mulier, non ex uirili semine, sed diuino radiāte lumine, in illibato utero nedum puerum, sed uirum quoque circumdedit, complexa est atque cōcepit. Virginitas inquam sapientia non aetate, dignitate uirtutis, non quantitate corporis. Nouum dum summe infiniteq; distantia, immediate suppositaliterq; cōiuncta sunt: dum simplicissima diuinitas, humanae carni qua in toto uniuerso nil compositius consistit, in distanter cōiuncta est: quandoque uniones, extreme incomparabiliterq; admirandas, deus excelsus effecit, fidei cum ratione, uirginitatis cum maternitate: corporis Christi sub forma sensibili panis transubstantiati, creatae mentis cum diuina essentia: qua eam in patria per speciem conuenerunt: & uerbi cum humanitate, qua ex ambabus hypostasis una efficitur. Sed priorum quatuor, quanto haec mirabilior extat. Est namq; in ipsa, creati increatiq; coniunctio, quae et si in quarta quoq; rite puretur, ueruntamē, unio illa hypostatica non est, tanq; ex beato intellectu, diuināq; essentia resulter unū quiddā simpliciter, seu per subsistentiā: est enim unio haec quo ad actū secundū, qui est agere: ut puta frui, uidere atq; diligere. Porro, quinta personalis est & ad actū primū, qui est esse: quoniam ad subsistentiā uerbi, est assumpta humanitas. In prioribus uero tribus mirabilibus unionibus, creati dumtaxat cum ente creato copulatio facta est. Nunc autem o praedulcis praemadāq; uirgo, sublimis & felix Maria, iucundare in domino, dispone regi aulam regina, sponso para cubiculum, adorna thalamum tuū uirgo filia Sion, & suscipe regem Christum, concipe Messīā. Ne timeas Maria consentire Archangelorū dic ei d mens humilimā: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundū uerbu tuū. Itemq; Osculetur me osculo oris sui, & rursus: Veniat dilectus meus in hortum suum: ut comedat fructū pomorum suorum. Gaude Maria cui diuinitus offertur, cuiusq; consensus expectatur, ut dei filius in te atq; ex te incarnetur. O nimium benedicta, a qua opifex mūdi, rector uniuersi, angelorum dominus concipi cupit, incarnatiq; dignatur. Opudica, deuota & item sereneissima puella, solitudinis amatrix, interne quietis uerq; pacis zelatrix, & uniuersalis quoque humanae salutis, affectuosissima nihilominus optatrix. En uenit descenditq; ad te, magis autem in te dominus exercituum, cui omnis caelestium phalangiarum uniuersitas subulat, & nunc qui sedet super Cherubin: cui Throni, sedes sunt: potius uero qui immensus est, & quem caeli coelorum capere non possunt, in te sibi cupitam elegit suscipitq; mansionem. Princeps quoque pacis & quietis auctor, cum pacifica atq; quieta esse delectatur: & caelestis secretissimusq; sponso, pudoratam solitariamq; sponfam diligit. Huiuscemodi equidem sponso & sponiae id congruit, quod sponso ipsa ait: Dilectus meus mihi, & ego illi: qui patitur inter lilia.

Articulus XXVIII. Quemadmodum uirgineum sacrae matris uterum, Christus dominus inhabitauerit.

Vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore: & cincinni mei guttis noctium. Nempe exultauit ille ut gigas ad currendā uiam: sed donec ista consentiat, neq; ingreditur neq; descendit. Per occultissimā itaq; inspirationē, dū uirginē affatur Archangelus,

Archangelus, inuitat eam, ipsius decorē concupiscens dei unigenitus: atq; ut sibi aperiat per fidem, itemq; consensum in clinet, infundit. Porro ipsa, quid in se dominus deos loquatur aduertens, Ecce inquit ancilla domini, fiat mihi secundū uerbu tuū. Et en, mox uirtus altissimi ex purissimis sacrae puellae sanguinibus, unigenito corpus parat: & in eodē instantē perfectissime organizat, beatissimā eidē animā infundit, ac simul sub hoc ipso in stātū, iūctūq; uerbo inuit, & eam tanq; unā uerā specificā naturā filius assumpsit: deoq; quicquid ad naturalē animae perfectionē pertinet, huic super felicitatimā concretū est. Et amplius: quoniam ab exordio creationis suae, diuinitatis per speciem cōtemplatrix extitit: cūctaq; gratiaq; ac sacramentorū mysteria, excellentissime agnouit. Hic est uir o domina Maria, quae utero sancto circumdediti. An non aequū est hunc uirum appellari, in quo omniū uirtutū plenitudo, sapientia quoq; & scientia, perfecte consistebant? O felicē genitricē, quae prole hanc portare meruisti. O praecelaz uterum, in quo nobile illud pignus requieuit. O diues Maria, quae incōparabile illud Citē pretiosissimū seculi pretiū, & cuius dignitati mundus totus cōparari nequit, intra te claustrum baui lasti in cuius castis uisceribus caelestis sponso infans uolens effectus, alebatur & creuit: atq; ad nascēdi aptam quantitātē peruenit. Quomodo o admiranda & ineffabilis Maria, nouem illis mensibus, mentem tuam deus fouisse illumino do, in flammādo, in te transformando credendus est, cuius tu sic in te carnē alebas. De spiritū in incomprehensibilis, tunc in te incomprehensibiliter prorsus agebat. Enim uero, qui in sinu patris summiq; genitoris cor de incommutabiliter perseuerat, qui paternae mentis in te ligibilis est dictio, plena imago, perfectus splendor & unica proles, in medio uteri tui, tuus quoq; filius factus, requieuit. Quam insuper uehementē dulcedinis odorē, quantamq; clementiam & itē charitatis affectionē q; ingentē, ex tam diuturna dei in te mansionē, uiscerā tua sortita censenda sunt o benedicta Maria. Nempe si in manu quispiā odoriferę aliquid re tentans, suauitate hinc contrahit, atq; abiecto illo, dulcedinis adhuc reliquias seruat, quantum magis o regina caelestis, amantissima ac praecelca & unica dei, te ex tantā eius in te habitatione, qui uniuersae consistit dulcedinis fontana origo, cui propriū est misereri, & q; nati rali ter bonus, essentialiterq; charitas extat, contraxisse odoris fragrantia; pietatis exuberantiam, charitatisq; super effluentia, credere par est rectūq;. Optime fa te or tibi o Maria cōpetit, quod scriptū est: Cum esset rex in accubitu suo, nar dus mea dedit odorē suū. Et de uo: Sicut cinamomū & balsamū aromatizans, odorē dedi. Porro, si odorē suauitatis holocausti sanctimoniae odoratus est deus, quō non utiq; mundissimae quoq; tuae carnis, ut de spiritu paulisper sileā, castitatis fragrantissimū odorē odoratus putabitur? Odoratus est utiq;, delectatus & affectatus. Et en, cuius sortitudo est sicut rhinocerotis, a castissima uirgine capis, atq; ut sic dixerim, attrahitur: & uel ut uictus cōprehēditur. Deniq;, sic Mariae charitas deū in hanc mundi uallē traxit sicq; eum affectit, ut non incongrue ipsi sponso caelestis profari uoluerit: Vulnerasti cor meū soror mea sponso. Et denuo: Auerte oculos tuos a me, quoniam ipsi me auolare fecerunt. Quae erat o beatissima Maria uicissim ubertimq; interior tibi iucunditas, dum Christi corpus facerimū, intra te crescere sensisti, moueri atq; nutrirī: dum fontem laetitiae, regē gloriae, angelūq; pacis, in ipso tuo dulcissimo ac mundissimo utero, uentris tui pignus, fructū, filiumq; gerebas. Letificabar ni fallor fluminis imperus, aulā, domicilium, & item thalamum regis sponsoq;.

Articulus XXIX. De natiuitate desiderati cunctis gentibus.

Bethlehē ciuitas dei summi, ex te exiet dominator Israel: & regressus ei sicut a principio, a diebus aeternitatis: & magnificabit in medio uniuersae terrae: & pax erit in terra nostra cū uenerit. Laetent caeli, & exultet terra: iubilatē dno omnes filii dei. Laudate eū sol & luna, cū astris matutinis. Magnificate deū oēs caeli militiae, & sydera cūctā: tripudia creatura uniuersa: qm̄ ecce annūtio uobis gaudū itagnū, qd̄ Christus dñs, rex messias, expectatio gentiū & desideratus eage, natus est uobis: ortū est mūdo lumē aeternū, salus ppetua, honor immēsus: qm̄ deus ipse uenit & saluabit nos. Ierusalē, cur more colūmeris: Nunq d cōsiliarius nō est tibi, qd̄ in nouauit te dolor. Agnosce, qm̄ propter nimia charitatē suā qua dilexit te deus, filiū suū liberatōrē tibi misit. Iam ergo audite caeli quae loquar: audiat terra uerba oris mei. Laetate orbis, & suscipe deū creatorem tuū: quae olim principis tenebrae fueras illiq; seruietas, nunc regis regū, lucis luminū, caelestisq; domini efficeretisq; ministra. modo igitur uirgo sancta, mater diuina, illumina mundū: est unde o produc in te absconditū lumen aeternū: ostende seculo opificē suū: aperiat terra, & germinet saluatorem: uita salutisq; principē: mortis, inferni, & desperationis destructōrē,

Iohan. 1
Iohel. 2
Iohan. 4
Iohan. 14
Ecci. 24
Heb. 2
Hier. 31
Iohan. 4
Hebr. 1
Ecci. 24
I. Iohan. 4
Cant. 1
Ecci. 24
Nume. 23
Cant. 4
Cant. 6
Psal. 23
Luca. 14
Psal. 45
Mich. 5
Psal. 95
Iob. 35
Psal. 145
Gene. 49
Haggai. 2
Luca. 2
Esaie. 59
Mich. 4
Eph. 2
Deut. 26
Psal. 79
2. Paral. 6
Cant. 2
Cant. 5
Psal. 18
Luca. 1

Psal. 44
Cant. 5
Luca. 1
Hier. 34
Iohan. 4
Hebr. 1
Ecci. 24
I. Iohan. 4
Cant. 1
Ecci. 24
Nume. 23
Cant. 4
Cant. 6
Psal. 23
Luca. 14
Psal. 45
Mich. 5
Psal. 95
Iob. 35
Psal. 145
Gene. 49
Haggai. 2
Luca. 2
Esaie. 59
Mich. 4
Eph. 2
Deut. 26
Esa. 45

Pfal. 44
Prouer. 24
Pfal. 44
Canti. 5
Mat. 11.

A. A. 3
Luc. 1
Hagg. 2

Pfal. 54
Ecci. 1.
1. Pet. 5
Canti. 2
Canti. 1.

Pfal. 18

Canti. 4
Canti. 1
Canti. 2
Canti. 5

Canti. 2

dior hic tui cum rege Messia conuictus. Ingens profusus tibi extitit dilectionis ipsius causat. Ipse namq; deus tuus, creator ac dominus. Deniq; ipse qui fecit tibi magna, itemq; incompa-
bilia: sed & ipse filius tuus & saluator. Porro ipse speciosus forma prae filijs hominum: candi-
dus utiq; & rubicundus: electus ex milibus: mitis atq; suavis, & humilis corde. O exalta
& reuera beatissima Maria, quae hunc talē, tantumq; quoti die felicissimus oculis corā te pro-
cedere cernebas. O q̄ dulci, iucundo atq; ardenti, eum o domina uisū apexisti. Tu quippe
eum noueras: nō te latuit mundi eum creatorē esse, saluatorem ac iudicē. Quid tibi o bona
amabilisq; Maria mentis, quid gaudij extitit, dum eum sagacissima mente conspiciens, dili-
gentissimoq; corde, uniuersa quae tu ipsa de illo noueras, teneras, uideras, audieras atq; cre-
dideras reuoluens, hunc de quo prophetae à seculo uaticinati fuerant, cunctisq; genibus
desideratum noscebas: dum te sic ab eo electā, dilectamq; pensabas, ut te in matre, humanae
quoq; salutis cooperatrice condiderit, itēq; susceperit. Dum deniq; eum tibi tam familiari-
ter, filialiter, humiliter, reuerenterq; conuersari intēdisti: dum puerulū adhuc, materna au-
toritate pro libito contrafasti, amplexata, deosculataq; fuisisti. Ipse est enim o regina, ange-
lorum felicitas, uirtus sapientiaq; patris: & nunc o summa Maria eum possedisti, ei coniu-
uebas, & illi prouidebas, in cuius manu sunt omnes fines terrae, qui est fons uitae omnibusq;
prouidet, & bonorum nostrorum non eget.

Articulus XXXIII. De amoroso Christi Mariae q; colloquio.

EN dilectus meus loquitur mihi: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Vox
sponsae: ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Triformi existente Christi spon-
sa, uniuersali uidelicet, quae est ecclesia, particulari quoq; & est deuota anima: itēq;
singulari, quam uirginē deiferā censemus, inter has unam quamq; & Christū, dul-
cissima amoriferāq; castā atq; decorā dilectionis uerba uolat. Veruntamen inter deū filium
uirginemq; matrem, inter amantissimum sponsum, sponsamq; singularem, inter unicum fi-
lium matremq; ardentissimam ignita, & item super lac & sauum, super oleum balsamumq;
suauia manare eloquia, par est. Feruidus nempe æstuansq; amor, in quietus est iucunditas amā-
rem: continere se neq; effundit se: nil dilecto uult esse absconditū: est demū modi nescius,
extasim causat atq; in amati si ualeat, amplexus prolabitur. Ideoq; si amator es, si diuinā ut-
cunq; familiaritatem beneuolentiamq; expertus es, intende pro uiribus, quae nam uicissim
stimulante amore, Iesu atq; Mariae fuere colloquia: nunc mentalia, nunc quoq; uocalia. Nū
quid affectu osissima mens illa atq; materna, & filius mitis ac humilis, ipsaq; charitas existēs,
ab amoris colloquio, à dignitatis praecōnio, à desiderioq; iudicio abstinere ualebant: Affa-
tur itaq; sponsam matrē filius sponsus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
Et illa: ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Deniq; paronymis loquens sponsus, si
cut lilium inquit inter spinas, sic amica mea inter filias. Porro illa uicem uolens refundere,
de sponso filio adolescentulo orsa profari, Sicut malus ait inter ligna sylvarum, sic dilectus
meus inter filios. Et denuo: Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Deniq; uirgi-
nem sponfam inuitans sponsus, Ostende mihi inquit faciem tuam, sonet uox tua in auribus
meis: Vox enī tua dulcis, & facies tua decora. Sunt proinde alia quoq; suauissima spōsi spō-
saeq; colloquia, quae per os ad hoc electi uiri spiritus sanctus in Canticis compegit in unū:
quae si de Christo qualibetq; deuota anima quae celestis sponsi particulariter sponsa consi-
sit, intelligi queunt, cur non amplius de sponso & ipsius spōsa singulari, quae mater est mū-
da atq; uirginea, accipi ualeant, non capio: quippe quorum amor fortior: unio intimior: &
militudoq; maior. Erant profusus si rite contempler, & uti suspicari pium est, inter uirginem
matrē deumq; puerū multa & item multiformia colloquia: neque quandoq; eum affauit
ut deum, & mox adorati inter dum ut mundi iudicē: & repente aut pro se, aut certe pro alijs
contremiscit: iam uero ut unicum filium, ut praecordialissimum sponsum, ut dilectum cha-
rissimum: nunc autem ut saluatorem, sanctificatorem, electorem, omnisciq; suae gratiae dato-
rem. Quis praeterea excogitare possit, q̄ in his singulis dulcia ac amorosa, conuenientia atq;
benigna, ueneranda sapientissimaq; utriusq; fluxerint uerba. Creatoris maiestatem cum re-
uerentia adorati dicem orbis, precatur itemq; honorat. Nec ambiguum reor, quin quae
ante dei incarnationem pro mundi tam ardentem salute poposcit, nunc in terris corā se cer-
nens eū dem si duntialius affectuosiusq; flagitauerit. Deniq; filium osculando complectitur
sponso totis omnino praecordijs intime spiritaliterq; unitur, in dilectum transponitur.
Amplius autem ei qui se elegit, gratiamq; donauit, grata fore fatagit, semet & quicquid ua-
let impendit.

Articulus

Articulus XXXIII. De dulcedine atq; fecunditate ubere uirginis uenerandae.

Quam pulchrae sunt mammae tuae foror mea sponsa. Beatus uenter qui te porta-
uit Christe, & ubera quae luxisti. O glorificanda genitrix, uirgo praestantissima,
totaliter amabilis Maria, dum gratia coelitus tibi largita cōsiderare melior atq;
affecto, iam ultra spiritū non habeo. Gloriet regina Saba in omni gloria Sa-
lomōis: exultet Nabugo donosor in fortitudine, itēq; decore Babylonis. Laetef Aristoteles
in indagatiōe naturae re: iucunde Ptolemæus in agnitione planetarū, in cursu syderū, in
amēnitatē sphaerarū: gloria mea in interim d Maria hęc est, ut dignitatē gratiaq; totius substā-
tiae tuae, carnis utiq; ac animae, omnū quoq; q̄ in te sunt uirtū atq; mēbroꝝ, nunc aut in hac
hora ubere tuorū pro uiribus cōtempler. Veruntamen mundū oculū ipsoꝝ requirit specu-
latio: & ob id doleo super me, meq; in idoneū fateor. Sed auxiliare precor o pia: & mūda me
d munditiae mater, amica dei, gaudiosa Maria. Et nunc d Maria, cerno Christi dominū, regē
Messiam, unigenitū dei, ad ubera tua pendente: ubera tua fugente: illis suis infantilibus ma-
nibus, tenerimis atq; dulcissimis, ea contractante, ori applicante, & uitae alimonia, corpo-
risq; ex ipsis sustentationē fortiente. Ipse est o supermundana domina, qui operit caelū nu-
bibus & parat terrae pluuiam: qui producit in montibus fenum: & herbā seruituti homi-
nū: q̄ dariumentis escā ipsoꝝ, & pullis coruorū inuocātibus eū. O uirgo purissima, quae uir-
ginis uberibus deum lactasti, quantū ex diuini oris contactu, deificata sunt: q̄ dulcia q̄ gra-
tantia facta sunt ubera tua. Meliora sunt ubera tua uino: quippe quae terrene carnalisq;
concupiscentiae labe atq; contactu carentia, suauitatis fouerunt aurore. Porro, luxuriae ra-
dix in uino absconditur: & qui diligit illud, non erit sapiens. O ubera fecundissima, quae
uniuersae bonitatis fontem nutrire electa sunt. Quid tibi mentis erat, quid gloriae o pūdi-
cissima turur, o castissima columba, o deuotissima pulcherrimaq; uirgo, dum illis tuis uir-
ginis, columbinis & item clementissimis oculis, speciosum hunc puerulum, candidum, ru-
bicundum ac desiderabilem, sic tibi applicatum, sic uberibus tuis apēdentem cernebas,
Opinor o domina, nō eum tot uirginei materniq; lactis stillicidia, & sacri tui corporis fonte
hauisse, quoti aculis amoris, quorū charitatis ardoribus, beatissimam tuam animam uultera
uit atq; dotauit: nisi forte, qui omnibus largus est, tibi duntaxat parcus extiterit. Quantū d
delectabilis & gracilis maria, liberrimus ille deus, qui nulli penitus obligatus est, se tibi ob-
ligauit: cuius carnem induit, cuius ubera luxit. O felicia ubera, quorū ubertate, uberrimaq;
fecunditate cœligenae gaudent atq; terrigenae: & itē suauissimis recreant ex fructibus. Hęc
nēpe sunt duae oliuae fecundae atq; amoenae, gratiae liquorē, lactis mellisq; dulce duntē, uni-
uersis emanantes. Pulchriora sunt ubera tua uino, o diuina sponsa. Hęc enim sunt mandra-
gorū odoriferē in horru deliciae: radicate: botri quoq; uineae. Engaddi miserorū pectora
lesificantes, & moerorem depellentes. Pomella in super niuei splendoris, à paraclito fecundā
data: malagranata aureas sphaerū ac lilia, templum ueri Salomonis ornantia.

Articulus XXXV. De florido lectulo filij sponsi, eiusq; uirginē genitricis & sponsae.

Leuā eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Nō sustinuit si rite in-
tendo, amor ardens & æstuans, amor singularis, itemq; incomparabilis, minus ali-
quid in fantulo Iesu atq; puerulo, ab electa exhiberi genitrice, q̄ proprijs matris cæ-
terae exhibent matres. Ego aut amplius omnino opinor. Arbitror nēpe uirginis ma-
tris, diuinæq; prolis, eo ardentiores fuisse amplexus, uberiora oscula, atq; uiciniores unio-
nes, quo ipsorum mutuus amor uehementior extitit. Amor namq; perfectus, separationis
impatiens est. Porro quis ignoret, fideles affectuosasq; matres, proprios, amantissimosq; in-
fantes ac filios, secum ubertim in nocturno silentio in lectulo locare, amplecti, deosculari, &
iuxta maternū pectus & ubera, quieti tradere, dormitioq; deputare: Quomodo igitur uir-
ginem sacra, matrē deiformē affectuosissimamq; unico suo dulcissimo filio, tali utiq; ac tan-
to, tam dulci, tamq; formoso, id ipsum non exhibuisse credi queat: Exhibuit profusus & indu-
bitanter exhibuit. Nunc ergo o Maria, o felix sponsa, beatitū duntū congratulatur animā
mea atq; in gaudiorum tuorū incomparabili plenitudine, exultatio mihi ingens est & exi-
mia. Etenim quod solitariū ego, & in solitudine commorans, crepusculo itemq; noctis me-
dio, sed & diluculo ubertim & non sine recreatione contēplor, iam nunc de te o Maria non
utiq; silebo. Sæpius fateor, uerbi reminiscor Aristotelis, quoniam homo solus, aut deus est
aut bestia. Porro cum quo deus est, ipse quoq; diuinus est: qui uero absq; illo est, bestiam
reor. Deniq; deus, Non uidebit me inquit homo & uiuet. & hoc quidem de diuinitatis na-
tura suscipi par est, sed & qui in sui forma eum uiderunt, beati censentur. Intende in super

Canti. 4
Luc. 11.

1. Reg. 12
2. Par. 9
Mat. 12
Iudith. 9

Pfal. 146

Canti. 1
Prouer. 21

Canti. 9

Zach. 4
Canti. 7
Canti. 8

Canti. 2

Exo. 16
Luc. 10

o anima mea, de felicitate spiritus sanctæ uirginis interim paulisper obmutescens: Si uel in constitutione orbis, tantam aliquando sponsa aliqua etiã per carnẽ, atq; ex carne sit sortita lætitiã, quemadmodũ in hac olim uita, uirgo diuina, lbas ad lectulum in superfelix Maria, o delicatissima sponsa, non utiq; sponſi coniunctione caritura, nõ Ioseph lignifabrum, sed le sum mundi fabricatorẽ amplexatura, cœlestem non mundanum sponſum osculatura. Inef- fabilis ut opinor erat, o amantissima, & item præcordialissima maria, mundissimæ tuæ mentis læticia, dum floridũ lectulum ingrediens, dei mox unigenitum, speciosissimum, suauissimumq; ex te natum infantulũ, dominum utiq; uirtutum, regemq; gloriæ, ac mundi iudicẽ, uirginis uulnibus susceptura, roseo ore osculatura, atq; inter materna brachia ad quiescendũ eras locatura. O ineffabiliter iucunda, delectabilis & munda Christi regis & Mariæ matris unio: dum fontem sanctitatis, dei utiq; sapientiam atq; uirtutẽ, mater puritatis castissimãq; uirgo, collo stringit, in brachijs suscipit, inter ubera ponit, suauissimo uultui applicat, & rubicundis labijs mulcet: dum inter diuinissimã, flagrantissimã, honestissimãq; genitricis ubera quiescit: apud maternũ pectus obdormit, singularem charissimãq; sponſam, eccle siæ sponſus confringit. O deliciarum delicia, dum tenerrima deo uisissimãq; puella, condormientem sibi uicissim ut deum adorat: & item ut unicum natum ubertim osculando cir cundat: Et quidẽ hæc unio quo intimior, eo purior: & quo quoq; frequentior, eo salubrior.

Articulus XXXVI. Quod ex contræctatione diuinæ prolis, deificata sunt membra cuncta sacre uirginis.

Quis mihi det te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculeri: & iam nemo me despiciat: Non est ut opinor qui ignoret ratio nis ens compos, ex mutuo frequenti q; corporum contactu, alterius qualitatem in aliud migrare, nouamq; dispositionem, unum ab alio sortiri atq; contra heret: Nempe qui pollutum tangit, pollutur: & qui sanctum tetigerit, ipse quoq; sanctifica bitur. Porro, in corporibus quibus præfident, iteq; in existit dñatrix ratio, istud tunc præfer tim ueritatem habet, dum ex consensu, appetituq; spiritus, corporum contingit contactus. Vicissim quoq; ex mundi actũ, immundum uehementius inquinatur: dum uidelicet est aut intentio praua, aut fides prophana: quemadmodum his qui Christi mundissimam car nem crucifixerunt, accidisse palam est: & denuo inter dum ex immundi contactu, quod pu rum est, eminentius purgatur: uti leproſorum oscula, sanctorũ quandoq; carnẽ mentemq; sanctificauerunt. Veruntamen, horum nullum ex uirtute corporis effici, certum est. Neq; enim mundum ex se, maculare nouit immundum: se d quemadmodum mundi contactus, perfidia & item intentioni obliquæ permixtus tangentem ob suæ mentis uitia cœdat, sic nisi fallor, immundi attræctatio, ob tangentis fidem & item charitatem, eundem emundat. Cum igitur unumquodq; corpus actiuum, quantum de se est applicatum sibi assimilet, & in ipsum si capax sit, propriam uirtutem transfundat, ex hoc perpẽdere atq; metiri par est, quantum ex uberrimo affectuosissimoq; dei incarnati contactu, purissimã sit deificata uir ginis caro. Enim uero, quis deiformis illius corporis, quod super beatæ animæ ipsiq; diuini tati coniunctum extitit, queat explicare uirtutem? Erat si rite considero, omni nimis ualla tum uirtute: quippe, quod diuinæ operationis proprium, dignissimumq; extitit organum. Virtus equidẽ animæ, redundat in corpus: & in Christo utiq;, diuinitatis uirtus in utroq; redundauit. Tenerrima itaq; atq; dulcissima, mundissima atq; sanctissima, causalissima ac uirtuosissima erat caro illa electa, & per eam ac in ea, quod intus latebat respicẽ duit: & ut sic fatear, redolebat, operabaturq; illis solis auribus de quibus dicitur: Qui habet aures, audiat. &c. Illius igitur pudicissimæ uirginis ac honestissimæ matris, quæ ipsi maternum omne mi nisterium exhibuit, & ad incrementa usq; deduxit, quæ dulcissimum infantem, speciosissi mumq; puerulum toties in uulnibus suscepit, in gremio fouit, ad ubera tenuit, sibiq; blandientẽ ac arriudentem infantulum, tam suauiter osculabatur, tam placide intuebatur, tam amaroſe alloquebatur, cum qua & inter cuius brachia, toties, suauis cœlestisq; sponſus dormiuit: & apud cuius maternum pectus, uirginẽq; ubera, tam ubertim requieuit, huius inquam, quemadmodum nobile corpus, ex tali, tantaq; diuinæ carnis contræctatione deificatũ cen seri oportet, quantam dulcedinem atq; fragrantiam, quantam munditiã atq; uirtutem ex inde sortitũ est. O summa Maria, cuius inferior portio, carnẽ loquor, tam amabilis, tã pura, tamq; suauis atq; decora effecta est. Nepe si uirtus exibat de illo & sanabat omnes, qd utiq; in ma-

in materna uirgineaq; carne, diuinæ influentiæ capacissima, uirtus illa Christi peregrit: Le- gimus uicissim quosdã ex sanctoꝝ alioꝝq; uiroꝝ colloquio uel intuitu, osculo uel tactu metis feruorẽ, cõpunctionẽq; adeptos. Quid ergo diuina genitrix, quæ utiã nũc dictũ est, cum sanctoſanctorum, primum in terris uixit, hinc sanctitatis ac gratiæ metis & corporis, contraxisse credenda est?

Articulus XXXVII. Descriptio qua cœlestis sponſus, singularẽ suã sponſam, uirginemq; matrem describit.

Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Quoniã quidẽ alia lã ge est sanctæ uirginis dignitas per naturã, atq; alia per gratiã, in descriptione qua ipsam spiritus Christi descripsit, uarijs multiformibusq; rebus cõparata est, ob mul tiplices quas diuinitus gratias sortita est. Porro singula quæq; ipsius membra de scribẽs, eius rebus quæq; proprietates, gratijs uirtutibusq; illõꝝ similiores sunt, cõparauit. Veruntamen omnis ista descriptio, spiritualiter congruentius accipitur. Poreſt quoq; aut in toto aut utiq; pro parte magna, ad literam accipi propter naturales perfectiones, super naturalesq; ipsius sponſæ in corpore, itemq; in mète dignitates ac gratias. Spiritualẽ uero illam prolixam difficultẽq; intelligẽtiam, hic inserere non decreui. Quæ autẽ ex Canticis ad sponſæ præconium introduco, ob id his infero, ut affectuosæ mēti illius amatrici occasione efficiam, qua tam naturale q; supernaturale Mariæ perfectionẽ dignitatẽq;, quã etiã corpo ri eius præelecto sponſus filius præstitit, contẽplari purius queat. Nempe in hoc operis hu ius primo libro, de his potissime scribere nitor, quæ ad gloriã laudemq; uirginẽq; carnis suauissimæ genitricis respiciunt. Deniq;, sapientibus ignotũ non arbitror, quẽadmodum olim exercitus dei, plebs Hebræa, submersis Aegyptijs, dei omnipotentia magnificentiãq; præsentauerit. Sic prorsus Maria, dum in uirtute creatoris, aereas omnes potestates deuicit atq; oppressit, nõ inepte exercitui illi diuino, in curribus Pharaonis submersis, assimilatur. Insuper uirgini sponſæ loquẽs sponſus, Pulchrẽ inquit sunt genæ tuæ sicut turturis: collũ tuum sicut monilia. Pulchræ utiq;, quæ decore pudicitia perſuſe candidissimis illis diuini sponſi, unigenitiq; patris genis, toties cũ suauis osculo sunt coniuncte. Præterea: Quã pul chra es ait, amica mea: quæ pulchra es: oculi tui columbarũ, absq; eo quod intrinsecus lateret. Et denuo: Oculi tui sicut pĩſcine in Hesebon: in primo simplicitatẽ, in secundo claritatem dul cissimõꝝ oculõꝝ insinuans. Capilli tui sicut greges capræ, quæ ascenderũt de monte Ga laad. Dentes tui sicut greges tonsarũ, quæ ascenderunt de lauacro. Porro, suauissima illa, roseaq; felicitis matris labia, crebris adorandi filij, charissimiq; sponſi osculis uehemẽter deſi cata describens. Sicut uitta coccinea inquit, labia tua, & eloquiũ tuum dulce. Rurſusq; Fa uis distillã labia tua spõsa. In primo pulchritudinẽ & eloquiã, in secũdo eõꝝ redolentiã declarãs. Ob uerboꝝ quoq; eius suauissimũ mellinũq; sonitũ, Mel ait & lac sub lingua tua. Amplius, de mundissimis eius orſus uberibus, Duo ait ubera tua, sicut duo hinnuli capræ gemelli, qui pascuntur in lilijs. De quõꝝ tamen præconio paulo antẽ, prout sanctissima uir go præſtare dignata est, pro uiribus deſeruisse me memini. Adhuc aut, in cessus pudicissimẽ castissimæq; sponſæ, gratiosissimã delectabilẽq; maturitatẽ designãs, Quã pulchri afferit, sunt gressus tui in calceamentis filia principis. Iunctura fœminũ tuõꝝ sicut monilia: quæ fabricata sunt manu artificis. Cõtinuo quoq; de pluribus spõſe singularis cõpaginibus fari oblectatus uirgineus sponſus, Vmbilicus inquit tuus, sicut crater tornatilis, nunq; indigēs põ culis. Vter tuus sicut acerus tritici, uallatus lilijs. In quõ sacratissimi uteri maternã fœcun ditatẽ, uirginali puritate decoratã, dulcissimẽ innuit atq; fateſ. De cuius etiã fragrantissimã desiderabilĩq; ubertate, iucundissimum atq; mũdissimum delectabiliter edisserit spõſus. Vir gini quippe matri, eiusq; materno uentri, cũ excellentissimo loquens præconio, Emissio es tuæ inquit paradisi malõꝝ punicõꝝ cum pomõꝝ fructibus. Veruntamen, quoniã de isto plenius ut quĩui ante deſerui, nunc inde paulisper subitico. Insuper itaq;, in matris uir ginis & item sponſæ singularis prorumpens, rex Meſſias Christus dominus laudes. Col lum ait tuum, sicut turris eburnea. Et denuo: Sicut turris Dauid collum tuum, quæ edificata est cum propugnaculis. Nasus tuus sicut turris Libani, qui respicit contra Damascum. Caput tuum ut Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis iuncta canalibus. Sta tura tua assimilata est palmæ: & ubera tua botris, odorq; oris tui, sicut odor malorum. Guttur tuum sicut uinum optimũ, dignũ dilecto meo ad potandũ. Tandẽ igitur de spõſæ qualitate concludens sponſus, Quã pulchra es ait, & quã decora, charissima in delicijs. Porro, gratitudinem, uicissitudinemq; ista rependens, Ego inquit dilecto meo: & ad me

Cent. 4. Piel. 18

1. Cor. 1.

Cent. 8

Num. 6

Luc. 8

Mat. 9

Can. 1

Exod. 14

Can. 1

Can. 4.

Can. 7

Can. 4.

Can. 6

Can. 4

Ibidem

Ibidem

Can. 7

Ibidem

Ibidem

Can. 4

Can. 7

Can. 4

Can. 7

Ibidem

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

conuersio eius. Nunc ergo hæc sic induxerim, non ut plenam atq; subtilem, spiritualem, iteq; altiore diuinissimorum horum intelligentiam uerborum, aperire in istis putauerim. (Altissimum quippe est hoc negotium & maioris egens scrutinij) sed quemadmodum fassus sum, hinc ista superficialiter conscripsi, ut præbeatur affectuoso lectori, deuote, delectabiliter, de sanctissima uirgine, contemplandi occasio: de qua utiq; nec plene nec digne, fari seu scribere uel contemplari ualemus: quippe qui nec corporis sui dignitatem, deificationemq; speculari sumus idonei. Vtinam indignissimo ipsa mihi parcere laudatori, qui ne nomen quidem ipsius effari dignus confitio, pissima dignetur.

Articulus XXXVIII. De bonitate harmoniæ & æqualitate complexionis uirginis benedictæ atq; diuinæ.

EX præinductis palam reor, tale in mente itemq; in corpore sacrâ fuisse uirginem, qualem dei genitricem decuit esse. Decuit autem, prorsusq; nisi fallor oportuit, optima illa complexio fuisse puellam, conuenientissimamq; sortitam harmoniam: cuius caro diuinitati extitit copulanda: atq; ex qua deus incarnari elegit: quoniam nulla naturæ imperfectio congruebat dei uerbo, sed super sancto supermundosq; filio, mente ac carne pura perfectaq; debebatur genitrix. Præterea certum omnino est, Christi carnem tenentem, conuenientissimam, ac summè naturaliter fuisse dispositam: ideoque carni tam nobili, proportionale, congruumq; debebatur alimentum. Vnde uirginale felicissimæ lac genitricis tale utiq; fuit, quatenus dignum aptumq; diuinæ foret carnis alimentum. ad hoc autem, optima necessaria erat naturæ dispositio. Amplius autem, omnis ei erat præstanda naturalis perfectio, per quam uniuersa extitit reparanda, & item melioranda natura. sed si præinducta rite deducta sunt, per Mariam cælorum reparat ruina, mundus redimitur, ipsiq; inferi remediatur: in naturalibus ergo omnino perfecta extitit. At uero, quâ ei negare perfectionem uales, que uniuersæ perfectionis fontem concepit & edidit: Adhuc autem, quemadmodum in donis gratiæ, sic prorsus in naturæ quoq; perfectionibus, similima filio suo erat Maria. Illi autem naturam illa defuit nobilitas aut perfectio: indetrahiles quippe defectus duntaxat assumpsit. In hoc itaq; similima ipsi existerat uirgo cœcundissima. Insuper, per bonitatem naturalium gratiarum donorum, capaciorem ad mutuam conuersionem suauior, & item amabilior, uirtuosiorq; quis efficitur. Ea ergo puella, quæ nedum gratia, sed gratiæ quoq; plenitudine, ipsorum gratiarum fonte implenda erat atq; dotanda, cum qua uiuere, imò in qua esse, dei fuere delicia, & cui qua tam singulariter in terris conuersari elegit, quæ ipsius demum amica summa, singularisq; fuerat sponsa, omni erat naturali bonitate eminenter ornanda, omniq; penitus dulcedine ac amabilitate replenda: alioqui non uidebitur deus filius, matrem suam electissimam condecenter ueneratus.

Articulus XXXIX. De corporali incomparabilis uirginis pulchritudine.

Am pro uiribus deductum est, nedum gratiæ plenitudinem, sed naturalè quoq; omnem perfectionem eam prorsus deuisse, que uniuersæ perfectionis fontem, naturæ & item gratiæ autorem peperit. Vnde euidenter elucescit, corpore utiq; excellenti pulchritudinis, ei nullatenus defuisse. Deniq; & si per se naturalia mereri nequeant, gratia tamen formata, merita iusti accumulans: quoniâ quo naturalium perfectionum dona sortitus mundo uidetur gratior, eo ipsius abnegatio, deo cõstitit acceptior. Vt ergo Mariæ merita undiq; augetur, nequaquam ipsi defuit, per quod seculo complacere ualebat. Amplius, nisi corporalis quoq; decor habentem dignificaret, cur dei unigenitus speciosus etiam corpore præ filiis hominum esse præelegisset, non uideoi: ideoque ei mater cuius uirginea singularisq; sponsa, in hac parte dispar fore non debuit. Sed uti ille est candidus & rubicundus, electus ex millibus, imò ex omnibus ac præ uniuersis, sic post eum isti compar non esset nec in naturalibus neque gratuitis. Prouidit nempe nisi fallor pater æternus, præparauitq; unigenito suo conuenientem proportionatamq; genitricem: & ut speciosissimum illius, dulcissimumq; uultum, non utiq; nisi pulcherrima atq; suauissima oscularetur puella, materq; mundissima. Congruentissime itaq; de te, o præclara decoratq; mater, sponsus profatur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Etenim à planta pedis usq; ad uerticem capitis, nil penitus in te extitit, nec in mente neq; in carne in decorum, indecens aut in amantissimum ac gracilime est formatum, totumq; dulce ac amabile, eximium & delectabile.*

Articulus XL. An supernaturalis aliquis splendor, in solitudoq; odor, in sacra uirginis matris carne resulserint.

Osculetur

Lus. Proverb. 3 Baruch. 3 Can. 2

Phil. 44

Can. 4

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE.

Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua uino, fragrantia uirginis tuis optimis. Vbertim si rite memini, in iucundissimo illo sponsi sponsæq; cantico, sermonem de sponsæ dulcedine sponsus orditur. Deniq; sunt, qui elegantissimæ uirginis seruore succensi, nedum ipsi naturalem pulchritudinem complexio- nisq; bonitatem attribuant, sed diuinum quoq; quendam splendorem in ipsa refelisse, atque supernaturalem aliquam odoris fragrantiam, in ipsius sancta fuisse carne edisserunt, eo quòd fontanum illud æternaleq; lumen ipsa concepit atq; peperit, totiusq; suauitatis causalem originem tot mensibus in utero gestauerit, iteq; nutritur. Adducunt quoq; de Moyse exemplum. Veruntamen quicquid sit de isto, seu qualitercunq; hæc ipsi intelligi cupiant, hæc credibile, imò utiq; certum prorsus est, excellentissimam illam gratiæ mentis suæ plenitudinem, in corpus redundasse, præsertimq; in uultu resplenduisse: quod nisi fallor ex duplici signo innoscitur. Si enim perturbatæ, passionatæq; animæ toruosa in tuus latens dispositio, in facie ubertim cognoscitur, & deformitatem uicissim corpori inducit, cur non serenissimæ & in spiritu sancto lætissimæ conscientiæ lymphiditas, ad uultus decorem, totiusq; corporis uenustatem exuberet atq; redundet? Rursus quoq; de pluribus sanctis istud legitur, q; in ipsorum etiam iam senilibus uultibus, angelicum quiddam enituit, quod diuinæ excellentisq; gratiæ indicium fuit. In matre igitur sanctitatis, sanctiq; sanctorum felicissima genitricis, id utique sublimius extitit, ut uidelicet gratiosa quædam diuinæq; serenitas, eam totam, atq; in uultu perfunderet. Vnde tantæ creditur castitatis fuisse, ut à nullo unquam libidine concupiscit ualuerit, quoniam interior puritas in uultu expressa, sua extinxit uirtute aspicientem carnalem appetitum. Porro hanc uirginei corporis gratiam, post filij sui glorificationem auclam, uehementerq; continuatam non dubito, quatenus glorificato filio in cœlis, mater quoq; diuina paulatim glorificationem adipisceretur per inchoationem in terris. Hinc nempe nullatenus dubium est, solo Mariæ conspectu plurimos Iudeorum atque gentilium esse conuersos, cordialiterq; compunctos.

Can. 1

Ev. 1

11. 9

Exod. 34

Articulus XLI. De læta illa regis Messæ matrisq; uirginæ mensa.

Sapientia edificauit sibi domum: misit uinum, & posuit mensam. Beati qui comen- siales fuere tui o Christe altissime: tu autem o glorificanda, totaliterq; suauis ac delectabilis Maria, uniuersis beatorum atque præelectorum. Nempe dum ille tuus amantissimus Iesus, ubera tua maternâ fugere cessasset, essetq; amplioris ætatis, iam mensæ tuæ te locante asedit: atque quod ipsi præparasti, itemq; ante posuisti, manducauit & bibit. O Maria benigna, quam præclarum atque iucundum erat tibi hoc ipsum spectaculum. Læta nisi fallor dulcisq; erat tibi o mater sancta, mensa cum dei unigenito, qui angelos reficit ac fatiat, cibum potumq; suscipere: eum præsentem cernere, & ut opinor, tibi ubertim ministrantem, cibum potumq; apponentem, mensam disponentem, ac conformia agentem uidere. Erat enim subditus tibi: nec ambigua reor, quin cum filiali sententia per humiliter reuerentia, tibi in omnibus etiam non iustus, instar boni filij oblectosus extiterit. O domina magna cœlestisq; regina, cui uelcenti rex regum & dominus dominantium conuescitur atque ministrat, ne quid mensæ illi deesset, in quo cibus sponso æterno præsens erat sponsa charissima.

Proter. 3

Ev. 3

Spon. 3

Primi libri de præconio & dignitate Mariæ, finis.

D. DIONYSII

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE, LIBER SECVNDVS.

Prooemium.



MARIA autem conseruabat omnia uerba quae de Christo erant, conferens ea in corde suo. Immortalis omnipotensque deus, cuius sitrite contemplor, superfelix uita sua est incircūscripte ac incōmutabilis ueritatis contemplatio, itemque perfectae & illimitatae bonitatis immensa dilectio, ob id ad sui similitudinē atque imaginem, rationalem animam produxit, ut diuinā fieri imitatrix uitae satageret, ipsique creatori pro uiribus assimilari studeret: ad quod nos benignissimus creator, primo quidem per seruum, demum quoque per seipsum ubertim edocere hortarique dignatus est. Per Moysen quippe ad nos fari orsus, Estote inquit sancti, sicut & ego sanctus sum. Denique Christus dominus, Estote ait perfecti, sicut & pater uester coelestis perfectus est. Ex quibus ni fallor elucescit, in ueritatis contemplatione, bonique dilectione, creatae mentis beatitudinē sitam. Porro, cum in tribus animae uiribus, trinitatis in homine imago resplendat, (intellectum, uoluntatem, memoriamque in sinu) in eo summa hominis est locata perfectio, ut reformentur & item perficiantur potentiae istae. Intellectus autem perfectio, summa est sapientia; uoluntatis, charitas; memoriae uero stabilitas, in utroque, Ideoque in diuinorum contemplatione fixa, dilectioneque stabili, humana est reponenda felicitas. Cui itaque in aeditionis huius libro primo, de praeconio ac dignitate Mariae ad benedictam deificatamque ipsius carnem praesertim pertinentibus, ut ipsa prestante quibus, differuerim, iam nunc de perfectione mentis eius, atque imprimis de sapientia eius, loquendum incumbit.

Articulus primus. Quod matrem uerę æternęque sapientię, eximia decebat sapientia.

Quemadmodum sanctum sanctorum, sanctissimam habere matrem decebat, id ei qui essentialiter sanctus est, tantae debebat genitrix sanctitatis, ut sub deo maior esse non possit, sic prorsus Christum qui est sapientia patris, omnique sapientiae fontana origo, (Fons nempe sapientię, uerbum dei in excelsis) sapientissimam, tantęque sapientię habere matrem, qua hominum nullus in terris erat sapientior, par est. Superfluens enim fons sapientię Christus dominus, in quid fortius ageret, illuminaret, atque sapientię riuos transfunderet, quā in propriam genitricem? Nil quippe ipsi uicinius, nil charius, nil similius ea: Ideoque uerę sapientię radios, plenius ab ipso sortita est: factaque est ei, ut in sanctitate, sic in sapientia quoque similima. Hoc equidem decuit, ut Christo filio, qui essentialiter perfectus est, ac totius perfectionis exemplar, in omni prorsus perfectione, summe assimilaretur genitrix electa. Denique, sicut gloria patris filius sapiens, sic utique honor filii, sapiens mater. Vnde super sapientem dei unigenitum, non nisi sapientissima mater decebat. Adhuc autem, sapientum conuersatio mutua, dulcior est, amoenior atque amorosior. Similiora namque ardentius se diligunt: sapientiores quoque, syncerius se cōspiciunt: inditamque nobilitatem clarius intelligunt. Ea igitur cum qua tam familiariter, tamque singulariter deus in terris conuiuere uoluit, sapientissima utique fuit.

Articulus II. Quod uirgo benedicta, cuncta sibi diuinitus impetrata beneficia, excellenter agnouit.

Fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Putas ne dum hoc dixit Maria, ignorauerit, quae nam magna illa erant, quae sibi desuper concessa esse, gloriosum fatebatur? Nempe si ea nescierat, quomodo grata extitit: quibus enim de his datori regratietur, quae se recepisse nescit, aut penitus ignorat? Porro, qui ingratus est iniquus censetur: & id quoque quod habere uidetur, auferetur ab eo. Maria ergo quae sanctissima perfecta extitit, quatenus in omnibus deo gratissima foret, uniuersa, praesertim uero singularia diuinę munificentię dona, tam superclementer sibi coelitus impensa, lymphidissime nouit. Praeterea qui plura recepit, fortius diligere obligatus est: amor autem, nouitiam exigit. Cum igitur nil iniustitiae, magis uero ardentissimam charitatem Maria habuerit, oportet unum omnino est, syncerissimam ipsi diuinorum, notionem munerum elargiri. Necessenāque est, quo

est, quo feruentior fuerit amor, eo clarior sit amati agnitio in eodē processu, quāuis nequaquam ei ampliorem oporteat inesse dilectionem, qui profundius cognoscit. Amplius autem, unctio docet electos de omnibus. Et de sanctis quoque scriptum est: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est: ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Itaque constat, quoniam quo spiritu diuino plenior erat Maria, eo doctior, & ad dei contemplanda beneficia, magis erat idonea.

Articulus III. Quod sicut prima parens per ignorantiam cecidit, sic sancta uirgo per sapientiam stetit.

Dixit autem serpens ad mulierem: Cur praecipit uobis deus, ne uescereimini ex omni ligno paradisi? Et ait mulier: Ne forte moriamur. Dixitque illi serpens: Nequaquam moriemini. Huic assertioni demonis, contra diuinam contestationem procedentis, mulier inspiens fidem adhibens, transgressa est. Peccatum enim originale quo tota natura inficiebatur, fuit consummatum per uirginem: sed Eua induxit illud occasi onaliter uel inchoatiue: induxitque super posteritatis suae, sobolem, obscurissimam ignorantiam caliginem. Itaque uti ab Euae insipientia atque perfidia, mundi est initiatus interitus, sic eius quoque uita, a Mariae sapientia, si de qua orsa est. Audiens quippe Eua transfigurantis se daemonei scilicitatione, mox locuta est, & quidem ad insipientiam sibi: prorupit enim in uerba diffidentiae plena. In ipsa equidem responsionis suae serie, se superne itaque diuine ambigua fore sententiae falsa est: Ne forte inquam moriamur. Porro, cōtrario calle meauit Maria: insolentia quippe salutatione adeptae, non instar Euae repetere respondit, quin potius cogitauit qualis esset allata saluatio. Non enim sapientissimam latuit serpentis astutia, daemoneisque simulatio. Denique, certificata de nuntio, diuino ori incredula non extitit, certissimē sciens, quia quicquid polliceretur aut certe annuntiaret, altissimus, omnipotens, ueraxque consistens, impleteret. Ideoque uti ab Eua mundi heu tenebrae fluxerunt, sic ex Maria, toti orbi lux est salutaris exorta.

Articulus IIII. Quod ad perfectionis plenitudinem quae utique Mariae negari non ualet, sublimis excellensque sapientia oportuna sit.

Super salutem & speciem dilexi sapientiam: proposuique pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas per manus illius. Sapientia enim, diuina est possessio: qua a brutis itemque carnalibus, seiungimur: atque ipsis supercelestibus spiritibus communicamus. In finibus quippe thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae dei. Neminem enim diligit deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Ipse est enim qui ait: Misericordiam uolo & non sacrificium: & scientiam dei, plus quam holocausta. Enim uero, cum humana perfectio, nec in sola cognitione, neque in dilectione sola consistat, sed in cognitione quidem essentialiter, quae admodum ueritas ipsa fateatur, Haec est (inquiens ad patrem) uita aeterna, ut cognoscant te uerum deum. In dilectione autem continetur: In ea nempe tota lex pendet & prophetarum, innotescit opinor, eo praesentis uitae beatitudinem perfectionem existere, quo duo haec, unitiora maioraque fuerint. Dilectio namque, cognitionis forma est atque completio. Porro cognitio, charitatem fundat & efficit, quantum ad actum. Itaque, cum sanctissimi uirgini summam negare perfectionem nefas sit, omnino asserere par est, quod excellentissima fuerit eius sapientia, quatenus mentis eius diuinitus interellectus, memoria atque uoluntas, singulari propriis perfectionibus perfectae eminenterque decoratae fuisse credantur. Amplius autem, quod caeteris sanctis, famulis utique itemque ancillis, aut ipsarum aut certe partim communicatum est, Mariae praeelectae matri, unitim atque perfecte donatum arbitror. Quippe cui se totam ipsa plenitudo gratiae, fons autem atque gratiarum infudit. Scimus autem in quibusdam sanctis abundasse charitatem atque uirtutem: in alijs sapientiam: in aliquibus sic quoque abundasse utrunque, ut quid plenius copiosiusque desuper sortiti sint, metiri uix queat. Denique, horum ultimi excellentiores censendi sunt. In incomparabili ergo praestantissimamque matre ac uirgine, quomodo non utrunque superabundasse, asserere ualet?

Articulus V. De incomparabili sapientia diuinę genitricis.

Iuitae salutis, sapientia & scientia: timor domini, ipse thesaurus eius. Est autem sapientia, diuinorum contemplatio: estque bipartita: quoniam una naturalis est ac philosophica: alia uero supernaturalis & theologica: de qua iam praesertim intendendo. Denique, salutem, felicitatem intelligo, cuius ob id sapientia atque scientia appellantur diuitiae, quoniam salus uera eas complectitur ac possidet: & item egena, indecoraque sine ipsis

Lu. 10

Lu. 19

1. Cor. 1
Ecc. 1

Lu. 8

Mat. 27
Lu. 19

1. Iohan. 3
1. Cor. 2

Gen. 3

Luc. 11

Sap. 7

Osee 6
Mat. 9

Iohan. 17

Mat. 22

1sa. 31

ipfis existit. Si uero plena est, in ipsa exuberant, ab eaq; emanant. Quemadmodum uero sapientia ad diuina, sic ad inferiora atq; humana, spectat scientia. Unde cum uera salus in definitione principaliter, secundario autem in creaturarum speculatione consistat, nedum sapientia, sed & scientia quoq; ad salutis diuitias pertinet. Insuper, ut iam consummata Mariae felicitas, quam nunc in patria adeptam est, uniuersorum post deum filium beatitudinem electorum uehementissime transcedit, sic illa quoq; inchoata felicitas, quam in uia olim sortita extitit, in uia uero inchoata parabilis fuit. Ipsi ergo diuitiae proportionabiliter, sapientia itemq; scientia fuerunt. Præterea, in omni genere, primum est potissimum & per se: quod uero illi propinquius, hoc & similis. Christus autem illuminationis mundi, uniuersalis, causa est. Erat enim lux uera, quæ illuminat omnem hominem ueniens in hunc mundum deoq; sapientissimum, ipsamq; sapientiam eum esse, fidelium neminem latet. Porro illuminationis mundi causa primam, summamq; cooperatricem fore Mariam, doctis elucescit. Quemadmodum itaq; filio deo proxima est, & maxime cooperans, sic sicut concludo, ipsi quoq; simillima erat, & in sapientia post eum prima. At uero, homo contemplatiuus atq; theoreticus, amantissimus est deo, amatissima ergo ac præelectissima dei, altissima theoria non caruit. Adhuc autem, quemadmodum magnus & diuinus Dionysius ait, super essentialis diuinitas, sensibili huic soli hinc comparatur, quoniam instar solaris luminis, omnibus se comunicat, cunctisq; supereffluit, uniuersorum capacitate sãdimpler. Et demum: Quo quid influxionis suæ capacis fuerit, eo copiosius diuinæ illustrationis radios infundit. Quid autem superne instructionis sic capax, ut mens Mariae? Quippe quæ summæ tranquillitatis atq; uirtutis, docibilis ac munda, itemq; ab omni culpa & perturbatione erat aliena: deoq; supermunificentiissima diuinitas eius, utiq; mentis plenissima sapientia fluente, theoriaq; riuos, exuberantissimè communicauit.

Articulus VI. Quod incarnationis modum atq; mysterium, unitatem quoq; personarum, & item naturarum in Christo dualitatem, cunctis uiatoribus clarius profundiusq; intellexit uirgo beata.

Generatione eius quis enarrabit? In antehabitis si recte recorder, de incarnationis uerbi inchoatione, pro uiribus locutus sum. Veruntamen, quod Mariae datum est esse, atq; per eam, in ea & ex ea fieri, id utiq; ni fallor, datum est ipsi cognoscere & ut deuit intelligere: quatenus sciret, quæ à deo data ei consisteret, scientialiterq; profiteret. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius sitet, ut gratior deo ac amorosior existeret. Amplius autem, per operationem agnoscit unumquodq; Constat ergo eo Christi naturam, omnemq; consistentiam, uirtutem, itemq; qualitatem Mariae syncerius ipsè diuise, quo diuinorum eius mirabilium, deiformiumq; operationum, totius quoq; conuersationis suæ, magis conscia atq; assiduior, & item familiarior extitit adiutrix, inspeatrix & contemplatrix. Quod si scire satagis quemadmodum de præinductis Christi insignibus Maria se habuerit, ipsiq; unico filio suo in illis familiarior atq; secretior, assiduior atque coniunctior uniuersis extiterit, scrutare euangelia, rationem discute, indaga naturam, quid ab exordio tam familiare proli ut parens? quis ea plenior filij notionem uenatur? Porro, si euangelicæ quis textum ueritatis reuoluat, cõperiet, quomodo sola beatissima ac præelecta nimis Maria, ab initio, angelum audit salutantem, nuntiatem dei consilium, consolantem uirginem, sanctum instruente effectus modum. Denique, quomodo ipsa superuenientem in se spiritum sanctum suscipit, patremq; obumbrantem sentit, & ipsius demum unigeniti in uero concepta concipit. Virgo in utero alit, sine grauamine baiulat, absq; tristitia gignit. Insuper, qualiter infantem lactat, fouet, contrectat. Pastores uenientes agnoscit: Magos immolantes adorantesq; specularat: stellam, angelorumq; militiam, filij sui præconiū indicantes, ipsius quoq; obsequio deputatos aduertit. Proinde, quemadmodum cum ipso in Aegyptum ingreditur: idola commouentur: illic cum ipso demoratur, tandemq; reducit & usq; tricesimum eius annum, ut in uniuersis, ipsi familiaris sic & singularis extitit. Deniq; omnia quæ uidit, audiuit & sciuit, diligentissime conseruauit, prudētissimamq; mente pensauit. Quatum in his atq; ex his in sapientiali diuinorum contemplatione profecisse censenda est? Adhuc autem, ex quo deus quod Mariae erat assumptis & induit, ipsi ni fallor quod suum esse rependit. Assumpsit autem ex ea naturam, gratiamq; refudit. Clementissimus itaq; creator, qui à principio angelos, ac demum homines electos tam gratuito, tamq; misericorditer ac supereffluenter illustrauit & docuit, à quibus utiq; nihil leueptur quorum nō dum bonis eguit, quid illuminationis & gratia ei præstitisse credendus est, cuius sibi substantiam induit, cuius lacte nutritus, cuius in super diligentia educatus consistit, cui setam incomparabiliter obligauit? Decebat proflus

Phil. 17
Iohan. 1

Ist. 59
A. 8

1. Cor. 2
Luc. 1

Ibidem.

Luc. 2
Mat. 2
Luc. 1

Phil. 15

proflus, si nō nimis decipior, nec uatem neq; apostolum dei ipsius coæquari genitrici: ut tantæ cordis sapientia, incarnationis inaniem atq; mysterium, Christi naturas, personalitatem & item proprietates cognoscerent: quemadmodum illa, cui tam ineffabili, immensaq; gratia impartitum est, ut per eam prophetas implerent uaticinia: regē quoq; aploz, ac seculi saluatore effunderet. Quam uero dulcissima dña, amabilissima Maria, mens tua purissima delectabat, dñam tã sincere atq; profundē, propriū unigenitū tibi in terris cõiuente intēdebas, dñi maiestatē contēplans, dignationē stupens, gratiā ad plēnū mirari non ualens, felicissimam illius uisionē corporali atq; mentali, ardentissimus tuus spūs recreabat, accēdebat & eleuabat.

Articulus VII. Quod per gratiam atq; naturam docibilis studio: saq; extitit sapientissima uirgo.

Ossuum aperuit sapientia: & lex clemētiæ in lingua eius. Si ea quæ paulo ante de cõplexionis Mariae naturali bonitate, eiusq; harmonia conuenientissima æqualitate ostensa sunt, rememorentur denuo, patenter opinor constabit, secundū naturā docilissimam eam studiosissimamq; fuisse. Inductum nempe ni fallor est, hæc utiq; puellam, quæ naturæ autorem, omniscq; perfectionis fontem, & contractorum reparatorem gignere præelecta extitit, nature donis, naturalibusq; perfectionibus nō caruisset imò benedicto suo filio, in gratia itemq; naturæ excellentijs simillimam fuisse. Unde euidēter innotescit, optimi eam fuisse ingenij, studiosaq; mētis, ut sibi aptissime fateri in cumbat Puella autem etiam ingeniosa, & sortita sum animam bonam. Porro in Maria, naturā gratia penitus superimpleuit, omninoq; uicit, ac ineffabiliter confortauit atq; perfecit. Ideoq; lucet ut reor, per gratiam uehementius proflus docibilem, studiosamq; fuisse Mariam. Deniq; per gratiam inani omnino sollicitudine caruit: tranquilla quietaq; extitit: motus inordinatos non sensit. Quis uero tam ineptus est tamq; insulsus, qui huiuscemodi animam, sapientia capacissimam non cernat? capacitatem quoq; ipsius impletā fuisse præostensa demonstrat. Adhuc autem, pater omnipotens filio suo dilecto idoneam aptamq; matrem parauit: filius uero eius uerbum est & ueritas, sapientia & splendor: omnino autem talis filij susceptiua nō est, nisi uirgo spiritualis & simplex: ne hebetudo sapientiam, carnalitasq; excludat splendorem. Erat itaq; uirgo illa subtilis & capax, studiosa & prudens.

Articulus VIII. Quod ea quæ ad mysteria gratia pertinent, post filium suum uirgo ueneranda eximie cognouit.

Quemadmodum sapientialis theologorum fatetur ueritas, duplex Christo contempit sapientia: creata & increata: sicut duplex quoq; natura, duplexq; potentia. Porro creata Christi sapientia partitur: est enim una, qua diuinam essentiam atq; in ea omnia uidet: alia autem diuinitus infusa, qua ea uniuersa plene agnoscit: ad quæ se naturalis hominis facultas expandit. Deniq; & tertia ei inest, qua diuinorum mysteriorum perfectam cognitionem sortitus est. Quarta quoq; quæ experimentalis est, in hac sola profecit, quoniam in alijs ab ipso conceptionis exordio perfectus extitit. Ratio autem cur tertia iam nominata sapientia Christo inest, traditur, quoniam per naturam assumptam non iam duntaxat humanam naturam reparauit, sed gratia in super propagator fuit. Hæc uero notitia, hominū & item angelorum uim naturalem transcendit: cognoscuntur autem ab hominibus per sapientia donum, prophetiaq; spiritum. Proinde ex huius si rite considerationis uirtute, inferri nil prohibet, quin quod Christo ygo mater in reparatione naturæ propagationeq; gratiae uicinior erat, atq; concausabilior, eo ampliore post ipsum mysteriorum gratia notionem diuinitus adeptam est. Neque enim dubitare par est, quin secretiora de incarnatione, ceterisq; nouæ legis sacramentis, plura quoq; in spiritu prophetie de diuini consilij arcans, cunctis uiatoribus, etiam in terris adhuc uiuens, contemplata sit mater gloriosa: Alioqui, quomodo mater gratia, mundiq; redemptrix censeretur: nisi forte non sit ipsi concessum cognoscere, quod datum est ei esse: sitq; uel ingrata, aut certe non satis grata: quod nefas arbitror. Nam ut secure loquar, nec princeps apostolorum Petrus, neq; in tertium cœlum raptus Paulus, nec Iohannes theologorum altissimus, ubertimq; in spiritu cõsistens, nec legislator Moyses, neq; Dauid uatum spiritualissimus, quem spiritus dei induit, nec Isaias, qui de Christi atq; ecclesie mysterijs tam eminenter cecinit, uirgini huic sanctæ, matrisq; diuinæ, in diuinorum contemplatione mysteriorum, in diuini reuelatione consilij, in sincerritate sapientia comparari queunt: eatenusq; distant, quantum seruos à matre distare decet.

A. 8
Baruch

Prouet. 36

Sap. 6

1. Cor. 1
Hebr. 1

Iohan. 3
Psal. 109
Sap. 11

Non misit deus filium suum in mundum, ut indicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Verumtamen creator altissimus atque æternus, qui omnia in sapientia fecit, humanam quoque salutem sapientissime reparauit: ut quemadmodum uir non sine cooperante femina mundum occidit, sic nec absque concouitante muliere, uir mundum redimeret: non tamen sic Christo saluatore Mariam cooperatam reor, tãg ille nõ succerit: Sufficit proflus, penitusque supfufficit: quippe cuius satisfactiois pars millesima, omnino erat digna, ac superidonea existebat: nihilominus utique multis rationibus Christo cooperata, mundique saluatrice fertur Maria. Primo quidem, quoniam eum quior bẽ refecit, ipsa concepit & edidit, lactauit & fouit. Et scimus quia quod est causa esse, est causa causati. Si autem obieceris, quoniam pariformiter & mundi creatrix dici posset: eum nepe qui mundum condidit ipsa genuit. Sed respondendum, Christo actura creationis ex diuinitate competere, quam non ex Maria sumpsit, sed per quam eam quoque creauit. Porro, satisfactio humanitatis est idoneitas tantum: itemque efficaciam satisfactiois istius, ab unita diuinitate emanat: humanitatem uero ex uirgine suscepit: ideoque non creatrix mundi, sed saluatrice dici potest. Denique saluatrice orbis appellatur, non propter efficientiam, quoniam nec salutem nec gratiam ipsa efficit: sed propter subuentionem: quia gratiam felicitatemque nobis precatur atque procurat. Rursus: quoniam mediatrix mundi facta est, eosque denuo reparat, qui a filij sui gratia per ingratitude prolapsum miserorum existens refugium, spes peccatorum, desperatorumque singulare præsidium. Non inepte misericordiam mater, liberatrixque seculi nominanda est. Quot per eam perdit, & pene aut certe totaliter desperati redempti sunt: Quot demum ipsius prece ac gratia a seculi iniquitate, inferi quoque uogagine liberatos se præseruatosque lætantur.

Articulus X. Quam conuenienter, mundi illuminatrix, Maria nominetur.

Iohan. 8
Exod. 17
Luc. 1
Sap. 7
1. Cor. 1
Iohan. 1

Vnigenitus dei, Ego inquit sum lux mundi. Olampas splendidissima, diuinitus illustrata, lucerna ardens & lucens, cœlitus accensa, spiritus sancti radijs transfixa Maria celeberrima: quæ intra uirginæ castissimamque uiscera lumen superclaræ gestabas: cuius splendore omnia intima tua inftar solis in seipsis rutila micabant: luceque mundissima intrinsecus uenusta fuerunt. Quantum o domina mundo contulisti, dum lumen illud desideratum, se dentibus in tenebris seculi, atque in umbra mortis uispiratibus lymbi produxisti. Ipse quippe o supercœlestis imperatrix sol est iustitiæ, salus mundi, fons scientiæ, sapientia est patris. Lex nempe per Moysen data est, ueritas autem & gratia per Iesum Christum facta est. Per hunc tuis semper & ubique mediantibus, subuenientibusque meritis ac precibus, diuinam altissimamque theoriam didicimus, mysticam quoque ac supernaturalem theosophiam suscepimus. Talem denique tantamque ab ipso sapientiam sortiti sumus, cui non est alia æqualis: quippe cui cæteræ omnes subsunt atque deseruiunt. Hæc tanta per te & ex te o regina lætissima, nos fatemur adeptos: dum eum nobis effudisti, qui est uapor uirtutis dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis dei sincera: in quam inquinatum nil incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei mactatis, & imago bonitatis illius: cui sit una, oia potest, & permanens in se, omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert: amicos dei & prophetas constituit. Veruntamen, quoniam impossibile est aliter nobis splendere diuinum radium, nisi uarijs sensibilibus obiectum uelaminibus formarum, ex Maria habitum formamque dei unigenitus induit, qua applicari nobis conaturalius potuit. O mater illuminatoris & illustrationis mentis meæ, ex qua ueritas æterna processit, illustra faciem tuam super seruum tuum: uniceque tui filij lucis sincerissimæ me semper in hæere, dignissimis atque maternis tuis precibus ad ipsificere.

Articulus XI. Quod uita Mariæ, summe contemplatiua extitit.

Luc. 19

Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Duplici existente uita, actiua & contemplatiua, contemplatiua præstantior stabiliorque censenda est. Veruntamen conuersatio utriusque uitæ perfectionem complectens, altissima consistit. Talis uero Mariæ fuisse sanctissimam uitam, nunc quidem quo ad contemplatiuam

ctiuam perfectionem insinuare incumbit. Denique de actiua uita quæ admodum ipsius quoque sanctitate adeptæ fuerit, posterius dum de sanctitate, uirtutibusque Mariæ profandus est, tractare congruit. Nunc uero, quæ uita eius uere incomparabiliterque contemplatiua fuerat, ut quæ ostendam. Enim uero ad perfectam contemplatiuam uitæ excellentiam, tria requiri itaque sufficere opinor. Primum nempe, si non decipior, uitiore est electio, ut uidelicet culpæ emendens, hoc uero ad uiam prærogatiuam pertinere palam est. Præterea secundo, subiectio necessaria est sensualitatis ac inferioris uitium sub ratione, quod per uirtutes morales, aliasque perficitur. Hæc autem subiectio sine illuminatione rationis, qua in agendis dirigat ac imperet, effici nequit: ideoque per uiam illuminationis id completri elucescit. Tertio autem rationis theoreticæ, sapientialisque illustratio, ipse etiam uoluntatis amorifera successio opportune cõstituit. Quo namque tria hæc sublimis quis sortitus fuerit, eo contemplationi aptior existit: quoniam quidem in malignam animam non intrabit sapientia. Primum horum requiri fassum sum. Denuo quoniam passionum inordinatio, sollicitudinem & perturbationem, inquietudinem, uanamque formidinem, & item instabilitatem menti inuehunt, contemplationis sinceritatem tollunt atque obnubilant: ideoque secundum quoque necessarium dixi. Denique, cum sit contemplatio sapientiæ actio, sapientia autem non formata dilectione imperfecta est, ob id radio sapientiæ charitatisque ardore animam adornari oportet: quod nisi fallor, ad uiam unitiuam attinet. Quam proinde fuerit Maria ab omni culpa profus immunis, liber primus completif. Insuper, uirtutis eius plenitudine, liber tertius, si ipsa præstitit, edisseret. De sapientia autem ipsius incomparabili plenitudine, paulo ante sermonem contexui, atque adhuc effandum est. Innotescit itaque, quod quemadmodum Maria ab omni culpa purior, omnique uirtute plenior, ac demum sapientia & item charitate splendidior erat atque feruentior post filium ineffabiliter uniuersis, sic cunctos quoque in contemplationum sinceritudine, inæstimabiliter supergressa est. Adhuc autem, mens eius liberrima, omnisque pœnalis timoris penitus exsertit: ipsamque naturam gratia totaliter uicit atque possedit. Propterea ad contemplationum altitudinem, summe erat idonea. Amplius, ex obiecto sensuum mouetur intellectus. Quo ergo diuinum illud contemplabile, Christum aio, Mariæ sensibus erat præsentius, eo intellectu eius uultui existebat notius atque patentius. Et quidem si prædeterminatorum memineris, non utique latebit, quemadmodum cum matre uirgine, deus homo in terris conuersatus sit, quomodo filium adorandum mater mundissima contrectauerit, uiderit, audierit, lactauerit: ipsaque in singulis familiarissima, secretissima & item amantissima fuit. Quam singulariter atque eminenter in his omnibus existimas ad contemplationem filij motam, in flamma tamque fuisse mentem maternam? At uero, uniuersa theologorum intentio circa personam trinitatem Christi: humanitatem principaliter uersatur. Quis uero Christi sic humanitatem agnouit, uti ea ex qua illa sumpta est? Porro cui sic trinitatem speculari, credi ualet concessum, ut ipsi in qua tota tam incomprehensibiliter egit, ac superuenienter, quæ ipsum deum uerum ueraciter genuit?

Articulus XII. De stabilitate itemque actu ali suspensione contemplationum uirginis sacræ.

Audi filia & inclina aurem tuam. Charitatis est hæc uirtus atque proprietates, ut amantem amato uniat. Si uero perfectior fuerit, alterum in alterum transponet ut iam unum sint, idemque desiderent. Etenim diuinus amor extasim causat, quoniam amantem extra se utputa in amatum transformat, locatque. Porro charitatis perfectissima, unita atque transposita indissolubiler colligat. Denique, de seriore, quantitate ac ineffabilitate dilectionis mutuae regis Messie sponfi & filij, eiusque genitricis gloriose uirginis ac sponsæ, sæpe sparsimque præhabitus est tractatus: plenior tamen habendus est, dum de sanctitate matris benedictæ edisserendum incumbet. Nunc autem in tantum dicatur, quod summe perfectus, & item ineffabiliter fuerit incalescens. Innotescit itaque si subtiliter cõspicis, uirginis matris charitatem ad dilecti sui unionem, eam indicibiliter, & ut fas est indefinenter excitate ac inflammasse. Vnio autem intellectualis ipsius amantis ad dilectum, per mentalem utique uisionem efficitur, quoniam non nisi in cognitum ferri ualet uoluntas. Itaque sapientialis affectuositas mens, per contemplationem copulatur amato. Vnde elucere reor, sicut matris purissimæ incessabilem, magisque quam fieri queat, cõtinuam fuisse contemplationem filij adorandi, uti utriusque mutuus amor ætuantissimus, cõtinuusque exiit. Præterea & si iustus septies in die cadat, denuoque si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos se deducimus, Mariam tamen unquam cecidisse, aut certe peccasse at-

Itud posset bene migitra lius dici & melius. f. de triplici uita, &c.

Sap. 1

Baruch. 8

Psal. 44

Proier. 48
1. Iohan. 1

bitrari, nefas omnino est. Nunquā ergo mens Mariæ inordinate occupata, oſoſa ſue extitit. Omne itaq; interius opus eius erat aut diuinorum ſpeculatio, aut cæterarum operati- onum in deū reductio: itaq; nil penitus egerit ſeu cognouerit aut certe affectauerit, quod non inceſſanter atq; repente in dei honorem gloriamq; referret. Huiuscemodi autem uita in contemplatione excellentiſſimè ſtabiliterq; ſuſpenſa eſt. At uero, mentem quam inordi- nata, mun dana ſiue carnalis nulla tenet affectio, quæ charitate calidiſſime ardet, & item ſa- piētia præclariffime lucet, in deformium utiq; ſinceritate ſpeculationum ſummæ fixa eſt: talem quoq; ſapientiſſimæ puellæ animum extitiffe, præducta demonſtrant.

Articulus XIII. Commendatio ſapientiæ propter honorem & laudem ſapientiſſimæ Mariæ.

Job. 28

Sapientia autem ubi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? Nescit homo preti- eius: ne inuenitur in terra ſua ueritatem. Abyſſus dicit: Non eſt in me, & ma- re loquitur: Non eſt mecum. Non dabitur aurum obrizum pro eam: nec appendetur argentum in commutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus: nec lapi- di fardonio pretioſiſſimo uel ſapphiro. Non adæ quabitur ei aurum uel argentum: nec to- pazium de Aethiopia. Trahitur autem ſapientia de occultis, & abſcondita eſt ab oculis mol- liter uiuentium. Perditio & mors dixerunt: Auribus noſtris audiuiſus ſamam eius. Deus intelligit uiam eius: & ipſe nouit locum eius. Quando fecit uentis pondus, & aquas appen- dit meſura: quando ponebat pluuijs legem, & uiam procellis ſonantibus, tunc uidit illam & enarrauit. Propter hoc optauit, & datus eſt mihi ſenſus. Vocauit, & uenit in me ſpiritus ſa- piētiæ: præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Clara eſt enim & que nunq; marceſcet ſapientia, & facile inuenitur ab his qui diligunt eam. Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt: & qui uigilauerit ad illam, cito erit ſecurus. Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius: nec tradium conuiſtus ipſius. Intrans in domum meam, conqueſcam cum illa: quoniam gaudium habet atq; lætitiā. Inuenienti optima Ma- ria ſapientiam: & quia haec amaſti & exquiſiſti ad iuuentute tua, facta q; eſt amatrix formæ ipſius, amatrix utiq; ſimplex & pura, ardens ac humilima, uenit in te ſons uniuerſæ ſapientia, uerbum patris in altiffimis, docuitq; & penetravit te ſplendor eius, ſuper omnem cœli & ſyderum, ſolis, lune & orbium diſpoſitionem atq; decorem, cuncta uiferum tuorum it- ma pulchrificans, iteq; illuſtrans. Non ſic ſol ſplendet in cœlo uti ſapientia in animo tuo.

Sap. 7

Sap. 6

Sap. 8

Eccli. 1

Articulus XIII. An priuſquam uirgini Archangelus dei incarna- tionem nūtiauerat, ipſa ſuper ſanctæ trinitatis notiā, ex lege & prophetis habuerit.

Luc. 1

Act. 19

Ibidem.

Questionem, an ex lege & prophetis, trinitatis fides ueteribus innotuerit, proba- ri ualeat, ſciſcitantē iam relinquendo, cū orthodoxis doctoribus id iſſum aſſe- rere par eſt. Non ueteres ſanctos præſertimq; prophetas, trinitatis fides latuit quod tamen hic deducere, breuitas cui ſtudio prohibet. Porro nūc, an Ma- riæ quoq; paruit, idq; ex euangelio oſtendi poſſit, ſtudioſe ſcrutabor. Et quidē ſi rite contē- plor, ex euangelicę ueritatis contextu q; Maria anteq; cœleſte ab angelo myſterium audie- rat, deum trinum eſſe non ignorauerit, elici ualeat. Nempe dum ipſa diuinæ efficientiæ ma- neriem ſciſcitans dixiſſet, Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? mox dei præco reſpondere orſus, ſpiritus ſanctus inquit ſuperueniet in te, & uirtus altiffimi obum- brabit tibi: ideoq; & quod nāſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei. In reſpoſo hoc, diui- nę diſtinctionē perſonarū inſinuaſſe Archangelū, qui catholicus eſt nō ambigit. Aut igit ante reſpoſi huius auditū, perſonarū diſtinctionē fide didicerat: quo dato, patet intentū aut minime, quod ſi dixeris, nil utiq; ex Archangeli reſpoſione profecit. Qualiter em̄ cer- tiſſicaretur de diuinis mirabilibus, audiens eorū effectū ignoſſe ſibi cauſæ aſcribi: Itaq; dum cœleſtis nūcius, annūtiationis ſuæ efficientiā, ad ſpūs ſancti cauſalitatem refert, ſi ſpūs ſancti notiā Mariæ non inſuit, uti nec illis q; dixerūt. Neq; ſi ſpūs ſctūs eſt audiuiſus, certiſſimè nō ualuit, imò quid ſibi loqueret, nesciſſet: quem admodum cum diuinus Paulus quosdam interrogaſſet, Si ſpiritum ſanctum inquit recepitiſtis credentes? Illi quid ſibi nomine ſpūs ſancti uellet nesciētes, Neq; ſi ſpiritus ſanctus eſt (inquunt) audiuiſus. Ideoq; paulo poſt, ſpiritus ſancti eodem fidem edocet. Conformiter, ſi de ſpiritu ſancto ueram Maria fidem ſortita non fuiſſet, quod utiq; Gabriēlem nequaſq; latuiſſet, erat enim in primis de ſpiritus ſancti fide erudienda ab angelo, aut certe ipſa quæſiſſe debuit, quid de ſpiritu ſancto ſentendum

ſentiendum exiſteret. Præſiſſimi quippe homines, qui ſe etiam Chriſtianos eſſe mentiti ſunt, ſpiritum ſanctū aut ſolo nomine à patre filioq; diſtingui arbitraſi ſunt, ut Sabellius: aut na- tura & nomine, ut Macedonius. Quoniā itaq; Maria de ſpiritu ſancto nec ſciſcitata eſt an- gelum, neque pro tunc erudita ab eo, eluceſcit, q; ipſius imò totius trinitatis notionē habu- erit. Er huus quoq; confirmatio eſt, quod Ambroſius ait: Sic equidem magnificat animā Mariæ dominum, eo quod patri filioq; deuota, unum deum ex quo omnia, & unum do- minum per quem omnia, pio uenerat affectu. Deuotio autem ſidem præſuppōnit, & ea proficiſcitur. Et hæc quidem ni fallor ratio hoc obtinet, quod ex euangelici uerbi ſubti- liſſimagine, trinitatis notiā non deuiſſe Mariæ, etiam ante angelicam illam reuerentiſſi- mam ſalutationem elici poſſit. Deniq; nullatenus ſonat, quod præſtantiffimę illi uirgini per- quam & in qua, deus prophetarum uaticinia adimplere diſpoſuit, eorundem intelligentiā in his poſſiſſime quæ ad fidei perfectionem, incarnationisq; myſterium pertinent, non reue- laſſet. Vnde cum uates ſacri, trinitatem inſinuaſſerint, deiq; filiū incarnadum cœherint, du- bitare non congruit, quin horum etiam præclarā notiā, puellæ illi mundiffimę deus præſtiterit, per quam prophete eius fideles inuenti ſunt: quatenus & ardentius humanę ſalu- tis ſacramentum conciperet, ſidemq; pleniorē & item magis meritoriam poſſideret. Adhuc autem, quem admodum ſpiritus ſanctus, ſpiritus utiq; ueritatis & pietatis, uirgini ſiſſi quam ſibi ab æterno in templum atq; ſacrariū prælegit, ſui quoq; notiā ad tempore quo capax extitit non indicaſſet, cernere fateor, ne queo. Porro ſapientia illa quę omnibus ſui capacibus eſt communicat, quæ omnibus mobilibus mobilior cenſetur, (quippe quę at- tingit à ſine uſq; ad finem forſiter, & diſponit uniuerſa ſua ueritate) qualiter eiſe uirgini non re- ſeraiſſet, in qua totaliter deſcendere, itemq; ex qua incarnari decreuit, nō inuenio. Præterea, & pater præcordiaſſimę ſuę filię, amatiſſimę ſponſęq;, quā proprio præparauit unigenito, quō ſe abſcondiſſet, non uideo. Sed & id quod ſeruis de ſe manifeſtauit, in matre præſectę, celare ut reor nō debuit. Verūtamē in hac theoria, uirgo integerrima ab incarnationis mo- mēto uehemētē, pſecit: habitās nāq; in ea immēſa ſapientia, eā de oibus indiſcuſſibiliter eru- diuit.

Articulus XV. De ſpeciebus contemplationum.

Ex tunc de puluere uirgo ſilia ſion. Multiplici exiſtente apud diuēſos contēpla- tionis partitione, ceteris quas illuſtres uiri tradiderūt diuifionibus aptiori loco re- ſeruari, iam nunc unam duntaxat inducā. Sunt itaq; contemplationis quatuor ſpe- cies. Prima em̄ maiſtatis eſt ſpeculatio: dum uidelicet in contēplatione diuinæ al- titudinis, atq; in contuitu incōprehēſibilitatis diuinæ ſubſtantię, menſiſa ſuſpenſa inten- taq; eſt. Deniq; ſe cuncta ſpecies, iudiciorum dei conſideratio exiſtit: in quorum dum ſe it- tellectus diſcuſſione cernit deſicere, mox cum Apoſtolo proclamat: O altitudo diuitiarum ſapientia & ſcientię deiq; incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Itemq; fatetur: Quoniā hor- rendum eſt incidere in manus dei uiuentis. Tertia proinde ſpecies, recordatio eſt munificē- tię beneficiorumq; dei: quod uidelicet ſola ſua bonitate, ex nihilo nos plaſmans, rationales effecit. Ac demum propter nimiam ſuam charitatem immenſamq; clementiam, pro nobis incarnari, in terris conuerſari, atq; ad extremū turpiſſima morte condemnari dignatus eſt. Hęc equidē reminſcens homo, gratus eſſe fatagens, ſemet aſſatur: Benedic inquit ſaſa mea dño, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Et denuo: Quid retribuam dño, pro oibus quę retribuit mihi? Inſuper ſpecies quarta, diuinorū promiſſorū extat cōſpectio: q; ſciſcitat cū angelis, nobis beatitudinis æqualitatē ſponſondit: noſq; ſecū eſſe uoluerit: & illa quoq; præſtare decreuerit, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit: ſed nec animus meditari ſuffi- cit. Enim uero, hęc quatuor ſacer cōplectit, intuitq; Apłs: Vt poſſitiſ ingens cōprehenſere cū oibus ſanctis, q; ſit lōgitudo, latitudo, pfundū & ſublimitas dei. Lōgitudo em̄, pmiſſa: la- titudo beneficiarū: pfundū iudicia: ſublimitas uero maiſtatis inſignia reſpicit.

Articulus XVI. Quod in his quatuor contemplationum ſpecie- bus, ſumma ac eleuatiffima fuerit doctiffima Maria.

Exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Quid præinductis rememoratiſ puras, dum uirgo feliciffima redijt in ſe, ſpirituq; collegit, dum meditatāſ nocte cū corde ſuo, atq; in ſe cor eius conculuit, in præactis quatuor contēplationiſ modis appre- henderit & ſenſerit: qualiter affectata exercitataq; eſt? Nepe cū eſſet humilima, q; in proprijs erat oculis uiſior, eo ſupna increataq; bonitas, in ipſius aīo exiſtebat ſublimior. Quo cū ea ſupponus & reuera benigniffim⁹ deus magis dignatē egit uixitq; eo uehemētē⁹ ſe deſpicit, & ipſius inexcogitabile alitudo inē pfundius miratiſe deſc; intra ſe reuoluens,

Luc. 1
1. Cor. 6

Eccli. 26

Iſa. 11
Sap. 8
Ibidem.

Iſa. 72

Roin. 11

Heb. 12

Ephē. 2
Baruch. 3

Sap. 5
Pſal. 102
Pſal. 115

Iohan. 17

Ephē. 6

Luc. 1

Pſal. 76
Pſal. 78
Luc. 1

Phil. 3
Luc. 1
Johan. 4
Mat. 27
Mar. 16
Act. 1
Rom. 11

Mat. 23
Luc. 1

Can. 3

commorantis sibi ac secum conuersantis maiestate: & mox in meditatione eius exardescit ignis: atq; in tantæ exinanitionis cōparatione, ipsa se nil prorsus reputat. Sub cunctis q; hoibus pfundissima humilitate descēdit. Et cū iusta illa Elizabeth, excelsa Mariæ præconia, incōparabileq; beatitudinē effata, falsa esse, in diuinā repēte maiestatis laudem prorūpens, nil aut sibi attribuit, magnificat in q; aia mea dñm, non utiq; meis iam. Quid uero est magnificare dñm, nisi magnitudinē & itē dignitatē illius fateri atq; intēdere, uenerari itēq; diligere? Et has qdē de filiū dei maiestate cōtēplationes, a principio matui cōiūctū Maria sortita est. Porro, dū uidit miracula faciētē, mortuos suscitantē, mētūq; arcana pādēntē, dū in ipsius amarissima passione cœlū terrāq; cōturbati cerneret, dū resurgētē cognouit, ac cēdentē, paraclētūq; mittentē prospexit, in diuinē utiq; maiestatis unigeniti sui speculatione, uehementē oino eleuata excitatq; est. Deniq; inscrutabile diuinog; iudicio; abyssum, sobriissima prudētissimaq; mente, ubertimni fallor pensauit: cōtenus ad eē reuerentiā, sui q; custodiā plenius moueret; cōtēplabat, quē a modū a cōstitutione emū di multi fuere uocati, pauci uero electi: quō gentē suā deus ceteris relictis elegit, atq; inter elatos pioq; discerneret; idēq; dicebat: Dispersit supbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Stupebat insuper intra se, neq; mirari sufficit, ad tantā se intuens gratiā electā. Nēpe cū in proprio aīo minima prorsus foret, ad excellentissimā se uidens dignitatē assumi, eo amplius obstupuit, quo de se huiusmodi, minus psumpsit. De speculatione autē pmissog; ueritatis æternę, q; diu filiū secū in terris habuit, æquantimter tulit: sed ascendētē glorificatog; eo, iā cor eius simul ascēdit: nec sine ardētissimog; desiderio amoroso lāguore in seculo mansit: Nēpe unū filiū, sponsum atq; dilectū in cœlis habens, aliud q; cū ipso esse optare nequibat. Veruntamen de hac re, locus adhuc erit uerbi amplioris.

Artic. XVII. Quā emīnētē mysticā theologīā, ygo sapiētissima a filio suo di dicerit, Introduxit me rex in cellā uinariā, ordinauit in me charitatē. Excellentissima pfectio quā in hac uita adipisci quis ualet, ipsa est mystica dei uisio: quæ quē admodū acquiri queat, Timotheum magnus atq; diuinus Dionysius edocuit. & quidē uerba eius disti cultatē uitans deseruit: sententiā autē pro uiribus in ducit. Itaq; hanc mysticā dei cōtēplationē fortiter cupientē, sensus itēq; intellectus, actus atque obiecta relinquere, & ab oim apprehensiuog; uiriū opationibus circa creatā uersantibus otitari, seipsum quoq; deserere, & omē creatū sūggredi necesse est. Hoc uero sine pace mentis p̄quia, fieri neq; potest. Pax est tranquillitas ordinis: ordo autem, inferiora sublimioribus subdit atq; parere efflagitat: idēq; uirg; hunc, inferiores oēs uires ac appetitus rationi subditos habere oportet. Insuper luminatio menti necessaria est, quā in diuinū illud æternaleq; incōmutabilis ueritatis lūmē rapiat: nō per symbolicā speculationē, nec per speciem sensibilem aut intelligibilem uel creatā, ita ut in ipsis sistant, deumq; non nisi prout in illis relucet, agnoscat. Vnde cū ois cognitio intellectualis per speciem aliquā fiat cogniti, in cognoscentis intellectu consistētē, species uero omnis intelligibilis, aut creata est aut increata, per increatā aut speciem deū uidere, non uia sed patriæ prerogatiua censeē, certū est hanc mysticā dei uisionē per speciem creatā effit ci. Verūtamen ipsam transcendere itēq; relinquere necesse est, tāq; in infinitū a diuinæ naturæ supexaltata altitudine occubentē: & ob id uisio mystica sine creata re; imagine, in simpliciter extatico mentis ascensu esse perhibet: qm̄ per creatā similitudinē diuinæ luci nō nisi tanq; ignoto prorsusq; incōprehensibili, uisit. Deniq; uisio hæc, in apice affectus cōsummat: amor quippe ingredit, ubi notitia deficit, forisq; manet. Per actualē itaq; oim ignorantiā, ardentissimūq; amorē pertingit ad mysticā uisionē. Ad amorē autē diuinitatis plenum atq; æstuantē, necesse oino est, mentē nulli rei creatæ inordinate affici, incidere aut immergi: sed liberā magis, & nudā absolutāq; esse. Omnia igitur relinquens atq; supergrediens, itēq; æstuantissimo desiderio uidendi deū mens flagrans, mysticā hanc theologīā sortit. Est em̄ mystica theologīa, secretissima ac immediata, excessiuāq; mētis cū deo locutio. Est q; p̄ se cretissima, qm̄ ab oculis oim sensualiter & secundū hoiem, cōmuni ue uita uiuentū, extat abscondita. Et rursum: quia nō nisi eam sortitis qui paucissimi sunt, innotescit. Deniq; immedata quoq; est: qm̄ neq; per symbolā aut imaginem sensibilis rei, sed in claritate diuini animo creato inuisi splendoris contingit. Simplex nanq; qdā diuinę æternæq; lucis radius mētē impressus, eam erigit & exaltat. Insuper uisio hæc excessiuā consistit: fit enim per extatim quandamq; mentis transformationem in desideratum: supergressis, itēq; relictis creatis uniuersis. Veruntamen cum lumen omne creatum, a fontanō illo, superpendenti, superpleno ac increato lumine infinite occumbat, distet atque deficiat, in præinducta dei cōtēplatione nequaquam uidet spiritus de deo quid sit: sed duntaxat quid non sit.

Non enim per positionē, sed ablationē præcise conspici: laudaturq; desideratus in speculatione prænominata. Ideo hoc modo deū uidere, appellat sacer Dionysius, in caliginē ingrediti. Caliginē, lucis diuinæ inaccessibilitatē appellans: quē admodū & alibi diuinas tenebras abundantia, inuisibilēq; increatæ lucis plenitudinē asserit. In hac porrō caliginē q; amplius mens ipsa ingreditur, eo intellectus eius acies, uehementius reuerberat, caligat & excecatur. Sed & sermo quoq; secundū ingressionis analogiā minuit, tandemq; omnino deficit, itēq; finitur. Et uero, superueniēs mētē diuinæ ac in circūscriptæ claritatis interminabilis splendore, uultū eius obtenebrat, cernitq; anima nihil prorsus eorū: quæ sunt illū esse: sed super exaltatū superuientēq; itēq; super substantialē eius naturā, incōparabiliter atq; immensē cū ē transcendere: & id ipsum erit intellectui cognoscere, uidere, illū ineffabilē in cognoscibili semq; existere. Et demū, quo illud clarius intellexerit, eo utiq; sublimi⁹ ueriusq; deū uidet. Perpetet equidē, q; nec genere, nec specie, nec numero, diuina essentia cū entib⁹ creatis cōmunicat: sed si qdē eorū quæ rebus cōpetunt, deo ascribat, nō erit hoc unice, sed per causam & exemplarū deorū fatef Dionysius: Hoc est in quib⁹ deū uere uidere, & cognoscere super substantialē, per omniū entū ablationē super substantialē laudare. Itaq; quo in his quæ ad mysticā hanc theologīā necessaria fore præinduxi, erat maria sublimior, cunctisq; pfectior, eo utiq; hanc dei uisionē in terris excellentius adeptā est. Nēpe q; sanctissima ipius mētis tranquillitas stabilior, quo sapiētia clarior, q; amor æstuantior, quo libertas absolutior, & omnis in ea gratia copiosior, eo pfectionē hanc deformē atq; altissimā, plenius sortita est. Et quidē in prædictis his incōparabilē eā extitisse, partim ni fallor patuit, lucidiusq; elucescit. Præterea, cū fuerit Mariæ humilitas profundissima atq; perfecta, seipsum & itē quod supra se est, clarissime ac emīnētē agnouit. Ideoq; uti nullius humilitas eius æq;ri ualet humilitati, sic quoq; omnibus ipsa æternæ naturæ maiestati, incōprehensibilitatē, simplicitatē ac bonitatē, in circūscriptibilitatē, in dependentiā beatitudinēq; excellentius atq;lympidius contēplata est.

Articulus XVIII. An benedicta & uenerabilis uirgo maria, in præsentī uita uiderit deum per essentiam.

EGO dilecto meo: & ad me conuersio eius. Iam nūc de præclarissima atq; incōparabili Mariæ sapientia, multa ut quiui disseui: idq; ni fallor, ex præostēsis elucescit, eam utiq; facerimā puellā, æterni patris amantissimā p̄cordialissimāq; filiā, atq; ad id ab eodē præelectā itēq; præparatā, ut naturalē ac unigenitū suū filiū, ipsius uerbū sapientiāq; existentē, lucis uentre effunderet, splendidiissima sapiētia, illustriq; ingenio ornata fuisse. Porro, in his ab unigenito suo omnis utiq; sapiētie fonte, ac intellectualis uirtutis principio, eo singularius excellentiusq; ipsam præ uniuersis decoratā fuisse, quo præ famulis, seu prophetis siue apostolis, uerā honestissimāq; genitricē fulciri decebat. Sed & iam quoq; paulo ante, quē admodū summe cōtēplatiua fuerit, mysticā etiā theologīā lucidissime didicerit, deductū est. Deniq; cū secundū traditionē sanctorū doctōrū, de quibusdā prælectis hominibus, ipsiq; præsertim, Moysē magistro ludæorū, gentiū quoq; doctore Paulo cēleri par sit, q; etiā in uita hac ad tantā sint gratiā traducti, ut deū per essentiā uiderint. Nēpe de Moysē deus sublimis & benedictus, Ore ingrat ad os loquor ei, & palā, nō per ænigmata & figuras deū uidet. Et Paulus se utiq; in sinuās, Scio ait hominem in Christo ante annos quatuordecim, (siue in corpore seu extra corpus, nescio, deus scit) raptū huiusmodi usq; ad tertium cœlū. Et scio huiusmodi hominē (siue in corpore siue extra corpus, nescio, deus scit) quoniam raptus est in paradysum, & audiuit arcana uerba, quæ nō licet homini loqui. Itaq; si iuxta prædemonstrata, his tam sublimibus uerbis, nedū cōpar sed emīnētior prorsus, atq; in omni pfectione exaltator extitit dei charissima, cur ei tā desiderabilis tāq; diuina pfectio concessa nō fuerit, aut cur ei negari debeat, nec cerno, neq; reperio. Amplius autē: amor maior, intimior unionē efficit, pluraq; bona dilecto impedit. Quō ergo hanc gratiā ei deus nō præstitisse credendus est, quā præ cunctis tam ineffabiliter elegit atq; dilexit? Adhuc, quid mirū, si in hac quoq; uita deus, præelectæ uirgini ipsam suā essentiā dedit per speciem intelligere, cuius atq; ex qua, ipse naturā uerā dignatus est assumere? Si ipsa dedit deo esse quod ipsa est, cur nō ei didisset deū intelligere, qd ipse est? At uero cōstat, qm̄ credita & uisā ac dentius concupiscit, q; credita duntaxat. Desideriū nanq; seu amor, in cognitione radicatur atq; ex ea proficiscitur. Vti ergo uirgo benedicta, uniuersis deū ardētius semp; p̄cordialiusq; cōcupiuit, itēq; dilexit, sic prorsus pleniorē eius notitiam sortita fuerat. Viatot autē qui uel semel deū per essentiā uidit, & si postea nō semper in illa pfectione perseveret, semper tamē si rite cōtēplor, plenius deū his qui illū nusq; p̄ speciem uiderūt, agnoscit, feruentiorq; permanet. Itaq; si Maria deum continuo clarius nouerat, æstuantiusq; amabat,

Can. 7
Ecc. 1.
1. Cor. 1
Iohan. 1
1. Tim. 3
Nume. 12
2. Cor. 12

eum si non decipior, uel aliquando omnibus excellentius uidit. Præterea secundum præin- ducta in omnibus naturæ gratiæq; muneribus, filio adorando, deo uero erat mundissima mater similitudo. Filius autē eius, à conceptionis suæ momento, perfectus etiā secundū assum- ptam naturā exiitit comprehensor: non tamen sic, sicut diuinus intellectus. Cæteris ergo in hoc quoq; ei similior censenda est mater uirginea. Nec alienū reor, si quod animæ filij inde finēter imperitū est, matris etiā purissimæ sanctissimæq; mētū, aut semel aut quandoq; aut certe ubertim concessum q̄s asserat. Insuper, tāta est Mariæ plenitudo gratiæ, ut ne ipsa q̄- dem eandem plene uidere ualuit, nisi dei essentiā contemplan. Hæc nempe gratiæ suæ ali- tudo consistit, q̄ ueri omnipotentisq; dei mater uera facta est: quæ ut opinor comprehendē- nequit, nisi ipsa donum dei, uideatur per speciē maiestatis. Vt igitur incomparabilis, gratio- sissimaq; uirgo deo ineffabiliter gratior existeret, datam etiā sibi gratiā perfectius cōcipe- ret, itemq; per hoc filium deum tractaret honestius, amaret ardentius, lactaret iucundius, ministraret humiliter, conuiuereq; decentius, decuisse uidetur, q̄ uel aliquādo ei ipse se cla- re manifestauerit.

Articulus XIX. Obiectio contra præinducta, eiusq; solutio in quo plenior da- tur explanatio, quemadmodum deus in uita hæc per speciem possit uideri.

Sed fortassis his quispiam obijciat, q̄ deus æternus & excelsus, Moysi præcantatiq; dicenti, Ostende mihi faciē tuam, si inueni gratiā coram te, respondit: Non uidebit me inuens homo, & uiuet. Porro, Iohānes, Deum ait, nemo uidit unquam. Deniq; Dionysius nos edocet, quoniā præstantissima perfectio est, deo tanq; penitus ignoto uniri. Mihi autē m fortassis obijciat, meq; forsan præsumptionis argues, q̄ iam atq; in præcedētibus multa dixerim & item determinauerim, quæ ut uidetur, neq; per canonicā scripturā, nec per sanctoꝝ testimonia, documentaq; doctoroꝝ probare, stabilire ue ualeo. Sed his iam compēdioso respondendū: Deū per essentiā uidere, non utiq; uia sed par- trię beatitudinem ac perfectionē existere: nec id alicui, nisi omnino supernaturaliter imper- titi. Sed & hominē huiuscemodi, durante dei contemplatione, ab actione sensuū proriso fo- re suspensum: nec uiuere uita humana atq; sensibilibusq; quodammodo mortuus est: quon- iam protunc, nullā præsentis uitæ operationē euidenter exercet. Porro q̄ Moysi in Exo- do negatum est, dictū qui ppe est ei illic: Gloria seū faciē meam uideri non potes, id ipsum ei in Numeris concessum perhibetur, uti paulo ante de ductū est. Iohannes quoq; de uisione perfectæ comprehensionis loquitur, qua mens nulla creata, imò nec anima Christi, deum sublimē cernere ualeat. Demū, Dionysius de ea dei uisione quæ per speciem creatā efficitur, effatus est. Creata autē omnis forma, à diuinæ perfectionis incircumscrip̄ta plenitudine in- finite occumbit. Ideoq; per eam diuina essentia clare itemq; in se uideri nequit. Sed eo hæc dei adorandi contemplatio extat præstantior, quo per huiuscemodi speciē lucidius inno- tuerit, nil prorsus eorū quæ sunt deū consistere: sed cunctis super eleuati, super ineffabilem penitusq; incomprehensibile esse: atq; per hoc unitur mens deo tanq; ignoto. Enim uero q̄ postremo oppōitur, discutiendū arbitror. Et quidem id secure profiteor, nil me utiq; dictis scriptis sanctoꝝ asseruisse contrarium scienter: quod si fecero, correctionē non uito. Insu- per per quæ dicta sunt, non absq; ratione differui: sed ex his quæ fides astruit, aut necessario, aut certe rationabiliter inferuntur: id eoq; apocrypha multa reliqui, atq; relinquā. Insuper nec id quidem certū habeo, an dicta itemq; dicēda, orthodoxoꝝ queant semper autoritatibus fulciri doctoroꝝ. Noui equidem de hac ipsa materia, illustres uiros scripsisse: E didit nempe Anselmus de his editionem, quam de Excellentia Mariæ uocauit. Magnus quoq; ac pro- fundissimus Albertus, de laudibus Mariæ librum compegit. Veruntamen, quoniā horum nullius scripta per spexi, quid locuti sint ignoromeq; si ea quæ hoc opus complectitur, ipsi quoq; facti sunt, agnosco.

Articulus XX. Quod frequenter credenda est Maria, multa à filio suo secreta didicisse, audisse & interrogasse.

Apprehendam te, & ducam in domū matris meæ, & in cubiculū genitricis meæ: ibi me docebis: & dabo tibi poculū ex uino conditū, & mullū maloy granatoꝝ meorum. Syncero precor si uales contemplare oculo, triginta annis Christū do- minum, regem Messia, proximū, coniuente quoq; & item conuēscētē Mariæ sponse matri ac uirgini, primum quidē in Nazareth, demū in Aegypto, rursusq; in Iudæa. Habitarat enim iuuenis cum uirgine, deus incarnatus, cum creatura sua ac propria genitri- ce. Gaudebat sponsus super sponsam, Commanebant Christus, dei utiq; uirtus & sapiētia, eiusq;

Exo. 33
Iohan. 1
1. Iohan. 4
1. Tim. 6

Quomō deus
per essentiā ui
deatur.

Exo. 33

Nume. 12
Iohan. 1
1. Iohan. 4

Cant. 8

Luce. 1.
Mat. 2.
Eliase 62
1. Cor. 1.

eiusq; amica intimissima. Non alter alterum latuit: agnouerunt se mutuo. Sciebat ista, q̄ in eo omnes essent sapientiæ atq; sciētia: thesauri absconditi: & q̄ esset fons sapientiæ, patrisq; uerbū. Porro hæc sciebat ipse sapientiæ capacissima, studiosissima ac docilem, in ordinati- onis appetitus expertē, mentē liberrimā atq; mundissimā. Itaq; quæ nunc quæso deest cō- ditio, quin hæc ille copiosissime illustrauerit atq; docuerit: Si equidē omni ipse se uenti fecit- dum illius capacitate dignitateq; gratis cōmunicat, serenissimæ ac sanctissimæ illi uirtutēq; iteq; maternæ menti infundisse, quid reuelasse credendus est? Porro familiarū p̄cor dialitūq; amicos: est ista proprietates, ut sibi intuitu arcana sua insinuent, & nil à se inuicē abs- condant: quippe q̄bus cuncta cōmunita sunt: quoy est una uolūtas, cōparq; affectio. Quis autē Mariæ uirginis, ac Christi saluatoris familiaritatē charitatēq; quā in terris sortiti sunt, metiri aut certe meditari sufficiat? Conformiter, nec illuminationē iteq; instructionē, occul- torū quoq; reuelationē, quas p̄cordialissimæ ac superdulcissimæ matri filius deus præ- stitit, quempiā cogitare posse opinor. Amplius, cum uirgo sapientissima, uisā atq; audita de Christo filio suo uniuersa, tenaci sagaciq; mente conseruauerit atq; contulerit, quæ tam ar- dua tamq; profunda ac mystica erant, ut sine supereffluenti, multūq; singulari Christi illu- stratione capi nequirent, nullatenus uideretur, quin uirgo prudentissima, diuinis utiq; theo- rijs emittētē dedita, ac proprii filij contemplationi, uehementius cūctis, si rite intueor, uia- toribus intenta, eorundē à supersapienti filio, pleniorē lucidiorēq; intelligentiā sciscitata ui- cissim adeptaq; sit. Opinor ego, multoꝝ quæ audierat atq; agnouerat in primordijs infan- tiæ diuinæ prolis, posterius rationē mysteriūq; requisisse: ut quid sibi magoꝝ designauerit oblatio: quale in muneribus mysteriū: cur illis stella, pastoribus uero angelus apparuerit: & multa utiq; quæ mortaliū (ni fallor) nullus omnino excogitare idoneus est. Præterea, cū fuerit ipsa naturalis in genio decorata, & itē luce gratiæ totaliter transfusa, se cū deo uero ex- incarnato & genito conuersari certissime sciens, ignauitā uidentē negligentiaq; torpor, si non sapientiæ, saluberrimisq; inquisitionibus intē disset: præsertim cū nil prorsus sibi de- negandū cognouerit. Didicit ab eo ut reor arcana uerba: reproboꝝ tormētā: electoꝝ gau- dia: ac inferentabilia dei iudicia. Adhuc autē: discipuli quāuis adhuc carnales atq; in docti, multa & itē secreta quoq; aliqua à Christo in terris sciscitati sunt: & quidē uicissim eis respō- dit, sed illi nō intellexerūt: quātō magis spiritalissima eruditissimaq; ipsius genitrix, id etiā fecisse censenda est? At uero, cū fuerit mēs eius ab omni sollicitudine praua, omni quoq; oc- cupatione inordinata semp̄ aliena, nunq; otiosa, indefinētēq; tranquilla, charitate perfecta ætuans, quæ timorē eiicit, ac indissolubile fidutiā præbet, filii sui nedū frequenter, sed ar- denter iteq; fiducialiter affata est. Atq; ut uerū fatear, elegantissime ei cōpetit, quod uicissim tactū recordor, ut sit uerbū eius ad filii sic erumpentis: Quis mihi det te fratrem meū, ut in- ueniā te foris, & de osculer, & iam nemo me despiciet? Apprehendā te. Et alia, quæ in articu- li huius exordio in duxisse me memini.

Articulus XXII. Quam emminerit prædicantis sui filij doctrinam, præ cæteris intellexerit uirgo præstantissima.

Qui habet aures audire, audiat. Iesus hoc dicens, cordis utiq; aurēs regrebat. Nō em̄ omnes uerba eius ceperūt: sed neq; apostoli quibus Christus, Adhuc inqt & uos sine intellectu estis: Veruntū sermo, ob cuius obscuritatē ad sciscitandū in- ducti fuerūt, illaq; Chri in crepationē perpesti sunt, difficultatē aut nullā, aut pauca cōplectit. Sic nepe differuit saluator: Notū q̄ intrā in os, cōingnat hominē: sed quæ procedūt de ore, hæc cōingnat hominē. ob cuius uerbi obscuritatē, ipse quoq; princeps apo- stoloꝝ Christū affari orsus, E dillere ait nobis parabolā hæc. Quod si hoc uerbū eis dē absco- ditū erat, quō magis alia utiq; altiora, iteq; spūaliaiora, surda mēte carpebat. Deniq; cū eis in- stantē sibi passionē, passioisq; manetiē ubertim patēterq; insinuasset, Ecce in quies ascēditūꝝ Ierosolymā, & filius hois tradet principibus sacerdotū: & tradet eū gētibus ad illudēdū, illi nō intellexerūt. Porro, tandē aliq; cōceptēs Petrus, qm̄ se crucifigendū Chrs assereret, sumēs eū seorsum, increpabat dicens: Absit à te dñe: nō erit hoc tibi. Cuius mox in sp̄tiam Christus denudās, Vade inq; retro me satana: quā nō sapis ea q̄ dei sunt. Præterea, dicitipulus quē diligebat Iesus, propria añ passionē ignoratiā fassus, de leipso loquēs, nōndū ait, sciebat scripturas, quia oporteret Christum pati & resurgere: cū tamen dominus id ipsum toties, tamq; manifeste, tempore quoq; passionis, eis contēstus fuisset: in quo multa eoy clare simpliciter. Si autē in his absq; intellectu fuere, nō mirandum reor, si in diuiniotibus cali- gabant, ut est illud, Ego & pater unum sumus. Et, Antequam Abraham fieret, ego sum. Et, Omnia quæ facit pater, hæc & filius similiter facit. Et, Sicut habet pater uitā in semetipso, sic

Col. 2
Eccle. 1

Act. 4

Mat. 2
Luc. 2

Rom. 16

1. Iohan. 4

Canti. 8

Luce 8
Mat. 15

Ibidem

Mat. 26

Mat. 8
Iohan. 16
Iohan. 16

Iohan. 16
Iohan. 8
Eodem

LIBRERIA UNIVERSITATIS

Iohan. 6
Iohan. 10
Eodem.

Iohan. 14

Iohan. 12

Iohan. 8

Lucæ 1.
Lucæ 2
Mat. 2
Lucæ 1
Lucæ 2
Iohan. 1

Lucæ 10

Ibidem.

Lucæ 3

Iohan. 8

dedit & filio uitam habere in semetipso. Et, Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Et, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Et quod de spiritu loquens ait, Ille de meo accipiet. Denique non mirum, si dum se Christus ad patrem iam redire innuerit, responderit ei Thon. Dominus nescimus quo uadis. Atque post pauca Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Hæc ideo dixerim, ut ex discipulorum ignorantia, matris benedictæ innotescat sapientiam unquam quippe contrariorum, cognoscitur per reliquum. Si itaque ea quæ de docili, ingeniosaque sanctissima uirginis mente, de studioso ipsius intellectu, præclarasque sapientiam nunc præostensa sunt, denuo intendas, elucescet nisi fallor, nihil modo præacta, splendissimum eius animo obsecutum ignotumque extitisse. Demonstratum est equidem si rite memini, quod eminenter in Christo suo filio, unitatem personæ, dualitatemque naturæ cognouerit: eius quoque diuinitatem contempserat. Denique, & si ipsa non semper interfuerit, nec cuncta audierit que modo allegata sunt, eo saltem tempore quo secundum euangelium tenore à Christo dicta sunt: (Quæ dānanque apostolis seorsum, atque post cœnam nouissimā dixisse describitur) Mariæ nihilominus ea constabant: quia aut aliās ab ore unigeniti sui ea audiuit, aut certe interna inspiratione didicit.

Articulus XXII. Quam auide docentem prædicantemque filium, uirgo mater audiuit: atque in his quam uehementer profecit.

Quia ex deo est, uerba dei audit. Ideoque, quo gratiosissima gracilissimaque uirgo deo charior atque similior, propinquior itemque familiarior extitit, eo utique sermones eius auidius audiuit, diligentius considerauit, tenaciusque retinuit. Denique si ea uniuersa que ab alijs, (angelis atque pastoribus, Symone & Annam, Zachariam & item Elizabeth loquor) de ipso suo superamanissimo unicoque Iesu audiuit, in corde suo cõferendo seruauit, quantum magis filij sui uerba, quem nouerat unicum ac æternale dei patris uerbum existere, sagacissimo studiosissimoque intellectu reuoluit. Præterea, nedum dilectum, sed de dilecto quoque paulisper audire, delectabile extat amanti. Itaque, quo filium loquentem mater dignissima plenius nouit, et stantiusque dilexit, eo utique ipsius uerbo intendere, eumque loquentem audire, ipsi deliciosius fuisse, palam est. Quod si maria illa, illa peccatrix & ancilla, sic uehementer uerbo Christi intenta extitit, ut nec sorore de ipsa concorrente dominumque interpellante, ipsa auerti ualeret, quanto amplius sancta & incomparabilis illa maxima maria: ipsa quippe optimam partem superexcellenter elegit: unicusque illi quod necessarium perhibetur, inaueritabiliter inhesit. Nec enim circa multa sollicita, distracta, sparsaue fuerat.

Articulus XXIII. Obiectio ex uerbo Lucæ euangelistæ eiusque solutio.

Porro, si quis inisset dicatque: multa quidem iam de sapientia ingenioque mariæ deducta sunt: sed non uidetur eis consentaneus sermo ueritatis. Etenim uti Lucæ euangelistæ refert, dum maria & Ioseph, Iesum iam duodecim ætatis annos sortitum, in templo in medio doctorum comperissent, ipsaque piissima uirgo materna affectione dixisset: Fili quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus dolentes que rebamus te, mox eis ipse respondit, Quid est inquit quod me que rebatis? Nesciebatis, quia in his que pater meus inquit, oportet me esse? & subdit euangelista: At illi non intellexerunt. Itaque si hoc uerbum non intellexit Maria, non uidebitur tanta ipsius fuisse sapientia, quemadmodum præinducta astruunt. Hanc machinanti instantia, sic sciscitans respondo: Quid utique in his Christi uerbis Maria non intellexerint, quoniam non dū talia eius facta uidere, aut uerba soliti erant audire. Primum tamen mihi amplius placet. Enim uero quod de his studiosissimus Origenes effatus sit, paulisper commemorari par est. Ait equidem in Homelia super ea Lucæ uerba, quæ iam allegata sunt: Nequaquam Ioseph & maria ob id pueri Iesum requisisse, quod eum aut errasse, aut aduersi quippiam incurrisse suspicari sint, quippe quæ dei unigenitum, uerumque Christum certissime nouerunt. Sed ut Origeni placuit, magis formidabant, ne forte cœlos denuo conscenderit, inde dum placeret, rursus descenderet. Denique, nisi filium suum naturæ autoræ ac dominum nouisset maria, non ei tam secure in nuptijs dixisset: Vinum non habent. Certissime sciens, quia quicquid

quid uoluerit, efficere possit: siue aquam in uinum uertendo: siue paucum uini multiplicando: aut certe uinum copiosum recenter creando: ideoque ad ministratos, Quicquid inquit dixerit uobis, facite.

Articulus XXIII. De doctrina altissimæ Mariæ.

Quia autem eruditum multos ad iustitiam, fulgebunt quasi stelle in perpetuas æternitates. Creditur nec iterationabiliter, post paracleti missionem, uniuersos Christi apostolos atque discipulos, ad Mariam tanquam ad matrem dulcissimam, sapientissimam, magistram, in agendis itemque in dubijs recurrisset: & ipsius plerumque directione uos. Quam etenim spiritu sancto impleti essent singuli, non tamen æqualiter & hinc ad sapientiores atque maiores, cæteri utique pro subsidio aut reuerentia profecti sunt: atque in ipsa domini sui matre tanquam in domino, confisi consolati que sunt. Singulariter autem creditur sanctus Lucas multa ab ea didicisse: ea uidelicet, quæ uel solus, uel plenius de Christi annuntiatione, generatione, circuncisione, purificatione, atque infantia feliciter fideliterque conscripsit. Hæc nempe una existit causarum, cur Christifera puella conseruabat omnia que agnouit, uisa & item audita in corde suo conferens: quatenus opportuno ea tempore efflueret, aliosque doceret. Propterea quoque Mariæ sapientiam doctrinamque efficaciam non ignorans sacer Irenæus, in epistolis quas ei tam reuerenter scripsit, ab ea se suosque sodales neophytos uisitari, atque in fide erudiri, precatus est.

Articulus XXV. De prophetia deiserae Mariæ.

Benedicta tu in mulieribus & uirgo serenissima: benedicta utique & benedictionibus plena, cui gratias, perfectionumque plenitudo, impertita est. Non tibi dicitur sacra Christiferaque uirgo, prophetiæ donum tollendum extitit: nempe ipsa quam tu intracta in te gerimamque peperisti sapientia, in animas sanctas per nationes se transfert, prophetas & amicos dei constituens. Vidisti in spiritu d præstantissima maria, magnificandam tui in genibus filij gloriam: noueras eius prædicandum per orbem euangelium: in omni utique Iudæa & Samaria atque ad extremum terræ. Non te domina latuit, quod uir sanctus cecinit: Benedictus in quibus in ipso omnes tribus terrarum: omnes gentes magnificabunt eum. Itemque Isaac uaticinium: A sinibus terræ audiuimus laudes, gloriam iusti. Atque ipse uir beati patris Iacob eloquium prophetale ac inclutum: Non auferetur a te sceptrum de Iuda, & dux de femoribus eius, donec ueniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Porro cernebas in spiritu sancto o illustrissima sponsa, ab his quoque te utique glorificandam, qui in benedictum suauissimum uentris tui fructum credituri erant: ideo o sanctissima prophetans cecinisti: Beatam me dicent omnes generationes, & cur utique, nisi quoniam mundi beatitudinem genuisti: Cognouisti in æternæ ueritatis luce, quod te affari exortus diuinus Dauid, Vultum tuum inquit deprecabuntur omnes diuites plebis. Veruntamen o sobria pudicissima que turtur, sanctæ ubique seruasti moderationis temperiem. Non multa loquuta es nihilominus plura tibi futura reuelata opinor. Nempe, si ipso tuo filio non utique naturali, sed famulariuo atque custodi, Iohannem in uo, totus militantis Ecclesiæ status futurus diuinitus referatur est, cur non tibi quoque matri utique, itemque protectrici Ecclesiæ id ipsum concessum fuisse, fateri congruat, non contueor. Demum, si præostensa tite fulcita sunt, aliter arbitrari fas non est: quippe que deo familiarior atque secretior, charior, unitiorque exitebas. Præterea, matrem commissæ sibi filie statum & item euentum omnem scire, nisi fallor, decuit, ut diligentius eam foueret ac maternalius prouideret.

Articulus XXVI. Quod filium suum Maria passurum certissime nouit.

Sicut cepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, In sinu tu se mater deiformis uirgo que dulcissima, in his dulcissimi sui cantici uerbis, non utique ignaram, quemadmodum multipharie multisque modis deus olim de Messia regis aduentu, mundi que reparanda salute patribus locutus fuerit. Didicim nempe, ueritatis reuelante spiritu, duplicem consistere Christi aduentum. Primum in humilitate atque occulto, ut iudicatus, itemque occisus, orbem saluaret: si enim tunc aperit uenisset, eum utique cognouissent. Et scimus quia si cognouissent, nunquam dominum gloriosè crucifixissent. Denique, alium manifestum gloriosumque filij sui præuidit aduentum, quo iudex retributorque seditor ueritatis est. Nec enim iudex præinductorum tenorem atque uigor em, esse præelectæ puellæ sibi dei unigenitus in matrem ab æterno præelegit. Id utique de sui incarnatione, itemque aduentu abscondit, quod famulis suis, prophetas aio, referauit, non eam latuit,

Dani. 11
Act. 2

Lucæ 2

Luc. 0

Sap. 7
Hier. 28
Act. 2
Mat. 10
Psal. 71
Esa. 24

Gene. 49

Lucæ 10

Psal. 44

Apo. 10

Luc. 8

Heb. 8

1. Cor. 10

Dani. 9
 Luca 2
 Efaie 9
 Efa. 55
 Act. 8
 Efa. 55
 Iohan. 14
 Act. 2
 Mat. 23
 Luc. 19
 Luc. 1
 Act. 1
 Mich. 6

Iatuit, etiam nondum sibi Christi intimo aduentu, quod Danieli deo edocente, innotuit. Et post septuaginta ait, hebdomadas, occidetur Christus. Enimvero, ei per qua deus fons ueritatis, prophetarum decreuit uerificare uaticinia, non utiq; eade ignota esse sustinuit. Non reor eam ante incarnationem uerbi nescisse, quod timorato illi iustoq; Symeoni innotuit. Nempe Maria loquens, Et tuam, inquit, animam pertransibit gladius: compassionem qua filio patiente passura consistebat, insinuans. Deniq; si teste Ambrosio in propheta legit & didicit, uirginem Christu paritura, cur non in eodem & item in alijs, eundem quoq; passura agnouerit? Etenim qui ait, Ecce uirgo concipiet & pariet filium: idem ipse quoq; contestatus est: Tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Porro de uirginis filio, apostolorum princeps, deus asserit, qui predixit per os omnium prophetarum, pati Christu suum, impleuit sic. Igitur quod omnibus illis patuit, quo precor pacto, matrem regis uarum praordinatam latuisse fateberis: Praeterea, quemadmodum Messiae aduentum ardentissime concupuit, sic omnino, si non decipior, eiusdem etiam necessitate aduersusq; causam, lucidissime sciuit: alioqui, si ipse nescisset aduentum fructum atq; indigentiam, quomodo adhuc illuminata & uentur suspirauit? Agnouit quod propheta, dominicae fructum passionis declarans, edisserit: Vulneratus est, inquit, propter iniquitates nostras: cuius liuore sanati sumus. Amplius autem, ab ipso adorandi sui filij ore benedicto haec ubertim audiuit, eiusq; passionem & ite mox secutura resurrectione, plenius ab ipso si praehabita rite firmiterq; deducta sunt, recognouit.

Articulus XXVII. Quam excellens in missione paraclети, omnis sapientiae incrementum, deiformis Maria sortita fuerit.

Cum autem uenerit paracletus ille, docebit uos omnem ueritatem. Rudibus adhuc itemq; carnalibus discipulis Christus dominus haec effatus est. Scimus autem, quoniam piissimus ille spiritus ueritatis, qui utiq; essentialiter benignus, naturaliterq; sui diffusiuus existit, eo omnem, in quam descenderit mentem, exuberantius adimplet, quo dignior atq; capacior extiterit. Nil porro mentem ad spiritum sanctum in missionem susceptionemq; eatenus dispositum, uti ardens dei affectio. Elucescit igitur, in die sacro pentecostes, eo in Mariam beatissimam spiritus sancti dona copiosius influxisse, quo ceteris cunctis in deo sublimi affectuosior erat: deoq; (ni fallor) sola plus tunc suscepit, q; simul uniuersi. Non enim dubito dicere, solam ardentius omnibus deum amasse. Etenim si Christi filij eius amor creatus, tam incomparabiliter cunctorum simul electorum hominum atq; angelorum, Cherubin, Seraphin atq; Thronorum charitatem qua deum diligunt, supergre ditur, non miror, si sola Mariae dilectio, centum uiginti illorum quamuis electissimorum, amorem excederet: qui ppe cuius tanta extitit sanctitas ac gratia, qua sub deo maior intelligi non possit. Amplius, quemadmodum unum peccatum praeparat ad aliud, sic una uirtus, una gratia itemq; sapientia, disponit ad aliam. Habenti namq; dabitur, & abundabit: ei uero qui non habet, etiam quod uidetur habere, auferetur. Itaq; quo ante paraclети aduentum erat in Maria sanctitas mundior, gratia plenior, sapientia splendidior, eo quoq; praeceteris in ipso aduentu, in his singulis sublimius exaltata est. Igitur si ante uerbi incarnationem plena gratia coelitus saluata est, atq; in dei conceptione, mente uentreq; deo repleta, non aliud cerno, q; quam super plena facta sit, quatenus instar liquidi elementi, undique se diffunderet, cunctosq; ad se meantes suo effluxu ditaret. At uero, sapientia dei Christus dominus, ante paraclети descensum, electorum corda purificari, & item praeparari uolebat: quatenus cum fide sincera, deuoto quoq; atq; feruenti animo, descendentem susciperent. Siquidem, uti Lucas commemorat, redeuntes discipuli iam Christo coelorum alta ingresso, a monte oliueti in ciuitatem sanctam, in conclauo illo grandisq; cenaculo commanentes cum mulieribus & Maria matre Iesu, decem diebus unanimiter in oratione perseverabant expectantes iam si de certissima prorsusq; immobili, promissionem patris, qua audierunt per os filij. Quae ait mens meditari sufficiat, ignitos interim precu Mariae ardores, calidissimosq; effectus: Nempe quo unicum suum & uantius dilexit, eo fructum passionis eius, qui mundi salus est, cordialius optauit. Haec autem, nisi spiritu sancto adueniente, efficere nequibat: hincq; interim affectuosius, & super omnem estimationem intimius precata, inflammataq; est mater uirginica.

Articulus XXVIII. De theotij felicitate diuinaeque uirginis, quas iam glorificatio unigenito, uberrime coelitus adepta est.

Nos autem reuelata facie gloriam domini specularantes, in eandem imaginem transformamur, de claritate in claritatem tanquam a domini spiritu. Id tibi de diuine formationis, apostole uasq; electionis, aptissime profari incumbebat, qui alias quoque uere factus est: Nostra inquit conuersatio in caelis est. Et rursus: Uiuo autem tam non ego, uiuit uero in me Christus. Deniq; quo cor tuum de supercaelestis regina, dulcis, mitisq; Maria, iam cum ascendente filio uehementius coactedit, quo in illo immobilis fixum fuerat, ampliusq; ardebat, eo conuersatio tua potius in caelis extitit. Quod si benignissimae diuinitati, id uelut consueta dinarium rite censeatur, ut fideles feruidosq; sui cultores, spiritibus interim consolationibus recreet, atq; futurorum & item diuinorum, uicissim contem platione sustentet, quanto magis affectuosissima tuam animam, cui totus iam mundus uiluit, cui extra deum nil sapiebat, delectabat nihil, quae incessabiliter caelestibus inhiabat, ad filium suspirabat, suauissimis interim contemplationibus fouis, illustrationibus confortauit, atq; praebulis quibusdam, dulcedinibus affectit. Tanta uirgo optima, suauissima Maria, interne gratiae tuae in uultu & gestu splendebat relucetia, tantus in uerbo omninq; actu, sapientiae tuae cadorem icuit, sic demum exterius interior uirtus processit atq; splenduit, ut ex ipso tuo contuitu, ex sermonum tuorum auditu, ex totius quoque uitae tuae contemplatu, Christianae fidei euidenter ueritate cernentibus pateret. Amplius, cum patiente filio ipsa uehementissime compassa fuerit, glorificato eo, ipse quoque gloriam quodammodo inchoari par erat: iamq; uniuersa mundi huius ipsa supergressa, extra dilectum unicuq; filium nil amauit, nil intendit, nil admisit. Non defuit matri dei unigenitus, ipsumq; suum uenerandissimum templum, amantissimum ac praeclectum sacrarium, & aeternae trinitatis praeclearissimum triclinium, spiritus sanctus inde finenter inhabitauit atq; possedit: irradiauit, itemq; impleuit: laetificauit, custodiuit, exerxit.

LIBRI SECVNDI DE DIGNITATE ET PRAECONIO MARIAE,

FINIS,

MM D. DIO-

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE, LIBER III.

PRAEFATIO.



Na est columba mea, perfecta mea. Sexaginta nēpe existentibus genis, octogintaq; concubinis, atq; innumerabilibus adolescentulis, una duntaxat extat amantiissima una sola singularis sponsa, simplicissima colubata; itē tamen in genere totaliter perfecta: quippe quae tota pulchra est, & macula penitus nō habet. Siquidē celestis ille, sup̄amabilis dulcissimusq; sp̄s, multas habet dilectas: Oleū nanq; effusum, nomen eius; ideoq; adolescentulæ dilexerunt eum, Veruntamen inter eas ordo consistit. Sunt enim earū aliquando incipientes, nondūq; spirituales, zelū quidē sponsi habētes, atq; ei per fidē baptismiq; gratiā unita; sed quodāmodo animales adhuc cēsentur, & hāc numerus copiosior est. Deniq; certae perfectiores, proficientesq; existētes, iam sponsum spiritualiter imitari atq; appetere, & doctae sunt. Veruntū necdū affectus eae mere syncerus & liber, atq; in dilecto stabilitus est, & hae pauciores quidē sunt, & concubinae perhibent; quoniam nō cōtinuo, sed uicissim sponsi fruūtur cupitis itēq; mundissimis amplexibus. Demū, nec ei admodū familiares, aut secretarias sunt. Igitur, aliae perfectae sunt & mere spirituales, quae reformatae sunt affectio nes; mens quoq; libera atq; absoluta, quae sibi ac proprio animo dominari, & sp̄s ipsi subdi itēq; parere didicerūt. Adulterinas q; extraneasq; delicias nō suscipientes, sp̄s sui purissimis dūtaxat cupiūt recreari dulcedinibus. Hae aut paucissimae sunt, atq; reginae cēsent; quippe quae regnū decorēq; seculi, sponsi sui amore spreuerūt. Sunt insup̄ perfectae, perfectim aliaq; respectu. Veruntū p̄ habitudinē ad unicā illā, singularēq; sponsam uirginē ac matrē, ipse q; imperfecte reputatā sunt. Nēpe de ea profari orlus filius sponsus, Sicut liliiū inq; inter spinas, sic amica mea inter filias. Vt e quidē optime ab Hieronymo dictū memini, quaed modū cōparatione dei nullus bonus, sic cōparatione Mariae nulla profus extat perfecta, quāuis eximia existat. Igit, quoniam in praesentis editiōis libro primo, de Dignitate atq; praeconijs Mariae, ad ipsius uirginē deificatāq; carnē potissime spectatibus, in secūdo q; de incōparabili eius sapiētia pro uiribus differui, iam nūc de uirtutibus eius, & quo ordine tractare incumbit. Sed uti saepe olim fassus sum, sic indignus heu itēq; inidoneus, & ut formido, improbus quoq; & contēnendus laudator existo. Sanctissimā nāq; atq; mundissimā, uniuersarū etiā uirtutū plenitudine illustrē, à uili uirtutib; homū itione laudari, hoc praesertim laudandi modo non decet. Tremendū enī, ne lector ex ipsius scripto, nō iam ædificet & accēdatur, sed scādali zēf magis, potiusq; obtenebret: ut puta occasione mīnus dignē cogitandi atq; laudādi, exinde de praestātissima trahēs. Quid igit agā? si procedo praesumptuosus uideorisi cesso, temerarius. Cur nanq; quod pficere nequeo, inchoare uolebā? Sed en, cōsolatio consiliūq; occurrūt: Dñā enī mea, quanq; sit sublimis & magna, est nihilominus mitis & pia, humilis & affectuosa: deniq; miseratōes eius sup̄ oia opera eius. Eia ergo egene & pauper, si deiformē super exaltatā & dominā laudare affariq; metuis, cur utiq; benignissimā & itē humilimā formidas? Quāuis nēpe non sit speciosa laus in ore peccatoris, cor tū contritū & humiliatū misericordissima sup̄dulcisq; uirgo nō despiciat. Igit imperfecitū ac insufficientiā tuā cōsistens atq; perpendēs, in ipsius quoq; clemētia, sicut ab exordio confidēs securus prosequere quod restat. Si enī laudaueris, quanq; nō ut ipsa digna est, sed ut tu uales, spero qa acceptū sit ei. Nunc ergo d̄ praecordialissima & reuera omnino sua uis atq; decora delectabilisq; Maria clemētissime maternaliterq; adesto, & quae uniuersae sanctitatis fontē peperisti, de ipsa uirtutū tuarū plenitudine gratiaq; mihi riuos infue, ut te d̄ hāc mēs mea uirtuo se sequat, os ueraciter laudet, & ipsa demū uita tota omnisq; sensus honoret.

Articulus I. De perfectione ac magnitudine fidei Christi feræ Mariae.

BEata quae credidisti, quoniam perfecti fuerunt in te quae dicta sunt tibi à domino. Sapientissimus ille architectus opifexq; mundi, sublimē atq; fortissimū uolens in MARIA moliri ædificiū, ædificiū inquam ex uirtutibus cunctis comparatum, stabile firmumq; in ea fundamentum proiecit. An non spiritualis constructio nis fundamentum fidem censēs? quippe quae spem initiāns, charitatem quoque inducit quantum ad actum, non quo ad habitus qui infusi dicuntur. Deniq; iustus ex fide uiuit & item,

DE PRAECONIO ET DIGNITATE MARIAE.

& item, sine fide impossibile est placere deo: nempe nisi crediderimus, non utiq; intelligemus. Tu d̄ Maria patriarchae Abrahamae praestantissima es filia, non tam carnis propagine q̄ fidei aequitate. Creditur enim ille deo, & reputatū est ei ad iustitiā. Porro, & tu quoq; beata quoniam credidisti. Veruntamen plus q̄ Abrahamā hēcille nanq; saepe aut dubitauit, aut certe dubitatū similis extitit: diuinā nempe de nascituro ex Sara filio pollicitationē adeptus: Vtinam inquit, Ismael uiuat corā te. Hoc equidē si rite recordor, ad pollicentē deū, id est angelum in dei persona loquentē, tanq; de gignendo Isaac fidutiā non habēs, effatus est, aut certe uidetur. Deniq; diuinū de possidenda terra promissum sortitus, Vnde (ait) domine deus possum hoc scire q; possessurus sim eā? Tu uero d̄ fidelissima Maria celesti praedone audiro, non mox uelut hae sitans respondisti: Vnde hoc sciā, aut quale erit mihi signū? sed modū sciscitans, locuta es: Quomodo fiet istud, quoniam uirū non cognosco? Certissime nanq; uerē itēq; omnipotentē esse deū cernebas: ideoq; nec mirabilia dei tibi nuntiata, acie mentis obruere quibant; quoniam immobili atq; perfecta firmatus fide animus, non ad naturae ordinē, sed ad diuinā prospexit potentia: Vnde de modo paulisper edocta dixisti: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundū uerbū tuū. Insuper tu Baruch fide excellis: dum enim Delbora prophetae diuinitus sibi de hostibus dei sponderet triumphū, non utiq; sine ea ad pugnā proficisci audebat, & ob id æquissima summae rationis censura, non ei sed mulieri uictoria ipsa ascripta est. Adhuc aūt, tu fortissimo uiroꝝ Gedeone extitisti robustior: bis nēpe promissae caelitus uictoriae signū expectisti. Sic Manue, dū ex uxore sterili se Samphonē genituro; ab angelo audisset ac credidisset, repente tamen angelico uiso miro inopinatoq; ascēsu, fides eius cōturbuit, mulierē enī alloquēs: Moriemur inquit quia uidimus dñm. Illa intēdens: si uellet ait, nos deus occidere, de puero q; nascetur non esset locutus. Praeterea regū p̄ssimus Ezechias, ascēsus sui in templū dñi signū querebat. Reuerfusq; est eo petere sol decē lineis in horologio Achas. Sed & iustus Zacharias signū requirēs promissi filij ab angelo: Vnde (inquit) hoc sciā? ego enim senex sum, & Elizabeth uxor mea sterilis est. Hos igitur uirtuosos illos atq; dignissimos tu d̄ admirāda foemina fidei uirtute trāscendis, incōparabiliterq; excellis. Porro, quaedmodū in mulieribus hac quoq; benedictione praefulgeas, referare par est. Veruntamen legislatori Moyse, Aaron quoq; sancto dñi primo praefere da es: uterq; siquidem ad aquas contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel, ori dei incredulus extitit: Israelē etenim affari orlus Moyses, Audite ait, rebelles & increduli: Num de petra hac aquas uobis poterimus eijcere? Atq; ob incredulitatē hanc promissionis terram ingredi prohibiti sunt. Deniq; prima mater tua o Maria se diuinē cōtestationis ambigua fore fassa, serpenti rēdens, Ne forte inquit, moriamur. Paulo ante differuit contestatusq; erat dñs, quacūq; hora comederitis de ligno scientie boni & mali, morte moriemini: ista uero prohibitionis diuinę ratio nemfcicitati serpenti, in fidelitatis suę notā adiecit, ne forte in quēs, moriamur. Sic Sara patrens tua, dum sibi filiū sponderi aduerit, rēdens ait: Postq; cōfenui, & dñs meus uetulus est, uoluprati operā dabo. Est proinde d̄ uirgo deifera, in quo fidei tuę splendor incōparabilis sublimisq; gloria: quod enim diuinitus promissa supernaturalia & itē incōprehensibilia existunt, eodē fidei praebere gloriosius est magisq; meritorū. Nemini autē uiroꝝ aut mulierum, qui iam praeducti sunt in ducitū ue possent, tam mirabilia promissa nuntiataq; sunt, uti tibi d̄ sponfa celeberrima dulcissimāq; Maria. In sperata illis proles inopinataq; uictoria, aut simile qui d̄ piā promissa consistunt: sed quae horum ad tibi nuntiata cōparatio? quippe cui cum integritate spondebatur fecunditas, concipiendus pariedusq; dei unigenitus, & ipse praebatur CHRISTVS dominus, uerus Messias, quod omnium mirabilium mirabilissimum opinor.

Articulus II. De pleniore laude fidei Mariae.

Crediderunt quos quos praordinati fuerunt ad uitā æternam: non enim omnium est fides. Porro quos elegit, fide corda purificat. Consistit autem fidei plenitudo non utiq; duntaxat in ipsius firmitate ac certitudine, sed in hoc quoq; ut ea quae fidei sunt, subtili quis eruditāq; mente penetret, atq; ipsius, ut fas, fidei rationes, ordinem etiā & item nexum credibilium clara acie speculetur. Etenim & si rationi fides non innititur, neq; per inquisitionem fulcitur, mens tamen illustrata hoc palam conspiciat, nil profus fide esse rationabilius, quippe cui ratio atque natura omnisq; naturalis subseruit icentia. Itaq; si ea quae de excellentissima Mariae sapientia in secundo deducta sunt, de nouo intendātur, id ni fallor patebit, qualiter hęc uniuersa in Maria conuenerint, utputa q̄ splendentī animo omnem fidei nexum ac ordinem, demumq; ipsius articulos ac incantatio-

Canti. 6

Canti. 4
Canti. 1.

1. Cot. 3

Canti. 6

Canti. 2

Mar. 19
Mar. 20

Psal. 144

Ecclesi. 17
Psal. 50

Lucas. 1

Abacuc. 2
Rom. 11

Hebra. 11

Roma. 4
Gene. 22
Luca. 1
Gen. 17

Gene. 15

Luc. 1

Iudic. 4

Iudic. 6
Iudic. 14

4 Reg. 20

Luca. 1

Exo. 18
Psal. 109
Num. 20

Gene. 2
Gene. 2

Gene. 3
Gene. 18

Primū & secundū inter deū effectus, uerbi iocunatio. Act. 13. 2. thella. 2

nis causas contemplata fuerit. Amplius, quemadmodum sanctitati Christi Mariae sanctitas eatenus appropinquavit, ut amplius propinquare sanctitas nulla possit, sic comprehensio animae Christi, quae uirginitas nunquam extitit, inter agnitionem uirginitatis Mariae fidei agnitioni similis erat, ipsa quoque profundissime cognouit, quod in ea itaque per eam & ex ea factum est. Etenim uero dum uniuersos, hora passionis iusti fides contabesceret atque deficeret, tua duxat de Maria fides constantissima in concussaque mansit: neque de filij tui mox futuris resurrectione & ascensione aliquatenus haesitasti. Dona quoque paracliti quae ad fidei perfectionem pertinent, eminentissime sortita es: ideoque ob fidei decorum totiusque corporis ac mentis compassionem acerbissimam atque maternam, quae in dilecti tui morte turpissima tibi de Maria inerant, conuenientissime quod scriptum est, profari ualebas: Nigra sum, sed formosa filiae Ierusalae, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Cuius offuscationis causam insinuat quod post pauca adiectum est, Filij matris meae pugnauerunt contra me. Pugnabant nempe contra te filij synagogae carne non spiritu, auferentes tibi unicum filium tuum, atque te spectante ligno eum affigentes.

Articulus III. De uirtute spei uirginis benedictae.

Respice filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino & derelictus est. Permansit in mandatis eius & confusus est. Aut quis inuocauit illum, & respexit eum? Tribus existentibus uirtutibus theologis, quae ob id quod deum pro immediato obiecto sortitae sunt, theologice appellantur, palam est utique earum unamquamque secundum substantiam ex sola dei manare causarique gratia, quippe qui habitus infusi constituit, & ite meriti omnem praerueniunt. Neque enim sine fide, spe & charitate aliqua ualeat actio meritoria censeretur. Credere nempe oportet accedente ad deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Veruntamen spes ex duobus, ut puta dei gratia propriisque meritis procedere perhibetur: sed hoc de spe formata operationeque spei intelligi par est: spes namque sine gratia esse nequit, & in malo spes uera non est: quonia spes impij tanquam lanugo est, quae a uento tollitur: & tanquam spuma gracilis quae a procella dispergitur: & tanquam fumus, qui a uento diffusus est: & tanquam memoria hospitis unius diei pretereuntis. Enim uero, qui in foribus permanset, qui mundum & ea quae in mundo sunt, diligit: qui per iustitiam semitas non graditur, se tamen in domino sperare asserit, mentitur deumque iniustum facit, atque fallaciter praesumit: si quidem male dicitur qui peccat in spe. Quonia itaque spes, certa expectatio aeternae beatitudinis est diuina gratia sperantisque proficiens, diffinitur: elucescit, eo praesentissime uirginis spem sublimiorem fuisse, quo in ea gratia plenior uitaque sanctior existebant. Porro, ipsa ne dum gratia sed gratiae quoque plenitudine imo ipso totius gratiae fonte plena fuit: neque post filij sui sanctitatem creatam in uniuerso sanctitas aliqua ipsius sanctitati comparabilis extat: spe ergo superplena fuit. Adhuc autem, ex familiaritatis experientia secretorum reuelatione ubertissime gustata alterius bonitate, spes oritur atque augetur: Quis autem sic magni consilij angelo Christo domino familiaris extitit, quemadmodum praelecta illa singularis ac unica, quae eum concepit & edidit, lactauit & ad incrementa usque perduxit? Quis demum sic dei adorandi bonitatem amoremque expertus est & gustauit, uti ipsa, cuius ille filius esse non horruit, cui se tam intime coniunxit, & item cum qua primum in terris conuersa ri elegit? Prorsus ergo ineffabilis atque perfecta extitit diuina spes genitricis. At uero, quo homini propriae conditionis insufficientia atque fragilitas diuinae quoque bonitatis manifestantia & benignitas lucidius innotescunt, eo utique (ni fallor) minus in se, uehementiusque in deo confidit. Non est autem post Christum, cui sic homo utrunque innotuit, sicut humilissima Mariae: si quidem plenissime nouit talemque ad deum fiduciam habuit, quod non esset sufficiens cogitare aliquid ex se tanquam ex se: sed deuotissima cum psalmographo facta est: In deo salutare meum, & gloria mea deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Denique, si uero sancto dicere licuit: Etiam si occiderit me deus, utique in ipso sperabo: quid de regis Messiae deificata genitrice opinari oportet?

Articulus IIII. De ardentissima Mariae in deo charitate.

Flicite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Vox tua est haec o Mariae. Nempe si omnibus CHRISTO Stoto corde, tota mente totaque anima, & ite omni uirtute diligendus est, tibi tamen singulariter, atque ex specialibus multis causis amandus extitit. Denique ut interim recordor, haec tibi o benedicta diuinae charitatis rationes fuerunt: quoniam ille creator, tu creatura: ille dominus, tu ancilla

tu ancilla ille saluator, tu liberata: ille beneficiorum gratiarumque dator, tu ea sortita: & haec quidem tibi caeterisque communes diuini amoris fuere rationes. Porro, speciales restant causae: quoniam ille filius, tu mater: ille spousus, tu singularis sponsa: ille familiaris, tu secretaria. Fateor o mea domina, incomparabilis & inestimabilis Maria, quoniam est omnium rhetorum eloquentissimus linguisque pollerem, concultorumque philosophorum subtilitate ac scientijs ornarer, & deum ipsum etiam apostolicorum uirorum gratia, itemque sapientia ac sanctitate splendorem, effari tamen aut etiam concipere in idoneus impotensque existerem, quam ex omnibus his dilectionis fomentis CHRISTI filij dei: tui calidissima & stuantique incessabiliter charitate ardebas. Dum utique uniuersa haec mente reuoluebas, & CHRISTUM dominum, corporeis internisque principaliter oculis tuis felicissimis conspexisti. Enim uero nos quoque seruuli tui per modici, amoris filij tui nos totos debemus, quoniam creauit nos: denuo, quonia redemit nos, debemus nos totos, in id tantum ipsius dilectioni debemus plusquam nos, quantum ipse nobis praestantior sublimiorque est, pro quibus semetipsum impendit. At uero, si parentis amor & gloria filij sapiens, amertque naturaliter proprii uentris germen tantquam aliquid sui genitrix uera, elucescit si rite intendo, quoniam quod sapientior ac melior proles fuerit, eo ad bona sensataque matre feruentius atque iucundius amatur. Tui autem o Maria uirginei ac dulcissimi fecundissimi uentris fructus, dei utique sapientia est & uirtus, omnisque sanctitatis ac scientiae fontana origo, ideoque tibi o domina praecordialissime erat amabilis. Neque necesse tibi fuit quicquam extra eum desiderare aut certe requirere: in ipso namque omnium pulchrorum atque bonorum perfecta est sita possessio, quippe quo nihil pulchrius, nil dignius, sanctius nil cogitari ualeat. Insuper ne pluribus existentibus filiis mentis tuae amor ad diuersos spargeretur & minueretur, unicum duxat filium habuisti, & in eo synaerae omnis sanctitatisque delectationis materiam inuenisti. Amplius, quo tibi plura contulit eo tibi intemius erat amandus: dona autem quae tibi o excellentissima uirgo praestitit, magna sunt nimis, ineffabilia & supernaturalia: Non enim sua, sed se ipsum tibi dedit: se tuum filium fecit: per te primum misericordiam atque salutem mundo inuexit: ac per hoc, omni utique creatura te praestantior constituit: Quid namque ei aequari potest quae uniuersitatis conditorem produxit? Preterea, si felix nunc, olim illa peccatrix multum dilexit, multum ei CHRISTVS donauit, non tam gratiam infundendo quam indulgentiam exhibendo ac deinceps gratiam praestando: quanto magis o Maria multum amaueras, quam deus eatenus praeruenit, elegit & praeelegit, in utero sanctificauit, ab omni prorsus culpa ueniali atque mortali immunitatem seruauit, & item spiritali omni profectu in desinenter repleuit. Denique nec id latet, quoniam quo sublimis quispiam atque illustis cum humili ac inferiori dignantius familiaris: quo conuersatur & agit, eo in illius amore decliuior cordialiusque incalescit. Cui igitur o Maria humilissima atque in proprijs oculis summa existeres, filiumque tuum optime nosceres, hincque etiam maxime reputares: quo ergo tecum ipse familiaris itemque humilior uixit, eo in ipsius charitate amplius accendebaris. Erat autem subditus tibi, & per omnia fratribus se conformauit: nisi quod cunctis profundius semetipsum exinanauit: ideoque ipse maiestatem humilitatemque contemplanus, & item te omnium nouissimam reputans, eius ualde nimis dilectione feruebas. Porro, arcana uerba quae homini reuelare non licet, tibi utique ni fallor, plenius omnino quam seruo Apostolo reuelauit, de quo in superioribus me pro uiribus differuisse reminiscor.

Articulus V. De charitate zeloque salutis proximorum in affectuosissima mundissimaque matre.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiae. Omnium diuinarum perfectionum est haec eminentissima, dei cooperatorem esse circa proximorum salutem: etenim amor proximi & ex eo proficiens animatum zelus, diuinae charitati coordinatur, eamque proxime comitatur: in his nempe tota lex pendet & prophetae: nec ab inuicem segregantur, quoniam qui deum diligit, eius quoque imaginem amat. Hoc enim mandatum habemus a deo, ut qui deum diligit, diligit & fratrem suum. Inuenimus autem in uiris beatissimis, inter quos Hebraeorum doctor gentiumque praegister splendet, haec proximorum dilectionem uehementer ac incredibiliter penes arripit. Nempe pro populo illo dure ceruicis rebellique plebe deum orans Moyses, Dimitte inquit, populo huic hanc noxiam, aut dele me de libro quem scripsisti. Et Paulus de incredulis scribens Iudaeis, Optabam ait, ego ipse anathema esse in CHRISTO pro fratribus meis Iudaeis, qui sunt propinqui mei secundum carnem. Et ad gentes loquens, Libenter ait, im-

Cant. 1.

Matt. 17

Eccl. 2

Heb. 11

Sap. 9

Apoc. 22

Spes quid. Esa. 20

Luc. 1.

Esa. 9

Baruch 3

1. Cor. 9 Psal. 51 Iob 13

Cant. 2

Deut. 6

Luc. 1.

Apoc. 5.

Prouerb. 10

Luc. 1. 1. Cor. 1

Luc. 7

Luc. 2

Heb. 2

2. Cor. 12

Eccl. 14.

Mat. 22

1. Iohan. 4

Exo. 32

Rom. 9

2. Cor. 12

pendar & superimpendar ego ipse pro animabus uestris. Itaq; si hæc proximi dilectio sic in Christi ministris abundauit, copiosius utiq; in matre eius sanctissima supereffluxit. Deniq; quo Christum perfectius quis diligit, eo sanguinis eius pretium mortisq; meritum intensius in hominum salute operari fructificatq; appetit. Ideo utiq; uti præ cunctis CHRIS TV M Maria incomparabiliter amauit, sic eorum qui ipsius sancto, pretioso ac decoro redempti sunt sanguine, præcordialius semper saluum optauit. Præterea, cum sit ipsa Ecclesie mater & aduocata protectrixq; constituta, eius certissima bonum mater non semper zelo affectauit, in hoc quoq; quemadmodum in cæteris filio suo similis erat. Quam magna autem quamq; sit proximorum dilectio salubris, ex hoc pensari congruit, qd eam in nouissima cœna CHRISTVS dominus tam singulariter, tamq; finale dogma paternumq; testamentum discipulos edocuit, Mandatum inquit, nouum do uobis ut diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si diligatis inuicem. Insuper discipulum quem diligebat IESVS, Nos inquit scimus quoniam translatus es de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres: qui non diligit, manet in morte: empe sine charitate nil profus meritorium extat. Denique quicquid feceris passus ue fueris, nil tibi ad salutem proderit, si non charitatem perficias: tantundem quoque exercitium omne expedit, quantum dilectionis auctium est.

Iohan. 13
Iohan. 19
I. Iohan. 3

Articulus VI. Introductio & explanatio mandati quod de charitate præceptum est.

Esa. 26

Mar. 13

Deut. 6

Cant. 2

A Nima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritus meus in præcordiis meis: donec uigilabo ad te. Quoniam quidem uirtutum regina est charitas, atque in omni uniuersa uirtutis actione meritoria prima item que nouissima, eo quod ex ipsa procedat, & ad eam dirigendum sit opus omne bonum, elucescit quia perfectum atq; præcipuum de ipsa donandum erat præceptum: Et quidem id ipsum in Marcoplene aperte reuerteretur, ait equidem: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex omni fortitudine tua. Cuius explanatio quamuis à diuersis, ut puta Augustino, Chrysostomo & Gregorio Nysseno ac alijs diuerse multiformiterq; tradatur, unã tamen iam aptam, quam doctor sanctus quoq; in secunda secundæ elegit, inducam. Quoniam quidem omnium spiritualium uirtutum, præsertimq; ad intentionem ultimi finis, est uoluntas motiuum principium: quemadmodum cor materiale principium corporalium omnium uirtutum motiuum existit: ideo per cor uoluntas accipitur. Deniq; actuum humanorum tria censentur principia à uoluntate mota, intellectus uidelicet, qui hic mens appellatus est: uis appetitiua inferior, & nomine animæ designatur: atque uirtus ipsa executiua exterior, quæ per fortitudinem intelligi datur: iubemur itaq; deum toto corde diligere, ut scilicet tota in eum dirigatur intentio, desiderium & affectio: tota etiam mente, & in omnibus nostrum subdendo intellectum: ex tota quoq; anima, ut appetitus ipse inferior secundum deum gubernetur: ex omni demum fortitudine, quatenus secundum dei legem ac placitum, omnis nostra exterior reguletur operatio. Porro, id quoque mandatur, ut CHRISTVM tanquam nos ipsos amemus, non utiq; secundum quæ uoluntatem: inter quatuor namq; quæ ex charitate diligenda traduntur, deum uidelicet, nos ipsos, proximum & corpus proprium, ordo est: semperq; inter omnia plus secundo diligendum est primum. Proximum igitur sicut nos ipsos amare præcipimur secundum similitudinem triformem: Primo, ratione finis, ut eum sic propter æternã uitã & nos ipsos amemus beatitudinẽ: secundo, ne illi in uitijs condescendamus: postremo, ut propter propriã utilitatẽ delectationemq; eum non diligat. Ratione primi est proximi hæc dilectio sancta: causa secundã, casta: atq; ob tertium uera perhibetur. Horum diligendorum ordinatam sponã charitatem sortita exultans in Canticis: Introduxit me inquit, rex in cellam uinariam: ordinauit in me charitatem.

Mat. 26

Articulus VII. Quam præ uniuersis hoc charitatis præceptum excellenter Maria impleuit.

N Omen tuum & memoriale tuum domine in desiderio animæ. Licet autem secundum sanctos sententiã nequeat in præfenti uita, præinductũ charitatis mandatum plene atq; perfecte impleri, tunc nempe plene implebitur, cũ semper actualiter in dei

in dei amore non fuerit homo secundum quatuor præacta suspensus, quod patriæ competit, non uia: Veruntamen uiator omnis quam diu in uia est, ad pleniorẽ indefinenter præfati peringere ualeat executionem mandati. Deniq; mens rationalis, si sana uiuaxq; extiterit, utiq; sine amore subsistere nequeat: idq; demum (ni fallor) elucescit, eò in unius uehementius posse dilectione quempiam incalescere atque feruere, quò à pluribus longius synceriusq; eius fuerit segregata affectio. Igitur quò ab inordinato omni rerum creaturarum desiderio extitit deiserẽ bene dicte uirginis animus absolutior, eo in dei consistebat amore stabilior. Ea autem quæ à diuina charitate mentem retrahunt atq; impediunt, tripartita sunt: quædam namq; extra nos profus existunt, ut pecuniæ, agri, diuitiæ: alia uero inter nos latent, ut sensualitas passionumq; inordinatio: porro cætera media inter hæc locata sunt, quippe quæ extra nos sunt, & tamen quodãmodo nobis coniuncta, & item nobiscum unum constitunt, quemadmodum parentes & coniuux, ceteriq; cognati. Si horum in nobis affectio abscessa extititq; fuerit, in dei mox charitate figemur, erit quoq; in promptu, in deo officiumq; stabiliri. Contemplandum ergo, quemadmodum ab horum inordinata affectione liberissima atq; sincera mens fuerit gloriose puellæ. Et quidem qd pauper extiterit, ex euangelio innotescit: deniq; qd diuitiarum quoq; amor in ea profus non fuerit, hinc lucet, qd aurum filio à regibus oblatum, in egenorũ celeriter usum expendisse creditur: alioqui qualiter in purificatione, dum infantem dño sifteret: quia

Mat. 8

Psal. 46

Psal. 138

Cant. 5

Insuper, qd inter se inordinatum nusquam motum sensualitatis uel rebellionem, mitissima dulcissimaq; uirgo experta sit, partim quidem ex præinductis innotuit, atq; ex mox dicendis lucidius, ea præstante, clarebit. Præterea, qd nec sibi coniunctorum sit impedita affectu, constat uirgo nempe obedientissima summeq; prudens, hortantem utiq; patrem audiuit & paruit. Eam quippe affari orus patriarcha Dauid, Audi inquit, filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Deniq; sponsum habes, intacta permãsit atq; mens eius deformis deoq; concupiscibilis, ab omni penitus à deo elõgan te motu atq; affectu segregata immunisq; extitit, & ob id in diuina dilectione stabilis & integra erat. Amplius autem, quemadmodum naturalium operationum ac motuum causa principium, per exitum naturæ, sic meritoriorum quoq; actuum, præsertimq; dilectionis, causa atq; origo gratia censetur. Rursus, ut natura non impedita, sic gratia quoq; perfecta, de facili agit. Quò igitur in præelecta incompãrabiliq; uirgine græ erat sublimior plenitudo, eo utiq; diuinitis erat uberius intẽta, in charitate stabilior, atq; in omni actu meritorio incessabilior. Ergo cum fuerit in matris sanctificata utero, ante uerbi incarnationẽ gratia plena, plenior in incarnatione, itemq; deinceps repletior atq; cotidie in ea summe proficiens, constat qd quantum præsentis uitæ peregrinatio suffert, diuino semper actualiter ardebat amore. A uero in dei contemplatione radicitus dilectio, dicente Psalmographo: In meditatione mea exardescet ignis: ideoq; quò fuerit contemplatio stabilior, eo utique amor quoque diuturnior indissolubiliorq; consistit. In secundo autem demonstratum recorder, quàm præclara & excellenti fixatione, diuinorum speculationi sacræ diuinæq; uirginis animus intentus extitit. Vnde innotescit, quoniam incomparabiliter atque, ut fas est, indefinenter eorum dem amore ardebat. Adhuc, diuinæ dilectionis ignis in rationali mente accensus, incessanter & item uehementius semper feruet, si fomentum habeat, neque per culpam negligentiam ymiuatur: semper namque actio uirtuosa plenioris gratiæ capacem efficit mentem. Porro, culpa omnis si mortalis est, gratiæ charitatẽq; perimit: si uenialis, ad lapsum alium disponit, gratiæq; uigorem lædit: Quoniam igitur neque per omissionem boni, nec per commissionem mali Maria unquam peccauerit, neque otiosa usquam uixerit, constat diuinæ in ea ardentis flammæ charitatis fortius semper incaluisse, ut nec in manducante, operante aut dormiente quieuerit: hincq; in Canticis uirgo mater & sponã: Ego inquit dormio, & cor meum uigilat.

Articulus VIII. De calidissima illa Christiferæ Mariæ charitate, quæ post filij adorandi ascensionem illius uisitando loca sacra, feruebat.

P One me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors, dilectio: dura sicut inferus, æmulatio. Vox christi est hæc ad sanctam ecclesiam, quamlibetq; si delem animã, præsertim uero ad singularem sponã uirginem fœcundissimam. Intendite quæso omnia in anima mea, qua utiq; amo

Cant. 8

ris flama hęc uirgo æstuat, dū iam à carnis oculis sublato Christo filio suo unico, ea ipsius potissime loca indefinenter uisitabat atq; prospexit, in qbus nostrę salutis negotia, ipsiusq; acta singularia, cōprehensio atq; ligatio, passio & resurrectio, prædicatio paracleti; missio, & ipsa demum ascensio consummata itemq; transacta erat: illa nempe uisitans atq; contemplans, præteriorum renouabatur memoria, & in ipsis uelut presentē cernebat filium: pertractabat reminiscens, quæ quantaq; sustinuit, quomodo eum pari, cruci affigē, in ea pendere, ac demum mori conspexit: quemadmodum sanguinis sacri uidiit riuos roseos itemq; saluificos, ex filij lacerata transiitq; carne profuere, eumq; se de cruce affantē audiuit. Porro, dum ascensionis loca sacra intendit, quo utiq; tunc affectu ad dilectum suspirabat, quo deniq; in his proximorū zelo æstuat, tam nobile filialis sanguinis pretiū fructificare orauit atq; obtinuit. Legimus quandoq; deuotos aliquos, dum beatissima diuinæ passionis loca inuiserent, tāta Christi dilectione cōpassionisq; pietate affectos, ut aut à semetipsis omnino deficerent, aut certe se prorsus continere nequirent: quanto magis affectu uosissima Christi fueratq; uirgo in talibus concaluit, liquefacta est atq; defecit.

Articulus IX. Quod ad originalis conformitatem iustitiæ Mariæ eminenter peruenit.

Creauit autē deus hominem in exterminabilem, & ad imaginem suæ similitudinis fecit illum: Inuidia uero diaboli mors introiuit in orbē terrarū: quoniā deus mortem non fecit, nec letatur in perditione uiuorū: creauit enim (ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarū) sapientissimus omnīpotensq; mundi opifex, hominem in initio rectum, & item ordinatū produxit. Porro reſtitutio ordinatioq; hæc in eo locata est, ut superiori decliniora subdantur & pareāt. Sunt autem in homine caro & spiritus, sensus & ratio, sensitiuus ac intellectualis appetitus: ideoq; in proplastis parentibus hæc ordinate & absq; rebellionē disposita erāt: quoniā nec caro concupiuit aduersus spiritum, neq; rationi sensualitas obſistebat, ueruntamen hic tā ordinatus status ex diuini obſeruatia mandati omnino dependebat: Vnde per inobedientiā à deo uoluntate auersa, præinductus status prorsus corruptus est, uiresq; deformatae sunt, & tota natura infecta: sed per diuinæ gratiæ opem posterī electi resurgunt, deformata in se æternę trinitatis imaginē reformare, sensitiuāq; animę partē iuxta rationis censurā gubernare nitentes: quod aut in hoc ipso uehementius proficiunt, eo perfectiores existunt. Deniq; præactus status, originalis iustitia dictus est: quia amissa, intellectus ignoratiæ tenebris inuolutus est: uolūtas quoq; à bono declinabilis atq; à recto defacili auertibilis, ipsaq; demum memoria uaga instabilisq; constituta est, & sensitiuę potentię rationi sunt factę rebelles. Quoniā itaq; rationis perfectio est sapientia, præsertim quæ ex fide proficitur: uoluntatis uero dilectio, & talis quæ ex gratia profuit: memorię autē in utroq; firma stabilitas, quod sine sensitiuay moderamine uirtutum contingere nequit: satis ni fallor elucescit, quoniā qui has internas intellectualesq; perfectiones sortitus est, ad originalis conformitatem iustitię redijt, trinitatisq; in reformatione deprus est. Igitur si ea quę de charitate sapientię in secūdo, atq; charitatis ardore uirginis fecundę paulo ante determinata sunt, iā denuo paulisper intendatur, patebit, quoniā quo ceteris cunctis sapientior itemq; affectuosior extitit mundi domina, cœli regina, & (quod præstantius est) summī dei genitrix uera, eo utiq; excellentius ad originalis uirtutem iustitię profecit. Deniq; eatenus in sapientiæ plenitudine charitatisq; feruore uniuersis eminebas o uirgo, ut de te dignissime fatearis: Ego inquis, mater pulchrę dilectionis & timoris & agnitionis, & sanctę spei in me gratia existens utero, sanctificata gratiaq; repleta est, ut nusquā deinceps culpabilis inordinatęq; motum passionis experia sit: ipse quoq; fomes peccati eatenus in ea præueniente gratia repressus est, ut carnis nunq; pruriginem mundissima uirgo perſenſit, atq; ad consummaram penitusq; perfectā castitatem cum alacritate profecit, nec rationi aliquando sensualitas reluctata est.

Articulus X. Quod uirgo beata moralibus cunctis uirtutibus plena ornataq; extitit.

Sunt præterea uirtutes morales passionum moderatrices, eas utiq; rectificantes rationiq; subdentes: ipsæ nempe passiones secundum se neq; laudabiles sunt nec uituperabiles: sed si excedāt aut deficiāt, uituperabiles sunt: porro, si ratione regulent, laudabiles sunt. Quoniā igitur iuxta paulo ante inducta ad originalis perfectionē iustitię Mariæ peruenit, fueritq; in ea intellectuāli portioni pars sensitiua summe subiecta, certum

certum prorsus est, moralium catenam uirtutum eam eminenter sortitam. Enim uero iuxta philosophorū dogmata, duodecim existunt uirtutes morales: Fortitudo uidelicet, temperantia, honorum amatiua, magnanimitas, largitas, magnificentia, mansuetudo, ueritas, affabilitas, eutrapelia seu socialitas, prudentia & iustitia. Harum prudentia est in intellectu practico: iustitia uero in uoluntate: ceterę autem in appetitu sensitiuo sitæ sunt, & circa delectationes tristitiasq; uersantur. Iustitia quoq; operationum directiua est, & prudentia rerum agibilibum recta ratio censetur. Est autem fortitudo medieta quędam timoris & audacię, potissime circa pericula mortis: Temperantia uero circa irrationabiles passiones uersatur, tactus scilicet gustusq; delectationes refrenans & moderans. Deniq; honoris amatiua uirtus est, qua quis circa mediocres honores ordinate afficitur. Magnanimitas autē, circa magnos existit honores. Liberalitas demum, circa sumptus mediocres. Magnificentia autē circa magnos sumptus est. Mansuetudo quoq; inter iram & in prouocabilitatem mediata, est enim uirtus iræ moderatiua. Veritas autem ut nunc suscipitur uirtus est, qua se quis uerbis & factis talem ostendit, qualis est, ne sit factator, aut hypocrita uel uelator. Insuper affabilitas in eo consistit, ut in conuersatione uitæ bene se quis habeat, non ut adulator seu discipulus, sed ut ciuilibus & affabilis. Eutrapelia uero est, ut circa ludos modeste, non histrionaliter se homo exhibeat. His uirtutibus uniuersę sensitiuę partis affectiones, tristitię, delectationes, & motus reformantur atq; reguntur.

Articulus XI. De fortitudine Victricis Mariæ.

Mulierem fortem quis inueniet? procul & de ultimis finibus pretium eius. Iam fortitudo diffinita est, q̄ sit earum audacię atq; formidinis, quæ circa mortis pericula sunt, ordinatiua: ne utiq; quis mortem nimium metuat, nec eius pericula inconsulte subintret, sed pro tempore, loco & causa uiriliter se eius periculis exponat: & quidem hæc est fortitudinis propria susceptio, sicq; uirtus cardinalis censetur. Deniq; quandoq; uniuersaliter describitur, ut dicatur fortitudo uirtus, qua quis animo suo dominari, eiusq; concupiscentijs, tentationibus & peruerſis ualet reluctari affectibus: sic uero descripta fortitudo, non utiq; specialis sed generalis uirtus est. Veruntamen in præallegato Salomonis eloquio hoc communi modo suscipitur, Agnosce quippe in spiritu uir sapiens mundi liberationem per mulierem futuram, eamq; regem Messiam fore parituram: denuo id quoq; considerans, quā sit fragilis, defectuosus itemq; instabilis scēmineus sexus, sciens insuper ad Christi conceptionem, sanctam atq; perfectam mulierē requiri, huiuscemodi mundo oriri cupiens, sic or dicitur: Mulierem (inquis) fortem quis inueniet? Nouerat quippe de quadam serpenti diuinitus dictum: Ipsa conteret caput tuū: hancq; nasci optabat, ut fortitudine armata, omnemq; scēmineę conditionis supergressa mollitiem, humanę perditionis calcaret actorem, & item amissæ beatitudinis reparatorem produceret. Deniq; eam nascituram certissime sciens, atq; de ea uaticinari exorsus, Accinxit aut fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Quod autem mortis erat impauida, hinc constat, quoniam nedum cum filio, sed etiam (si possibile fuisset) pro eo & item ante eum mori optasset: quippe quæ cum plus quā seipsam dilexit, iamq; uixit non ipsa sed in ea Christus. Vnde id quoque quod Christo Petrus incaute asseruit, Domine inquis, paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire: Rursusq; Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo: ipsa utique secure contestari ualuit. Præterea, si Christi famulo, Paulum insinuo, effari licuit: Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, pro nomine domini mei Iesu Christi. Denuo: Certus sum, quia neq; mors, neque uita poterit me separare à charitate Christi. Itemq; Cupio dissolui & esse cum Christo: Si inquam hæc illi licebant, quā utiq; sublimius atq; perfectius uirgo mater ista eloqui uoluit, fueratq; hanc sortita uirtutem: O sacra Mariæ dum cœminarum, sed uirorum quoq; fortissima, per quam inferiorum sunt claustra contracta, portæ ærę contritæ, ueritatisq; ferrei disrupti: quæ proprio animo cunctisq; eius motibus eatenus dominata es, ut rationis nunquam rectissimę censuræ rebellis extiterit animus: quæ mortem præsentem cum desiderio uitam quę futuram cum securitate expectans, alacris semper, tranquilla atque (eo modo quo ait Apostolus. Gaudete in domino semper) iucunda uixisti, uniuersas quę æręas potestates tam inclyto deiecisti triumpho, ut iam caderent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis: Neque tibi amplius appropinquare auderent, quin potius

Morales uirtutes duodecim.

Prover. 31

Gen. 3

Prover. 31

Gal. 2

Lucæ 24
Mar. 26

Act. 21

Rom. 8

Phil. 1

Psal. 106

Phil. 4

Psal. 90

Lucæ 24

Iohan. 19

Sap. 2

Gal. 5

Ecclesi. 34

Gen. 23
Can. 6
1. Cor. 1

potius spiritualium in te cernentes catenam ordinemque uirtutum, territi atque ad fugam se eo hortantes, dicerent: Castra dei sunt haec, fugiamus Iherusalem. Eis namque terribilis eras, quae ad modum hostibus castroꝝ acies ordinata. Nec miror o domina, summis quoque angelozꝝ robu frior si sic fortitudine pollebas: quoniam dominum uirtutum christum regem, qui patris uirtus est, cuncta sustentans, protulisti.

Gen. 3

Articulus XII. De temperantia sobriae pudicissimaeque uirginis
EST autem temperantia earum quae circa gustum & tactum contingunt, delectationum ordinatrix. Et quoniam delectationes ille maxime sunt magisque innatae, atque ob id laboriosius eradicabiles, ideo eas refrenans uirtus, cardinalis perhibetur. Porro, Maria uirtus haec potissime decebat, saluatricis nempe mulier, uitae redditrix, oppositis omnino qualitatibus a dñatrice illa mortis inductrice foemina, adornata erat. Quonia ergo per gustum Eua excessit uitamque perdidit, sic prorsus ab omni qui in sensu gustum contingit excessu, praefereunda erat Maria. Vehementius autem a tactus macula atque mollitie, omnique carnis seruore ac libidine eam custodiri de cui, quippe quae fonte puritatis aeternaeque lumen, & ite omnis sanctitatis originem in se suscipere, ac demum parere praedinatae praestitit. O ineffabilis & item prorsus supernaturalis laus Mariae. O gratiae plenitudo sapientialisque ordinatio, quae in rebus tam cotidianis ac necessarijs, tam naturalibus atque declinibus, fragilibus & corporeis, nunquam in uno quidem neque in minimo prolapsa transgressa ue est. Gustus enim & tactus sensus sunt summe corporeae ideoque spiritus difficilius reguntur. Veruntamen o benedicta in nulla unquam operatione aut usu inordinate egistimusque cibum potum ue aut auide aut superflue, aut certe aliquatenus immoderate sumpisti: implestique ab eius, qua ratione usas es, aetatis exordio, quod postmodum a filio auditura fueras. Videte ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate. Unde consequens est, ut somno quoque moderatissime usas sis, & item ad dei famulatum idonea semper aptissimaque fueris. Porro, cum ex alimentis superfluo semen emanet, tu uero in cibo potuque nusquam excesseris, corpus cum tranquillitate absque inordinato omni motu spiritus tui subiectum possedit, ceterum est angelicamque in ipso uita deducens. Denique, quod temperantior castiorque eras, eo utique magis etiam pudica eras, honestior atque modestior, & in ipso adolescentiae cursu uerecundior. Veruntamen de his paulo plenius effari par est.

Luce. 11

Eccles. 16

Can. 7

Prouer. 31
Eccles. 26

Articulus XIII. De honestate, pudicitia, uerecundia atque modestia diuinae Mariae.
GRATIA super gratiam mulier sancta & pudorata. Omnis autem pudoratio non est digna continentis animae. Est autem honestum, quod honore dignum censetur: quonia honestas non aliud quam statum honoris insinuat: honor uero uirtuti exhibendus est. Ideoque quae admodum sacratissima uirgo omni uirtutum erat stipata plenitudine, sic prorsus honestissima & uere honorabilissima extitit, itemque existit. Denique, honestas & si cum uirtute coincidat specialiter, nihilominus temperantiam respicit, eiusque uelur quaedam pars integralis constitit: dicit nempe spiritualem quandam animi pulchritudinem, cui turpitudine opposita est. Porro, turpitudine in eis praesertim delectationibus est, quas temperantia cohibet: sunt enim moris delectationesque tactus uel hemetius turpes atque brutales. Cum igitur uirgo mundissima iuxta paulo ante ostensa, temperatissima fuerit, certum quoque est, quia omni honestate fulgebat. Insuper, pudicitia a pudore nomen sortitur: pudor autem de re turpi est, de qua etiam homo amplius uerecundatur, potissime uero de ueneris uenerozque signis, ut sunt impudici aspectus, oscula, tactus, uerecundat homines. Quonia ergo purissima in comparabilibus uirgo a talibus taliuque cogitationibus immunissima ac remotissima erat, non indigne pudicissima perhibetur, simplicem utique & colubinum habens oculum, tactum ab omni immunda carnis contagione serenissimum. Praeterea, modestia exterioris actiones respicit, in quibus tu o sancta sanctae summe matura composita extiteras: nempe in omni quod agebas, delectabilis, amabilis & ite gratiosa fueras: tibi namque uerissime fatemur: Quae pulchri sunt gressus tui in calcamentis filia principis: nec enim unquam sine causa manu pedem uel mouisti: non leuis, non dissoluta, non pigra, non tardiosa fuisti: sed uti omnia interiora tua gratia uirtutibusque erant impleta, sic utique in cunctis quoque exterioribus factis, summe exemplaris penitusque ordinata extiteras: eratque suauis atque amicum te in uniuersis contueri, tibi conuiuere, tecumque commorari: quonia interior decor exterioris splendebat. Unde id quoque in te impletum constat, quod de forti foemina Salomon ait: Cofidit in ea cor uiri sui, & spolijs non indigebit: & quod de nouo scriptum est: Gratia mulieris sedule delectabit uirum suum, & ossa illius impinguabit. Amplius autem, uerecundia in iuuenibus quidem laudabilis est, non autem in senibus: Est enim uerecundia

uerecundia timor de re turpi tanquam ad uitam de arduo atque difficili: ideoque in adolescentibus in uirtute non dum stabilitas & adhuc inexperis, laudem meretur: in perfectis autem & uirtuosis atque expertis, locum non habet: quoniam mala turpiaque non uelut ad uitam dum difficulta concipiunt: ueruntamen sic dispositi sunt, quae si quid utique eis turpe contingeret, mox uerecundat erant: ob id uerecundia proprie uirtus non est, sed ad uirtutem habitus. Inno rescit itaque deiseram admirabilemque Mariam cito omnino uerecundiam fuisse supergressam: quippe quae tam celeriter atque repente ad gratiae plenitudinem uirtutumque stabilitatem perducta est.

Articulus XIII. De iustitia matris iusti iustoz.

Quemadmodum quinto Ethicorum Aristoteles factus est, iustitia praeclearissima est uirtus, & neque est hesperus nec lucifer ita admirabilis. Cui Marcus Tullius primo de Officijs contentiens, In iustitia inquit, uirtutis splendor maximus est. Et Platon: Si liceret (ait) corporis uirtutis iustitiamque pulchritudinem oculis contueri, uehementer ad sui concupiscentiam cernentis mentem accenderet. Porro, iustitia uirtus est, unicuique quod suum est, tribuens. Debitores autem sumus deo, nobis ipsis & proximorum aliquid quoque his singulis exhibere tenemur. Enim uero in cunctis his o maria te perfecte singulariterque iustam extitisse fatemur: Hoc nempe, uti uir illustri, sanctus utique antistes Hilarius induxit, potissime praesertimque deo tenemur, ut omnis eum sensus noster, uita, uirtus et actio loquatur atque honoret. Quonia quemadmodum ex splendidissimo aeternae lucis fonte, quicquid habemus, sortiti sumus: sic prorsus in ipsius uenerationem id referre itemque conuertere, aequum opinor. Ideoque diuinus Apostolus: Quid habes inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid utique gloriaris tanquam non acceperis? Quonia quidem ergo o admirabilis ac praestantissima Maria nunquam omnino a recto aequoque calle deuiasti, nec ab ordinis rectitudine defecisti, id si rite contempler, mox palam est, quod utique quo ad deum iusta penitus eras, quippe quem omnis uirtus tua & actio, & item uita intendebat, glorificabat & exaltabat: cuius semper uoluntati parebas: cuius beneficijs gratissima fueras: cui omnem semper & ubique honorem & gloriam exhibebas, itemque exhiberi optabas. Veruntamen profundus de his ordinarum par est. Nemphe superexcellenter nimis o domina deo quod suum est tribuisti: dei quippe & tu & item uniuersorum sunt esse, posse & agere: Domini enim est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Denique ei tunc nos tribere redicimur, dum eius nos cultui laudique mancipamus: & quod id plenius puriusque egerimus, eo utique iustiores censetur. Tu uero o inexcogitabilis deiformisque maria nedum hoc modo iusta es, sed eo quoque quod ipsius etiam substantiae tuae portionem ei praestiteris: quippe cuius ille carnem assumpsit, ex te nouam sibi naturam assumens, atque ex tui substantia filius proficiscens. Praeterea, deum tuum mundissimo uirgineoque lacte fouisti, & circa eius ministerium cuncta illibati tui corporis membra maternaliter occupasti, sicque singulariter deo tuo te ipsam condonasti. Insuper nobis ipsis quoque quippiam tenemur: carni namque alimoniam, sustentationem & item gubernationem spiritus debet. Porro, spiritui corpus parere atque seruire par est: sic se exhibens, sibi utique iustus existit. Ab hac demum rectitudine nusquam o Maria recessisti, per temperantiam namque uti paulo ante illuxit, gustus tactusque concupiscentias prorsus extinxisti, atque in omnibus secundum spiritus exigentiam rationis dictamen carnem gubernasti. Praeterea, proximis quoque consilium & item subsidium exhibere obligamur, sicque illis facere, quemadmodum nobis fieri iuste uolumus & aequum est. Hoc uero o clementiae mater, affectuosissima maria tu utique eminentissime adimplesti: summo enim salutis humanae zelo succensa, hominibus auxiliari & benefacere nusquam destitisti.

Rom. 8

1. Cor. 4

Phil. 13

Tob. 4

Articulus XV. De misericordia uirginis sanctae.

Beati misericordes, quonia ipsi misericordiam consequent. Misericordia compassio est alienae miseriae: compassio autem, tristitia quaedam existit: tristitia quoque ex consideratione proprii mali proficiscitur. Eatenus ergo alijs compatimur, quatenus eorum miseriae uelut nostras putamus: hoc uero uno quidem modo ex charitatis affectione procedit: amicus nempe alium tanquam seipsum existimat, & cuncta quoque communia efficit amor: ideoque, uti de dilecti bono letatur, sic de ipsius etiam malo tristatur. Rursus hinc nonnumquam haec compassio oritur, quoniam quis in eodem similes, in qua alii cernit illi lapsum misericordiam, incidere horret, & hoc ex reali quadam unione contingit, ut puta quae sic quaedam coniuncti propinquitas sunt, ut ab uno in alium aduersitas cito defluere queat: hoc autem modo formidolof: & debiles, senes atque

Mat. 6

atq; sapientes, quoniam se multa illabi posse attendunt, misericordiores consunt: Porro presumpciosi totaliterq; pereuntes & desperati non condolent. Palam autem est, non utique hoc secundo modo, beatis in patria misericordiam posse inesse, quippe qui de uera felicitate aternaliter securi censentur: sed nec primo modo misericordiam desunt per compassionis affectum, quoniam omnem prorsus ab eis tristitiam atq; dolorem plenam itemq; coelestis tollit felicitas. Sunt nihilominus misericordes, per effectus similitudinem: nostris enim languoribus medentur, nostrasq; necessitudines subleuant, & nostris in cunctis indigentibus succurrunt. Innotescit igitur opinor ex his, quoniam quo uirgo celeberrima proximorum charitate uehementius ardet, eo certe misericordiae quoq; uisceribus exuberantius redundat. Sed paulo ante id, si recte memini, lucide omnino deductum est, in comparabili eam humanae zelo salutis semper fuisse succensam: nepe quo proprium filium factiq; sui sanguinis pretium, & item pretiosissimam mortis meritum praecordialis dilexit, eo utiq; hominum quoq; salutem, pro qua ille animam tradidit, uehementius concupit. Pariformiter ergo summa & incredibili redundat clementia, penitusq; misericordissima existit. Amplius autem, quo quis pia copiosorem misericordiam affectus est, eo ipsum misericordiores existere par est iustitiam; alioquin merendum, ne horribilem illam infallibilis exprobrationem iudicis audire contingat, quo crudeli loquens seruo, Seruene quam inquit, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conferui tui sicut & ego tui misertus sum: Excellentissima autem prorsusq; inenarrabilem misericordiam Maria consecuta est: dei enim miserationem iam duntaxat in remissione culpae, sed in gratiarum quoq; praerogatione, & a ruinae praerogatione consistit: hanc uero indicibiliter omnino Maria sortita est, quippe qua deus in benedictionibus dulcedinis praerogatione priusq; conciperetur sanctificauit, atq; ab omni deinceps macula custodiuit: quodq; nimis praestantius est, in propriam quoq; ab aeterno matrem elegit. Nec mirum ipsa equidem incomprehensibilis illius salutiferam misericordiam opus, quod est dei incarnatio, quae mundi salus est, a mundi opifice factum censemus: & per eam primam misericordiam de manu dei altissimi adepti sumus. Adhuc, foemineum sexum maxime ut reor decet clementiam: sed & aduocatam pauperum, misericordem esse oportere, non est qui dubitet. Praeterea in superioribus me olim dixisse reminiscor, qd deo nil similius nilq; uicinius Maria existat. Porro deo proprium est misereri semper & parcere: in hoc igitur deum uehementissime singulariterq; imitatur Maria. Implesti enim o obedientissima dei ancilla, magis autem itemq; mirabilis, mater eius benedicta atq; uirginea, creatoris tui uoluntatem quoque ait: Misericordiam uolui & non sacrificium, & scientiam dei plusq; holocausta. Denique filij quoque documentum perfecti qui dixit: Estote misericordes, sicut & pater uester coelestis misericors est. Enim uero in similitudine uasq; fluidissimo liquore repleti, quae quacunq; ex parte mota mox se diffundunt atque communicant, tu utique o Maria misericordia misericordiam tuam exuberasti: Nempe prece pulsata, repete succurris, omnibus quoque te exaudibilem propitiabilem exhibes. Non illatas recordaris iniurias: Sed uelut sol iste lucens atque sensibilis, omnibus indifferenter secundum uniuersumq; capacitatem claritatis suae radios influit: sic tu o benignissima nimiumq; amplectenda Maria, bonis & malis, gratis & ingratu, iustis & iniustis exorabilis es atq; compatiens. Multos denum prouenis & eripis, saluas & ditas: uniuersorumq; preces ac necessitates amplissimo itemq; materno affectu suscipis atq; amplecteris. O prorsus piissima Maria, quae cum summa mundissimaq; fide, uilissimam tuam, miserissimos ac omnino impurissimos non spernis nec deseris, si ad te confugerint peccatores. Praeterea, quis o regina misericordiae tuae plenitudinem eloqui queat: Etenim longitudo eae a seculo & in seculum, & usq; ad consummationem seculi super omnes qui ad ipsas cofugiunt: latitudo autem a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad orbem terrarum, ut tuis quoque o domina miserationibus terra plena fit: altitudo uero ipsarum urbis sacrae Ierusalem ruinas reparat: profunditas quoque earum usque ad inferos descendit, existentibusq; in limbo, desideratum diu lumen inuenit.

Articulus XVI. De indigentibus Mariae ueris diuitijs, atque inexhaustis eius misericordijs.

Beatus diues qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem dei. Sunt utique uere diuitijs non ille quae carni uoluptatem superfluitate mēq; afferunt, sed quae menti decorem & item spiritualē clarigiri perfectionē idoneae sunt. Etenim hoc modo deus diues perhibetur, quippe in quo

Ma. 37

Mat. 18

Plal. 20

Proverb. 21

Luc. 1

Osee. 6

Mat. 9

Luc. 6

Proverb. 3

Plal. 20

Plal. 67

Eccle. 14

Ephe. 2

in quo omnium pulchrorum atque bonorum perfecta existit possessio: quod auctor libri Cautatum prospiciens, Causa prima, inquit, diues est in se, & diues in alijs. Conformiter quoq; uirgo generosa charissima dei, non utiq; in caducis mentemq; maculantibus sensibus diuitijs, sed ueris atq; aeternis supereffluenter reddidit: nempe plena gratia, plena sapientia, plena uirtutibus, plena misericordijs, ditissima prorsus fuit. Deniq; misericordiam opus est, miserorum supplere defectus: qui uero in se pauper est, quemadmodum indigentibus subuenit, aut quomodo alteri dabit, quod ipse non habet. Itaq; quatenus Mariae misericordiam, secundum alteri magnitudinem in actum progredi quiverit, diuitiae ei necessariae erant. Porro, & si in corporalibus quoq; aliorum defectibus Maria misericors fuit, in spiritualibus nihilominus indigentibus eo utiq; misericordior extitit, quo animarum uehementer de cecebat, quas egenis communicare cordibus posset. Veruntamen in corporalibus etiam necessitudinibus alijs utiq; pro uiribus emolumenta impendit: non enim ambigunt reor, quin de laboribus manum suarum in opibus eleemosynas erogauerint: pleui enim ut arbitror, quod de ea spiritus sanctus per os Salomonis disseruit: Quae fuit in quibus, lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi nauis in hitoris de longe portans panem suum. Et post pauca: Manum suam ait, misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum, manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Et denuo: Considerauit inquit, semitas domus suae, & partem otiofae non comedat. Veruntamen non adeo insulfus sum, ut horum uerborum spiritualē efficaciorē fore intelligentiam ignorem: Vniuersum enim praeclearissimum illud carmen quod de muliere hac forti per Salomonem spiritus ueritatis deprompsit, spirituale est: alioquin si ad literam respicias, quomodo adhuc ad laudem eius aut alterius pertinet quod in eo dictum est: De nocte surrexit, deditq; praedam domesticis suis. Nunquid de praedis uiuere, laude dignum censetur? Deniq; nec de Maria ad literam opinari par est, quod in eodem habetur: Stragulam uestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. Sed propterea praerogata dulcisoni amoeniq; illius uerba uaticinij hic inferui, quoniam ad literam quoque ea fore impleta, in spiritu sancti templo atq; sacratio (Mariam loquor) innotescit, praesertim cum secundum plurimum dicta scripturaq; fidelium, in mechanicis ad artem texturam spectantibus, artificiosissima ac subtilissima fuit, atq; in templo domini, in quo secundum istos infantula adhuc offerebatur, praeter caeteris coetaneis, illicq; sub manu pontificis deo ministrantibus puellis, plus caeteris in huiusmodi profecit artificijs. Adducunt autem ad hoc & de inconstitit Christi ueste quam ab ea operatam edisserunt. Praeterea qd misericors compatiensq; fuerit, in nuptijs utiq; uino deficiente, innotuit: mox nempe sponsi ac sponsae uerecundiae condoluit: & quod per seipsam exhibere nequiuit, ad hoc omnipotentem suum filium induxit. Apte omnino fateor de te o domina deuotissimus tuus puer Bernardus elocutus est: siquidem de te orsus, Maria inquit, omnibus misericordiae suae sinum aperit, quatenus de plenitudine eius accipiat uniuersi, captiui redemptionem, aegri curationem, tristes consolationem, peccatores ueniam, iusti gratiam, angeli letitiam, tota trinitas gloriam, ipsaq; filij persona, humanae carnis substantiam. Et denuo: O diues (ait) in omnes & super omnes Maria, cuius substantiae pars pauca assumpta, totius mundi sufficit soluere delicta. Iam tunc de ce tero assis precor o domina, iuua & conserua quae so Maria: En enim dulcissima salm nunc ad exteriora uocor, Nec nisi per tuam miserationem atq; maternum subsidium de caetero uel hucusq; his illisq; similibus, intendere queo.

Articulus XVII. De religione ac latria uirginis admirandae.

Benedic anima meo domino, & omnia quae intra me sunt, nomini sancto eius. Etenim quid utiq; retribuam domino pro omnibus prorsus quae tam benignissime retribuit mihi? Noui equidem quoniam honorum meorum non eger, quippe qui plenus est atq; perfectus. Veruntamen quoniam honor regis iudicium diligit, & confessio quoq; itemq; pulchritudo in conspectu ipsius, qui gratitudinem & ueritatem requirit, ne liberalissimo magnificentissimoq; deo ingratus inueniar, atq; id ipsum quod fortis laus eius in ore meo. Deniq; confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo, & glori ficabo nomen tuum in aeternum: quia misericordia tua magna est super me, & misericordia tua deus benedicte misericordiam tuam mihi in ciuitate munita. Igitur iam tunc benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: Nempe ipse est qui propitiatur NN omnibus

Luci

Prouet. 31

Iohann. 8

Iohann. 4

Plal. 102

Plal. 117

Plal. 136

Plal. 98

Plal. 97

Plal. 130

Plal. 33

Plal. 97

Plal. 30

Plal. 108

Omni iniquitatibus tuis: Qui illustrat faciem suam super seruum suum: Qui tribuit tibi intellectum: qui insuper non secundum peccata tua facit tibi, neque utique secundum iniquitates tuas retribuit tibi: quoniam reuera secundum altitudinem caeli à terra, corroborauit misericordiam suam super te. Itaque modo lauda anima mea dominum, lauda dominum in uita tua, psalle deo tuo quod diu fueris. Propterea confitebor tibi domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum, confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi: quomodo miseret pater filij, sic omnino tu quoque miserus es mihi. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. O pater misericordiarum & deus totius consolationis. O cunctas super substantialis, super dea & super bona, eius quae Christianorum est insperatrix theosophia: Deus maiestatis immensa, & libertatis quoque quomodolibet omniformiterque infinita: quid utique boni in me considerasti, ut tam misericordissime mecum perageres, atque eate nus in tam uili tamque immundo & item contemptibili, misericordiam tuam mirificares: Sed ut cerno, non utique haec ex meritis meis, alioqui gratia non esset gratia. Neque esset misericordia tua praeueniens merita mea: quod quia maledictus ille Pelagius dixit, haereticorum collega miser hostisque dei & gratiae demum inimicus, omnis utique gratiae expers effectus est. Confiteor ergo tibi pater domine caeli & terrae, quia non ex operibus iustitiae quae fecerim ego, sed secundum tuam penitus misericordiam, propter ipsam tuam meram bonitatem sic cum infelici tuo famulo operatus es. Enim uero à te bona cuncta procedunt: & ut fateor, sine te nihil omnino ualemus, quippe à quo omne donum optimum, omneque datum perfectum emanat. Itaque nemo gloriatur, sed qui gloriatur, in domino gloriatur: quoniam sicut palmas fructum proferre non potest nisi in te uite permanerit, sic nec nos, nisi in te o bone Iesu, o rex Messias, o Mariae fili & altissime ac adorande Christe, manserimus. Sed iam digressi omni huic finem imponens laetor atque exulto in dispositione tua domine. Et enim olim, quem admodum in proximi elucescit sine articuli, moestus propter iniunctum circa exteriora officium factus, nunc gaudeo: quoniam quod cum dolore lachrymisque omisi, iam utique cum praecordiali laetitia prosequi consummareque inchoo. Porro, ut uerum fatear, ac praesentis etiam iucunditatis rationem insinuem, tale erat ac tantum occupationis illius grauanen, ut ne unum quidem editionis huius articulum interim scripserim. Denique maius in de quoque heu detrimentum sortitus sum: quippe, cuius interim mens instabilior, animus distractior, deuotio minor, serior frigidior, maior loquacitas, secularior maneries, cor heu minus timoratum, totumque opus amplius in deuotum. Non enim, ut sine simulatione loquar, religioso ac monacho, praeritimque carthusiano in spiritali nondum uita atque in contemplatiua quoque necdum uirtute satis exercitato itemque stabilito, exteriorum expedite officium marthaeque negotium. Nempe ut dicitur, pluribus intentus minor est ad singula sensus. Si non fuerit spiritalis in animo firmata perfectio, mox utique prorsusque repente per superuenientem impediatur uehementem exteriorum solitudinem. Plurimumque in huiusmodi dispositione contingunt atque occurrunt, quae internam subito mentalemque deuotionem aut laetant aut perturbant: si non fuerit anima ipsa circa seipsam incessanter circumspecta atque sollicita. Itaque modo tranquillitati celsaque redditus, quod restat ordior, de digressionis huius excessu ueniam precans: non enim mentis pulchritudinem continere ualebam. Est autem (quae admodum à Cicerone introductum est) religio, uirtus quae deo cultum ceremoniarumque affectu quod & laetitia quoque ratio est. Porro dulcia uirtus est, quae superioribus excellentibusque personis creatis, debita exhibet seruitutem atque honorem. Ideoque idololatras appellati sunt hi utique, qui pro deo idola colunt. Denique cum religio à relegando dicatur, eo quod mentem à ceteris releget atque absoluat: & ipsi deo ea inherente unitatem efficiat, palam non omnes illos qui deum colunt, religiosos censendos, sed eos dumtaxat, qui se à caducis cunctis alienantes, libera itaque sincera deo mente intenti sunt, quippe quorum est affectio munda & anima sancta. Itaque iam nunc in fallos innotescit, ex religio huiusmodi fuisse Mariam, quo erat mens eius ab omni à Christo elongante affectu distans, & in ipsius sui unigeniti ardore immobilior: quod si angelorum hominumque linguis eloquerer, non utique adhuc amoris huius uehementiam profari essem idoneus. Praeterea singulariter nimis prorsusque incomparabiliter in dei ministerio Maria se & omnia quoque quae in se erant occupauit: nepe maternam filio deo seruitutem impendens, omnia penitus sui corporis membra in illius famulatu expandit: nec aliud quam dulce illud suauissimi sui uentris fructum meditari aut effari ualebat, quippe in quo cuncta desiderabilia cunctaque salubria plenissime inuenit atque possedit.

Articulus XVIII. De deuotione super excellentis Mariae.

Concluit

Concluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Elucescit opinor si rite intendo, in religioso utique animo ex diuino amore promptitudinem quandam effluere ad ea, quae diuini cultus sunt, exequenda: hoc autem deuotio est. Et enim deuotio, prompta uoluntas se tradere diuino famulatu, rite describitur: quem admodum Psalmographus: Gaudebit ait labia mea cum caruero tibi. Et si itaque deuotio, religiosus actus: religio enim mentem ad dei seruitutem disponit: & huius quidem dispositionis interior actus est deuotio. Porro, deuotio in contemplatione fundatur, atque ex charitate astanti proficiscitur. Denique ex his palam reor, eorum utique contemplationem, quae diuinitatem in mente seruorem calidior em efficiunt, ampliusque inflammant maiorem deuotionem inducere. Manifestum uero est ea quae meliora praestantioraque sunt, huiusmodi fore, quippe quae desiderabilia & item amabilia consistunt. Unde summam trinitatis ac super benedictae diuinitatis speculatio, secundum se utique maxime profusa deuotionis causa est. Veruntamen propter nostram defectioem aliter saepe contingit: quoniam enim ad diuorum contemplationem sensibilibus manuductione egemus, ea ueritatem potiore deuotionem inuehant, quae ad diuinitatis contemplationem, clementiam atque amorem uicinius efficaciusque deducunt, inter quae insignia humanitatis Christi pollere primatumque fortiri certum est. Ideoque incarnationis, passionis & uirginitatis inter rim quae pro nobis Christus dominus suscepit, fecit atque sustinuit, meditatio, mentem celerius inflamat. Veruntamen quod homo de formiore fuerit perfectionem adeptus, eo utique ex ipsius mox diuinitatis contuitu, calidius immediatiusque deuotionem fortitur. Itaque si ea quae de incomparabili splendidi simaque amabili Mariae sapientia in secundo, & demum de eius ardentissimo atque deifero amore paulo ante in hoc tertio introducta sunt, nunc quoque deuotio tradantur memoriae, quam fuerit etiam proportionabiliter super excellens cordis sui deuotio, repente patebit. Et enim quod unicum suum Iesum clariore mente agnouit, feruentiore corde amabat, eo utique in eius obsequium affectuosius, delectabiliusque se rebatur. At uero deuotio annexam habet sanctam laetitiam, ea praesertim quae ex diuina proficiscitur bonitatis contuitu. Interdum uero ex propriae consideratione defectus deuotio manat, quoniam per hanc se homo deo plenius subdit: & haec per se quidem tristitiam habet, dum uidelicet super sui miseria quispiam dolere: secundario autem & laetitiam habet, dum in spe diuinae benignitatis respicit. Sed & primo modo nata deuotio, propter amati absentiam, tristitiam quandam secundario habet adiunctam, quem admodum scriptum est: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Rursusque: Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie, ubi est deus tuus: Praeterea ex passionum Christi meditatione proficiscens deuotio, compassionem complectitur: sed compassio hic laetitia mox suscipit, quippe quae diuinae charitatis atque clementiae circa nos reminiscitiam profert. Igitur ex his ni fallor innotescit, quia & si Mariae contemplationibus fuerit ingens immixta deuotio, deuotionisque laetitia, nihilominus eisdem affuit tristis quaedam & item afflictiua affectio, potissime post passionem ascensionemque sui dilecti, quippe quem ineffabiliter diligens atque desiderans incessanter suspirabat: ideoque ipsa in Canticis ad sponsum filium, Trahe ait me post te. Adhuc autem unicuique id agere delectabile existit, ad quod affectuosam inclinationem, internumque appetitum fortitum est. Nunc uero praerinductum est, quoniam prompta ad dei cultum affectio consistat deuotio: itaque deuotionis actibus, delectatio pura uinitur. Hinc equidem amanti & ipsa quoque ardua facilia sunt atque suauia: Amor nempe inter uniuersos habitus facillime letissimisque agit. Ideoque Christus dominus: Iugum inquit meum suauis est & onus meum leue, quibus utique nisi amantibus illud? Enim uero non amantibus quid fateri incumbit, nisi quod in illorum persona Propheta concinit: Propter uerba (inquiens ad deum) laborum tuorum, ego custodiui uias duras. Hoc timendum nondumque perfecte amantium carmen existit: ideoque cuncta quae felicissima uirgo egit, laetissime atque mente perfecit.

Articulus XIX. De mansuetudine seu pietate sublimis Mariae.

Nigenitus dei, Discite inquit à me, quia mitis sum & humilis corde. Mititas equidem deo hominibusque amabilem facit, quippe quae irae atque furoris moderatrix est itemque refrenatrix. Denique quem admodum ira utique rationis uehementissimae censura in daginemque obnubilat, sic prorsus ipsa quoque mititas ad dei illustrationem mentis iudicium, intellectum eminenter disponit. Nempe, uti exuberans fumus hospitem pellit, sic paraeletum, qui pietatis utique spiritus est, ira quoque à corde euellit.

NN a Porro

Psalm. 30
Psalm. 102
Psalm. 145
Ecclesi. 51

Psalm. 103
Rom. 11
2. Cor. 1

Psalm. 30
Rom. 11

Ecclesi. 51
Tium. 1

Iaco. 1
Hier. 9
1. Cor. 1
2. Cor. 10
Iohan. 17

Religio quid
est religiosus
1. Cor. 10

Luce 1

Deuotio quid
Psalm. 70

Can. 2
Psalm. 41

Can. 1

Mat. 11

Psalm. 137

Ia. 11

Porro, ira est appetitus uindictæ, ex iniuria natus. Itaq; constat, quoniam quo perniciosior ira, sic mitis quoq; præstantior. Quam uero sit ira iniqua, Sapiens quidem docet: Qui uindictam uult (inquiens) à domino uindictam inueniet, & seruans dominus seruabit peccati illius. Ideoq; consulens tibi Salomon, Relinque ait, proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Enim uero irrationabilitatem iræ conspiciens sapiens quidem, tanquam sciscitans irascentem increpat: Homo (asserens) homini seruat iram, & à deo querit medelam: In homine sibi simili non habet misericordiam, & tamen de peccatis suis deprecatur altissimum. Vnde post pauca criminis huius enormitatem insinuans, Quis (ait) exorabit pro peccatis illius? Itaq; claret, quia mititatis uirtus eximia sit: Quod hinc quoq; pateat opinor, qd eam tam singulariter rex Messias nobis imitandam tradiderit, Discite (inquiens) à me, quia mitis sum. Hæc te o Maria uirtus eminenter decebat: etenim quemadmodum mulierem ira singulariter inficit, turbat item que de honestate, sic penitus mansuetudo eam eleganter nobilitat. At uero quam sceminam ira non deceat, Sapiens quidem erudit, ait equidem: Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis nequitia, nequitia mulieris. Item que post pauca: Non est inquit caput nequius super caput colubri & non est ira, super iram mulieris. Potissimum itaque mansuetudo concedet mulierem, nempe omnis mansuetudo atque humilitas fragilem hunc, & item per naturam defectibilem, concedet sexum. Quod si in præclaris uiris hæc sic splenduit uirtus, quantomagis in defecata & reuera incomparabili prorsus ac super exaltata, Maria? Nempe de Moysè ueritatis faretur scriptura: Et erat Moyses mansuetus super omnes homines qui habitabant in terra. Præterea contemplari par est, quoniam quo mansueti uindictam minus exigunt, atque circa iniuriantes dulciores consistunt, eo illorum iniuriam deus iustissimus horribiliter ulciscitur atque inducit: & quidem id prorsus de Moysi inimicis, Dathan loquor & Abiron lucet, quippe quos terra uiuos absorbit. Sic omnino quo deifera Maria est mitior, eo utiq; in ipsius offensus iudex filius consistit magis tremendus. Itaque tremenda est nimis Maria, quoniam in ultionem ipsius districtissimus grauissimusq; est iudex, quippe qui ne minimam quidem mitissimam illatam matri offensam, impunitam relinquit. Insuper quam fuerit clementissima uirgo mitis in unigeniti sui passione, cernere palam est: Etenim sceleratissimis illis dilecti sui crucifixoribus non iam irascens, sed cõpatiens fuit: quippe que filio patienti in charitate & mansuetudine simillima extitit, & humanæ quoque redemptionis mysterium dispensationemq; agnouit: mens certe mitissima atque dulcissima, amabilis serenissima que Maria. Amplius autem tu o Maria mitissimo quoque Moysè incomparabiliter eras mitior, quippe qui frequenter utique, & nunc quidem iuste, nunc autem iniuste in iram exarsit: nempe Aegyptium illum non sine peccato occidit. Augustinus in quaestionibus super Exodum dicit Moysen in occisione Aegyptij peccasse: aliqui tamen excusant, presertim cum dicat Apostolus: Fide Moyses interfecit Aegyptium, non ueritus animositate regis. Denique dire fatis in idololatrias motus est, Viginti tria milia uno (si rite memini) die interimens, Denuo, quemadmodum in Chore eiusq; participes iratus extiterit, ipsa sua pandit orationeum nanque efflagitans, Ne respicias inquit, ad sacrificia eorum, Moxq; ab igne uiri illi consumpti sunt, Chore tamen à terra absorptus est. Sed nunquid huiuscemodi quidpiam de dulci uirgine nosti? Enim uero cum filio in Aegyptum fugit, prædicantem iniuriari blasphemariq; uidit: dæmoniacum, seductorem, potatorem, blasphemum appellari audiuit: Præterea flagellari, albaq; ueste illudi, spinis coronatum purpura quoque uestitum egredi dicente præfide, Ecce homo, conspexit. Insuper crucem sibi baiulantem prosequitur: nudari crucifigi que cernit. Sed nunquid in horum aliquo iniuriantibus suo dilecto, exprobrasse aut durum quid elocuta fuisse describitur? Non poterat mens illa mitissima iram amaritudinemq; concipere, aut malum pro malo reddere: quinimo, cum esset ipsa proximorum charitate ardentissima, cæcis atque errantibus uehementer condoluisse censenda est. Insuper uniuersæ si iubes euangelicæ retexerit ueritatis historiam, & cerne si quippiam durum, aut certe crudele seu minatorum de maria inuenieris. Etenim raro admodum sapientissima pudicissimaq; turtur, locuta agnoscitur. Veruntamen sermonum eius qualitate intendit: Archangelum affari orsa, Quomodo (ait) fiet istud, quoniam uirum non cognosco? Sapientiale ni fallor, itemq; pudicum uerbum hoc extitit, nempe de modo inconsueti

Ecdias
Ibidem.
Mat. II
Ecdias
Ibidem
Nu. 12
Nu. 16
Job. 24
Nu. 12
Exod. 2
Nu. 16
Mar. 2
Mat. II
Luc. 7
Iohan. 7
Luc. 23
Iohan. 19
Mat. 27
Ista. 55
Can. 2
Luc. 1

inconsueti & supernalis effectus, plenius edoceri prudentissima uirgo optabat. Præterea de promissæ quoq; obseruatione castimonie sollicita fuit. Rursus autem sacra ad celestem paranymphum, Ecce inquit, ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuum. Nunquid humilitate uerbum hoc redolet? Porro in nuptijs ad filium, Vinum aserit, non habet: & ecce ele mens compassio. Deniq; filio post multam tandem anxietatem in templo inuento, Fili aiti, quid fecisti nobis sic? Ego & pater tuus dolentes quaerebamus te. An non suauiter maternaq; affectione sermo iste exuberat? & in his quidem à filio increpata uidetur: quippe cui in primo dictum est: Quid mihi & tibi est mulier? in secundo autem: quid est qd me querrebatis? Veruntamen reuera increpata non est, quippe que culpam omnino non habuit, atq; ab omni redargutionis causa, immunis extitit. Deniq; si culpabilis erat, cur tam prompte in utroq; ei filius acquieuit? Etenim irrationabili utiq; preci non assentire par est. Veruntamen ad eius instantiam, auctor naturæ eius certe filius, unum produxit: atq; cum ea à templo descendens ipsi filialiter subditus fuit. Quod autem in his austerius ei filius, uirtus utiq; & sapientia patris, respondisse uidetur, propter nos fecit, erudiens, ne parentibus carnaliter nimis afficiamur. Properterea quidem & rursus cum ei prædicanti quispiam nunciaret, Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, querentes te: durius locutus apparet: Quæ est inquit, mater mea, & qui sunt fratres mei? Enim uero cum ipse uenerit non pacem sed gladium in terram mittere, quippe qui parentem ac prolem matrem & foeminam, sponsum ac sponsam separare descendit, si ipse molliter nimis matrem affatus fuisset, quis utiq; eam paribus quam ipse edocuit austeritatem, ipso suadente ostenderet? Etenim suis loquens, Qui non odit (ait) patrem & matrem, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Itaq; ut huius quoq; sanctæ austeritatis forma nobis existeret, durius subinde irreprehensibili iteq; dulcissima uirgineæ genitricis profari respondereq; maluit. Veruntamen & si nunciati matrem suam foris esse, & ipsi loqui uelle, sicuti præinductum iam est, responderit: certissime tamen sciendum, quoniam mox utiq; quemadmodum illa optauit, sic ei uidendum affandemq; exhibuerit. Deniq; & ipsa secretissimorum unigeniti sui consilioq; conficia, loquentis mentem magis qd uerba cognouit: atq; ob id nuptiarum ministris, Quicquid (inquit) dixerit uobis, facite: optime sciens sanctissima, quia omne qd ipsa mouerit, ille repente impleteret. Igitur quoniam cuncta quæ de Maria euangelica pandit narratio rememorans atq; reuoluens, aliud prorsus non inuenis, qd in omnibus uerbis factisq; mitissima fuerit, uniuersaq; demum crudelitatis ac amaritudinis expers, misericordiae atq; dulcedinis uisceribus supererf flueret redundans, singulis exorabilis, cunctis existens placabilis. Hinc in qua de cætero ne formides neq; desperes: acce de Mariam, eam ut misericordissimam aduocatam implora: in ea tanq; in fidelissima protectrice, confide: per eam uelut per mitissimam mediatricem, saluari exoptes: Sub umbra eius quiesce, illic perseuera, nec abeas inde.

Articulus XX. De obedientia uirginis sacre.

Melior est obedientia qd iustitia: & auscultare magis, qd adolere adipem pingulum: quoniam quasi peccatum ariolandi repugnare, & tanq; scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Vehementer nimis, si rite discerno, solo hoc sancto testimonio obedientiæ dignitatem atq; præconium fidelis Samuel contestatus est. Sic tu o uirgo admiranda, o perfecta Maria, diuino ori in cunctis humilima mente paruisti, nec unq; o sancta & magna supergressa es. Deniq; & iudice forti Eud fortior facta, nusq; utiq; uel ad dextram aut sinistram declinasti, quippe cuius in lege domini erat uoluntas, & in lege eius meditata es die noctuq;. Porro, talis erat o præstantissima sancti tui cordis obedientia, ut uniuersorum supexaltatum principem, opificem deum non iam ut imperatorem aut certæ æqualem, sed ut obedientem quoque habere merueris: erat nanque subditus tibi, quis utiq; nisi à cuius conspectu cœli quoq; columna contremiscunt: O uere excelsa & super excelsa domina, tota pulchra atq; amœna, delectabilis, gaudiosa ac super serena Maria, merito prorsus omnis tibi iam nunc paret subijcturq; creatura, cœlestis atq; terrena: nec enim indignum ei est illi subijci, cui suus quoq; creator subdi & item obedire dignatus est. Præterea, de alio insuper illustri uiro in scriptura ueritatis legisse me memini, qd obediit uoci eius deus benedictus: Nempe dum hostes Israël persequeretur Iosue, ten deretq; sol ad occasum, non tam deprecans qd ut uideretur præcipiens, uir iste exorsus est: Sol (inquiens) ne mouearis contra Gaboon, & luna contra uallem Aialon. Steterunt quoq; sol & luna, donec ulcisceretur se Israël de inimicis suis. Stetit itaq; sol in medio cœli, & non festinauit occubere spatio unius diei. Non fuit antea nec postea tam longa dies, obediēte deo uoci hominis.

Iohan. 2
Luc. 2
Iohan. 2
Luc. 2
1. Cor. 1
Mar. 3
Luc. 8
Mar. 10
Luc. 14
Luc. 8
Iohan. 2
Can. 2
1. Reg. 17
Iudic. 3
Deut. 7
Psal. 1
Luc. 2
Job. 26
Can. 4
Iosue

Quid ergo amplius in Maria, aut in quo tam incomparabilis existit: imò uidebitur in hac parte maior ea esse Iosue, quippe cui deus secundum diuinitatis naturā obedisse refertur...

Mat. 20

Iosue 10

Gen. 6

Nam 1

L. 11

1. Iohan. 3

Articulus XXI. De humilitate magnę Marię.

Q Via respexit humilitatem ancillę suę. Cur non o domina cunctis utiq; uirtutibus splendēs, plena atq; perfecta, uirginitatem aut certe charitatem in te deum respexisse facta es?...

adeptæ

adeptæ. A deo in deficiente penitusq; dependemus: ideoq; diuinus Apostolus, Quid inq; habes quod non accepisti? si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Elucescit ergo, quoniam uere humilis, oēm profus honorē & gloriā fonti bonitātū deo sancto attribuit...

1. Cor. 4

Iosue 23

Gen. 18

Iohan. 1

Exo. 4

Ieremi. 6

Isa. 6

Psal. 38

Iob 4

3. Reg. 17

4. Reg. 3

Mar. 16

Luce 2

Luce 8

Eodem.

Luce 2

Iohan. 6

Act. 1.

Eodem.

itaq; quo omnium summa, se uero sub cunctis humiliare ualebit: Nempe ut dicitur, Nunq; super omnes angelos: choros ascenderet, si non prius per humilitate sub uniuersis homini bus descendisset. Denuo, quis fortassis obijciat, Vere enim humilis, non iam humilis sed uilis nominari desiderat: itaq; quemadmodu uere humilis est, quae se humile uocat: Sed respon dendum ad haec: Duo quae da in homine considerari posse, unum quod hominis est, aliud quod dei. Ex se autem habet homo, quicquid culpa imperfectioisq; confisit. Porro, quicquid uirtutis extat & gratiae, a deo fortitur. Sic ergo sanctus & superior, inferiori semi nozem fateor, secundu id quod ex se est. Deniq; cum nil suis meritis, sed diuinae toti gra tiae quicquid dignitatis habet, ascribat: se secundu id quod sibi ex se attribue du est, in hunc arbitrat, & ad omne praelatione indignu, praesertim cum aliu secundu ea quae diuinitus adeptus est, inuatur. Rursus, cum mala quae ipsi habere possunt, nobis pateant: non sic aut alioru qui etiã secreta multa bona, quae nos latent, habere possunt: hinc nos ipsos merito sub alijs humiliare debemus. Non autem necesse est, ut se sanctus & in humilitate perfectus in perfectioribus simpliciter & secundu ea quae desuper habet, se inferiorem existimet: scire naq; par est, quid utiq; diuinitus nobis donatu est, ne & ingrati id ipsum perdamus. Ideoq; Apostolus, Nos (inquit) non spiritu huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Vnde id secure enutio, qd uirgo benedicta se post chri stum excellentissimã, electissimã dei creaturã agnouit: ideoq; magnanimitè loquens, bea tam (inquit) me dicent omnes generationes. Nihilominus se secundu id quod ex se erat in tendens, quoniam se hoc quoq; modo lucidissime nouit, humilima mansit: hoc equid sine humilitatis utiq; prauidicio fieri nil prorsus prohibet. Sic nepe Paulus se caeterosq; Chri sti apostolos cunctis ueraciter praefrens, Non ipi (ait) qui primitias spiritus accepimus, & ipsi intra nos gemimus. Praeterea ad id quod postremo inductum est, respondendu: Quo niam utiq; pro loco, tempore & causa, proprias referare uirtutes sancta q; pandere opera nedum licitu sed expediens quoq; existit, nempe quoties se suosq; Paulus commedat. Ete nim uicissim, plus omnibus (inquit) laboraui. Et denuo, Bonum (asserit) certamẽ certauit. Itaq; Cupio dissolui & esse cum Christo. Deniq; cum se sanctissimi atq; precipui humiles uocat, non ego opinor, qd se humilitatis uirtute pre dicit insinuare intenderint: sed id magis reor, qd humiles se dicentes, paruos modicosq; se fore signauerint. Tu igitur si Mariã diligis, si eã uenerari laudareq; cupis, humilitate eius assequi stude: Deus namq; super bis resistit, & hu milibus dat gratia. Quemadmodum ad Saul uox diuina edisseres, Cum esses paruus in ocu lis tuis, caput in Israël factus es: nunc quoniam super bisti, spreu te: ideo per Isaiã pater ce lestis, Super que (ait) reges cet spiritus meus, nisi super quietu & humile: Et in euãgelio Chri stus: Beati (inquit) pauperes spũ. i. humiles, ut puta qd se inopes mente reputant, nilq; carnaliu inordinate concupiunt: quoniam ipsoꝝ est regnu cceloꝝ. Deniq; humilitas radix est fun damentuq; uirtutu: qd sine ea uirtutibus studet, sancta q; opera colit, sic est quemadmo dum qd flante uento in aere sine cooperimento puluerẽ portat: aut qui sine sustentaculo edi ficium moliri desiderat. Humiliemur igitur sub pote tu manu dei: Omnis enim qui se humi liat, exaltabitur: & qd se exaltat, humiliabitur.

1. Cor. 1

Luc. 1

1. Cor. 15
Roma. 8

1. Cor. 15
1. Tim. 4
Philipp. 1

Iaco. 4
1. Pet. 5
1. Reg. 15

Esa. 66

Matt. 5

1. Pet. 5
Luc. 14
Luc. 18

Malach. 3

Roma. 8
Eodem.

Articulus XXII. De stabilitate seu constantia uirginis sancte.
Qui constans est animo uirtuteq; stabilis, deum imitatur, qui ait: Ego sum deus, & non mutor. Est autem memoria mentis humanae in protoplastoꝝ peccato uaga & instabilis facta, ideoq; per constantia perfici eget. Deniq; sine stabilitate uir tus nulla existit, uirtus enim habitus est. Porro, habitus qualitas est radicata. Praeterea constat, quia foemine sexus conditio secundum naturã quidẽ fragilis est atq; in stabilis: igitur quoniam in benedicta & illibata Maria, ea quae per naturam imperfectiora esse debebant, ampliori utiq; gloria circumdata sunt, innorescit quia praecelara profusa stabi litate ipsa constipata adornataq; sit. Deniq; stabilitas ex sapientia manat: Sapientia naq; est ordinare & uniformiter esse ac agere. Quemadmodum ergo aeterni omnipotentisq; dei ma ter super benedicta, sapientissima erat, sic quoq; & constantissima fuit. Amplius, qui rationi innitur, stabilis est: qui autem passionibus suis subternitur, mobilis est atq; inconstans: in telligentia enim lumen rationisq; censuram passiones obtenebrant. Igitur quoniam moralis bus erat Maria respiciens uirtutibus, omni penitus passionu inordinato caruit motu: ideoq; liberrimo semper in cunctis rationis fungebatur iudicio, constantissima itaq; fuit. Adhuc, si Apostolo dicere licuit: Quis nos separabit a charitate Christi? Et denuo, Certus sum, quia neq; mors, neq; uita poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu dno nostro: quantum

quantomagis & Mariae in omni utiq; perfectione cõpletã? Enim uero, constans nec prospe ris extollitur, sed gratias agit: nec a diuersis deicitur, sed æquanimiter suffert. Hanc lob san ctus habuit, donec deficiã (inquies) nõ recedã ab innocẽtia mea, & iustificationẽ qua tenere cecepi, nõ relinqua. Itaq; nec laude fauore ue hominu, nec iniis neq; tormentis inimicoꝝ fle et ualer aut frãgi, qd constantia uerã fortitus est. Hanc utiq; fortissime ille Christi athlete ac spõsã quae in sexu fragili martyri palmã adeptã sunt, possederũt. Deniq; p hac nedũ uiri lis sed & deiformis qd foemina quẽq; efficit: de deo em Balaã orsus, Non est air, deus ut ho mo, ut mutet, neq; ut filius hominis, ut mentiat: deoq; iustitiae semitas in declinabiliter gra diẽs, neq; ad dexterã nec ad sinistrã declinat, recte utiq; deus quidẽ perhibetur.

Iob 17

Num. 23
Deute. 6

Articulus XXIII. De dulcedine amantissimae dei.

Spiritus meus super mel dulcis, & haereditas mea super mel & fauit memoria mea in generatione seculorũ. Quid est dulcissima, quid est o mitissima, o uere nimis suauis Mariae tu nunquã o dña per portas memorie ingredi uales, nisi in ista tibi dulcedinis odore dispergas. O dulcis ac delectabilis, o redolens amabilisq; Maria. Quid est aut dulcedo haec meralis atq; interna, nisi serena quẽdã dispositio mentẽ habẽtis exhilarãs, ani mumq; contẽplantis oblectãs atq; reficiens? Deniq; ex bonitate, amabilitate & itẽ conueni entia dispositio ista emanat: itaq; quod tu o Maria melior, quod amabilior, cunctisq; conueniẽ tior existis, eo utiq; dulciore te esse palam est. Cũq; nil prorsus amaritudinis tortuositatisq; nil omnino in te consistat, sed miserico dia summa, mititas plena charitasq; perfecta, eluce scit opinor, quia uere tota suauis es itẽq; amoena. Enim uero, quomodo utiq; non iam dulcis simã, imò & dulcedo quae da purissima esses, quae fontem dulcedinis in finitẽ utiq; suauitatis regẽ concepisti, in utero baiulasti, clausa peperisti, natũ lactasti, correclasti, & ad incremẽ ta perduxisti? Reliquiae dulcedinis eius o Maria permanserunt in te, suauitatisq; suae odor immobiliter adhãsit substantia tuae. Ipse quippe filius tuus de quo psallimus, Quonia tu dña suauis & mitis, te omni creaturẽ, praesertimq; homini amabile esse uoluit dulcẽq; effecit. Et ecce o dña, post deũ altissimũ nil prorsus in uniuerso est, qd tuẽ dulcedini cõpar existat.

Eccl. 1.4

Psal. 85

Articulus XXIII. De materna illa acerbissimaq; compassione, qua patienti filio affectuossima eius mater condoluit.

Stabat autẽ iuxta crucẽ Iesu mater eius. In praeductis ni fallor, iam euidenter clari uit, quoniam dilectũ suum Maria passurẽ, praenouit, ideoq; futuram illius passionẽ uberrimã praemeditans, amara plerunq; afflictione secundũ dispensationem tamen & itẽ moderamen superni consilij, affecta fuisse, pie credenda est. Cõformiter quoq; strite contẽplor, & de illius mox resurrectione futura tunc utiq; consolationẽ suscepit. Por ro iam nunc passionis hora praesente itemq; passione ipsa durãte, tantus eã dolor oppressit, ut nullã prorsus ex resurrectionis speculatione propinquaẽ respirationem conceperit. De niq; quemadmodũ tanta erat dominicae passionis acerbitas, ut se unigenitus dei a patre ce lesti fateretur relictu, ut ipse ait: Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me, sicuti & Isaias uaticinans, Reputauimus (inquit) eum tanquam leprosum & a deo percussum, ac no uissimum uirorum. Sic & Mariae tanta fuit in hora illa compassio, ut & ipsa quoq; a deo de relicta fuisse uideatur. Nepe derelictio illa Christi aliud prorsus non erat, quã suspensio consolationis diuinae, & traditio ipsius in manus peccatoꝝ: In ipsa equidem passione Mes siae redundãtia nulla extitit diuinitatis, aut rationalis supremãq; partis anime in sensuale m portionẽ uiresq; corporeas: ideoq; amarissimus erat dolor, tũ quia patientis harmonia erat tenerrima. Et rursus quoniam qui torquebatur, fortissima erat complexiois atq; naturẽ, Patiformiter utiq; & in Maria tunc extitit, ex nulla nanq; consideratione neq; de patientis resurrectione, nec passionis fructu mitigari matris poterat dolor. Vnde quemadmodum tunc nata erat passiois amaritudo dominicae, ut ne martyris quidẽ cuiusq; passio ei queat æquarific tunc Mariae qd cõpassio, oẽm prorsus cõpassionẽ excessit: nõ solũ aut, sed ne ali quẽ in hoc mudo tãtẽ potuisse amaritudinis mortẽ tulisse opinor, quãta erat in hora illa Ma ria cõpassio: nepe qdẽ uiuere cõpaties atq; nõ mori potuit, nõ utiq; humanẽ uirtutis, sed di uinae ni fallor dispesatiõis fuerat opus. Enim uero, si cõpassiois qris utcũq; magnitu dinẽ uirgi neae matris agnoscere, amoris uehementia, quo filiu ipsa dilexit, conspicerẽ stude. Et quidẽ si omniũ linguis loquar, angeloꝝ ac hominũ, fateor non utiq; me posse amoris huius ardo rem effari. Praeterea in superioribus de huiuscemodi Mariae qualitate amoris me pro uiri bus disputasse recordeo. Porro, elucescit reor, quonia quemadmodũ dilecto cõpatimur, se quod intimius amamus, eo utiq; praecordialius consuistimemus, Cũ igitur secundũ preinductã

Iohan. 19

Psal. 22
Mat. 27
Iob. 35

IESVM dei filium ineffabiliter uirginea mater dilexerit, palam quoniam & ineffabiliter patienti ipsa cōpassa sit. Itaq; iam nunc à principio reuolue o anima passionis dei tui modum, & item compassionis matris eius dolore: etenim in die uenditionis sancti in sanctorum cum discipulis suis dixisset Iesus, Scitis quia post biduū pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigat: remansit o amanda Maria ille tuus unicus Iesus in bethania in domo Marthæ. Porro Lazarus unus erat ex discumbentibus. In die illo atq; in conuiuium multa utiq; quæ ego quidē nec reprobo neq; affirmo, quippe quæ censentur apocrypha tua cum leui scribuntur fuisse colloquia. Quod uero certum uerumq; est, ut quo edissera: Nempe non utiq; ambigui reor quin in sacratissima illa mensa, in qua principes populorū congregati erant cum deo Abrahā, & tu mundi regina cum rege Messia, Lazarus demū cum Martha atq; Maria, Christo conuiuantes fuerit, ipse tuus unigenitus de iam sibi in ante passionelo cutus sit: in cuius utiq; sermone mens tua maternā amarissime prorsus compuncta cōpassa est. Deniq; nocte illa tecū in domo Marthæ permansit: qualia autē in tempore illo inter te & illum cæterosq; amorifera, feruida dolorosaq; uerba prolata sint, deuotæ & item amarosæ menti meditandum relinquo. Præterea ante diē festū paschæ duos de discipulis ad parandū legale pascha præmittens, cum cæteris tandem apostolis de Bethania migrans, Ierosolymā profectus ingressus est. Hoc quoq; die te o Maria de Bethania Ierusalē introiisse certū arbitror, non solā, sed cum cæteris quoq; deuotissimis illis foeminis, quæ Christi amplius ardebat amore, Magdalenā aliasq; Marias in sinuot elucefcit enim, quoniā cenā Christi non interfueris. Recordor d̄ domina amaræ separatiōis illius, qua à dilecto & unico tuo in die cenæ ultimo separata es. Certissime equidē o domina noueras, non te amplius illum uisurū nisi in manus peccatorū traditū: deoq; calidissimo cōpassionis affectu ab ipso cū hā migeris affectuosissimisq; uerbis segregata es. Porro, qua solitudine atq; formidine, q̄ uigilijs & compassione quanta nocte illam transegeris, in qua amantissimū tuū tradēdum, capiendū, ligandū, irridendū, conspuendū, colaphizandū blasphemandūq; noueras, deuotiori secretioriq; amatori contemplādum relinquo. Hoc interim certū suscipio, quoniam si cum illo fuisses, non utiq; ab illo mortis metu uti apostoli diffugisses. Præterea quantus te d̄ super serena & pure pulchra maria dolor inuast, dū primū huc in nocte huc in die parasceues filium tuum captum audieras, in terrā fortassis præ compassionis acerbitate prolapsa tunc es. Deniq; cum illū manibus etiam forsam post tergū, ut ferretur ligatis, spuro deformatū colaphis q̄q; attritū, præ sidi opprobriosisse offerri cernebas, ac falsissime ac cufari audisti, q̄ te tunc in excogitabilis prorsus afflictio o maria absorbuir. Initiū enim dolorum hæc uisio fuit, uerum tamen nondū statim finis: ac iora nanq; in cumbunt, & penalis sima restant. Nempe dum charissimū tuum quem plus utiq; & incomparabiliter magis q̄ te metipsam dilexeras, ueste alba indui, sicq; indutum per uicos atq; plateas in star fatui duci, omnino nudari, columnæ alligari flagellisq; inhumanissime ac acerrime lacerari uidisti: saltem oculis intimis: quid o sancta tūc mitissima illa tua uirginea maternaq; mens sustinuisse arbitranda est? Ipse nanq; d̄ precordialisissima, quæ tunc tam erubescibiliter nudabatur ille est, qui uestit diem de coro lumine, noctēq; soporis gratia. Deniq; ipse qui sic irridetur, uirtus est & sapientia patris. Insuper cum spinis coronatū, purpuratūq; uestitū. Iudæis præsentari intendis, sacro eius uultu spuro ac sancti sanguinis rubore deformato, nonne te utiq; tunc rhomphæa doloris penetrare orsa est, dicente Pilato, Ecce homo. At uero cum d̄ iudicati audisti, uerbaq; illa sacrilegorū, Tolle tolle crucifige eum, proclamantium: Rursusq; Non hūc, sed barabbā dimitte, dicentiū: atq; de condēnationis sentētia amatissimi tui letantiū percipisti, æstimo quoniā non tam amare scindat materialis gladius substantiam carnis, q̄ penaliter uerba illa maternæ tuæ secuerunt intima mentis: Quoniā reuera exacerunt durissimū illi ut gladium linguas suas. Deduxerunt oculi tui o Maria lachrymas per diem & noctem, & non tacuerunt. Audisti enim o beata impios tunc inter se dicere, quod iam olim le remias de filij tui passione uaticinans enarrauit: Venite (inquiens in illoz persona) & mittamus lignum in panē eius, & conteramus eum de terra uiuentiū. Deniq; quo dolore egedientem & tam contumeliosissime ac contemptibilissime propriam sibi crucē baiulantem secuta es: O uere p̄nosum spectaculum, innocentē & sanctū mitissimumq; agnū sic inhumanissime tractari conspicerē: nempe spinis sacri caput transfixū est: rose o illo rubicundorū sanguine uultus inmaduit: graui ligno lassati humeri onerabantur, & inter hæc tanq; otus ad occisionem ducitur & obmutescit. Conseruetur dinarium est, ut tunc amplius beneficiorū dilecti sui itemq; priorū gestorū dilectionis antiq; ac familiaritatis solitæ quis recorderetur, dum

Mat. 26
Mat. 14
Pfal. 46
Iohan. 11
Mat. 26
Eodem
Mar. 14
Iohan. 18
Lucæ 24
Iohan. 19
1. Cor. 1
Iohan. 19
Ma. 27
Pfal. 63
Hier. 14
Hier. 11
Iohan. 19
Esa. 53

dum illū aduersa ferre speculari, atq; ob id intimius cōpatiatur: Sic prorsus o domina in ipsa præsertim præcordialisimū tui filij passione meministi beneficiorū ipsius, q̄ te humilē ancillā in matrē elegit, pauperēq; puellam angelico principatū prētulit: q̄ te ab omni labē preferuās, gratia plenā fecit: in super, q̄ familiariter, humiliter, amose atq; iucunde tibi conuixerit. Quo huiuscemodi o Maria plenius recolebas, eo filij amore amplius languebas, patientiq; uehemētius cōdolebas. Hæc o magna regina, memoriā memor erās, & cōstabuit in te anima tua. Demū igitur in Caluarie locū peruentū est: & en, mox te o Maria cernēte, quæ diligit anima tua non datur, & formosissimū illud corpus iam nūc deformissimū miserāndū mūq; uidēti quippe q̄ sic laceratū sanguinolentūq; extitit, cruci hinc supponit, & cōfestim manus illius & pedes diris atq; obtusis clauis confodiunt, uniuersūq; sacratissimū ac deformē illud corpus tā uolētissime à nefandis distendit, ut in pristino naturaliq; loco membrū nullū remaneat, & ipsa insuper ossa dinumerari queāt. Totā nanq; soluebat sancte delicta: q̄ carnis cōpago, & uentæ rūpebant & nerui: hæc autē cōfessio atq; distētio acerbissimū erat tormentū. Sic ergo confixū, in medio latronū suspendit. O res super amara super dolo rosum speculū, dum affectuosissima mitissimaq; mater unicū suū filiū sic maciari conspēctar, & ipsum (ut ferretur) captis sui uellū ue recundāe loco inuoluit. O duri ictus acerbicōfō nitus, dū o felix, spinos clauos in præ dilecti filij tui manus & pedes incuti præsens audisti: Enimvero quo est o dña melius noueras, eo p̄nalius cōdolebas. Non te latitū naturæ eius amabilitas, cordis suauitas, sanctitas mētis, tēneritudo passibilitasq; cōplexionis. Vbi tūc o Maria nō iam singularis ac deliciosa sp̄s, sed mœstissima uidua, & iam penē dolēter orbatā. Vbi nunc uox illa amœna, Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus: Ecce em aspicias, & nō ei species neq; decor. Color eius immutatus est, & in cinere uersus pal lorē. Deniq; illa quoq; uox ubi nunc est, Ego dilecto meo, & ad me conuerso eius: Iam erū o dña aufertur tibi & ipse deserit te, unicū uitæ tuæ solatiū, cordis tui gaudiū, & lumen oculorū tuorū. Quæ cernere, quæ audire, cogitare, loqui, prosequi: cū conuiuere, ministrare, unī ti, adhærere unicū tibi erit refrigeriū & lætitiā summa: hunc tibi o benigna rabidissimi canes auferūt, & te astante occidunt. Porro, sacratissima illa pendētis filij uerba, uide & gemebunde audisti, illudq; præsertim omnia in ateria uiscera commouit ac penetravit, dum tibi quoq; compatiens fidelissimus filius, Mulier (inquit) ecce filius tuus: Et ad discipulum, te ei ostendens atq; conueniens dans, Ecce (ait) mater tua. O qualis commutatio. Quo modo non o clementissima mētis, uerba hæc & cætera quæ commemorata sunt, anitām tuam ense doloris uulnerassent, atq; ad mētis defectum corporisq; destitutōem ac lapsum eogessent: quando corda nostra, etsi saxea nimumq; dura, sola sic mollicat atq; resoluit, si demū flexilia & affectuosa faci memoria: Angustia tibi o domina undiq; eranti. Si suspiciebas, unī cum uentris tui fructum, pignus atq; thesaurum in cruce cernis pendentem: si autem circumspiciebas, audisti sceleratissimos blasphemantes, illudentes, cāpta sacrilega agitantes atq; dicentes, Vah qui destruit templum dei. Et deriuo: Si hic est Christus filius dei benedicti, descendat nunc de cruce. Rursusq; Rex Israël descendat nunc, & credimus ei. Vridiq; tibi dolor o sacra accecut: etenim, Sitio, dilecto tuo clamanti, acetum felle mixtum tē ad de tunt, infelices felle repleti. Deniq; te tam inconsolabiliter inexcogitabiliterq; cōdolente, reprobi illi uehementer exultant, ut puta unigeniti tui p̄nis miserisq; fatiati: & quoniā nūc circumspexisti, nec erat qui adiuuaret: itemq; sustinuit illē, qui simul contristaretur, & non fuit: qui consolaretur, & non inuenit. Vniuersa mox creatori suo compatiens (ut sic dicā) creatura, discoloratū, & tanquam in primordiale chaos prolapsura foret, obtēnebratur. Mirantur Athenienses, & altissimus philosophorum Dionysius obstupescit. Hoc nifallor, qualecūq; tibi consolamen o sublimis Maria extiterat. Porro, circa horam nonā, cum iam omnia consummata existerent, inclinato capite altāq; in tonans uoce, emisit spiritum. Et nunc o Maria nisi morlētis omnipotentia te conseruasset, & tu quoque simul utiq; expirasses. Et modo, quæ mox cordis tui materni pressura, quis gemitus, quæ desolatio, quāni affectuosa plāctuosaq; uerba, quāni tristis aspectus, quāni mœstissimi gestus. Denim, cū mortui latus miles lancea ladens transfixit, illius iam emortuū non patitur corpus, sed tuā rursus feruidissimā perforat mētē frāmā cōpassionis, p̄nalēq; tibi est, q̄ nō sufficit malignis uiuentē torquere, nisi mortuū pupugissent. Adhuc uero, hic ite: dolor tūc & terre renouat est, cū ad cōminuēda eius ossa crudelissimos ascēdere cerneres. At uero dū eū de cruce beati illi deponeret, q̄ affectuose atq; lugubriter filij tui corpus suscipis, amplecteris,

Lucæ 16
Treno. 3
Mat. 27
Iohan. 19
Pfal. 31
Ira. 33
Mat. 15
Luc. 21
Cant. 5
Ira. 33
Cant. 7
Iohan. 19
Dan. 12
Luc. 1.
Mat. 27
Mar. 15
Luc. 24
Mar. 15
Mat. 27
Esa. 63
Pfal. 63
Mat. 27

Phil. 3

deocularibus lachrymisq; rigas: quo insuper planctu sanctum sanctorum & regem gloriae defles: v'rebant uultum tuum o uirgo roseum calidissima illa in defecibiliter ex columbinis amabilissimisq; tuis oculis lachrymae guttatim emanantes, nec absq; amarissimo sancti tui peccatoris cruciatu intumulandum dilecti corpus a te auellitur. Porro, cum in credibili dolo refero a monumento reduceris: Veruntamen domum ingressa, mox utiq; ut dignissimum erat, de certissima proxima contemplatione resurrectionis consolationem sortita est mens tua dulcissima. Rationabile equidem fuit, ut illo mortem finiente, tu quoq; doloris subleuamen reciperes. Deniq; paulo post tibi utiq; in primis amantissimus tuus apparuisse pie credendus est.

Articulus XXV. Cur matrem suam charissimam rex Messias passioni suae adesse disposuit. Et de merito compassionis maternae.

Sap. 6

TV autem domine uniuersorum cuncta sapienter disponis. Cur ergo o Iesu bone, o mitissime agne, precordiali dulcissima: non pepercisti genitrici, ordinans, ne tuam praesens & astantem passionem intenderet: Sed iam, quoniam nil profus sine tua contingit prouidentia, neq; sine efficaci ratione quaequam euenire permittis, non utiq; absq; sublimi & admirabili causa amorosam tuam matrem morti crucisq; assistere ordinasti. Enim uero totius nostrae salutis eam cooperatricem esse uolebas, eamq; ecclesiae aduocatum statuisti, atq; per eam multos decreuisti saluare: ideo q; ni fallor, & eam tibi copari uoluisti, quatenus ob id maternae suae compassionis merito, ad misericordiam tuam ipse esse suffecerint, sed ut hunc quoq; ei honorem impenderes, atq; per ipsius patrocinia, desperatos & eos qui tuae se passioni ingratos exhibuerunt itemq; indignos, reparares. Praeterea & ideo quoq; ut per hoc & ipsa etiam in enarrabiliter proprium cumularet meritum: Scimus equidem quoniam si compatimur, & coregnabimus. Deniq; qui plus compatitur, amplius prorsus & conglorificabitur: ideo q; quem admodum sancto sanctorum incomparabiliter compassa est sancta sanctarum, sic & in gloria similia constituta est. Nunc igitur o summe Christe, o bone Iesu, o hominum amator Mariae q; filii, quoniam tuae heu sanctae passioni cruci & sanguini tam ingratus sum improbus ego extiti, non tibi condolui, neq; patienti conformatus sum, nec crucifixo confixus, atq; propterea prorsus relin qui perire q; merui, praesentissimae tuae quae o matris merito compassionis me saluasti me trade: & tu o bona me suscipe, & sacratissimae tuae compassionis merito, in aeternum confecta.

Iohan. 19

Roma. 8

Gal. 2.

Articulus XXVI. Quod illustris uirgo deo uirginitatem uouerat.

Quam pulchra est casta generatio cum claritate. Nulla si prein ducta rite fulcita sunt, defuit Mariae uirtutis perfectio. Cumq; uirginitatis uotu uirtutis uenustus decor consistat, palam, quoniam & beatissima mentis corporisq; sanctimoniam deo deuouerit: nemp eam latuit, uirtutis operationem ex uoto amplius esse laudabilem, quippe quae dicente audiuit. Vouete & reddite dno deo uestro. Sed dices, quoniam uirgo sancta legi in cunctis obediens fuit, lex uero in fecunditate male dicto damnauit, quomodo igitur contra legis praecipit ad uirginitatem se obligasse censenda est? Et de nouo, si enim uirginitatem uouerat, periculo se subdidit, se desponsari permittens: quae namq; matrimonium uere contrahit, uiri se potestati submittit. Respondendum autem, uirginem benedictam, quae confiniu erat tanq; horizon utriusq; legis, uirginitatem quidem tanq; sibi placidissimam deuouisse: sed quoniam adhuc sub lege erat, non tam absolute hanc uouit, quin honestissimam hanc conditione addiderit. Nisi deus de ea aliud quodpiam disposuerit: Non q; ipsa dubitauerit, an intacta manere uellet, sed an deberet. Deniq; deus excelsus qui legis autor dominusq; existit, in amantissima sua supra legem operari elegit, & ob id ex speciali spiritus sancti instinctu ipsa uotum emisit. Nam & sanctissimi illi uiri, Heliam Ieremiamq; loquor, uirgines permanserunt, quemadmodum de Helia refert Gregorius, itemq; de Ieremia Hieronymus. Porro, q; nihilominus pudicissima uirgo desponsari sustinuit, spiritus sancti inductione actum agnoscitur: quoniam & ipsa de proposito castimoniam sponsum sui celitus erat edocta. At uero ad celandum de omnibus incarnationis mysterium atq; ad parcendum uirginali teneritidini, neq; ut tanq; fornicaria lapidaretur, praesertim cum de sacerdotali esset profapia, uirgo iusto desponsata est.

Phil. 7

Exo. 3

Matt. 1
Lucas

LIBRI TERTII DE DIGNITATE ET PRAECONIO MARIAE, FINIS.

D. DIO.

CARTHUSIANI, DE PRAECONIO ET DIGNITATE

MARIAE, LIBER III.

PRAEFATIO.



Ignium magnu apparuit in caelo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. In dextera (ait Apóstolus) dominum Iesum. Et tu o nedum inter mulieres, sed & inter creaturas benedicta Maria, lumine tanq; uestimento amicta es, quippe quae inaccessibili illi luci sic immersa, tam intima & iteatenus uicina facta es, ut post personalem adorandi tui dilecti uirginitatis filii humanitatis cum uerbo uisionerit, no dicam inuoluerit aut tanta, sed ne comparabilis quidem alicuius cum deo unio, tuae felicissimae cum deo coniunctioni consistere queat. Deniq; sub pedibus tuis luna sita est. Ego meliori saluo iudicio, per lunam, uniuersam creaturam intelligo: luna e quidē defectum ueritatis designat. Et enim stultus ut luna mutatur, sapiens autē permanet ut sol. Omnis autē creatura ex se utiq; defectuosa est atq; instabilis, quippe quae ab omnipotentī deo in esse & ite in conseruari dependet, neq; sine illius manutentione uel in momento subsistere ualeat: ite igitur sub Mariae pedibus luna perhibetur, ipsa namq; omni creaturae praelata est, quoniam uniuersitatis creator effudit. Deniq; lune appellatione militante capi ecclesiam, nil ut opinor disconuenit: ipsa enim a uero sole lucem sortitur, atq; ex se tenebrosa cefetur: & haec quoq; Mariae pedibus prouoluta est, aduocata mediatrixq; se illa habere con gratias. Insuper & duodecim stellae diademate foeminae huius caput adornati est. Quid uero per duodecim has stellas efficacius intelligi par sit, ego interim sapientiori relinquo. Veruntamen quid per eas ardens reginae istius amator (Bernardus in sinuo) intelligenda arbitratu est, & quam reor effari. Itaq; duodecim Mariae praerogatiuas, per duodecim stellas concepit. Est in quibus in Maria inuenire praerogatiuas caeli, praerogatiuas corporis, praerogatiuasq; cordis. Has demum praerogatiuas utiformes, quadripartitus est, quatuor ponens coelestes, quatuor carnis, & quatuor mentis: Quas enumerans, Mihi, inquit, rutilat fulgor, primo quidem, in Mariae generatione: secundo, in angelica salutatione: tertio, in spiritu sancti su per uentione: quarto, in filij dei inenarrabili conceptione. Praeterea carnis quoq; excellētia tangens, in his, ait, sydereu etiā radiat decus, quod uirginitatis primiceria, q; sine corruptio ne fecunda, q; sine grauiamine grauida, q; sine dolore puerpera. At uero & ultimas ponens, Coruscant, aserit, in Maria malue tu do pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyriū cordis, Denuo & ego utiq; ni fallor, has stellas duodecim aliter quoq; interpretari posse opinor. Sunt nemp tres uirtutes theologice, fides, spes, charitas: quatuor cardinales, iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia: quinq; intellectuales, quibus dum sanctissima uirginitis cor sacratū resplenduit, apte utiq; duodecim corona stellarum decorata describitur. Amplius, cum secundū praestentia, moralium splendore uirtutu, quae utiq; si rite memini, duodecim sunt, & paulo ante enumeratae consistunt, Maria summa refulerit, per stellas duodecim has quoq; uirtutes duodecim accipit nil prohibet. Quoniam quidem ergo iam nunc tres praesentis editionis tractatus consummati sunt, ultimū aggredi recte incūbit, nemp in primo de dignitate mundissimae carnis sanctae uirginis: in secundo autē, de ipsius sapientiae in tertio demum de uirtutibus & gratia eiusdem iuxta uires disputati est: ideo q; modo de beatitudine & gloria amantissimae dei effari par est.

Apoc. 12
Roma 12
Luc. 11

Phil. 10

Apoc. 12

Ecc. 127

Duodecim praerogatiuae Mariae.

Articulus I. De assumptione sublimis Mariae.

VOx dilecti mei: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & ueniam enim huius transtulit, imber abiit & recessit. De gloriosa almaq; uirgine, dei benedicti uera ac praestantissima matre, allud in scripturis autenticis, quid post filij resurrectionem egerit ubi ue manserit, aut quādiu superuixerit, non remini cor conscriptum, q; id quod Lucas in Actibus refert: Hi omnes, inquit, (de apostolis autem eloquitur) erant unanimiter in oratione perseverantes cum Maria matre Iesu. Unde ni fallor innotescit, q; cum apostolis praesertim ac ceteris mulieribus sanctis, post missionē paraclēti conuersata sit. Deniq; dispersis discipulis, & apostolis quoq; praedicationi longe lateq; in uentibus, in domo iuxta montem Sion locata, remansit perhibetur felix Maria & sanctissima

Canti. 1

Act. 11



& sanctissima

& sanctissima, omni quo uixit tempore, filij sui loca, in quibus locutus, operatus, baptizatus, captus, suspensusque fuerat, & unde demum resurrexit atque ascendit, indefinenter affectuosis sine uisitauit. Erant in super (ut creditur) cohabitantes ei, & in ipsius ministerio (si opus erat) reuerenter intentae centum uirgines mundae. Igitur dum mater diuina & domina mundi in dese stibilibiter semperque calidius unigeniti sui arderet desiderio & amore ferueret, uno quodam dierum aeternae matris mentis dilectio, se amplius continere nequiens, & separationis quoque impatiens, nimium ebullitit itemque flagrauit, petiuitque a filio ei eam uniri, neque ipsius adhuc praesentia mora longiori frustrari. Quem admodum ergo a sanctis catholicis uiris creditum est atque conscriptum, confessum matris filius deus angelum mittit; & quemadmodum iam assumenda sit, praenuntiat: & ob ueneranda ei exhibendam sepultura, ad ipsius domicilium apostolos miraculose repenteque colligit. Itaque ipsa in primis filio suo Iohanni & demum alijs causam insinuat, quam illi non sine dolore audiens, se & item omnem Christi ecclesiam eidem committunt. Post haec laudantibus eam apostolis, domus ipsa suauitate repletur dulcissima. Et Christus dominus caelestium uallatus exercitu, matris suae dulci animam expiratione tradentis, mox spiritum inenarrabili splendore micantem suscipit atque complectitur, & ad praeparatum ei ab origine, proprio proximam throno se dem, deduxit, & cum immensa gloria secum in aeterna felicitate locauit. Porro, toto corpore a uirginibus sacro, illud in praedio Gethsemani sepelierant: quod paulo post animae denuo reuinit, & a Christo ad supercaelestem beatitudinem creditur exaltatum. Enimvero si Christus quibusdam sanctorum, mortis horam praenuntiare, uel in propria persona in exitu apparuisse, uel certe a caelestibus quosdam in auxilium consolationemque destinasse, certissime creditur, & eosdem cum iucundo processu ad caelestia regna traduxisse agnoscitur. Quam tomagis cum in comparabili eminentia matri suae charissimae atque dignissimae ea quae nunc tacta sunt, & plura quoque maiora impedisse censendus est: Plurima nempe de praesentia materia mira & pulchra conscripta sunt, quae quia alibi lucide satis habentur, modo derelinquenda putauit. Veruntamen hoc prorsus certum opinor, quoniam unicam suam singularitatemque sponsam ac amatissimam matrem, caelestis sponsus dulcissimo ad se euocauit & item inuitauit elogio: Surge, inquit, propra amica mea, columba mea, formosa mea, immaculata mea & ueni, aeterna beatitudinis palma, & in caelestibus gloriae ad septura triumphum. Iam enim hyems tribulationis transit, imber pietatis compassionis lachrymarum abiit, flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis aduenit. Praesermonum horum dulcedine & praescellentissima caelestium contemplatione sua uisissima separatione anima illa sanctissima a corpore seiuncta est.

Iohan 19

Canti. 2

AG. 17

Amantissimus & profundissimus Pauli discipulus sacer Dionysius, martyr uictoriosissimus & theologorum altissimus, immaculatae atque sanctissimae uirginis perfectae Mariae se interfuisse dormitioni contestans, apostolos & multos quoque discipulorum eidem affuisse edocuit. Unde propter testimonij eius excellentiam uerba ipsius secundum duplicem translationem inducere placuit. Itaque in libro de diuinis nominibus Timotheum orsus affari, Nos (inquit) ut nosti & ipse, & multi sanctorum nostrorum fratrum ad uisionem corporis uirgine principis & quae deum suscepit, conuenimus. Aderat autem & frater domini Iacobus, & Petrus, summa & prouentissima theologorum summitas. Postea uisum est ut uniuersae hierarchiae laudarent sicut unusquisque erat sufficiens, insinuit uirtutis bonitatem thearchicae infirmitatis. Porro alia translatio hunc sensum sic complectitur: nempe Timotheo loquens, Quoniam ait, & cum ipsis deo acceptabilibus nostris summis sacerdotibus, id est apostolis, quomodo & nos ut aeternatur, & tu, & multi sanctorum fratrum nostrorum in uisionem uita inchoantis & deum recipietis corporis conuenimus. Aderat autem & dei frater Iacobus, & Petrus uertex & honorabilissima theologorum summitas. Dein de post uisionem placuit laudare summos sacerdotes simul omnes, quomodo unusquisque erat idoneus, multum potentem diuinae infirmitatis uirtutem, id est, placuit ut Mariam ex se quidem infirmam, ex deo autem multum potentem, apostolorum singuli prout quisque succedit, laudarent: quod & fiebat.

Articulus III. De rationibus fidelis Augustini, quibus Mariam cum corpore iam assumptam confirmat.

Quatuor

Quatuor autem introduxit Augustinus rationes, quibus Christo filio, uirginem matrem mente & carne uniuersam conglorificatamque afferuit: quidē prima ex perfecta eius integritate elicitur, ait e quidē: Si uoluit dominus integram matrem uirginitatis seruare pudore, cur non uelit incorruptam a putredinis seruare fetore? Et reuera caro illa terrenissima, quae nec ante partum est contacta, nec in partu laesa, neque demum post partum uiolata, per quam insuper uniuersa caelestia quae terrena olim contracta, reintegrata iam sunt, quo quae facta dissoluta credenda est atque consumpta? Amplius autem: & est ratio Augustini secunda: Nūquid (inquit) non pertinet ad benignitatem dei, matris seruare honorem: quippe qui lege uenerat implere, non soluere. Sicut ergo in uita praecedentissima utique in excogitabiliter praedilectam profusumque amabilissimam suam matrem excellentiori praeteris gratia decorauit: sic & in morte singulari eam honore ueneratus est, & utique piissimam illa, quae ipsi tanquam filio omnem quae ualuit honorem gloriamque impendit, quomodo non a clementissimo iustissimoque filio uicissitudine sortita crederi ualet? Enimvero ipse qui ceterosque glorificat corpora sanctorum extincta, si matris corpus in terra sic ignotum in honoratumque relinqueret, modicum satis matrem uenerari uideretur: qui nihilominus ait: Ego glorificantes me, glorifico. Quomodo ergo eam quae tam summe eum a puerperio usque in reuocque glorificauit, non sublimius glorificasset? Nisi forte is qui omnibus tam liberalis existit atque munificus, propriae duntaxat matri tam parcus fuerit itemque tam tenax. Et hanc rationem Bernardus induxit. Adhuc (& est Augustini ratio tertia) cum sit carnis Christi atque Mariae unitas tanta, rationale prorsus est, ut nec loco separentur, neque interuallo tanto diuidantur. Unde cum putredo & uermis, humanae sint opprobrii conditionis, a qua cum sit Christus alienus, inde Mariae natura, quae ex ea Christus suscepit, excipitur. Cumque maior utique sit unitas naturae quam gratiae, & Christo atque Mariae est naturae unitas: filius nempe est ex substantia parentis & aliquid eius: amplius esset ipsorum coniunctio, quam Christi cum ceteris sanctis. Si igitur ob gratiae unitatem Christus disseuit, uolo pater, ut ubi sum ego, illic sit & minister meus. Quanto utique hoc potius, ut caro illa deificata atque purissima, cuius ipsa sua propria caro, portio quaedam consistit, nequaquam a suo separetur corpore deiformi. At uero quarta ratio ex dignitate uirginis: carnis uirtute sortitur. Si non obuiat (ait Augustinus) nec dum perfecta autoritas, uere credo, quoniam tanta sanctificatio dignior est caelo quam terra. Thronum dei, thalamum domini caeli atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse, ubi ille est. Thesaurus tam pretiosum dignus est caelorum quam terram seruare. Tantam ergo integritatem merito incorruptibilitatis, non ulla putredinis resolutio sequitur. Istud sacratissimum corpus in eam uermibus traditum quia sentire non audeo, dicere pertimesco. Enimvero caro illa castissima Christo tam chara, quae ipsi aluit, cuius ipse ubera suxit, quae ipsi ab initio tam reuerenter maternaliterque ministravit, quae eum toties amplexata osculataque est, in cuius ipse sacro gremio tam ubertim resecit, in cuius uisceribus quiescit, iuxta cuius maternum pectus tam crebro dormiuit, quomodo utique a Christo, cuius ipsa templum fuit itemque sacrum, data esset uideere corruptionem? Quomodo non sic ipse reperiit ei quem admodum ipsa sibi? Quomodo a se eam tam diu separari pati posset, & matris beatitudinem incompletam relinqueret?

Mar. 3

1. Reg. 2

Iob 7

Iohan. 12

Phil. 15

Articulus IIII. De gloriosissima illa processione, qua sponsa matrem sponsum filium ad aeternales caelestes nuptias introduxit.

Quae est ista quae ascendit de deserto, delicias affluens, inuixit super dilectum suum? In dubitanter credimus o desiderata uirgo, o mulier pulcherrima, o Maria Christifera, felicissimam tuam animam ab immaculato tuo corpore emigrantem, in uisceribus mox unigeniti tui dulcissimi esse susceptam. Denique & eundem tuum dilectum, & cum ipso sanctorum milia, tibi tanquam reginae caeli, tanquam saluatrici mundi, tanquam matri dei reuerentissime aduenisse & decensissime occurrisse, & laetantissime in sancta sanctorum in uranicum te palatium introduxisse, certissime ueraciterque fatemur. Tunc o domina uiderunt te filiae Sion beatissimaeque praedicaerunt, & reginae laudauerunt te. Praeterea sicut dies uerni, circumdabant te flores rosarum, & lilia conuallium. Porro, uidentes te alij filio sponso innixam, gracilem nimis & incomparabiliter pulchram, praedamiratione feciscitantes, Quae est (inquit) ista, quae ascendit per desertum sicut uirgula summi, ex aromatibus myrrhae & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij? Tibi itaque o domina ascendenti omnis applaudit caelestis exercitus: laetantem te amplectuntur angelicae mentes, per quam sedis suae sunt reparatae ruinae. Lucum datur in tuo aduentu patriarchae felices, in cuius gremio & ipsi & omne eosque semen, omnisque insuper plebs benedictione se adepta congauident. Te uicinentem

Cant. 8

Deut. 32

Cant. 6

Cant. 3



Eccl. 15

Psal. 44

Cant. 4

Iohan. 1

Luc. 7

Mat. 11

3 Reg. 1

Hest. 2

Apoc. 19

Luc. 1

Iohan. 17

Iohan. 14

uenientē salutari uenerantur; propheta, quippe quā tam a longe totiesq; prædixerunt, atq; per quā fideles inuenti sunt. Te proinde athleta Christi fortissimi tanq; archimartyrē & martyriū quoq; præclarissimū iubar ascendente glorificant. Præterea confessores sancti te uita exemplū ac iustitię normā, uniuersaq; regulā perfectionis exaltant. Demū ad ductū tur regi uirgines post eā, & omnis celestis exercitus Mariæ tanq; dei sui matri præclarissimæ occurrit, concinit & iubilat; sicq; cū inenarrabili gaudio supermundanos thalamos intrat, illicq; cum infinitæ sponso lætitiæ, sine fine perseverat.

Articulus V. Quod super uniuersos angelos choros sit Maria exaltata. Eni de Libano sponfa mea, ueni de Libano, ueni coronaberis de capite Amanæ, de uertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardos. Merito proinde ni fallor throno diuinitatis immediate approximare meruit, quæ uerbum deū concepit & peperit, & iuste omnino uniuersitatis conditor, propriam genitricē omni utiq; creature prætulit & sublimiorē effecit. Porro, secundū præinductā in libro primo, tantū decuit sanctitatē in esse matri ueri dei, qua sub deo maior esse negr, ideoq; proximus deo ei iuste locus præstatur: ampliori namq; sanctitati locū debere altiorē, palam est. Deniq; qui plus diligit, deo uicinior erit: charitati enim essentialē premiū deberit autē theologi. Palam autē, qd nulla mens creata post animā Christi tam intime atq; ardētē, quē admodū Maria, deū dilexit, quippe qui eū ut unicū propriūq; filiū adamauit: Etenim si quomōiū, non utiq; eum tantū dilexisset quantū eum ab ipsa diligē par iustūq; extitit. Veruntamen non hoc sic intelligendū opinor, qd Maria ut uatrix, præ angelis deū intentioni charitate dilexerit: nō enim equari ualet charitas uic charitati patris, quæ admodū nec cognitio in qua charitas radicatur: ideoq; Christus dñs, Quiminor est, inquit, in regno celoꝝ, id est in summa cōprehensor, maior est illo illo utiq; de quo paulō ante perhibuit, inter natos mulierē non surrexit maior Iohanne Baptista. Insinuans ut reor atq; contentans, perfectionē uic perfectioni patrie cōparari non posse. Quomodo ergo omnibus ardētius deū amasse ut summā sanctitatē fortita Maria censenda est: Nisi qd eatenus si rite considero, deū dilexit, tantaq; ei charitate adhæsit, quæ supra omnē angelicā altitudinem exaltari meruit. Nēpe hoc quoq; modo, & si is qui minor est in regno celoꝝ, maior est illo, id est Iohāne, ni hilominus multis eorum Iohannes præferri promeruit. Verūtamen post Mariam hominū quempiam angelicis cunctis choris censere prælatum, temerarium arbitror: Nam etsi similitudo promittitur, prælatio tamen negatur. Hoc post hominē deū Marię duntaxat reseruum censemus: Ex eo namq; qd uerbū o Maria deū filiū habes, angelos quoq; domina imperatrixq; existis, & ipsi ut libet, iubere iustissime potes, elucescit quoniā tu o felix & sublimis Maria deo cōtigua sis, in cuius rei typo dum olim ad filiū suū Salomonē Bethsabee intrasset, thronus ei a dextris filij locatus est. Et insuper ipsa olim modica Hester sic regi potentissimo atq; ditissimo Asuero cōplacuit, ut post eum in omni eius regno ipsa regnaret. Sic domina eterno adorandūq; principi, regi regū & domino dominos deo sancto atq; excelso te humilē suā ancillam, incredibili tamen pulchritudine uenustā, super exaltare sibiq; proximam statuere placuit. O admirabilis & uenerāda Maria, quæ splendidiſſima illa altissima simpliciſſimaq; Seraphin diuino seruore præcellit: quæ lucidissima Cherubin sapientia uincit, in qua amplius ueriusq; qd in thronis deus residet, & per quā uehementius, proprio iudiciorum censuram discernit. Deniq; d altissima, sanctis dominationibus altior es atq; liberior, & super eas itemq; præ eis ceteris sacris subordinatis phalangis, quid agē dum sit iubeas atq; insiuas. Demum & ipſis Principatibus principaris.

Articulus VI. De ineffabili felicitate Marię quam in uisione diuinę essentię ac super benedictę trinitatis profundissima agnitione sortita est. Hæc est (ait ad patrē unigenitū) uita æterna, ut cognoscāt te solū uerū deū, & quē misisti Iesum Christū. Scimus autē quia charitas extasim facit, quippe quoniā amātem unit amato, eosq; in se uicē transformat ac in dissolubilitate colligat. Quoniā ergo secundū præinductā, excellētissimo deū Maria ardore dilexit, palam quā ei intima, & (ut uerbis utar magni amatoris Mariæ) quantū post personale unione creature suffert conditio, inaccessibili æternæq; luci Maria immerſa esse uideatur. Amplius autē si dei succedit uisio: quæ admodū ergo uniuersosq; fidē secundū præostensa fides Maria magnanimiter illuminatiōēq; excessit, sic ei & subtilissima uisio successit. Adhuc autē obediētibus sibi sponſo dicit Christus: Ego (in quiens) manifestabo ei meipsum. Quis autē in celo ter atq; sic Christi uoluntate impleuit, quem admodum singularis sua sponſa, unica columba & cha

& charissimā mater: Clarissime igitur ei seipsum manifestasse fatendus est. At uerō, puritati cordis dei uisio reprimiſſa cognoscitur: Nēpe beati mundi corde, qm ipsi deū uidebūt. Mens ergo illa Mariæ mīdissima, quæ nulla unq; labe usq; quaq; maculata existit, qua claritate deū agnoscit: Amplius, quem admodū ex Maria deus quod Mariæ erat, assumpsit: sic utiq; secundū ipsius capacitātē, & quod diuinitatis est, eidē rependit. Suscepit autē ex ea uerā naturā, filialē alimoniam & perfectā educationē: quibus nisi a deo filio, reddi nequit (ut ait Aristoteles) æquiualens: Dñs (inquit) parētib; & magistris, non ualet dari æquiualens: ideoq; cum naturā diuinā, non sit hypostatice unita Marię, palam qd incomprensibile & superexcellētē sui fruiſſione deus sanctus & summus ipsi impartitus sit, tātoq; ei incōparabiliorē & itē euidentiorē cōmunicauit notionē, qd amplius ei obligatus spōtē factus est, plusq; ab ea assumpsit. Porro, quo in patria dei uisio clarior, eo felicitas maior. Denud, qm cōuenienti & bono, itēq; dilecto cōiungi delectabile extat, quo deū uirgo sancta plus dilexit & diligit, eo sibi uniri delectabile ipsi cōstitit. Et rursus, quo unio ista intimior, eo gloria maior: quo insuper uniois huius obiectū melius cōuenientiūsq; exiſſit, eo ipsi tā clare tamq; summe diate copulari delectabile esse, gloriosius atq; suauius: deus autē in cūcū scripta est bonitas, & omni utiq; menti summe conueniēs. Tua itaq; o Maria in deo beatitudo delectabilissima est, suauissima ac summe secura. Tu in deū absorpta prorsusq; immerſa es: illi resoluta & liquefacta, simplicitata & qetata es in ipso. Tu unus spiritus cū illo illi adhærere, tibi est esse: eū sapere, tibi uiuere: eū amare, tuæ delictiō in eo manere, perfecta tibi cōtēratio extat. Amplius, quo tu super benedictę trinitati familiarior, charior atq; uicinior, eo utiq; clarior eam uides, calidius amas, & in ipsa dulcius cōquiescis. Constat autē ga tu dei patris unica spōsa, tu unigeniti eius mater electa, tu spiritus sancti trinitati, & totius super sanctæ trinitatis splē didissimū reclinatoriū. Tibi deus pater obūbrauit, tantaq; secū cōmunionē impēdere incōprehensibili beneuolentia dignatus est, ut eundē se eū unicū filiū possideres. Te spiritus sanctus impregnauit, eoq; germine a quo ipse procedit, te fecundā constituit. In te filius dei descendit, & ex te ueraciter nascens effluxit. Præterea per te tota supfelix trinitas gloriā adepta est: Nēpe per te fides in mundo innotuit, atq; te o sacrae diate, celestis est reparata felicitas: lamq; te modo o regina lætitię, trinitas sancta lætātē cōplectitur: te superlū centi splendore circumdat, gloria implet, & incōparabili honore exaltat.

Articulus VII. De sublimi illa lætitia quā in cōtēplatione humanitatis Christi iucundissima uirgo suscepit. Chriſti iucundissima uirgo suscepit. Go dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Essentialē electorum premiū, dei uisio est: porro gloria, quæ in creaturis dei habetur, accidentale premiū perhibetur. Nēpe si lætā dñs in operibus suis, certū utiq; quoniā & creatū mētē in decore opesq; creatoris sui exultat. Ideoq; psalmiographus: Quam dilecta, (ait) tabernacula tuā dñe uirtutū: concupiscit & deficit anima mea in atria dñi. Deniq; quo creatura pulchrior, quo sanctior, quo perfectior, quo deo uicinior, eo prorsus amabilior cēfenda est. Elucescit autē, quoniā Christi humanitas nedū diuinitati proxima sit, sed sola totius uniuersi, omniū quoq; & itē singulorū electorū pulchritudinē, gratiā & gloriā, dulcedinē, sanctitatē felicitatēq; excedit. Propterea in eius speculatione, summa post eam quæ in diuinitatis uisione sita est gloriā, consistit iucūditas. Nec cōparari queūt uniuersæ simul quæ in celo terraq; in creaturaz possessione sunt delectationēs, glorię huiē, quā in cōtēplatione humanitatis Christi sancti in patria sortiuntur. Adhuc autē in ea homines beati singulariter gaudent, quippe per quā saluati sunt: quā propter eorū salutē tanta tolerasē agnoscunt: quā demū in tam eximia dilectione præuenti sunt: quā sibi tam simillē cernunt: atq; per quā ipsa eorū natura sic exaltata deificataq; ē. Sed tibi o domina plenior nimis est in ipſius aspe cū lætitia, eō utiq; sublimior, quod eā amplius amas, quod illius & tui maior est uirtus, & quod insuper eius gloriæ uehementius cōgratularis. Quis uero cōscribere queat, qd intime humanitatis Christi diligās o mundissima, quā uirgo concepisti, in utero fouisti, quæ substantiæ tuæ portio est & aliquid tui: Per quā tu gloriā tantā tantumq; honorē affectuta es: Porro, qd eminētē beatitudini humanitatis dilecti tui cōgatu deas, effari quis possit: Eō ni fallor plus ei congratularis, quod eam plus diligis, & item quod ipſius olim laboribus & amaritudine, passioni atq; contemptu cordialius pœnaliusq; condoluisti. Latē ergo o Christi fera uirgo, o præclara Maria in amantissimi tuo Iesu lætare, & singulari tripudio in ipso exultare: quoniam quem olim uelut nouissimū uirorū reputari uidiſti, uniuersæ creaturæ præfidentē in peratēmq; carnis: quē ut leprosum specie & decore destitutū olim cum materna cōpassio-

Mat. 3

1 Cor. 6

Cant. 2

Psal. 101

Psal. 5

ne aspexisti, nunc immensa claritate, omnia quae in caelis sunt illustrantem, circumdatam con-
tueris: & quae a cunctis uilipendi lugubri mente pensasti, iam a caeli militia adorari intendis.
Nunc eum laudant astra matutina, & iubilant ei omnes filii dei. Iam epulare cum charissi-
mo tuo sponso: a ternis secum nuptias age: indissolubiler ipsi coniungere, & requiesce o
felicum eo re quie secuta atq; aeterna.

Articulus VIII. De praclaro ac incomparabili honore quem uirginem
matri unigenitus semper impendit.

Quime confessus fuerit coram hominibus (ait Christus) cōfitebor & ego eum co-
ram patre meo. Nonne ergo o Christe dei, o benedictē domini, matrem tuā quae
te nedū nunq̄ erubuit, sed praenimia humilitate se uix tui matrem appellare au-
debat, magis autem ancillam uocauit, atq; in cunctis sanctis tuis sermonibus
obedientissima fuit: nōne inquam eam coram patre tuo, angelis eius omnibusq; electis iam
nunc confiteris? Prorsus confiteris coram summa sanctaq; trinitate, & in conspectu milies
miliū uniuersorumq; in supercoelesti throno adorantiū: quia ipsa est uera mater tua, quae
de luce caelesti concepit, quae tibi affectuosissime, reuerentissime & humilissime ministravit.
Non erubescis fateri in caelis quod dignatus es fieri in terris: imō nec spernis eam: ut uene-
rabilissimam ac honestissimam honorare inter tuos & in proprijs, quae illi subditus es in suis
& paruisti in cunctis. Tu piissimus, sapientissimus, liberalissimus gratissimusq; filius, mitissi-
mam humilissimamq; matrem in cunctis indicibiliter ueneraris.

Articulus IX. De ueneratione qua omnis caeli exercitus totaq; eius militia
matrem dei honorat.

Non de dignantur o beatissima, o pulchra Maria, o omnino illibata ac superdele-
ctabilis gracilissq; in cūctis Maria te uenerari atq; laudare, tibi parere itemq; ser-
uire supercoelestes intellectus, supermundani animi & incorporeae illae mētes,
etsi per naturam sint te uehementer praestantiores, simpliciores & minus egen-
tes: quoniam gratia in te superabundat, complacuitq; deo omnipotenti & sancto te specie
decliuem sexuq; humilem eis praeferre, qui nec corporea mole premuntur, nec sexu infir-
mantur. Deniq; sacer ordo Cherubin, summus ordo Seraphin, & caelestis curie uirtus atq;
sublimitas ei utiq; prompte famulatur ac parer, cuius deum quae adorat & colit filium esse
agnoscit, & cui eundē subiectū fuisse fateatur, & in desecrabiliter uenerari conspiciat. Enim-
uero perfecta charitas inuidiam esse in caelis non finit: nec erubescunt altissimi illi immate-
rialesq; spiritus sceminā sibi praelatam, dum tantā in unigenito dei contuentur praecellisse
exinanitionem. Te igitur o benedicta & prorsus mēte ac carne immaculata Maria caelestes
cuncti ciues honorant, tanquam ueram ac praestantissimam ueri dei & creatoris sui genitri-
cem caelestisq; ruinae reparatricem. Porro, animae iustorum seu homines praecellentiſ-
sime ualde te uenerantur & diligūt, quippe per quam tot bona sortiti sunt: per quā deus
noſter factus est frater noſter: creator noſter, factus est saluator noſter: per quam praec-
teris omnibus deo similiores facti sumus: per quam primum de manu domini misericordīa
sumus affecti & felicitatem adepti: quae nobis lumen peperisti, uitam genuisti, ueritatēq;
magistrum caecis atq; in umbra mortis se detribus, effudisti: per quam in super quicquid bo-
ni habemus, sortiti sumus.

Articulus X. De gloria quam habet maria in electis atq; beatis.

Date ei de fructu manuū suarū: & laudēt eam in portis opera eius. In superioribus
si recte teneo, id ipsam ostensum est, quia quod filiū suum mater uirgo magis dile-
xit, eo utiq; fructum passionis sanguinisq; ipsius praecordialius concupuit. De-
niq; quo hanc uehementius suspirauit, eo in ipso iam obtento atq; adeptō, exu-
berantius gaudet. Ingens ergo tibi o imperatrix in elytra, o gratiosa maria est exultatio, dum
dilecti tui mortem & sanguinem in tot milibus sanctorum, in tot decies milies centenis mi-
libus electorū fructificasse intendis, dum per te sanctissimi illius pretio sanguinis sic cernis
despoliari inferos, saluari homines, repleti caelos. Deniq; in his qui te uel genuerunt aut gi-
gnendā cecinerunt, patriarchas loquor atq; prophetas, merito utiq; ualde exultas itemq;
in illis, cum quibus olim in terris tam familiariter, amanter humiliterq; cōuersata es: rursus
quoq; in his, qui te in hoc mundo tam deuote coluerunt, tam singulariter uenerati sunt &
sic ardent amauerunt, seq; per te specialiter adiutos ac recuperatos laetatur, in quibus nō
nulli sunt qui tam desperati, desolati ac scelerati olim fuerunt: etenim hi utiq; tibi gratias age-
re nunquam desunt. Porro, in mundissimo illo dulcissq; uirginum choro ingens tibi o
cunctissima

cunctissima uirgo congratulatio extat: & ipse te tanq̄ suauissimi sui spōsi super dignissimam
matrem, singulariter uenerantur amantq;. Haec o regina regnantium adducuntur regi post
te, cum quo tu superdulcis semper ac amorifero confaris colloquio, quippe quae faciet uetus
quoq; corporaliter uides, nec unq̄ intendere aut alloqui finis.

Articulus XI. De gloria & claritate carnis admirabilis &
magnificandae Mariae.

Oportet autē corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere im-
mortalitē. Quatuor (ut theologi aūt) sunt glorificatorū corporū dotes, impāssi-
litas uidelicet, agilitas, subtilitas & claritas: quae tamen eo eminentiori modo
existunt in corpore, quo sublimiori intimiorq; modo fuerit spiritus diuinitatis
luciuinitus. Quis ergo iuxta praeducta, in cōparabilis nimis est Mariae in mente felicitas,
estq; post Christi animā cunctis mētib; creatis ineffabiliter deo uiciniō atq; intimior, in-
norelceit, qm̄ corporis quoq; dotes proportionabiliter eidem conueniāt. Et quidē de clari-
tate eius quid utiq; dicam? Etenim si in die illo erit lux solis semp̄pliciter, & eo nihilomi-
nus splendidiora erunt etiā inferiorū corpora sanctorū, quis diuinare possit, q̄ multipliciter
solare iubar, claritas corporis principis uitae quod deum in se recepit uitāq; inchoauit, ex-
cellat? Veritatem dum claritatē serenissimae carnis sanctae uirginis contēplari desi dero,
uehementer obstupescō prorsusq; deficio. Intendo nēpe in primis, quo deceat honore talē
matrem a tali filio uenerari: quoniam quidē mater ipsa benignissima est, affectuosissima, castis-
sima atq; sanctissima. Porro filio haec quoq; conueniunt: quia qualis mater, talis & filius. Et
id in super, q̄ immensa est maiestatis, incircūscriptae bonitatis & munificentiae in desecrabi-
lis. At uero id secundo intueor, q̄ fuerit deo caro illa uirginem in uita hac familiaris & chara
itemq; obsequiosa. Venter eius deum suscepit, & de purissimis suis sanguinibus ueram ipsi
naturam exhibuit, habitūq; atq; (ut sic fatear) tēplum & item latibulū ministravit: ita creatis-
mo suo uirgine o laete deum aluit, & caetera quae tam ubertim effata sunt, materino affectu
impedit. Ex his ni fallor palam est, in cōparabilē ac omnino indicibilē, uirginem matrem: q;
carni a fonte luminis in diuinitate esse claritatē. Et certissime talis itaq; claritas haec conferenda est,
ut eam sol admiraretur & luna: nec sunt in cōparatione eius, stellae caeli splendētes. Enim-
vero quoad modū lunaris splendor, post solis fulgorem stellae uehementer lumē praecellit:
sic prorsus post dei formis super exaltatq; corporis claritatē, caeterorū claritudo in uer-
sore claritas sanctae carnis diuinae genitricis, sublimi altitudine uincit. Ideoq; quoad modū
mundum hunc, terraeq; nostrae luna emicans exhibet, adornat atq; illuminat: sic tu o diuina
in regione uiuorū, in terra uiuentiū splendens, uniuersorū animas laetificas, & per omne em-
pyrei caeli latitudinem splēdissimos radios fundis, super mundanū paradīsum uenustas, ac
singulorū intellectus in tua admiratione pulchritudinis suspensos reddis, dulcedine tua &
suauitatis tuae fragrantia in excogitabiliter recreas, atq; tuae demum amabilitate bonitatis
uehementer accendis. Et quid amplius loquar? Summa est, o domina, post filium tuum feli-
citas, tibi adherere, tibi uniri, in te permanere, & dei bonitatem in te speculari. Deniq; non
utiq; aureolarum decore priuaris, quippe cum sis uirginitatis primiceria, martyrum prin-
ceps plusq; martyr, & item summorū atq; primorū nostrorum doctrix doctorū. Nunc igitur
o praestantissima creaturarum dei, O felix maria parce seruo tuo, & imperfecto meo igno-
sce. Noli o sancta, peccatoris laudem iuste contemnerē, nec praesumptionis me iudices, sed
iuxta inſitam tibi incredibilem pietatem, suscipe hoc opus: Non enim sic orsus sum aut pro-
secutus, tanq̄ me, sicut laudabilis & magna es, te laudare putauerim dignum uel idoneum:
sed ut ego quoq; te pro uiribus laudarem, quae dei mei & creatoris mei mater es, & quā lau-
dat omnis ceterus sanctorum. Fateor autem o unica, quia si quid dignum aptumq; cōscripsi,
hoc tui muneris est: porro, quicquid inefficacie & insufficientiae existit, mihi attribuo. De-
niq; te quoq; precor o Iesu benigne, o rex Messia, o adorandē Christe, ne mihi, q̄ tam inimi-
da mente pollutorū ore, serenissimam sanctissimamq; tuam matrem laudare praesumpsi, in-
digneris: sed per eam ignosce, per eam me suscipe, conferua & posside, qui propter me eius
esse filius elegisti, qui omnium princeps existis, & cuncta gubernas deus sublimis & bene-
dictus, Amen.

LIBRI QVARTI DE DIGNITATE ET PRAECONIO MARIAE,
FINIS.

D. DIO.

Iob 38

Mat 10
Mar 8
Luc 12
Luc 1

Luc 2

Roma 7
Iia 62

Heb 1
Psal 84

Luc 1

Prover 31

Psal 44

1. Cor. 17
Glorificatorū
corporū dotes
quatuor.

Iia 30

Ezech 1

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM, LIBER PRIMVS.

P R A E F A T I O.



AVDITE REGES AC DVCES ET INTELLIGITE principes, discite iudices finium terre: diligite lumen sapientiae omnes qui praeesis populis. Si deleamini in sedibus & sceptris, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis: infinitus enim thesaurus hominibus est sapientia: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae dei. Verba haec in libro Sapientiae scripta sunt, in quibus uniuersi principes salubriter admonentur atque docentur, quid primo ac maxime debeant desiderare, videlicet sapientiam, quae tanto melior, nobilior ac desiderabilior est argento, auro cunctisque corporalibus ac terrenis diuitijs, quanto rationalis ac immortalis anima est dignior corpore. Ideo Salomō ait: Melior est sapientia cunctis opibus, & omnia quae desiderantur, huic non ualent comparari. Cum ergo regum, ducum ac principum sit populos sibi subiectos ad obseruantiam legum inducere, in uia iustitiae gubernare, ab excessibus cohibere, in uirtutibus ac statu pacifico conseruare, atque de omnibus recte & synceriter iudicare, patet quod summe necessaria sit eius sapientia, per quam inter bona & mala, inter uera & falsa, inter iusta & iniusta discernant, debitum quoque sine ad quae omnia opera sua ordinare tenentur, agnoscant, & de medijs congruis pertingendi ad finem optatum ac salutarē, ordinate provideant & disponant. Hinc Aristoteles scribit ad Alexandrū potētissimū regē: O fili gloriosissime & imperator iustissime, dirigat te deus in uia cognoscendi uera, & in semita ueritatis, & illuminet tuum ingenium ad suum seruitium & honorē. Vnde & rex quidam Romanorū scripsit regi Francorum, quod rex aut princeps illiteratus, est quasi asinus coronatus. Sed de hoc infra magis dicendum est.

Articulus I. De modo procedendi, & materia huius tractatus.

OMnis Christianus tenetur non solum implere duo praecipua charitatis, deum super omnia diligendo, & proximū tanquam seipsum: sed & ordinē charitatis obseruare tenetur, primo & maxime deum amando, deinde seipsum in deo uidelicet spiritaliter, secundū uoluntatē ac legem diuinā: deinde parentes & ceteros, secundū quod magis uel minus coniuncti sibi sunt. Hinc asserunt sancti patres, quod charitas incipit a seipso, hoc est, quod homo habens charitatē, primo sollicitus est de propria salute, & implet quae deus ab ipso requirit, diuina implendo praecipua: deinde subuenit alijs, orādo pro ipsis, atque affectu, uerbis & operibus ita se habendo ad eos, ut aeternā beatitudinē adipiscantur, sicut uult illos se habere ad ipsum. Veruntamen primo & maxime diligit deū, quoniam omnia ista ordinat ad eius gloriā & honorē. Maxime quoque uult & fauet deo infinitā perfectionem, felicitatē & gloriā, quā aeternaliter & inuariabiliter habet gloriosissime in seipso. Primo ergo tenetur quilibet Christianus sibi ipsi prouidere de sua salute gratiose ac charitative uiuendo, propter quod in Euāgelio ait saluator: Quid proficit homo si uniuersum mundū lucratur, seipsum autē perdat? Et in Ecclesiastico scriptū est: Qui sibi nequā est cui bonū erit: nec obstat quod ait Apostolus: Charitas non quaerit quae sua sunt: hoc nanque intelligendū est, quod non quaerit quae sua sunt tantū, sed etiam quae aliorū. Ex quibus patet quod princeps alios bene ac salubriter gubernare non ualeat, nisi primo regat seipsum secundū diuinā legem uiuendo, rationem sequendo, peccata uincendo. Praeterea cōmunitatem seu urbes & patriā recte regere nequit, nisi sciat propriam domum, puta uxorem, pueros & familiam sagaciter gubernare, imō tenetur post se statim suam domū prudenter dirigere, cū dicat Apostolus: Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Nec obuiat his illud cōmune dictum doctorū, quod homo & potissime prelatus ac princeps, debet bonū cōmune proprio bono praeferre, principaliter quoque cōmune bonum intendere. Hoc etenim ideo dicitur, quoniam homo proprium bonum debet ordinare ad cōmunem utilitatem, profectum atque salutem proximorum seu subditorum suorum: nihilominus a seipso debet incipere

Sap. 6

Proverb. 9

Mat. 15
Mar. 8
Luc. 9
Eccles. 14
1. Cor. 13

1. Tim. 5

DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIB. I.

221

incipere, & qui alios docet uel subditis iubet, debet personaliter, primo quantum ad suum pertinet statum, implere, quae admodum Lucas Euangelista scribit de Christo: Cœpit Iesus facere & docere. Quoniam itaque in tractatu isto de regimine principum sermo est, quomodo populos sibi subiectos regere debeant, primo dicendum est quod princeps debeat gubernare seipsum, deinceps dicitur quod domū suam regere debet, postremo quod totam cōmunitatem sibi subiectam, seu urbes & patriam reget. Hic autē ordo procedendi naturalis, decens necessariusque cōstituitur: nam sicut homo in corpore paulatim creuit, & de imperfecto ad perfectionem pergit, ut de ueritate ad ueritatem & quantitatem: ita & spiritaliter creuit paulatim in anima, successiue in scientijs atque uirtutibus proficiendo. Quia igitur maior prudentia necessaria est ad debitam gubernationem proprię domus quae ad regimen suipsum: & rursus, maior prudentia requiritur ad regimen ciuitatis ac patrię quae proprię domus. Hinc principibus primo necesse est scire, quod se ipsos gubernent, deinde quod domum & familiam suam regere obligentur: tertio quomodo totam suam cōmunitatem regere teneantur. Vnde de Aegidio de Roma in libro suo de regimine principum, quae Philippo filio regis Francię scripsit, ait: Qui in diutius esse uult ut alios regat, industrius esse debet ut seipsum gubernet. Etenim dicitur: Non requiritur tanta industria ad regendum se, sicut ad regendum familiam: nec tanta ad regendum familiam, quanta ad regendum ciuitatem uel regnum. Denique de ista materia, scilicet de regimine principum, Aegidius de Roma grande (ut tactum est) scripsit uolumen, in quo philosophice magis quam theologicē loquitur ac procedit, imō in toto opere illo (sibi bene recordor) nusquam sacram allegat scripturam, sed in omnibus Aristotelē copiose allegat. Ego autē theologicē potius quam philosophicē intendo procedere: quo enim sacra scriptura dignior atque sublimior est quam philosophica doctrina, eo ad exhortandum, arguendum, docendum & instammandum est aptior & omnino potentior.

Articulus II. Quomodo Christianus princeps habere se debet ad seipsum.

Homo uocatur minor mundus, quia similitudinē magnā habet cū mūdo maiori, uidelicet toto uniuerso. Quae admodum ergo in toto hoc uniuerso est unū altissimū princeps, rex regū & dominus omnium, qui est deus sublimis & benedictus, cui omnia obediunt & subijci obligant: ita in hōie est aliqua summa uis animae, iuxta cuius imperiū, ceterae uires animae sunt subdendae, ideo homo rationis iudiciū sequi debet: propter quod sanctus Dionysius ait, quod optimū hominis est esse secundū rationē. Itaque omnes sensus exteriores & interiores cohibendi, custodiendi & gubernandi sunt, prout recta ratio dicit, uidelicet ut homo per incustodiā sensuum non corrumpatur in peccatū, sed per ordinatū ac debitū usum sensuum adiueat in actibus rationis, in obsequio dei, in diuinorum amore. Oportet autē omnem fidelē cognoscere, quod in hōie est duplex appetitus, uidelicet sensitiuus, per quē afficimur seu mouemur circa exteriora, corporalia, sensibilia atque carnalia: & huius appetitus, affectiones, motiones seu actus uocantur animae passionēs, ut sunt ira, concupiscentia, timor, tristitia, delectatio: quae passionēs nisi per rationē refrenentur ac moderentur, fiunt & sunt uitiosae atque innumera ab illa opera mala negligentiaque iniurias hominē pertrahunt & inducunt: propterea appetitus hic sensitiuus cū omnibus passionibus & motibus suis subijciendus est rationi. Porro, alius est in homine appetitus intellectiuus, qui nominatur uoluntas: cui, dum charitate diuina ceterisque uirtutibus decoratur, etiam subdendus est appetitus inferior sensitiuus: ratio autē & uoluntas deo subdendae sunt, obediendo praecipuis diuinis & euangelicis legis atque ecclesię. Sic ergo ad omnem pertinet Christianum passionēs animae refrenare ac moderari, decem praecipua seruare, praecipua ecclesię rationisque recte iudicio obedire: hoc est absque peccato mortali uiuere, in charitate dei & proximi permanere, in gratia stare, omnia exteriora, terrena ac sensibilia, ad bona interiora, spiritalia, diuina atque caelestia ordinare: cuncta quoque haec pariter ad dei honorē glorięque referre, imō ad ipsum supergloriosissimum deum totius beatitudinis ac pulchritudinis fontē purissimum & aeternū, uniuersa creata et seipsum finaliter coordinare. Vnde temporalia bona non debet Christianus plus querere uel amare, quam expedit sibi ad proficiendū in spiritalibus bonis ad uirtuose uiuendū & ad aeternā gloriā obtinendā.

Articulus III. De uarijs causis propter quas princeps dare se debet ad uitā uirtuosam.

Quanto uirtuosa ac iusta conuersatio principis pluribus utilis est, tanto diligentius atque seruetius ad uitā uirtuosam & exemplarem dare se debet. Rursus, quo iniustā ac uitiosa conuersatio eius pluribus nocet, eo plus peccata & omnem iniustitiam debet uitare

Act. 1

2. Tim. 4

Apo. 19

Appetitus duplex.

Rom. 7

uitare. Porro, iusta & uirtuosa principis uita maxime & ineffabiliter subditis eius utilis, & edifi-
ficatoria & salubris existit. Similiter iniusta & praua conuersatio eius potissime obest & no-
cet prosperitati saluti & paci subditorum: propter quod ait scriptura: Secundum iudicium populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitabunt in ea. Salomon quoque de rege ac principe iusto ait: Rex qui se det in folio iudicij, dissipat omnem malum intuitu suo. Et iterum: Dissipat impios rex sapiens, & Rex iustus erigit terram suam: quod totum de duce ceterisq; principibus intelligi debet. De malis uero principibus ait: Regnantibus impijs, ruinae sunt populi: & cum impij sumperint principatum, gemit populus. Et denique: Princeps iniustus impios habet ministros. Et ratio horum est, quoniam bonitas, pax & salus subditorum ex bonitate, iustitia ac sapientia principum suorum dependet, secundum quod sapientissimus Salomon ait: Vbi non est gubernator, populus corruet. Hinc Seneca scribit: Nulla res animos ad mala pronos magis reuocat ad uirtutes, & prouocat ad honesta, quam superiorum nostrorum conuersatio: uirtuosa paulatim enim descendit in pectora, & uim preceptorum obinet frequenter aspicit, frequenter audiunt: & ipse occursum plurimum adiuuat ad uirtutes. Quoniam ergo uirtuosa principis uita tam saluberrima est subiectis, malaq; conuersatio eius tam nocua est eis, dignum ac iustum est, ut tota uigilantia det se ad sapientiam & uirtutes, omnemq; uanitatem & iniustitiam abominetur, odiat & deuinet. Denique ad hoc specialiter obligatur tam ex parte dei cuius minister est, quam ex parte subditorum, quorum est dominus. Quod enim plura dona & maiora bona a deo suscepit, eo plus obligatur deum diligenti, & honorare & imitari: quod implere non potest, nisi diuinis preceptis obediendo, subditos ad dei uenerationem inducendo, sapientiam, iustitiam, pietatem ceterasq; uirtutes, quibus homo suo assumitur & conplacet creatori, cordialiter amplectendo ac possidendo. Praeterea, princeps subiectos & proximos suos precipue spiritaliterq; amare tenetur, sicut patet filios proprios diligendo: deo summe curare debet, ut uirtuose uiuendo, bonum eorum promoueat, salutem & pacem eis acquirat: maxime quoque uitare tenetur, ne sit causa perditionis eorum. Insuper ad uitam iustam ac sanctam principem debet inducere & consideratio sui finis: quia si uixerit uirtuose, maxima erit beatitudo, merces & gloria eius: si uero uixerit uitiose, grauissima & penalissima erit eius damnatio. Quod enim per suam iniustitiam plures a uitis coepulerit & ad opera bona reduxerit, eo maior erit eius felicitas. Similiter quod per suam negligentiam & iniustitiam plures iniuste operari permiserit uel fecerit, eo maior erit eius aeterna damnatio, quemadmodum ait scriptura: Prebete aures, uos qui continetis multum diuites, & placetis uobis in turibus nationum, quoniam data est uobis a deo potestas, & uobis ab altissimo, qui interroga bit opera uestra & cogitationes uestras scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicatis nec custodistis legem iustitiae, neque secundum uoluntatem dei ambulastis, horrende & cito apparebit uobis, quoniam nunc iudicium durissimum in his qui praesunt, fiet: Ex quo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Haec sacra scriptura uerba uniuersis principibus sunt diligentissime intuetenda & maxime formidanda, ne concessa sibi potentia abutantur, & diuinam restrictionem iustitiae in cidant: quia ut ait Apostolus, Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Postremo quo princeps maioris est potestatis & pluribus dominatur, eo maiori sapientia atq; prudentia indiget, diuinaq; gratia, directio & subuentio ei magis necessariae sunt. Ad hoc autem quoque princeps uera sapientia, prudentia deiq; gratia habeat, necesse est eum sine peccatis mortalibus uiuere, passionibus & concupiscentiis refranare, deo iuste seruire: quia scriptura testatur: In maleuola anima non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Ut ergo o serenissimi principes animae uerae desuper illustreretur, atq; in cunctis a spiritu sancto clementissime dirigatur, ab omni inquinamento mentis & corporis uos purgate, puros seruate, & deo excelso ac sancto in sanctitate & iustitia iugiter deseruite: sic enim principatus uester erit ad gloriam dei, & uobis & subditis uestris uere saluberrimus. Breue & momentaneum est uita huius curriculum, sicut scriptum est: potestissimus ille rex David factus: Dies nostri sicut umbra super terram, & nulla est mora. Quo princeps in uita hac maiorem habuerit uoluntatem, uoluptatem, honorem & gloriam, eo aeterna illa infernalis poena intolerabilior erit ei. Quid ergo proderit ei nunc ad horam iniuste regnare, carnales delectationes & mundanas ac uanas consolationes habere, atq; postmodum tempus aeternaliter cruciari: iam ergo in dei timore & aequitate omnia operetur, ut post temporale istud dominium a deo aeternaliter coronetur, de omnium quoque salute, qui per suum regimen ad felicitatem obtinendam adiuti sunt, gloriose sine fine laetetur.

Articulus IIII. De duplici regimine.

Quia

Q Via ad reges, duces ac principes pertinet leges dare, seruare, & subditos ad obseruantiam legum inducere, necesse est eis scire quid sit lex, & quales debeant esse leges, uidelicet quae sint legis proprietates. Itaque aduertendum, quod multiplex est lex: prima & summa est lex aeterna, quae est dictamen & ratio diuinæ & increatae sapientiae, in quantum est directiua actionum & motuum omnium creaturarum: & ista lex est ipsa sapientia dei aringens a sine usque ad finem fortiter & disponens omnia suauiter: ab hac lege aeterna omnia alia lex bona, processit. Alia ergo est lex naturalis, quam deus rebus naturis impressit, per quam unaqueque creatura tendit in proprium finem sibi a deo naturaliter praestitutum, & operatur ea per quam finem tale possit artingere. Porro lex ista naturalis in homine est dictamen, ordinatio seu iudicium practice rationis, per quam homo ad aliquid agentium uel omittendum inducitur naturali rationis iudicio. Sed quoniam deus hominem ad finem supernaturalem creauit ac ordinauit, uidelicet ad felicitatem perpetuam, quae est clara ac beatifica uisio dei facie ad faciem, ideo ultra legem naturalem indiguit homo lege supernaturali quam dicitur lex diuina, sicut est lex Moysi & lex euangelica Christi per quam homo docetur de supernaturali beatitudine ad quam creatus est, & de his per quae beatitudinem illam ualeat adipisci. Alia quoque est lex quae dicitur lex humana, quae est quoddam rationis dictamen, regula seu institutum, per quam diriguntur actus humani secundum quod dicitur & congruentiam finis reipublicae seu boni communis in uita praesenti, ad conuiuendum pacifice: quae lex ex naturali lege progreditur, estque determinatio & explicatio eius circa particularium hominum opera: Ratio enim practica ex primis principijs agentium ad naturalem legem pertinentibus, procedit ad particulariora instituta, inquirendo ac discutendo quid in certis negotijs sit agentium: & huiusmodi particulares dispositiones seu institutiones per rationem inuenit, dicitur leges humanas obseruari alijs conditionibus & proprietatibus, quae ad legem concurrere debent, quae legem concernit bonum commune. His uerbis sancti Thomae concordat quod ait Aegidius: Vbi terminatur uita naturale, incipit oriri ius positium: quoniam semper ea quae sunt per artem hominum adiuuenta, fundantur in his quae sunt tradita a natura. Ius namque positium per artem & industriam hominum adiuuentur, praesupponitur ius naturale. Vnde cum ius naturale dicitur fures & maleficos esse puniendos, hoc praesupponit ius positium, praecedit ulterius determinando, quae poena sint puniendi. Insuper secundum huiusmodi, lex humana debet esse honesta, ut religioni conueniat: iusta, ut secundum rationem procedat: possibilis, ut a subditis portari implerique possit: Erunt quoque iuxta bonam consuetudinem patriae, & loco ac tempore debet congruere. Ex quibus patet quod sit lex. Est enim regula & mensura, seu directio actuum humanorum, per quam quod bene se habet ad agentium quae sunt agenda, & ad non agenda ea quae sunt omittenda: Lex etiam praecipit bona fieri, & mala omitti. Quauis itaque sicut iam dictum est, quadruplex sit lex, uel puta aeterna, naturalis, diuina & humana, communiter tamen dicitur duplex sit lex seu ius. scilicet ius spirituale siue canonicum, & ius civile seuulare: & secundum hoc duplex ius, duplex est regimine. scilicet spirituale ac seculare. Ius autem & regimine spirituale pertinet ad praelatos ecclesiae: Ius uero & regimine seculare, ad principes ac iudices seculares, quorum est subditos gubernare ac iudicare secundum tenorem legum ciuiliu secularis uel iuris.

Articulus V. De fine regiminis secularis.

Omnia actio Christianorum ex diuina charitate originaliter ac imperialiter debet procedere, atque recta fieri intentione, uidelicet propter aeternam beatitudinem obtinendam, & omne quod fit, ad operetis dei gloriam & honorem principaliter ordinandum. Quauis ergo reges, duces ac ceteri principes & iudices seculares, in temporalibus & exterioribus praesint secularia & terrena iudicet ac disponant, totum tamen quod agunt, ad spirituale fine principaliter ac ultimate debent referre seu ordinare, uidelicet ad ueram salutem animarum subditorum suorum, hoc est, ad uitam aeternam atque dei gloriam & honorem. Quauis ergo immediatus & proprius ac proximus finis legis humanae & iuris ciuilis ac seularis regiminis sit pacifica conuersatio subditorum in seculo isto, principalis tamen ultimusque finis huiusmodi legis, iuris atque regiminis esse debet & est, uera, perpetua ac coelestis felicitas, quae est ultimus finis ad quem omnia uniuersorum uere fidelium desideria ac studia tendunt: quibus tramites per diuersos, secundum quod uarij sunt status ac modi uita humanae, ut docet Boetius. Ad eandem quoque beatitudinem tendit ius canonicum, lex diuina spiritualeque regimine, per media magis spiritalia & propinqua. Praeterea eum lex & gubernatio ciuiliu & seularis ordinari dicitur ad conuersationem pacificam subditorum in mundo hoc, intelligendum praecipue est de conuersatione uirtuose pacifica secundum euangelicam legis doctrinam, ut scilicet ciues & subditi habeant pacem, non solum adiuuata & cum extraneis, sed etiam intus in mente cum deo, quiescentes in ipso per charitatem & obedientiam, sicut in summo bono. Igitur omne exercitium, studium & desiderium suum ad hoc ordinat princeps, ut per ea proficiat nunc in charitate & gratia ceterisque uirtutibus ac donis spiritus sancti, atque post hanc uitam, gloria sortiat aeternam.

Art. VI. Quo quanto altioris dignitatis ac maioris potestatis fuerit princeps, tanto timoratiore & sollicitiore esse debet.

Deus

Ecclesi. 10

Prover. 20
16 idem
Prover. 29
Prover. 28
Prover. 29

Prover. 11

Sap. 6

Heb. 10

Sap. 1

Luc. 1

1. Para. 29

Lex multiplex

Sap. 6

Prover. 11

Lex quia

Lex siue ius duplex.

1. Cor. 13

1. Ioh. 14

Luc. 12

Plat. 57

Deus altissimus & immensus est fons & origo, causa, dator & conservator omnis boni, omnis potestatis ac dignitatis, & de omnibus donis quae hominibus confert, districtam exigit rationem, quomodo usi sint donis desuper sibi concessis, quae admodum Christus in euangelio ait: Cui multum datum est, multum queretur ab eo: & cui plus committatur, plus queretur ab eo. Itaque omnis princeps Christianus tanto plus diuini praecogit ac formidet iudicium, quanto maiore a deo potestate altioris dignitate suscepit. Insuper quo se a summo ac infallibili iudice deo omnipotente terribilius atque districtius examinandum ac iudicandum cognoscit, eo formidolosior sollicitiorque consistat qualiter deo respondeat, & quomodo tam pro seipso quam pro subditis suis ante aeterni iudicis expauescendum tribunal rationem reddari doneam. Praeterea quod princeps uidet sibi maiora diuinitus dona collata, uidelicet maiore dignitate, potestate, nobilitate, opulentiam, libertate, honorem & dominationem, eo diligentior ac sollicitior esse tenetur, ut bonis sibi a deo concessis bene salubriterque utatur, ad dei honorem, ad propriam salutem, & ad subditorum utilitatem, profectum ac pacem: quod si ita non egerit, tanto maior erit eius damnatio, grauior poena contra peccatorem deiectione post hanc uitam, quo in uita hac maior est eius potestas, principatus & gloria. Denique quo princeps maiora & plura a deo bona adeptus est, eo plus obligatur deum diligere, honorare semperque praec oculis suis habere, perfectius quoque eiser uire, cordialius regerari, ac profundius seu humiliter subijci, sicut & ipse princeps ab illis uult magis amari, honorari, audiri, quibus ipse maiora largitus est: unde & grauius fert, si contemnatur ab eis, uel si ei ingrati existant. Cogiter ergo princeps, quod ipse super gloriosissimi dei sit seruus, & ita ad deum se habeat, sicut uult officiales ac subditos suos se habere ad ipsum. Attendat, quod quanto sublimior est ascensus & eminentior locus, eo grauior extat casus, & quo principatus est maior, eo & periculosior, imo & danabilior, nisi iuste ac sapienter exhibeatur ac impleatur. Postremo, cum quae libet Christianum oporteat esse timoratum, prouidum atque sollicitum, qualiter pro se solatione deo reddere possit, tanto oportet principem esse timoratiorem, prouidentior ac sollicitiorem, quanto pro pluribus redditurus est rationem in illo districto iudicio dei, ubi praesidentes durissime iudicabuntur. Itaque si princeps ista diligenter consideret, non in superbiam erigetur, non in sua excellentia inaniter gloriabitur, non aspernabitur inferiores, principatumque suum magis reputabit esse onus atque periculum, quam excellentiam & honorem: sicque fructuose ac feliciter alijs praesidebit.

Articulus VII. Quod princeps tanto debet esse perfectior in omni honestate, uirtute atque prudentia, quanto sublimior & potentior fuerit.

Ad bonum principem, si regantur.

Ad principem pertinet non solum ut ipse in se bonus, uirtuosus ac prudens sit, sed etiam ut gentem sibi subiectam a uitijs stultitibusque auertat, & iustam, prudentem ac pacificam faciat, ut scilicet rationabiliter pariter uiuant secundum legum directiones. Ad hoc autem quod aliquis sua bonitate ac prudentia in alios ita transfundat, eosque taliter regat, necesse est ut in se abundanter bonus ac prudens existat, quae admodum si ex uno uase alia uasa debeant impleri, oportet uas illud esse repletum. Praeterea Aristoteles dicit, quod princeps ac iudex debet esse quasi animata lex & uia iustitia: quoniam princeps est subditis suis quasi regula & mensura in agendis & omittendis: regulam uero & mensuram oportet esse rectam, iustam & uniformem, aliter alia per eam regulari ac mensurari non possent. Idcirco quanto princeps sublimior est & pluribus dominatur, eo rectior, iustior, perfectior, constantior & uniformior esse debet, & nunquam ab aequitate, ueritate & sinceritate legis recedere: sed recedentes a lege & aequitate reducere, rectificare, dirigere. Dicit quoque Aegidius in libro de Regimine principum: Rex seu princeps est quaedam lex, & lex est quidam rex seu princeps. Nam lex est inanimatus princeps, & princeps est animata lex: quantum ergo res animata superat inanimatam, tantum princeps debet superare legem: Tantum namque debet princeps esse iustitiae atque prudentiae, ut possit ipsam legem dirigere, quando in aliquo casu secundum tenorem uerborum obseruanda non est: hinc magna prudentia & specialis discretio ad principem pertinet. Denique principis est subditos suos ad bonos mores inducere, & de his quae ad bonum spectant commune, sagaciter prouidere: idcirco debet praeter ceteris in morum honestate discretior: luce fulgere. Hinc ait Aegidius: Quanto quis maior est princeps, tanto alios excellere debet in dignitate conuersationis & magnitudine bonitatis: Debet enim princeps esse supra hominem & omnino diuinum. Et iterum dicit: Principis status requirit, ut ipse sit conformior deo per sapientiam & uirtutes, quam subditi eius. Nam uirtutes habere debet secundum perfectum gradum uirtutum, puta uirtutes heroicas. Itaque tantae perfectionis atque constantiae debet

debet existere princeps, ut quantumcumque subditi eius per passiones & uitia ab aequitate uia recedant, ipse semper in recto rationis iudicio, in obseruatione iustitiae, in luce sapientiae stabiliter perseueret, & sua uirtute ac perfectione aliorum imperfectionem ac culpas uincat, corrigat & emendet, ut conueniat ei quod ait scriptura: Homo sanctus in sapientia permanet ut sol: non stultus mutatur ut luna. Hinc dicit Aegidius, quod princeps debet esse semideus. Nepe ad principem pertinet, ut sit summus regis, uidelicet dei omnipotentis imago praecipua ac singulariter clara, ita se habendo in regimine territorij sui, sicut se habet deus in regimine uniuersae, quatenus sicut deus totum mundum sapienter, pie ac iuste gubernat, sic princeps terrenus terram suam prouidet & recte dispense ac dirigat.

Articulus VIII. Quod prudentia ad principem ualde pertineat.

Ratio est directrix & illuminatrix seu doctrix uoluntatis quae de se caeca est: & nisi per rationem illuminatam dirigatur, ducatur & custodiat, multipliciter peccat & ruit in praecipitum, quae admodum equus cursum sine freno. Ad uirtutem itaque uirtuose, ad regendum alios fructuose, ad agendum salubriter & honeste, primo oportet rationem illuminari, & uirtutibus seu donis ad ipsum spectantibus decorari, uidelicet certitudine, sapientia, prudentia. Unde ad uiuendum in gratia & ad meritorie operandum, primo requiritur fides: lustus namque ex fide uiuit, secundum Apostolum. Ad regimen uero aliorum primo atque potissime necessaria existit prudentia, loquendo de regimine ciuili, quo principes saeculares populum suum gubernare tenentur sic, ut iuste & pacifice pariter uiuant. Oportet ergo primo cognoscere quid sit prudentia & qui sint actus ipsius. Quibus autem in scripturis sacris prudentia & sapientia saepe pro eodem sumantur, proprie tamen differunt, quia sapientia proprie est cognitio rerum diuinarum, prudentia uero proprie sumpta (prout est una quatuor uirtutum cardinalium) est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum, seu agendarum & omittendarum, ut asserit Augustinus: ideo Aristoteles dicit, quod prudentia est recta ratio agibilium, uirtus intellectiua per quam cognoscimus quid sit agendum et quid uitandum. Cum ad principem spectet subditum in agendis dirigere, ad pacificam uitam perducere, & de medijs ad eam necessarijs prouidere, inuidias quoque & obstacula pacis communisque boni & ciuilius iustitiae remouere, patet quod prudentia sit ei praecipue necessaria, ex qua eranda & amplectenda. Praeterea actus prudentiae sunt bene consultare de ijs quae pertinent ad bonum commune uel personalem: de consultatis seu per consilium inuentis recte iudicare, an sint conuenientia uel non: & etiam consultata & approbata applicare ad opus, ut per ea ad finem debitum pertingatur. Cum ergo ius actus praesertim spectent ad principem, constat quod prudentiam maxime appetere, acquirere & custodire debet, ut possit sibi & subditis suis de ijs quae necessaria sunt ad pacem iustitiamque seruandam, sagaciter prouidere, & aduersarijs pacis atque iustitiae efficaciter praualere: aliter nec seipsum nec alios feliciter gubernabit. Hinc ait Vegetius: Nullus est quem oporteat plura & meliora scire quam principem: cuius prudentia debet omnibus subditis suis prodesse. Aristoteles quoque affirmat, quod nullus eligit iuuenes iudices, quia non constat eos esse prudentes. Plato etiam dicit tunc beatam esse rempublicam atque felicem orbem terrarum, cum sapientes regnare inceperint, uel reges sapientiam apprehenderint. Sic & Seneca conuertitur, quod Romani imperatores ac iudices (quando eorum rempublica uiguit) literati fuerunt: atque extunc armatae militiae manuum infirmatae, atque ipsius principatus radice quasi praecisa, ex quo in principibus languit uirtus literarum, ac defecit prudentia: nec misere, quam sicut omnis potestas & principatus creaturam a deo processit, sic ordinatus usus rectaque exequutio potestatis ac dominationis ex participatione & illuminatione summe & infinitae sapientiae dei procedunt, tribuuntur atque habentur. Idcirco increata sapientia quae deus est, effatur: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Insuper quod utilis sit principibus prudentia, copiose docet sacra scriptura, nam scriptum est: Rex sapiens populum stabilimentum est. Et rursum: Principatus sensati stabilis erit. Iudex sapiens iudicabit populum suum, rex autem insipiens perdet populum suum, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. Denique reges, duces ac principes tantae debent esse prudentiae, ut difficiliore causas possint discernere, & difficillima negotia iudicare, ipsosque suos officiatos ac principes & iudices substitutos examinare, considerare & iudicare, an sapienter se habeat, & sua officia digne exequantur & fructuose: imo sicut sol in caelo, sic princeps esse debet in territorio suo, quatenus sicut sol suo splendore omnia astra clarificat & perfundit, sic princeps luce suae prudentiae uniuersos sibi subiectos debet dirigere, illustrare atque munire.

1. Timo. 9

Eccl. 27

Rom. 1

Sapientia & prudentia differunt.

Vegetius

1. Cor. 1 Prouerb. 8

Sap. 5 Eccl. 10

Articulus IX. Quomodo princeps possit ac debeat prudentiam adipisci.

Philosophi atq; Theologi concorditer dicunt, uirtutes esse connexas, ita q; una sine alijs haberi non ualet: & qui unam habet, omnes habet. Quicunq; ergo uiuit sine peccato mortali, existens in charitate & gratia dei, omnes habet uirtutes: & per consequens prudentiam secundum aliquem gradum. Itaq; secundum doctores duplex est prudentia, scilicet acquisita & infusa. Prudentia namq; infusa est, quam spiritus sanctus per creationem menti infudit, & ista acquiritur a deo per cordis contritionem & ueram confessionem: & quando homo in bona conuersatione atq; dilectione & gra dei plus crescit & proficit, tanto prudentia ista in ipso magis perficitur. Quamuis autem ista prudentia sufficiat homini ad salutem, princeps tamen quo pluribus praesidet, eo ad prudentiam acquisitam magis debet studere, quia hae duae prudentiae se inuicem iuuant, & utraq; principibus maxime necessaria existit. Nunc ergo dicendum, quomodo prudentia ista acquisita ac naturalis ualeat adipisci: & ex doctrina Aristotelis facilliter patet responsio, docet eundem Aristoteles omnium philosophorum doctissimus, quod ex multis actibus bonis frequenter iteratis, generatur in anima uirtus, sicut ex hoc quod aliquis frequenter frangit & uincit in se concupiscentiam carnis, generatur in eo uirtus qua dicitur castitas: sic ergo ex multis actibus ad addiscendam ac adipiscendam prudentiam ordinatis, generatur in homine uirtus qua prudentia appellatur: Anima namq; (ut Gentes ac Christiani magistri concorditer docent) quiescendo fit prudens. Ad hoc itaq; q; princeps efficiatur taliter prudens, oportet eum ab exterioribus occupationibus & inquietudinibus interdu uacare, & quieti operam dare, sicq; ad prudentiam tendere legendo, uerba prudentium audiendo: quia ut Salomon loquitur, Audiens sapiens sapientior erit: Itaq; diuersa acute considerando. Quae admodum autem ambulantes per diuersas ac remotissimas mudi prouincias multa uidentes sunt prudentes, sic illi qui prudentissimorum uirorum libros ac opera legunt, prudentes redduntur. Insuper, sicut ad aedificationem domus oportet concurrere fundamenta, parietes, tectum: sic ad hoc q; princeps fiat prudens, necesse est eum recordari praeterita, intellegere praesentia, prauidere futura. Debet etiam esse docilis, ut aliorum informatione praesertim seniorum, expertorum, sapientum ac uirtuosorum non spernar. Debet quoq; cauus consistere, uitando pericula qua possunt occurrere: & circumspicius, ut ea qua facit, non solum sint bona in genere seu ex sua natura, sed etiam ut bene fiant, hoc est cum circumstantiis debitis ad uirtutum opera requisitis, uidelicet congruo loco, apto tempore, recta intentione, debito modo. Primo igitur princeps debet considerare praeterita, ea legendo uel ab alijs inquirendo ac audiendo, seu intra se ex propria cognitione talia reuoluendo. Cogitet ergo quibus temporibus & sub quibus principibus sua patria melius regebatur, & quales tunc leges ac consuetudines habuit, illisq; praedecessoribus suis conformet se, qui conuersatione, prudentia atq; regimine excellentiores ac meliores fuerunt. Hinc potissimum ac prudentissimi reges, duces ac principes, patrum & praedecessorum suorum gesta scribi, & certis diebus sibi legifecerunt, ut ex recordationibus praeteritorum fierent prudentiores, ac utiusq; perperderent quid in futuro essent acturi. Deniq; sicut religiosi considerando praecedentium patrum suorum sanctissimam conuersationem fiunt deuotiores, & sicut studiosi considerando antiquorum philosophorum ac theologorum dicta, efficiunt in speculabilibus sapientiores: sic principes recogitatio praedecessorum suorum gesta atq; regimina, fiunt in agilibus prudentiores. Debet etiam praesentia intueri, & quicquid in populo suo uidet bene dispositum, debet approbare, conseruare atq; pro posse meliorare. Quae uero paci, aequitati, bono communi honestisq; moribus contrariant, debet cum omni diligentia remouere & emendare. Praeterea ex praesentibus debet sibi ac subditis in futuro sagaciter prauidere, cogitando quibus modis, statutis, ac legibus possit futura mala magis cauere, & paci bonoq; statui reipublicae in diebus sequentibus prauidere. Prudens etiam dicitur quasi procul uidens: propter quod prauidentia futurorum, est potissimus actus prudentiae. Postremo quoniam passionem & uitia rationem excitant rectumq; peruertunt iudicium, & diuinam illuminationem principibus maxime necessariam ab eis impediunt, quia ut dictum est, In maleuola anima non introibit sapientia: circo si princeps uoluerit rationem claram habere recteq; iudicare, diuinitus illustrari & perfectam prudentiam adipisci, oportet eum peccatis resistere, concupiscentias uincere, uirtutes amare, deo sublimi & benedicto fideliter ministrare, praesertim quia (ut Aristoteles docet, & infra deo donante clarius ostendetur) nullus est uere prudens, nisi sit uirtuosus, ita quod uera prudentia sine alijs uirtutibus non habetur, nec uitiosus inest hominibus

Prudentia duplex.

Procur.

Simile

Sap.

hominibus. Itaq; constat, q; principes non debent tempus suum infructuose expendere, ludis uel iocis immoderate interdere, uanitatibus uenariisq; comestatiisq; immorari, sed oia sapienter ac uirtuose peragere, utilitate reipublicae profunde pensare, atq; prudentiae tanto uigilantius, stabilius frequentiusq; uacare, quo ex eorum prudentia ac laudabili uita plurimam pacem, uirtus ac salus dependent: & item quanto ex eorum negligentia, culpa & imprudentia plurima mala contingunt pluresq; pereunt.

Articulus X. De sapientia & religione principis.

Sapientia proprie sumpta, & prout est unum de septem donis spiritus sancti, est amoroza ac sapida cognitio dei, diuinamq; re, per quam homo bene sentit ac iudicat de deo, uidelicet q; ipse sit omnibus rebus incomparabiliter praefendus, praemadus ac prehonorandus, tanq; summum, immensum & incommutabile bonum, in quo tota nostra beatitudo consistit. Cum ergo ad principem Christianum pertineat omnia agere ex charitate diuina, atq; ad dei honorem ac gloriam facere ac referre, & ad aeternam beatitudinem finaliter ordinare, certum est quod sapientia ista maxime semper indigeat, quam nemo habet in mortali peccato existens. Ideo ad habendam sapientiam istam, necesse est eum ab immorali uiuere culpa: quam si incidit, debet mox inde dolere ac gemere, ueniamq; a deo precari, et confessionem proponere, congruo quoq; tempore confiteri: imo omnino decet quemlibet Christianum, ut nunquam dormitum, nisi attendat quid eo die mali commiserit, quod boni miserit, quod deum offenderit & inhonorauerit, sicq; de peccatis illius diei & ceteris oibus cordialiter doleat, in dulgentiam postulet, confiteri proponat: aliter de die in diem in plura ruer peccata. Hoc autem tanto plus decet principem facere, quo ipse caeteris debet esse perfectior. Praeterea religio quae alio nomine dicitur laetitia, est uirtus moralis, per quam deo debitu cultu impeditur: & huius uirtutis actus sunt deum adorare, orare, laudare, sacrificiis ei offerre, deuotionem ad ipsum habere. Haec itaq; uirtus & actus ipsius debent praecipue uigere in Christianis principibus, qui in sapientia, iustitia caeterisq; uirtutibus debent esse subditis suis magis perfecti: deum quoq; feruentius amare atq; sublimius honorare: Per hoc namq; a subditis suis magis timeantur ac diliguntur & honorant, quam deus ait primo Regum: Ego glorificantes me glorificor: qui autem contemunt me erunt ignobiles. Insuper per hoc q; princeps in diuino obsequio seruens, assiduus ac fidelis est, efficit optimam famam & oibus exemplaris ac honorabilis, multosq; allicit ad uirtutes. Itaq; per hoc a deo defendi meret, & regnum seu dominium eius firmat ac prosperatur. Itaq; per hoc efficitur melioris spei ac fortioris fidentiae in aduersis ac praesiliis: Nam & Aristoteles asserit, q; qui melius se habet in diuinis, sunt melioris certiorisq; spei, & minus formidant: rationabiliter namq; confidunt de adiutorio dei, quia conscientiam bonam habent in deo. Deniq; (quam deus ait per Salomonem: Ego diligentes me diligo) certum est q; deus sit amicus & adiutor amatorum suorum sibi fideliter seruientium: Circo dum populus uidet principem suum se reuerenter ac deuote habere ad deum, confidit q; deus sit ei amicus, adiutor atq; protector: ideo libentius ac fiducialius ei ministrat, obedit, & in arduis causis ac praesiliis astat, sperans meritis sui principis a deo iuari ac praeuallere. Hinc tamen ueteri q; in nouo testamento multae uictoriae concessae sunt a deo utriusq; principibus ualde miraculose, uidelicet David regi, Iosaphat & Ezechiae regibus Iuda, sed & Iudae Macchabaeo ac fratribus eius. In nouo testamento Theodosio imperatori, Carolo regi, Gotfrido de Bolonia ac alijs multis. Postremo dum princeps tam diligenter ac feruenter seruit deo, meretur in omnibus dirigi a spiritu sancto, ita q; populum suum feliciter regit, & bonitas eius ad plebem sibi subiectam redundat.

Articulus XI. Quomodo studium sapientiae & prudentiae uiguit in praecipue principibus tam gentilibus q; Christianis.

Quod naturalis ratio docet & dicit conuenire principibus, hoc non solum Christianorum sed & gentium nobilissimi principes implere conati sunt. Quonia itaq; naturalis ratio dicit & docet principem debere caeteris in prudentia ac sapientia praefulgere, iccirco etiam gentiles principes studiosissimi fuisse legunt, quemadmodum Traianus inter gentiles principes optimus imperator, non solum anteq; fieret imperator, extitit studiosus, sed etiam sumpto impio, Plutarchum magistrum suum secum detinuit, & sapientiae frequenter uacauit. Adrianus q; impator tam in Graeco q; in Latino eloquio facundissimus fuit, & philosophiae interitus erat, ut sanctus scribit Hieronymus. Sic & Alexander rex maximus, etiam cum praesiliis occuparet, semper a prudentibus informari quaerebat. Maxime autem studiosus fuit Ptolemaeus philosophus rex Aegypti, qui (ut ait sanctus Hieronymus) uoluit omnium gentium

Sapientia qd

Religionis actus.

Reg.

Pal. 3o
1. Cor. 1

gentium libros habere & sapientiam scire: Vnde cum audisset apud Iudæos esse legem à summo deo collatā, fecit sibi libros veteris testamēti de Hebræo in Græcū trāsferrip Septuaginta interpretes. Ideo principes isti uictoriosi fuerunt, atq; reipublicam strenue dispo- nebant. Deniq; in Christianis principibus uirtuosis, amor & studium sapientiæ arctacui- guit, sicut de Theodosio imperatore scribitur, qd diebus negotia reipublicæ dispensabat, & armis exercebatur, noctibus uero libris fuit intentus: & quid communi utilitati expediret, cōtemplabatur. Item de Carolo rege ac alijs multis Christianissimis regibus, ducibus atq; principibus legitur, qui per hoc gloriam & honorem apud deum & homines meruerunt, inter quos Iustinianus imperator uir iustus & sapiēs, studiosissimus fuit, & libros legū com- posuit. Præterea propter hæc Salomon à deo laudatus est, ut scribitur 3. Regum, quoniam sapientiam postulauit à deo, & per illam bona quæ principes maxime solent appetere, est fortitus, uidelicet diuitias, famam, honorem, gloriam, pacem.

5. Reg. 2

Articulus XII. Quod sapientia utilior est principibus q̄ fortitu- do aut robur exercitus.

SAcra scriptura & philosophorū doctrina unanimiter docent, qd regibus, ducibus atq; principibus multo melior atq; utilior est sapientia q̄ uires corporales, ad facien- dam & conseruandam pacem in communitate, ad bene regēdum reipublicam, ad præualendum in bellis, ad euitandum insidias ac impedimenta boni communis. Sa- pientia nanq; docet hoīem omnia agere discrete ac ordinate, imminētibusq; periculis cau- te occurrere, atq; seipsum & alios in dūctiose iugiter custodire. Hinc sapiētissimus Salomō ait: Melior est sapientia q̄ arma bellica. Er rursus, Sapiētia confortauit sapientem super de- cem principes ciuitatis. Hinc itē dicit: Hanc uidi sub sole sapientiam: Ciuitas parua, & ui- ri pauci in ea uenit contra eam rex magnus & uallauit eam, inuentusq; in ea uir pauper & sapiens, liberauit eam per sapientiam suam, & dicebam ego meliorem esse sapientiam forti- tudine. Hinc etiam scriptum est: Melior est sapientia q̄ uires, & uir prudens magis q̄ fortis. Porro, quātum sapientia faciat hoīem & maxime principem omnibus honorabilē, constat ex eo quod scriptum est: Habebo propter sapientia claritatē ad turbas, & honorem apud seniores. Acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum uerebuntur me. Iacentem me sustinebunt, & loquentē me respiciēt, & sermoci- nante me plurima, manus ori suo imponent. Propterea habeo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam, his qui post me futuri sunt, relinquam. Disponā populos, & natio- nes mihi erunt subiectæ. Timebunt me audientes reges horrendi, & in multitudine bonus uidebor, & in bello fortis. Intrans in domum meam, conqueſcam cum sapientia: Non enī habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiā & gaudiū. Hinc legitur de Romanis, qd per trā mundū uicerunt, uidelicet per prudentia, fidelitatē & exercitationē. De Alexandro quoq; narrat, qd in exercitu suo magis curauit habere uiros prudentes, expertos & senes, q̄ iuuenes audaces atq; robustos: magisq; præualuit prudentia & cōsilio seniorū, q̄ robore iuuenum. Rursus primo Macchabæorū libro habetur, qd Roma- ni omnia loca obtinuerunt consilio suo. Ideo ait scriptura: Omnium potentior est sapiētia. Si igitur princeps passiones & uitia superare desiderat, si à subditis amari, timeri ac honora- ri affectat, si populum suum pacifice gubernare, hostesq; superare atq; in omnibus uictorio- sus, famosus & inclutus esse peroptat, sapientia amplectatur, & iugiter in ea stabiliri, profi- cere, uitamq; finire conetur, per hoc nāq; post temporale dominium ad regnū perducetur æternum, quoniā scriptum est: Concupiscentia sapientiæ deducet ad regnū perpetuū. Et Salomon loquitur: Si sapiētia quæſieris quasi pecuniam, & quasi thesauros effoderis il- lam, tunc intelliges iustitiā & iudiciū, & omnem uiam bonam.

Eccli. 9
Eccli. 7
Eccli. 9

Sap. 5

Sap. 8

1. Mach. 8

Sap. 10

Sap. 8
Prouer. 2

Articulus XIII. Quod quantō maior atq; potētior fuerit princeps, tantō plus necessariū sibi est secū habere uiros prudentes & consiliarios iustos, & quō debet se habere ad illos, & quales esse debēt cōsiliarij principū.

Constat ex dictis, qd quantō princeps pluribus dominatur, tantō maiori eget pru- dentia, sine qua nec seipsum nec alios regere ualet, præsertim cum discretio sit à prudentia. Sed quoniam unus homo non sufficit omnia considerare, & ut cōmu- niter dicif, Pluribus intētus minor est ad singula sensus: Er itē, quædam dū plu- res oculi corporales plus uidēt citiusq; inueniūt q̄ un⁹ dūtaxat sic plures intellectus q̄ sunt oculi interiores ac spiritalēs, plus cōsiderāt q̄ unus tātūmodo. Ideo Aristoteles, Politicorū dicit, qd rex, dux seu princeps debet sibi associare multos sapientes, ut habeat quasi multos

oculos

oculos interiores: multos q; associare sibi debet bonos ac uirtuosos, ut habeat quasi mul- tos pedes ac manus. Vt igitur princeps uniuersa quæ suis subiectis expediri, sciat ac pen- set, utilia ordinet, pericula caueat, cōmune bonum conseruet, promoueat ac emendet, & quid in quotidianis negotijs occurrentibus agendum sit sciat, necesse est ut habeat secum, uel prope seu in promptu uiros prudentes, expertos, cōsiliarios prouidos ac fideles, quos in omnibus, præcipue in magnis & arduis causis inquirat, audiat impleatq; consilia, docu- menta & monita: quod q̄ utile & salubre sit, Salomon docet dicendo: Er it salus, ubi multa consilia. & itēz ait: Custodi legē atq; consiliū, & erit uita aiæ tuæ, & ambulabis fiducialiter, & pes tuus non impinget. Deniq; quantū conferat principi se cum habere sapiētes, Salomō pandit dicens: Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: & amicus stultorū, efficitur simi- lis illis, & denuo contestatur: Lingua sapientium sanitas est. Aurē & multitudo gemmarū, & uas pretiosum, sunt labia scientiæ. Si igitur princeps cupit seipsum ac plebem suam men- tis & corporis sanitate gaudere, atq; pacificam ducere uitā, associet sibi sapientes, habeatq; consiliarios uirtuosos, ideo nanq; scriptum est: Multitudo sapientum, sanitas est orbis ter- ræ. Er rursus ait scriptura diuina: Sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Præterea ad hoc qd principi profint prudentiū doctrinæ atq; consilia, oportet eum docilem dirigibilemq; consistere, nec proprio sensui nimis confidere, nec esse superbū, proteruum aut pertinacē, sed pium, flexibile atq; tractabile: ideo Salomon dicit: Qui sapiens est, audit con- silia. Argue sapientem, & diliget te: doce iustum & festinabit accipere. Qui abiicit discipli- nā, despiciet animā suam: qui aut ac quiescit in crepationibus, possessor est cordis. Sed qm̄ di- ctum est, qd uera prudentia non inest passionatis ac uitiosis hominibus, cuius, secundū Ari- stotelē cæterosq; doctores, ratio est, qm̄ ad prudentiam pertinet bene iudicare de actibus hoīum seu agentis, apta quoq; inuenire media seu recte cōsultere, ad adipiscendū uel confer- uandū debitū finē, qui est bonum commune & pax bonusq; status reipublicæ. Peccata aut passionesq; animæ & uoluntatis malitia peruerunt rectum rationis iudicium, & intellectū obscurant atq; inficiunt, ita qd male & erronee iudicat de agentis, & putat agendum quod non est agendum: & rursus, putat non esse agēdum, quod est agendū. Quædam dū ocu- lus stas in fumo uel nebula, nō lympe uidet, nec de colorib⁹ efficaciter iudicat: & q̄ habet gustū malis infectū humoribus, iudicat esse dulce qd est amarū, & amarū iudicat qd est dul- ce. Propterea principes curare debent, ut consiliarij sui sint ueraciter insti, uirtuosi ac timo- rati: aliter non erunt uere prudentes, nec dabunt consilia bono cōmuni uere utilia, sed pro- priā ac peruersam uoluntatem sequentur, & secundū inclinationē ac impetum passionum suarū iudicabunt & consulent, uidelicet prout superbia, ira, auaritia, inuidia, concupiscentia aut similes passiones ac culpæ eos impellunt. Hinc Salomon dicit: Consilia impiorū fraudu- lenta. Qui aut uere prudentes ac boni consiliarij sunt, deum præ oculis habent, & rationē sequuntur, nec aliorū peruersitate uincunt, sed sua bonitate, sapientia, honestate ac paciētia aliorū malitiā, insipientiā, improbitatē impatiētiāq; deuincunt, corrigunt & emendāt. De- niq; quis in malis hominibus non sit uera prudentia, est tamen frequenter in eis aliquid si- mile ueræ prudentiæ. s. quæ dā naturalis industria, uel uulpina astutia, seu nuda & informis cognitio boni ac mali, per quæ à principibus sæpe prudentes putant, & utilia dare uident consiliarij sed non recte procedunt, imò principū corda frequenter sua calliditate decipiunt quædam dū Assuerus rex expertus testat. Quidā aures principū simplices, & ex sua natu- ra alios æstimātes, callida fraude decipiūt. Necesse ergo est principi, ut inter bonos & ma- los possit discernere, & eos studeat cōsiliarios habere, qui deū formidant uirtuososq; uiuūt, amantes bonū cōmune, utilitatēq; principis magis q̄ commoda propria ac priuata, imò bo- num principis & statum pacificū cōmunitatis, proprijs utilitatibus præponentes: in qbus non sit auaritia neq; ambitio, qui aliorū improbitate non ita turbentur ut ipsimet ab ira, im- patientia, superbia aut cæteris uitijs superentur, sed in uirtutibus stabiliti semper sana ac sa- pientialia præsent consilia, rationē non passionē sequentes. Hinc cæteris paribus, consilijs hoīum uirtuosorū magis est ac quiescendū, propter quod ait scriptura: Anima uiri sancti an- nunciat aliquando uera magis, q̄ septē circūspectores sedentes in excelso ad speculādum, & rursus: Cū uideris senatū, statim eui gila ad illū, & quæcūq; cognoueris obseruātē timo- rē dei, cuius aīa est secundū animā tuā. Insuper in uiris uirtuosis est donū consilij, quod est unū de septē donis spūs sancti, per quod gratiose & supernaturaliter dirigitur à spiritu san- cto, & illuminantur ab eo ad dandam consilia bona ac optima. Uirtuosi quoq; in consulēdo non aspiciunt principaliter ad propriū lucrum uel cōmodum corporale, sed quod ma- gis est

Prouer. 8
Prouer. 3

Prouer. 13
Prouer. 18

Sap. 6
Eccli. 18

Prouer. 9

Simi. 2

Prouer. 12

Hecler. 16

Eccli. 37

Eccli. 6



gis ad gloriam dei & ad bonum commune ac animarum salutem, hoc tota intentione cupiunt, scrutantur & consulunt, nec mens eorum in iudicando passionibus obtebratur, sed per donum sapientiae bene iudicant de diuinis; per donum vero scientiae recte iudicant de creaturis, atque per donum consilii salubriter iudicant de actibus humanis. Ideo tales consiliarios summi praelati ac principes semper quaerere ac habere studuerunt, sicut populos sibi commissos & subditos saluberrime ac pacifice gubernabant.

Articulus XIII. Qualiter sit consulendum.

Consiliu qd

Iob. 12 Eccl. 34

Consilium est inquisitio de agendis: Est enim de actibus humanis, in quibus multa considerare oportet. Ideo ad dan dum bonum consilium, experientia multum ualeat. Experientia aut maior est in senioribus quam in iuuenibus, quae admodum in libro Iob scriptum est: In antiquis est sapientia. Hinc seniores ceteris paribus sunt consiliarij meliores, ideo ait scriptura: Qui non est expertus, pauca recognoscat uir aut in multis expertus, cogitabit multa. Praeterea quia consilium est de agendis particularibus, in quibus diuersa circumstantia, & accidere potentia pensare ac prauidere necesse est: ideo secundum Aristoteli re late seu morose consultare oportet, sed bene consultata, sunt uelociter exequenda, nisi speciale impedimentum occurrat. Hinc praecipitatio contrariatur rectitudini consilij, similiter nimia festinantia, sed & nimia tarditas: sed tarditas ista non tantum opponitur recto consilio, sicut praecipitatio & festinantia: Itaque in consulendo, praeterita sunt ad memoriam reducenda, praesentia quoque inspicenda, & futura sunt prauidenda, singula etiam sunt ad propositum applicanda. Quod uero maiori aut saniori parti consiliario: uidet agendum ad omittendum, hoc princeps aut praesides se qui debet. Quilibet quoque consiliarius suo loco & tempore est diligenter ac pacifice aduertendus, prorsusque cauendum est, ne aliquis ex impetu passionis uel propriae uoluntatis, uel ex radice superbiae praecipitauerit se habeat, nec in consilio aliquid queat, impatientia aut simile uitium rationem perturbet, sed oia cum maturitate tractanda sunt, nec propria debet quis sententiam pertinaciter defensare. Insuper Aristoteles docet, quod moderatus timor facit hominem bene consiliatum. Timor namque diligentiam parit, diligentia autem prouidentiam causat, & imminetia uitat pericula. Hinc de rebus multum paruis non oportet multum consulere, sed de arduis causis. Hoc quoque sciendum, quod in consulendo uitanda sunt uerba adulatoria, sed synceriter procedendum est, dicendo ea quae uera & iusta atque proficua sunt. Unde adultores dum principi placere desiderant, uera silentes ac placentia proponunt, exponunt frequenter tam principem quam communitatem magnis periculis. Oportet ergo ut consiliarij habeant semper & in omnibus zelum ueritatis & aequitatis, suumque principem ueraciter ament, & ei fideles sint, ac bonum commune maxime cupiant, sicut in cunctis decenter ac ordinate procedent in consulendo.

Articulus XV. Quod princeps debet esse in omnibus iustus, & quod iustitia singulariter pertinet ad principes.

Iob. 32

Iaco. 3

Deut. 1

Sicut ex precedentibus patet, ad hoc ex diuina ordinatione instituti & facti sunt principes seculares, ut in omni principatu ac populo suo pacem conseruent: quod impleri non potest, nisi inter conciuces ac subditos, imo inter omnes subditos suos obseruet iustitiam quia ex iustitia pax oritur, ut Isaias testatur, dicens: Erit opus iustitiae pax. Oportet ergo ut princeps faciat inter suos subiectos iustitiam obseruari, ne unus alteri iniuriam inferat, aut fraude decipiat, aut uerbis conuicietur: Hoc autem princeps implere non poterit, nisi ipse sit iustus. Praeterea ad principem pertinet, facta, causas atque negotia subditorum suorum examinare, ponderare recteque iudicare: ad quod faciendum indiget magna iustitia, ne in iudicando ratio eius subuertatur amore alicuius uel odio aut aliqua passione uel culpa: nec sit personarum acceptor, sed deum semper praesens oculis habens, singulorum causas diligenter aduertat, sicut paruum & pauperem ut magnum & diuitem audiat, atque in cunctis secundum ueritatem & aequitatem procedat in iudicando, nisi quod rigor iustitiae interdum temperandus est dulcore clementiae, quando recta id ratio dicitur. Insuper ad principem pertinet unicuique dare & conseruare quod suum est, & quemlibet honorare tempore opportuno, prout meretur & dignus est: Indignos quoque officijs & honore priuare, & unicuique debitam mercedem & uicem rependere, quae omnia implere non ualet nisi fuerit excellenter iustus. Praeterea secundum Augustinum habet iustitia lucem suam, & sua claritate animam sibi inhaerentem clarificat ac perfundit. Cum ergo principis sit oes suos subiectos ad rectitudinem aequitatis (dum errant) inducere, tantum debet in eo consistere splendor iustitiae, ut subditorum corda possit ab iniustitiae tenebris ad fulgorem iustitiae reuocare. Unde

Iob. 1

Angustinus:

Nota.

Psal. 10 Psal. 139

Psal. 5

Unde ergo ornent se principes iustitia, ut cum sancto Iob (qui fuit inter omnes Orientales princeps magnus) dicere queat: Iustitia in datus sum. Unde in libro Sapientiae scriptum est: Diligenter iustitia qui iudicatis terram. Denique princeps carens iustitia, non est aliud quam tyrannus: ideo S. Augustinus differuit: Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? Primo autem hoc debet se princeps iustitia decorare, ut sicut ipse uult praecipere & leges suas a suis subditis obseruari, eosque sibi reuerter ac prompte obtemperare ac subiici, sic, imo & multo reuerentius ipse diuinam legis praecipis obediat, & seipsum iuste gubernet, sensuualitate suam & passiones rationi subdendo, atque ecclesiae sanctae praecipis parendo: quia ut asserit Augustinus, Nihil iniquius, quam ut quis uelit sibi obediri, cum ipse suo superiori nolite obtemperare. Omnes autem principes ministri sunt summi principis scilicet dei omnipotentis, ideo debent deo cum omni reuerentia obedire: aliter iniustissimi essent, & multo peiores quam subditi. Insuper ad amorem, ademptionem conseruationemque iustitiae, principem debet inducere pulchritudo, perfectio dignitasque iustitiae, quae (ut Aristoteles ait) est praeclearissima uirtus, & non est lucifer nec hesperus tam admirabilis, imo nec sol tam pulchre fulget in caelo, quantum coram iusto ac superpulcherrimo deo splendet anima principis iusti. Iustitia quoque facit principem deo ualde amabilem & dilectum, quoniam similitudo est causa amoris: ideo iustus omnium in deum princeps deus excelsus diligit principes iustos, ideo Dauid rex profuturus iustus dixit, & iustitias dilexit, aequitate uidit uultus eius. Et iterum loquitur deo: Iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo. Sed quam abominabiles atque odibiles sunt deo iniusti, rursus ostendit loquens ad deum: Neque permancebunt iniusti ante oculos tuos, odisti omnes qui operantur iniquitatem. Praeterea ad principem spectat esse tam abundanter euidenterque iustum, ut sua iustitia omnibus innotescat, & per eam exemplaris sit omnibus sibi subiectis, atque ob eam timeatur a malis, ac diligatur a bonis, & honoretur ab uniuersis. Ad principem etenim pertinet eminentia bonitatis: quia nisi esset eminenter bonus, tantum deus declinat et ad iniustitiam, quanto sibi maior libertas est atque facultas agendi quod placet, itaque peccat: ideo Aristoteles dicit, quod principatus ostendit uirum, id est ex principatu cito cognoscitur an uir sit ueraciter uirtuosus an uitiolosus: quia tunc actio eius incipit se ad alios ac subiectos extendere, statimque patet an potestate sua abutatur uel non: sed quoad uis quid non habet regere nisi seipsum, non clare nec plene apparet qualis existat, quia tunc non sibi totum occurrit agenda, ex quoque expeditione bonitas aut malitia sua pateat. Itaque constat, quod reges, duces ac principes tanto plus debent studere ut seruent iustitiam, iniustitiamque deuitent, quanto ex eorum iustitia maior subditorum profectus consequitur, & quanto ex eorum iniustitia sequitur maius malum. Postremo, sicut anima continet corpus, quoniam anima recedente, corpus dissoluitur & marcescit: ita iustitia continet urbes & regna: quoniam nisi absque dissoluitur ciuitas, nec possunt subsistere regna. Ideo princeps maxime debet curare, ut ipse in se uere iustus consistat, & per eum alij in iustitia conseruentur: & quando hoc facit, tunc est excellenter laudandus, imo tanto laudabilior, quam magis impune ac prompte & facilliter potest peccare. Multi quippe mala quaedam non faciunt, quia in inferiori sunt situ: qui si in situ praesidentiae constituerentur, multa efficerent mala: sic circo (ut dictum est) principatus ostendit qualis sit homo, quia tunc claret quod homo uere sit uirtuosus, dum in potestate constitutus tanto diligentius se custodit, refrenat & regit, quo sibi cernit maiorem esse peccandi licentiam: non quod uere sibi sit licitum peccare, sed quia ab hominibus non arceatur neque punitur.

Articulus XVI. De iustitia quorundam principum paganorum.

Quanto sanctior atque diuiniore est lex Christi filij dei omni lege gentiliu, de quibus Ieremias testatur: Leges populorum uane sunt: tanto plus decet, oportet & expedit principes Christianos esse iustos, quam principes gentiles & infideles. Ut ergo principes Christiani ad amorem iustitiae amplius inflamentur, iniustique principes Christiani de sua iniustitia confundantur, iusti principes in iustitia magis proficere studeant, aliqua de gentiliu principu iustitia sunt tangenda. Et primo occurrit, quod refert Valerius Maximus de Zaleuco nobili principe: Qui cum legem dedisset, ut in adulterio deprehensus utroque oculo priuaretur, & filius eius in adulterio deprehensus fuisset, uoluit ei eruere oculos: sed populo unanimiter orate, & importune instate ad ipsum ut suo parceret filio. Cum ad tempus populo restitisset, & eius importunitate iam uinceret, ne derogaret iustitiae, unum oculum erui fecit sibi metipsum, alium filio suo. Similiter de Charo da Tyrio refert idem Valerius, quod cum princeps ille propter se ditiosos populi uitadas iussisset, ut si quis cum gladio seu ferro concione intraret, mox cum eodem gladio uel ferro occideret: contigit ut quidam tempore ipsomet de lago reuerteret in concione cum gladio quod fuit accinctus: sine aduertentia introiit: Cumque unum aspectum eum de legis solutione moereret, rixit

Iob. 1

Angustinus:

Nota.

Psal. 10 Psal. 139

Psal. 5

Iere. 16

Val. Max. lib. 6. cap. 5

Ibidem:

Ego illa recuperabo: & mox proprio gladio se peremit, malens poenā ordinatā sustinere, q̄ legē perire: cum tamen se per inaduerentiā potuerit excusare. Deniq; Alexander rex tantum dilexit iustitiā ex quadā naturali inclinatione, ut etiā beneficeret n̄s qui sibi iniuriā intulisse uidebantur, quando aliquid iustitiæ pro se habebant. Vnde cum quidā miles Darij regis inimici Alexandri Dario promississet, q̄ Alexandrū occideret, & Alexandrū ualidissimē percussisset ac uulnerasset, illumq; militē milites Alexandri occidere uellent, Alexander prohibuit: interrogans militē illū, cur hoc fecisset: qui dixit: Idcirco hoc feci, ut dominum meū Darij regē, facerē tuū uictorē: quo audito Alexander, militē illum laudauit, quia regi suo fuisse fidelis. Similiter recitat sanctus Augustinus, q̄ cum quidā pirata nomine Dionides uel Dionis captus Alexandro esset presentatus, dixit ad eum Alexander: Cur mare infestas? Ille libera elatione respondit, Cur tu totū orbē terrarū inquietas? Sed quia ego id facio paruo nauigio, latro uocor: quia tu illud agis magna classe, diceris imperator. Si solus captus sit Alexander, latro erit: si ad nutū meū populi famularentur, imperator uocarer. Me fortuna & inopia, te superbia & insatiabilis auaritia facit furē. Si fortuna manifestaret, fierē forsitan melior: Tu uero quō fortunatior fueris, eō & nequior eris. Miratus Alexander piratæ eum iuste arguentis constantiā, quia in uerbis piratæ aliquid iustitiæ relucebat, ei pepercit & dixit: Experiar an futurus sis melior, fortunāq; mutabo, ut non fortunæ aut necessitati, sed tuis moribus quod delinquis ascribatur. Fecitq; Alexander eum militē, qui postea strenue militauit. Præterea legitur, q̄ cum Lycurgus princeps quasdam leges statuisset, & illæ suo populo scilicet Lacedæmoniensibus duræ uiderentur, finxit q̄ Apollo eas fecisset: & dicens se uelle proficisci ad consulendū Apollinē in loco satis remoto, in duxit populū ad iurandū, q̄ leges illas usq; ad reditū suū seruarent: quo facto, iuit ad Cretā, atq; ibidē perpetuū duxit exiliū, ut prædictæ leges obseruaretur. Moriens quoq; iussit ossa sua iacta ri in mare, ne si reportarentur ad populū suū, purarent se à iuramento solutos, & leges illas de cetero non seruarent. Insuper legitur, q̄ cum medicus Pyrrhi regis ad Fabriciū consulē Romanorū uenisset, ei promittens q̄ Pyrrhū regē ueneno occideret, si sibi aliquid tribuere uellet: fraudē eius iniustitiāq; contemnes Fabricius, iussit eum reduci ad Pyrrhū, & ei nar rari quid medicus suus cōtra eū proposuisset: quo audito, Pyrrhus ammirans dixit: Fabriciū est qui difficilior ab honestate posset auerti, q̄ sol à suo cursu impediri. Multa similia de gentiliū principum leguntur iustitia. Et si illi desiderio famæ & laudis humanæ, uel amore reipublicæ seu pro naturali felicitate tam iusti fuerunt, quanto magis principes Christiani amore uerū summiq; dei & desiderio felicitatis æternæ, deberēt in oībus obseruare iustitiā.

Augustinus.

Iosue 11.

Iosue 10. Nume. 25

Iudic. 11

1. Reg. 14

1. Reg. 19

1. Reg. 24

3. Reg. 14
1. Para. 17
4. Reg. 20

DE nobilissimo illo duce ac p̄cipe Israëliticæ plebis uictoriosissimo Iosue, ait scriptura diuina, q̄ de uniuersis mandatis dei ne unū quidē uerbum præterit, sed omnia opere adimpleuit, eundo per semitas æquitatis, & non declinauit ad dexteram nec ad sinistram: ideo deus fuit cum eo, dans ei ubiq; uictoriā: & propter preces eius, imō potius ad eius imperiū sol et luna steterūt in medio cœli immobiles spatio unius diei. Deniq; Phinees propter zelū iustitiæ contra iniquos, maxime placuit deo, & irā ipsius ad populo Israëlitarū auertit, atq; perpetuā sacerdotij promeruit dignitatem. Legitur quoq; in libro Iudicum, q̄ cum lepte princeps ac iudex filiorū Israël deo uouisset offerre ei quicquid sibi ad domum redeūti primo occurreret, si auxilio dei suos uinceret hostes. Cūq; sibi ad domū redeūti unica atq; charissima sua filia obuiaret, atq; ex hoc maxime tristaretur, impleuit tamen quod uouit, malens unicā filiam occidendo offerre, q̄ uotum non adimplere. Insuper legitur primo Regum, q̄ cum Saul rex uoluit dilectissimū ac strenuissimū filiū suum Ionathan occidere, eo q̄ contra suū præceptum aliquid manducauit, præsertim quoniā anteq̄ se iuit Ionathan hoc fecisse, iurauit q̄ occideretur quicq; illud perpetrasset. Præterea Dauid rex t̄rē fuit iustitiæ, q̄ cum à Saule rege pulsus esset de patria sua cū omni sua progenie, atq; quotidie quereret à Saule ad occidendū, aliasq; grauissimas ab illo persecutiōes p̄tulisset, ipse Saul sæpe in manus Dauid incidisset, noluit t̄rē aliqd mali ei inferre, & militē suū prohibuit ab illius occasione: quia uidebatur sibi esse cōtra iustitiā, q̄ regem ac dominū suum occideret aut occidi permitteret. Factus autē rex, omni populo suo iudiciū fecit atq; iustitiā, atq; tam sancte se habuit in regnando, q̄ sapiens mulier dixit ad eum, ut haberet secundo Regū: Sicut angelus domini, est dominus meus rex, ut nec benedictione nec male dictione moueatur. Hæc demū iustitia in multis regibus atq; principibus filiorū Israël uiguit, sicut in Iosaphat & Ioathan, quem Hieronymus uocat iustissimū: in Ezechia quoq; &

quoq; atq; Iosia. Porro innumerabiles fuerūt principes Christiani, reges, duces ac comites, in q̄bus iustitia splēdit, qui in diuinorū obseruatiā præceptorū diligentissimi ac fidelissimi extiterūt, deinde populos sibi subiectos cū magna gubernauerūt iustitia, quæ admodū Constantinus Magnus, Theodosius Imperator, Carolus rex: quoq; sacra sectari uestigia t̄rē est magnificentia ac probitatis dō indulgentissime domine, optime princeps, dux illustis.

Articulus XVII. Quod fortitudo in principibus esse debet.

IN omni multitudine primū debet esse magis perfectū: sicut uidemus q̄ in ordine calidior ac lucidior ignis est maxime calidus, & sol est maxime lucidus. Cum ergo princeps sit in omni multitudine hominū ad suū dominū pertinentiū primus & principalis ac capitaneus, ideo debet cæteris omnibus esse perfectior, non solū in una uel duabus, tribus aut paucis, sed in cunctis uirtutibus, præsertim quia uirtus sic condepndent, q̄ una sine alia perfecte nō potest haberi. Cū ergo fortitudo sit una quatuor uirtutū cardinaliū, ipsa maxime ad principes p̄tinet. Est autē quædā fortitudo corporalis, quæ nō est uirtus, sed naturale donū, q̄ potest homo bene uti ac male, in digetq; fortitudine spiritali, ut illa bñ utat. Itaq; fortitudo quæ est uirtus moralis ac cardinalis, est uirtus ac firmitas anime, p̄ quā timor & audacia moderant ac rationi subdunt, ne homo timeat ea quæ nō sunt timēda, nec ea quæ timēda sunt plus timeat q̄ expedit uel oportet, ne etiā nimis ad aux cōsistat, exponēdo se periculis incōsulte, sed audeat secundū q̄ ratio recta docet & dicitur. Præterea fortitudo ista præcipue habet moderari & ratioi subijcere timorē atq; audaciā, in his in q̄bus difficilimū est timorē & audaciā rationi subijcere: Hæc autē sunt pericula mortis, præsertim in bellis: idcirco ad fortitudinē maxime spectat, ut faciat hominē uiriliter se habere in p̄liis, non excessiue timēdo, nec præsumptuose audēdo, sed cōsiderate ea aggrediēdo, & post aggressum fortiter præliando. Moderatur etenim timor facit hominē custoditū, consideratū, diligentē & circumspectū. Excessiua uero audacia facit eum precipitē, inconsultū & periculose securus. Et sicut in bellis maxime iuuat maior diligens cōsideratio, sic præcipue nocet considerata securitas. Vnde supra ostensum est q̄ prudentia iuuat plus q̄ fortitudo. Insuper quia facilius est moderari audaciā q̄ timorē, ideo fortitudo principaliter habet reprimere & moderari timorē q̄ audaciā: nam & ipsa audacia propingor est fortitudinē q̄ sit timor. Hinc tempore belli magis declinandū est ad audaciā q̄ ad timorē: Nam & fortitudo acquiritur per hoc, q̄ homo in exercitijs suis magis declinat ad audaciā quā ad timorē. Afferit etiā sanctus Thomas, q̄ fortitudo est circa pericula mortis propter iustitiā seu iustā causam nō metuenda, quia pro defensione iustitiæ & propter bonū cōmune aggredienda sunt bella. Hinc principes non debēt populū suū exponere periculis bellis, nisi pro iusta causa, & nō si uiderint magnū bonū regni aut patriæ ex bello cōsequi posse, ut dicit Aegidius. Quæ admodū autē præ habitū est, q̄ duplex est prudentia & sapientia, scilicet infusa & acquisita: ita & duplex est fortitudo, uidelicet acquisita quā homo per exercitia bona acquirit, & infusa quā deus creando infundit in sacramento baptismi ac penitentia, & per istā fortitudinem homo perfectius operatur q̄ per fortitudinē acquisitā. Est quoq; & alia fortitudo quæ est unū de septē donis spiritus sancti, per quā homo uirtuosus excellentius operatur q̄ per fortitudinē quæ est uirtus, ut sanctus Thomas & alij multi magni doctores affirmant. Propterea princeps uirtuosus & quilibet homo in charitate & gratia dei existens, aptior & fortior est cæteris patibus ad pugmandū, q̄ homines mali qui carent fortitudine quæ est uirtus infusa, & fortitudine quæ est donū spiritus sancti. Et qui bonæ consciētia sunt & bene confessi, ac melius se habēt in cultu diuino, sunt melioris f̄ditij magisq; fortes ac agiles in p̄liis, q̄ homines uitiosi: ideo scriptū est in libro Iob: Sonitus terroris semp in auribus impij: & cum pax sit, ille insidias suspicatur. In libro quoq; Sapientia legitur: Semp per præsumit saua perturbata conscientia: & cum sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. Salomon etiam loquitur: Fugit impius nemine persequente, iustus uero quasi leo confidens absq; terrore erit. Qui enim uere perfectusq; iustus est, pro iustitia mori non metuit: & qui deum ordinate formidat, hominem inordinate non expauescit, secundū quod Salomon cōtestatur: Qui timet deum, nihil trepidabit, & denuo dicit: In timore domini fiducia fortitudinis. Itaq; principes anteq̄ aliquem impugnent, uel ad resistendum se præparent, prudenter ac diligentissime persequantur atq; consulere debent, & à doctis, iustis ac senibus inquire re an habeant iustam causam: Nullatenus enim debēt bona iniusta uelle acquirere, nec iniusta possessa uelle tenere: quia ut ait beatus Augustinus, Non dimittitur peccatum, nisi restitatur ablarum.

Fortitudo dicitur Plex.

Iob 15 Sapi. 17

Prouer. 28

Ecclesi. 34 Prouer. 14

Articulus

Articulus XIX. Quod temperantia principibus sit ualde necessaria.

Perissimum atq; dignissimum opus principum est subditos suos regere, hoc est ad pacem & felicitatem dirigere, quod est actus rationis: iccirco indigent clarissima ratione, singulari prudentia subtiliq; intellectu. Cum ergo bestiales delectationes, gustus & tactus mente maxime obtenebrent, ratione excaecant, totumq; hominem ab intellectu alium ac diuinorum alto nobilitate amore & gaudio ad terrenas ac carnalium rerum uilissimam affectionem deprimant atq; deiciant, patet qd temperantia (quae est uirtus carnalium uoluptatum refrenatrix) sit principibus specialiter necessaria, optanda & conseruanda. Praeterea dictum est, qd reges, duces ac principes debent esse ualde diuini, & supra hominem, atq; in omni uirtute praecleari & exemplares. Per delectationes autem carnales efficitur homo brutalis, & infra seipsum ac alios scandalizans: iccirco peccata gulae & luxuriae sunt principibus totaliter ac specialissime fugienda. Insuper dictum est qd principes debet esse omnibus subditis suis timendum, diligendum ac honorabile exhibere, ut ei reuerenter obediatur. Intemperantia autem (ut Aristoteles & caeteri morales testatur) est uirtutum maxime puerile, brutale ac turpe seu exprobrabile, ideo facit principem contemptibilem. Dicit etiam Tullius, qd decor & honestas, temperantiae singulariter attribuuntur, turpitudine uero & inhonestas, intemperantiae praesertim conueniunt quia in peccatis carnalibus maxime tactus & fornicationis, luminae rationis penitus offuscatur & absorbetur, & homo opprobriosisima ac inhonestissima operatur, moreq; puerorum ac bestiarum passione totaliter sequitur. Amplius Aristoteles omnium gentium magistrorum sapientissimus, multipliciter probat, quod deest stabilius ac uirtuosus esse in temperantia seu luxuriosum, qd timidum. Cum ergo ualde sit indecens principem esse timidum, inconstantem & inuicibilem, multo indecentius est eum esse intemperatum. Adulterium uero prorsus principibus est uitandum, cum sit enorme ualde grauissimumq; peccatum in eo namq; est fractio uoti, quo uir & uxor fidelitate sibi inuicem promiserunt fractio autem uoti secundum Thomam & multos doctores, est magis peccatum qd periurium, sicq; adulterium efficitur peior periurio. Praeterea sicut ait Apostolus: Vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier: & similiter mulier potestatem sui corporis non habet, sed uir: dum ergo uir corpus suum alteri mulieri communicat, & propriae coniugi subtrahit, furtum & fraudem committit in coniuge sua, & grauissime deum offendit. Adhuc autem matrimonium est unum de septem sacramentis ecclesiae, & in ipso uir ac mulier benedicuntur, eorumq; corpora ad aliquid sacrum ordinantur, uidelicet ut procreent prolem ad dei obsequium educandam, in quo honor & dei seruitus augetur. Dum ergo maritus uxorem suam contempra cum alia foemina adulteratur, sacrilegium facit, quoniam sacrilegium est abusus rei sacrae: quod si mulier cum qua peccat sit coniugata, peccatum uehementer augetur, atq; incertitudo prolis consequitur: hereditas quoq; frequenter per hoc ad alieni uiri filium ac inuictum haereditate deuoluitur. Itaq; quo princeps magis tenetur esse uirtuosus, iustus & exemplaris, eo intemperantia & adulterium grauiora in ipso peccata consistunt. Hinc namq; gentiles multi principes adulterium sub poena mortis, uel priuationis oculorum alterius uel membri, aut sub poena perdendi omnes opes, prohibuerunt. In legibus quoq; multae graues poenae contra adulterium inducuntur, & in ueteri testamento in adulterio deprehensam lapidabatur, hoc est lapidibus usq; ad spiritus emissionem proiebantur: sed & usq; in praesens a ciuitatibus bene ordinatis adulteri expelluntur. Decetq; principes subditis suis adulteria prohibere sub grauib; damnis ac poenis: cum adulteria paci communitatis & bono reipublicae contrariantur. Hinc Christianissimi reges, duces ac principes temperatissimi & honestissimi extiterunt, & quidam eorum omnino caste uirginaliterq; uixerunt, etiam in statu matrimoniali ut Henricus Imperator: & Valentinus Imperator in uirginitate permansit. Deniq; Aristoteles maxime admonuit Alexandrum ad continentiam, quoniam sensuales uoluptates maxime deprimunt principis mentem, redduntq; eum aspernabilem & principatu indignum, ut ait Aegidius. Vnde de Alexandro narrat Vegetius, qd cum ei oblata esset uirgo eximia pulchritudinis cuidam principi desponsata, summa continentia uicit seipsum, ita quod nec illam aspexit, sed ad sponsum suum remisit: quo facto illum uirginitatem gremio ipsius sibi reconciliauit. Simile narrat Valerius de Scipione Africano, quod cum Carthaginensem obtinisset, & multos inde obseques accepisset, inter ceteros missa est ei uirgo mirabilis decoris, quam cum agnouisset desponsatam esse cuidam nobilissimo ciui Carthaginensi, fecit uocari parentes puellae, & reddidit eis illam intactam: aux quoq; quod pro redemptione puellae fuit ei allatum, uotis nomine adiecit: ob quam continentiam ac munificentiam sponsum uirginis corda omnium nobilium suae gentis applicauit Romanis. Multa similia de gentilibus leguntur principibus

1. Cor. 7

Leuiti. 20
Deute. 22

principibus: & incoparabiliter magis decet ac debitum est principes Christianos esse temperatos & modestos. Refert Macrobius de quodam iuene Romano, qd cum oculos haberet pulcherrimos, ita qd multae mulieres Romanae etiam nobiles, eius uulnerabatur amore. Iuuenis ille dolens qd sua uenustas foeminae esset peccati occasio, oculos suos eruit, castitatis in tuitu. Sanctus quoq; Ambrosius refert de alio iuene, qui cum propter oris & uultus sui excellentem decorem multas foeminas suo amore accenderet: dolens de hoc, os suum uulneribus deformauit, ne a mulieribus tam impie appeteretur. Vt ergo princeps sit liber in considerando quid plebi suae expediat, & acutus in iudicando, mente quoq; erectus ad dei, incontinentiam uitet adulteriumq; summe abhorreat, & deum pro gratia continenter uiuendi indefinenter ac feruide deprecetur, occasiones etiam talium uitiorum uitare conetur. In omnibus operibus suis meditare quotidie cordialiter ac profunde nouissima sua, uidelicet mortem sibi instantem, districtum uero in dicitum, aeterna inferni supplicia atq; caelestis felicitatis gaudia sine fine mansura, & sic facile sibi erit uiuere temperate, imo per hoc cuncta uitabit peccata: quia qui timet deum, nihil negligit, ut Salomon profitetur.

Ecclesi. 7

Ibidem.

Articulus XX. Quomodo princeps habere se debet in ludis caeterisque solatijs.

Quemadmodum corpus eundo, operando ac laborando fatigatur, atq; ob hoc reparatione, quiete somnoq; indiget: sic anima contemplando, considerando, studendo sollicitudinemq; habendo lassatur, nec ualet talibus actibus semper esse intentata, sed eget intermissione, quiete & refocillatione. Sicut autem corporis quietes et somnus, sic animae quietes est delectatio: iccirco necesse est interdum aliquam delectationem sensibilem, animalis & exterioris admittere, propter recreationem animae fessae, ut taliter recreata uigorosior fiat ad exercitia uirtuosa, & ad contemplandum diuina, atq; ad confiderandum utilia & agendam uero delectatio dicitur ludicra ac iocosa. Deniq; ne homo excedat in ea, sed in ludis atq; solatijs moderate & honeste se habeat, indiget uirtute morali quam Aristoteles eutrapelian appellat, quae perficit animam interius, ut decenter se habeat in ludis solatijsq; exterioribus. Insuper ut sanctus Thomas docet, in delectationibus & ludis humilissimum tria praesertim cauenda sunt, primo & maxime, ne quaerantur aut admittantur in uerbis seu factis turpibus uel nociuis, quoniam talem modum ludendi, iocandi & delectandi nominat Tullius in libris de Officijs illiberalis, petulantis, flagitiosum, obscenum. Secundo cauendum, ne per delectationem & ludum huiusmodi grauitas animae penitus resoluatur: quia cor ad peccato semper est custodiendum, & cum timore dei agenda sunt omnia. Tertio attendendum, ut conueniat loco, personae ac temporis: quia non quolibet loco & tempore, uel cum quacumq; persona habenda est delectatio ludicra, sed apto loco & tempore, caetera quoq; circumstantia: quae ad actum uirtuosum exiguntur, in actione delectationeq; ludicra sunt seruanda, ut fiat debito fine seu recta intentione, non ut tempus inutiliter expendat, sed ut tedium & alia quaedam peccata uitent, & anima uires resumat ad exercitandum se deueno, ac recenter in contemplatione sapientiae, in consideratione prudentiae, in operibus iustitiae & aliarum uirtutum. Porro si tria praedicta non obseruent, sed aliquis immoderanter & dissolute nimisq; diu ludis & iocis insistat, deum offendit & peccat mortaliter, si tanto affectu ludo inhereat, qd propter eum contra dei praecipia aliquid agat, aut ludum delectationemq; eius diuinae delectationi praeponat. Afferit quoq; Thomas, qd histriones ludum hominibus exhibendo non peccant, si praedicta tria ludendo obseruent, ita qd eorum officium non est secundum se illicitum, nec peccat qd eis praestat mercedem, nisi illi inordinate se habeant. Praeterea mens humana non potest consistere otiosa, propter qd assimilata mole currens: cui si nihil imponat, consumit seipsam: sic mens hominis qd nihil utile agit, nec alicui licitae delectationi intendit, statim uagat & male sollicitat, sicq; peccando laedit seipsam. Hinc Aristoteles dicit, qd ludus est sollicitudinis male uitatio. Ideo ne circa illicita sollicitetur, prauasq; delectationes uitemus, expedit aliqui habere aliquos ludos honestos ac licitas delectationes cum discretione, ne excedatur. Ideo Seneca loquitur: Ita te geras prudenter, ut nemo te habeat quasi agrestem, nec spernet ut uilem ac dissolutum. Itaq; in ludis ac iocis uitandus est prorsus omnis impudicus & indecens motus membrorum: uitanda est & incustodia cordium. Amplius Aristoteles scribit ad Alexandrum: Decet principis maiestatem habere quosdam secretos fideles, cum quibus delectetur cum uarijs instrumentis & generibus organorum, cum fuerit studiosus: Anima enim humana in talibus delectatur, & sensus quiescunt: sollicitudo & curiositas euanescent, & totum corpus uigoratur, semperque melius & honestius est ut hoc fiat priuatim. Et cum fueris in illo solatio, abstine te a potu, alios autem permittite potare ad libitum, & finge

Trium ludis
cauenda.

Propter. 23

& finge te calefactū à uino quia tunc poteris multa secreta percipere & audire: & hoc non fiat frequenter: Decet etenim principē discretionē habere, & à risu multo abstinere, quoniam frequens risus tollit reuerentiā, & generat senecturē. Hæc Aristoteles. Postremo, sicut regibus, ducibus ac principibus est specialis ratio habendi ludicras delectationes, eo quod habeat varias curas, occupationes & considerationes: sic eis est specialis ratio abstinendi ab excessu, frequentia & nimia protractione ludorum & solationum, ne fiant leues corde & intemorati, & ne tempus infructuose expendant, nec ea quæ ad commune spectant utilitatem omittant. Quod enim uirtuosiores esse tenentur, & quod ex eorum negligentia plura mala sequuntur, item quod à deo districtius iudicabuntur, eo plus cauere debent infructuosam temporis deductionem, omnemque uanitatē & superflua delectationē. Ludi quoque iniuste lucratiui (ut precipue sunt ludi taxillorum) uitandi sunt, quia nec bona talibus lucris adepta secure possunt teneri, unde principes tales uos debent non solum uitare, sed etiā suis subditis prohibere, & à suis domibus remouere. Cum autē ex musicis instrumentis uel cantibus delectantur, debet ex huiusmodi melodis mentē suā ad cælestiū gaudiorum cōtemplationē erigere, & corporalia oblectamenta ad spiritaliū deliciae ordinare amorem, atque ex omni pulchritudine, amenitate & delectatione quas in creaturis habent atque inueniunt, ad superdignissimi dei ammirationem, præconium & obsequiū eleuari, eiusque amore succendi, in quo est omnium bonorum & pulchrorum ac desiderabilium plena, perfecta & infinita possessio.

Articulus XXI. De moderantia & mensura obseruanda in cibo ac potu & somno, in uestimentis, pecunijs ac cæteris utensilibus atque diuitijs.

Quoniam homo ex corporali & incorporali substantia cōstat, uidelicet ex carne mortali & anima rationali, iccirco duplicibus bonis seu opibus indiget: nā quantum ad corporis prouisionē, indiget cibo, potu, habitaculo, uestibus, somno, pecunijs: quantum uero ad animā, indiget scientia atque uirtutibus, charitate dei & proximi, sapientia uarijsque donis, & gratia spiritus sancti. Sed quoniam corpus ordinatur ad animam sicut ancilla ad dominam, & tanquam instrumentum ac mediū ad finē, propterea omnia bona & necessaria corporis ad bonū & profectū salutemque animæ sunt ordinanda, nec magis aut abundantius sunt querenda & accipienda uel retinenda, quam prodest animæ ad ueram salutē. Hinc non plus sumendum est de cibo, potu, somno ac cæteris corporali-bus bonis, quam expedit animæ ad bene uiuendū, ad proficiendū in gratia dei, ad acquirēdum uitam æternam. Non ergo nimis diu in mensa sedendū est, nec ualde auide comedendū atque potandū, sed nec nimis tempestiue neque superflue, nec propter sensualitatis uoluptatem, sed propter naturæ necessitatē & corporis confortationē, ut uiuendo deseruiat animæ ad opera uirtuosa. Hinc uitanda sunt alimenta & pocula ualde pretiosa, lauta et calida, quæ non solum animam gratia dei ac uirtutibus priuant, sed corporalem quoque uitā lædunt ac breuiant, comburunt ac perimunt, ut Seneca cōtestatur. Denique septem modis peccatur in cibo et potu: Primo, per nimiam auiditatem; secundo, per superfluitatem; tertio, per turpitudinis indecentiā, ut cū uestimenta & mappæ à comedentibus maculantur; quarto, per aptæ uel debitæ horæ præuentionē; quinto, per immoderatā deliciae; sexto, per excessi- uam studiofitatē circa ciborum preparationē, quia & in uilibus cibarijs monstrat se homo esse gulosum, si nimis accurate & studiose uelit ea esse parata; septimo, per carnalē delectationem, quæ præcipue in cibi & potus sumptione uitanda est. Quamuis ergo principibus liceat pretiosioribus cibis ac potibus uesci secundū mensurā & conditionē nobilitatis, dignitatis ac status eorum, in omnibus tamen modis adhibere tenentur, ne ex cibo & potu profectus & salus animæ impediatur: nā & ius naturale hoc exigit & ratio dicit, atque ad omnē Christianum pertinet adimplere quod Christus in euangelio loquitur: Videte ne grauent corda uestra crapula uel ebrietate, aut curis huius seculi: & quod ait Apostolus: Curā carnis ne feceritis in desiderijs. Præterea sicut frequenter iam dictum est, ad principē pertinet esse tantō prudentiorem ac uirtuosiorē, quāto maioris est potestatis ac dignitatis: ad quod primo & maxime requiritur sobrietas cibi & potus, quia ex gula oriūtur uitia multa & magna, quorum aliqua statui principū specialiter derogant, scilicet hebetudo sensus, ad intelligendum: multiloquiū, scurrilitas, immunditia, pigritia, somnolentia, fastidiū ad spiritalia exercitia: atque inepta lætitia, quæ ex uino potissime nascitur, prout in libro Esdræ habetur: Vinum omnē mentē in iocunditatē conuertit: Insuper oportet principem habere mētem ad subtilem considerationem atque iustitiæ operationē bene dispositā, ad quod ualde requiritur corpus conuenienter dispositū: quoniam corpus est animæ instrumentū, & exterioresque

Septē modis peccatur in cibo & potu.

Luc. 21 Roma. 13

Esdræ 10.

interioresque sensus deseruiunt intellectui in considerando & iudicando. Sobrietas autē cibi & potus ac somni facit corpus sanū, forte & bene dispositū, ad subseruiendum animæ in actibus suis: & superfluitas alimentorum ac somni reddit hominē grauē, insanū & cædulosum, atque ad considerationē, cōtemplationē spiritualesque actus ineptū: quoniam fumositates ad cerebrum ascendentes, interiores sensus obnubilant. Hinc maxime seruanda est principibus moderantia in cibo, potu ac somno. Vnde nimis tarde uigilare, & mane diu dormire, reprehensibile est, & animæ corporique nociuū. Denique à superflua uini potatione præsertim cauendū est: quoniam uinū ad luxuriā incitat, quoniam corpus plurimū calefacit: ideo dicit Apostolus: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Secundo rationē ualde obfuscatur, dum immoderate accipitur: quia uaporibus suis cerebrū & sensus interiores confundit ac turbat, ita quod usus rationis impeditur. Licet tunc tertio generat contentiones & pugnas, uulnera & contumelias, uariasque corporis infirmitates: propterea ait diuina scriptura: Qui amat uinum & pingua, non ditabitur. & iteque Salomon ait: Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comestationibus eorum: quia uacantes potibus, & dantes symbola, confundentur. Cui uae, cuius patriuæ, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa uulnera, cui suffossio oculorum: Nōne is qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis: Ne intuearis uinū quando flauescit, quando splenderit in vitro color eius. Ingitur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus uenena diffundet. Rursusque Salomon loquitur: Noli regibus dare uinū: quia nullum secretū, ubi regnat ebrietas: ne forte bibant & obliuiscantur iudicio, & mutant causam filiorum pauperis. His uerbis sapientissimi Salomonis concordant quæ in Ecclesiastico scripta sunt, quo habetur: Quam sufficiens homini erudito uinū exigui, & in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. Exultatio animæ & corporis, uinum moderate potatum. Sanitas animæ & corporis est sobrius potus. Vinum multū potatū, iritationem & iram & ruinas multas facit. Amaritudo animæ uinū multū potatum. Ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans uirtutem & uitam, & faciens uulnera. In conuiuio uini non arguas proximum, & uerba improprij non dicas illi, nec premas illum in repetendo. Ex quibus omnibus innotescit quæ uitanda sit principibus multa uini potatio: nam et diuina scriptura: Qui amat uinum et pingua, non erit sapiens. Præterea quoniam Christus in Euangelio iubet: Nolite thesauros in terra, Et in Ecclesiastico scriptū est: Nihil iniquius quā amare pecuniam, constat quod immoderata, superflua et auara pecuniarum ac diuitiarum collectio sit uitanda principibus, præsertim cū dicat Apostolus: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationē & laqueū diaboli. Et iteque dicit: Radix omnium malorum est cupiditas. Auaritiam quoque dolorum seruitutem appellat. Denique in ueteri testamento deus præcepit per Moysen, ut rex Israëliticæ plebis non colligeret sibi immoderata aurum & argentum pondera. Itemque in Ecclesiastico legitur: Avaro nihil est cælestius: hic enim animam suam uenalem habet. Ex quibus omnibus elucescit quod detestanda ac fugienda sit principibus auaritia. Veruntamen thesaurizatio procedens ex causa honesta & nulli nociua, atque ad bonum finem relata, non est illicita neque prohibita, sed principibus potissime licita: ideo secundum qualitatem potestatis ac status eorum licet eis thesauros reponere, ordinando pecunias ad conseruationem & defensionem boni communis & patriæ, atque ad faciendum congruo tempore sumptus magnificos ac decentes, ut in desponsatione filiorum & filiarum suarum: item ad dandum liberaliter suo tempore quibus donandum est, & ad construendum ecclesias, ad fundandum cenobia, ad benefaciendum religiosis, ad subueniendum indigentibus & amicis. Hoc ergo summe cauendum est, ne cor suum inordinatitate & excessiue afficiatur ad ipsas opes atque pecunias, sed ordinet eas ad opera uirtuosa, impleatque quod ait propheta: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Taliter quippe olim sancti reges ac principes habuerunt diuitias & thesauros, quemadmodum in libro Regum habetur de Dauid, Iosaphat, Ezechia ac alijs. Tales quoque multi in nouo testamento fuerunt, qui diuitijs suis optime utebantur, & liberaliter eas expouerunt quando rationabilis causa occurrit.

Eph. 5

Prouer. 31

Prouer. 23

Prouer. 31

Ecclesi. 31

Prouer. 31

Luc. 12

Ecclesi. 10

1. Tim. 3

1. Tim. 6

Leuit. 19

Ecclesi. 10

Psalm. 61

2. Reg. 6

2. Paral. 17

4. Reg. 10

Articulus XXII. De moderamine excellentissimorum principum circa cibum & potum atque diuitias.

Hoc apud nobiliores gentium principes uelut lex & regula seruabatur, quod toto corde appetebat famam præclaram & inclytum principatum: ideoque ad ardua honestatis atque uirtutum exercitia se frequenter dederunt, carnis uoluptatibus sprete. Vnde de Hannibale Carthaginensium imperatore & bellicosissimo principe

QQ cipe

cipe legitur, q̄ ante noctem non requiescebat, & per noctem surgere consuevit, atq; in crepusculo ad cenam præbuit se uacantem, tota die in regni negotijs occupatus, & ciborum ac potuum oblectamenta contemnens. Insuper de Alexandro rege scribit Vegetius, q̄ in itinere ambulans cum amicis panem comedere solitus fuit. In epistola quoq; quam Aristoteli misit, narratur, q̄ cum Alexander insequeretur Porum regem cum suo exercitu fugientem per terram inaquosam & inuiam, contigit exercitum Alexandri laborare siti prægrandi Cephirus autem miles Alexandri aquam inuentam in galea aurata obtulit Alexandro, plus uolens regi quam sibi ipsi sitienti consulere. Alexander uero aquam coram cunctis effudit, ne eo bibente alij magis sitirent. Laudauit tamen & remunerauit beneuolentiam militis, & per hæc fecit exercitum suum sibi amicitiosem. Præterea in Gestis Romanorum inuenitur, q̄ Octavianus potentissimus Imperator modicissimi cibi erat atq; uulgaris, panem & pisciculos & caseum bubalinum, ac uirides ficus appetens & manducans. Amplius autem (ut narrat Valerius) cum Scipio Africanus illustrissimus princeps Romanus accusaretur apud senatum de pecunia, respondit: Cum totam Africam uestre potestati subiecerim, nihil quod meum sit reportari, nisi cognomen: nec me gazæ Africanæ fecerunt aurum. Hoc dixit, quia uocatus fuit Scipio Africanus, eo q̄ Africam uicisset, cum tamen natione esset Romanus. Rursus refert Valerius de Marco Curio, quod cum legati Samnitum uenissent ad eum, portantes magnum pondus auri, atque rogantes ut illud acciperet eorum uteretur, quia in ligneo catino consuevit cenare, dixit ad illos: Superuacue mihi aurum portastis: & dicite Samnitibus, me malle diuitibus imperare, quam diuitem fieri: ideo istud pretiosum reportate, & scitote me non auro posse corrumpi. Item recitat idem Valerius, quod cum gens Aetolorum per legatos misisset cuidam consuli Romanorum uasa argentea magno pondere exquisitaq; arte fabricata (quæ legati illi retulerant se uasa fictilia in mensa sua uidisse) iussit eos redire cum sarcinis suis, admonens eos ne continentiæ quasi paupertatis succurrerent. Cum ergo illi pagani naturali ratione inducti, intantum studuerunt in cibo, potu, pecunia ceterisque exterioribus rebus moderantiam obseruare, quantum magis Christiani qui in hoc mundo peregrinos & exules se esse cognoscunt, & sciunt quod arcta sit uia quæ ducit ad uitam, & q̄ pauci inueniant illam, debet se ad moderatum pecuniarum dare amorem, ad sobrium uictum, ad uitam penitentialem, sine qua saluari non possunt.

Articulus XXIII. Quod patientia sit principibus multum necessaria specialiterq; seruanda.

Virtutes morales dicuntur per quas anima passiones suas refrenat, uincit & ordinat. Inter passiones uera animæ una est quæ dicitur tristitia, quæ consurgit ex hoc, q̄ aliquid aduersitatis occurrit, uidelicet damnum, iniuria, persecutio, infirmitas, inhonoratio, uituperium aut aliquid simile. Porro uirtus moralis passionem istam refrenans ac moderans, appellatur patientia, quæ est homini tantò plus utilis, necessaria & salubris, quantum tristitia est sibi magis nociua. Tristitia uero hæc est uehementer animæ nocens & actum rationis impediens, hominem grauens, turbulentum ac pusillanimum faciens, inuidiam causans & uitam ipsam in tantum uertens, atq; postremo desperationem inducens. Nulla quoq; est passio animæ (ut dicunt doctores) quæ tam uehementer corporali uitæ noceat eamq; abbreviet, sicut tristitia: ideo tristitia ista est summe uitanda, & patientia est maxime amplectenda & custodienda. Nempe quàm fugienda sit tristitia, Salomon docet, docendo: Animus gaudens, ætatem floridam facit: spiritus tristis, exiccatur. Et iterum ait: Sicut tineæ uestimeto, sic tristitia nocet cordi. In Ecclesiastico quoq; ait scriptura: Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas te ipsum in consilio tuo. In cordis cordis, hæc est uita hominis. Tristitia luge expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Sed considerandū q̄ ista dicunt de tristitia orta ex malo penali, hoc est ex aliqua aduersitate quæ in se non est patenti culpa, sed pena, sicut sunt damna, infirmitas & alia prænarata. Alia autem est tristitia orta ex malo culpæ, hoc est ex peccato proprio uel alieno, & ista est bona, de qua dicit Apostolus, q̄ penitentiam operat, & de qua Salomō loquitur Cor sapientū, ubi tristitia. Itaq; contra inordinatam illam tristitiam necessaria est patientia: quia de malis penalibus non debemus inordinate aut excessiue tristari secundū se, sed inquantū aliquo

aliquo modo elongant nos à deo, tristari de eis aliquo modo licet: Non autem elongant nos à deo directe & immediate ac per se, sed in quantum nos impatienter ea suscipimus: nil uero directe & immediate elongat & impedit nos à deo, nisi peccata nostra: ideo de impatientia nostra ceterisq; peccatis tristari debemus. Aduersitates uero & tribulationes atq; iniurias patienter, æquanimiter & gaudenter debemus perferre primo, quia per ea à peccatis purgamur: secundo, quia per ea maiorem à deo gratiam & consolationem adipiscimur in hac uita, pleniorēq; gratiam in regno celestiterio, quia per ea à maximis pœnis purgatorij liberamur, & ad futuram beatitudinem plurimum propinquamus, celeriusq; perducimur: quarto, per ea CHRISTO & eius electis specialiter conformamur: siquidem electi dei quod chariores deo fuerunt, eodē grauora aduersa in hoc seculo sunt perpassi, propter quod CHRISTVS in Apocalypsi testatur: Ego quos amo, arguo & castigo. Ita q̄ qui ista diligenter perpendit, patiens est in aduersis, nec propter aduersa tristatur, sed gloriatur & deo regratiatur, sicut apostolus Iacobus exhortatur: Omne gaudium existimate cum in diuersas tentationes incideritis. Præterea quod princeps in maiori constitutus est potestate ac dominatione, eodē plura sibi occurrunt ex quibus possit turbari & contristari, nisi patientia uirtutem habuerit: uaria enim uidet, audit & percipit, quæ displicentiam generant: quia ut ipse teneat in quiete ea quæ sunt in territorio suo, quomodo officari sui se habeant, quomodo ciuitates regantur, quomodo uulgi obediat, Principibus quoq; multi aduersari, insidari inuidereq; solent: circos ut iucundi sint eorū bonisq; animi & mētis tranquillæ in deo, magna patientia indiget, pro qua deū fideliter deprecari debet & laborare, frangendo seipsum, & ea pensando quæ ad patientiam incitant & inducunt. Verum (ut ait Chrysostomus) quamuis pium sit propriam iniuriam sustinere, impium tamen est dei iniuriam ferre: ideo principes (quorum est subditorum excessus corrigere) transgressiones illorum non debent semper inuinitas relinquere, imo propriam iniuriam possunt & debent ulcisci per uigorem iustitiæ, ex charitate, non ex impatientia uel rancore, quando utilitas boni communis aut iustitia hoc requirit, ut si peccantes & iniuriantes ex patientia principis deterioriores fierent, atq; ad uitia proniores & audaciores, ita quod bono communi in deo immineret periculum, & iustitia pateretur iacturam & contemneretur, authoritas quoq; principis uilipenderetur. Deniq; quanta sit laus, utilitas, celsitudo & dignitas patientiæ, sacra scriptura clarissime docet. Nam CHRISTVS in Euangelio loquitur: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Et rursus: Beati eritis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersus uos mentientes, propter me: gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celo. & denuo ait: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Salomon quoq; affirmat: Melior est patiens uiro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. & iterum: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. Præterea cum principum sit subtiliter iudicare, sapientia præfulgere, in usu rationis fortem consistere, tantò plus debent impatientiam euitare, quod per eam rationis usus plus impeditur: & certum est, q̄ per impatientiam ratio ualde cæcatur & impeditur, ita q̄ homo interdum sit stulto furiosoq; similis: propter quod Salomon conuenientissime proficitur: Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. & rursus: Impatiens operatur stultitiam, quoniam eius ratio intantum excæcatur, q̄ non attendit quàm indecenter & insipienter se habet. Insuper patientia reddit principem honorabilem exemplaremq; omnibus, quoniam patientia magnæ sapientiæ signum est & perfectionis indicium: Nam tempore aduersitatis ostenditur, an homo sit ueraciter uirtuosus. Impatientia etiam est impeditiua consilij, quoniam facit hominem ualde festinum. Cumq; principis sit subditorum suorum iram & impatientiam increpare, discordantesq; ad pacem reducere, necesse est eum esse singulariter patientem: hinc & gentiles reges ac principes ad patientiam se dederunt. Vnde & in gestis legitur Romanorum, cum quidam Octauiano Imperatori dixisset, O tyrante patienter respondit: Si essem, non diceres sed & alias multas iniurias quas facillime atq; grauissime poterat uindicare, patientissime tulit, cum tamen totius mundi dominus esset. Insuper de Iulio Imperatore narratur, q̄ dum sedens in camera au disset milites suos sibi detrahentes, digito tangens parietem, dixit: Loquitur mihi submissus, Imperator possit audire. Rursus dum quidam exprobrando progeniem eius, uocasset eum pannificum seu textorem, cum mira patientia tulit ac siluit. Deniq; Aeneas Priami regis Troiæ filius, destructa Troia fugiens, suos ad patientiam hortans, asseruit:

Val. li. 4. cap. 3

1. Paral. 29

Mat. 7
Luc. 13

Prouer. 17
Prouer. 25

Ecc. 19

2. Cor. 7
Ecc. 17

Apoc. 3

Iaco. 1

Mat. 5

Luc. 6

Luc. 21

Prouer. 16

Prouer. 14

ibidem

Eodem

Ouiti grauiora passi, dabit deus his quoq; finem.

De patientia quoq; Alexandri multa leguntur: Nam cum Antigonus miles eius ei dixisset, qd propter iuuēritem esset indignus regnare, tulit & siluit. Hinc primo Machabæorum legitur de Romanis, qd omnia loca obtinuerunt patientia sua. Postremo cum princeps multitudine præsit & uulgo, in qbus sunt plurimi imperfecti, oportet eum multa parua dissimulare & patienter fufferre, nec potest omnia talia emendare.

Articulus XXIII. Quomodo principibus uitanda sit ira, & mansuetudo seruanda.

Optimum hominis est esse & uiuere secundum rationem, hoc est rectæ rationis se qui iudicium: quoniam ratio secundum se semper inclinât ad uera & bona: sic circo quantò aliqua passio actum rationis plus impedit, tantò amplius uitanda est homini, & maxime principi, qui in sapientia & uirtute debet iugiter stabilis permanere. Porrò ira præ ceteris animæ passionibus actum rationis manifestus impedit, quæ ex ebullitione sanguinis circa cor & uehementi commotione interiores sensus turbatur, & anima nimis intenta ei cui irascitur, atq; iniuriam sibi illatam ualde attendens, maxime impeditur in consideratione ueritatis & operatione uirtutis: quia regula est, qd quanto anima fortius occupatur in actu & obiecto unius potentia, tanto plus remittitur & impeditur in actibus potentiarum aliarum. Itaq; quanto rex, dux seu princeps tenetur esse in usu rationis robustior, in rectitudine iudicij acutior atq; sincerior, in considerando & ordinando quæ bona ac uera sunt aptior, & in gubernando prudentior, tanto amplius tenetur iram uitare, seipad mentis tranquillitatem & mansuetudinem dare. Deniq; sicut præcedenti articulo dictum est de impatientia, qd propter impetuofos gestus quos causat, cõformat hominem stulto: ita de ira dicendum, qd facit hominem fatuo similem: propter quod ira est manifesta stultitia, ita qd iracundus interiorem suam passionem, commotionem et turbationem per certa iudicia foris ostendit: nam propter defectum rationis non discernit quantum passio iræ sit occultanda, nec inhonestatem iræ aduertit, ideo Salomon loquitur: Non sis facilis ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit, et in libro Iob scribitur: Virum stultum interficit iracundia. Valde ergo uitanda est principibus ira, præsertim quoniam ira facit hominem alijs onerosum, prout Salomon contestatur: Spiritum ad irascendum facile quis poterit sustinere? Rursumq; ait: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: et impetû concitati spiritus ferre quis poterit? Quemadmodum ergo necessaria est homini patientia ad refrenandam et expellendam inordinatam tristitiam, ita necessaria sibi est mansuetudo, quæ est uirtus moralis iram moderans ac refrenans. Insuper quantum laudabilis, honesta et exemplaris est mansuetudo, tanto uiluperabilis inhonestas et scandalizatiua est ira. Quanta uero sit laus mansuetudinis docet scriptura dicendo: Fili in mansuetudine opera tua fac, et super omnem hominum gloriam diligetis. Christus quoq; in Euangelio asserit: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Et denuo: Discite, inquit, à me, quia mitis sum et humilis corde. Itaq; magna et nobilis uirtus est mansuetudo, quoniam hominem suipius efficit competentem, rationis sequacem, cunctis amabilem, ad charitatem dei et proximi aptum, ad considerandum, consulendum ac contemplandum bene dispositum. Præterea in ira potest homo peccare dupliciter: Primo, si ipsa commotio iræ sit nimis impetuosa ac feruida: secundò, si maior quærat seu infligatur uindicta quam culpa meretur & ratio dicat. Iccirco necessaria est homini mansuetudo ad refrenandum utrunq; istum excessum, quia irato apparet qd iniuria sibi illata sit maior quam est: ideo nisi per mansuetudinem se refrenet, ira suauis accenditur, & grauiorem appetit ultionem quam iustitia exigit aut ratio docet: sic uitem maiorem ultionem expetere, est ex suo genere peccatum mortale, cum sit contra iustitiam, imò & contra charitatem. Quæ (ut ait Apostolus) Non irritatur nec cogitat malum. Veruntamen aduertendum qd duplex est iram una est quæ præuenit rationem, turbas impediensq; eandem, & hæc uocatur ira per uitium, de qua intelligenda sunt præin ducta. Alia est ira sequens rationem, quam iram ratio sponte assumit, ut per eam fortius exequatur actus fortitudinis atq; iustitiæ, & ista dicitur ira per zelum, quia est detestatio uitij, estq; laudabilis, bona, & suo tempore assumenda, de qua dicit sanctus Gregorius: Tunc robustius ratio contra peccata erigitur, dum ira a rationi famulatur. Et iterum: Summe cauendum est, ne ira quæ ut instrumentum uirtutis assumitur, rationi dominetur, ne quasi domina præeat, sed tanquam ancilla ad obsequium parata, à rationis tergo nunquam recedat. Unde multo quæritur propter correctionem culpæ & emendationem personæ ac conseruationem iustitiæ, est ira bona ac licita, quæ dicitur ira per zelum, quæ ad alios rectores ac iudices maxime

Vikgus

Regala

Eclis 7

Iob 5

Prover. 19
Prover. 27

Eclis 3
Mat. 5
Mat. 23

In ira peccatū duplex.

1. Cor. 13

Ira duplex.

Gregorius.

maxime pertinet. Porrò si uindicta quæritur in nocentium alterius, & ex priuato ac inordinato amore irascens est ira per uitium, & quando quis manet in tali ira non exauditur à deo, quoniam Christus in Euangelio ait: Si non remiseritis de cordibus uestris, nec pater uester celestis dimittet uobis peccata uestra. Et in Ecclesiastico scriptum est: Qui uindictam uult à deo inueniet uindictam. Ignosce proximo tuo, & tunc deprecanti tibi soluentur peccata. Insuper reges & principes ueteris testamenti iccirco maxime deo complacuerunt, quoniam mansueti fuerunt, ut Moyses, Ioseph, Dauid, Ezechias, Iosias & alij quidam. Quanta etenim fuit mansuetudo Dauid patet ex eo quod secundo Regum narratur, quia dum Dauid rex filium suum Absolonem fugiens, iret in medio baronum militumq; suorum, occurrit ei uir nomine Semei, qui lapides proiecit contra Dauid & seruos eius, male dixitq; regi Dauid dicendo: Egre dere, egre dere uir sanguinum, & uir Belial: & alia multa uerba maledictoria protulit, quæ omnia Dauid mansuetissime tolerauit, nec uirum illum à suis militibus permisi occidi. Tales quoq; multi in testamento nouo fuisse leguntur, præsertim talis extitit Theodosius Imperator, qui dixit, Si quis male dixerit nobis, nolimus eum pœnæ subiugari, quoniam si ex leuitate processit, contemnendum est: si ab infania, condolendum est: si ab iniuria, remittendum. Sed & gentiles principes ad iram superandam diligentes fuerunt. Cum enim quidam Vespasiano Imperatori dixisset, uulpem posse mutare pilum, non animum ipsum autem Vespasianum nullum illorum posse mutare, eo qd pecuniæ cupidus esset, nec auaritiæ minueret processus ætatis, Vespasianus respondit, His omnibus debemus risum, nobis ipsis correptionem, pœnamq; criminosis.

Articulus XXV. Quòd misericordia atq; clementia ad principem eminenter pertineat.

Requenter in libris sanctorum ac philosophorum ac philosophorum misericordia et clementia eodem sumuntur, proprie tamen differunt: Misericordia namq; est alienæ miseriæ in corde nostro compassio, qua indigentibus pro posse subuenimus ut libro nouo de Ciuitate dei asserit Augustinus. Porrò clementia, ut Seneca dicit, est temperantia animi in potestate ulciscendi, seu leuitas superioris circa inferiorem, uel inclinatio animi ad leuitatem in pœnis exigendis. Itaq; quemadmodum mansuetudo est uirtus moderantia iræ, sic clementia est uirtus moderantia exterioris punitionis atq; uindictæ, talisq; clementia actus ex quadam cordis dulcedine prodit, in quantum cor abhorret id quod alium contristare et affligere potest. Econtrario auferitas cordis est quod contristare alios non ueretur. Crudeles autem dicuntur qui communem modum puniendi excedunt. Sui uero et ferri uocantur, qui in aliorum pœnis propter ipsas pœnas seu in quantum sunt pœnæ delectantur: et isti uocandi sunt bestiales, quia humanam exuerunt affectum, cum homo naturaliter diligit hominem: sicut et omne animal diligit simile sibi. Igitur ad misericordiam pertinet aliorum miserijs, defectibus seu indigentis condolare ac subuenire, tam in spiritalibus quam in corporalibus. Deniq; misericordia ista et utraq; opera eius tantò plus ad principem spectant, quòd ipse tenetur esse similior deo, cui proprium est misereri semper et parcere, qui solem suum facit oriri super bonos et malos, et in gratis ac impis incessanter beneficia multa largitur. Item tanto plus pertinent ista ad principem, quòd magis tenetur in dilectione dei & proximorum præsertim subditorum suorum esse perfectior. Misericordia namq; ex charitate procedit: princeps autem subditos suos quasi filios debet amare: iccirco pauperibus & egenis, miseris & afflictis debet potissime esse benignus, largus & dulcis. Sed & deus talibus specialissime se misericordissimum exhibet. Rursum quoque regibus, duobus ac principibus est maior copia & affluentia rerum, & quo eis plura diuinitus data sunt bona, eo pro dei amore debent misericordiores & beneficentiores consistere in omni actu misericordiae quantum status eorum permittit, attendentes quod ait Saluator: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et quod Iacobus ait apostolus: Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Præterea decentissimum est principem esse clementer facilius ignoscendo & pœnas remittendo aut minuendo, ut deus ei clementer ignoscat. Eadem nempe mensura qua mensus fuerit ipse hominibus, ei desuper remetietur. Consideret ergo se dominum ac iudicem habere in cœlo, & sic faciat alijs sicut uult sibi fieri à deo. Insuper penset princeps quanta sit humanæ conditionis fragilitas, quanta sit imperfectio ac ignorantia uulgi, quæ sit impetuositas iræ, impatientia aliaq; passio num in hominibus, & ex consideratione hac clemens sit reis compatiensq; peccantibus, & pronus ad indulgendum, quia per hoc deo & hominibus charissimus erit. Unde & gentiles maxime

Matt. 6
Eclis 18

Nume 12
Gen 44 & 45
4. Reg. 18
4. Reg. 22
2. Reg. 18

Crudeles & ferui qui,

Mar. 5

Eodem, Iaco 2

Mar. 7

Eodem,

QQ 3 principes

principes ad misericordiam atq; clementiam se dederunt. Hinc Tullius Iulium Imperatorem laudans, differuit: Nulla in uirtutibus tuis admirabilior aut gratiosior est, quam misericordia tua. Seneca quoq; fatetur, q; nihil magis decorum & condecens sit regenti, quam uirtus clementiæ.

Val. Max. lib. 5. cap. 1.

N Articul. XXVI. De clementia magnorum nobilissimorumq; principum.
 Arrat Valerius, & sanctus Augustinus libro de Ciuitate dei hoc recitat, q; Marcus Marcellus princeps Romanus cum Syracusas uerbè opulentissimâ atq; pulcherrimâ se iam captâ conspiceret, in alto stans loco & uictæ urbis infortunium pensans, eius defleuit miserâ, quamuis post longâ obfessionem plurimosq; labores eam obrinuisset. Deniq; Iulius Cæsar uir magnæ clemetiæ bonorq; morq;, cum caput Pompei hostis sui à rege quodâ potète amputatum sibiq; missum uidisset, recordatus probitatis ac fortitudinis Põpei, fleuit. Sed & ipse Põpeius Romanorq; præpotens princeps, quâuis à Iulio post uaria prælia uictus magnæ fuit clemetiæ: dum enim Armenia regè uicisset atq; eundem coram se supplicem uidisset prostratû, mox eum leuauit, & blandis recreauit eloquijs, perditumq; diadema in capite eius reposuit, & in pristinâ constituit dignitatè, æque magnificum iudicans uincere reges, & facere reges. Præterea aduertit dum q; Romani per istam clementiam magis sibi mundum subiecerunt, q; per armorum potentiam. Narrat quippe Valerius, q; senatores Romani in actibus suis humanissimi clementissimiq; fuerunt. Vnde dum Carthaginensium legati Romam ad redimendos suos captiuos uenissent, multam secum ferentes pecuniam, senatores dimiserunt captiuos absq; pecunia, cum tamè ualde multi fuissent captiui. Hinc Carthaginenses legati tantam captiuorq; hostium multitudinem uidentes gratis dimissam, tantamq; pecuniam spretam, & toti iniurijs ueniam datam, obstupuerunt dicentes: O liberalitas Romanorum æ quanda benignitati deorq;. Hinc potètissimus ille Cæsar differuit: Qui non laborat militibus suis esse charus, nescit milites suos amare. Vnde Aristoteles Alexandrum ad clementiam ualde admonuit, quâ & Alexandrus abundanter ostendit. Narrat namq; Valerius q; cum Alexander exercitû suû in tempestate duceret per desertum seu horridû locû, & militè quendam senè frigore tabefactû cõspiceret, ipse sedens in sede sua locauit ut refocillaretur: quo factò militum corda suo succedit amore. Nec mirum si sub illo rege ac principe milites iucundum putauerint militare, cuius uitas militis proprio commodo atq; fastigio charior fuit. Deniq; cum Alexander maximû suum hostem Dariû regem Persarum inuenisset lætaliter uulneratû, uehementer condoluit, fleuit, & proprijs humeris Dariû iam defunctû cum Persis tulit ad monumentû. Ideo Persæ hoc inspicientes, non tantum de Darij occisione quantum de Alexandri pietate fleuerunt, atq; deinceps Alexandro fidelissimi extiterunt. Postremo in epistola quâ Alexander Aristoteli misit habetur, q; dum Alexander Porû Indiæ potètissimû, superbissimû atq; ditissimû regè uicisset, atq; eidem regnum Indiæ restituisset, Porus insperato donatus honore & tanta uictus clemetiâ abundantissimos suos quos paulò ante abscondit thesauros, Alexandro monstrauit, & eum eiusq; exercitum inde ditauit, deinceps quoq; Alexandro mansit fidelis. Hinc ait Valerius, q; humanitatis dulcedo effrenata barbarorq; penetrat uincitq; corda, & crudeles hostium mores emollit. Vnde cum Pisistratus Atheniensium princeps à sua coniuge rogaretur occidere iuuenem quendam, quia filiam suam osculatus fuit in uia, ubi eius transitum obseruauit, qm captus amore puellæ fuit: Pisistratus pater puellæ respondit uxori: Si eos occiderimus qui nos amant, quid odientibus nos faciemus? Hoc planè ex radice dixit clementiæ, atq; hoc modo filia suæ tulit iniuriam, & multo laudabilius suam. Legitur quoque quòd dum Pyrrhus rex audisset Tarentinos sibi in conuiuio grauius ac multipliciter detraxisse, dixit ad eos, an de se talia protulissent quorum unum respondit: Nisi uinum nobis defecisset, ea quæ tibi relata sunt, ludus & iocus fuissent respectu eorum quæ locuturi eramus. Et ecce tam urbana crapulæ excusatio, itemq; tam simplex ueritatis confessio iratum regem conuertit in risum, & per clemetiâ quam exhibuit Tarentinis, habuit eos sibi de cætero fauorabiles, ita q; sobrijs gratias ei agebant, & ebrijs bona precabantur. Sed quia superius dictum est, q; oporteat principem esse singulariter iustum, nunc autem inductum est, q; oporteat eum specialiter esse misericordem atq; clementem: scire necesse est, quâdo & quibus debeat esse iustus ac rigorosus, & quâdo ac quibus debeat esse clemens, qualiter etiâ iustitiâ & misericordiâ seu rigorem & clementiam debeat in suis actibus contemperare ac cõmiscere. Sed hoc in tertia parte huius tractatus est declaratum.

Lib. 5. cap. 1.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

di, ubi dicit quòd princeps habere se debet ad cõmunitatè & gubernare eandem.

Articul. XXVII. Quòd humilitas sit principibus ualde necessaria.

Sicut ex præhabitis elucescit, tanto plus necessaria est principibus gratia, directio atq; auxilium spiritus sancti ad bene regendum seipsos ac alios, quò pluribus dominantur ac præsidet. Cum ergo superbia spiritus sancti gratiam, directionem & opem maxime tollat impediâtq; ab anima, humilitas uero animam potissime præparet, apter atq; dignificet ad omnem gratiam, illuminationem & in habitationem spiritus sancti, certum est q; superbia sit principibus uehementissime fugienda, humilitas autem fit eis toto desiderio amplectenda. Hinc enim deus sublimis & benedictus ait per Isaiam: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super quietem & humilè, & tremèntè sermones meos? Et rursus ait scriptura diuina: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Quo uerbo probatur, q; deus non solum subtrahit opem & gratiam suam superbis, sed in superbo opponit se eis: sicco succumbunt & pereunt, quoniam omnipotenti deo nec præualere neq; resistere queunt. Ideo in Ecclesiastico scriptum est: Sedes ducum superbiorum destruxit deus, & federè fecit miles pro eis. Beatissima quoq; uirgo Maria ait: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Deniq; sicut pluuiam non manet in cacumine montium, sed descendit ad concaua uallium: sic gratia dei non manet in cordibus superbiorum, sed descendit ad mentes humilium: & quò fuerint humiliores, tanto maior gratia dei eis confertur. Præterea dictum est, quòd in principibus esse oporteat sapientiam singulariter magnam, quod esse non ualet nisi fuerint singulariter humiles, quoniam Salomon protestatur: Vbi fuerit humilitas, ibi & sapientia. Ideo dicit scriptura: Quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo & hominibus. Et rursus: Humilia ualde spiritum tuû, quoniam uindicta impij ignis & uermis. Amplius ut clare ostensum est, quanto princeps altior est dignitate, potestate ac dominatione quàm subditi eius, tanto debet eis esse perfectior in omni prudètia & uirtute, & præ cæteris deo cõformior, cû sit quædã diuinæ potestatis imago in terra. Humilitas autè est uirtutû oim fundamentû, custos ac munimentû, sic circo oportet humilitatè tãto esse pfundiorè ac stabiliorè, quãto pfectus yrtutû extat sublimior. Præterea iã paulo ante deductû est q; necessariè sint principibus mäsuetudo & paciètia, q; yrtutes sine humilitate haberi nõ ualet: Supbi nãq; ad irã & indignationè sunt proni, propter quod Salomon loquit: Vbi fuerit supbia, ibi erit & cõtumelia. Itèq; inter supbos semper sunt iurgia. Ideo in Ecclesiastico deus iubet: Non te extollas in cogitatione tua uel taurus, & nolite extollere in faciendo opere tuo, sed in mäsuetudine serua animam tuã. Itèq; dictum est, q; quanto princeps plura & maiora à deo sortitus est bona, tãto debet esse deo gratior atq; subiectior, & per consequens humilior: quia hoc deus singulariter præcipit & requirit ab homine, ut ueram habeat humilitatem, sine qua nemo potest deo placere neq; saluari. Quia ut ait saluator, Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabit in dõ per superbiam fit homo deo ualde odibilis, propter quod deus ait per Salomonè: Arrogantiam & superbiam & os bilingue detestor. Per Sophoniam quoq; prophetam minatur: Visitabo super omnem qui arroganter ingreditur. Vnde in libro Iob dicitur contra superbium: Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans attonitos habes oculos? quid timent contra deum spiritus tuus? Igitur quanto princeps in hac uita magis se erigit per superbiam, tanto post hanc uitam contempribilius atq; poenalius deprimetur in sempiterna inferni tormenta.

Articul. XXVIII. De causis & considerationibus propter quas omnis

homo quantumcumq; excellēs in uita hac teneret humiliare seipsum.

Quando quis habet plures atq; maiores occasiones peccandi, tanto difficilius sibi est uitare peccata. Principes uero quanto plus abudant diuitijs, delicijs atq; honoribus, tanto plures ac fortiores habent occasiones peccandi, & præsertim incidendi superbiam. Et quoniam uidet se cæteris in potestate, nobilitate ac uenatione excellentiores, difficilius ad ueram humilitatem perueniunt, & difficulter manēt in ea, sed ad animositate sunt proni. Vnde ad uitandam superbiam cæteraq; peccata, indigent specialissima dei gratia, diligenti cordis sui custodia, frequētibus ac feruētibus orationibus, deuotis meditationibus ac cæteris exercitijs uirtuosis, uel delicta sepe confitendo, cum deuotis hominibus conferendo, missas & diuina officia quotidie audiendo, opera misericordiæ & aliarum uirtutum per se atq; per subditos suos agendo. Porro ad acquirendã

Ista. 66

1. Pet. 5. Iaco. 4.

Ecclesi. 10. Luc. 14.

Prover. 11. Ecclesi. 3. Ecclesi. 7.

Prover. 11. Ecclesi. 6.

Luc. 14. 18.

Prover. 4. Soph. 1. Iob. 15.

& conferuandam ueram humilitatem, debet princeps & quilibet homo primo considera- re quid sit, & quid habeat ex seipso, moxq; inueniet qd ex seipso nihil existat, & a seipso nil habeat boni, sed quicquid est & habet, a deo susceptum: Ideo totum deo grata & humili men- te ascribat, nec seipsum extollat neq; in se inaniter gloriatur, & cordialiter doleat qd donis dei totiens est abusus: qd creatori suo tam frequenter fuit ingratus: qd bonis que a deo acce- pit, totiens sua mala commiscuit. Hinc ait Apostolus: Quid habes quod non queas? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Et denuo loquitur: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem deus commendat. Itemq; qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Vnde per Ieremiam deus locutus est: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitijs suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. Secundo de confide- re se secundum qd est peccator, pensando mala que fecit, & bona que omisit. Recogitet ergo quotiens & qd grauiter deum offendit, & an alijs fuit causa peccandi. Artendar quanta sit peccati enormitas, & qd inestabiliter inquit atq; uilificet hominem: Nepe quo is in quem peccatur maioris est dignitatis ac honorabilitatis, eo grauius esse peccatum in eum commissum. Cum ergo deus gloriosus sit prorsus incomparabilis & immensa dignitatis & honorabilita- tis, peccata quibus ipse offendit sunt incomparabiliter grauiora & quodammodo infinite enor- mia. Vnde pro uno peccato mortali fit homo dignus damnatione aeterna. Tertio consideret se per comparationem ad eos qui perfectiores & sanctiores sunt eo, & maxime per compara- tionem ad deum qui uniuersis & singulis infinite est melior, altior, potentior, maior: sicq; in- tuitu dei seipsum profunde humiliet & uelut pro nihilo reputet. Quarto consideret se esse seruum Christi qui humilissimus fuit: Cum ergo non sit seruus maior dno suo, non se extollat qui tam humilem dnm se habere fatetur. Quinto consideret princeps, qd bona ista exterio- ra & corporalia, uidelicet diuitiae & honores, nobilitas & potestas atque similia, sunt ualde parua & uilia respectu spiritaliu donoy spiritus sancti, quibus homo fit deo acceptus aeter- naq; uita condignus: ideo in corde suo praeferat sibi eos qui in talibus magis perfecti sunt. Sexto consideret, qd de omnibus que a deo accepit districtissime iudicabitur, sicq; excellen- tia sua erit sibi magis causa & origo sollicitudinis ac timoris, qd gloriae uanae & elationis. Septimo consideret, qd omnium uitorum origo, regina & mater extet superbia, ideo nisi ho- mo per humilitatem abiecerit eam, ruet in omnem iniquitatem. Propterea & sanctus in libro Tobiae Superbia nunq; in tuo sensu aut in uerbo tuo dominari permittas: in ipsa enim sumptit initium omnis perditio. Consideret quoq; princeps, qd status suus sit tanto periculosior, quanto sublimior, & qd aeterna damnatio debetur superbiae. Sicq; per humilitatem se reprimat, ne excellentiam appetat aut honorem requirat ultra qd ad suum pertinet gradum ac statum, nec subditos spernat. Verumtamen ex charitate dei & proximi & ex iustitia potest & debet uelle atq; exigere, ut subditi sui debitam reuerentiam, obedientiam, seruitutem ei impen- dant in quantum est princeps eorum et dei minister: hoc enim requirit iustitia & lex diui- na. Sed princeps in reuerentia sibi exhibita non debet inaniter gloriari, sed ad dei honorem & gloriam omnia ordinare, imo quod plus honoratur, eo plus ureatur ne forte non ita se ha- beat sicut deus ab ipso requirit & suus exigat principatus.

Articulus XXIX. De humilitate excellentium principum tam fidelium quam gentilium.

Eus omnipotens & excelsus cum per Moysen loqueret qualis esse deberet rex filiorum Israel, inter caetera dixit: Non eleuetur cor eius per superbiam super fratres suos. Ideo aliqui praclarissimi reges Israel humiles esse studuerunt, quem- admodum sanctus rex Dauid loquitur de seipso. Ero humilis in oculis meis. Quanta etiam fuerat humilitas Ezechiae atq; Iosiae regu Iuda, patet in libro Regu. Vnde Sauli primoregi Israel quonia superbiuit, dominus dixit: Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in Israel factus es: nunc autem abiecte te, ne sis rex. Deniq; in multis Christianis regib; ac principibus hu- militas gloriose respicuit, sicut in scdo Ludouico rege Franco, qd septem annis ut legitur fuit per mundu in peregrin; & pauper, uisitare uiros sanctos & sacra loca ac sanctoy reliquias. Itē in Carolo rege, qui cum Romae appropinquasset atq; uno adhuc militari distaret ab ea, descendit de equo, & pedester introiit Romam, sicq; processit uisitans do ibidem sanctoy basi- llicas atq; reliquias. Deniq; Constantius Imperator Christianus effectus, proprijs numeris duodecim cophinos terre exportauit, ut locus ad construendam ecclesiam beator; apostolo- rum Petri & Pauli prepararetur. Theodosius quoq; Imperator humilissimus fuit intantum,

ut cura

ut cum pro quodam excessu a beato Ambrosio excommunicatus fuisset, humiliter tulit. Sed & illustrius ille princeps Godfridus de Lotaringia, qui reuera fuit dux Lotaringie &c. & terra sancta obtinuit) cum rex Ierusalem factus fuisset, nunq; uoluit ibi rex uocari, nec regiu diadema portare, afferens non decere ut ipse illic regiam ferret coronam, ubi dñs eius Iesus Christus filius dei fuerat spinea coronatus corona. Insuper gentilium principes nobiliores superbiam & ambitionem fugerunt. Vnde Vespasianus in imperatorem electus, post longam Romanoy instantiam & in crepationem uix acquiescere uoluit. Legitur quoq; de rege quodam subtilis ingenij, qui oblatu sibi regium diadema diu considerans, dixit: Si quis bene perpenderet quantis sollicitudinibus & anxietatibus plenus sis, nec de terra te eleua- ret. Preterea legitur qd Romanis principibus post uictorias redeuntibus Romam triplex ho- nor fiebat. Primus fuit, qd populus ei cum laetitia obuiauit: secundus, qd omnes captiui se que- batur currum eius manibus retro ligatis: tertius, qd induebatur tunica Iouis & sedit in cur- ru quem trahebant quatuor equi albi, & taliter ducebatur usq; ad capitoliu. Sed ne ex istis ho- noribus obliuisceretur sui ac superbiret, oportuit eum eodem die triplicem sustinere mole- stiam: Prima fuit, qd secum in curru ponebatur unus ignobilis seruilis conditionis, ut dare- tur cuiuslibet quantum cumq; ignobili spes perueniendi ad talem honorem, si sua probitas me- reret: Secunda fuit, qd seruus ille colaphizabat uictorem illum, dicens: agnosce teipsum, & noli superbire de tanto honore: respice post te, hominem te esse memoret. Tertia fuit, qd licuit illa die dicere cuiuslibet in contumeliam uictoris quicquid uolebat: Poterat namq; quilibet di- cere oia opprobria ipsi uictori impune. Vnde & Iulio caesari reuertenti Romam post multas uictorias fuerunt multa impropria dicta, nulla ultione sequente. Preterea cum Alexander rex ad Dariu potētissimu regē Persay uictu & laetiter uulneratu uenisset, locutus est Da- rius Alexandro: Fili Alexader, non eleues mens tua in gloria uictoriali qua habes, etiam si opa que diu operati sunt, fueris opatus: semper recordare nouissimoy. Gloria uictoralis non io- lu datur imperatori, sed etiam cum prouidentia supra concesserit. Intuere me, & uide qualis fui hesterni die, & qualis sum hodie, qui nunc humiliatus sum usq; ad puluerē. Heri fui im- perator terray & nationu multay, & hodie non habeo me ipsum in potestate. Postremo cum Alexander post uictorias maximas in cedisset in manus sceminay, scilicet Candacis reginay, & maxime turbatus esset ac tremēs, quia nequaquam euadere quiuit, regina dixit ad eu: Quare mutatus est color tuus, & expauescis destructor totius Indiae & Persidis? Supasti parthos & Medos, & modo sine conflictu in manus sceminay incidisti. Vnde scias de Alexander, qd nullo modo debet eleuari cor hominis in superbiam, qualiscumq; ei etiam occurrat prospe- ritas: sed nec cogitet qd non inueniat alium hominem fortio rem se.

Articulus XXX. Magnanimitas ad principes pertinet.

Operatio debet esse proportionata agentis: Iccirco quod princeps caeteros magis excellit atq; in altiori constitutus est potestate & dominatione, eo decet eum fa- cere oia ytuosiora & eminentiora. Talia autem opera sunt magno honore condigna. Honor quippe est exhibitio reuerentiae in signum uirtutis, seu in testimonium uirtuosae operationis. Pertinet ergo ad principem non solum facere oia uirtuosa honore digna, sed etiam, imo potius facere oia eminenter uirtuosa, magno atq; praecipuo digna hono- re. Vnde & Isaias propheta disseruit: Princeps ea que digna sunt principe, cogitabit. Por- ro uirtus per quam homo bene se habet circa magnos honores, ordinate & rationabiliter tendēdo ad illos, magnanimitas appellatur. Itaq; patet qd magnanimitas potissime spectet ad principes. Dicitur autem magnanimitas esse circa magnos honores, non qd homo uirtu- osus humanum honorem multum optet aut reputet, imo eum contemnere potest, sic tamē ut propter eius contemptum nil agat inconueniens siue illicitum: sed quia magnanimus studet ea peragere que grandi honore sunt digna, uidelicet oia ardua eminenter uirtuo- sa. Deniq; uirtus haec est necessaria principi: Nam circa huiusmodi opera ueneranda seu circa magnos honores homo tripliciter se potest habere, scilicet excessiue, defectiue ac or- dinate seu medio modo. Excessiue namq; se habet, qui ad talia opera ardua ultra uires suas se ingerunt, ita qd ea que attentant, complere non ualent, & hi praesumptuosi seu fastuosi uocantur: Defectiue uero se habent, qui ad magna & ardua exercenda abiles existētes, pu- sillanimitate tamen uicti retrahunt se ab illis agendis, nec aggredi audent, iccirco pusillani- mes nominantur: quia nimis parui sunt animi & minoribus seipso dignificant quam sunt digni: Ordinate autem se habent qui tendunt ad opera ardua praehonoranda secun- dum rationis mensuram & sicut oportet, uidelicet secundum proprias uires, Magnanimitas ergo est medium

Honor quippe

Isa. 32

Magnanimitas ad principes spectat

1. Cor. 4
1. Cor. 1
Gal. 5

Iere. 9

Mt. 11

Tob. 4

1. Cor. 10

Deut. 17
2. Reg. 6
4. Reg. 20
4. Reg. 22
1. Reg. 15

Magnanimi
proprietates

est medium uirtuosum inter duo uitiosa extrema, ut puta inter pusillanimitatem quam habet erigere, & praesumptionem quam debet reprimere. Ad hoc itaque debet princeps maxime aspirare, ut omnia quae ad ipsum pertinent, excellenter multumque honorabiliter exequatur ac impleat in gubernando seipsum ac domum suam, totamque communitatem sibi subiectam. Praeterea Aristoteles quaedam ponit proprietates magnanimi, quae ad principes praecipue pertinent. Prima est, quod magnanimus deceter se habet circa pericula, ita quod non facilius neque pro paruis rebus aut pro causis modice utilitatis exponit se aut suos periculis, scilicet bellis aut alijs molestijs, sed pro magnis causis & pro negotijs ex quibus oriri potest ingens utilitas. Cum uero periculis se exponit tam constans & stabilis est, ut nec uitae suae parcat pro causis condignis: Hocque ratio est, quia magnanimus parua & inutilia uilipendit. Hanc proprietatem reges, duces ac principes debent habere, ut non exponant se ipsos aut populos suos periculis nisi pro causis magnis, utilibus atque idoneis, ut pro defensione territorij seu patriemonij, pro iustitia dei atque iustitiae, & pro conseruatione subditorum suorum. Secunda proprietates magnanimi est, quod est copiose retribuens & pro paruis magna re pendens: Exteriora namque & corporalia bona parum appetiatur: Opera autem uirtuosa & honorabilia multum appetianda arbitrat: In circo in talibus nititur alios superare: & quoniam esse copiosum in retribuendo est uirtuosum, diuinum ac nobile opus, ideo appetit hoc implere: & hoc tanto plus condecet principes, quanto in altiori sunt gradu pluribusque abundant diuitijs. Ter tia proprietates magnanimi est, operatiuū esse paucorum, hoc est quod de paruis rebus se non intro mittat, sed de magnis atque praecipuis causis quae paucis sunt & raro occurrunt, ex qua expeditione consequitur magnus honor. Ita & reges, duces ac principes non debent omnia negotia per se ipsos uelle expedire, sed inuicem quae multa sunt, committere alijs, ut ipsi possint maioribus negotijs liberius perfectiusque intendere. Quarta proprietates magnanimi est, quod est uericidus & amator apertus, imo & manifestus oditor, odiendo in alijs non naturam, sed culpam: magisque curat de ueritate quam de aliorum opinione. Pusillanimes uero nimis curant quod de ipsis alij opinentur. Hinc magnanimus est manifestus in increpando atque laudando. Veritas enim non quaerit angulum, id est latere non quaerit: quia & Christus in euangelio loquitur: Omnis qui facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestetur opera eius, quia in deo sunt facta. Ita potissime decet principes esse apertos atque uericidos, cum sint mensura & regula subditorum: regula autem seu mensura obliquari & falsificari non debet. Debent quoque uirtuosos aperte arguere, bonos apte amare ac honorare. Quinta proprietates magnanimi est, non curare laudes & uituperia hominum, cum talia pertineant ad bona & mala exteriora, quae ipse modicum reputat. Curat autem esse laudabilis, nec uult esse uituperabilis, sed quid alijs de ipso dicatur parum attendit quantum pertinet ad se: uult tamen ut subditi sui bene de ipso sentiant & loquantur, in quantum hoc est salubre animabus eorum. Talis quoque debet princeps existere. Constitui enim in potestate solent habere & adulescentes & detractores: sed principis est in ueritate & aequitate stabiliter permanere, nec prosperis extolli, nec aduersis frangi aut deijci. Sexta proprietates magnanimi est, quod propter exteriorum & corporalium rerum amissionem non inordinate tristatur, nec pro eis liberet precatur. Praefertim cum Seneca dicat: Nil charius emitur, quam quod precibus comparatur. Sic & principes quoniam interiora & spiritalia bona plus appreciari debent quam exteriora, non debent propter exteriora damna immoderate tristari, nec pro temporalibus rebus libenter rogare. Insuper secundum Aristotelem, ad magnanimos pertinet incessus & motus maturus & leuis, item uox grauis atque locutio stabilis, quorum omnium ratio est, quia magnanimus intentus est circa magna atque praecipua, quae pauca sunt & inuestigatione plurima indigent. Rursus quia magnanimus est apertus & uerax, ideo non est detractor, nec detractores audit libenter. Praeterea sicut praehabitu est, uirtutes connexae sunt, propterea magnanimitas atque humilitas simul habentur, imo potest homo esse simul excellenter magnanimus profundumque humilis, & hoc secundum diuersas considerationes ac proprietates: Habet enim homo ex deo aliquid dignitatis & excellentiae in donis naturae & gratiae, quia ad creatoris sui imaginem factus est, & uarijs donis gratiae gratum facientis ac gratiae gratis datae ornatus, secundum quae dona competit sibi tendere in opera praecipue uirtuosa, sicut conuenit sibi magnanimitas. Est quoque in homine multiplex defectus, naturae & culpae, sicut competit sibi humilitas. Praeterea aduertendum, quia ut Aristoteles asserit, magnanimus contemptuosus est aliorum, id est alios spernit, quod non est intelligendum quasi alios spernat in quantum sunt homines & proximi aut subditi sui, sed in quantum sunt uitiosi atque culpabiles, imo hoc modo spernit seipsum, & uir iustus despicit peccatores in quantum sunt peccatores, prout

prout propheta ait, de uiro iusto: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Veruntamen magnanimus alios ueneratur in quantum dona dei in eis intuet, sicut in psalmo de uiro iusto subiungit: Timetes autem dominum glorificat. Postremo uirtus haec in omnibus principibus fuit, sicut in Hectore Troiano moralissimo atque fortissimo principe, qui maluit mori quam aliquo honestati contrarium operari. Item in Iuda Macchabeo uictoriosissimo duce, qui ut primo libro Macchabeorum habetur, similis factus est leoni in operibus suis, & dilatauit gloriam populo suo, & nominatus est usque ad nouissimum terrae. Hoc quippe apud illos uelut proverbium fuit, quod sicut non debemus uiuere ut comedamus, sed comedere ut uiuamus, sic non debemus etiam uitam optare, nisi ut aliqua opera uirtuosa uere honorabilia peragamus. Itaque quia magnanimus cor nobile habet, omnem adulationem ac simulationem penitus spernit ac uitat: Pusillanimus uero se habet contrario modo. Magnanimus etiam appetit honorem ubi oportet, quando oportet & propter quod oportet, ut dictum est.

Articulus XXXI. Quod liberalitas & magnificentia ad principes praecipue pertinent.

Homo per appetitum intellectuum qui appellatur uoluntas, amat atque desiderat bona spiritalia incorporalia & diuina: per appetitum uero sensitiuum, cupit & amat bona exteriora, sensibilia & terrena. Sed hoc ad uirtutem perfectionemque pertinet, & ad salutem requiritur, ut homo bona exteriora & sensibilia amet & cupiat, non secundum impetum sensualitatis & immoderantiam passionum, sed secundum recta rationis iudicium. Porro bonorum exteriorum quaedam dicuntur delectabilia, ut sunt obiecta gustus & tactus: quaedam uero dicuntur utilia, ut pecuniae atque diuitiae: quaedam dicuntur honesta, ut bona fama, honor & opera uirtuosa. Quemadmodum ergo homo indiget uirtute quae dicitur temperantia, ne immoderate se habeat circa bona delectabilia: & magnanimitate, ne ad honores tendat inordinate: sic indiget quadam uirtute per quam ordinate se habeat circa pecunias, possessiones seu opes, & uirtus ista est duplex, nam una uocatur liberalitas, per quam bene se habet in mediocribus sumptibus & expensis: Alia autem magnificentia appellatur, per quam bene ac uirtuose se habet in sumptibus magnis. Pertinet ergo ad principes ut nullatenus sint auari nec prodigi: hoc est in expendendo pecunias excessiui, inutiliter & indiscrete atque superflue erogando, sed liberales, faciendo mediocres sumptus loco & tempore & personis quibus tales decet facere sumptus: Item quae magnificentia, faciendo magnos sumptus congruo loco & tempore & personis praecipuis, sicut in festis sollemnibus & in receptione legatorum ac principum, & tempore praeliorum, atque in ornamentis & aedificijs ecclesiarum ac aedium publicarum. Denique quantum principis magis diuitijs affluunt, tanto liberaliores & magnificentiores consistere debent, praefertim quia per hoc sunt populo ualde amabiles, honorabiles & famosi. Inde centissimum quoque est eos esse auaros. Veruntamen esse non debent tam liberales, quin competentem habeant prouisionem pro defensione patriae suae, & pro certis oneribus quae eis incumbunt. Haec autem liberalitas & magnificentia in praecelantissimis principibus ualde praefulsit. Cum enim quidam ab Alexandro rege postularerit denarium, dedit ei unam ciuitatem quo dicente, non sum dignus tantum recipere: Alexander respondit: Non curo quid te deceat accipere, sed quid me deceat dare. Denique Poro regi Indiae a se uicto totum regnum suum restituit: Dario quoque regi Persarum idem facere uoluit & fecisset, nisi Darius uictus statim obisset. Unde & Aristoteles scripsit ad Alexandrum: Nullus sit qui largitate tuam non sentiat. Insuper Titus imperator tantae extitit liberalitatis, quod omni aliquid a se petenti dedit quod petijt, uel dare promisit, dicens: Non decet aliquem ab imperatore & principe tristem discedere. Unde dum quadam die nihil dedisset, tempore coenae nil se die illo dedisset recordans, ingemuit dicens: O amici diem hunc perdidit. Praeterea Romani per suam liberalitatem & magnificentiam plurimos sibi reges ac populos subiecerunt: Etenim multos reges, duces ac populi conspicientes quam liberales essent Romani regibus atque principibus a se uictis, restituendo eis suas prouincias sub paruo tributo, maluerunt se Romanis sponte subijcere, quam contra eos periculose pugnare. Praeterea quanta fuerit liberalitas ac magnificentia Afluere regis patet in libro Hester: Nam cum dum Hester in conuigium sumptit, largitus est munera iuxta magnificentiam principalem. Et paulo ante fecit grande conuiuium oibus principibus ac maioribus & in clytis suis centum octoginta diebus deinde

Psal. 14

Ibidem.

1. Mach. 8

Exteriora bona
na triplicia

Hester 8

deinde ad conuiuium inuitauit omnes habitatores ciuitatis in qua māsit, à maximo usq; ad minimum. De liberalitate uero & magnificentia fidelium sanctorumq; principum legitur secundo Paralipomenon libro, quæadmodum Ezechias rex ad celebrandum festiuitatem paschalem dedit omni populo secum collecto mille tauros & septem milia ouium. Similiter Iosias rex ad celebrandum illud festum dedit populo suo agnos & hœc odas ac alia pecora tria milia. Postremo bona sua alijs charitatiue ac liberaliter cõmunicare diuina proprietatis est: Quia omne bonum creatum diuinitatis est donum: propter quod Paulus in Actibus testatur: Beatius est dare q̄ accipere. Sint igitur principes liberales atq; magnifici ad laudẽ & gloriã principis summi, qui est sup omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI DE REGIMINE PRINCIPVM LIBER
SECVNDVS.

P R A E F A T I O.



N IDE NS Regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quã edificauerat, & cibos mentes eius, & habitacula feruorũ & ordines ministrantiũ, uestesq; eorũ & pincernas & holocausta quæ offerbat in domo domini, nõ habebat ultra spiritũ. Ex quibus probatur, q̄ inter cætera ex quibus prudentissima illa regina considerauit excellentiam sapientiæ Salomonis, fuit dispositio ordinata domus eius in cibarijs, in habitaculis ac uestibus ministroꝝ, in ordinatione quoꝝ eorũ & in pincernis. Pertinet ergo ad principes, ut in domibus suis omnia ordinate fiant & condeceter, ita ut quantum possibile est, nihil sit ibi superfluum nihilq; diminutum, sed iuxta gradũ excellentiæ & opulentia principis omnia honorabiliter dispensentur, & serui atq; domestici ordinẽ suũ custodiant, suo loco suoq; tẽpore, quod ad ipsos pertinet, faciẽdo cũ reuerentiã principis & diligentia debita suæ metis, absq; confusione, strepitu & tumultu: et eĩ totum hoc ad honorificentiam principis spectat. Sed quia hoc totũ ex principis prouidentia & institutione dependet, ad quẽ pertinet totius domus suæ curã habere, ministros eligere, decencia ordinare, & ea quæ bonis moribus contrariant, eradice eicicco postq; in prima huius operis parte tractatum est quomodo princeps debet gubernare & uirtutibus decorare se ipsum, nũc in secũda hac editionis presentis parte pandendũ est, quomodo princeps regere debet domum suã, hoc est qualiter habere se debet ad suam uxorem, ad filios & filias totãq; suam familiam. Nam ut ait Apostolus & supra allegaui, Si quis suorũ & maxime domesticorũ curã nõ habet, fidem negaui, & est infideli deterior. Vnde secundũ intentionem Apostoli oportet rectorẽ communitatis in primis propriẽ domui bene esse præpositum, & omnes suos domesticos prudenter regentem.

Articulus I. An principes seculares teneantur deo reddere rationem pro subditis suis.

DE spiritualibus patribus seu prælatis ecclesiæ certum est, q̄ pro populo eis subiecto reddituri sint rationem coram iudice summo, quoniã spiritaliter presidentes pertinetq; ad eos gregem sibi commissum in spiritualibus gubernare: sed de secularibus principibus alicui dubiũ esse ualet, an sint pro plebe sua rationẽ deo daturi. Est ergo sciendum, q̄ omnes qui alijs præfunt, quantum ad ea in quibus eis præfunt tenentur eos recte dirigere, atq; pro ipsis deo iudici reddere rationem. Quæadmodum autẽ dñs papa, cardinales, patriarchæ, episcopi & cæteri spirituales prælati habent in spiritualibus præsidere, sacramenta dispensare, ad internam cũ deo pacem & conscientia puritatem inducere, prædicare aliosq; diuersos actus ad ipsos duntaxat spectantes perageret: sic principes seculares tenentur in corporalibus exterioribus ac tẽporalibus præsidere & iudicare, pacem communitatis seruare & procurare, utilitatibus reipublicæ prouidere, ad obseruationẽ iustitiæ inter subditos suos satagere, reos atq; maleficos extirpare, publicas uias securas reddere, dignos & utiles officiantes substituere, & qualiter officia sibi commissã proficiantur, inquirere: hæc atq; similia conueniunt principibus in quãtum sunt principes. Itaq; quantum

quantum ad ista tenentur pro omnibus sibi subiectis Christo reddere rationem: & nisi fecerint quod in ipsis est seu ad quod tenentur, durissime iudicabuntur ac punientur, ita quod quicquid bonifuerit in istis omisum, & quicquid mali commissum à subditis, deus à principibus exiger, & iniustos ac negligentes damnabit ac puniet pro omnibus malis illis. Hinc ait Aegidius in libro suo de Regimine principum: Rex & princeps actiuam & contemplatiuam in se debet uitam habere ut per uitam actiuã uacet alijs, magnifica faciendo, & subditos recte regẽdo: per uitam autem contemplatiuam uacet deo & sibi ipsi, per internam deuotionem atq; diuinam dilectionem in dei amore proficiendo. Hæc autem internam deuotionem tantò magis debent habere reges ac principes, quanto apud tribunal summi iudicis redditori sunt pro pluribus rationem. Rursus dicit Aegidius: Maxime deus requirit à principibus, regibus & ducibus, ut per leges atq; prudentiam populos sibi commissos sancte & iuste gubernent: Tenentur ergo facere omnem diligentia suam. Præterea princeps in quantum est paterfamilias, obligatur domum suam laudabiliter regere, habendo se uirtuose ac debite ad propriam uxorem ac sobolem totamq; familiam, secundum modum iam describendum: cetero & pro istis omnibus ratio ab eo diuinitus exigitur, quantum ad ea in quibus habet ipsis præesse. Et quo nunc maior est eius dominatio, eo æternaliter maior erit eius dãnatio, nisi potestate sibi de super concessã iuste & fructuose utatur. Cum debita ergo sollicitudine atq; formidine præsit, quia ut ait Apostolus, dei minister est.

Articulus II. Quò principes tenentur corrigere subditos & domesticos suos, cũ peccãt. Icut quilibet homo tenetur omnem proximũ suum diligere, ita tenetur & quosdã actus charitatis fraternæ eidem impedere congruo loco aptoq; tẽpore, inter quos actus præcipue cõputat corrigere delinquentẽ. Vnde beatus Augustinus affirmat, quòs hoies tenentur ad correptionẽ fraternã, ut scilicet proximũ suũ peccantẽ corripiant, præsertim quando est spes de emendatione illius: quo etenim anima nobilior est & amabilior corpore, eo plus subueniendũ est uulneribus animæ q̄ corporis: p̄ctã autẽ sunt uulnera animæ: p̄ctã quoq; mortalia, sunt spirituales occisiones animæ, ad æterna p̄trahentes supplicia. Si ergo benignũ ac iustũ est uulnerib⁹ corporis adhibere medelã, multo plus piũ ac iustum est læsionibus animæ applicare remediũ. Rursus si impiũ atq; crudele est uulnerato ægroq; corpori nõ cõpati neq; pro posse mederi uel subuenire, multo utiq; crudelius iniustusq; consueti proximũ in aia languidũ lapsũ seu uitij mortuũ nõ adiuuare, recuperare atq; ad mentis sanitatẽ pro posse reducere. Cũ ergo fraterna correptio sit singulare remedium contra aia uulnus id est p̄ctã, constat q̄ sicut ad charitatẽ, ita ad fraternam correptionẽ omnes tenentur, ut sanctus Thomas pulchre demonstrat. Hinc sc̄tus Augustinus in libro de uerbis dñi ait: Si neglexeris corrigere, peior eo qui peccauit efficeris. Et denũ in libro de Correctione & grã cõtestat: Nesciẽtes quis p̄tineat ad nunes; prædestinatos, & quis nõ, sic affici debemus charitatis affectu, ut oēs uelimus saluari, & id eo oĩbus fraternã correptionẽ debemus impedere sub spe diuini auxilii. Veruntamẽ ista correptio delinquentis potissime spectat ad principes & prælatos, quia non solũ ex charitate sed etiam ex iustitia ad hoc tenent. Hoc nãq; ad eos officiu præcipue attinet, ut ea quæ inordinate fieri uident, fortiter reprehẽdant atq; emendent. Præterea secundũ doctores correptio delinquentis uno modo est actus charitatis, uidelicet secundũ q̄ p̄ctã eius q̄ peccat est sibi ipsi nociuum: Alio modo correptio ista est actus iustitiæ, secundũ q̄ p̄ctã peccantis alios scandalizat seu bonũ cõmune diminuit, turbat aut lãdit: & hoc modo specialiter spectat ad præfidentes, quos est non solũ p̄ctã corrigere, sed etiã peccantẽ corrigere, ac debita p̄cna punire. Insuper quãto peccantes principi magis coniuncti & chari ac attinẽtes sunt, tanto plus obligantur eis hoc opus charitatis, uidelicet correptionẽ peccati impedere: ideo primo & maxime tenent hoc facere ppria uxori ac soboli, cæterisq; domesticis & ppinquis: q̄d si nõ faceret, p̄ctã illorũ redundarent in ipsum. Deniq; quanto qs efficacior, fructuosior atq; potentior est ad corripiendũ emendandũq; alios, tanto plus peccat nisi corripuerit delinquentes: Princeps aut quia cæteris existit sublimior, magis timetur, curat & audit q̄ alijs, ita q̄ ex eius correptione domesticis sui magis terrent, cõpescunt & emendant, q̄ ex correptionibus aliorũ: Id eo ualde grauiter peccat, si correptionẽ talẽ neglexerit, imò tanto plus obligat ad eam, quanto subditos suos tenet magis p̄fecte diligere. Adhuc, quia omne p̄ctã est offensiuũ maiestatis diuinæ, & contra diuinũ honorẽ, tãto plus obligat princeps ad correptionẽ peccati, quãto ardẽtius deũ debet diligere atq; diuini honoris zelo desiderioq; feruere. Tanto aut plus debet deũ amare ac diuini honoris zelo uigere, quãto plura à deo dõnia sortitus

RR est, &

a. Paral. 10

a. Paral. 33

1. Pet. 4

Act. 20

1. Reg. 10

1. Cor. 14

1. Tim. 5

Principes actiua & contemplatiua uitã habere debent

Rom. 12

Mar. 2

Mar. 12

Lucæ. 10

Peccata aia uulnera

Augustinus

Rom.1
Apo.2
Rom.1

est, & quo pluribus dominatur. Amplius ut ait beatissimus Paulus Apostolus, Digni sunt morte, id est æterna damnatione (quæ secundum Iohannem apostolum in Apocalypsi est mors secunda) non solum qui agunt iniqua, sed etiam qui facientibus peccata consentiunt. Nec solum fit homo reus & particeps transgressionis aliquorum consentiendo, sed & alijs multis modis uidelicet, consulendo, auxiliando, non impediendo, non reprehendendo, locum & materiam concedendo: interdum quoque non prodendo, sed occultando, excusando uel defendendo. Nisi igitur princeps domesticos suos cum peccauerint arguat & emendet, multis fit modis reus & particeps peccati illorum, uidelicet consentiendo, non impediendo, non reprehendendo, sed locum materiamque præbendo, aut alijs modis. Potissime tamen fit homo particeps peccati aliorum duobus modis, uidelicet consentiendo, & non corripiendo. Vnde Augustinus fatetur, Duobus modis te non maculat peccatum alterius, primo si non consentias, secundo si reprehendas: quorum utrunque tangit Apostolus, dicens: Nolite communicare in fructibus operibus tenebrarum, magis autem redarguite. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Corripe amicū, ne forte non intellexerit & dicat, non feci: aut si fecit, ne ad datur ultra facere. Salomon quoque loquitur: Qui corripit hominem, postea gratiam inueniet apud illum magis quam ille, qui per blandimenta decipit. Et iterum ait: Qui arguunt, laudabuntur. Itaque constat quod princeps in quantum est homo Christianus, tenet ad correptionem fraternali: sed in quantum est princeps, tenetur ad eam excellenter atque præcipue in quantum est paterfamilias, obligatur ad correptionem domesticorum suorum: in quantum uero est paterfamilias principalis, obligatur eminenter principaliterque ad eam. Nam & sanctus Augustinus edocuit, quod quilibet paterfamilias debet in domo sua quasi officium episcopi exercere, domesticos suos hortando, corripiendo, docendo, edificando. Nō igitur princeps quantumlibet magnus arbitretur se propter excellentiam suam a precepto correptionis huiusmodi supportatum, nec de dignitate delinquit in quibusdam affari, increpare & informare amore & intuitu dei, cum hoc sit opus diuini angelicique officii.

Duobus modis aliquis fit particeps alterius peccati

Eph.7
Ecc.19
Prouer.28
Prouer.24

Triplex in domo communitas

Triplex in domo regimen

Gen.2

1. Timo. 2

2. Reg. 2
2. Reg. 20
1. Reg. 25
Iudic. 4
Iudic. 13

Iudith. 3

1. Timo. 2
1. Cor. 14
1. Pet. 3
Gen. 18

Articulus. III. Quod princeps & quicumque maritus habere se debet ad coniugem suam. D perfectio domus triplex communitas requiritur & concurrir, ut Aristoteles & cæteri dicunt: Prima est cõmunitas uiri & coniugis, secunda dñi & serui, tertia parentis & prolis. Denique secundum hanc triplicem cõmunitatem triplex regimen esse debet in domo. Primum est regimen nuptiale seu coniugale, quo uir præest uxori, & quo eam regere debet: secundum est regimen dominatum, quo paterfamilias præest seruo, & uxor ancillæ: tertium est regimen paternale quo pater præest proli eamque gubernat. Igitur uir non se debet habere ad coniugem suam sicut ad seruam, nec taliter eam regere neque tractare tanquam ancillam, sed tractare eam honeste ut conthoralem ac sociam. Hinc nanque in exordio mundi deus fecit Euam non de capite neque de pede, sed de costa seu latere uiri, ut uir non habeat eam tanquam dominam, nec quasi ancillam, sed ut sociam & iuxta se ponendam. Nihilominus uir in regimine domus est principalis, & maiorum negotiorum dispositio spectat ad eum. Pertinet quoque ad eum aliquo modo præesse mulieri & regere eam, quia naturaliter atque cõmuniter uiri sunt perfectiores in naturalibus tam in corpore quam in anima quam feminae: suntque fortiores in ratione ac animi stabilitate quam mulieres cõmuniter: quamuis interdum contingat oppositum. Vnde si uir uiderit coniugem suam esse sapientem ac uirtuosam & stabilem, debet ei deferre & plura committere, eiusque consilijs uti: sed talis eminentia perfectionis naturalis raro in mulieribus inuenitur: aliquando tamen inuenta est & inuenitur, quemadmodum patet in libro Regum de muliere quam Ioab misit ad Dauid pro Absolone: itemque de muliere sapiente que de ciuitate Abala clamauit ad Ioab, & insuper de Abigail uxore Nabal Carmeli. Præterea in libro Iudicum legitur Delbora mulier sancta toti populo Israël præfuisse: sed illa habuit perfectionem ac præfidentiam illam magis ex supernaturalibus donis gratiæ, quam ex dono nature. Similiter in eodem libro patet, quod mater Samsonis sapientior fuit suo marito: Vnde & angelus ei primo apparuit, & ipsa uirum suum instruxit. Quanta etiam fuerit sapientia Iudith præclarissimæ mulieris, patet in libro eius. Verumptamen propter ista quæ raro contingunt, lex communis non uariatur: iuxta cõmune legem communem uirorum est regere suas uxores, instruendo eas in cognitione ueritatis, & dirigendo in moribus & in agendis, & hoc etiam Christianæ sapientiæ consonat. Vnde Paulus Apostolus ait: Mulierem non permitto dominari in uirum, sed subiectam esse, & iterum ait: Si mulieres aliquid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. Princeps quoque apostolorum beatus Petrus ait in prima sua epistola: Mulieres subditæ sint uiris suis, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum uocans.

Iterum

Iterum docet in eadem epistola sanctus Petrus, ut uiri habeant se ad coniuges suas pie, discretè ac reuerenter, imperitendo eis honorem. Hinc sicut habetur in libro Hester, Assuerus rex de consilio sapientium suorum, qui leges & iura maiorum sciebant, scripsit ac diuulgauit per uniuersum suum imperium, ut mulieres maritis suis deferrent honorem, & ut mariti sint principes ac maiores in domibus suis. Itaque quantum princeps debet præ cæteris in sapientia, honestate & ex parte paritè præfulgere, tanto plus oportet & concedere, ut iuxta formam præscriptam se habeat ad coniugem suam, quatenus eius ministrari ac subditi in hoc ipsum sequantur.

1. Pet. 3
Hester. 1

Articulus III. De moribus mulierum, & quomodo princeps quilibetque maritus uxorem suam in uirtutibus & morum reformatione dirigere debet.

Mores naturales mulierum quædam laudabiles, quædam uero uituperabiles perhibentur. Primo quippe laudabile est, quod mulieres cõmuniter uerecundæ existunt cuius ratio est, quia naturaliter sunt timidæ, ideo ualde metuunt diffamationem & inhonorationem: & iteque ideo, quia multum appetunt laudem bonamque famam: Qui enim imperfecte habet aliquam perfectionem, cõmuniter plus appetunt apparere & laudari de eo quod habent quam illi qui perfectionem talè perfectius habent. Vnde uidemus quod imperfecte docti ac uirtuosi, magis uolunt docti & uirtuosi putari quam illi, qui sunt excellenter docti & uirtuosi, qui in seipsis habent unde synceriter queant gaudere. Imperfecti autem quod in se non habent in ueritate, uolunt in aliorum æstimatione habere. Quia ergo mulieres sunt cõmuniter uiris imperfectiores in ratione cæterisque donis nature, ideo de bonis que in se habent ualde cupiunt cõmendari: propter quod uerecundæ sunt, quoniam uerecundia est timor ingloriationis seu timor de turpi, ut Ioannes Damascenus testatur. Per hanc autem uerecundiam mulieres a multis malis retrahunt. Secundo in mulierum moribus est laudabile, quod cõmuniter sunt misericordes, compassiuæ ac piæ, & pronæ ad fletum ex compassione: habent enim cor molle ac tenere, propterea non possunt dura & aspera sustinere. Vnde cum cernunt alios duros aliquid pati, mox miserentur. Tertio cõpetit mulieribus, quod in his ad que inclinatur, excessiue inclinatur: quod in bonis bonum aliquando esse potest, sed in malis est ualde malum. Cum enim sunt misericordes, sunt ualde misericordes, imò potius remissæ & laxæ. Cum autem sunt immisericordes, sunt nimis immisericordes. Cuius ista est ratio, quia in ratione sunt debiles, ideo se per rationis iudicium non refrenant, sed affectionem immoderanter sequuntur. Vnde cum notè fuerint sumperintque audaciam, talia agunt ut uix uiri talia audeant perpetrare. Ideo in Ecclesiastico scriptum est: Non est ira super iram mulieris. Vnde cõmuniter quando malæ sunt, sunt multum malæ: & quando bonæ sunt, sunt multum bonæ. Porro inter uituperabiles mulierum mores hoc primum censetur, quod cõmuniter sunt passionum imitatrices & inperatae, eo quod debiles sunt in rationis iudicio ab illicitis retrahentes: secundo, ex eadem causa sunt defectuosus, qui autem uult alium reformare, debet perpendere in quibus alius sit magis defectuosus, & in his debet primo ac maxime illum uelle emendare & laborare ad reformationem ipsius. Vir ergo & maxime princeps primo curet & studeat coniugem suam hortari, ut passiones suas refrenet, moderatiamque obseruet in cibo & potu copula quoque carnali, & a uerbis ac signis caueat impudicis. Item hortetur eam ad taciturnitatem, moderantiam ac stabilitatem, & ad cõuersationem pacificam & quietam, quia per hoc mulier fit uiro suo magis dilecta fideque digna ac honoranda. Talem uero præcipue concedere esse principis coniugem, que ceteris feminis debet esse exemplar honestatis, stabilitatis, temperantique cõcordiæ atque silentij. Ad prædictas autem uirtutes principes & alij uiri coniuges suas inducere possunt per seipos & per matronas uirtuosas, imò & per uiros religiosos, præsertim per pastores & confessores uxorum suarum, quia & in hoc diligentiam debitam debet habere, ut coniuges sue habeant confessores, pastores & instructores idoneos ac deuotos. Denique si princeps aut alius quicumque maritus uiderit coniugem suam esse proteruam & fatuam, debet eam a superioribus uerbis instruere: Si uero uiderit eam esse tractabilem et prudentem, debet eam uerbis pijs ac blandis dirigere. Præterea quia nimia familiaritas parit contemptum, si uir attendit coniugem suam esse elatam, non debet ei signa amicitie & familiaritatis multum ostendere, sed mature & auctoritative se ad eam habere, donec uiderit eam humiliatam. Postremo princeps instruere & hortari debent coniuges suas, ut ipsæ suas filias, pedes se quas & ancillas ad præmemoratas inducant uirtutes, & mature ac uirtuose habeant se ad eas, nec sint leues, sed operosæ, seque occupent fructuose.

In mulieribus laudabilia. Primo

Secunda

Tertio.

Ecc. 27

In mulieribus uituperanda quæ

Col. 4

Amor triplex

TRiplex est amor, uidelicet carnalis, naturalis ac spiritalis. Amor autem solus carnalis, est uitiosus: sed amor naturalis non est uitiosus, nec etiam meritorius apud deum: Amor uero spiritalis est uirtuosus & meritorius uitæ æternæ. Princeps ergo et omnis maritus primo ac principaliter diligere debet coniugem suam spiritali amore, desiderando ei bona gratiæ ac uirtutū, beatitudinēq; æternā, & cooperando ei ad obtinenda & possidenda hæc spiritalia bona. Tali nempe amore omnis Christianus diligere tenetur quemlibet hominem in hoc mundo. Vnde quantum uir & uxor sunt magis unum & maiorem pariter habent communionem in omnibus, tanto plus amare se debent spiritali dilectione. Debent ergo congruo tempore & frequenter etiam dum simul in lecto quiescunt, conferre de rebus diuinis, de salute animarum suarū, & de his quæ ad diuinum pertinent cultum, atq; hortari se inuicem ad opera uirtuosa, pro se inuicem quoq; quotidie exorare, & hoc potissime spectat ad uirum. Hinc ait apostolus: Uiri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam. Rursusq; ait: Uiri diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad eas. Quantum autem ex bona & sancta conuersatione uxoris principis maior fructus atq; utilitas domesticorum & boni communis consequitur, tanto plus princeps coniugem suam spiritaliter debet diligere. Secundo, maritus uxore suam diligere debet naturali amore, non solum ut quemlibet proximum, quia naturale est ut omne animal diligat simile sibi, sed etiam ut aliquid sui ipsius, quoniam secundum euangelicam apostolicamq; doctrinam, uir & uxor sunt duo in carne una. Ideo sanctus Paulus affirmat, Uiri diligere debent uxores suas ut corpora sua. Hic autem naturalis amor uiri & coniugis subijci debet spiritali amori & perfici per eundem, ne fiat carnalis omnino. Præterea uir & mulier non debent se inuicem amare amore solum carnali. Aliqui tamen dicunt, quod mutuos amor uiri & coniugis sit effectus possit carnalis: sed hoc sane & pie intelligendum est, uidelicet quod amor ille potest quodammodo, non tamen totaliter esse carnalis: Amor quippe uocatur carnalis, quo quis diligit alium propter delectationem carnalem seu priuatum & propriam utilitatem quam habet in eo uel de eo. Quoniam ergo uir & uxor possunt absq; omni peccato conuenire et debitum carnis exigere ac soluere, ut statim dicitur, patet quod possunt delectationem carnalis copulæ sine peccato simul habere, & ita propter illam mutuo se amare, in quantum delectatio illa est quid naturale & ordinatum à deo, præferunt in quantum delectatio illa consequitur copulam coniugalem carnalem, prout copula illa est opus uirtutis, quæ admodum mox ostendam. Et quantum ad hoc dicuntur se amare carnaliter absq; peccato, dummodo carnalis delectatio propter se ipsam illis non placeat, sed ordinent & referant eam ad diuinum spiritaleq; bonum. Sic etiam delectari licet in cibo & potu, in quantum delectatio illa est naturalis & moderata, atq; ad spiritalem finem relata. Itaq; aduertendum, quod secundum beatum Thomam, Albertum Magnum, Aegidium cæterosq; doctores catholicos su per quartum Sententiarum, actus matrimonij, scilicet copula carnalis coniugalis potest esse actus trium uirtutum: Primo enim potest esse actus iustitiæ, quoniam uir & uxor tenentur sibi inuicem soluere debitum carnis, sicut ait apostolus. Vir uxori debitum reddat, sicut mulier uxori uiro. Et iterum ait, quod uir potestatem corporis sui non habet, sed mulier: Mulier uero potestatem corporis sui non habet, sed uir. Secundo copula illa potest esse actus uirtutis quæ dicitur latria, per quam deo cultum impendimus. Sic quando uir & uxor conueniunt propter prolem habendam ad dei obsequium educandam, in qua honor cultusq; dei augeantur, tunc copula illa actus latriæ nominatur. Tertio est actus charitatis uidelicet spiritalis amoris actum huiusmodi imperantis, ut fiat congruo loco & tempore, ac debito modo & recta intentione. Itaq; quidam doctores affirmant, quod uir & uxor possunt se cognoscere licite tribus modis, uidelicet ad soluendum debitum, ad habendum prole diuino obsequio deputandam, & propter incontinentiam deuitandam in conthorali, quoniam matrimonium non solum est in officium, sed etiam in remedium contra fornicationem. Igitur in quantum copula illa est actus prædictarum trium uirtutum, non solum est absq; peccato, sed etiam est opus uirtuosum ac meritorium, dum uir seu uxor existat in charitate & gratia. Porro si uir & uxor se inuicem accedat atq; cognoscant non ex uirtute aliqua iam præfata, sed ex concupiscentia & propter delectationem, tunc uel est concupiscentia prædominans, hoc est tanta, quod etiam se accedent quauis non essent matrimonialiter iuncti, tuncq; erit peccatum mortale. Vnde sanctus Hieronymus dicit, quod maritus si fuerit amator feruetior, est adulter, uidelicet æquiuocet: quoniam uxor se suam accedit non

Ephes.
Col. 3

Gen. 2
Mar. 10
1. Cor. 6
Ephes.
Col. 3

1. Cor. 7
ibidem

non maritali sed ad alterum affectu. Si uero concupiscentia illa non fuerit prædominans, sed rationi subiecta, ita quod non accedent se nisi essent coniugio sociati, tunc est copula illa ueniale peccatum. Insuper debet sollemnibus & sacris temporibus, & quando imprægnata est uxor decet à copula carnali cessare, ut dicit sanctus Ambrosius. Postremo uir & uxor potissime princeps & dñs eius, debet se inuicem temperate & laudabiliter uti, non excessiue: quia excessiua & frequens copula carnalis est destructio anime & corporis, obreneratio rationis effeminatio mentis. Ideo dicit apostolus: Honorabile connubium & thorus immaculatus. Quantum uero uitanda sit principis inreperantia uenerosq; & præcipue adulterium, dictum est plenius in prima parte huius tractatus.

Heb. 13

Articulus VI. Quando & quomodo princeps debeat uti consilio coniugis suæ, & quando uel quomodo debet secreta sua coniugi reuelare aut occultare.

Consilium mulierum, ut Aristoteles ait, communiter est inualidum, eo quod mulieres sint debiles in usu rationis & mente instabiles. Hinc etiam consilium earum esse melius quando est uelox & citum, & quodammodo improuifum: Dum enim discurrere & immorari inquisitioni incipiunt, imaginationibus inuoluntur atq; erroribus implicantur. Porro omnia minora ac debiliora ad suum celerius perueniunt completionem, ut in libro de animalibus Aristoteles scribit. Quoniam ergo consilium mulierum est debilius consilio uirorum, citius uenit ad suam completionem, atq; celerius est. Ob id ait Aegidius, Quod si quis cito & quasi improuifè aliquid operari deberet ita quod sufficientem deliberationem habere non posset, eligibilis esset consilium mulieris quam uiri. Præterea princeps secreta sua non debet cito neq; faciliter suæ coniugi reuelare, nisi per longum tempus & certa iudicia consideratione; prouidã sit expertus, quod uxor sua sit discreta, prudens & stabilis, ac debite celas. Communiter namque mulieres male celant secreta. Primo, quia (ut dictum est) sunt debiles in usu rationis: Vnde dum eis aliquid prohibet, magis inclinatur ad illud agendum quam si non esset prohibitum. Cui ergo sint debilis rationis, inclinatione & affectione suam non facilliter uincere sciunt nec solent. Secunda ratio huius est, quoniam habet cor molle & ductile: nec ita eodem aliqua persona eis applaudit atq; arridet, statim credunt eam esse amicam, & sua secreta reuelant. Tertia causa est, quia ut paulo ante in quarto articulo patuit, mulieres communiter ualde appetunt laudem: unde mulieribus alijs quas putant amicas, reuelant secreta uirosq; suos, quia apparet eis quod hoc pertineat ad laudem ipsarū, quod sciunt uirosq; suos secreta, cum signum dilectionis sit alteri pãdere sua occulta. Quauis autem communiter tales sint foeminae proprietates, non tamen negandum est, quin aliqua ex specialibus donis naturæ uel gratiæ sint operositate, proprietatū & bene celantes celas: foeminae namque etiam si sint modo præfata naturaliter de se uosæ, possunt tamen per conatum suum & per opem gratiæ dei suas uincere inclinationes, & fieri uirtuosæ ac stabiles. Idcirco, ut dictum est, uir diligenter & diu debet præcedere mores coniugis suæ antequam secreta sua ei in sinuet. Denique quoniam amor carnalis maxime ratione excæcat, & ut asserit Augustinus, illa foemina blandimenta corporisq; contactus uirilem cor potissime effeminat & eneruât, ideo princeps diligenter debet cauere, ne nimis carnaliter ad suam afficiat uxorem, & ne uerbis, precibus & persuasionibus eius incaute assentiat, credat aut acquiescat, præsertim si illa uelit aliquem accusare, uixque suum principem contra illum uel alios infamare. Mulieres enim aliquæ multipliciter mirabiliterq; teñantur & suspiciose ac passionatæ cõsistunt. Ideo princeps uerba & persuasiones coniugis suæ debet prudenter discutere, inuestigare, & absq; sano consilio non credere ei nec agere quicquam. Vnde & magni principes leguntur incurrisse summa pericula & peccata ex hoc, quod foeminas suas nimis carnaliter dilexerunt, & ob id uerbis earum incaute acquieuerunt, ut patet de Iustiniano imperatore, quæ uxor sua concitauit contra principem militiæ suæ, ex qua discordia imperator ille uenit ad magna incommoda. Herodes quoque rex sicut in euangelio legitur, metuebat Ioannem baptistam, scies eum esse uirum iustum ac sanctum, & libenter eum audiuit, auditoque eo multa fecit, nihilominus quia carnaliter amauit uxorem, ad eius suggestionem in carcerauit & decollauit Ioannem. Occaso demum infectionis Alexandri regis fuit, quia accusationi qua mater sua accusauit unum de principibus regis (scilicet Antipatrum, quem Alexander in Macedonia constituerat procuratorem) credens, in iram motus est contra principem illum, iussitque eum uenire ad se qui in dignatus, fecit uenenum & per filios suos Cassandrum & Iollam procurauit interficere Alexandrum: Iollas enim fuit pincerna Alexandri, interfecitque eum.

Subita mulierum
cõsilia oprina

Mulieres secrete
in male celant

Mulieres passi
onibus subiacent

Mar. 6

Articulus VII. Quò princeps coniugi suæ de concedenti ornatu debeat providere.

AD principem pertinet coniugem suam ad omnem honestatem concedentiamq; inducere: siccirco cum sceminae se pe excedant, vultum suum per fictos ornatus pulchrificando & pulchre colorando, itemq; caput & torum corpus per vestimenta superflua seu nimis pretiosa aut immoderanter ornata decorando, ut pulchrae appareant, prohibendæ sunt à suis maritis à superfluitatibus, vanitatibus atque fictitijs istis ornantibus, contentiq; esse debent indumentis ac alijs ornamentis suo statui dignitati & nobilitati congruentibus, omni uanitate & superfluitate abiectionis: nec uanam gloriam in suis debent querere ornamentis, sed decenter se exornare, ut maritis suis in bono complaceant, quatenus eos à uitioso aliarum mulierum appetitu usq; retrahant.

Articulus VIII. Quòd principes omnino solliciti esse debent circa instructionem filiorum & filiarum suarum.

Multipliciter declaratum est in prima parte huius tractatus, quòd quòtò maior est potestas, dominatio, dignitas atq; nobilitas principis, tantò plus decet, expedit & necesse est eum præ cæteris maiori prudentia ac uirtute fulgere, situste & digne ac fructuose debet præesse. Cum igitur principi constat unum ex pueris suis sibi in principatu deo præstante succedendum, debet omnem diligentiam adhibere, ut ille potissime scientijs bonisq; moribus atq; uirtutibus instruat à pueritia, imò & ab infantia sua instrui incipiat quem æstimat principatum seu regnaturum. Et quoniam de uita illius incertus est, similem curam de aliorum instructione filioꝝ debet habere, quorum unum ex morte alterius contingeret principi præsertim quia & si primogenitus in principatu successerit uiuensq; manserit, alij tamen solent ad aliquem principatum pertinere, & aliorum principum filialibus matrimonialiter sociari: pertinetq; ad eos, fratres suū patri in principatu succedentem consilio & factis iuuare & confortare. Itaq; quòtò maior utilitas prouenit toti communitati ex sapientia & uirtutibus principis, tào plus debet princeps circa filiorum suorum informationem sollicitari, imò sicut iam patuit, ex perfectione principis dependet & oritur quo dammodo uirtus & perfectio coniugis suæ & domesticorum suorum cæterozq; omnium subditoroz suoz. Insuper ut posterij principis diu feliciter principentur, debet princeps de filiorum suorum instructione sollicitari, ut & illi suo tempore similiter solliciti sint de informatione puerorum suorum. Ad hæc princeps tenetur de lege naturali & humana atq; diuina, tantoq; amplius quo plus abundat diuinijs, & quo facilius potest habere magistros idoneos, item quo plus obligatur diligere bonum commune totius territorij sui. Hinc Aristoteles ait, qd parentes tenentur filijs suis tria, uidelicet educationem, correctionem & informationem. Deniq; sicut manus est instrumentum practici intellectus, sic lingua est instrumentum intellectus speculatiui: Quemadmodum ergo habet artem mechanicam necessaria est manus ut arte sua utatur, ita habenti prudentia necessaria est bona loquela, præsertim his quorum est alios de agendis instruere, subditorumq; animos confortare, & coram multitudine loqui, sicut est princeps: Ideo sicut curandum est principi ut filij sui informentur scientia atq; prudentia, ita curandum est ei, ut decenter & prompte, urbane ac dulciter loqui discant: hoc enim ualde perornat omnem in potestate locatum, & aliorum directorem ac ducem ipsaq; eloquentia, affabilitas & urbanitas in loquendo facit hominem maxime principem alijs honorabilem atq; amabilem, & ad multa officia, dignitates ac negotia aptum: ideo scriptura sacra testatur, & Salomò in Prouerbijis ait: Dulcis eloquio maiora possidebit. Et rursus: Fauus mellis, uerba cõposita. Itèq; Responso molli, frãgit irãsermo durus, suscitatur furorẽ. In Ecclesiastico quoq; habet: Verbu dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono hoie abũdabit. Rursus in eodẽ scriptu est libro: Sapiẽs seipsum in uerbis amabile facit. Itèq; Tibia & psalteriu suauẽ faciunt melodiu, & sup utraq; lingua suauis. Nonne ardorẽ refrigerabit ros: sic & uerbu melius q; datu. Postremo si princeps aduerterit aliquẽ filioꝝ suoz eẽ naturaliter defectuosum in usu linguæ, diligentissime mox ab infantilibus annis instruat et instrui faciat illu, ut assuecat tractam distincteq; loq; potissime illa uerba ad quoz plationẽ impeditior fuerit: ad qd in ducẽdus est puer terroribus atq; uerbibus per discretas et eloquentes sponas, maxime per suum magistrum. Similiter instruendz sunt principum filia, & à puerilitatibus ac uanitatibus, à loquacitatibus, instabilitatibus atque discursibus prohibendæ, ne sint leues & dissolutæ, procaces, audaces, inuerecundæ aut garrulæ, sed stabiles & maturæ, prudentes, uerecundæ & timoratæ, omni que morum splendore uenustate & gloria decoratæ.

Itaq;

Itaq; quanto anima est præstantior corpore, tanto plus curet princeps, ut filij sui ac filia: ipsi ritibus diuitijs locupletentur in anima, scilicet sapientia, scientia, uirtutibus bonisq; moribus, q; ut foris ditentur corporalibus ac terrenis diuitijs.

Articulus IX. Qualis esse debeat instructor filiorum principis, & quibus scientijs potissime instruendi sint filij principum ac filia.

Quoniam principu filij non solũ scientijs, sed & uirtutibus omniq; morz honestate sunt informandi, parentes eorum providere debent, ut filij sui habeant magistros non solum ingeniosos atq; egregie eruditos, sed etiam morigeratos, expertos, uirtuosos & exemplares, qui non solum uerbis nudis ac aridis, sed etiam exemplaribus actibus uirtuosisq; moribus filios principum instruant, & ad uirtutes ac præclaros mores inducant, cohibendo eos à uerbis uanis, præsumptuos & inhonestis, à ludis & iocis superfluis, à superfluitate cibi & potus ac somni, & indecenti motu membro rum, ab incaustodia sensuum, à prauis consortijs: Et præsertim cohibendi sunt pueri principum in iuuenilibus annis ab omni incontinentia quæ non solum ingentia deprimit, mores bonos corrumpit, studendi fastidium parit, & ad innumerabiles culpas perducit, sed insuper ualde debilitat corpora pueroz & consumit uires eorum, itaq; nunq; efficiuntur uiri agiles & robusti. Præterea magistri puerorum nobilium inducere & assuescere eos debet ad agendum quotidie aliqua exercitia deuotionis, ad orationes quotidianas, & ut beatissimam uirginem Mariam habeant in singulari honore ac cordiali amore, eiusq; horas legat quotidie. Itẽ ut diligant pauperes, & aliquid præstent eis, atq; libenter diuino intersint officio. Iam dicendum est quibus scientijs potissime sint instruendi principum filij: & certu est qd primo discere debent grammaticã, quousq; congrui fiant, & Latinos intelligere possint sermones, epistolasq; Latinas dictare, & ab alijs dictatas sibiq; missas intelligere ualeant, ne sua secreta cogantur alijs proptulare. Deniq; ad principem pertinet inducere ea quæ sunt legis diuinæ, hoc est sacram scripturam: ideo filij principum intãtum sunt in grammatica imbuedi, ut epistolas & euangelia, cætera quoq; quæ in ecclesia leguntur intelligant: quod utiq; tempore suo ualde delectabile & salubre eis consistet, si deo placere curauerint. Præterea ad principem spectat historias principum antiquorum cognoscere, quas in sacra scriptura & alijs diuersis codicibus legere poterit, si in Latino eloquio fuerit eruditus, aliter eas tam perfecte non ualebit cognoscere. Quemadmodu autẽ grammatica docet congrue loq; sic dialectica docet inter uerz & falsum discernere, subtiliter arguere, argumeta nõ concludentia soluere, qualitates propositionu agnoscere. Hæc ergo scientia tanto utilior, imò & tantò plus necessaria est filijs principu, quòd ad eos in successu temporis amplius pertinebit alioꝝ causas atq; negotia iudicare, ueritatẽ subtiliter considerare, difficiles dubitationes & quæstiones determinare & soluere, fictas persuasiones & apparentia non concludentia argumenta euacuare ac refutare. Insuper decet filios principu aliquid de rhetorica scire: Rhetorica namq; docet ornate dictare & loqui: docet quoq; quendam grossum ac figurale modu argumetandi in moralibus & agendis. Cum ergo filioꝝ principu erit inter populũ cõuersari, qui pro maiori parte indoctus & grossus est, nec subtiles argumentationes capere ualeat, ideo decet eos scire rhetoricã. Præterea antiqui philosophi posuerunt septẽ artes liberales, quaz tres iam expressæ sunt, scilicet grammatica, dialectica, rhetorica: Aliæ quatuor sunt musica, arithmetica, geometria & astronomia. Hæc autẽ scientiæ ideo dicebantur liberales, quoniã filij liberoz atq; nobiliũ eis instrui consueuerunt, nec solũ filij, sed etiã filia: talium, sicut & beatissima Catharina Costi regis filia liberalibus fuit artibus erudita. At uero præter has septẽ scientias sunt adhuc tres partes & species philosophiæ, uidelicet physica, ethica & metaphysica, de quibus non est hoc loco tractandũ. Sed quoniam principu est primo regere seipso, quod docet ethica, seu moralis scientia: secundo propriã domũ, quod docet economica: tertio urbes & cõmunitatẽ, quod docet politica, ideo decet filios principu aliquid de istis scientijs discere, & leges audire, imò ante hæc omnia debet de articulis fidei Christianæ doceri, in euangelicã legis sapientia erudiri, atq; in uirtuosa uita fundari: Pertinet namq; ad eos præ cæteris sibi subiectis uirtutibus respicere, & fidẽ catholicã cũ opus fuerit, etiam materiali ense defendere. Diligentissimi ergo sint principes, præficiendo filijs suis magistris idoneos: & filij principu diligenter proficiat, pefantes quãta eis & toti cõmunitati inde oriet utilitas. Est nepe grãdis laus, honor & gloria principibus atq; nobilibus, qd docti existit, & per hoc uerba eoz magis attẽdunt ac obseruant, ipsi etiã ex hoc famosi & honorabiles sũt.

Articulus X. De moribus iuuenum.

Prouer. 16
Ibidem.
Prouer. 17
Ecclesi. 6
Ecclesi. 10
Ecclesi. 40
Ecclesi. 18

Quibus artib; imbuedi principum filij.

Artes liberales cur dicantur.

Sex sunt in iu- uenibus uitu- perabilia. Primum.

Ecclesi 18

1. Cor. 6

Ecclesi 13

Prouer 30

Ecclesi 5

III.

Prouer 14

Ecclesi 19

1. Iohan. 4

V.

Ecclesi 27

Sex sunt lau- dabilia in iuue- nibus. I. Prouer. 13

VT innotescat qualiter instruendi sint principum filij in moribus atq; uirtutibus, describendi sunt iuuenū mores: & ut Aristoteles docet, quidā iuuenū mores sunt uituperabiles, & quidā laudabiles. Primo enim in eis uituperabile est, q̄ cōmuniter sequuntur suas passiones, & præcipue concupiscentias carnis, quoniam minus uigent ratione atq; prudentia q̄ seniores, suntq; inexpti, & naturalis calor abundat in eis. Primo ergo ad continentia sunt in ducendi & instruendi, ut discant sequi in actibus suis potius iudiciū rectæ rationis, q̄ impetū passionis. Quemadmodū in Ecclesiastico scriptum est: Fili post concupiscentias tuas non eas, & à uoluptate tua auertere. Si præstiteris animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Castitas quippe in iuuenibus ual de laudabilis est, facitq; eos amabiles deo & hominibus. A multis quoq; scurrilitatibus, in pudētis, loquacitatibus inordinatisq; sumptibus eos præseruat, mentē ad sapientia aptat, & corpus confortat. Dicit enim Apostolus: Qui fornicatur, in corpus suū peccat. Bonis ergo & castis iuuenibus fugienda sunt lubricosq; consortia iuuenum, quia ut in Ecclesiastico scriptū est, Qui tetigerit picē, inquinatur ab ea: & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. Secundo in iuuenibus uituperabile est, q̄ communiter sunt de facili uertibiles & inconstātes: Anima nanq; frequenter sequitur corporis dispositionē: ideo sicut in corporibus iuuenum humores in magno motu & abundantia sunt, ita & in animabus eorū est magna affectionū mutatio & instabilitas animi. Quod etiā ideo accidit, quia sunt imperfecti in ratione ac sapientia, & inexpti, & passionibus suis cito uincuntur. Hinc in libro Prouerborum Salomon loquitur: Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Via aquilæ in celo, uia colubri super petra, uia nauis in medio mari, & uia uiri in adolescentia sua. Docendi ergo & inducendi sunt principū filij ad mentis constantiam, quatenus in uerbis & factis suis sint prouidi & maturi, non leues, impetuosi, neq; præcipites, quæ admodū ait scriptura: Non te uertiles in omnē uentū. Esto firmus in uia dei, & in ueritate sensus tui, & profere quater te uerbum uerax. Tertio in iuuenibus uituperabile existit, q̄ nimis facilliter credunt. Cum enim sint inexpti nec sint malitiosi, putant alios tales esse quales sunt ipsi: Vnde non suspiciant eos esse fallaces, sed eis celeriter credunt, si hominū mores, conditiones & fraudes per experientia scirent. Ideo Salomon protestatur: Innocēs credit omni uerbo: astutus considerat gressus suos. Talis autem festinata credulitas est periculosa, & insipientia signum, sicut ait scriptura: Qui cito credit, leuis corde est: uir autē in multis expertus, cogitabit multa. Informandi ergo sunt principū filij, ut nec omnibus credant nec omnia sed diligenter perpendant aut inquirant, an quæ eis dicuntur, credenda sunt, & quales sint qui eis loquuntur, considerent seu scrutentur. Hinc nanque IOHANNES apostolus ait: Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus an ex deo sint. Quarto uituperabile in iuuenibus est, q̄ sæpe sunt contumeliosi, & alij iniuriam irrogant, cupiunt enim excellentes uideri: unde ex hoc q̄ alij contumelia inferunt, apparet eis q̄ excellentiores alij æstimetur & sint. Instruendi sunt ergo principū filij ut sint discreti, pij ac iusti: quia ad principem pertinet non solū iniuria alteri non inferre, sed iniurias punire, & ut iniuriatis satisfiat, disponere. Quinto in iuuenibus uituperabile est, quia cōmuniter solent cito mentiri, & mendacia sua defendere ac pertinaciter affirmare: Cum enim sint inexpti, & excellentia laudisq; cupidi, uolunt uideri omnia scire, & plus respondent q̄ sciunt: & ne in mendacio deprehendantur atq; signari appareant, pertinaciter etiā falsa defendunt, atq; nonnunq; iuramento confirmant. Hinc imbuendi sunt principū filij, ut studeant esse ueraces: Cum enim ad principem spectet alij uera iudicia facere, omnē falsitatem debet potissime abhorre. Hinc Sapiens ait: Tres species odiuit anima mea, Pauperē superbū, senē fatuū, & diuitē mendacem. Sexto in iuuenibus uituperabile est, quod in affectionibus & actionibus suis modum non seruant nec habent, sed quæ optant aut agunt, optāt nimis, immoderateq; faciūt: quod contingit ex rationis defectu & iuuentutis feruore ac calore natura. Instruendi sunt ergo, q̄ in medio uirtus consistit, & ut uincant seipsos, atq; in affectionibus ac operibus suis sint moderati, præsertim cum principes debeant esse regula & mensura subditorū suorum. Præterea sicut iam assignati sunt sex mores uituperabiles iuuenū, ita ponuntur ab Aristotele sex mores laudabiles eorundem: Primus est, q̄ iuuenes communiter liberales existūt, quia indigentia & inopia aut non aut paræ experti sunt, & bona quæ habent non suo acquirunt labore, nec ea paulatim adepti sunt: ideo largiter eis utuntur, & frequenter nimis cito ea consumunt, quemadmodū in libro Prouerborum Salomon loquitur: Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur, manu multiplicabitur. Hinc uidemus quod d

diuitia cum labore acquirunt, diligentius conseruantur: In talibus enim delectatur homo quasi in proprijs suis operibus, ideo carius possidet eas. Sed instruendi sunt principū filij, ne naturalis eorū liberalitas in prodigalitate uertat, & ne bōa sua inuuliter expēdat, ne postea egeat. Secundo in iuuenibus cōmendat, q̄ sunt bonæ spei & naturaliter animosi: Quia enim pauca experti sunt, raro sustinerūt repulsam, & præualere confidūt seu obtrine optata. Quod itē cōtingit, quia in eis abūdat sanguis calorq; cordis. Vnde corde & mēbris inflāmis, efficiunt bonæ spei & animosi. Sed animositas talis ratione est moderāda, ne sit impetuositas atq; improuida, & ne naturalis illa fiducia fiat præsumptio. Ex dictis duobus moribus sequitur tertius mos, q̄ sunt magnanimi, cū sint liberales & bonæ spei, laudis q̄q; & excellētia cupidi. Hinc conant facere opera magno digna honore: sed instruendi sunt, ut ordinate procedāt, uiresq; suas & facultates considerēt, nec aggrediant quæ cōplere non poterūt, impleantq; quod Tobias docet filiū suū dicēs: Consiliū semper à sapiente perquire. Quarto in iuuenibus cōmendat, q̄ non sunt maligni moribus. Quia enim aliquos facta & fraudes ac proprietates experti nō sunt, nō facilliter suspiciant maligna de eis, sed putāt q̄ tales sint quales sunt ipsi: Non em iudicāt de alijs secundū ea quæ in illis uiderūt, sed secundū ea quæ in seipsis conspiciūt. Veruntū instruendi sunt principū filij, ne in hoc fallant, sed sciant diuersas esse animarū proprietates, sicut diuersæ sunt facies figuræ. Quinto iuuenes sunt prouidi ac passione, quod ex præacta causa contingit: Quia enim non facilliter sentiunt male de alijs, putant eos pati absq; demerito uel magis q̄ meruerunt: ideo condolēt eis. Quod etiam ex tenetudine cordis eorū mollitiē natura potest accidere. Sexto sunt naturaliter uerecūdi. Verecundia nanq; est timor in gloriationis seu turpis rei. Vnde cum sint excellentes latē dispauidi, ualde formidant confundi & uituperari. Itaq; principes curēt filijs suis tales deputare magistrōs, qui in præfatis moribus queant eos reuocare & digne instruere.

S Alomon ait, Adolescentia & uoluptas uana sunt. Et itē, Prouerbiū est, Adolescentes iuxta uia suā, etiā cū uenerit, nō recedat ab ea. Ex q̄bus uerbis ostendit, q̄ nisi pueri in adolescentia sua corripiant, refrenent & corrigant, efficiunt deinceps multū indomiti & effrenes, efficiūtq; homines uitiosi. Itaq; quantū filij principū cū ad perfectā ætate deueniūt, habēt plures occasiōes & fortiora incitāmēta peccādi ex abundantia suæ excellentiæ, opulentiæ, honorationis atq; similitū bonorū fortunæ, tātō plus necessaria eis est diligēs edomatio tēpore pueritij, quæ etiā tātō diligentius exhibēda est eis, quo prouidentia & uirtutes magis concedēt eos, & quo ex eorū bonitate plus depēdet bonū cōmune. Deniq; q̄ necessaria sit omnibus pueris domatio ista, copiose docet diuina scriptura, Salomon etem ait in lib. Prouer. Qui parcat uirgē, odit filiū suū: q̄ autē diligit illū, instāter erudit, & itē dicit Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga discipline fugabit eā. Filius sapiēs iustificat patre suū, filius stultus mœstitia est matris suæ. Rursumq; præcipit: Noli subtrahere à puero disciplinā. Tu uirga percutis eū, & animā eius de inferno liberās. Insuper in Ecclesiastico scriptū est. Ne iocūderis in filijs impijs si multiplicent. Melius est unus filius timēs deū, q̄ mille filij nequā: & utilius est mori absq; filiis, q̄ relinquere filios nequā. Et denuo: Qui diligit filiū suū, quasi duar illi flagella, ut lætet in nouissimo suo. Qui docet filiū suū laudabit, & iustificabit in illo, & in obitu suo nō cōtristabit de illo. Nō des filio potestātē in iuuentute sua, sed curua ceruicē illius, & tō de latera eius dū infans est. Præterea dū princeps cōmiserit filio suo principatū, uel dū se moriturus putauerit, debet eū diligētē hortari, Primo ut deo reuerētē deseruiat, deinde ut omnia quæ ad principē spectāt, iuste, sapienter ac strenue prosequat, atq; in omnibus uirtuose proce dat. Sic em rex Dauid Salomonē filiū suū edocuit, cū ei regnū cōmitteret, dicēs: Tu fili mi, scito deū patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo uolūtario: Omnia enim corda scrutatur dominus. Si quæseris eum, inuenies: si autē dereliqueris eum, proiciet te. Postremo, si princeps filios suos modo præfatonon cōpescuerit, nec eos prouidentia, iustitia ceterisq; uirtutibus instruxerit, sciat q̄ peccata illoꝝ redundabūt in eū, & ipse tam naturalis q̄ diuinæ legis extat transgressor: malumq; regimen patriæ imputabitur ei à deo: sicut e contrario, quicquid boni fecerit filii eius, redundabit in eum ad beatitudinē eius, si modo iam dicto gubernauerit atq; docuerit seu instruxerit eos, tuncq; iucundus morietur, quia bonos relinquit hæredes, prudentem quoq; suæ domus prouidorem, ac strenuum patriæ defenforem.

Articulus XII. Ad quid potissime respicere debent principes, dum filios suos aut filias nuptiū tradunt, uel dum ipsimet matrimonium contrahere uolunt.

Quemad

II.
III.
Tobias 4
III.
V.
VI.
Ecclesi 12
Prouer. 22
Prouer. 13
Prouer. 22
Prouer. 10
Ecclesi 30
3. Reg. 3

Ecdi 12

Quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est, Omnis caro ad sibi simile coniungitur, & omnis homo simili sibi sociatur, Similitudo namque causat amorem, & similitudo unio connaturalis est atque conueniens. Itaque dum princeps aliquem filium aut filiarum suarum uult matrimonio sociare aut coniugere sumere, attendere debet ut quantum congrue fieri potest inter se seu prole suam, & inter personam cum qua debet matrimonium contrahere, sit proportio in nobilitate, in potestate, in multitudine & potentia amicorum, in opulentia rebus bonis, etenim hominis quaedam sunt bona eius exteriora, ut honorabilitas siue nobilitas generis, multitudo atque potentia cognatorum, abundantia diuitiarum, quaedam uero sunt bona corporis, ut pulchritudo elegansque statura & bonitas complexionis ac sanitas, uiuacitas quoque sensuum & naturae: Alia autem sunt bona animae, ut uirtutes, prudentia, dona gratiae, & mores laudabiles. Itaque in contractione coniugii principum sobolisque eorum, habendus est ad omnia ista respectus. Coniugium quippe ad multa bona est ordinatum. Primo, ad amicabilem, dulcem & debitam societatem. Prima enim societas in domo, est uiri & coniugis eius ut Aristoteles ait. Talis autem societas ceteris paribus, est amorosior, connaturalior atque suauior, dum nobiles, diuites & potentes sibi similibus matrimonio sociantur nam inter personas multum dispares in bonis praefatis, frequenter est contentio & contentus. Secundo ordinatur coniugium ad conuersationem pacificam, & hoc maxime competit matrimonio regum, ductum ac principum, quorum est subditos suos ab hostibus defendere, atque in pace ac iustitia conseruare: id quod in indiget multitudine & potentia amicorum, & propinquoque, itemque affinitate ideo cum potentibus debent inire coniugia, ut auxilio amicorum coniugum suorum, tempore necessitatis uiuentur, ac territoria tueantur: Quia & Salomon ait: Frater qui adiuuatur a fratre, quasi urbs munita. Tertio matrimonium ordinatur ad uitam sufficientiam, sicut in uxoribus que runtur diuitum. Sed quoniam principes communiter abundant diuitiis abundare uel queunt, si fuerint boni regimini, potius quaerere debent in coniugibus nobilitatem atque potentiam generis, quam opes. Haec ergo praefata principes quaerere debent in matrimonii contractione, non ex uanitate aut elatione, nec ad instantiam aut propter exercendam tyrannidem, sed ex amore boni communis propter pacem iustitiamque reipublicae conseruandam. Quarto matrimonium ordinatur ad fornicationis deuitationem, in quantum est remedium contra incontinentiam, Nam & Apostolus ait: Propter incontinentiam uestram quilibet uestrum suam habeat uxorem, & quilibet suum uirum: sicut in uxore quaerenda est pulchritudo, complexionis suauitas, sensuumque uiuacitas. Tales quoque coniuges specialiter sunt quaerendae principibus atque nobilibus eorumque filiis, quia praeter ceteris solent habere occasiones incontinentiae: propter quod expedit eis habere coniuges amabiles ac formosas, quarum amore a fornicationibus retrahantur. Quoadmodum illi uirissimus illae Thuringiae Lant grauius maritus sanctissimae Elizabeth filiae regis Vngariae, tantum dilexit suam Elizabeth, quae praeter eam nunquam aliam mulierem cognouit, quam uis saepius fuerit ad eam iniecta puella. Quinto ordinatur coniugium ad congruam prolificam, sicut ultra praeteractam pulchritudinem bonitatemque complexionis & uiuacitatem quaerenda est in coniuge corporis magnitudo elegans uel statura, quae tamen ad pulchritudinem proprie dictam spectat: Magnitudo etenim corporalis in matre, facit ad bonum proli: quia uidemus quod filij in corporis quantitate frequenter matrizant, eo quod tota corporalis substantia quodammodo a matre suscipiant: mater quippe in generatione ministrat proli materiam. Unde sicut in alijs animalibus ex magnis communiter magna nascuntur, sic & in hominibus solet accidere. Matres quoque bonae ac temperatae complexionis communiter prole sibi in hoc similem gignunt: imò sicut ex magnis multoties nascuntur magni, sic ex pulchris nasci solent filij pulchri. Magnitudo autem corporalis inter bona corporis computatur, & principem decet. Legitur equidem primo Regum, quod cum Samuel propheta ostensus esset filiis Israhel quis ex diuina electione regnaturus esset super eos, & Saul staret inter ipsos atque ab humero super alios eminere & altior seu longior esset, Samuel dixit: Certe uidetis quem elegerit dominus, quia non est ei scilicet Sauli similis. Veruntamen deus non semper, imò raro ad imaginem corporalem in principum constitutione attendit. Unde dum Samuel postea missus esset a deo ad domum Israhel patris Dauid regis, ut unum ex filiis Israhel ungeret in regem, cerneretque Elisabeth primogenitum Israhel, & putaret illum propter magnitudinem suam corporalem ungendum in regem, deus dixit ad Samuel: Ne respicias ad altitudinem staturae eius, quia proieci eum, ne sit rex non enim secundum intuitum hominis ego iudico. Homo enim uidet quae foris parent, dominus autem intuetur cor. Denique saepe contingit aliquos esse fortes magnosque corpore, sed debiles animo: mediocres uero magis animosi atque ad bellum magis idonei esse solent. Nam & Dauid

Bonatriplia.

Coniugium ad quinq; ordinatur.

ii.

Prover. 19
iii.

iii.

i. Cor. 7

v.

i. Reg. 10
Eodem

i. Reg. 16

& Dauid rex bellicosus & fortissimus intantum, quod uno impetu octingentos occidit, ut patet secundo Regum, fuit mediocris staturae: Alexander quoque rex fuit mediocriter magnus, imò ut legitur, fuit parua staturae: propter quod principes Darij regis Persarum eum spreuerunt: sed non considerauerunt quanta uirtus latebat in paruo corpore eius, & postea ab eo omnes uicti fuerunt. Postremo potissime quaerenda sunt in coniuge bona animae, scilicet uirtus & prudentia. Mulierem autem potissime decet uerecundiam, temperantiam, taciturnitatem, mansuetudinem, pietatem & operositatem. Principes ergo inquirere debent, an bona ista atque similia inueniant in personis quas sibi aut filiis suis in coniuges sumere uolunt. Neque quae magna & appetenda sunt bona haec animae in uxore, docet diuina scriptura in Ecclesiastico, quo habetur: Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata, & tacita. Omnis autem ponderatio non est digna contentis animae. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bonae species in ornamentum domus suae. Mulieris bonae beatus uir: numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis oblectat uirum suum, & gratia mulieris sedulae osia uiri sui impinguabit. Pars bona mulier bona. In parte bona timentium deum, dabitur uiro pro factis bonis. Ex his sacrae scripturae uerbis patet, quod magni dei donum sit habere coniugem uirtuosam, quod Salomon etiam contemplantur: Nam & delectabile ac iucundum est uiro, tali cohabitare uxori, cui omne fidelitatem magnamque reuerentiam debet impendere, ac sincera eam diligere charitate. Praeterea & in hoc digne inclite dux deo sublimi & benedictio, cuius prouidentia in sua dispositione non fallit, magnificentiam agere teneris, qui tuae excellentiae tam uirtuosam, speciosam, illustram praestitit coniugem, cui tuae cetera dona altissimi etiam magna foecunditas est concessa. Praeterea sicut proles communiter sequitur suam matrem in corporalibus bonis, scilicet pulchritudine & statura, ita & in bonis animae eam assequi solet, puta in moribus: iccirco uxor honestas ac uirtuosas moribus ora paratibus dicit eligenda. Unde dum quaedam à philosopho quodam inquireret, qualis deberet uxor accipere, ille respondit: Illam accipias, cuius matrem & auam noueras esse pudicas. Denique in mulieribus & puellis quantumque nobilibus amor & frequentia operositatis comendatur, ut operi manuum congruo ac decetui suo tempore sint intentae, nec unquam sint otiosae: Menses enim humana ut etiam Aristoteles ait, diu non ualent otiosa consistere. Hinc dum homo non occupat se exercitijs licitis & honestis, statim incipit mentem uagari, & indigne ac turpiter occupari. Hinc ut legitur potentissimus ille Octavianus Imperator filias suas incidere, texere, confuere, & quicquid in lino, serico & lana sit, fecit addiscere.

2. Reg. 15

Mulierem quam deceat.

Ecdi 26

Prover. 25

1. Pet. 2

Articulus XIII. Quomodo reges, duces ac principes habere se debent ad seruos suos.

Quod maior est princeps, eo ministris suis domesticis debet de necessarijs magnificentius providere, & uestes ac cibos honorificentius exhibere, semper tamen moderate obseruando, & superfluitatem, uanitatem ac pompam uitando. Possunt tamen uestes ministrorum principis esse ornatiores ac pretiosiores, ut ex hoc princeps magis à subditis honoretur ac timeatur, neque ab aliquo contemnatur. Itaque sapientis ac prouidi principis est, omnia in domo sua agere ordinate, & eos qui maioris sunt sapientiam, nobilitatis, fidelitatis aut dignitatis, amplius honorare, sublimius collocare, pretiosius alere ac uestire. Denique quos princeps expertus est esse maioris fidelitatis atque prudentiae, debet in maioribus officijs ponere: & eos quoque mores & prudentiam expertus non est neque agnoscit, debet primo in minoribus probare officijs per tempus satis extensum, sicut paulatim eos promouere ad altiora, secundum quod uiderit eos magis idoneos & discretos: officiatos quoque debet per se uel per alium ad hoc ordinatum hortari ad diligentem suorum officiorum executionem. Secreta uero sua non debet princeps quibuscumque seruis suis manifestare, sed his dumtaxat quos experimentaliter & certo agnoscit sibi esse fideles, & ex dilectione seruietes, itaque prudentes ac probos, qui serui sunt uelut filij diligendi, & honorandi tanquam amicum in Ecclesiastico scriptum est: Seruus fidelis tibi dilectus tanquam anima tua. Veruntamen princeps potissime rex, non debet ad seruos suos nimis familiariter se habere: quia ut communiter serf, nimiam familiaritatem parit contemptum: nec etiam debet se ad eos habere in nimia excellentia & rigore, quia hoc onerosum est non uirtuosum: Ideo Aristoteles ait, quod persona principis non debet apparere seueram, sed reuerendam. Porro, ad sublimiores & sibi propinquiores debet parilius se habere & magnanimitate condecenterque in uerbis & factis cum maturitate ad inferiores uero habere se debet temperate, atque in omnibus praebere se debet personam omnibus reuerendam: Quia ut Aristoteles ait ad Alexandrum: Summe oportet ut reuerentia regis ac principis sit in cordibus subditorum. Nihilominus tempore congruo debet se solatio ac hilaritate exhibere, sed moderate: hoc enim subditis iucundum est atque gratiosum, cum Salomon dicat: In hilaritate uultus regis uitae & clementia eius quasi imber ferotinus,

Ecdi 18

Prover. 18

Prouer. 19

ferotinus. Et rursus: Sic ut ros super terram, ita hilaritas regis. Porro ministros principii de-
certantò nobiliores, ciuiliores uirtuosioresq; mores habere, quo principes fuerint altiores:
nam & in hoc potissime resplendet ac innotescit prudentia principis, si familia eius recte ab
ipso gubernetur & morigerata consistat, atq; cum reuerentia suo principi obsequatur. Mi-
nistri nanq; & subditi reuerentiã, subiectionẽ, fidelitatem & famulatum principi suo tenen-
tur: Propter quod ait apostolus Paulus: Serui dominos suos omni honore dignos arbitren-
tur. Et denuo: Serui obedite dominis uestris per omnia, non ad oculũ seruientes tantũ, sed
ex animo. Postremo, quamuis princeps debeat se præfato modo ad ministros suos habere,
laudabilius tamen est magisq; prouocatiuum amoris, ut ad humilitatẽ magis q̄ ad animositi-
tatem declinet. Vnde cum Traianus Imperator ab amicis suis increparetur, q̄ magis despi-
ceret & humiliaret se ad plebẽ q̄ statum suũ deceret, respondit: Tale me uolo populo Impe-
ratorẽ præbere, qualẽ omnes optant habere. Vitandũ quoq; est principii, ne ministros suos
aut ignobiles aspènetur, neq; alicui iniurietur, nec aliq̄ue irrationabiliter cedat: Exceden-
tes uero iuste corripiat seu clemẽter, prout dicat discretio. Hoc enim fuit Alexandro regi
mortis una occasio, q̄ ministris suis nobilibus interdũ contumeliã intulit. Cum namq; Iollas
Alexandri pincerna instigatus esset à fratre suo Cassandro interficere Alexandrũ, non li-
benter acquieuit, quoniã Alexandrũ dilexit: sed cum Alexander Iollã quadã uice percus-
sisset in uultu seu capite, Iollas ex hoc amaricatus Alexandro dedit uenenũ in potu. Legitur
autem de sancto Ludouico rege Franciã, q̄ magnã fuit humilitatis ac simplicitatis in ue-
stitibus. Vnde cum dux Geltriã tempore illo nuntiũ misisset Parisiũ, & ab eodẽ reuerfio inter
rogasset an uidisset regẽ Francoꝝ: nuntius ille collũ suũ gyrando seu contorquendo respõ-
dit: Vidimise: illũ grisea ueste indutũ & caputiũ sub toga habentẽ. Collũ autem nuntiũ
lius toto tẽpore uitæ suæ māsfit in situ illo innaturali, in quo per gyrationẽ ex subfannatiõe
piũssimi regis posuit illud. Quo miraculo deus omni potẽs sanctitatẽ regis illius monstrauit.

1 Tim. 6
Eph. 6

Articulus XIII. De duplici nobilitate, & q̄ filii principum atq; nobilium
communiter habent mores nobiliores.

Nobilitas du-
plex.

Nobilitas duplex est uidelicet generis & uirtutis. Nobilitas nanq; in eminentia
seu excessu alicuius boni cõsistit: Bonũ uero est duplex, scilicet corporale & spi-
ritale. Porro spiritalia bona sunt uere & simpliciter magna & digna: Propterea
uere est nobilis, qui in uirtutibus bonisq; moribus eminet & præfulget. Sapien-
tia quoq; & prudentia faciunt hominẽ uere illustrẽ, secundũ beatũ Hieronymũ: Bona autẽ
corporalia secundũ hominũ æstimationẽ sunt magna & digna, non tamen uere atq; simpli-
citer: Vulgus nanq; & homines seculares non tantũ attendunt aut reputant bona spiritalia
sicut corporalia, cuiusmodi sunt honorabilitas generis, opulentia & ciuilis potentia: Ideo
nobiles reputant eos, qui in istis excellunt: eos quoq; qui diuites sunt, & ab antiquo ex diui-
tibus parentibus prodierũt, ita q̄ nullus mortalium re cordatur aliquos progenitorũ eorum
pauperẽs extitisse, populus reputat nobiles: quamuis hi frequẽter à uera & proprie dicta
nobilitate deficiant, uitiisq; & moribus exte degeneres. Sed quoniã fama quã communis
homo affirmat, non totaliter falsificatur, æstimatio ista uulgariũ de nobilitate aliquã habet
rationẽ, & in multis uerificatur. Communiter quippe aut frequẽter contingit, q̄ nobilio-
res genere habent mores præclariores q̄ alij: Nam & Aristoteles ait, q̄ sicut ex homine na-
scitur homo ex brutoq; brutũ, ita ut plurimũ ex bonis nascit bonus, & ex prudentibus pru-
dens, quãuis interdũ aliter accidat: quia natura non semper facere & cõplere potest quod
uult. Itaq; nobiles & potissime filij principũ, quoniam inter multos prudentes, expertos &
morigeratos quotidie conuersantur diligenterq; instruantur, atq; à pluribus aspiciuntur
& considerantur, communiter sunt cæteris prudentiores & magis faceti, honesti ac probi,
erubescuntq; se inhoneste habere. Quia igitur nobiles secundũ hominũ æstimationem cõ-
muniter nobiles sunt moribus, & præsertim quia antiquitus nõ nisi uirtuosi ac sapientes cõ-
sueuerũt ad aliosq; principatũ regimenq; assumi, eligi uel admitti, hinc curialitas uocata est
deq; nobilitas, & à curia sortita est nomẽ. Curia equidẽ proprie appellatur domus nobiliũ
& magnorũ. Et quoniam decet magnos ac nobiles genere esse nobiles, uirtute ac moribus,
hinc curiales uocantur qui nobiles habent mores, & curialitas morũ nobilitas perhibetur,
imò quodãmodo ipsa est omnis uirtus. Sic enim curialis uocatur comestor, qui nõ ualde aui-
de, superflue ac turpiter comedit, quod est tẽperantiã actus. Similiter qui alijs est affabilis
& benignus, dicitur curialis: & qui proptẽ moderata dona largitur, curialis asseritur, cum
hoc sit opus liberalitatis: itẽ qui in magnis sumptibus condecẽter se habet, dicitur curialis.

Curialitas &
Curia quid.

cum hoc sit magnificentiã actus. Itaq; principum atq; nobilium filij sagaciter pensent, q̄ uel
le & ignobile sit coram deo cunctisq; sapientibus ac uirtuosis hominibus esse nobilem car-
nis propagine, moribus autem & conuersatione ignobilẽ: unde quo nobiliores se esse glo-
riantur ex genere, eò uirtuosiores esse conentur.

Articulus XV. De moderamine obseruando in loquendo in principum
mensis, tempore refectionis.

Non tantã excellentiã arbitretur se rex, dux aut quicũq; princeps Christianus,
ut non teneatur legi Christi esse subiectus, imò ut superius est probatũ, quò ma-
ior est potestate & eminentia, eo debet deo esse subiectior atq; in cunctis uirtuo-
sius se habere, ministros ac subditos à malis cõpescere, & ad uirtuosa facta indu-
cere. Itaq; spectat ad æquitatẽ ac probitatẽ ipsius, ut semper & præsertim tempore refectionis
nis, seipsum & secum recombentes, ac sibi ministrantes, omnes quoq; domesticos suos à ua-
niloquio multiloquioq; refrenet, & ad proferenda utilia ac honesta hortetur, attendens ac
metuens uerbum Christi dicentis: De omni uerbo otioso quod locuti fuerint homines, da-
bunt de eo rationem in die iudicij. Si reddenda est ratio de omni uerbo otioso, quid pœnã
infligetur hominibus pro uerbis detractorijs, mē dacibus, scurrilibus, uitiiosis: Deniq; tem-
pore refectionis homines specialiter utuntur beneficijs dei, uidelicet cibo & potu, quos deus
creauit & præstitit: ideo tunc specialiter debent uitare dei offensam, ne sint ei ingrati, imò
ante cibi acceptionem benedicenda est mensa, & postea gratiarum actio deo est persoluen-
da, & semper ab omni uerbo illicito atq; superfluo abstinentiã. Insuper lingua ad duo deser-
uit hominibus, scilicet ad cibi ac potus degustationem, & ad locutionem: naturalisq; est, ut
tẽpore refectionis ad gustandũ deseruiat homini: ideo tunc à locutione non necessaria est
cessandũ. Præterea tũc homo debet se ab excessu uerborũ cautius tẽperare, quando est sibi
maior occasio excedendi in uerbis: Hoc autẽ est tẽpore refectionis, præsertim principibus,
diuitibus atq; nobilibus pretiosos et calidos cibos sumentibus, ac uina potantibus, ex quibus
calefit homo, et audax ac pronus efficitur ad prorumpendũ in uerba superba, lasciuia, im-
moderata, leuia, detractoria & iniqua. Hinc diues ille epulo de quo Christus in euangelio
loquitur, in ignẽ infernalẽ proiectus, grauius in lingua se torqueri clamauit seu insinuauit.
Apostolus quoq; testatur, quia corrumpũt bonos mores colloquia mala. Principes autem
& eorum domesticos ac commensales oportet præ cæteris bonitate nobilitateq; morũ pol-
lere. Hinc Aegidius de Roma consulit regibus atq; principibus, ut ad mēsam faciant sibi le-
gi aliqua utilia, ut puta laudabiles consuetudines regni seu patriã, laudabilia q̄q; gesta præ-
decessorũ suorũ, eorũ præsertim qui uirtuosi fuerunt ac terram iuste rexerunt: itemq; libros
de regimine principum conscriptos, atq; historias Caroli regis ac similibus principũ præ-
cipuorũ, qui uerbis, factis & prælijs exempla fuerunt, & principibus omnibus in exem-
plum sunt dati ac proponendi, ut illorũ prudentiã, fortitudinem, deuotionẽ, diligentiam, æqui-
tatem, clementiam, cæterasq; uirtutes sequantur, quæ a modo monachis & maxime Car-
thusiensibus in exemplũ dati ac positi sunt sanctissimi illi eremitæ, de quibus in Vita patrũ
mira & magna leguntur, qui uere fortissimi bellatores fuerunt, quia contra diabolũ, mun-
dum & propriam carnem strenue pugnauerunt, & spiritu sancto eos iuuante gloriosissime
ac felicissime præualuerunt. Præfati autem libri in uulgari habentur, aut facile queunt ha-
beri si transferantur.

Mat. 12

Luc. 16

1 Cor. 15

Articulus XVI. Quod taxillationes & cæteros ludos indecentes ac choriza-
tiones similesq; uanitates, iuramenta & contentiones, reges, duces
ac principes à domibus suis expellere debeant.

Omnis Christianus quantũcunq; nobilis & sublimis, tenetur per arctam uiam in-
cedere: sed arcta hæc uia, quæ ut Christus testatur, ducit ad uitam beatã, aliud
profus non est, nisi penitentialis uirtuositas uita, quæ est iter ac mediũ quo itur
& peruenitur ad beatitudinẽ sempiternã, ad quã nemo mortalium potest pertin-
gere nisi ambulando per uitã hanc arctã, conuersando timorate ac solite coram deo, facien-
doq; omni proximo sicut ratioabiliter cupit fieri sibi. Porro nullus efficitur doctus aut uir-
tuosus, nisi per laborẽ non paruũ. Propter quod Aristoteles ait, q̄ uirtus & scientia sunt cir-
ca difficilia. Difficile quoq; est, maxime principibus & nobilibus, qui circa plurima occupã-
tur uariasq; habent occasiones peccandi, & multos adulatores ac callidos p̄suras ad ma-
lum, his inquam principibus difficile est iugiter uitare omne peccatum mortale, præsertim
cum homo peccata mortalia non queat euadere, nisi cum grandi custodia cordis sui uiter

Mat. 7
Luc. 12

SS uenialia

uenialia mala. Ideo principes si per uiam arctam uelint incedere & saluari, indigent magna custodia, diligentia laboreque cordis, ne deum offendant, ne iustitiam deferant, ne laxè & carnaliter uiuant. Propterea ludos iniuste luccionis & uitiosos, ut sunt præcipue taxillationes, & choreas superfluas, cæterasque periculosas uanitates, iuramenta, præsertim perueria ac iurgia, à se & à domibus ac domesticis suis excludere debent, præsertim quia bona per tales ludos lucrata sunt iniuste adepta, nec peccatum dimittitur, nisi lucrator ea restituat, uel pauperibus tribuat, aut in pios usus expendat. Quomodo autem liceat uti ludis honestis nulli nocuius, superius dictum est: Veruntamen aliqua permittuntur ac licent minori ætati, quæ ætati uirili siue senili non congruunt: scilicet quò princeps plus crescit in annis, eò à ludicris delectationibus magis se debet abstrahere, seque maturius, deuotius & exemplarius in cunctis habere iunioribus autem, filijs & familijs suis recreationes & ludos decentes debet permittere, iuxta modum superius assignatum. Postremo, secundum præscriptam formam potentissimi ac optimi reges ac principes olim sua gubernabant palatia. Vnde de Theodosio Imperatore legitur, quod eius palatium potius uidebatur cœnobium quàm palatium. Non ibi abundabant saltantes seu chorizantes, sed deo psallentes, uirique iusti ac sapientissimi semper ad latus Imperatoris fuerunt, quorum consilio cuncta egerunt: noctibus autem studio, orationibus ac dei laudibus insistebat. Talis fuit & optimus ille Ludouicus rex Franciæ, quod quando diu missæ durabant, ab ecclesiâ diuelli non poterat. Dormiens autem cum regina, mactatus indutus camisia, similiter illa: sed & ipse foeminalibus indutus dormiuit cum ea. Horum atque similibus sanctitatem uirtutesque imitari ad tuam pertinet dignitatem de clarissime princeps, & diurnum ac nocturnum tempus uirtuose expendere. Nam tempus nocturnum ludis licratius ac culpabilibus occupare, aut uanitatibus infructuosus consumere, nequaquam spectat ad principem, cui tanta est ratio occupandi se uirtuose: quem oportet attendere, quod de omni tempore sibi desuper ad bene uiuendum & poenitendum iustèque præsidendum concessio, daturus sit ratione iudici summo, qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

FINIS LIBRI SECUNDI.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM,

LIBER TERTIVS.

P R A E F A T I O.



1. Cor. 12
Ecd. 17

Dan. 10

Hebræ. 1.

Nam quæque gente deus præposuit rectorem. Verbum hoc in Ecclesiastico scriptum est, & potest intelligi tam de angelis sanctis quàm de hominibus aliorum rectoribus. Quomodo enim unicuique homini præposuit deus angelum unum sanctum in custodiam & directorem, ita cuilibet regioni atque prouinciæ præposuit angelum sanctum altioris ordinis quàm sint angeli qui singulis præsentunt hominibus: Angeli enim qui singulis hominibus præsentunt, de infimo choro sunt: qui autem regnis & prouincijs seu communitatibus hominum præsentunt, sunt de supremo ordine infimæ hierarchiæ angelicæ. Vnde Michaël, qui in ueteri testamento præfuit synagogæ, in nouo autem testamento præfuit ecclesiæ, est de supremo hoc ordine infimæ hierarchiæ. Hi itaque angeli communitatum rectores procurant bonum gentium eis diuinitus commissarum, propter quod reges, duces ac principes non solum angelos sibi singulariter ad custodiam deputatos, sed etiam angelos terris seu populis suis præpositos honorare debent, & deuotus quotidie precibus inuocare pro boni communis promotione. Insuper singulis gentibus super sapiens deus rectores præposuit homines: ex diuina enim ordinatione processit, quod alijs præsentunt reges, alijs duces, alijs comites. Deus quoque præordinauit seu præiudicauit qui quibus præesse deberent: & isti qui alijs præsentunt, sunt dei ministri & executores regiminis eius. Quoniam ergo iam in prima huius operis parte tractatum est, quò princeps regere debet seipsum, & in secunda parte deductum est, quò regere debet propriam domum, nunc in tertia & ultima parte describendum

hendum est, quomodo urbes & communitatem totamque patriam suam debeat gubernare. Articulus I. De differentia inter regem & tyrannum.

Dum inter regem & tyrannum differentia assignatur, per tyrannum intelligitur omnis dominator malignus ac uiolentus, siue rex, siue dux, siue comes uocetur. Per regem uero, omnis dominator bonus & charitatius intelligitur, siue proprie rex dicatur, siue dux, siue comes. Denique in sacra scriptura rex interdum uocatur dux, quemadmodum quarto Regum dominus ait Esaiæ prophetæ: Vade & dic Ezechia duci populi mei. Ezechias autem rex fuit. Itaque differentia ista quæ nunc inter regem & tyrannum ponetur, intelligenda est poni & esse inter omnem dominatorem iustum & peruersum, intelligendo per dominatorem eum qui communitati alicui dominatur. Prima ergo differentia est, quod rex respicit, intendit & querit principaliter bonum commune totius populi sui, deinde proprium bonum: Tyrannus uero intendit & querit potissime bonum proprium ac priuati, uidelicet suam delectationem, propriam libertatem, & opulentiam rerum. Regnum etenim seu ducatus est principatus rectus ac ordinatus: Tyrannus uero est peruersum & uiolentum dominium. Quantum igitur bonum commune diuinius est atque præstantius bono proprio unius personæ, tanto rex magis intendere debet illud commune bonum: & peruersè dominatur qui bono communi proprium præfert bonum: idcirco ad procurandum aut defendendum bonum commune, scilicet pacem ciuitati aut patriæ, rex seu dux parcere non debet pecuniæ: nec ob congregandas pecunias, neque propter habendas corporales delicias omittere debet procuracionem uel defensionem utilitatis communis. Secunda differentia est, quod rex querit bonum honestum, uidelicet opera uirtuosa digna honore, ut ciues & subditi sui sint uirtuosi: tyrannus autem querit pecuniã. Tertio differunt, quia rex sequitur rectæ rationis iudiciũ: tyrannus uero sequitur impetũ passionũ & uoluntatẽ habet pro ratione dicens: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Porro, uoluntatẽ sequi, tyrannicũ est, nisi uoluntas luce ac sapientiã rationis regatur: ratio namque uoluntatẽ in omnibus debet dirigere: Propter quod regũ & ducũ ac principũ est, semper perpendere, an uoluntas eorum rectæ rationi concorderet, & iuxta doctrinã Christi procedat: aliter potestates eorum in tyrannidem uerteretur, & ipsi fierent uiolenti. Quarto differunt, quoniam rex magis confidit intraneis et indignis, et uult custodiri ab illis potius quàm ab alienis atque extraneis, eo quod populo suo fuit fidelis, charitatius & utilis: Tyrannus uero quoniam populo suo extitit onerosus & odiosus, & proprium commodum magis quàm reipublicæ utilitatẽ querit, ideo plus confidit extraneis, & uult custodiri ab illis. Dicit quoque Aegidius quod si rex aut princeps sit auarus & querat thesaurizare, non est rex, sed tyrannus. Item, si princeps non sit prudentia decoratus nec discretione utatur, tyrannus efficitur: Propter quod Salomon ait: Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniã. Quinto differunt, quoniam rex intendit subiectos moderanter ditare & concordare in bono, ut sibi contra iniquos & hostes assistant: tyrannus uero satagit subditos spoliare & discordes efficere, quantum ad ueram pertinet æquitatem, ne pariter contra ipsum insurgant. Hinc tyrannicis dominatoribus deus ait per Esaiam prophetam: Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, & rapina pauperis in domo uestra est? De quibus etiam per Michiam prophetam conqueritur: Comedunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excorauerunt. Vnde probatur quàm uitandæ sint immoderate atque irrationabiles exactiones, præsertim ab egenis & compentiam strictam habentibus. Aliqui autem diuites ciues eorumque coniuges suis diuitijs ualde inaniter abutuntur in uestibus & alijs sumptibus, circa quos princeps discrete & iuste habere se debet, quousque emendent se. Sexto differunt, quoniam rex & quilibet recte præsidens, angelicis potestatibus assimilatur, & deo cooperatur, ac diuinitus efficitur æternaliterque saluatur: tyrannus uero non solum bestijs, sed & demonibus conformatur, homines secum ad æternam damnationem trahendo, molestando, turbando, depauperando, fallendo & uarijs uitijs implicando. Hinc Salomon loquitur: Leo rugiens & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Tyrannus enim & eorum fautoribus potissime conuenit quod Salomon protestatur: Est generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis ut comedat pauperes de terra, & inopes ex hominibus. Itaque quicumque præfatas regis proprietates non habet, siue rex, siue dux, siue comes aut alio quocumque modo dominator dicatur, sciat se solo nomine esse quod dicitur. Curandum ergo & satagendum est omni regi, duci ac principi, ut prædictis regis proprietatibus uere ac iugiter adornetur.

Tyrannus.

Rex.

4. Reg. 10

Regnum.
Tyrannus.

Aegidius.

Prouer. 10

Isaiæ 3

Mich. 2

Prouer. 18

Prouer. 18

Articulus II. De magnis in clytisq; principibus, qui propriae utilitati ac delectationi, imò & propriae uitae praeposuerunt bonum commune populi sui.

1. Reg. 16

Quamuis sacra scriptura Saulem regem filiorum Israel in plurimis reprehendat, in hoc tamen potissime commendatur, quia cum à Samuele propheta seu alio in eius specie apparente audisset & certo cognouisset se die altero immediate sequenti occidendum, nihilominus amore populi sui rediit ad eum, & simul cum eo contra Philistaeos pugnavit. Ob quam fidelitatem aliqui doctores catholici dicunt eum esse saluatum, quoniam propriae uitae praeposuit bonum commune plebis suae. Denique quantum sanctus rex David in regali imperio non quaeuit priuatum & proprium commodum, gaudium aut honorem, sed commune omnium subditorum suorum profectum, salutem & pacem, clarissime constat ex eo quod iuuenem illum Amalechitè qui se afferuit occidisse Saulem regem, putans per hoc placere regi David, quoniam Saul hostis grauisissimus fuit David regi, illum inquam iuuenem statim iussit rex David occidi, eo quod praesumpserat exte'dere manu suam in regem diuinitus unctum. Postea quoque similiter iussit occidi duos viros, qui caput Isoberseth regis & aduersarij sui amputauerunt sibiq; attulerunt, eo quod fraudulenter atq; iniuste fecissent hoc: Non enim sanctus David propria utilitate, sed æquitate communisq; boni promotionem ac obseruantiam cogitauit. Talis quoque extitit fortissimus ille Iudas Machabaeus unus de noue melioribus, de quo secundo Machabaeorum libro habetur, quod per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sed & diebus ac noctibus pro populo suo & terrae suae defensione uictoriose bellauit, atq; æterni gloriae nomen sibi in caelo & in terra nobiliter acquisiuit. Denique quoties Carolus rex pro defensione Ecclesiae, pro obseruatione iustitiae, pro liberatione & recuperatione terrae sanctae, pro populi & regni sui tuitione acerrima bella habuerit, laboriosissima itinera fecerit, grauissimos labores pertulerit, in Speculo historiarum diuersisq; Chronicis legitur. Inuictissimi etiã eius Palatini Rolandus, Oliverus & cæteri tantum fuerunt inflammati zelo iustitiae, amore reipublicae & fidei Christianae, quod unus eorum festinavit alium praeuire in hostium inuasionem. Tales quoque fuerunt innumerales reges, duces ac principes Christiani, praesertim sanctus Ludouicus rex Franciae, qui bis transiit mare ad recuperandum sanctum sepulchrum, non obstante quod prima uice sub Soldano captus & maxima damna fuisset perpe'ssus. Praeterea & in gentilibus principibus uirtus hæc splenduit. Etenim Alexander rex pro communi utilitate periculis mortis se exposuit frequenter, sicut dum in forma & habitu nutrij perrexit & intrauit palatium Darij regis, ut omnia quae ibi agebantur & fuerant, exploraret. Simile quoque Carolus rex aliquando egit. Rursus, cum Alexander contra Porum Indiæ regem acerrime preliatus fuisset, atq; de utriusq; exercitu pars maxima esset occisa, Alexander stetit ante omnes, & locutus est Poro: Non decet reges sic perdere populum suum, sed oportet ut unus contra alium pugnet, & suam ostendat uirtutem. Stet populus tuus in una parte, & meus in altera, pugne musq; soli manu ad manum: quod si me occideris, populus meus sit tuus: si tu defeceris, populus tuus sit meus: sicq; factum est, & praualuit Alexander, ac Poro occidit. Insuper de Theodoro nobili quodam Atheniensium principe recitat sanctus Augustinus in libro de Ciuitate dei, quod cum responsum fuisset illum exercitum debere esse uictorem, cuius dux occideretur, ipse Theodorus ut exercitui suo obtineret uictoria, in habitu peregrino ac pauere hostibus se obiecit, ut primus occideretur: maluit enim mori, dummodo uinceret sui, quam uiuere eis deuictis. Praeterea de Marco Regulo principe Romanorum narrat Augustinus & Tullius, quod cum à Carthaginiensibus captus fuisset & Romam remissus, quatenus pro eo dimitterentur Carthaginienses, qui à Romanis tenebantur captiui, uel ipse Marcus rediret Carthaginem. Itaque ueniens & senatoribus causam proponens, tandem interrogatus est ab eis, quid ipse consuleret. Et respondit: Vtilius sibi uideri pro bono reipublicae, ut ipse remitteretur ad Carthaginem, eo quod senex esset, & parum de cætero posset prodesse reipublicae: captiui uero ex Carthaginiensibus iuuenes essent ac fortes & utiles utilitati communitati: qui si Carthaginiensibus rediti fuissent, Romanis postea potuissent nocere: itaq; senatores dederunt Marco libertatem agere di quod uellet. Cumq; à suis teneretur amicis, non acquieuit eis, malens reuerti Carthaginem quam non implere promissum, cum tamen sciret se ad crudelissimos hostes reuerti, & exquisita passuræ supplicia: nam & amarissimam ei mortem intulerunt. Impleuerunt itaq; principes isti documenta Platonis, quae sanctus Augustinus in libro de Ciuitate dei dicit uniuersis gentiliū philosophis longe lateq; esse praelatum. Tullius

1. Reg. 19

2. Reg. 4

2. Mac. 7

Tullius in libris de Officijs ait, Plato dedit duo praepcepta principibus & cunctis reipublicae prodesse uolentibus: Primum, ut utilitatem ciuium sic curent ac tueantur, quod ad eam referant cuncta quae agunt, propria commoda obliuiscetes. Aliud fuit, ut totum corpus reipublicae curent ac protegant, hoc est, quicquid spectat ad bonum commune, uidelicet uniuersos ciues ac subditos: ne dum partem aliquam tueantur, pars reliqua deferatur. Et quia antiquissima praepcepta seruauit, iccirco reipublicam ex parua magna fecerunt. Vnde Augustinus recitat uerba Catonis dicentis: Nolite putare maiores nostros armis reipublicam ex parua magna fecisse: si enim sic esset, multo pulchriorem nos haberemus, armorum enim & equorum maior copia nobis est. Loquitur autem Cato de Romanis, quia ipse fuit Romanus. Vnde de antiquis Romanis principibus subdit: Alia fuerunt quae illos uiros magnos fecerunt, quae nobis nulla sunt: Domi in dustria, foris iustum imperium: Animus in consulendo liber, nec delicto neq; libidini obnoxius: Pro his nobis habemus auaritia atq; luxuriam: publice habemus egestatem, priuatim opulentiam. Laudamus diuitias, sequimur inertiam. Omnia uirtutis praemia scilicet dignitates & officia, quae uirtuosis prudentibusq; debentur, ambitio possidet. Postremo, si principes isti gentiles sic bonum commune proprijs utilitatibus atq; delictis praeterulerunt, quanto magis principes Christiani hoc meritoria cerent, qui multo strictius & sublimius ad dei & proximi, praesertim ad subditorum ac boni communis dilectionem tenentur, coelestem quoque æternam supernaturalemq; beatitudinem pro bono regimini praetio praestolantur: quæ rant ergo, desiderant, procurant ac tueantur omni ac incessanti diligentia communem populi sui utilitatem, profectum, pacem atq; salutem, & bene succedet eis in spiritalibus ac temporalibus, augebitq; deus in eis quotidia dona gratiae suae, & post temporale istud dominium, deducuntur ad regnum æternum.

Articulus III. De tribus in quibus princeps debet excellere alios.

Regem ducent ac principem tria praecipue decet: Primum, ut diligatur à plebei deo decet eum esse excellenter liberalem in beneficiorum praestatione. Hinc antiquitus populus consueuit illum in regem aut ducent eligere, quem libera-liorem & magis beneficium uidit: beneficentia namq; prouocat ad amorem. Secundum, ut cura per uigili procuret bonum commune: iccirco oportet eum esse excellenter uirtuosum, ne in boni communis promotione fatigetur aut torpeat. Hinc antiquitus eo fuerunt in principes eligi, qui cæteris uirtuosiores fuerunt: Nam & Romani quosdam elegerunt ad summa officia propter eorum prudentiam eminentiamq; uirtutum, qui proprijs manibus suos agros colebant. Tertium est, ut eos qui seditiones turbationesq; concitant atq; maleficos, debite puniat & castiget: ideo decet eum esse excellentis potentiae, quia prauos compescat & bonos defendat, æquitatisq; opera secundum censuram prudentiae prosequatur. Ideo nobiliores consueuerunt in principes eligi, & ad officia promoueri, quia & tales solent esse honestiores, & cæteris paribus ad principatum, dignitates atque officia aptiores existunt, uidelicet dummodo iusti sint ac prudentes. Aliter essent magis nocui ac uolenti quam alij.

Principe tria potissima decet.

Articulus IIII. De tribus in quibus princeps debet suis subditis prouidere.

Sicut conspicimus in naturalibus, quod natura dat rebus in primis ea per quae tendunt in suam perfectionem ac proprium finem. Secundo dat ea per quae res naturales resistere ualent impedimentis consequendi perfectionem & finem intentum. Sicq; tertio res naturalis istis addeptis mouetur & tendit ad suam perfectionem & finem, quae admodum natura dat igni leuitate, per quam tendit sursum: itemq; calorè per quem ignis resistit contrarijs sibi. Ignis quoque per leuitatem ascendit ad locum sibi conaturalem, qui sursum est. Ita ad principem pertinet ut primo sollicitus sit, quatenus plebs suae gubernationi commissa habeat ea per quae tendere possit in suam perfectionem ac finem intentum, uidelicet ad felicitatem & pacem. Porro ista media pertingendi ad finem hunc tria sunt: Primum est discretio inter bonum & malum. Secundum est possessio uirtuosorum habituum seu uirtutum. Tertium est exteriorum rerum possessio moderata. Primo ergo oportet, ut populus sciat inter bona & mala, inter iusta & iniusta, inter licita & illicita prudenter discernere. Ideo princeps prouidere debet, ut in territorio suo floreat studium scientiarum, uel copia doctorum atq; prudentium personarum, à quibus populus eruditionem suscipiat in urbibus quoque in officijs constituentur uiri industriosi ac sapientes, quorum prudentia uulgus informetur de ordinationibus ac statutis ad pacem communem iustitiamq; legalem spectantibus. Sed quia non sufficit inter bona & mala discernere, nisi quae bona sunt

peragantur & mala uidentur, ideo princeps populum suæ directioni subiectum debet ad opera uirtuosa inducere. Vnde pro posse prouidere debet, ut in terra sua clerus sit uirtuosus & sacerdotes, presertim pastores & eorum uicarij, ac cæteri religiosi, ad quos pertinet publice prædicare, sint honestæ exemplarisque atq; in omnibus iuste & caste ac laudabiliter conuersantes, quatenus uerbis & factis, exemplo & fama inducant homines ad uirtutes. Per hoc enim homines seculares ab innumerabilibus iniustitijs retrahent. Sed quomodo principis in hoc habere se debent, infra deo præstante clarius atq; diffusius ostendetur. Deniq; quoniam homo ex anima & corpore cõstat, indiget etiam corporalibus bonis ideo ad principis prouidentiam attinet agere & curare, ut populus terræ sufficientiam uictualium & eorum quæ corpori necessaria sunt, habeat: & negotiatores ac cæteri mechanicis actibus dediti, sua possint exercere officia libere & secure, & ne unus spoliet alium. Præterea secundo principaliter spectat ad principem resistere impedimentis communis utilitatis & pacis ac finis intenti, hoc est, remouere prohibetia profectũ & statũ pacificũ subditos: Ideo principis est inquietos, malitiosos, maleficos, q non finunt alios agere in pace, extirpare, & transgressientes corrigere, uiolentosq; iuste punire. Extraneis quoque hostibus uiriliter reluctari patriamq; tueri. Et quia de partitione & successione hereditatum aliarumq; rerum solet inter homines uaria lis oriri, spectat ad principem ordinare, prouidere seu publicare & ratificare, quomodo bona immobilia atq; mobilia mortuorum, debeant ad posterios aut propinquos deuolui in suo dominio. Cum enim parentes sint mortales & filios suos ac filias diligant tanquã seipos & uelut aliquid corporis sui, ualde desiderant perpetuari in successione filiorum suorum ac filiarum, siue sint naturales siue adoptiui: uidenturq; eis q etiam post mortem quodammodo in uita ista permaneant, si iuxta ordinationem suam atq; iustitiam, alij in eorum hereditate ac cæteris bonis succedant. Vnde in Ecclesiastico de patre boni filij scriptum est: Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus reliquit enim similem sibi & defensorem domus suæ. Valde ergo turbatur pax terræ, nisi iustus modus quo bona succedere debeant, à principibus determinetur, publicetur seu obseruetur. Tertio principaliter spectat ad principem, populum suum ad debitum finem ac pacem dirigere, sicut dirigitur sagitta ad signum à sagittante. Idcirco principis est bonas ordinationes & bona statuta ciuitatum ac patriæ obseruare, & ea quæ desunt, ad idoneum regimen communitatis supplere consilio sapientum: item eos qui sua officia fructuose & iuste exequentur, ac eos qui communi utilitati deseruiunt, uel talia agunt ex quibus bonum principis totiusq; communitatis augetur, honorare, promouere ac remunerare: per hoc enim illi confirmantur in continuando bona quæ agunt, & tam ipsi quàm alij inflammantur ad meliora. Propter quod Aristoteles ait: Apud illos sunt homines fortiores, apud istos fortes amplius honorantur. Similiter apud illos magis abundant sapientes & sapientiores frequenter inueniuntur, à quibus sapientes debite honorantur ac præmiantur.

Articulus V. De decem actibus ad principem pertinentibus.

Deest boni principis conditio- nes.

ii. iii.iiii.v.

Constat ex præinductis, q primo ad regem, ducem ac principem omnem pertinet procurare & conseruare commune bonum populi sui, suosq; redditus moderanter pro hoc bono charitatiue expendere. Hoc autem tyrannus non agunt, sed redditus suos adulatoribus, meretricibus alijsq; inutilibus præstāt personis. Secundo spectat ad principem, bona communia iuraq; sui domini præcipue obseruare & custodire. Porro tyranni aliorum iura infringunt ac uiolant, nec iura terræ obseruāt. Tertio ad principem pertinet exhibere se omnibus personam reuerendam, discretam & grauem siue maturam, non nimis terribilem & seueram, nec etiam nimis familiarem tyrannus autem seuerus est. Quarto attinet principi nullum subditorum aspernari, opprimere, & nemini iniuriari, nec in persona neq; in rebus & opibus, nec in uxore, filiabus aut consanguineis. Tyranni uero quoniam quærunt proprias diuitias atq; delicias, iniuriantur subiectis in persona, in uxoribus & filiabus, diripiuntq; ciuium bona. Quinto reges ac principes non solum amicaliter & moderate familiariter habere se debent ad barones suos ac nobiles, per quos bonum commune patriæ potest promoueri & custodiri: imò etiam uxores suas in ducere debent ut sint familiares atque beneuolæ uxoribus & filiabus talium nobilium ac baronum. Vxores namq; ualde solent inclinare corda uirorum ad quod uolunt. Ideo si contemni se cernerent à coniuge principis, inducere possent suos maritos ad conciliandum

randum seditiones in principatu. Sexto decet principem esse moderatum in cibo & potu atq; ueneris, ne à subditis cõtemnatur, sed ut uigeat intellectu & honoretur, ac exemplaris consistat. Septimo principis est urbes, castra & fortalitia sui principatus meliorare, munire siue augere absq; aliorum oppressione & iniquitate, ut boni communis promotor appareat. Sic enim in libro Machabæorum fortissimus ludas fratresq; eius se esse leguntur. Octauo decet principem sapientes & uirtuosos atque extraneos honorare, etiã plus quàm forte in proprijs terris honorarentur: hoc enim ad beneuolentiam pertinet. Nono præcipue spectat ad reges duces ac principes, sua dominia per uolentiam, iniustitiam aut alienorum usurpationem non dilatare, hoc enim esset seipos & hæredes suos damnationi exponere: quia ut loquitur Augustinus, Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Decimo summe pertinet ad principes, ut deo deuoti sint & bene se habeant in diuinis, & huius multæ tactæ sunt causæ in prima huius opusculi parte. Aristoteles quoque affirmat, q populus omnino libentius subiectus est ei quem uidet esse deicolam, talisq; princeps sicut est melioris conscientia: ita est etiam constantioris fidutiæ, atq; à deo dirigitur ac iuuatur. Postremo sunt & alia multa: ad reges, duces ac principes pertinentia, quorum quædam superius tacta sunt, cætera infra tangentur.

Articulus VI. Quod regibus ac uirtuosis ducibus atq; principibus maior sit delectatio & opulentiã etiam in præfenti quàm tyrannis.

Inter bona exteriora merito reputatur præcipuum, habere ueros amicos: estq; ualde iucundum, quod homo agnoscit se à multis ueraciter diligi, & de ipsis confidit: Ideo in Ecclesiastico ait scriptura diuina: Amicus fidelis protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Porro, princeps uirtuosus quia bene et amabiliter se habet ad populum, magisq; quærit bonum commune quàm proprium, atque in omnibus pro communi utilitate & pace sollicitus est, plurimos imò omnes bonos homines habet amicos, omniumq; corda conuertit & trahit ad se: ideo scit se amicorum multitudine abundare, & de eorum fidelitate posse confidere, quod ualde amœnum est: E contrario tyrannus quia subiectis crudelis est, & propriam in omnibus quærît delectationem, honorationem ac utilitatem, nec communitatem ueraciter amat, promouet aut emendat, sed potius corrumpit & turbat: idcirco de nullo confidit, scitq; multitudini se esse odiosum ac onerosum, quod maxime contristatum consistit. Deniq; sicut in libro Sapientiæ legitur, ipsa nequitia ex sua natura est timida: idcirco in libro sancti Iob dicitur, Angustia ualla bitimpium, sicut regem qui paratur ad prælium: iustitia uero securitatem parit atque fiduciam. Propter quod Salomon ait: Fugit impius nemine persequente: iustus quasi leo confidens absq; terrore erit. Talis autem securitas iusti est ualde delectabilis cordi, secundum quod rursus Salomon testatur: Secura mens quæ siuge conuiuium. Tyrannus ergo & impius nunquam habet ueram mentis quietem: quicquid enim contra subiectos aut proximos agit aut cogitat, hoc contra se agi aut cogitari formidat, & conscius sibi propriæ crudelitatis ac fraudis, ueretur semper instare sibi quod meruit, sciens se dignũ odio non amare, quamuis propter deum sit spiritaliter diligendus. Hinc ait beatus Gregorius: Nil simpliciter felicitatis: quia qui innocentiam erga alios exhibet, nihil est quod ab alijs pati formidet. At contra mens praua semper in laboribus est, quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit ne hæc sibi ab alijs inferantur: & quia semper agit dolose, contra se agi metuit in sidioso. Hinc Salomon loquitur: Homini bono dedit deus sapientiã & scientiã & letitiã: peccatori aut afflictionẽ & curam superfluum. Itaq; innotescit, q maior sit delectatio bonis principibus quàm tyrannis. Præsertim quia ut Augustinus disseruit, Animus inordinatus est sibi ipsi pena, uirtus autem ex sua natura est delectabilis, & actio uirtuosa habet synceram delectationem sibi coniunctam, potissime in his qui in uirtutibus sunt fundati ac solidi. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Gaudium est iusto facere iustitiam. Insuper principes uirtuosi plus solent abundare pecunijs quàm tyranni, quoniam plus amantur & a subditis plura eis ex amore præstatur nec exponunt pecunias suas tam superuacue ut tyranni. Boni etiam principes solent habere officiatos & reddituarios ac ministros fideles q tyranni: Idcirco bonis principibus bona sua diligentius custodiuntur atq; integrius adducunt, seu persoluantur à præfatis eorũ subditis q tyrannis: Omnino ergo cauendã est principi, ne dominatio sua fiat tyrannica.

vi
vii
I. Mach. a
viii
ix
x
Ecclesi. 6
Sap. 17
Iob. 15
Proverb. 28
Prouer. 15
Gregorius
Ecclesi. 2
Ecclesi. 1

Articulus VII. Quod propter peccata hominum regna & domina i trasserunt & destruantur, sed propter uirtutes hominum stabiliuntur.

Daniel. 4.

1. Reg. 11

4. Reg. 17
4. Reg. 25

Dan. 8
Johel 3

1. Paralip. 26

Prover. 14

Prover. 19

Eccles. 10

Dan. 2

Exod. 18

Divinae providentiae omnia subiciuntur, eiusque dispositione atque iudicio uniuersa regna principatus terrarum subsistunt, durant, eriguntur aut deprimuntur, secundum merita & demerita hominum, uel propter causas occultas diuinae sapientiae notas. Ex diuina ergo ordinatione procedit quod nunc istud nunc illud regnum sine dominium exaltatur & praevalet: Deus enim iustus & sapiens omnia moderans, unum regnum per aliud destruit, & principis unius eiusque populi peccata punit per principem alium, sicut de hoc in ueteri testamento leguntur multa. Unde in libris Regum dominus loquitur Salomoni, quod propter eius peccata partem regni auferret ab eo, uidelicet decem tribum Israel, & solam tribum Iuda relinqueret posteris eius. Denique ipsum regnum decem tribuum Israel tandem propter sua peccata destructum atque transfatum fuit per reges Assyrios, ut patet quarto Regum: Et postea regnum Iuda ob sua peccata fuit demolitum per Nabuchodonosor regem Chaldaeorum. Insuper in prophetis, praesertim in Daniele propheta, multa scribunt de quatuor principalibus mundi regnis, uidelicet de regno Chaldaeorum, item de regno Persarum atque Medorum, & de regno Graecorum, regnoque Romanorum: quae quatuor regna magna sibinuenim successerunt, & diuina uirtute ac ordinatione unum destructum fuit per aliud ob sua peccata. Regnum quippe Chaldaeorum demolitum fuit per Persas ac Medos: Darius enim rex Medorum et Cyrus rex Persarum regnum Chaldaeorum uicerunt & deiecerunt. Quauis enim Chaldaei ex diuina ordinatione regna alia uastauerunt, quia tamen hoc ipsum non recte sed peruersa intentione egerunt, uidelicet ex ambitione non zelo iustitiae, sed & ualde crudeliter: iccirco deo agente, regnum eorum a Persis & Medis fuit destructum, Persi autem & Medum monarchiam sortiti in superbiam & uolentiam sunt prolapsi, ideo postea a Graecis uastati sunt, scilicet ab Alexandro rege. Graeci quoque ob uaria sua peccata a Romanis superati noscuntur. De hoc sanctus Hieronymus alique doctores multa loquuntur super Daniele. Itaque unus princeps est quasi flagellum dei in correctione alterius. Unde interdum contingit principes electos & bonos a malis principibus infestari & uinci, ut pro suis peccatis in hac uita corrigantur, sicque saluentur. Sicut ergo uirtuosa uita principum & subditorum suorum est causa stabilitiois dominorum eorum, sic uitia sunt causa destructionis ipsorum. Et hoc sacra scriptura copiose ac aperte ueritate protestatur. Salomon namque in libro Proverbiorum effatur: Iustitia eleuat gentem, miserum facit populos peccatum. Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum subuertetur. Ex quo uerbo sapientissimi Salomonis ostenditur, quod preces & merita deuorum maxime profunt ad considerationem, defensionem & exaltationem ciuitatum ac patriarum & boni communis: propter quod reges, duces & principes cum populis suis conari debent ad habendum in terris suis multos uere deuotos, & ad reformationem claustrorum ac collegiorum & sacerdotum totiusque cleri, atque ab istis deuotis & taliter reformatis optare orationum ac meritorum suffragia, praesertim pro bono communi ciuitatum ac patriarum. Insuper Salomon ait: Iustitia firmatur thronus regis. Misericordia & ueritas custodiunt regem, & roborabitur clementia thronus eius. Aufer impietatem de uultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Rex qui in ueritate iudicat pauperes, thronus eius in aeternum fundabit. Porro, quicquid in uerbis his Salomon de regibus loquitur, de ducibus quoque ceterisque principibus rite accipitur. Praeterea in Ecclesiastico scriptum est: Rex insipiens perdet populum suum. Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias & diuersos dolos. Sedes ducum superborum destruxit deus, & sedere fecit mites pro eis. In libro quoque sancti Iob legitur. Baltheum regum dissoluit deus, & praecingit fune renes eorum. Hoc enim efficit deus, dum reges & principes propter eorum peccata superari, capi & irreuerenter tractari permittit. Hinc Daniel propheta disseruit: Sit nomen domini benedictum, quia sapientia & fortitudo eius sunt. Ipse mutat tempora & aetates, transfert regna atque constituit. Itaque dominus in te princeps ut principatus tuus sit fructuosus, stabilis, uictoriosus & felix, ab omni iniustitia abhorreto, dei offensam cauet: sapientiam uero, uirtutes sanctamque uitam apprehendito & teneto.

Articulus VIII. Quales esse debeant quos princeps ad officia promouet, uidelicet iudices & scabini ac ceteri.

In Exodo legitur, quod dum Ietro sacerdos Madian cognatus Moysi uenisset ad Moysen in desertum, & uidisset quomodo populus assiduebat Moysi a mane usque ad uesperam, quatenus Moyses iudicaret causas eorum: Ietro dixit ad Moysen: Non bonam rem facis: ultra

ultra uires tuas est hoc negotium: solus illud sustinere non poteris: sed audi consilia mea: & prouide de omni plebe uiros potentes & timetes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos & centuriones & quinquagenarios, qui iudicent populum omni tempore. Quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantum iudicent, leuiusque sibi partito onere in alios. Quibus auditis Moyses fecit omnia quae ille suggererat. Ex his sacrae scripturae uerbis datur principibus multiplex saluberrimum documentum: Primo namque his uerbis docetur charitati uam increpationem amicorum & cognatorum praeriter hilariterque sustinere, eorum quoque consilij sanis humiliter acquiescere: Et tamen si Moyses uir tanta sapientia, sanctitate & mansuetudinis, quod tempore illo non fuit ei super terram aequalis, qui cordie angelicam uisionem, instructionem allocationemque habuit, cum quo dominus loquebatur facie ad faciem, sicut loquitur homo ad amicum suum, tam patenter increpationem cognati uiri uiri gentilis audiuit, eiusque consilij tam humiliter acquieuit: quam magis omnes reges, duces ac principes temporis huius, increpationes suorum nobilium, sapientium & amicorum debent libenter audire, atque utilibus eorum consilij prudenter assentiri: quia & Salomon ait: Qui abiicit disciplinam, despiciet animam suam: qui autem accepit increpationibus, possessor est cordis. Et iterum dicit: Qui odit increpationes, insipiens est. Itemque: Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Secundo in uerbis praehabitis principes instruit, ne se de oibus introrittant, nec ultra quae exequi queunt quicquam attendant, sed uiribus suis perfatis, circa maiora & utiliora se occupent, & causas iudicent grauiore, ne minoribus & paruis utilibus rebus intenti, ab utilioribus impediantur. Porro, minora & leuiora ac planiora alijs committant agenda & iudicanda. Tertio in uerbis his instruit, quales uiros debeant in officijs ordinare seu ponere: Primo enim ut uerba haec innuunt, uiri tales debent esse potentes, ut rebelles & impios ualeant sua potentia coercere & iuste punire. Secundo debent esse deum timentes, ut in iudicando & iudicia exequendo timeant deum offendere: Timor namque retrahit hominem a peccato. Tertio debent esse ueraces: debet enim esse in eis ueritas triplex, scilicet ueritas uirum, ueritas doctrinae, ueritasque iustitiae. Cui enim eorum sit inter uera & falsa discernere, ueritati adhaerere, & falsitati resistere, decet ut uerbo et opere sint ueraces ac iusti. Quarto debent non esse auari, imo auaritiam debent odire ac fugere, ne amore & dono pecuniae aliorumque munere corumpantur, & a ueritate discedant iniusteque iudicent. Hinc Moyses ait: Non accipias munera, quae excaecant etiam prouidentes, & subuertunt uerba iustorum. Similiter in Ecclesiastico scriptum est: Xenia & dona excaecant oculos iudicium, & quasi frenum in ore, auertunt correptiones eorum. Praeterea etiam in Deuteronomio Moyses docet quales esse debeant qui alios iudicant & gubernant, & qui a regibus ac ducibus in officijs constituantur, sic enim ad filios Israel Moyses dixit. Date ex uobis uiros sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris, & ponite eos uobis principes. Itaque antequam princeps terrae promoueat aliquem ad officium iudicandi regendumque alios, debet sagaciter considerare atque solerter inuestigare, an sit uere idoneus, prudens, iustus & probatus seu honestus ac exemplaris conuersationis: & quod fuerint officia altiora, eo decet perfectiores esse qui ad ea sunt promouendi.

Articulus IX. Quod princeps diligentissime inquirere debet, an sui officii in executione officiorum suorum bene & iuste se habeant.

Totum rei publicae bonum ex diligentia principis aliquo modo dependet: deinde dependet bonum commune seu iustus atque pacificus status populi ex officialibus principis, qui sunt uicarii & cooperatores principis sui: Ideo princeps uigilantissime ac prudētissime per seipsum & per uiros fideles ac sapientes considerare debet ac perquirari, qualiter officii & iudices sui se habeant, an in oibus iuste procedant recteque iudicent, & mala extirpent: an amore alicuius uel odio declinent ab aequitate: an diligant munera uel propter dona peruertant iudicia. Denique quia fragilis atque instabilis creatura est homo & cito facilliter ac frequenter mutatur, peccat & labitur, iccirco praedicta a principe saepe sunt inquirenda: nec sufficere sibi debet, quod uiros idoneos in officij collocat, sed & inspicere obligatur, an in ueritate & aequitate permaneant. Si igitur uiderit eos iuste ac sapienter omnia agere, confortare eos debet in bono, & honorare ac remunerare: si uero inuenierit eos iniuste procedere, egenos opprimere, auaritiam seque, propria commoda magis quam bonum commune amare, debet eos strenue increpare & castigare, atque ad emendationem hortari, & penas, nisi se emendauerint, comminari, uel ab officijs suis deponere, si uiderit expedire, & aptiores poterit inuenire: sic namque egerunt Romani quando rei publicae optime administrauerunt

Exod. 18

Exod. 31

Prover. 15

Prover. 12

Prover. 39

Eccles. 1

Deut. 16

Eccles. 10

Deut. 1

Deut. 17

administauerunt. Cum enim Imperator & Senatores perceperunt qd iudices hinc inde ab eis constituti iniuste procederent, priuabant eos suis officijs & grauiter punierunt, ac plurimos in exilium relegabant. Petrus quoq; Blefensis scribit de Henrico rege Angliæ, cum quo Petrus hic habitauit, qd rex ille nullos tam districte ac diligenter examinauit & iudica uit, sicut iudices & principes sibi subiectos, atq; cum summa & infatigabili diligentia in qui fuit facta eorum, & quomodo staret in urbibus ac prouincijs suis: Hinc Aristoteles conu luit Alexandro regi, ut haberet quosdam uiros in industrijs ac fideles, qui inquireret & aspi cerent sibi qd dicerent, quid ageretur in regno suo, & quomodo iudices & principes subiti tuti sua prosequerentur officia. Præterea legitur qd Cambyfes rex Persarum unum de iudici bus suis fecit uiuum exorari, quia percepit qd iudex quendam aduersarium suum ex ran core & ira iniuste damnasset. Curam quoq; exorati iussit sedi iudiciariæ superextendi, & in ea ipsius filium iudicem residere, ut pellem cernendo, pœnâ patris sui recordaretur, atq; iniuste iudicare iugiter uereretur.

Articulus X. Quomodo princeps iudices officiatosq; suos debeat exhortari, & qd homines uitiosi non sunt digni alios iudicare.

a. Paralip. 19

Deu.

Ad iudicium
tū tria regunt

Secundo libro Paralipomenon legitur, quemadmodum uirtuosus ille rex Iuda Iosaphat iudices suos admonuit, dicens: Videte quid faciatis: non enim hominū exer cetis iudicium, sed dei: & quodcumq; iudi caueritis, in uos redundabit. Sit timor dñi uobiscū, & cum diligentia cuncta facite: Non est enim apud dñm deum nostrū ini quitas, nec personarū acceptio, neq; acceptio munerū. Moyses quoq; in Deuteronomio ait iudicibus Israelitarū: Audite illos, & quod iustum est iudicate: ius cuius sit ille siue peregrini us, nulla erit distantia. Ita paruam audietis ut magnum, nec accipietis cuiusq; personam, qa iudiciū dñi est. His atq; similibus sapientissimis uerbis affari atq; hortari debet princeps iudices officiatosq; suos & instruere eos, ut omni inordinato amore secluso, omni odio erad iato, omni timore & cupiditate postpositis, deū semper præ oculis habeant, rationē sequā tur, & secundum formā iuris iudicent ac procedant. Potius enim debent uelle pro iustitia mori, q̄ propter aliquod commodum temporale iustitiā ipsam relinquere. Sint ergo in suis officijs solliciti semp̄ & circumspecti. Admonendi sunt etiā ut taliter uiuāt, ut digni sint alios iudicare. Tria quippe requiruntur ad hoc, qd iudicium de alio per modum sententiantis sit licitū, ut asserit sanctus Thomas: Primo, ut pcedat ex uirtute iustitiæ, non ex impetu passi onis: qui enim in magnis peccatis sunt, iudicare non debent eos, qui in eis dē uel minoribus sunt peccatis, ut dicit Chrysostronus, maxime si eius peccata sint manifesta. Secundo requi ritur, ut procedat ex auctoritate præfidentis, quia iudicare non debet homo nisi sibi subie ctos, aliter enim esset iudicium usurpatum. Tertio oportet ut proferatur secundum dicta men prudentiæ formamq; iuris, non secundum hoim suspicionem. Constat ergo qd qui in magnis & publicis iacent peccatis, nec uitam emendant, sicut adulteri, concubinariā mani festi, usurarij atq; confimiles, non sunt digni alios iudicare, nec sunt ad officium iudicis pro mouendi, sed potius (nisi se emendauerint, & si congrue fieri poterit) deponendi: Graui ter etenim peccant, qd se ad iudicandum alios audent ingerere, & ratione sui officij tenent mul topus q̄ alij iuste & exēplariter conuersari. Vnde cū adulteriū sit multo enormius p̄ctm q̄ furtū, qui adulter est, furem pro furto damnare est in dignum, quāuis fur dignus sit condēna ri. Postremo per iudices intelligo scultetos atq; scabinos, ac cæteros per quos uel a quibus alii iudicantur. Cunctis ergo iudicibus necessariæ sunt prudentia & iustitia uirtutesq; cæ teræ illis connexæ.

Articulus XI. De tredecim quæ requirunt ad hoc, qd iudex recte digneq; iudicet.

Quia præcipuus actus principum ac iudicum est de alioꝝ negotijs sententia liter iudicare, cōgruum reor de iudicio, qualiter uirtuose deoq; placite fieri debeat, clarius loqui: quanq̄ ea quæ dicenda sunt, iam supra uirtualiter tacta sunt. Itaq; ad hoc qd princeps aut iudex iudicet recte ac digne seu uirtuose & meritorie, Pri mo exigitur ut iuste uiuat: homines namq; confugiunt ad iudicem quasi ad animatā iusti tiam ut Aristoteles protestatur: qui etiā dicit, qd iudex, potissime princeps terræ, debet esse quasi regula æquatis uiuatq; lex, ut nunq̄ a uia flectat iustitiæ. Iccirco ad hoc qd iudex absq; p̄ctō alium iudicet, requiritur quod non sit scienter in p̄ctō mortaliūmō etiā, ut antequam audeat iudicare, faciat ea per quæ probabiliter possit cōfidere se esse in charitate & gratia dei confitendo, uel confessionem proponendo, & cordialiter pœnitendo si fuerit sibi con scius de mortali p̄ctō. Secundo exigitur ut habeat auctoritatem iudicandi eum quem iudic at

cat: cuius causam sanctus Thomas assignat, dicendo qd sententia iudicis, est uelut patri cu laris lex in determinata causa seu certo negotio, habens uim coactiuam, ita qd ei contradicū aut relictari non licet. In rebus autem humanis uis coactiua non competit nisi auctoritate fungētib; publicis: quæ se ad illos extendit, qui potestati seu auctoritati illi subdūt. Ideo nullus alium sententia liter iudicare potest, nisi sit ei aliquo modo subiectus, ut puta per or dinariam potestatem, uel saltem per commissionem. Hinc ait Gregorius: Falcem iudicij mittere nemo potest in eam rem, quæ alteri est commissa. Vnde communiter dicitur, qd illicite sit mittere falcem in messem alienam. Veruntamen dominus terræ, in cuius terra quis de linquit, efficitur superior eius, ratione delicti illius. Tertio exigitur, ut in iudicando, ordinē iuris obseruet, atq; secūm statuta iuris procedat. Ordo etenim iuris, est secundum accu sata, allegata atq; probata procedere. Iccirco non debet iudex in criminibus aliquid con demnare, nisi habeat accusatorem. Accusator quoq; principaliter debet adesse. Nam Ca non ait: Per scripta nullius accusatio suscipiatur: hoc enim de absentia accusatore accusatio nē in scriptis mittente, est intelligendum secundum Thomam: propter quod in Actibus apostolorum præles dixit pro Pauli defensione contra Iudæos: Non est consuetudo Ro manis aliquem damnare hominem, priusq̄ is qui accusatur, præfentes habeat accusatores locumq; defendendi accipiat, ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur. Præterea aduertent dum, qd publica in fama habeat ac supplet locum accusatoris: euidentia quoq; patris scele ris accusatore non indiget: iccirco in talibus casibus non exigitur alius accusator. De igno rantibus uero iudicibus, & uiam iustitiæ, deferentibus dominus ait per Isaiam: Ipsi ignora uerunt intelligentiam: unufquisq; in uiam suam declinauit. Quarto requiritur, ut iudex nō cedat multitudini neq; clamori multoꝝ, sicut per Moysen dominus iubet: Ne sequaris tur bam ad faciendum malum: nec in iudicio acquiesces sententiæ plurimorum, ut a uero de uies. Quinto exigitur, ut causam quā nescit, bene inquirat atq; discutat, prout sanctus Iob iudex & princeps magnus fateatur: Causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabā. Sexto oportet, ut iudex non sit personarum acceptor, unum palpando aut audiendo præ alio contra iustitiam: sed ad omnes & singulos iuste se habeat. Ideo Moyses iudicibus Isra ēl iussit: Ita pauperem audietis ut magnum. Septimo, oportet, ut nullo timore a recto rece dat iudicio. Præterea in Ecclesiastico scriptū est: Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uir tute irumpere iniquitates, ne forte expauescas faciem potentis. Octauo exigitur, ne plus debito compatiatut alicui in iudicando: ideo Moyses ait in Exodo: Pauperis non miserebe ris in iudicio. Quamuis autem non ita sit miserendum pauperibus in iudicio, ut derogetur ueritati & æquitati, nihilominus iudex singulariter pium se exhibere debet egenis, au dien do & iudicando causas eorum, quantum saluo iure fieri poterit. Singulariter quippe impiū & crudele est opprimere inopes, præsertim qui uiolenti & peruersi non sunt. Ideo Salomō ait: Non facias calumniam pauperi, neq; conteras egenum in porta. Per portam uero intel ligitur locus iudicij: quia in urbium portis, iudices antiquitus sedere ad iudicandum sole bant. Rursus per Esaiam prophetā de iniustis iudicibus dominus conquerens, ait: Omnes diligunt munerata: sequuntur retributiones: pupillo non iudicant: et causa uiduæ non ingre ditur ad eos. Nono exigitur, ut auaritiā detestetur, & munera spernat, de hoc dicta sunt multa iam supra. Decimo oportet, ut preces nullas in præiudicium alterius partis recipiat. Vndecimo, ut inordinatum amorem ac odium penitus derelinquat: talis etenim amor & odium, peruertunt iudicium. Hinc ut Aristoteles ait: Homo non est bonus iudex suipius, quia nimis amat seipsum: nec hostis sui, quoniam odit eum. Hoc tamen intelligendum est de homine imperfecto. Homo enim in uirtutibus perfectus, seipsum spiritualiter tantummo do diligens, & dono sapientiæ illustratus, optime iudicat de seipso nec inordinato cæca tur amore. Duodecimo oportet ut uera decoretur prudentia, per quam discrete se habeat. Ideo Salomon exhortatur: Dic sapientiæ soror mea es: & prudentiam uoca amicam. Pos tremo cauendum est iudicij, ne ex uerbis quæ au dit, ad iram aut impatiētiam, aut similem animi perturbationem concitetur: sicq; ex impetu passionis ferat sententiam. Ira nempe, præcipue cauenda est iudicij: & corde tranquillo eum iudicare decet & expedit. Ideo Iaco bus apostolus dicit: Sit omnis homo tardus ad iram, & causam subiungit dicendū: Ira em̄ iuri, iustitiam dei non operatur.

Articulus XII. De moribus nobilium.

Quoniam

Gregorius

5. q. 2. ca. Relat
m
Ad. 25

Isa. 56

Exod. 24

Iob 29

Deu. 1

Eccle. 7

Exod. 23

Prouer. 22

Isa. 1

1. Reg. 8

Prouer. 7

Iaco 1

Quoniam principes nobiles & diuites potentes sunt, aliquid de moribus nobilitatis & diuitum ac potentum fari oportet, ut quod in illorum moribus extat laudabile, teneant & sequantur: quod uero uituperabile est, deuitent. Denique, mores in hominibus dupliciter diuersificantur. Primo ab ætate: Nam alios mores habent iuuenes, alios senes, & alios qui mediæ sunt ætatis. Secundo à fortuna: quoniam bona fortuna ut sunt nobilitas generis, opulentiæ atque potentia, non parum diuersificant hominum mores. Communiter namque alios mores nobiles habent quam ignobiles: alios potentes quam impotentes: alios diuites quam pauperes. Porro nobilium assignantur quatuor mores laudabiles. Primo enim solent esse magnanimi: quia ut Aristoteles ait, Nobilitas idem est quod uirtus generis. Inde equidem dicuntur homines nobiles, quia ex genere honorabili processerunt. Genus autem honorabile dicitur, si ex ipso ab antiquis temporibus prodierunt multi præfides & insignes: & eadem ratione genus dicitur nobile. Sed quia secundum communem hominum estimationem, omnia mensurantur numismate, ita quod pecunia reputatur pretium cuiuslibet rei, siccirco ex hoc quod homines sunt diuites, creduntur digni ad principandum si aliunde defectus non sit: & eo ipso creduntur esse insignes ac digni honore, præsertim quando opulentia diu durat in eis. Hinc secundum communem hominum opinionem, nobilitas nihil aliud est, quam antiqua diuitia: omnes etenim homines, natura sunt pares ac similes. Unde occasio huius nobilitatis unius super alium, uidetur pro magna parte diuitiarum fuisse excessus. Hinc unus alium aspernari non debet: quemadmodum Malachias propheta fatetur. Nonne pater unius omnium nostrum: Nonne deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque fratrem suum, uiolans pactum patrum nostrorum? Itaque, quoniam nobiles ab antiquo præfides extiterunt, in eorum quoque prolapia multi præfides diuitesque fuerunt, ideo eleuatur cor nobilium exemplo parentum ut tendat in magna: suntque magnanimi. Effectus etiam naturaliter appetit suæ causæ assimilari. Filii autem sunt effectus parentum suorum. Ideo filii nobilitatis instar parentum magna affectant, & ad magnanimitatem naturaliter inclinant. Secundo nobiles communiter extant magnifici, id est, magna agerentes, & ad magnos sumptus præ alijs inclinati. Filii etenim nobilitatis, cæteris paribus sunt suis parentibus nobiliores. Ex utroque nempe parente contrahunt nobilitatem, eo quod nobiles uiri, potissime principes terre, soleant nobilibus sociari coniugibus. Et itaque, quia ut dictum est, nobilitas idem est quod uirtus ac honorabilitas generis, seu antiqua diuitia, ideo, quo honorabilitas & opulentiæ genealogiæ magis protrahitur seu diuitius in generationum successibus durat, eo maior reputatur nobilitas. Cum ergo nobilitas, nobilitatis cor inclinet ad aliqua magna & præclara agenda, sequitur nobiles esse magnificos etiam magis quam parentes eorum: ita quod illos nituntur uincere in magnorum perpetratione, qui sint parentibus quodammodo nobiliores. Tertio nobiles communiter sunt doctiles atque industrii, quia ab infantia inter nobiles expertos & morigeratos conuersantur, à quibus aspiciuntur ac instruuntur & reprehenduntur: ita quod metuunt se inhoneste habere, quod gestus suos considerant atque componunt. Item corpus eorum ab infantia diligentius custoditur, delicatiusque nutritur, siccirco contingit eos habere corpus magis tenes & melius complexionatum seu qualificatum: suntque industrii, quia ut Aristoteles asserit, Molles carne, apii sunt mente. Hinc adulescentes sunt nobilibus summe uitandi: quia dum nobiles à pueritia non recte instruuntur nec reprehenduntur, sed etiam in malis fouentur & commendantur, contingit, quod seipsos ignorant, atque in uitiosis factis ac moribus, habituantur & crescunt: propter quod raro & difficulter aut nunquam uirtuosi efficiunt. Quarto nobiles communiter sunt politici atque affabiles, quia in curiis nobilium esse solet magna societas. Quædammodum ergo rustici, qui quasi solitarii uiuunt, sunt syluestres ac rudes, sic nobiles uita sociali uiuunt & inter curiales ac alio cutiuos conuersantes, sunt politici atque affabiles. Communiter quoque sunt audaces cæteris: & in manducando, loquendo, ac alijs gestibus honestiores. In armis etiã, equis, & pulchris canibus ac uenationibus delectantur. Imò interdum ex proprietatibus & actibus istis sunt agniti, quando se occultare oprabant, & uilibus fuerunt uestimētis induti. Unde de Alexandro filio regis Scotiæ legitur, quia cum Christi amore regni paternum ac temporale spreuisset ac reliquisset, atque in claustrum quodam uaccas mulgeret & pasceret ac caseos faceret, contigit quadam die, ut uir nobilis Hugo de Rumennia aprum insequeretur, & tandem, ut illius natura est bestia, stare fecit adaptatoque pugione, cum aprum uellet inuadere, & tamen eius truculentiam formidaret, præfatus frater Alexander uaccas tunc in uicino pascens accurrit, arreptoque pugione de manu domini Hugonis, aprum audacter impetit & occidit. Quo uiso, nobilis ille in oscula Alexandri mox ruens dixit: Verè nunquam uaccas custos, nunquam rusticus

sticus increuit, iundecumque huc ueneris. Præterea, quoniam homo non nascitur uirtuosus, quis ex naturali dispositione, complexione atque origine sit ad quasdam uirtutes magis inclinatus, aptus & habilis, ideo præfatos mores qui dicuntur laudabiles, quia disponunt & conferunt ad uirtutes, debent nobiles per rationem perficere, & ad perfectas uirtutes deducere: ut sint uerè magnanimes & magnifici, dociles, affabiles atque politici, prout recta ratio dicit, & deus requirit: quod qualiter fieri debeat, in primo huius editionis tractatu, ostensum est. Insuper duo ponuntur uituperabiles nobilium mores: Primo quod sunt nimis appetentes honorem. Naturale est enim, quod homo uult accumulare ad id quod habet: quædammodum qui ditari incipiunt, ditiores fieri uolunt: sic qui honorari incipiunt, plus cupiunt honorari. Nobiles ergo quia ex suo genere uident se honorari & honorabiles reputari, cupiunt crescere in honore, & amplius honorari exoptant, quod ad superbiam pertinet, quæ est immoderatus propriæ excellentiæ appetitus. Secundo do solent esse despectores progenitorum suorum: quia ob causas præactas, reputant se illis nobiliores: sed hoc uitiosum est & superbum, quia & lege diuina ac naturali, tenentur suos uenerari parentes. Præterea, quia sunt ambitiosi atque elati, consequens est, ut facile irascantur & ulciscantur: cum ira sit appetitus uindictæ ob paruipensionem, quam sibi iratus putat illatam. Hinc quanto plus cupit homo honorem, tanto minus uult pati despectum, citiusque indignatur, irascitur, & uicissim contumeliam infert: quod nullatenus condecet principem, quem ut ante probatum est, oportet singulariter esse mansuetum & iustum ac considerantem, quod nobilis est ille, quem nobilitas sua uirtus.

Articulus XIII. De moribus diuitum.

Asignantur autem quinque uituperabiles diuitum mores. Primo enim solent esse elati, quia habendo opes atque pecunias, quasi omnia habere se putant: eo quod nimismode omnia mensurantur secundum populæ estimationem. Quoniam ergo diuites pecuniam reputant dignitatem & pretium omnium aliorum, habendo diuitias, omnia habere se reputant: ideo intra se intumescunt, & cæteris excellentiores se arbitrantur. Secundo communiter sunt contumeliosi, quod ex prioris more consequitur: quum enim sint superbi, ideo modica offensa seu occasione, magnam rependunt iniuriam ac uindictam. Hinc quoque se reputant excellentiores alijs esse & apparere, si eis contumeliam inferant. Tertio solent esse molles & immoderati, quia assueti sunt uiuere delicatè: hinc concupiscentias suas sequuntur nec dura & aspera pati uolunt. Quarto sunt præsumpti & arrogantes de suis diuitiis: alios quoque contemunt, eo quod uideant eos indigere his rebus quibus ipsi abundant: & cum sint superbi, uolunt sciri quod diuites sint: & cum gloria uana se iactant. Quinto dignos se reputant principari: diuitias enim suas quid maximum opinantur, & per eas se iudicat alijs digniores. Porro quod uitandi sunt principibus mores hi mali, constat ex dictis. Principes ergo ac diuites, aduertant ac impleant, quod ad Timotheum ait Apostolus Paulus: Diuitibus huius seculi præcipe non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum: sed in deo uiuo, qui omnia nobis præstat abunde, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Denique diuitibus præfatos malos mores habentibus conuenit, quod in euangelio loquitur Christus: Possibile est camelum per foramen acus transire, quod diuitem intrare in regnum cælorum. Porro Aristoteles unum duntaxat laudabilem morem ascribit diuitibus, ut puta quod bene se habere uidentur circa diuina seu in diuino obsequio: quia ex prouidentia diuina credunt sibi datas diuitias: quas & perdere metuunt si deum non colerent. Cum enim diuitia sint bona fortuna, non uidetur humana industria sufficere ad hoc, quod homo ditetur: præsertim cum uideamus quosdam magis in industriosis, minus ditari deo diuitiarum acquisitione, diuinæ ordinationi ascribitur. Hinc diuites colunt deum, credentes ex hoc magis ditari. Veruntamen, si colant deum potius propter temporalia bona, quam propter æternam, nihil apud deum merentur, sed in mortali peccato sunt. Rustus, si colant deum potius timore perden diuitias temporales, quam amore adipiscendi dona gratiæ in præsentem, gloriamque æternam, non est cultus eorum acceptus nec meritius uerè felicitatis. Item si ament deum potius propter eius dona quæ contulit eis, quam propter propriam atque immensam ipsius bonitatem, non est amor eorum spiritualis, purus aut meritius uerè æternæ. Et quia hoc modo multi diuites colunt & amant deum, ideo uiuunt, iacent & manent in peccatis mortalibus: nec pro cultu quem deo impediunt, æternam beatitudinem consequuntur: sed in hac uita, temporalia bona pro premio sortiuntur.

T Amandus

Mala 2

Exod. 10
Deu. 5
Mat. 15
Mar. 7
Eph. 6

Diuitum mores,

1. Tim. 6

Mar. 19
Mar. 10

re uirtuosior est quomodo potest: ad quod exigitur, ut omnia peccata uidentur: sicq; lex humana quo ad intentionem legislatoris, magis prohibet interiora peccata: uidelicet concupiscentiam & animi malum, quam mala exteriora. Opera nepe exteriora non sunt uirtuosa aut uitiosa, nisi ex interiori bonitate aut malitia mentis. Si uero lex humana consideret quantum ad punitionem sequentem, sic dicit non prohibere mentem seu animam & concupiscentiam: quia interiora peccata non punit. Sed responsio ista non uidetur resoluta, clara & certa: lex namque precipue uim foriit secundum intentionem legislatoris: & iuxta eam est interpretanda ac dispensanda ut doctor res communiter protestant. Si igitur legislator intendit lege humana quam tradit, animam & concupiscentiam prohibere, lex humana absolute loquendo, animam & concupiscentiam prohiberet, atque omne peccatum uitaret: & ea seruare, uideret sufficere ad salutem: cuius oppositum etiam ipse Aegidius asserit. Verum tamen Aristoteles pro se allegat Aegidius: circiter dicendum, quod legislator uidelicet dator legis humanae ac positum, intendit prohibere omne peccatum interiorum motuum: non per modum praecipui, sed quoniam cupit, ut ad subditos omne malum uitetur. De hac tamen materia pertranseo, quia eius plena discussio, ad subtilitatem difficultatisque pertinet: quas in hac editione a principio uitare propter rationabiles causas decreui. Postremo sciendum, quod leges humanae obligant non solum quantum ad poenam a legislatore praefixam, sed etiam in foro conscientiae coram deo: ita quod deum offendit, qui eas dummodo iuste sint, non obseruat. Ordinant quippe ad bonum commune, & dant ab eo quia autoritate habet ac potestate tradere eas: prout sanctus Thomas clarius docet in prima secundae.

Articulus XVII. Vtrum expediat ciuitatibus innouare patrias leges & inducere nouas: praesertim si nouae sint meliores

Hanc quaestionem Aristoteles in Politicis mouet, & arguit ad partem utramque. Quod enim hoc ipsum expediat, uidetur, quoniam aliquae leges sunt iniustae atque barbaricae. Aliqui quoque legislatores fuerunt minoris prudentis, quam homines posteriores, ergo apparet quod posteriores tales debeat dare leges nouas ac meliores. Rursum, quoniam posteriores inueniunt in sciendis aliquid uerius, priores dicta derelinquunt. Igitur si posteriores inueniant aliquid utilius ordinatum, uidetur ut lex prius ordinata, postponatur praesertim quoniam particulae hominum actus sunt tam indeterminate atque incertae, quam multipliciter variant secundum tempora, interualla, et diuersitates locorum aliarumque circumstantiarum, quod a legislatoribus praesertim comprehendere non possunt, nec infallibiliter determinari: sed aliquae circumstantiae particulae circa humana agibilia eos latent. Si igitur ex longa experientia aliquid certius, itaque quod utilius posterioribus apparet, quod possint & debeant leges nouas instituire, & ueteres remouere. Haec autem argumeta Aristoteles soluit, & tendit ad partem oppositam. Vnde Aegidius eum sequens, sic ait: Hoc simpliciter asserere, scilicet expediat patrias leges immutare & nouas inducere, quae ualde periculosum ciuitatibus & regno atque prouinciis. Nam assuescere inducere nouas leges, est assuescere & non obediunt legibus, ut Aristoteles innuit. Leges namque magnam efficaciam sortiuntur, & magnam uim habent ex consuetudine: quia difficulter quis facit contra id, quod est per longa tempora obseruatum. Itaque aduertendum, quod lex positua si recta & iusta sit, legi innititur naturali & fundatur in ea: particulae quae determinat hominum facta. Si igitur leges posituae sint legi naturali contrariae, ita quod manifeste repugnent rectae naturali rationi, non sunt obseruandae sed extirpandae, & nouae & meliores leges pro illis sunt inducendae: imo huiusmodi leges iniuste, non sunt uere ac proprie leges: sed legum corruptiones, ut constat ex his quae in prima huius operis parte dicta sunt de legis proprietate. Porro, si leges sint defectiuae quia non bene determinant particularia agenda, seu quid in particularibus quibusdam negotiis sit agendum, dato quod occurrant leges meliores & magis sufficientes, adhuc tamen non est assuescendum inducere nouas leges. Primo, quia interdum contingit circa tales nouas leges falli, ita ut meliores credantur & sufficientiores, quae peiores insufficientioresque sunt. Et dato, quod in aliquo essent sufficientiores leges nouiter adinuentae, sunt tamen leges patriae & antiquae seruandae: quia quanto quis ex una parte plus proficit dando legem sufficientiorem, tanto ex alia parte nocet tollendo consuetudinem & temporis diuturnitatem: per quam lex magnam habet efficaciam. Nec est simile de legibus atque scientiis. Scientiae enim totam suam efficaciam habent ex ratione. Leges uero magnam efficaciam super partem habent ex temporis diuturnitate & assuescentia. Ex his uerbis concludit Aegidius: Decet ergo reges & principes obseruare bonas consuetudines sui principatus & regni: nec leges patrias immutare, nisi fuerint rectae rationi contrariae: quibus concordat, quod sanctus Thomas respondet ad questionem quae quirit, An lex humana occurrere

Prima secundae

rente aliquo meliori, sit semper mutanda. Ad quod inter caetera ait: Ipsa legis mutatio secundum se detrimentum communis inducit salutis: quia ad obseruantiam legis, plurimum confert consuetudo. Propterea lex non est mutanda, nisi ex alia parte tantus ad minus profectus nascatur ex eius mutatione, quantum eius inducit mutatio detrimentum. Hoc autem non est, nisi maxima & euidentissima oriatur utilitas ex legis solite mutatione, nouaeque legis inductione: uel quia ipsa lex manifestam iniquitatem includit: aut quia multis extat nocua. Ideo iuris peritus dicit: In rebus nouis constituendis, euidentem debet esse utilitas, ut recedatur ab illo quod diu aequum uisum est. Videmus enim, quod illa quae contra consuetudinem sunt, quamuis sint leuiores, tamen grauiora uidentur. Consuetudo enim est quasi altera natura: facitque hominem prompte ac destabiler operari: imo secundum beatum Augustinum, bona consuetudo uim legis habet: & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. His uerbis alij doctores consentiunt, ex quibus concluditur, quod princeps terrae non facile urbibus suis infringere aut auferre debet antiquas earum leges & consuetudines rationabiliter approbatas: imo hoc facendum non est, nisi ut Thomas dixerit, maxima ac euidentissima inde oriatur utilitas. Nam & praeter causas praetactas, etiam ratio talis legum consuetudinum est uitanda mutatio, dissipatio siue ablatio: quia ex hoc oriuntur dissensiones & scandala, atque non raro ualde magna pericula, tam urbibus quam principibus: propter quae mala uitanda, etiam aliqua bona sunt ad tempus omittenda illa uidelicet, quae non sunt de necessitate salutis, nec cadunt sub praecipio, ut Augustinus frequenter fatetur: praesertim, quia & Christus in euangelio loquitur: Vae homini illi, per quem scandalum uenit.

Luce. 17

Articulus XVIII. Quid agendum sit, dum inter principem & urbes seu populum eius, oritur dissensio ob patriae legis seu approbatam consuetudinis mutationem uel dissipationem, & quod ad principem terrae pertinet leges dare & condere, interpretari ac dispensare.

Quoniam princeps terrae, uidelicet rex, dux seu comes, ad hoc diuina ordinatione praesidet populo tanquam minister atque uicarius dei, ut docet Paulus in epistola ad Romanos, ut turbationes, dissensiones, iniurias & iniustitias a subditis auferat, & pacem, concordiam, communionem atque iustitiam eis procurer, conferuet ac protegat, summe uitare debet, ne sit alicui & praesertim ne sit communitati aut urbibus suis turbationis, dissensionis, rebellionis, in quietudinis uel occasio, dummodo salua iustitia hoc possit uitare. Quoniam ergo ut praecedenti articulo patuit, non expediat patrias leges & consuetudines immutare, ac nouas contrariasque inducere, nisi grandis ualde utilitas aut necessitas ad hoc compellat, uel ipsae leges & consuetudines essent naturali legi rectaeque rationi contrariae aut multis nociuae, eo quod ex legum uariatione & inuouatione, multiplex consuetudo in quietudo, scandalizatio, dissensio atque turbatio, certum est quod uitandum sit ualde principibus, ne absque sufficienti motiui, hoc agant. Verum tamen, ut huius rei ueritas ac determinatio clarius innotescant, tangam aliquas rationes, ex quibus alicui posset uideri, quod principibus liceat cum eis expedire uideatur, leges ciuitatum ac patriae immutare, & nouas inducere. Primo, quia secundum quod hominum mores ac tempora uariantur, alia & alia eis expediunt. Videntur ergo aliquando ueteres leges abolendae, & nouae condendae ac inducendae. Secundo, quoniam princeps terrae habet suis subditis leges instituire, dare & promulgare, prout Thomas & Aegidius, caeterique doctores efficaciter probant. Nam Aegidius inter caetera dicit, quod rex & quilibet princeps, est medium inter legem naturalem ac posituam: quia est infra legem naturalem, quam mutare non potest sed sequi tenetur, & supra legem posituam: quia sua eam autoritate instituit. Et si dicatur aliqua lex positua supra principem esse, hoc non est in quantum est positua, sed in quantum uirtus legis seu iuris naturalis in ea seruatur. Itaque si principis est legem condere & praestare, apparet quod secundum temporum successiones, liceat sibi leges mutare & nouas inducere. Tertio, quia ad principem pertinet legem interpretari, hoc est exponere, qualiter sit intelligenda, & dispensare cum ea, hoc determinare: quando & in quibus casibus non sit obseruanda iuxta tenorem & formam uerborum. Non ergo uidetur licere communitati aut subditis, reniti seu reclamare principi suo, si interdum contra communem faciat legem, & eam infringat seu non obseruanda asserit. Ad ista argumenta dicitur, quod sicut a summis pontificibus instituta sunt iura positiua canonica, ita a secularibus principibus, praesertim ab imperatoribus instituta ac condita sunt leges positiuae ciuiles. Insuper, reges & caeteri principes, populis sibi subiectis quasdam leges ab antiquo condiderunt & praestiterunt, quas successores eorum mutare

Rom. 8

& auferre non debent propter rationes præactas, nisi secundum quod dictum est, fuerit tam magna euidentisq; utilitas siue necessitas, ut recta ratio dicat hoc faciendum. Ad primum igitur argumentum dicendum, quod quamuis hominibus diuersorum territoriorum & morum ac temporum, sint diuersæ leges tradendæ, ex hoc tamen non sequitur, quod princeps debeat terræ suæ leges mutare nisi secundum modum præfatum. Vnde cum Alexander rex Darium regē uicisset, statim præcepit, ut in regno & urbibus Darij essent principes & iudices sicut tempore Darij fuerant. Ad secundū dicendū, quod quāuis sit principi subditis suis constituere legē, non tamē hoc omnifarie licet eis, sed in iure naturali rectaq; ratione leges quas condit, fundare tenentur: ut leges illæ sint iustæ ac utiles: communiter quoque congruentes atq; portabiles. Itaq; instituedo leges subiectis, non propriam uoluntate, sed rectā sequi rationem ac prouidam considerationē tenentur: itēq; diligenter discutere, & cū sapiētibus ac expertis uiris, præsertim consiliarijs suis & amicis (si habeant tales) conferre & examinare habent, an leges huiusmodi sint iustæ, aptæ ac utiles: quo facto, debent eas populo promulgare, à quo cū fuerint acceptæ, non sunt auferendæ de cætero neq; mutandæ, nisi secundū modum præscriptum. Ad tertium respondendū, quod in certis casibus patiuntur instantia ac defectum: ita quod secundum superficialē sensum uerborū obseruandæ semper non sunt: nec intelligendæ sed exponendæ sunt, sumendæ ac implendæ secundū intentionē & mentē legislatoris. Sic autē leges interpretari & dispensare in eis, potissime spectat ad principes & prælatos: ad quos pertinet discretionē determinare, quando lex non est obseruanda: secundū quod uerba sonant. Sed talis dispensatio, à presidēte fieri non debet sine euidentē utilitate aut uera necessitate: aliās non esset dispensatio, sed dissipatio legis: ut Leo papa, sanctus Bernardus, cæteri q; doctores testant. Cum autē dispensatio talis rationabiliter sit, nemo reniti debet nec reclamare: quod si quis fecerit, pie est informandus. Veruntamen interdū licet, cui libet etiā subdito legē interpretari & dispensare in ea, ut patet ex uerbis sancti Thomæ dicentis: Cū lex ordinet ad bonum cōmune, si in casu aliquo obseruatio legis fit bono communi dānosa tunc lex non est obseruanda secundū tenorē uerborū, sed secundū intentionē legislatoris. & si periculū imminēs ex legis obseruatione, sit subitum & apertū, tunc necesseitas habet dispensationē annexam: & licet cui libet legē interpretari: aliās non liceret, nisi superioribus quibus data est potestas dispensandi in legibus. Deniq; huius exemplum potest sic poni: Si ciuitas aliqua sit obsessa, & lege præceptū sit, ut nullus portas eius aperiat, hoc enim communiter expedit, sed si aduersarij insequantur aliquos ciues urbis obsessæ, ex quoque uita atq; consilio dependeat bonum ciuitatis huiusmodi, sitq; spes quod ciues illi possint effugere hostes, si portæ aperiatur, tunc portæ essent aperiendæ, etiam à quocunq; quia nec hoc est contra intentionem legislatoris aut legis, sed pro ea. Iterum, si lege sancitum sit, ut in urbe aliqua nullus post decimam horam in nocte exeat domum, nec per plateas discurrat aut clamiter cōtingat aut incendium aliquarum domorū oriri in ciuitate, tunc lex illa iuxta tenorē uerborum seruanda non est. Multa similia possunt poni exēpla. In actibus namq; negotijsq; humanis, tot circumstantiæ & diuersitates ac uariabiles particulares occurrunt, quod legislator manus omnes præuidere & exprimere nequit: Vnde nec leges instituire potest, quæ in nullo casu patiantur defectum, aut quæ semper in omni casu implendæ sint. Ecce co considerare oportet intentionem legislatoris. Ex his æqualiter elici potest, quid agendum sit, si alicuius inter principem terræ & inter urbem aliquam seu urbes ipsius, oriatur dissentio de obseruatione aut mutatione & inuouatione legum: ut si ciuitas conuerat non sibi obseruari à principe suo solitam legem cōsuetudinēq; diu seruata & approbatam. In tali etenim caſu ciuitas debet suo principi reuerenter occurere, humiliter loqui, & quantum saluo iure ac bono cōmuni potest, in uerbis deferre ac postulare, ut sua iura sibi seruent. Princeps quoq; quæ dicitur in oibus præcæteris omni modestia, charitate, pietate ac patientia, mansuetudine atq; prudentia præfulgere ac decorari, debet subditis suis & urbibus, cū omni pietate & charitate occurrere: non solum ut seruis, sed in sup̄ tanq; filijs suis: & tanq; gregi sibi à deo cōmissi, & tanq; his qui pro ipsius defensione uitā suā exponerēt. Sic ergo debet se inuicē patiēter, pie, prudētē & charitatiue audire, & de pace tractare: oēm q; irā, turbulentiā, superbiam accēteras passiones in colloquēdo uitare: itēq; excludere eos à suis cōsilijs atq; tractatibus, quos uiderint malitiose & callide sano cōsilio & utilibus adinuentioibus, pactionibus, ordinationibus aut concordationibus infidari, ac propria lucra sectari. Porro si princeps & populus eius taliter inter se concordare nequiverint, uidetur consilium, quod causæ suæ exami-

nationem

nationem, discussionem, determinationem & concordationem, committat uiris iustis atq; doctissimis: scilicet doctoribus in sacra theologia, & iure famosis, ac magnis qui sciunt determinare, quid circa legū mutationem, dispensationē, ablationem & inuouationem, incūbat conueniatq; principibus: & doctorum illorum iudicio standū esse: qui etiam satis multum eligi possent, propter certificationem maiorem & clariorem.

Articulus XIX. An liceat principibus atq; iudicibus relaxare pœnam debitam reis ac criminosis.

Multa licent principi terræ, quæ iudicibus ei subiectis non licent. Principi etenim terræ cōmissa & data est plenaria potestas reipublicæ sub ipso constitutæ. Ideo potest reo pœnā debitā siue totaliter siue partim dimittere, prout discretioni & pietati suæ placuerit: dummodo uident hoc bono cōmuni non derogare, sed reipublicæ esse nociuū. Interdū tamen qui reus est, non solum peccauit in principē, sed & etiā alicui alteri fecit iniuriā ita quod iustitia exigat, ut passio iniuriæ satisfiat: & tunc princeps qui est publica persona, ad quā pertinet unicuiq; dare ius suū & quod sibi debet, nō debet pœnā reo sic relaxare, quin cogat eū satisfacere ei in quē peccauit. Porro si ex misericordia principis reus sumeret peccandi audaciā, aut uerisimile esset, quod miseriam cōsecutus atq; dimissus, nocumenta illaturus foret cōmunitati & ciuibus, cōcercendus esset à talibus malis per debitas pœnas: prouidendū est enim paci cōmunitatis. Præterea, ad iudicē pertinet inter accusatorē & reū discernere atq; hoc ipsum non propria, sed publica autoritate agere: scilicet autoritate eius cuius uice fungitur. Ideo duobus modis fit ei illicitū pœnam reo dimittere. Primo ex parte accusatoris: ad cuius ius interdum pertinet, ut reus puniat propter iniuriā accusatori illatā: cuius relaxatio in arbitrio iudicis non est, ut eam ad placitū suum remittat: sed tenetur unicuiq; adiudicare quod ipsi debetur. Secundo fit iudicis illicitū pœnam relaxare ex parte publicæ autoritatis qua fungitur, & cui subijcitur. Iudex quippe inferior, contra legē sibi à superiori suo præfixā, non debet absoluere, sed potestate sibi cōmissa uti, prout sibi à superiori suo fuerit præstitutū atq; commissum: de cuius licentia & cōmissione poterit pœnā relaxare: dummodo satisfiat ei qui iniuriā est perpeſsus. Ista est responsio sancti Thomæ ad quæstionē præactā. Addit etiā Thomas & ait: Misericordia iudicis locū habet in his, quæ suo arbitrio relinquuntur: in quibus boni uiri est, pœnā dimittere, ut Aristoteles in libro Ethicorū testatur.

Articulus XX. Qualiter princeps in actibus suis atq; iudicij, contemperare debet clementiam atq; iustitiam, & de multis causis quæ principem & iudicem ad ueniam debent mouere & inclinare.

Frequenter iam dictū est, quod ad principē præcipue spectet iustitia, & itē dictū est, quod clemētia præcipue ad eū pertineat: utroq; enim istorū, principatus principis stabiliſt, cū Salomon dicat: Roborabit clemētia thronus regis. Et denuo: Iustitia formatur solū regis. Nūc ergo pandendū, quomodo ista stant simul, & circa quos princeps debeat esse clemēs, & circa quos debeat esse iustus: quod etiā circa quosdā debeat esse simul iustus & clemēs: uidelicet aliquid iustæ pœnæ misericorditer relaxando: & aliquid eius, iustitiam infligēdo. Itaq; causa reū non solum cōsiderandū est eius peccatū, sed etiā qualis ante fuit, & quo animo culpā incidit malū agendo, aut bonū omittēdo. Aliqui enim peccant ex deliberatione atq; proposito, nec pœnitēt post peccatū: sed gloriāntur ut Salomon ait, cū male fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Et horū peccata sunt grauiora, ueniāq; minus merentur: ideo sunt aut difficiliora à principe ac iudice remittenda, aut grauius punienda. Alij peccāt ex ignorantia: alij ex infirmitate & fragilitate humana, aut ex passiois subita uehementia & impetu improuiso, ut ex ira aut impatiētia repētina. Horū autē peccatū est leuius, & facilius remittendū, aut mitius puniendū: præsertim, quā isti post peccati ruinā, mox solēt pœnitere, passio cessante aut informatio suscepta. Rursus, aliqui sunt simplicioris naturæ, & tamen peccant ex alioz callida persuasione: quibus magis est ignoscendū. Aliqui uero peccant ex certa scientia aut mera malitia: qui grauiorem ultionem merentur. Deniq; quidam assueti sunt in magnis sceleribus: quidam raro aut semel duntaxat tale quid commiserunt. Interdū quoq; peccatū redundat in principis iniuriā, sicut dum eius officialibus foreſit, aut in totā cōmunitatem: tū diuis aliq; à ciuitatis aduersario spoliatur: & ista sunt grauius ulciscēda, si peccatū sit tantū in derogationē personæ priuatæ: prouidendū est namq; paci cōmuni. Principis quoq; autoritas & persona, nō est paruipēdenda: quia diuinitas ac summæ potestatis imaginē representat, & uicē gerit in terra. Ad omnia ergo præacta princeps &

†† † iudex

Prouer. 20
Prouer. 16

Prouer. 8

Aristot. a. Ethic
corum.

Gen. 8

iudex aspicere debet in iudicando. Preterea Aegidius ex dictis Aristotelis tangit motiua, ex quibus princeps & iudex debet ad misericordiam inclinari, ad clementiam flexi, ad ueniam commoueri. Primum est naturalis fragilitas naturae humanae, qua omnes proni sumus ad mala. Iccirco si quae contingat delinquere, infirmitas naturae praecatur pro uenia. Secundum, quod iudicem inclinare debet ad clementiam, est legislatoris scilicet rex, dux aut princeps uel si iudex potest probabiliter aestimare, quod princeps suus seu legislator dispensaret cum lege in casu occurrente ac parceret reo, debet cum eo agere misericorditer potius quam seuerum. Ideo Aristoteles dicit, quod iudicans potius debet aspicere ad mentem legislatoris, quam ad legem. Tertium est pia intelligentia legum, leges quippe aliquando aliquid amplioris seueritatis continent ad terrendum peccantes. Quartum est intentio operantis: nam licet opus rei sit uitiosum, intentio ramen eius forte non fuit iniqua: uel si praua fuit, fortasse non fuit tam mala, ut opus ostendit. Et si hoc iudex probabiliter percipere potest, debet ad clementiam declinare. Quintum est multitudo operum bonorum, quae reus forte antea fecit. Ideo princeps & iudex non debet solum attendere particulare malum quod reus commisit, sed & bona quae aliquando fecit: quae quanto plura fuisse cognouerit, tanto debet ad clementiam pronior esse. Sextum est diuturnitas temporis praeteriti: unum de si quis principi aut alicui alteri diu seruiuit, seruiens doctus bene se habuit, postea autem ad horam offendat, non debet dominus eius, solum attendere culpam in quam modo prolapsus est subditus, sed debet pensare, quod sibi diu bene sit famulatus. Ideo Aristoteles loquitur, quod iudicans non debet aspicere qualis nunc est qui offendit & accusatur: sed qualis fuit in multo tempore praecedenti. In hoc autem sunt aliqui domini ualde irrationabiliter se habentes, nec communem hominum in stabilitate defectu ostendit, inuenientes: sed mox ut seruus aut subditus eos offenderit, obliuiscuntur omnium praeteritorum obsequiorum: atque crudeliter ulciscuntur. Septimum est excessus bonitatis supra malitiam, quem admodum enim bonum est eligibilis malo, sic eligibilis est recordari beneficiorum & amicitiarum ac gratiarum praeteritarum quas ab alio sumpsimus, quam iniurias quas sumus ab eo perpepsi. Octauum est patientia rei: si enim poenam quam pro sua patitur culpa, patienter pertulerit, clementer cum ipso agendum est. Nonum est corrigibilitas eius. Ideo si princeps aut iudex confidat reum se debere emendare, benigne cum eo agendum est. Decimum est similitudo atque subiectio delinquentis. Si enim se omnino humiliat atque in arbitrio principis aut iudicis se totaliter ponat, clementer procedendum est cum illo. Penitus enim contra rationem uidetur humiliatis non parcere: cum bruta parcant humilitatibus se. Leones enim canem non mordent proferentem se coram eis. Hinc Romani legem dederunt, ut legati principesque eorum parcerent subiectis & debellarent super bos atque rebelles. Itaque tria praecipue spectant ad principem: scilicet rigor iustitiae, pietas clementiae, distinctio prudentiae per distinctionem prudentiae sciat, quos debeat iuste punire, & quos clementer absolueri. Quando etiam debeat iustitiam clementiamque miscere, quibusdam parte poenae dimittendo, & parte eis infligendo. Item quando & circa quos, debeat magis ad clementiam inclinari: & quando, ac circa quos debeat magis ad iustitiam tendere: ne ex nimia sua pietate, improbi homines insolescant & multi audacia uolunt peccandi. Insuper superius dictum est, quod mulierum una proprietates unusque mos est, quod sunt nimis tales quales sunt: ita quod ille quae sunt naturaliter pie ac misericordes, sunt ualde pie & misericordes: quae uero crudeles & iracundae sunt, sunt nimis crudeles & iracundae: quia ob rationis debilitatem, non bene sciunt se uincere. Idcirco secundum doctores non expedit, ut princeps coniugem suam permittat exercere iudicia & uindictas: praesertim si uiderit eam rigorosam & seueriorem seu iracundiorē quam decet. Preterea aduertendum, quod decem motiua ad pietatem mouentia iam praeterita, secundum naturalem rationem, ab Aristotele sunt inducta: sed alia efficaciora possunt secundum Christianam fidei supernaturalem sapientiam assignari. Primum est, proprietates euangelicae legis: euangelica enim lex, pura lex Christi, est lex charitatis, pietatis & gratiae ut Augustinus, & sancti patres describunt. Principem ergo & iudicem Christianum decet Christiformiter agere, & iuxta euangelicae legis proprietates, charitativae, pie & gratiosae in cunctis, quantum conuenienter fieri potest, procedere. Idcirco nequaquam debet esse crudelis aut uiolentus. Secundum est consideratio diuini iudicij, cuius intuitu princeps & iudex, ita se debet habere ad subiectos & reos ac miseros atque afflictos, sicut cupit deum iudicem se habere ad ipsum. Quae admodum ergo cupit in diuino iudicio misericorditer iudicari, imo & in uita praesentia deo ueniam gratiamque sortiri, sic debet se in iudicando subditos pie habere, quantum uiderit expedire, & ueniam postulantiibus partiri: praesertim cum Christus in euangelio sit locutus: Quae mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Hinc sanctus Antonius Constantino Imperatori eiusque

Mar. 12

eiusque filij scripsit, ut dominando hominibus, recordarent se dominatorem & iudicem habere in caelis. Paulus quoque apostolus ait ad dominos temporales: Et uos domini eadem facite illis. hoc est benefacite seruis uestris, sciētes quia & illoꝝ & uester dominus est in caelis: & quicumque fecerit homini, hoc percipiet a deo. Tertium est consideratio dei omnia iudicantis, quae admodum est perfectio creature est assimilari aliquid modo deo creatori, sic perfectio principum ac iudicum terrenorum, est assimilari multo magis deo altissimo, caelesti regi ac iudici: cuius imago est princeps & iudex terrenus. Deus autem in omni opere suo, praesertim in omni iudicio & uindicta, iuste misericorditerque procedit, & iustitiam & clementiam contemperat & commiscet, ut ait Anselmus, propter quod ait Psalmista: Vniuersae uiae domini misericordia & ueritas. Deus nepe etiam aeternaliter condemnandos in inferno, citra condignum, minus quam meruerunt, punire electos uero & sanctos, ultra condignum remunerat. Princeps ergo & iudex Christianus, in hoc deum regem ac iudicem sequi debet, ut in puniendo declinet ad minus, potius quam ad maius. In puniendo autem declinet ad maius potius quam ad minus. Postremo, quanta fuerat olim clementia non solum in Christianis, sed in gentilibus quoque principibus, supra per quaedam exempla ostensum est. Quibus nunc adhaerendum est, quod gloriosissimus ille Imperator Constantinus dixit, etiam cum adhuc erat gentilis: Etenim in praesentia suorum dixit principum ac baronum: Dignitas Romani imperij, ex fonte nascitur pietatis, qui etiam hanc sententiam dedit, ut capite truncaret, quicumque in bello occidisset aliquem infantem. Quid prodest Barbaros superasse, si a crudelitate uincamur? Nam uicisse extraneas nationes, uirtus est bellantium populorum: ruere autem uicia & peccata, uirtus est morum. In illis praesertim fortiores existimus alij: in istis uero, nobismetipsis fortiores sumus. Qui uero in isto certamine fuerit superatus, uictoriam obtinet uictus. Victor enim post triumphum uincitur, si pietas ab impietate uincatur. Bene autem omnium aduersantium poterimus esse uictores, si a sola pietate superemur. Omnium enim se esse dominum comprobat, qui seruum se monstrauerit pietatis Seneca quoque fatetur: Nobile uincendum genus est, nolle ulcisci cum possis. Hinc sicut in libro Hester habetur, Afluens rex, qui centum viginti septem prouincijs praesidebat, in sua ait epistola: Cum uniuersum orbem ditioni meae subiugassem, uolui nequaquam potestatis abuti magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: ut absque ullo terrore, uita silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur.

Eph. 6

Plat. 24

Hester

Articulus XXI. De decem rebus, per quas princeps politiam suam conseruat.

Secundum Aristoteles documenta, decem sunt per quae rex seu princeps, se in suo principatu poterit praeseruare, & politiam suam saluare. Primum est, ut paruas transgressiones non permittat in crescere, neque in consuetudinem ducere: sed eis in principio obsterne in ualeant. Multae enim transgressiones paruae, aequantur uni magnae: & ex paruo malo dum non refrenatur, oritur malum magnum: sicut ex parua scintilla, gignitur magnus ignis. Secundum est, ciuibus politiae bene uti, eos honorando & ad officia promouendo secundum quod digni & capiti sunt. Tertium est, timorem incutere ciuibus ex bellis & aduersitatibus extrinsecis. Bella namque exteriora, auferunt conditiones intrinsecas intestinaeque praemia: & efficiunt ciues magis unanimes & concordēs. Hoc in Romanis clarissime patuit: quibus cum extrinseca praemia defecissent, contra se inuicem bellare exorti sunt. Unde cum Carthagine urbem Africae potētissimam & imperialem, in suam redegressent potestatem, & Romae consuleret, quod ciuitati illi essent facturi, quidam optimus ac prudentissimus inter eos consuluit, ut ciuitatem illam non demolirentur neque comburerent: pensauit enim, quod dum urbe illa destructa, ab exterioribus bellis quiescerent, contra se inuicem dimicaret, sicut & contigit: prout in libro de Ciuitate dei recitat Augustinus. Expedit ergo, ut detur ciuitatibus & subiectis intelligendi de extrinsecis bellis & damnis atque aduersis quae imminēt. Hoc quoque praecipue utile est, quando in principatu sunt multi ad praemia affueti: qui de uirtutibus curam non habent, nisi de fortitudine. Unde Aristoteles assimilat eos ferro: quod dum in continuo exercitio est, clarescit: si uero diu permiserit otiosum, rubiginem contrahit. sic tales homines dum contra extraneos pugnant, obediunt principi suouacantes autem, nesciunt quiete ac debite se habere. Quartum est, cauere ac prohibere contentiones & dissensiones nobilium contra se inuicem per aliquas leges, instituyendo certas ordinationes legales talium dissensionum debite puniuias. nobilibus enim atque baronibus dissensionibus, sunt dissensiones in regno, & principis principatus debilitat. Quintum est, diligenter aspicere, quod in officijs constituti se habeant: quia politiam nihil tam conseruat & saluat, sicut homines uirtuosos ac sapientes ad officia promouere: atque an recte & uirtuose se habeant frequentius perscrutari. De hoc superius dicta sunt plura. Sextum est nulli subditorum magnum dominium

dominium dare: quia dominia talia, solent hominū mentes corrumpere, & in elationem ac transgressionem æquitatis erigere: imo aliqui ex magnitudine honoris sibi à principe suo exhibiti, præsumperunt contra principē cogitare, & principatū inuadere, ut patet de Decio Imperatore: qui cum miles strenuus esset Philippī Imperatoris, eiq; de uictoria redeuntē Philippus cū reuerentia obuiafset, intantū intumuit, ut desideraret imperiū: & paulo post occidit Imperatorē præfatū. Talis etiam fuit Aman, quē Assuerus rex toti suo præfecit imperio: ex quo honore intolerabiliter superbiuit. Vnde in libro Hester Assuerus rex protestatur: Multi bonitate principū & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiā: & non solum subiectos regibus niuntur opprimere, sed data sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moluntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere, sed dei quoq; cuncta cernentis, arbitrantur se fugere posse sententiā: & eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, mendacior; cyniculis conant subuertere. Porro, sexta ista cautela potissime est seruanda, quando princeps de his quos promouet, certā notitiā aut experiētiā diuturnā non habet. Septimum est, ut princeps cordialiter diligit commune bonum politię, atq; de eius prosperitatibus delectetur. Nempe qui aliqd diligit, sollicitatur ac metuit, ne aliquod in conueniens contingat amato. Timor autem facit hominē diligētē & consiliatū: sicq; princeps per sana consilia ac magnā diligentiam, bonū politię multipliciter promouebit. Octauū est quætere ciuilem potentiam: quoniam absq; ea princeps exequi non potest actus iustitię, quæ urbanitates conseruat, transgressoresq; punit. Circa hoc ait Aegidius, q; princeps debet habere multos facta ciuium explorantes & inquirentes unde accipiant quod expendant, & quomodo rationem reddere possint sui uictus. Nam qui huiusmodi rationē reddere nequit, signū est, q; uiuat ex furto, aut ex malo ablato, seu impie acquisito. Nonum est, ut ipsemet princeps sit uirtuosus: eius enim bonitas in omnes redundat subiectos. Decimū est scire, qualis sit politia quam regit: & per quæ magis poterit conseruari aut destrui. Ideo debet princeps recordari præterita, quæ in suo conuenerunt dominio: & quomodo terra sua temporibus retroactis fuit optime conseruata, & melius gubernata: talisq; regiminis se cōformet processui & illis principibus, qui prudentiores fuerunt ac iustiores.

Articulus XXII. De multiplici bono, qd conseruat ciuitas obediendo principi suo.

DVm ciuitates principi suo obediunt & leges iustitię seruant, bene succedit eis in exterioribus ac interioribus bonis: quia per hoc iusti efficiuntur ac uirtuosi. Princeps enim qui uere ac digne princeps uocatur, plebē suā intendit ad uirtutes dirigere, ab excessibus remouere, ad felicitatē ac pacē deducere. Hinc ciues dum principi suo obediunt, quietē cordis & pacē ac statū laudabilem fortuntur: atq; in temporalibus prosperantur: & sua se curius exercent officia. Multipliciter uero turbantur, sollicitantur ac metunt, dum ab ipso dissentiunt aut ei resistūt. Ideo Aristoteles loquitur, q; stultius atq; iniquius agunt, qui iussa sui principis aspernātur, q; a gri qui medicor; uilipendūt consilia. Illi enim animas suas peccando occidunt: isti autē corpus suū interimunt. Anima uero, incomparabiliter corpore extat præstantior. Ex his concludit Aegidius, q; si confidetur subditi obediēte: non solum si bonus ac uirtuosus existat, sed etiam dato q; in aliquo tyrannidem exerceat: quoniam tolerabilior est tyrānis aliqua, q; malum quod ex inobediētia & rebellionē contra principē oritur. Veruntamē si princeps præcipere et aliqua diuinis præceptis contraria, aut manifeste irrationabilia & iniusta, in talibus ei obediendum non est: quia ut beatissimus Petrus apostolus contestatur, Obediēte oportet deo potius q; hominibus. In cæteris aut, uidelicet in licitis & honestis, obediendū est principi. Præterea, iraprin cipis maxime uitanda est subditi, cum Salomon dicat: Sicut fremitus leonis, ita & ira regis: q; sicut ros super herbā, ita hilaritas eius. Rursusq; ait: Sicut rugitus leonis, ita & ira regis: q; prouocat eum, peccat in animā suam. Indignatio regis, nuntij mortis: & uir sapiens placabit eum. Porro ira consergit ex hoc, q; aliquis uidet le aut ea que ad se pertinent ab alio uilipendi. Principi autem debetur honor & obediētia, idcirco si uiderit sibi aliquid horum à subditis subtrahi, irascitur eis, & iusto zelo potest inde irasci: nec solum irascitur si sua persona à subditis parui pendatur, sed etiam si parui pendantur atq; iniuriā patiantur pertinentēs ad ipsum: quos specialiter amare, honorare aut ueri tenetur: ut sunt parentes eius, uxor & proles: cognati & familia: imo quoniam omnes qui in principatu morantur sunt subditi principis ac ministri & suę gubernationi ac protectioni commissi, fore facit principi, quicunq; fore facit alicui sub eius dominio cōmoranti, Rursus, offenditur princeps, si quis possessiones

sessiones & iura ipsius usurpet, subditi ergo cauere debent, ne suo fore faciant principi in propria eius persona, uel in aliquo prædictorum pertinente ad ipsum.

Articulus XXIII. Quomodo princeps se habere debet, ut diligatur ac timeatur à subditis.

SI princeps fuerit liberalis in dando subditis dona iuxta condecētiā excellentiæ & opulentię suę, & iuxta conditionem, dignitatem & merita subiectorum, insuper si uere fortis atq; magnanimus fuerit, exponendo uiriliter seipsum & sua, pro bono communi & defensione rei publicę, si etiam iustus fuerit obseruādo æqualiter æquitatem ad omnes sine personar; acceptione, itē si moderate misericors fuerit, tunc per hæc quatuor erit populo suo ualde honorabilis, exēplaris atq; amabilis. Deniq; ut timeatur, debet se recte habere in puniendo maleficos. In punitione autē seu iusta ultione tria considerantur. Primū est ipsa punitiō. Secundū est persona quæ punitur. Tertiū est modus puniēdi. Quantū ergo ad primū istor; timeantur reges, duces ac principes, si unū quēq; puniant secundū meritū suę transgressionis: ita ut eos exquisitis pœnis exercent & occidat, qui ultra modū politia perturbant aut enormia operantur. Ideo Aristoteles loquitur, q; homines metuunt illos noscunt aliquid durę fecisse. Vnde ad incutiendū alijs timorē, illud interdū iuste agendū est. Quantū ad secundū, principes timeantur si nulli contra iustitiam operanti parcant, neq; amicis, neq; cognatis, nec filijs. Nulli enim contra iustitiā est parcedum: sed neq; pro patre, neq; pro filio, neq; pro aliquo alio debet amittere princeps quod iustū est. Vnde si populus uiderit, q; princeps aliquē cognator; aut amicos; siue nobilium suos; iuste ob suū excessum punierit aut uita priuauerit, tunc præcipue metuit principem, cogitans se, si excesserit, non posse effugere. Hinc Aristoteles dicit, q; decet principes rigorosius se habere circa amicos atq; propinquos si excesserint q; circa alios, ut amplius timeatur: q; in toto territorio suo magis faciant obseruari iustitiā. Propterea Traianus Imperator, cum filius eius in domite equitando, filiu uiduæ occidisset, culpā illā in proprio filio uindicauit. Sic & Torquatus princeps Romanor;, propriū filiū interfecit, eo q; contra præceptum suū processisset ad præliū: non obstante, q; filius eius triumphauit in prælio illo. Salomon quoq; in principio regni sui fratrem suū Adoniam fecit occidi, quoniam paci regni cogitauit infidari. Præterea, quamuis in libro Machabæorum multa mala de Antiocho rege scribantur, tamē hoc bonum ibi de ipso refertur, q; cum audisset Andronicum unū de primis suis principibus & amicis occidisse Oniam uirū uirtuosum ac optimum, iussit mox Andronicum purpura exui: per totam quoq; ciuitatem circū duci, atq; in eodē loco quo Onia necauit, occidi. Quantū uero ad tertium, princeps timeatur ex modo puniēdi, dum eo instigante officiat ac iudices sui, tam industriose & caute se habent in punitionibus exequēdis, q; rei debitas pœnas effugere ne queunt. Postremo, quāuis princeps à suis subditis debeat uelle diligi ac timeri, magis tamen debet uelle amari. Primo, quoniam ipse amor nobilior est, magisq; perficit animos subiectos q; timor. Secūdo, quoniam amor multo fortius inclinatur ad inferiorum ad benefaciendum, ad fideliter seruendum, ad uiriliter auxiliandū principi suo q; timor. Tertio, quia dum subditi ex amore obediunt suo principi, multo uirtuosiores efficiuntur, q; si ex solo timore hoc agerent. Quoniam ergo princeps intendere debet subditos suos facere uirtuosos, potissime debet curare & totaliter se habere, ut cordialiter ab eis ametur.

Articulus XXIII. Quid sit ciuitas, & quid regnum.

SEx bona ab Aristotele assignantur, propter quæ cōstruitur ciuitas. Primū est, ut ex communiōe loci, homines amorofo delectabiliterq; conuiuant: quia ut cōmuniter dicitur, Nullius boni possessio est iocūda absq; consocio. Secundū est, ut sufficiat necessariorū ad uitā: qui enim in eadē ciuitate morantur, sibi mutuo deseruiūt atq; succurrunt in his, quæ sunt necessaria uitę, dum unus abundat in isto, alter in illo: & unus hoc habet uenale, alius illud. Tertū est gratia compugnatiōis & defensionis. Ideo nanq; homines intra urbium unius ambitum claudi & commanere elegerunt, ut se inuicem inuent hostibus resistendo, & seipso ac res suas defendendo: quod melius sit à plurimis, q; ab uno: sicq; securius conuiescāt. Quartū est, ut inter se emptiones & uenditiōes expeditius fiant, & quilibet facilius inueniat, quos eget: nō em̄ omnia ab uno aut paucis conueniēter queūt haberi: ideo congruit plures pariter habitare, & diuersa habere uenalia. Diuersos quoq; inter eos esse artifices ac magistros & sapiētes, qui cordiū & corpor; possunt cōsulare sanitati.

Quintū

Hester 16

Act 7

Prouer. 19

Prouer. 20

Quintum est communicatio cōnubiorum: Homines enim diuersi ac plurimi pariter habitando, notitiam amicitiamq; ad inuicem contrahunt: sicq; coniugia pariter ineunt & sunt affines: ut magis se diligant, & uarias ex hoc commoditates consequantur. Sextum est, uirtuose ac eligibiliter uiuere: homines enim in urbibus simul morando, se inuicem magis considerant, instruant & hortantur: ita q; magis morigerati ac uirtuose redduntur. Ex cohabitacione quoq; in ciuitate, mali magis refrenantur à uitijs magnis, quia in urbe facilius comprehenduntur: magisq; metuunt scelera aperiri. Et quoniam sextum istud est bonum spirituale ac principale, ideo cætera quinq; præfata bona ordinantur ad ipsum sicut ad finem: & per ipsum ciuitas diffinitur dicendo: Ciuitas est communicatio ciuium propter sufficienter uirtuoseq; uiuere: seu ad conuiuendum sufficienter ac uirtuose. Porro regnum supra ciuitatem addit multitudinē nobilitatē ac ingenuorū & aliorū hominum: ita q; ciuitas est pars regni cuius nobiles debent cæteris esse uirtuosiores, ut tanto sint uulgaribus in prudentia atque uirtutibus eminentiores, quanto in dignitate & potentia eminent. Rex autē & princeps debet omnibus his esse diuiniior, atq; in omni sapientia & uirtute perfectior. Porro quod hic dictum est de regno, etiam de ducatu & comitatu proportionabiliter intelligi debet.

Articulus XXV. De obedientia & reuerentia, quas populus principi suo tenetur.

Ubi Pharaon rex Aegypti constituebat castissimū Ioseph præpositū super totū regnum Aegypti, dixit ad eum: Absq; tuo imperio nullus mouebit manū aut pedē in uniuersa Aegypto. Et ite: Ad oris tui imperiū, cunctus obediens populus sicut in Genesi scribitur. Ex quo ostenditur, q̄ uehementer Aegyptij obediebant non solum regi suo, sed etiā his quos rex in officijs posuit, & honorari præcepit. Insuper Pharaone iubente, circumductus est Ioseph per totū Aegyptū: & omnes corā eo genuerunt & ceciderunt. Deniq; cum Assuerus rex præcepisset Aman qui post se primus summusq; fuit, ut Mardocheū iudæū regaliter adornaret, & regio superponeret equo, ipsumq; equum per ciuitatem deduceret atq; clamaret, Hoc honore dignus est, quemcunq; rex uoluerit honorare: præcepto isto auditō, Aman protinus obediuit, nil contradicere audens, quāuis Mardocheū maxime sperneret ac odiret: sicut in libro Hester describitur. Talia uaria leguntur exempla & facta gentiliū: quibus probatur, q; gentiles principibus suis reuerentialiter obediebant, & obediēter reuerentiā præcipuā impendebāt. Præterea, cum filij Israël mortuo Moysē, ipsum Iosue acceperunt deo ordinante in principem, dixerunt ad eum: Quicunq; non obediit uniuersis sermonibus tuis quos ei præcepisti, occidatur: sed quantum lex Christi perfectior est lege naturali, ad cuius dictamen gentiles suis tam prompte obediebant principibus, itemq; lege scripta Mosaica, ob quam populus Israël suis principibus tam reuerenter obediēbat, tanto humiliter atq; perfectius, debet plebs Christiana suis principibus parere: quæ admodum lex Christi, imo ipsemet Christus ab ea requirit. Itaq; licet de obedientia ac reuerentiā quas inferiores superioribus suis tenentur, multa possint allegari uerba & facta sapientium paganorum, illis tamen tanq̄ minus idoneis prætermittis, in ducendā sunt autoritates sacræ scripturæ noui testamenti: & primo occurrit quod ipsemet Christus in euangelio ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt dei deo. Quibus uerbis præcepit secularibus obedire principibus: quod etiam non uerbis duntaxat, sed & opere docuit: quia pro se & pro discipulo suo Petro dedit tributum, sicut euangelista Matthæus testatur. Deniq; Paulus apostolus in epistola ad Romanos ait iubetq;: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à deo. Quæ autē à deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, ordinationi dei resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationē acquirunt. Hic uerborum secundū beatum Augustinū ceterosq; doctores, iste est sensus: Omnis anima subdita sit, id est omnis homo obediāt, potestatibus sublimioribus, id est principibus suis: qui propter potestatem eminentiores sunt alijs: quibus obediendum est in his, in quibus sublimiores sunt, & in quibus præcipere licite possunt. Apostolus quoq; potius ait, Omnis anima, q̄ omnis homo: ad insinuandū, q; non solū corporis motu, sed & spontanea uoluntate atq; ex animo obediendū sit temporalibus dominis, quod probat addendos. Non est enim potestas nisi à deo: id est omnis potestas à deo processit: & data est omnibus potestatē habentibus siue sint boni siue peruersi: potestas namq; est bonū quoddā, scilicet: co à deo, à quo omne bonū descēdit: propter quod Christus dixit Pilato: Non haberes potestatem aduersum me ullā, nisi datū tibi esset de super. Sed potestatis abusus & nocendi uolūtio, cū sint uitia quæ dā, non sunt à deo sed à uoluntate creata deo ingrata. Quæ autē à deo sunt, creata ac data, ordinata sunt, id est sapienter ac rationabiliter instituta atq; disposita: sicut

sicut Psalmista loquitur deo: Omnia in sapientia fecisti. Ideo habentes potestatem, ex ordinatione eam habent diuina: idcirco infert Apostolus: Ita q; qui potestati resistit, id est principi potestatem habenti obedire contemnit in his ad quæ se principis potestas extēdit super subiectos, quando uidelicet non præcipit aliquid deo aut ueritati & æquitati contrarium, & dei ordinationi resistit. Id est rei à deo ordinatæ, & dispositi diuinæ renititur: & quantum in se est, diuino iuri ac deo rebellis est: quemadmodū inobedientibus filijs Israël Moyses dixit: Non cōtra nos est murmur uesterū, sed contra deū. Qui autē resistit, id est in principi suo rebelles sunt in his in quibus ei subiiciuntur, ipsi sibi damnationē acquirunt: id est æternā damnationē merentur & incurrun: quia mortaliter peccant, agendo contra iustitiam. Frequenter etiā in uita præsentī male euenit eis pro sua rebellionē, que ex superbia & indiscretionē trahit originē. imo sicut optimū in principatu est recta obedientia, sic pessimum in eodē est rebellio. Dei enim minister est tibi in bonū. Id est princeps tuus, est dei minister, tibi præpositus ordinationē diuinā ad tuū profectū atq; salutē. Si enim princeps sit uirtuosus & bonus, conatur subditos suos ad uirtutes inducere, & multipliciter ipse est utilis: si uero sit uitiosus atq; iniustus, datus est subditis suis ad correctionē & profectū eorū, ut boni per eum probentur, purgentur: sicq; in gratia crescant, & pro patientia sua qua impiū principem intulit & amore dei æquanimiter sustinuerunt eis obtempauerunt in licitis & honestis, à deo æternaliter coronentur. Mali quoq; & uitiosi inferiores, per impiū principē debite corrigantur. Sic ergo princeps malus subdito bono non nocet, etiā si cum corporaliter persequatur aut nocet: quia quo maiorē infert persequitionē atq; iniuriā, eo fit patientiose maioris gratiæ in uita præsentī, pleniorisq; felicitatis & gloriæ in regno cælesti. Deus quippe electos suos in uita hac frequenter probat, purgat & saluat per aduersitates, quas à malis principibus patiuntur: ideo etiā malis est obediendū principibus propter deū: eo q; autoritate & uice dei fungantur, dummodo non iubeant contraria deo atq; iustitiæ. Hinc summe cauenda est subditis rebellio cōtra principē suū: & si in uno aut in paucis causis sit inter eos & inter principem suum dissensio ad tēpus, propter hoc non debent se omnino ab ipso auertere, neq; in cæteris inobedientes proteruiq; esse: sed in definita ac plenā conari concordiam: & uitare, ne augetur dissensio, quæ ualde periculosa est tam bono corporis q̄ animæ. Præterea, cum princeps sit iudex populi sui non contrā, ideo populus non facile iudicet principem suum errare aut esse iniustum, quoniam tale iudicium est inordinatum & uitiosum. Si autem error aut iniustitia principis tante sit magnitudinis & euidentię, ut dissimilari non queat, tunc adhuc ad subditos pertinet, ut quantum bono quieruerint modo, laborent pro pacē & principis informatione. Præterea, quāta reuerentiā & obedientiā debeatur principibus, constat ex eo quod rursus ait apostolus Paulus: Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis uestri sicut Christo: non seruientes ad oculum tantum bona uoluntate seruientes sicut domino & non hominibus, quia uidelicet principes sunt ministri atq; uicarij dei: ideo obediendum ac seruendum est eis tanq̄ his, qui dei repræsentant personā cum prompto affectu & corde fideli, cum reuerentiā magna. Vnde ad Timotheum scribit Apostolus: Quicunq; sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur. Et considerādū, q; sanctus apostolus Paulus, iuxta formam præscriptam præcipit obedire etiam infidelibus dominis ac paganis ac patribus familijs, quantum magis principibus Christianis dominisq; terrarum obediendū est modo præfato: Insuper gloriosus princeps apostolorū sanctus Petrus ait in prima sua epistola: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum. Id est omni homini, potissime superiori. Ideo sanctus Petrus adiecit: Siue regi tanq̄ præcellēti. Quia rex est ualde excellētis dignitatis. Siue ducibus tanq̄ ab eo missis. Id est officialibus regis etiam obediendum est, tanq̄ missis à rege ad certa negotia peragenda. Similiter obediendum est ducibus proprijs principatus habentibus sicut & regibus. Insuper sanctus Petrus dicit: Serui subditi estote dominis, non tātum bonis & modestis, sed etiam dycolis. Id est indisciplinatis & uitiosis dūmodo contra deū & æquitatē non iubeant. Circa hæc uerba dicit Albertus magnus: Secundū illa secundū quæ prælatio & potestas est à deo, obediendū est dominis bonis & malis: sed secundū ea secundū quæ prælatio & potestas à deo nō est, homo malis & infidelibus prælatis atq; principibus obedire non debet. Porro sicut ait Albertus, Prælatio & potestas à deo est tripliciter. Primo quo ad bonā ordinationē, ordo enim regū, est maximū bonū, & præcipuū mundi ornamentū, sed non est inter æquales, sed inter superiore & inferiore:

Psal. 105
Exo. 16
Exo. 20
1 Para. 29
Job 23
Psal. 105
Prouer. 17
Sep. 3
1 Cor. 11
1 Thess. 2
1 Tim. 6
1 Pet. 2
Eodem

inter prælatus seu principē & subditos eius, sic ergo uoluit deus esse in hominibus principum & prælationē. Secūdo est prælatio & potestas à deo, quantum ad uitiosū correctionē, quā aliqui sunt proterui & uitiosi, quoniam retrahuntur à uitiosis nisi per pœnas: ideo ordinauit deus potestatem & prælationē, & dedit ei uim coactiuā, ut principes & prælati, per leges & ordinationes coactiuas siue pœnales, retrahāt subditos duros à uitijs, & ad uirtutes eos inducant. Tertio est prælatio & potestas à deo, quantum ad uirtutū ademptionē & conseruationē: quā ad hoc deus ordinauit esse principes & prælatos, ut subditos assuefaciāt ad opera uirtuosa, & cōseruent eos in illis. Insuper dicit Albertus, quod deus quādoque permittit malos dominari & potestatem habere, specialiter propter tria. Primo propter maiore eorum damnationem. Secūdo propter malorum correctionē: quæ admodū in libro Iob scriptū est: Deus regnare facit hominem hypocrisiam propter peccata populi. Tertio propter bonorum hominū exercitiū: quoniam uita malorum, est quasi flagellū exercitiūque bonorum. Unde Augustinus testatur, quod omnis malus aut ideo uiuit, ut per eū malus corrigatur: aut ideo, ut per eū bonus exerceatur. Itaque, ciuitates & cōmunitas omnisque subditus, tota mente ac diligētia studeat pacē cū principe suo habere, debitamque reuerentiam & obediētiam ei in omnibus exhibere, ut in bonis corporis ac animæ prosperentur: & tam in seculo isto, quā in futuro bona quiete lætentur.

Articulus XXVI. De causis propter quas princeps fideliter conari debet, ut cum subditis suis habeat pacem.

Sicut lex Christi omnē aliā legē in perfectione ualde eminenter excedit, sic decet reges, duces ac principes Christianos, cæteris dominatoribus esse omnino perfectiores in uera sapientia atque uirtutibus. Quæ admodū autē in prima huius editionis parte multipliciter est ostensum, princeps debet in dei amore tanto ardentior esse atque perfectior, quāto plura à deo dona sortitus est, et in maiori potestate dignitateque cōstituitur. Quanto autē fuerit in dei amore perfectior, tanto erit in eo maior zelus diuini honoris seu uehementius desiderium honorandi deū sublimē et benedictū. Cū ergo deus gloriosus et sanctus, per peccata maxime inhonoretur, et per opera uirtuosa potissime honoretur, ideo princeps in uirtu & amore dei, ex zelo diuini honoris indefinētē & indefessē satagere debet, ut plebs sua secū habeat pacē. Et quantum cunquē plebs fuerit tāta beneficētia principis sui indigna, ingrata atque peruersa, princeps tñ ex dei amore & zelo diuini honoris, pro cōmuni pace & utilitate agere debet, sicut iam dictū est: nec propter populū suū malitiā, à sua beneficētia ac diuini honoris promotiōe cessare: ne deus altissimus per sui populū rebellionem atque discordiā cæteraque peccata, inhonoretur: sed per subditorum pacē, obediētiam ac alia opera uirtuosa, debite amore. Secūdo ad hoc ipsum inducere principē debet amor præcipuus & sincerus, quē habere tenet ad subditos suos. Quāuis enim omnem proximū diligere obligetur, subditos tamē suos tāto perfectius atque paternalius amare tenet, quā magis deo ordinatē, suæ sunt gubernationi cōmissi: & quo ipsi prōptius atque frequētius sibi seruiuerunt, aut adhuc si opus esset, seruiret, etiā in arduis causis, & usque in pericula mortis. Itaque ex spiritali charitate qua subditos singulariter amare tenet, debet potissime desiderare & querere pacē & salutē animarum eorum: multo utique magis, quā propria cōmoda, opes aut lucra. Quoniā ergo subditū resistēdo potestati, damnationē incurrūt, ut Paulus docet apostolus, satagere princeps tenet, ut eos ad obediētiam concordiamque alliciat: nec propter eorum improbitatē, imperitiā aut duritiā, debet à sua hac paterna charitate, conatu ac diligētia sancta cessare: imo in star clemētissimū patris, tāto plus debet eorum insipientiæ atque periculis cōpati, quāto uiderit eos grauius deuotiores. Tertio ad idē mouere principē debet debitū suū officij, ut puta iustitiā: ut enim superius dictū est, hoc potissime spectat ad principē, ut cōmunitati & urbibus suis pacē & uitā bonis moribus institutā procuret, protegat, cōseruet. Idcirco quāndiu est spes de corrigibilitate subditorum suorum, cessare non debet ab attractione eorum ad pacē ac mores laudabiles: nec facile iudicet eos incorrigibiles atque indociles esse: imo uarijs sagacibusque industrijs, per se ipsos & per uerba ac scripta sapientium ac doctorum, & per præmonitiones secretas aut publicas imminentiū periculorum, inducere subditos debet ad concordiam secū, & ad cætera quoque iustitij opera, in quibus sibi sunt obligati. Quarto ad hoc principē debet inducere cōsideratiō meriti diuini iudicij dei: quia ut dictū est, Durissimū iudicij fiet in his, qui presunt. Cū ergo princeps sit pro omni populo suo rationē daturus deo, ualde metuere debet, ne forte ipse per suam in discretionem aut culpam, aut negligentiam, sit culpa rebellionis & discordiæ, aliorumque uitiorum populis: sicque coram deo reus inueniatur, & pro omni malo quod in subditis accidit, condemnatur, atque æternaliter puniatur. Unde ad uitandum tanta tormenta, sit modo

modo timoratis: & ad habendā pacem cum omni plebe sua, sollicitus sit: nec incaute excuset seipsum. In multis enim offendimus omnes, ut ait apostolus Iacobus. Et frequenter ut dicit Gregorius papa, Deus oculis iudicio permittit subditos quædam mala propter superiorum suorum peccata incidere. Quinto ad idē principē debet mouere ineffabilis magnitudo mercedis beati uindictæ æternæ. Quemadmodū enim omnia subditorum peccata redundāt in ipsum, nisi fecerit diligētiam suā, & quod ad suū spectat officij, sic quicquid boni egerint subditi, in ipsum redundat, si præfato modo pro eorum emendatione & cōcordatione satagerit. Si quoque aliquid plus egerit, quā ex officio obligatur: pro hoc superabundantissimū desuper præmiū fortietur. Sexto ad hoc ipsum moueat principē cōsideratiō multiplicis utilitatis: quam etiā in hac uita ex pace & concordia cum subditis suis consequitur: ex hoc enim opulentia eius augetur, honor & fama bona conuolunt, potētior fiet, prole suā ad honorabiliora perducet coniugia, securus uiuet, & fortiorē assistentiā tēpore necessitatis habebit: imo quāuis princeps non haberet culpā aut causam iniustā in discordia & rebellionē ciuium contra se, nihilominus res ipsa prima facie speciē mali habet: & multi ei imputant culpam, ac derahunt ei quod scandalizantur. Septimo ad idē moueat principē, ipsum dissentiōis inestinatæ periculū: quod uehementer nociuū sit, Christus in euangelio pandit dicens: Omne regnū in seipsum diuisum, desolabitur: & domus super domū cadet. Circa quod sanctus Hieronymus Salustij sequens scribit: Sicut concordia res minimæ crescunt, ita discordia res maximæ dilabuntur. Postremo sicut ubertim prædictū est, principē decet esse tante perfectionis in sapientia & uirtute, ut nec benedictione nec maledictione à iustitia moueatur: sed sic fulgeat præ subditis in omni bonitate uirtutū atque prudentia, sicut sol fulget præ astris in cœlo. Princeps ergo sua bonitate, aliorum malitiā uincere debet: ut per suā sapientiam, patientiā, charitatē, humilitatē, cōstantiā, uincat subditos: in sapientia, duritiā, turbationē, auersionē & pompam: & quantumlibet illi passionibus moueantur ac superentur, ipse indefinenter in recta ratione medioque uirtutū stabilis perseueret. Quod si ita se habuerit, cito uniuersos ad ueram secū trahet cōcordiam: quemadmodū Salomon loquitur: cum placuerint domino uis hominis, inimicos quoque eius conuerter ad pacem.

Articulus XXVII. Quomodo principes seculares habere se debent circa reformationem spiritalis atque ecclesiastici status.

Sicut ex dictis in prima parte copulationis præsentis innotescit, duplex est status & regimē, iusque ecclesiæ: uidelicet status & lex ac gubernatio secularis. Alius uero est status ac lex & gubernatio spiritalis sanctæ matris Ecclesiæ. Status autē spiritalis, est altior status secularis: iccirco ad principes seculares non pertinet, ut propria autoritate per modū sententiantis iudicent, corrigant, uel per uim coactiuā uel punitionē cohibeant seu emendent eos, qui ad spiritalē & ecclesiasticū pertinent statū. Veruntamen ex cōmissione summi pontificis possent hoc: quemadmodū Carolus rex, & alij quidā Christianissimi principes fecisse legunt. Hinc sanctus Thomas testatur, & supra allegatū est plenius: Nihil aliū iudicare potest, nisi sit ei aliq̄ modo subiectus: uidelicet aut per cōmissionē, aut per ordinariā potestatem. Porro quod alios bene gubernare ac reformare debet aut nititur, restat ut primo emendet atque perficiat semetipsum. Rursus, quod optat operamagnæ perfectionis & supererogationis peragere, primo studeat ea ad quæ tenetur implere. Itaque si princeps secularis cupit spiritalē & ecclesiasticū statum in suo dominio reformare, ut sacerdotes & religiosi ac ceteri clerici uirtuose, caste & exemplariter conuerterentur, primo reformet seipsum si indiget, iustitiam uiuat, & domum suam atque cōmunitatē sic regat, sicut ex suo tenetur officio: sicut iam diffuse conscriptum est. Deinde quicquid ordinate ac rationabiliter poterit, faciat pro reformatione ecclesiastici status, præsertim in suo dominio: hortando, instruendo, rogando, charitatiue corripiendo cum moderamine debito per seipsum & alias personas idoneas, sapientes ac uirtuosas. Quod si ita uiderit se non posse proficere, potest à superiori prælato, sicut à summo pontifice uel uice eius fungentibus, obtinere cōmissionē atque licentiam inducendi eos, qui de spiritali sunt statu ecclesiæ, ad reformationem & debitam cōuersionem per uim coactiuam, si aliter se reformare noluerint. Itaque duobus modis principes seculares pro reformatione spiritalis status poterunt uirtuose ac meritorie laborare. Primo per modum admonitionis, sicut iam dictum est: & ad hoc à spiritali prælato non indigent cōmissionē aut licentiā adipisci. Secūdo hoc laudabiliter agere possunt per modū coactionis, obtenta cōmissione & licentiā ad hoc ab eo, cuius est eam donare, ut est dominus Papa, & hi quibus concessa est autoritas dandi huiusmodi cōmissionem atque licentiā

Iob 34

Matr. 22
Mar. 12

Roma. 13

Sup. 6

Iaco:
Gregorius.Matr. 12
Luc. 11.
Salustius.

Prouer. 15

secularibus dominis. Etenim si summus pontifex aut uice illius fungens, agnouerit principem secularē ad præfatā spiritalis status reformationē esse idoneū, libenter ei dabit cōmissionē siue licentiā reformationis huiusmodi. Deniq; iuxta hūc sensum arbitror posse stare, quod gloriosissima uirgula sancta Brigitta principissa Neritice, orta ex regū Sueuie illustri progenie, scribit in libro Reuelationū & doctrinarū suarū inter cætera dicēs, Christū reprehendisse principes seculares seu militares & curiales, eo quod uident & sentiunt iniquitates ecclesiasticas, & emendare ac prohibere non curant. Quod uerbū uideatur quibusdā ualde incaute prolātū, & stare non posse: sed iuxta prædictā, nī fallor potest saluari per distinctionē præactā, ut intelligatur Christus tales seculares reprehendisse, q̄ saltē per modū exhortationes iniquitates ecclesiasticas; apertissime male uiuentiū non emendant nec prohibent; obtemperant tamen prius cōmissione seu licentia prohibendi per uim coactiuā: quod etiā de bonis & uirtuosis principibus & curialibus ac militaribus rite intelligi debet: itē q̄ de reprehensione cōmuniter sumpta, prout reprehensio est idē quod increpatio, quæ pluribus modis fit. Interdū enim quis increpatur pro peccato mortali: interdū pro peccato ueniali: interdū dicitur aliquis increpari pro eo quod ueraciter bonū est quia per modū uenialitatis sermo ad ipsum dirigitur: quæ admodū sanctus Bernardus ait, beatissimā uirginē Mariā a Christo in nuptijs increpatā, quoniā dixit, Vinū non habent: cū tamen ex pia & uirtuosa cōpassione hoc dixerit. Sic etiā aliqui increpant, dū post electiones, difficiles sunt ad suscipiendū prelationis officium, cum tamen ex uera uirtute possint se moderate ad hoc difficiles exhibere. Ita sub correctione melius intelligentium, dicta sint.

Articulus XXVIII. De pluribus causis, propter quas principes seculares decet præfatis modis pro reformatione status spiritalis conari.

Quemadmodū in principio penultimi articuli est probatū, q̄ principē secularem decet totis uiribus pro cōmuni utilitate, salute & pace sui populi laborare ex diuina charitate, qua præ subditis debet esse ornatus ac instamatus atq; desideria dei honoratiōe in omnibus, ita & nūc ex eadē causa potest ostēdi, q̄ debeat ad reformationē spiritalis status, præsertim in suo dominio labore, uidelicet ex diuino amore, & zelo diuini honoris: ne deus a sacerdotibus & religiosis ac cæteris clericis ecclesiasticisq; personis, tā grauius in honore sit: sed debite colat ac honoret ab eis. Secūdo moueri debet ad hoc ex spiritali dilectione, qua spiritalis & ecclesiasticas personas, potissime in territorio suo manētes, amare tenet. Tertio moueatur ad hoc ex consideratione summi & incōparabilis fructus, qui ex spiritalis status reformatione consequitur: ex ipsa nēpe reformatione, nō solū ecclesiasticarū personarū oris salus, sed & tota cōmunitas maxime emendat. Dū enī seculares conspiciunt, sacerdotes & pastores prædicatoresq; suos uirtuose & exemplariter cōuersari, præcipue se emendat atq; proficiunt. Ideo princeps quarto moueri debet ad hoc ex charitate, qua tenet totū populū suū spiritaliter singulariterq; amare. Quinto moueri debet princeps ad reformationē præactā, cōsideratiōe auxiliij q̄d sibi cōuenit inde. Princeps etenim tenet populū suū ad pacis & ciuilitatis iustitiæ obseruationē, atq; ad bonos mores, prout in prima huius operis parte est dictū, in ducere. Hoc aut multo facilius a dimplebit, si populus suus a spiritalibus suis pastoribus, prædicatoribus & prælatīs, uerbo & exemplo debite informetur: non solū a magnis excessibus, sed a minoribus q̄q; uitijs abstractat: & bene se habeat in diuinis, in dei obsequio, in obseruatiā præceptorū decalogi atq; ecclesiæ. Si aut in istis male se habeat, nō dubiū quin & in graues cadit excessus: qm̄ unū peccatū suo pōdere trahit ad aliud, ut ait Gregorius. Sexto moueri debet ad hoc ex propria facultate seu potestate: q̄ enī efficacius atq; facilius cooperari potest ad reformationē præactā, eo in decētius habet se, si diligentia suā pro eo nō fecerit. Princeps aut rōne excellentiā atq; potētē suā multo magis q̄ alij, potest ad reformationē status spiritalis cooperari p̄ seipsum & suos amicos ac cōsules. Penitus ergo decet, ut agat q̄d potest. Septimo moueri debet ad hoc ex præcipua dilectione humanitatis Christi, passiois & sanguinis eius, ut passio Christi in multis fructificet. Octauo moueat ad hoc, quia ut dictū est, tam ipse princeps & domus ipsius, q̄ tota cōmunitas, precibus ac meritis spiritalium hominum ueraciter deuotorum atq; claustralium uere religiosam uitam ducentiū, maxime adiuuantur & custodiuntur: ad eodē princeps ut multos habeat idoneos oratores, p̄ se & sua uxore ac sobole, cognatis, amicis, familia, totoq; populo suo orantes, satagere debet pro spiritalis status reformatione: ut in omni dominio suo sacerdotes, pastores, canonici, religiosi ac moniales, & maxime hi qui alijs ubiq; ac publice prædicant, ut sunt fratres quatuor ordinum, reformentur & uirtuose

Gregorius.

de cætero ac exemplariter conuersentur. Nono moueatur ad hoc, intuitu inæstimabilis felicitatis & gloriæ, quā pro huiusmodi labore ac reformatione a deo æternaliter cōsequetur: atq; p̄ omni opere bono, q̄ ex reformatione suo labore peracta euenerit, coronā cœlestē ac præmiū fortietur. Decimo iudicatur ad hoc cōsideratiōe, p̄prie indigentia: nā p̄pter multiplicē suā in exteriorib; occupationē, nō potest tā frequēter & pure deo uacare, sicut suæ expectat salutis: ideo adiutores quærere debet, & p̄ spiritalis status reformatione conari, ut ecclesiasticæ plonæ reformatæ, suis meritis ac precib; sibi succurrant: & suū suppleat in perfectione. Postremo induci debet ad hoc exēplo nobilissimorū optimorūq; principum noui ac ueteris testamenti, qui ita egerunt, sicut sequenti dicitur articulo. Præterea, quanto maior est princeps, tāto plus decet eum pro reformatione hac laborare. Vnde imperatorem istud potius decet: deinde reges ac duces & comites. Quod si totū quod reformandum oc currit reformare nequuerint, non tamen desistant, sed agant quod poterint, auxiliāte eis spiritu sancto, cuius opē & gratiā, in primis, ubiq; & semper inuocare & quærere debent.

Articulus XXIX. De seruire ac diligentia sanctissimorum principum ueteris testamenti circa reformationem atq; augmentum cultus diuini, spiritalisq; status: quos sequi debent principes Christiani.

Cum diuinus ac sanctus rex Dauid, post uarias & grauisimas tribulationes, tandem ad pacificam totius Israelitici regni possessionem uenisset, nequaquā in superbia se erexit, nec ad carnales se dedit delicias, nec otiositati aut corporali uacationi uacauit, nec in uanitatibus aut uanitati intēdit, sed prima ac summa itēq; ardentissima eius diligentia fuit, circa dei obsequiū, circa sacerdotū sanctificationem, circa cōtinuationem laudis diuinæ, circa præparationem domus cultus diuini. De hoc in secundo Regum libro aliqua scripta sunt. Sed primo Paralipomenon libro, in de consecrata sunt multo plura: quorū aliqua breuiter tangam. Itaq; cum rex factus fuisset, statim curauit arcam dei afferre atq; reducere ad se: quod & fecit cum innumerabili multitudine filiorū Israel: cum ingenti læticia: & cum diuersis ac plurimis musicis instrumentis: ita q̄ melodia audiebatur in excelsis, & longe ac late diffundebatur: ipse quoq; rex Dauid, in duit byssinam stolā ac lineum ephod: & ex inestimabili ac abundantissimo cordis sui gaudio, quo gaudebat in deo creatore suo, & in eius laudibus honore atq; obsequio, seipsum frenare non potēs, totis uiribus saltauit coram domino & coram arca ipsius. Deinde posuit arcam in loco quē ei parauit: ordinauitq; uiros deuotos & sanctos, qui die ac nocte deum laudarent in domo, ubi constituit arcam: & ipse cum illis laudibus dei uacauit: uariosq; gradus & ordines ministrorum dei, ordinauit in domo præfata. Deniq; ipse sanctus rex Dauid primus fuit, qui ordinauit in domo dei duos choros psallentium: cuius deuotissimam ordinationē, usq; in diē hunc, sequitur sancta mater ecclesia. Insuper Dauid uolens ampliare cultum diuinum, ordinauit uiginti quatuor sacerdotes in suis familijs principales: quorum quilibet in sua hebdomada ministravit in domo dei: & tota illa hebdomada mansit in domo dei uel propē, uacans puritati, sobrietati ac deuotioni. Postremo, tanti extitit feruoris in dei cultu ac laudibus, q̄ uniuersum populū suū sermōibus & exemplis traxit ad deum, præsertim filios suos ac filias: atq; pro maxima parte. Præterea ex ardore diuini amoris, desiderauit pretiosissimum templū construere deo: sed quia hoc deus ab ipso fieri noluit, ipse Dauid filio suo Salomoni ad ædificationem templi necessaria, præparauit. Et quoniā tam religiose ac sancte & seruide se habuit in superglorioso dei obsequio, ideo deus in omni bello concessit ei uictorias: & omnes per circuitū reges ac populos, ei subiecit aut confederauit. Præterea, Afa rex Iuda secutus est uestigia Dauid regis. Afa enim rex mortuo patre suo Abia, mox idola & idololatricę loca atq; altaria, in toto regno suo destruxit: uniuersosq; populo suo precepit, ut deo Israel tota mente obsequerentur. Deinde zelo diuini honoris succensus, omnē populū suum in Ierusalem congregauit, induxitq; eum ad hoc, q̄ populus iurauit & uouit, deo seruire toto corde & tota anima sua. Ob hanc deuotionem deus fuit cum Afa: & mirabilem ei dedit uictoriam. Cum enim Zara princeps Aethiopum uenisset ad præliandū contra Afa regem, habens in exercitu suo decies centena milia, & currus trecentos, ipseq; Afa deum Israel deuotissime inuocasset, adiutorio dei præualuit, Aethiopesq; prostrauit. Porro post Afa regnauit in Ierusalem Iosaphat filius eius, patris sui sequens uestigia. Tertio autē anno regni sui, elegit septem uiros strenuos ac deuotos de principibus suis: nouem quoq; Leuitas, duosq; sacerdotes, quos omnes pariter misit per uniuersas domini sui urbes, ut populum erudirent, atq; ad diuinum inducerent cultum: quod & fecerunt fideliter, librum

2. Reg. 6
1. Paral. 15

2. Reg. 6

2. Reg. 8

2. Reg. 6

2. Reg. 8

Eodem

2. Reg. 7

1. Reg. 6

3. Reg. 15

Eodem

Eodem

1. Paral. 10

3. Reg. 15

2. Paral. 17

3. Para. 19

Eodem

Eodem

Eodem

2. Para. 28

2. Para. 29

4. Reg. 18

2. Para. 29

Esa. 5

4. Reg. 19

4. Reg. 22

2. Para. 34

Theodosius

legis fecit portantes. Constituit etiam Iosaphat rex, iudices in cunctis ciuitatibus regni sui in Ierusalē uero ciuitate regni sui metropolitana, constituit sacerdotēs & principes, ut omni populo iustum iudicium facerent: præcepitq; eis dicens: Vbi cumq; quæstio est de lege, de mandatis, de ceremonijs & iustificationibus, ostendite populo ueritatem, & quid agere debeat, ut non peccet in dominum. Confortamini & agite omnia diligenter: quia dominus uobiscum. Ob hanc deuotionem & pietatē, dedit deus regi Iosaphat, etiam præcipuam excellentiā in exterioribus bonis. Nam factæ sunt ei infinitæ diuitiæ, & gloria multa: & omnia regna terræ in circuiu eum timebant, intantū, q̄ Philistæi ac Arabes ei munera deferrebāt habuitq; populū copiosum. Habuit enim quinque principes exercituum suorum. Primusq; princeps nomine E. duas, habuit sub se trecenta milia robustissimorum uirorum. Secundus princeps nomine Iohannan, habuit sub se ducenta octoginta milia uirorum fortissimorum. Tertius princeps nomine Amasias, habuit sub se ducenta milia uirorum fortium. Quartus princeps uocatus Eliada, habuit sub se ducenta milia uirorum tenentium arcū & clypeū. Quintus princeps qui dictus est Iosaphat, habuit sub se centum octoginta milia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis: exceptis alijs quos posuit in urbibus suis. Insuper Ezechias rex Iuda, cuius pater nomine Ahas pessimus fuit, & cultum dei destruxit, idola colens, quo mortuo Ezechias primo regni sui anno, imo primo mense anni illius, cepit cum omni diligentiā cultum reformare diuinum. Et quia ex reformatione sacerdotum dependet magna ex parte reformatio uulgi, primo exhortatus est Leuitas ac sacerdotēs dicens: Audite me & sanctificamini, nolite negligere filij mei: Vos elegit dominus, ut stetis coram eo: ut ministris illi colentes eum: & cremetis ei incensum. Deinde induxit totū populū suum ad deuotissimum dei obsequium: imo & populū decem tribuum Israel qui alterius regni fuit, per nuntios atq; epistolas, quantum potuit, ad dei traxit obsequium: & deo in magna sanctitate feruuit: ideo deus per eum maxima fecit miracula: quia & uitam Ezechias annis quindecim prolongauit: & ob eius petitionem, fecit solem in celo naturalem cursum mutare, atq; reuerti decem lineis in horologio Ahas regis. Rursus, ob eius petitionem angelus dei occidit de Assyrijs hostibus Ezechias, centum octoginta quinque milia una hora. Postremo Iosias rex sanctissimus, mortuo patre suo qui impius fuit, cū ipse Iosias adhuc puer esset, cepit quaerere dominum deum: & intantum profecit, q̄ uniuersum populū suum conuertit ad deum: ita q̄ cunctis diebus uitæ eius non recessit populū eius a deo. Quæ autem hic scripta sunt de regibus istis, in libro Paralipomenon plenius describuntur: & Christianis principibus imitanda iugiter, proponuntur.

Articulus XXX. De sancta ac feruida diligentia illustrissimorum principum Christianorum, circa promotionē cultus diuini, & meliorationē status spiritualis atq; ecclesiastici.

Optimi principes Christiani, quicquid in exterioribus, temporalibus ac secularibus rebus negotijsq; agebant, totum ad bonā spiritualis reuelationē uidelicet ad Christianæ fidei promotionem: ad ecclesiastici spiritualisq; status emendationem: ad uituosam totius populi sui conuersionem. Hinc deuotissimus ille Imperator Theodosius, ipsos quoq; episcopos ad sanctam uitam admonere multipliciter conseruit: sacerdotes & religiosos laudabiliter conuersantes, uehemēter dilexit: & quicquid pro spiritualis status melioratione facere ualuit, fidelissime fecit: contra tyrannos pugnauit: hæreticos extirpauit: ecclesias instaurauit. De sacerdotum & clericorum ac religiosorum spirituali profectu & sanctitate, magnifice gloriabatur in deo: & quicquid in talibus reformandum aspexit, pro illius reformatione diligentiam habuit magnā. Talis etiam extitit Imperator Iustinus, & eius successor Iustinianus uir sapientissimus: qui condidit leges & edidit libros legum, scilicet Codicem & Digestum: ob cuius deuotionem & merita, multū cernino prosperata fuit res publica in Oriente & Occidente. Nempe cum ipse totaliter libris ac religio ni esset intentus, Bellisario quem principem bellorum constituit, deus ubiq; mirabiles concessit triumphos: quia & Persas superauit, & Gothos & Vandalos. Iustinianus quoq; Imperator, in Constantinopoli mirificum templum sanctę Sophiæ, id est æternę Sapientiæ, scilicet Christi filij dei construxit atq; ibidem in magna pace deus sepultus est. Deniq; Carolus rex, præ cæteris principibus Christianam fidem gladio dilatauit, & plurimas gentium nationes uicit, conuertit: imo cum Saxones & Germanos superasset, totius pene Occidentis sibi subdidit regiones. Cum audisset terram sanctam a Saracenis occupatam, ad instantiam patriarchæ Ierosolymitani ac Imperatoris Constantinopolitani, cum exercitu maximo illuc perrexit, & Saracenos deuicit, terramq; statim reddidit Christianis. Cumq; Constan

Constantinopolim redisset, & imperator ille ipsi pretiosissima dona, auri, argenti, gemmarum atq; similiarum rerum offerret, noluit illa accipere, dicens se non propter talia illuc uenisse, sed humiliter imperatorem illum rogauit, ut sibi de reliquijs quę in ecclesia Constantinopolitana abundantissime continebantur, communicaret: cuius desiderio imperator ille prompte consensit. Itaq; oratione præmissa & facto ieiunio, ambo imperatores cū episcopis atq; nobilibus in ecclesiā conuenerunt: & data sunt Karolo imperatori pars spinæ coronæ Christi, & pars ligni crucis, unusq; clauorum quibus Christus fuit confixus: & sudarium Christi atq; camisia beatissimæ uirginis Mariæ. Cumq; pars illa spinæ coronæ Christi tradita fuisset Karolo regi subito de manu tenentis euolans, mansit pendens in aëre, conspiciente quoq; Karolo rege & uniuersis qui aderant, mirabiliter ac pulcherrime uirescens restoruit: quo facto omnes in tantum fleuerunt, q̄ pauimentū ecclesiæ humore maduit lachrymarum. Karolus uero, præfatas reliquias communicantibus multis miraculis detulit Aquilgranium: & in ecclesia beatæ Mariæ quam ipse ibidem construxit, recondidit. Præterea Carolus rex circa reformationem spiritualis status ecclesiæ diligentissimus fuit, & circa punitionem sacerdotum & clericorum ac religiosorum, male carnaliterq; uiuentium, extitit rigorosus: ad quod à summo pontifice commissionem licentiamq; suscepit: quia & ipse Carolus uir sanctus fuit. Multa his similia de alijs Christianissimis principibus possent narrari: sicut de Roberto rege Francorum: potissime de Ludouico rege Fraciæ: sc̄o atq; piissimo, qui & ipse circa reformationē ecclesiastici status ardentissimus fuit: imò in tantū accensus fuit fidei Christianæ amore, q̄ etiam magnum Chan imperatorē & regē Tartarorum, nitebatur ad fidem conuertere per deuotos uiros, quos cum deuotionalibus quibusdam cleno diis, misit ad illū. Hęc ergo exēplis tuam cupio dignissime princeps bonitatē ad peragendā similia infāmarit: atq; ad reformationē spiritualis status pro uiribus ordinatē, sapiēter ac feruē operari, præsertim in tuo dominio secundū formā præscriptā.

Articulus XIII. De militia & opere bellico.

Ad principem pertinet populo suo pacem adipisci & cōseruare: itemq; aduersantibus paci & communi utilitati populi sui, fortiter resistere & repugnare. Idcirco adiutorio magno eget, propter quod est instituta militia, ut sint aliqui ad hoc specialiter deputati, q̄ aduersariis cōmunitatis & boni cōmunis seu patriæ, reluctēt: & bonū cōmune ac patriam defendant. Primo ac principaliter extraneis hostibus resistendo: deinde etiam his qui se ditiones ad intra concitant, aut inferiores scilicet impotentes & pauperes, opprimunt. Porro quoniā bellicū opus periculosissimū est, eo q̄ circa periculum mortis uersetur (mors enī maxime est terribilis) ideo magna exquirēda est industria, experientia atq; sciētia, qualiter committēda sunt bella, & quales esse debeant bellatores ac milites: imò ut ait Vegetius in libro de re militari, Sæpe ad obtinendū uictoriā, plus iuuat bellandi industria, q̄ multitudo aut etiam fortitudo bellantium. Et quamuis ista industria spectet ad milites tanq̄ ad pugnæ artisq; huius executores, præcipue tamen ad principem pertinet: non solum ad ducem principemq; exercitus, sed etiam ad regem, ducē seu principem terræ: ut sciat qualiter committenda sint bella: & quomodo caute queant remoueri, quę boni communis sunt impedimenta, atq; in talibus possit dirigere, instruere & hortari milites suos & cæteros pugnatōres.

Articulus XXXI. De quibus nō sit in hac editione tractandū: & de quibus regionibus, de quibus etiā artib' eligēdi sunt bellatores. & de signis aiositatis ac roboris corporalis.

A Egidius de Roma in libro suo de regimine principum, ualde diffuse & plene ac magistraliter tractat de opere bellico, & de uariis materijs ad bellica negotia pertinentibus: sed multa dicit, de quibus in hoc opusculo loqui nō uolo ob certas causas: præsertim quoniā ad statū meum nō attinet talia pertractare, sed ea scire uolentē, ad præfatū Aegidii librū remitto. Veruntamen ut principes uirtuosi feruētius optēt & studeant talia scire, atq; prædictū librū habere, breuiter tangam titulos capitulorum, in quibus tractat de eis in libro præallegato. In primis ergo inquiri, de quibus plagis seu regionibus terræ, sint bellatores potius eligendi. Ad quod responderi, q̄ nec de regionibus soli multum propinquis: quia ob nimium solis calorem, sunt homines illi ualde siccati, & paucum habent de sanguine ideo que naturaliter sanguinis effusionem abhorrent, & timidi sunt, nec habent bellandi constantiam. Nec etiam eligendi sunt bellatores de locis a sole ualde remotis, ut sunt quædam regiones septentrionales, in quibus locis homines habitantes, ob sanguinis abundantiam, quamuis sunt fortes nec uulnera uereantur,

tamen sunt quasi furibundi, & nimis impetuosi: nec habent prudentiam ad pugnam. Ista autem non sunt uniuersaliter, sed communiter uera: intelligenda sunt de hominibus quantum pertinet ad eos ex distinctione locorum: quauis aliunde possit subesse causa, quod in regionibus soli propinquis, sint homines bellicosi, stabiles & audaces. Similiter in locis septentrionalibus magis remotis, sint uiri prudentes atque ad pugnam idonei: sed frequenter ut dictum est, accidit: ideo potius eligendi sunt pugnatore, de regionibus medijs inter praefatas, ut tam prudentia, quam strenuitate animi uigeant. Insuper quaerit Aegidius, de quibus mechanicis artibus sint eligendi praelatores. Et respondet, quod fabri ferrarii & carpentarii, sint ad pugnam apti & praeligendi: quoniam brachia habent ex sua artis exercitio assueta ad percipiendum, similiter macellarii: quia non horret sanguinis effusionem, cum sint animalia assueta macrare. Venatores quoque aprorum ad bellum sunt apti, quia magna audacia est inuadere aprum: atque ut dicitur, non minus periculosum est certare contra aprum, quam contra hostem. Similiter uenatores ceruorum quia ad labores sunt assueti, ad pugnam sunt apti. Barbitonores uero & futores, si consideretur propria ars ipsorum, ad pugnam reputant inuiles: cum non sint ad labores bellicos assueti. Quae enim proportio acus ad lanceam: aut ratorij ad ense uel clauam: Sed istud intelligendum est sicut dictum praecedens: non enim semper ita contingit, sed saepius accidit modo opposito. Insup dicit Aegidius, quod antequam praelia intret, discenda sit ars praeliandi: item quod uigilantia oculos, & ceruicis erectio, sit signum animositatis, strenuitatisque cordis. Duritia autem carnis atque compactio neruorum & musculorum ac lacertorum, sint signa fortitudinis corporalis. Similiter magnitudo extremitatum, ut brachiorum & pectoris latitudo, sunt signa corporei roboris: quia & leones talia habent.

Articulus XXXIII. De octo proprietatibus, quas expedit bellatores habere.

AD homines bellicos aptos primo pertinet, posse ferre magnitudinem ponderis armorum: ut possint armati incedere, laborare atque pugnare. Secundo posse sufferre continuas motiones & circūductiones membrorum tempore praelii: aliter possent facilliter ac grauiter uulnerari: sed assidue se mouedo, subterfugiant uulnera: sicut sagitta rāgere uix potest signum si moueat. Tertio non curare de paritate uictus: quia & nimia repletio uētris, impedit laborē pugnandi: nec conuenit armatis portare uictualium copiam ponderosam. Quarto non curare de incommoditate iacendi & standi: quia frequenter oportet eos esse armatos die noctuque. Quinto spectat ad bellatores, propriae praesentis iustitiae & bonum commune: paratumque esse mori pro aequitate & communi utilitate. Vnde qui meruit occidi uel laedi & pauidus est, non est aptus ad pugnam. Iccirco deus in ueteri testamento precepit per Moysen filiis Israēl, ut antequam contra hostes bellum intirent, unus eorum clamaret, ut si quis inter eos esset pauidus cordis, recederet: ne tempore pugnae, suo exemplo alios faceret formidare. Vnde de Iuda Machabeo strenuissimo pugnatore, legitur secundum librum Machabeorum: Iudas per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sexto in bello iusto non horrere sanguinis effusiones, quando iustitia hoc requirit, nec aliter pax potest acquiri: ideo tunc esse non debet mollis nec femineus cordis. Septimo habere artem seu industriam se in bello ab ictibus protegendi, percipiendique hostem. Octauo abhorre & erubescere turpem fugam. Siquidem inter cetera quae reddunt hominem bellicosum & fortem in praelio, est appetere honorationem ex pugna, & erubescere fugam turpem. Vnde & istud fecit Hector & Diomedem bellicosos. Ex praeductis uerbis infert Aegidius, quod rurales sunt ad certamina pedestria aptiores: cum sint corporaliter fortiores, atque ad laborum ac onerum professionem magis assueti: urbani autem & nobiles, aptiores sunt ad bella equestria: quia eorum fortitudo supplet defectum roboris corporalis ipsorum. In talibus etiam praelii maxime prodest pugnandi industria, & erubescētia fugae, quae in nobilibus plus abundat.

Articulus XXXIII. De quibusdam documentis ad bellatores pertinentibus.

Scientia & exercitium, in omni negotio praebent fiduciam, & augent audaciam. Dicit enim Valerius natura facit habile: ars facit usum uero potentem. Vegetius quoque testatur: Nullus facere metuit, qui se bene didicisse confidit. Ideo militares & nobiles, satis tepestiuē sunt instruendi de arte & industria praeliandi, & assuefaciendi ad exhibitionem armorum: ut congruo tempore possint rempublicam defendere: & pro bono communi atque iustitia, salubriter dimicare: praesertim cum circa negotia bellica sit cautela maxima adhibenda: eo quod bellos, casus & damna, intant quasi irremediabilia: propter quod Cato differuit: In alijs negotijs si quid erratum sit, potest postmodum corrigi: delicta uero praesios, emendationem non recipiunt: sed statim poena errorem conuenit: quoniam imperite

rite ac imprudenter pugnant, aut confestim pereunt, aut in fugam uersi, efficiuntur tam pauidi, quod raro uel nunquam audent contra suos uictores pugnare. Praeterea, tantum ualent industria praeliandi, exercitiumque armorum in bello, ut in praelii ipsius paucitas hominum exercitata & docta & bene disposita ad pugnam, sit ad uictoriam apta. Multitudo autem in docta ac rudis, semper sit ad fugam ac caedem disposita. Itaque pugnatore instruendi & exercitandi sunt ad incedendum simul: dum opus fuerit, gradatim ac passim: ut se quilibet in suo ordine teneat. Nempe si acies inordinate incedat, duo mala inde sequuntur: In una enim parte erit nimis sparsa ac peruisa: sicut; ab hostibus poterit facilius perforari, debilitari ac diuidi. In alia uero parte erit nimis stricta & arcta: & sic dum unus ab alio suo confocio nimis conprimitur, impediunt brachia eius a sui ipsius protectione, atque ab hostium deiectione. Insuper exercitandi sunt bellatores tam pedites quam equites, ad cursum celeremque praecursum: quod ualet ad obtinendum aptiorem locum: ad explorandum facta & machinas hostium: ad insequendum & apprehendendum fugientes. Veruntamen caute est praecurrendum, ne praecurrētes, a suis socijs longius separati, incendant manus hostiles, nec a suis possint satis tepestiuē iuari, & accidit eis quemadmodum contingit Afaeli cognato Dauid regis, qui Afael uelocissimus cursor fuit. Vnde dum ceteros praecurrēs urgeret Abner uir: in rebus bellicis exercitatum, ab eo occisus est: ut legitur secundo Regum. Tertio exercitandi sunt ad saltum: si forte fossae occurrant aut fluuij.

Articulus XXXV. Excusatio a diffusiore prosecutione huius materiae.

Multa insuper alia bellatoribus ualde utilia scribit Aegidius, ex libro Vegetij de re militari: quorum maior prosecutio meum non concedet statum: sed alia quaedam salutem animarum magis concernentia, intendo de ista materia ex scriptura diuina commemorare ac scriberet de quibus mentionem non facit Aegidius neque Vegetius. Veruntamen regibus & ducibus ceterisque principibus, potissime ducibus exercituum seu principibus militiae, & cunctis militibus ac pugnatorebus ualde perutile est scire ea, quae de praefata materia scribit Aegidius libro de regimine principum. Iccirco est consulendum principibus, ut in libro praedicto talia legant, uel sibi exponi procurent: iubeantque principibus militiae suae, ut talia prompse sciant, & pugnatore suos inde edoceant, ut omnia in bellicis actibus faciant ordinate & caute, secundum doctrinam libri praellegati.

Articulus XXXVI. Quod princeps non debet ad bella procedere, nisi probabiliter sciat se iustam causam habere.

Ambitio sicut auaritia crescit in infinitum, nisi intuitu & timore amoris dei refrenetur & extirpetur. Denique non solum praelatio in spiritalibus, uerum etiam dominatio in secularibus & temporalibus, est ineffabiliter periculosa: quoniam de utraque praesentia intelligendum est quod ait sacra scriptura: Iudicium durissimum in his qui praesunt fiet. Ostensum est quoque in secunda huius compilationis parte, qualiter principes seculares redduntur rationem pro omnibus sibi subiectis: ita quod tanto est periculosior status eorum, quanto pluribus dominantur. Iccirco praesentes terribile iudicium dei, non appetant dominia sua iniuste augere, nec sic ad temporales afficiantur honores humanae laudes & famas, ut reprobentur ac uituperentur a deo: & perdant aeternos ac coelestes honores. Insuper pensent, quod sicut omne id peccatum est ex sua natura seu ex genere suo mortale, quod directe contrariatur spiritali charitati dei aut proximi, sic quicquid directe repugnat iustitiae, est ex suo genere peccatum mortale. Et quanto quis alteri maius infert nocentum, tanto grauius peccat. Quis ergo concipere queat aut eloqui, quam graue peccatum sit, aliorum dominorum terram iniuste impugnare, praedari aut obtinere, & totam communitatem contra rationem atque iustitiam turbare: in firmos opprimere, pauperes contristare: iustos ad merorem inducere. Ideo antequam princeps praelium contra aliquem ineat, aut terram aliquam obtinere pugnando attemptet, diligentissime perscrutetur, an iustam & dignam pro se habeat causam: atque de hoc a uiris timoratis, iustis ac sapientissimis, se faciat plenarie certificari: nec informationem accipere aspernetur: sed sciat, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur iniuste ac uolenter ablatum. Non ergo seipsum & heredes ac posteros suos, faciat aeternae damnationis obnoxios propter principatum terrenum: nec populum suum inducat ad pugnam, atque ad exponendum uitam suam periculis mortis pro causa iniusta: nec tam innumerabilem ac grauissimum facinorum quae in bellis iniustis contingunt, tam ante pugnam quam in pugna, quam post pugnam, ipse princeps causa fiat & reus ac particeps.

Articulus

Deuao

3. Mach. 8

2. Reg. 4

Sept. 6

De poenitentia
dicitur. c. falsas
14. q. 6. c. si res

Articulus XXXVII. Q. in praelio tota spes ponenda est in deo, & uictoria expectanda ab eo: tamen facere debet homo pugnaturus, quicquid per suam industriam atq; potentiam, licite facere potest.

M Vlti principes & bellatores ad praelium processuri, paræ attendunt super sapientissimam, iustam ac infallibilem providentiam summi dei: sed totam spem suam in propria potestate & arte, pugnatoreq; multitudinem, & in cæteris adiutorijs suis constituunt: & ita se habet, quasi deus non moderetur & curet actus humanos. Idcirco ad destruendum istum errorem & tantam impietatem, sacra scriptura sapientissime atq; clarissime docet, qd deus omnipotens hominum bella disponit, uictoriamq; largitur cui uoluerit, non sine iusta ac rationabili causa: quauis causa illa frequenter cunctis hominibus sit ignota saltem in speciali, nisi diuinitus reueletur. Itaq; secundum scripturas, in praelijs uictoria potissimum datur a deo, & speranda est toto corde ab ipsorum qd praeliatur totam spem suam in deo ponere debent, eumq; fiducialiter, constanter & iugiter inuocare: quod princeps terræ duxq; exercitus, potissime facere debet: deinde cæteri in agmine principes, & generaliter omnes: sicq; cum maiori fortitudine, fiducia & iucunditate pugnabunt. Hinc etenim in libro Prouerbioꝝ Salomon loquitur: E quis paratur ad diem bellis dñs autē salutē tribuet. Et Dauid rex ait: Non saluatur rex per multā uirtutē: & gigas non saluabitur in multitudine uirtutis sue. Fallax equus ad salutē. Hinc primo regū Ionathas filius Saulis regis dixit armigero suo: Veni, trāseam⁹ ad stationē incircūcisioꝝ istoz̄ Philistinoz̄: quā nō est dño difficile saluare, uel in multis uel in paucis. Deniq; tanta fuit fiducia Ionathæ in deo, qd ipse cū solo suo armigero inuasit exercitū Philistinoz̄: auxilianteq; deo præualuit, & multos prostrauit. Tale quoq; spem habebat in deo Asa rex Iudæ: qui pugnaturus cōtra Aethiopes, deum inuocans dixit: Domine, non est apud te ulla distantia, utrū in paucis auxiliieris aut in pluribus: Adiuua nos domine deus noster. In te em̄ & in nomine tuo habentes fiduciam, uenimus contra hanc multitudinem. Et ecce propter hanc spem Asæ regis, deus exterruit corda Aethiopum, & fugerunt. Persecutus quoq; est eos Asa rex cum populo suo, & interfecit: prout secūdo Paralipomenon scribitur. Præterea, Iosaphat rex Iudæ cū audisset conuenisse contra se tres fortissimas gētes, uidelicet Moabitas & Ammonitas ac Idumæos timore perterritus, totū se contulit ad rogandū dominū: & populo suo iniunxit ieiunium, deumq; deuotissime inuocans ait: Domine deus patrum nostroz̄, tu es deus in celo: & dominaris cunctis regnis gentiū. In manu tua est fortitudo atq; potētia: nec quisq; potest tibi resistere. In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit sup nos: sed cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residuū, ut oculos nostros dirigamus ad te. Et ecce ob tantā sancti regis illius deuotionē fiduciamq; in deo, concessit ei deus miram uictoriā: ita qd gentes præfate interficerent se mutuo. Itē, secūdo Paralipomenon legitur, qd dum Amasias rex Iudæ, conduxisset centū milia hominū robustoz̄ de regno Israël, ad pugnadū contra Idumæos, uenit ad eum propheta & dixit: O rex, ne egrediar tecū exercitus Israël: non em̄ est dñs cū Israël. Quod si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus: dei quippe est adiuuare & in fugam uertere. Cumq; Amasias rex ac quiescisset uerbis prophetae, cum solo populo suo in bello præliauit: & quadraginta milia aduersariorum peremit. Veruntamen non ita intelligenda sunt hæc, quasi princeps præliaturus contra aduersarios suos, debeat esse negligēs in agendo quod potest: nec sic debet in deo confidere atq; ab eo uictoriam postulare, ut nō apponar omnē diligentiam suam: imō facere quicquid potest modo humano: aliter em̄ deū tentaret. Cumq; fecerit quicquid sua potestate ac sagacitate ualuerit, tunc tñ debet deū deuotissime, confidenter ac iugiter inuocare, quia a deo specialiter depēdet & datur uictoria. Huius præclarum exemplum habemus in Ezechia rege sanctissimoz̄ cōtra quem quī Sennacherib rex Assyrioz̄ cum tanto uenisset exercitu, qd Ezechias rex humana uirtute illi nō ualuit reluctari ac præualere, totā spem suam fixit in deo, inuocauitq; eum in nihilominus cōgregata multitudine populi sui, obturauit fontes & riuos, ne Assyrii uenientes, aquæ abundantiam inuenirent. Insuper murr̄ Ierusalem qui fuerat dissipatus instaurauit: extruxitq; turres desuper: & forinsecus alteꝝ murum. Fecit etiam uniuersi generis armaturam & clypeos: constituitq; principes bellatoꝝ in exercitu suo, quibus peractis allocutus est populus suū dicens: Nolite timere, nec pauetis regem Assyriorum, & uniuersam multitudinē eius. Cum illis est brachium carneū, nobiscū est dominus deus noster, qui auxiliator est noster, pugnabitq; pro nobis, Confortatus est populus huiuscemodi uerbis Ezechia regis: cuius

Prouer. 24
Psal. 32
1. Reg. 14
2. Paral. 14
2. Paral. 20
2. Paral. 14: 20
2. Paral. 25
4. Reg. 19
3. Paral. 22
4. Reg. 19

preces

preces dominus impleuit. Inuocantibus etenim deum Isaiā propheta Ezechiaꝝ rege, misit deus angelum suum: qui interfecit de Assyrijs, centum octoginta quinque milia hominū.

Articulus XXXVIII. De magnanimitate habenda in praelijs: & qd cū iucunditate pugnandum sit pro causa iusta.

Q Vemadmodum timor mentē & corpus debilitat, sic magnanimitas potens hominem roborat. Cum ergo fortitudo summe necessaria sit in bello, princeps & populus eius præliaturus, immoderatum timorem debet omnino abijcere. Veruntamen moderatus & modicus timor quia facit hominem consiliatum, & ad uitandum pericula cautum, utilis perhibetur. Deniq; princeps aut alius quicumq; nō debet aduersarium suum nimis paruū, uilem impotentemq; reputare: ne dum se non custodit nec munit, improuise ab aduersario prosternatur. Magnanimiter ergo incipiēdum, continuandum & consummandū est bellū: non præsumptuose neq; superbe. Cūq; præliari pro causa iusta sit actus uirtuosus, debet aliquomodo delectabiliter fieri: præsertim, quia ut Aristoteles dicit, Signū uirtutis, est delectatio coniūcta actioni uirtutis. Insuper pugna pro causa iusta, est meritorium uitæ æternæ: & qui pro iustitia mori, in æternū saluatur. Idcirco securā ac hilarā mente pugnadum est pro iusta causa. Vnde in Ecclesiastico scriptū est: Pro iustitia agonizare pro anima tua: & usq; ad mortē certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Iudas quoq; Machabæus dixit bellatoribus suis: Accingimini & estote filij potentes ac parati ad pugnam: quoniā melius est nobis mori in bello, q̄ uidere mala gentis nostræ & sanctoz̄. Præterea, omni principi, militibus & pugnatōribus aduertendū est delectabiliter ac prudēter, quod de fortissimo illo Iudæ & adiutoribus eius conscriptū est primo Machabæoz̄ quo legitur: Surrexit Iudas Machabæus pro patre suo: & adiuuabāt eū omnes fratres eius, & qui se coniuixerant patri eius: & præliabantur prælium Israël cū leuitia, & dilatauit gloriā cum populo suo: & induit se lorica sicut gigas: & accinxit se arma bellica sua in praelijs: & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis: & sicut catulus leonis rugiens in uenatione. Et persecutus est iniquos perscrutantes eos: & eos qui conturbabant populum suum, succendit flammis. Et repulsi sunt inimici eius præ timore eius: & omnes operarij iniquitatis cōturbati sunt. Et perambulabat ciuitates Iudæ: & perdidit impios ex eis: & in seculū memoria eius in benedictione: & nominatus est usq; ad nouissimum terræ: & congregauit pereuntes. Hæc & multa similia de uirtuosissimo illo Iudæ leguntur. Cuius magnitudinem fiduciamq; in deo, & delectationē in praelio iusto sequi debet omnis pugnator & miles: præsertim princeps exercitus & dominus terræ: imō tanto opus uirtutis est deo plus placitum maiorisq; gloriæ æternalis meritorium, quo sit magis delectabiliter atq; spontaneè propter deum deo subditi debent pro principe suo uirtuiter & iucunde pugnare, ex animo iusta pro causa.

Eccli. 4
1. Mach. 4
ibidem

Articulus XXXIX. De duplici preparatione ad pugnam: & qd durante ipso praelio, sit cor leuandum ad deum.

Q Vemadmodum uestes induuntur contra intemperiem frigoris & caloris, sic tēpore belli arma sunt corpori necessaria ad uitandum proprii corporis læsionē atq; ad alium uulnerandum. Porro qui inermi nudoq; corpore ad pugnam progreditur, stultissimus iudicatur: quoniā mortis periculo exponere semetipsum cognoscitur. Quemadmodū autem arma & uestimēta sunt corporis indumenta & ornāmēta, sic uirtutes & dona spiritus sancti, sunt animę indumenta quibus ipsa spiritaliter uestitur, protegitur, decoratur, ornatur & confortatur: ut pulchra atq; accepta sit coram deo. Fortis quoq; ad uincendum hostes suę salutis, uidelicet demones: imō etiam ad inuadendum superandumq; eos. Si uero gratia charitatisq; dei ac ceteris uirtutibus careat, spiritaliter nuda & turpis ac cōtemptibilis est coram deo: infirma quoq; ad resistendum diabolo, idcirco uarijs tentationibus uincitur, & peccatis quę incidit, spiritaliter leditur ac necatur: sicq; ad æternam damnationem pertrahitur. Constat ergo, qd quanto anima nobilior est corpore, & quanto mors æterna, scilicet damnatio infernalis peior atq; fortius uitāda est morte corporis breui ac tēporali, tāto plus fatuū est proficisci ad pugnam, aia uirtutibus non ornata ac confortata, q̄ corpore nudo aut nō armato. Qui em̄ aia non existēte in charitate & grā dei tendit ad bellū, æternę mortis dānationi ac pœnę exponit: & si ita in bello fuerit interfectus, erit æternalr̄ cōdēnatus. Princeps autē populi quē adiuuat, causam habeat iustā. Itaq; accessuri ad praelium, primo ac principaliter arment, uestiant, ornent ac roborent animas suas

suas gratia charitateq; dei, & donis atq; uirtutibus spiritus sancti. Hoc autem facere debet, de peccatis suis cordialiter contritionem seu dolorem habendo, & eade integratiter confitendo; & si tempus habuerint, iniunctam poenitentiam persoluendo; firmiter quoq; proponendo uitare peccata de cetero. Cui ergo haec egerint aut agere coeperint, spiritus sanctus infundet eis gratiam, charitatem, ceterasq; uirtutes: sicq; securi ibunt ad praelium; & actus pugnant di erit eis meritorius uitae aeternae, si iusta sit praesens causa, & rectam intentionem habuerint; ut scilicet intendant pro bono communi, aut alia rationabili causa, ad dei gloriam & honorem pugnare: ita q; amplius cupiant deo placere, & ab ipso remunerari ac collaudari, q; uelint principi suo aut alicui homini complacere: uel ab eis laudem uel premium adipisci: hoc enim est pugnantibus necessarium ad salutem: quia aliter creaturam praeponebant creatori: atq; in bono creato, caduco & temporali, sibi constituerent finem: quod est peccatum mortale. Praeterea, dum ante praesens debent semper pro posse cor suum leuare ad deum, inuocando mentaliter eius auxilium: suasq; animas diuinae misericordiae committendo. Et summe cauedum est pugnantibus, ne bello durante inuidiam contra aduersarios: quos concipiunt: imo nec contra eum a quo percipiuntur, laeduntur aut occiduntur. Si enim inuidiam admitterent, peccarent mortaliter, aeternaliterq; damnarentur, si morerentur in ea. Sic quoq; uitare debent iram immoderatam: sed iram bonam quae dicitur ira per zelum, possunt & debent habere. Quid aut sit ira per zelum, dictum est in prima huius opusculi parte. Impleant ergo pugnantibus, quod fecundum Machabaeorum habetur quo legitur: Iudas Machabeus & qui cum eo erant manu quidem pugnabant, deum autem cordibus exorabant. Iccirco mirabiliter triumphabant. Talis fuit Theodosius imperator: qui orationibus, ieiunijs & ceteris actibus deuotionis, magis q; gladio ac uirtute armorum hostes suos deuicit. Nepe dum die aliquo pugnaturus erat, confueuit tota nocte praecedente, orationibus lacrymosis insistere. Qui autem ante bellum bene confessi sunt, securiori animo pugnant, & iucundioris sunt cordis, meliorisq; spei: & fortius praesentantur, nisi forte sint homines penitus mente caecati & intemorati. Pater quoq; ex dictis, q; mulierculae impudicae sint a pugnantibus exercitijs remouende. Postremo si quis timoratus ad bellum processerit in confessus, nec poterit bello iam imminente confiteri, non tamen desperet: sed cordialiter de sua negligentia ceterisq; doleat culpis: & confiteri ac emendare uitam suam, si occisus non fuerit, toto corde proponat: sicq; deus affectum eius suscipiet pro effectu: imo si in tali proposito occubuerit, saluabit anima eius. Sed ualde periculosum est confessionem tam diu differre.

Articulus XL. Quomodo principes bellatores suos debeant exhortari antequam ineant bellum, seu bello iam imminente ac incipiente.

A Egidius de Roma in libro suo de regimine principum, & Vegetius de militari multipliciter probant, q; cum bellum sit circa pericula mortis, omnis cautela adhibenda est circa bellatores & bellum, ante congressum, in congressu, & pugna ipsa durante. Veruntamen omnis doctrina dictorum doctorum in libris praescriptis, pertinere uidetur ad corporalis uitae conseruationem, & ad temporalem uictoriam. Sed cum aeterna damnatio atq; caelestis felicitatis perditio, sint ineffabiliter deteriores ac fugiliores corporali interitu omniq; praesentium amissione bonorum, ideo summa, prima & maxima diligentia est a principe pugnantibus adhibenda, ut animabus suis provideant: & se prout praecedenti dicebatur articulo, ad pugnam disponant: ad quod principes eos hortari per se uel per alios idoneos obligatur, ad singularem charitatem qua bellatores suos amare tenet: & quam uitam suam pro ipso exponit periculis mortis. Deniq; supra iam dictum est, quod in ueteri testamento sancti reges Ezechias & Iosaphat, alij quoq; reges & principes bello instante, populum suum ardentissime hortabant habere spem bonam & animum forte in deo considerare, nec hostes timere: sed paratum esse ad moriendum pro causa iusta: & uiriliter praesentari. Talibus ergo atq; similibus uerbis confortati uis, debet princeps terrae si assit, & dux exercitus ac alij principales exhortari & corroborare exercitum, imo & seipsum: unusquisq; alium, instante iam bello. Vnde de Iuda Machabeo ait scriptura, q; cõsi debat semper cum omni spe auxiliium sibi a deo affuturum: & hortabatur suos ne formidarent, sed sperarent ab omnipotente sibi futuram uictoriam. Et allocutus est eos de lege & prophetis: singulosq; armauit, non hastam & clypeo tantum, sed sermionibus optimis & exhortationibus. Sic Ioab princeps militum Dauid regis, contra Ammonitas & Syros bellaturus, cum media parte exercitus sui dedisset sub manu Abisai fratris sui, hortatus est eum dicens: Est uir fortis: & pugnemus pro populo nostro. Dominus autem faciet, quod bonum est in conspectu suo. Sic inuictissimi illi Pala-

a. Mach. 15

a. Mach. 15

mini Caroli regis, Rolandus, Oliuerus, Gulielmus, Ogerus ac ceteri, cum praesentari erant, uerbis magnanimitatis diuinae spei hortabantur, confortabant & inflammabant se in uictoria: ita q; leonibus fortiores, & aquilis uelociores effecti, cum bellica animositate & omni fiducia congregiebantur: & quilibet quasi in acie esse optaret. Veruntamen etiam ipso bello durante, animositas bellica regenda est ratione & discretione prudentiae: nec incaute circumducendi sunt oculi, quamuis clamor aut strepitus insolitus audiatur, ne quis improuise laedatur. Vnde cum Porus rex Indiae manu ad manum contra Alexandrum regem dimicaret, & incaute circumspiceret, eo q; in suo exercitu strepitus quidam fiebat, repente ab Alexandro in inguine est percussus ac interfectus.

Articulus XLI. Quod princeps & pugnatōres, debent euentum belli deo finaliter & fiducialiterq; committere.

Q uaedam sunt bona hominis, quibus nullus homo male uti potest: directe ut sunt gratia dei, uirtutes ac dona spiritus sancti. Ista ergo sunt determinate & absolute a deo petenda, cum sint necessaria ad salutem: & ea habere tenemur. Porro alia sunt, quae directe contrariantur salutem, ut sunt peccata & omne opus displicens deo. Iccirco deum absolute & sine conditione orare debemus, ut auferantur ea a nobis. Aliae autem sunt res, quae medio modo se habent inter praedicta: quia homo potest eis uti bene ac male, nec sunt necessariae ad salutem: sed exitum malum possunt sortiri: ut sunt diuitiae & honores, praesentatio, pulchritudo, potestas & cetera bona exteriora: quae dicuntur bona fortunae. Inter quae etiam uictoria praesentis continetur. Propter quod secundo Regum David rex ait: Varius esse euentus belli: & nunc istum & nunc illum gladius confumit. Itaq; istae res mediae seu bona fortunae, non sunt determinate & absolute a deo petendae: sed cum conditione explicita uel saltem implicita: ita ut orans committat sapientiae atq; clementiae dei creatoris sui exauditionem precis suae: desiderando uidelicet, ut deus precem suam exaudiat quantum hoc fuerit pro honore & gloria dei: iteq; pro salute animae suae: imo nisi orans cum tali mente deum pro istis bonis orauerit, oratio sua in exaudibilis esset: quia ut asserit Augustinus, Ad hoc q; oratio sit exaudibilis & placita deo, exigitur ut orans ea postulet, quae ad ueram spectant salutem. Vnde pro temporalibus non est orandum, nisi in quantum necessaria atq; utilia sunt ad spiritalia bona beatitudinemq; aeternam. Et quantum ad haec, bona fortunae de quibus homo certus non est, an sint pro salute animae suae, ueritatem habet positio Socratis: qui ut Maximus Valerius recitat, dixit nihil determinatum ac certum ab immortaliibus dijs esse petendum: sed solum in commune esse petendum, ut darēt quod expediat nobis. Et ratio Socratis fuit: quia dii melius sciret, quid nobis expediat q; nos ipsi. Et rursum, quoniam se frequenter oramus, quae imperrare, non expedit nobis. Itaq; princeps & populus eius processurus ad praesentem, quamuis uictoriam appetere possit ac debeat, si tamen iustam habeat causam, non tamen debet tam absolute triumphum optare, aut pro eo deum orare, quin debeat explicite uel implicite totum negotium belliq; exitum, diuinae pietati committere: finaliter appetendo, ut sic fiat sicut complacet deo: & sicut propriae expediens est. saluti rationalis enim creatura, uoluntate sua diuinae debet uoluntati subijcere. Talis quoq; submissio atq; subiectio, qua princeps & populus eius euentum seu exitum belli deo fiducialiter finaliterq; committit, & suam in hoc uoluntate diuino beneplacito humiliter subdit, est deo maxime placita & accepta: & per eam princeps ac eius exercitus uictoriae promeretur a deo, si iustam habuerit causam: eam quoq; obtinebit, uel aliud spirituale bonum melius eam modo frequenter utriq;. Hinc Iudas Machabeus ad praesentem processurus, cum deus inuocasset & suos adiutores fuisset hortatus, sic uerba concludit: Sicut fuerit uoluntas in caelo, sic fiat. Deniq; David rex persecutionem Absolonis filij sui fugiens & regno pulsus, locutus est: Si inuenero gratiam in oculis domini, reducet me: si autem dixerit, Non places, praesto sum. Faciat quod bonum est coram se: quem admodum secundo Regum habetur.

Articulus XLII. Quod princeps & populus eius, diligere debet eos contra quos pugnat, etiam si eos occidat uel occidatur ab eis.

Omnis Christianus omnem hominem in hoc mundo uiuentem, tenetur diligere uera ac spiritali dilectione. Porro uera haec ac spiritalis dilectio est, hominibus quos diligimus, aeternam salutem optare: & ea sine quibus illa adipisci non possunt: uel delicta dona gratiae dei in uita praesentis. Tali autem dilectione tenetur omnis fidelis diligere non solum amicos, sed etiam inimicos, quia & si corporalem aduersariorum mortem

a. Reg. 11

i. Mach. 3

a. Reg. 15

Mat. 22

Mar. 12

Vera fratrum dilectio q; est

ibidem

desideret zelo iustitiæ, optare tamen tenetur, ut animæ eorum in æternum saluentur. Itaque princeps & eius exercitus præliū aggressurus siue ingressus, nunquā spiritali aduersarij dilectione debet cessare, quantumcūq; legat siue ledat occidat, aut occidat. Nepe si ab hac dilectione charitate, mox in peccatū inuidiæ laberetur, et in peccatū mortali, & in æternū periret, si moreretur in eo. Cum ergo pugnatoribus periculossimum sit esse in peccato mortali, potissime tempore belli, consistat quod inuidiam præcipue teneantur uitare. Sic quoque iudex reos quos morti adiudicat occidit; facit, amare tenetur, optando ut deus mortem cor poralem quam patiuntur, constituat eis pro ultione & satisfactione uitiorum suorum præsertim si fuerint Christiani. Sic Abia rex Iuda contra decem tribus Israël pugnaturus, charitatiue dixit ad eos: Filij Israël, nolite pugnare cōtra dominū deum patrum uestrorum; quia non expedit nobis. Similiter Carolus rex innumerabiles uincens gentiles, non solum Saracenos uersus Orientem, sed etiam Paganos idololatrias in regionibus Occidentis, omnes dilexit atque ad fidem trahere nitentur; sed conuerti nolentes occidit; quia melius fuit eis occidi, quā in infidelitate manēdo, quotidie peccata augere. Simili modo se cit Ogerus nobilissimus dux Danorum. Porro talis præcipue fuit optimus ille Theodosius imperator, qui hostibus à se uictis tam clementissimus fuit, quod propter uirtutum suarum perfectionem, etiam à Barbaris & incredulis maxime amabatur; & multa gentilium nationes cernentes bonitatem ipsius, ipso hortante ad Christum conuersæ sunt. Fuit autē Theodosius imperator, propugnator & autor reipublicæ, Orientis & Occidentis partes pacifice possidēs, corpore & moribus Traiano imperatori conformis; clemens, misericors & communis; solo habitu se ab alijs differre existimās; multos sanctos & sanctas de sua cognatione existō etes & cōsanguineos habēs. Nā & sanctissima uirgo Euphrasia fuit ipsius cognata, quæ cōsueuit non nisi semel comedere in hebdomada; cuius pater & mater sanctæ conuersationis fuerunt, & Theodosio imperatori cōsanguinitate propinqui. Quemadmodū autē ante bella quæ habuit, elemosynas magnas distribuit religiosac pauperibus, & missas plurimas celebrari fecit pro uictoria obtinenda, sic adeptus uictoriam, fecit missas celebrari & elemosynas maximas dedit pro gratiæ actione deo soluenda; nec de uictoria superbiuit, neque in aniter exultauit.

Articulus XLIII. Quid deus interdum permittit iniustos principes melioribus præualere, etiam dum principes iniusti causam habent iniustam.

Sicut deus omnipotens cuius sapientiæ non est finis nec mensura nec numerus, reprobos & iniustos permittit multipliciter in hoc seculo prosperari, & uarijs modis perire, ita electos & bonos, in hoc mundo permittit multis infortunijs, aduersitatibus & tribulationibus exerceri, concuti & lassari; ut per talia à suis peccatis purgentur, gratia decorētur, æternaliterque saluentur. Propter quod dicit Boethius: Licet occulta & mirabilia sint iudicia dei, dum electis & iustis aduersa, reprobis uero & impijs prospera in hoc mundo eueniunt, occultiora tamen & mirabiliora sunt dei iudicia, dum in hoc mundo electis prospera, reprobis contingūt aduersa. Hinc homines uirtuosi prosperis non eriguntur in pompam; sed in eis plus metuunt quā in aduersis. Hac ergo de causa permittit deus sapiens principes electos & bonos, etiam dum iustam causam habent, à tyrannis & malis principibus superari; ita quod hereditate amittunt paternam, aut alia damna incurrit; sicut interdum permittit bonis ciuibus res suas uolēter auferri per homines malos; ut per exteriorum temporaliumque bonorum perditionem, misericordiam dei æternaliter consequantur. Porro principes malos deus præualere permittit aliquādo; uel ad maiorem eorum damnationem, uel quia aliquid boni fecerunt, seu diuine iustitię in aliquo deseruierunt, quamuis ipsi hoc nesciūt; propter quod deus in hac uita ipsos remunerat. Huius multa habemus exempla in sacra scriptura. Si quidem in libro Iudicum scriptum est, quod cum filij Benjamin grauissimum crimē fecissent, & cæterę tribus Israël propter hoc contra illos uenissent ad præliū, egressi filij Benjamin, occiderunt uiginti duo milia de populo Israël, non obstante quod deus indicasset populo undecim tribuū Israël, quod esse deberet dux belli in eorum exercitu. Altera die rursus progressi sunt cōtra filios Benjamin ad pugnādū; regressi que filij Benjamin, occiderunt ex eis decē & octo milia, non obstante quod deus rēdisset tribuibus Israël, ut cōtra filios Benjamin cōgrederēt. Causa autē occisionis eorum fuit, quia licet iustā habuerint causam, & zelo iustitię fuerint moti ad præliū, aliqd tamen culpe fuit in eis, propter quod deus in hac uita eas castigauit, ut æternaliter saluaret. Præterea in Isaiā ppheta habet, quemadmodū Senacherib rex Assyrię hō sceleratissimū & blasphemū, uenit cōtra ezechiascū regē; & pene oēs urbes regni eius uastauit atque obtinuit; quāuis postea populus eius ab angelo sit percussus. Insuper quarto Regum

Regum describitur, quemadmodum Iosias rex optimus, à sagittarijs Nechao regis Aegypti uiri gentilis, uulneratus fuit letaliter, ita quod obiit. Amplius, ad Ezechielem prophetam deus ait de Nabuchodonosor rege Babylonis, quomodo ipse deo seruiuit, præliādo aduersus Tyrum; & tamen mercedem à deo non accepit, nec ipse nec eius exercitus pro labore, quo deo seruiuit contra Tyrum bellando. Ideo deus ad Ezechielem prædixit, quod regi præfato & exercitui eius, daturus esset pro mercede regnum Aegypti, sicut & factum est; & tamen Nabuchodonosor rex & populus eius, nescierunt se deo seruire, pugnando contra Tyrum; sed ex ambitione & cupiditate mouebantur ad prælium contra Tyrum. Mali quippe & impij homines, sunt flagellū & baculus, quibus deus in hac uita corrigit suos electos; imō etiam, aliquando deus unum malum ac reprobum, in hac uita punit per alium. Sed homines mali quibus deus uoluntatem inspirat impugnandi tribulandi que alios, non faciunt hoc ea intentione & causa, propter quam deus eos instigat ad pugnam; sed intentione peruersa hoc agunt; uidelicet intuitu proprij cōmodi & honoris. Hinc in Isaiā propheta deus loquitur de præfato rege Assyrię: Vae Assur uir gafuroris mei & baculus ipse est. Ipse autem non sic arbitrabitur; sed ad conterendum erit cor eius. Adhuc autē, interdum permittit deus bonos ac pro iustitiā præliantes, ab omnibus iniustis occidi, propter maiore bonorū felicitatē & gloriā; aut quia utilius est animabus eorum, quod ipsi occidantur in prælio, quā si redirent ad proprias: quod reuerſi, multa fortasse peccata committerent imparati que morerentur. Hinc deus Palatinos Karoli regis, Rolandū, Oliuerū ac alios multos à Saracenis occidi permittit traditione Gaulionis; uidelicet propter maiorem eorum beatitudinem sempiternā. Hęc ideo scribo, ut principes Christiani uirtuosi, patientiam habeant, si contigerit eos in pugna succumbere, aut damna atque iniurias ab iniustis perferre; nec spes eorum in deo ideo infirmetur, sed firmiter credant, quod pro meliori eorum, deus ita disponit; sicque in aduersis deo gratias agant, nec se putent à deo relictos aut spe sua frustratos. Item ne principes iniusti ex suis uictorijs inaniter gloriantur, uel se iustos præsumant; sed diuinū potius formident iudiciū; & quod iniusti aut uolēter adempti sunt, restituant.

Articulus XLIII. De amore ac fidelitate militum atque nobilium ad principem suum.

Beatones ac milites omnesque nobiles cuiuslibet terræ, decet principem suum cum tanta fidelitate diligere atque defendere, ut uitam ipsius propriæ uitæ præponant, & pro ipso parati sint mori; atque in omni causa iusta fidelissime ei assistant. Principes namque est publica persona, cōmunis boni amator & defensor præcipuus, ex quo totius cōmunitatis bonū depēdet; cuius est omnes subiectos dirigere, pro omnium pace studere, uniuerſisque prouidere. Idcirco in executione omnium horum, quæ ad suum spectant officium, primo & maxime ac fidelissime ei assistere cooperarique debent nobiles eius, præsertim domestici & cognati ac officij & potentiores in terra ipsius; quos omnes decet præteris iustiores, prudentiores, perfectioresque esse; qui si uiderint principē suū in aliquo à ueritate & æquate discedere, debet hoc ei reuerēter & charitatiue ac humiliter infirmare; & ad iustitiā uiam ipsam reducere. Denique, principi proprio infidelē existere, prima fronte est inhonestum & speciem mali habere; soletque exitum malum habere; nec princeps facilliter credere debet illi, quem noscitur proprio principi infidelē fuisse. Unde cū quidā de principibus Darij regis uenisset ad regem Alexandrum, asserens se diu Darij deseruisse, nec aliquā cōdignam recepisse mercedem, ideoque uelle tradere eum, Alexander respondit: Vade, quoniam tibi non credunt alieni, postquam proprium uis tradere dominū. Rursus, cum Alexander inuenisset Darium in suo palatio letaliter uulneratū, & deinceps mortuū honorifice sepelisset, cupiens scire à quibus Darius sic uulneratus fuisset, iurauit per deos suos, quod uis qui Dariū hostem suū sic uulnerassent & occidissent, magnifice exaltaret ac remuneraret, si sciret eos; quo audito, duo impiissimi fatrapæ Darij, qui proprium dominū taliter tractauerunt, locuti sunt Alexandros: Dominator, nos sumus qui aduersarium tuum occidimus; quo prolato, mox iussit illos capi, ligari, & super sepulchrum Darij duci & decollari ibidem dicens: Qui proprium dominum occiderunt, extraneo quid facerent? Quibus uis, Persæ uehementer gaudentes, laudabant Alexandrum quasi deum. Postremo legitur de quodam fidelissimo milite, qui cum regi cuidam seruiret, & rex ille captum haberet alium regem, qui antea extitit dominus præfati militis, imō hæreditarius eius dominus fuit, contigit quod rex cui miles dictus actualiter seruiuit, decreuit die sequenti occidere regem quem habuit captiui; quo cognito miles ille cupiens regem dominum suum à morte eripere, strameta lecti eius

e. Paral. 13

Psal. 144

Psal. 137
Hier. 13

Iudic. 50

4. Reg. 19
Isa. 37
e. Paral. 35
4. Reg. 22

Ezech. 25

Isa. 10

colligauit, & capiti ac humeris regis & dñi sui superposuit ea, sumptuq; flagello aut baculo, percussit & expulit eum extra palatium quasi seruus ac armiger suus fuisset: alioquebat enim regem illum, quasi fuisset armiger suus: cuius etiam uestes induerat regem. Custodes ergo ostiorum, putantes quod portator stramēti armiger militis esset, dimiserunt eum transire. Postea cum ueritas facti huius innotuisset regi cui hic miles seruiens fuit, & a consiliarijs atq; nobilibus suis rex sciscitaretur, quā pœnā miles iste & armiger eius promeruisset, qui hostem suum sic dimiserunt, unus respondit, quod meruissent uiui excoriarī alius quod decollari: sicq; diuersis diuersa respondentibus, rex iurauit & dixit per summū deū Nulla morte, sed omni honore sunt digni, qui domino suo tam fideles fuerunt.

Articulus XLV. De rebus quæ requiruntur ad hoc, quod bellum sit licitum.

A signat autem sanctus Thomas tria quæ exiguntur ad hoc, q; bellum sit licitum. Primum est autoritas principis, quia priuatæ personæ non licet sua autoritate aut uoluntate bellum mouere: eo q; possit ius suum in superioris iudicio profectui ac sortiri. Ad priuatam quoq; personam non pertinet multitudinem contumacare: quod fieri in bello oportet. Hinc in libro contra Manichæos beatus Augustinus, qd Christus in euāgelio ait exponens, uidelicet, Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit, ait: Ille accipit gladium, qui absq; superiori & legitima potestate hoc agit, itaq; quia principibus commissa est cura reipublicæ, in testinos atq; extraneos hostes compescere habent quod interdum per prælia fieri necesse est. Secundo exigitur iusta causa. Tertio intentio pugnantium recta, ut propter defensionem boni communis aut fidei Christianæ, aut propter similem finem honestum ac licitum præliantur: & zelo iustitiæ moueantur ad prælium. Iccirco nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi atq; similia, ab animo principis bellatorumq; eius, sunt remouēda. Ex his clarissime constat, q; omnino uitiosa & illicita sit consuetudo illa in partibus multis consistēs, qua consanguinei & amici eius qui læsus siue occisus est, statim se colligunt, & absq; autoritate atq; licentia domini terræ, pariter uadunt & quærun eum ac propinquos ipsius qui forefecit, ut inferant ultionem: ipsi enim non sunt iudices eius qui forefecit nec cognatorum ipsius: ideo sua propria uoluntate aut potestate, eis non licet iniuriam suam ulcisci: sed secundum formam iuris debet procedere, & causam suam superiori suo proponere, ac iudicandam committere. Propterea dominus terræ siue sit princeps secularis siue spiritalis prælatus, tenetur consuetudinē hanc pessimam, de suo territorio extirpare: atq; sub gratia uiuam poenā uitare: præsertim cū sit summè periculosa & contraria saluti animarū utriusq; partis: quoniam alii qui hinc inde improuise interficiuntur: & magna inter eos inuidia oritur: imò ex Christi præcepto, ipse qui læsus est & eius cognati, tenentur uera & spiritali dilectione diligere læsores & pertinentes ad eum: ideo obligantur ei culpam dimittere: sed debitam pœnam & satisfactionem, possunt secundum formam iuris exigere: præsertim in quantum hoc expedit animæ eius qui forefecit: ut in uita præsentī pro suis peccatis castigetur, & satisfacere compellatur. Ad omnem etenim pertinet Christianum, quod in euāgelio præcepit Christus: Diligite inimicos uestros: benefacite his q; oderūt uos: & orate pro persequentibus & calumniantibus uos.

Articulus XLVI. An licet in bellis uti insidijs: An etiam licitum sit diebus festis pugnare.

Insidiæ ordinantur ad hostium deceptionem. Porrò dupliciter fallitur homo uerbo seu facto. Primo cum ei aliquid falsum dicitur, aut promissum non obseruatur: & hoc illicitum est: quia ut ait Ambrosius in libro de officijs, Etiam inter hostes sunt fœdera & pacta seruanda. Secundo aliquis fallitur, quia propositum seu conceptus alterius, ei non reuelatur nec panditur: & istud interdum est licitum. Quemadmodum enim in doctrina Christiana quædam fidei secreta aduersarijs fidei occultantur, ne sanctorum canibus decerit, sic quoq; in documentis rei militaris præcipuum est, ne consilia hostibus reuelentur. Iccirco hoc modo licet uti insidijs in prælijs iustis: imò sic deus præcepit in ueteri testamento, ut filij Israël ponerent insidias urbi Hai: & contra filios Beniamin circa Gabaam: ut in libris Iosue octauo & Iudicum uicesimo legitur. Denique, obseruatio festorum non exigat pugna abstinere festis diebus, si pugna sit iusta, & pro bono communi necessitasq; incumbar tali die pugnare: ita quod conuenienter differri non possit, aliàs mala mala atq;

atq; pericula, tam in spiritalibus q̄ in temporalibus imminerent: imò secundum Thomam, hoc esset deum tentare, in tali necessitate uelle à prælio abstinere. Similiter diebus festis licet propriam uitam pugnando defendere: nam & medici licite in festis medentur. Hinc etiā primo Machabæorum habetur, quemadmodum Iudæi proposuerunt fabbato hostibus repugnare, si inuaderēt ab eis. Præterea Thomas probat & asserit, q; clericis, bellicis negotijs exercitijsq; in tendere aut bellare nō liceat, nec bello interesse licite possunt in intentione bellādi, sed ex commissione superioris possunt prælati & clerici bellis interesse, ut populū exhortentur, absoluant, informet, & in cæteris spiritalibus eis prouideant. Possunt quoq; populū ad iustum bellum inducere: quemadmodum Adrianus papa, Carolum regē uo cauit ad bellandum contra Longobardos, ut tactum est.

Articulus XLVII. Recitatio quorundam exemplarium bellicorū gestorum: ex quibus princeps & pugnatōres eius, multas possunt penfare cautelas, & pericula diuersa euadere.

Refert Titus Lilius, & beatus Augustinus in libro de Ciuitate dei hoc tangit, q; bello inter Romanos & Samnites existēte, quū dux Samnitum nomine Pontius exercitum suum haberet iuxta Furculas Caudinas, misit decē milites in habitu pastorali, qui diuersa pecora pascerent in diuersis locis iuxta uiam, per quā uenturus erat Romanorum exercitus: iussitq; omnibus, ut Romanis ueniētib; sciscitanti- bus, ubi esset Samnitū exercitus, eodē modo respōderēt: scilicet q; esset in obsidione urbis Luceriæ: quæ fuit socii Romanorū: qui & uenerunt ut eam iuuarent. Romani igitur unā miter decreuerunt adire Luceriam, ut ab obsidione socios liberarent. Cum autem ad Luceriam esset duplex uia, una iuxta mare sed longior, alia per Furculas Caudinas sed breuior, hanc elegerunt, ut socijs obfessis, celerius subuenirent. Via autem per Furculas Caudinas, ex utraq; parte claudētib; montibus præruptis & immeabilibus, habuit tantum unum introitum & exitum per medium duorum saltuum, inter quos fuit mediā planities cāpia: ad quā uenerunt Romani per medium unius saltus ingressis: sed cum uellent per aliam uiam regredi, inuenerunt sibi uiam præclusam deiectis arboribus in transuerso itinere: uiderūt quoq; iuxta superiorem partem saltus, præsidium armatorū. Reuersi igitur, ut exirent ubi introierant, inuenerunt uiam illam sibi præclusam deiectis in transuersum uia arboribus, obfessumq; locum multitudine Samnitum armatorum: sicq; inclusi undiq;, manserunt in prædicta planitie. Cumq; post aliquot dies urgerēt fame, miserunt legatos ad Samnites, petentes uel pacem æquis conditionibus: uel belli congressum. R. spondit dux Samnitum debellatum iam esse: promisit tamen pacem æquis conditionibus: ita q; Romani redderēt Samnitibus omnia arma sua omnemq; aliam supellectilem, retentis sibi tantum singulis uestimentis: sicq; transirent sub iugum omnes, & in primis consules ac alij magistratus. Hanc pacem receperunt Romani necessitate coacti: sicq; in hanc pacem iurati, cum maxima sua deiectione ac uerecundia, reuersi sunt Romam. Porrò factum hoc scribo, non ut aliquis taliter agat, quia mentiri non licet, nec mentiendo decipere quenq;: sed ut princeps cautelam grandem adhibeat circa uiarum per quas ducetur exercitus securitatem. Vnde Aegidius ait cautum esse, ut dux exercitus habeat descripta itinera regionū & interualla locorum: itemq; qualitates uiarum, compendia, diuerticula, montes & flumina existentia in uijs, per quas proficiscetur exercitus. Melius quoq; esset, q; omnia præfata quantum possibile fuerit, haberet depicta: & sic quasi oculis ea aspiceret, ut exercitum securius duceret. Sed & uel tra hæc cautum est, habere etiam conductores uiam bene scientes. Veruntamen circa ductores tales maxima est adhibenda cautela: quia nonnulli principes cum exercitibus suis leguntur per ductores decepti: iccirco circa ductores sunt ponendæ custodiæ: & comminanda eis est mors, si se habuerint fraudulenter. Præterea prouidere dux debet, ne cum exercitu suo deueniat aut morari cogatur in locis iniquos ac aridis, ubi ex aque defectu, populo & iumentis possit mors imminere: quemadmodum quarto Regum legitur accidisse Iosaphat regi Iudæ, & Ioram regi Israël & regi Edom: qui pariter per desertum pergentes contra Moabitans, ex aque penuria perissent, nisi deus miraculose eis subuenisset per Heliæum prophetam.

Articulus XLVIII. Prosecutio narrationis bellicorum gestorum: ubi ostenditur quod hostes etiam uicti, non sunt nimis angustiandi,

1. Mach. a

Tit. Lili. li. 9. ab Vrbe condita

Mar. 26

Mar. 26

atq;

Legitur in gestis Romanorum, & sanctus Augustinus libro de Ciuitate dei id tangit, quod Manlius Volscus & Marcus Regulus consules Romanorum missi ad Africanum, primo uicerunt Carthaginenses bello nauali; postea Manlius Romam reuersus est, uiginti septem milia captiuorum cum ingentibus spolijs secum ferens. Marcus uero Carthaginense praelium prosequens, contra tres imperatores atrocissimum gessit bellum: in quo caesi sunt Carthaginensium decem & septem milia; quinque milia capta. Tandem Carthaginenses bellis fracti, pacem a Marco Regulo petierunt: sed cum duras ac intolerandas pacis condiciones audissent, melius rati sunt armati mori, quam miseri uiuere. Igitur in ductis auxilijs Hispanorum, Gallorum & Graecorum, ducem belli constituerunt Xantippum regem Lacedaemoniorum confertoque praelio, ingens ibi Romanorum extitit strages. Nam triginta milia Romanorum in illa congressione prostrata sunt: & Marcus Regulus nobilissimus dux, captus est. Ex hoc probatur, quod aduersarij uicti, non sunt nimis angustiandi atque arctandi, quia frequenter contingit, quod homines ex aduersitatibus pusillanimes facti, cum se uident nimis urgeri nec posse euadere, quasi desperatione fracti, resumunt audaciam & magnanimes fiunt: atque fortissime praeliantur. Unde ut secundo Regulum habetur, quod Abner princeps militiae regis Israel, fugiens exercitum Dauid, dixit ad Ioab: Quare non dicis populo, ut omittat persequi fratres suos? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Denique Alexander magnus contra principes Darij regis potentissimi pugnaturus, cum uenisset ad fluuium Euphratem, fecit pontem super eum. Cumque ipse & caeteri omnes qui secum fuerunt pontem transissent, iussit pontem totaliter dissipari uidentes hoc milites, coeperunt murmurare ac dicere, si contingerit de bello nos fugere, quomodo transiemus hoc flumen? quibus Alexander respondit: Ideo fregi pontem, ne habeatis spem fugendi si sciat is uos aut in praelio occidendos, ac uicturos esse hos Barbaros. Confortetur cor uestrum, & fortitudinem belli iocum putate. Hinc secundum doctores de modo pugnandi scribentes, cum princeps uiderit se potenterem, & posse suo exercitu hostes includere, non debet ita includere, quin aliquam fugendi aperturam eis relinquat: ne forte occasione desperationis animentur ad resistendum, plurimosque occidant. & hoc intelligendum est, nisi forsitan hostes essent ualde pauci. Propterea dicit Aegidius, Pusillanimes dum ualde formidant & non credunt se posse euadere, inuadunt alios, efficiunturque probi. Unde prouerbialiter dicitur: Qui nimis fugat timidum, ut compellit eum esse audacem. Sic & bruta animalia communiter metuum hominem: & nisi timerent ab homine laedi, raro aut nunquam inuaderent eum. Bestiae ergo ut plurimum timore compulsa, inuadunt hominem. Praeterea, frequenter iusto dei contingit iudicio, ut uictores uictis nimis crudeliter opprimantur & occidantur. Quomodo enim Hanibali imperatori Carthaginensium bellicossimo ac acerrimo uiro euenit: qui ut beum nomine Saguntum Romanis concesseratam, in ratam perduxit longa obsidione angustiam, ut ciues fame perirent: & uiui corpora ederent mortuorum. Deinde grandi igne constructo, caesis primo pueris atque uxoribus, praecipitauerunt seipsum in ignem: quoniam Hanibal nimis magna exegit ab eis. Postea uero Carthago a Romanis uicta est atque combusta: habitatoresque eius miserabilissime fuerunt oppressi. Similiter contigit Babylonij & Chaldaeis a Persis & Medis, quia nimis crudeliter uastauerunt diuersas prouincias: propter quod a Persis & Medis atrocissime sunt uastati: prout sanctissimi uates Isaias & Ieremias, uaticinati fuerunt.

Articulus XLIX. Profectio de bellicis gestis: ubi ostenditur, quod ad bellandum querendum est aprior locus.

De strenuo quodam scribitur bellatore, quod cum post stragem saorum inuaderetur a tribus, uides se tribus illis simul non posse resistere, simulauit se fugere, ut illos tres a se inuicem distraheret: quod cum fecisset & unus trium illorum eum praeter caeteris uelocius insequeretur, conuertens se, illum celeriter interfecit rursumque fugam arripuit, & secundum trium illorum praecurrentem simili occidit astutia. Postremo congressus cum tertio, superauit, & illum necauit. Itaque insequendo fugientes, insequentes caute praecurrant, nec tamen a suis focis se elongent, quod ab eis inuati non queant, si hostium inciderint manus. Denique aptitudo loci non parum iuuat ad uictoriam obtinendam: ut sit locus satis spatiosus & melioris altioris que situs, obseruanda est etiam congruentia temporis. Cauendum est enim duci exercitus, ne in ea bellum quando habiturus esset solem sue faciei oppositum: & quando uentus fiat & pulueres eleuat contra eum & suum exercitum. Nempe qui solem & puluerem habent contra se, offenduntur in oculis & impediuntur in pugna. Unde & refert Orosius: cum san-

ctus Imperator Theodosius, contra Eugenium tyrannum & Arbogastum pugnaturus fuisset, & tota nocte in orationibus iacuisset, mane consurgens atque in christo confidens processit ad praelium, in quo humana uirtute nequaquam potuit praeualere, sed deo agente, impetuossimus uentus contra aduersarios eius flare exorsus est: ita quod spicula exercitus Theodosii uelocissime ferebantur in hostes: tela hostium uento repercussa, infigebantur his a quibus emittebantur: sicque Imperator praeualuit: & Eugenius Tyrannus captus fuit ac interfectus. Arbogastus autem se propria manu peremit. Hinc etiam secundo Regum habetur, quod ad modum exercitus Dauid pugnant contra exercitum Absalonis, commissum est praelium in saltu: & multo plures fuerunt de populo Absalonis quos consumpsit saltus, quam hi quos gladius populi Dauid deuorauit: quia uidelicet locus ille ineptus fuit ad pugnam populo Absalonis. Unde ait Aegidius, quod equites melius se defendunt in campis: pedites uero in locis syluestribus ac montosis. Intus princeps eius exercitus non facile credere debent, si quis de parte aduersario uenerit ad se, & sibi astare promittat nam & qui suis infidelis existit, quomodo fidelis erit extraneis? Denique ita sanctus Dauid decepit iuste quodammodo, utique impij Absalonem: praecipiens amico suo Cusai, ut iret ad Absalonem ac diceret: Salue rex, salue rex: sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi: sicque Absalon facilliter credens, paulo post magis ac quieuit consilio Cusai quam Achitophel: propter quod postea fuit uictus. Praeterea tempore quodam Francorum exercitus Longobardiam ingrediens, & tandem ad tentoria Longobardorum deueniens, inuenit ea hominibus uacua: sed omnibus bonis & maxime uino plenatisque putantes Longobardos timore ipsorum fugisse, ingressi tentoria, repleuerunt se cibo ac potu & dormierunt: unde Longobardi qui callide simulauerunt fugam, redeuntes, & super Francos improuise ruentes, pene omnes occiderunt. Unde patet quanta cautela atque prudentia necessariae sunt in bellis. Praeterea circa illud quod dictum est Dauid regem decepsisse Absalonem, mittendo ad eum Cusai amicum suum, qui Absalonem se fecit, multa possent subtiliter inuestigari. Primo enim uidetur illicitum, quod Dauid commisit Cusai loqui ad Absalonem: habita fallacia & non uera: & quod per talia uerba Absalonem decepit, uidetur fuisse illicitum. Sed circa istam materiam possent quae plurima commemorari: quae breuitati studens relinquo. Breuiter tamen dicendum, quod quidam doctores affirmant, uerba quae Cusai ex commissione Dauid protulit, uera fuisse: quia quantum ad aliquid Cusai seruiuit & paruit Absalonem: uidelicet in aliquibus licitis. Alij doctores dicunt non oportere ipsum Dauid, nec amicum eius Cusai a mendacio officioso, quod est peccatum ueniale non mortale, excusari in uerbis praerogatis. Denique quoniam inter Absalonem & Achitophel consiliarium eius callidissimum uirum fuit mala concordia, licuit sancto Dauid illi uitiosa concordiae per industriam Cusai amici sui resistere, illosque decipere: quoniam quaedam deceptio bona est ac salubris: ut dum aliqui per uias iniustas ac callidas, moluntur male concepta & impie concupita, ad effectum perducere, aut bono communi nocere, laudabile est, ut per processum prudentiae ex zelo iustitiae decipiantur, circumueniantur, atque a persecutione suae malitiae impediuntur. Nam & deus hoc facit, quemadmodum in libro sancti Iob de ipso ait scriptura: Qui dissipat cogitationes malignorum: & consilium prauorum dissipat, ne possint implere manus eorum: quae coeperunt. Praeterea aduertendum, quod Aegidius recitans cautelas quibus princeps & dux belli uti debet contra aduersarios suos: exercitum, inter caeteras ponit hanc, ut princeps immitrat, pro-cureat seu seminet discordiam inter aduersarios suos: ut inter se discordando, ineptiores fiant ad resistendum. Additque Aegidius se hanc cautela non approbare, quia uidetur bonis moribus obuiare, quauis Vegetius ponat eam, sed hoc uerbum Aegidij non est satis clare resolutum: dicitur. Etenim interdum licet discordiam praeracto modo immittere, & interdum non licet. Quocirca sciendum, quod duplex est concordia: scilicet uirtuosa & uitiosa. Virtuosa concordia est, quae aliqui in bono consentiunt, atque in licitis ac honestis unanimes sunt. Porro uitiosa concordia est, quae aliqui inter se consentiunt in his quae ueritati & aequitati repugnant: sicut latrones & fures omnesque in malo coeederati, in suis scelibus sunt concordia. Quomodo ergo illicitum est bona concordiam dissipare, atque in discordiam uertere, sic licitum est malam concordiam frangere, & in discordiam commutare. Hoc enim & Paulus fecit apostolus, secundum quod Lucas euangelista scribit in Actibus apostolorum. Cum namque Iudaei capti apostoli Paulum concorditer uellent iniuste occidere, beatissimum Paulus sciens Iudeos contra se concordia inter se in aliquibus dissentire, (nam quidam eorum erant Pharisei & alij Sadducei) clamauit & dixit: Ego Phariseus sum filius Pharisei: & de spe & resurrectione ego iudicor, quod prolatum, statim orta est gravis discordia inter Phariseos, quod dixerunt animam hominis esse immortalem, futuramque

1. Reg. 3

1. Reg. 8

1. Reg. 10

Ia. 21
Hier. 51Iob 5
Psal. 29

Act. 22

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

resurrectionem mortuorum: & esse angelos ac spiritus: & inter Sadducæos omnia ista negantes: sicq; sanctus Apostolus euasit manus illoꝝ: quia Pharisei pugnant pro eo. Itaq; si princeps certo scire se iustam habere causam ac pugnam, aduersarios aut iniustā, possit licite inter eos discordiā procurare: & ne unus eorū alium adiuuaret, impedire.

Articulus L. An expediat principem personaliter esse in bello.

Qvanto princeps in sapientia & uirtute perfectior fuerit, tāto uita eius magis necessaria, utilis & salubris est populo. Cum ergo existentibus in bello periculum mortis immineat, periculosum apparet principē personaliter esse in praelio. Præterea, dū princeps uirtuosus ac prudens est, totū bonū cōmunitatis dependet ex ipso: & si eū occidi contigerit, totus eius exercitus efficit minus magnanimus, & pristinam fiduciam, strenuitatem, audaciamq; partim amittit. Vnde ex his motiuis & alijs quæ tangi possunt, non uidetur proficuum, ut princeps personaliter bello interfir. Veruntamen sunt & aliæ considerationes, ex quibus utile ualde uidetur principem personaliter adesse in praelio: Ipse enim est caput omnium & exemplar, ad quod uniuersi respiciunt: cuius est alios uerbo & facto dirigere. Ipso ergo præsentē & sapienter loquēte, uiriliterq; agēte & dimicante, cæteri omnes animantur, confortantur atq; robustius præliantur. Ad hanc quæstionem dare absolutam, plenam ac clarā responsionem, uidetur mihi difficile: quia circa hanc rem, de qua quæstio ista est, oportet ualde multa considerare: atq; in primis hoc certum est, qd ali quando expedit principem adesse in praelio: quandoq; uero non expedit. Si enim princeps sit uir bellicosus, constans, prudens, strenuus ac robustus, nullum est dubium quin eius præsentia in bello sit utilissima, dummodo aliunde non occurrat obstaculum seu notabile impedimentum. Porro si princeps sit nimia senectute confectus, aut uiribus destitutus aut imperitus atq; indocilis, seu nimis sui sensus aut naturaliter formidolosus, eius præsentia in bello posset magis esse impeditiua q̄ adeptiua uictorię. Interdū quoq; princeps à bello est remouendus, quoniam ipse ab hostibus ualde specialiter occidi operatur ac quæritur: quemadmodum secundo Regū habetur, qd Dauid rege uolente cum exercitu suo contra Absalonem eiusq; populum egredi, plebs respondit: Non exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit in nobis, non satis curabunt: quia tu unus pro decem milibus computaris. Melius est ergo, ut sis nobis in urbe præsidio. In eodē quoq; libro habetur, qd cum Dauid rex contra Philistæos pugnaret, & unus de Philistæis nifus fuisset percutere eum, sed dubitante ei præclaro cognato ac milite suo Abisai euasisset, omnes principes eius iurauerunt, qd de cætero non exiret cum eis in praelium: cuius causa ut aliqui dicunt fuit, quia tunc præsenio deficere cepit in uiribus: uel ut alij asserunt, propter periculum magnitudinem uitandam, quod ex eius occasione imminebat. Vnde & principes, eius uerbis inductis adiecerunt: ne extinguas lucernam in Israël. Præterea, primo Machabæorū describitur, qd Symon frater Iudæ Machabæi princeps Israël cum senuisset, congressum belli filio suo primogenito Iohanni commisit. Præterea, quamuis in libris ueteris testamenti, alijs quoq; Chronicis atq; historijs, interdū legantur reges ac principes terrę non personaliter bellis suis interfuisse, frequenter tamen & de pluribus legitur, qd personaliter interfuerint prælijs suis: imo strenuissimi atq; clarissimi principes, quasi semper in acie esse ac præliari uoluerunt, ac inuictissimi pugnauerunt: sicut in libro Machabæorū de Iudæ & Ionathæ ac Symone fratribus eius, copiosissime scribitur. In gestis quoq; Romanorū de Iulio & Pompeio cæterisq; q̄ plurimisimo & Octauianus, quamuis fuerat potentissimus Imperator, communiter tamen cum exercitu suo processit ad bellum. Sic fecit & Hannibal Carthaginensium Imperator: similiter Carolus rex, Godefridus de Bolonia: & alij quasi innumeris reges, duces, principesq; fecerūt. Talis demū præcipue fuit rex Alexander. Vnde frater Darij regis instante bello contra Alexandrum locutus est Darij: Si tibi placet, fac sicut facit Alexander. Ille quippe pugnaturus non mitit principes suos, sed personaliter uadit, & antecedens omnes satrapas suos, pugnat uiriliter: & acquirit sibi nomen atq; uictoriam. Alius satrapa Darij dixit Alexander in omnibus peritissimus est, nec in ullo offendit, omniaq; uiriliter agēs, formam & uirtutem habet leonis. Vnde propter hæc uerba Darij rex ad bellum personaliter est profectus. Itaq; instante seu appropinquante iam bello, sapientiores, consiliarij ac barones regis seu ducis ac principis, diligentissime perpendere, & inter se consulere debent, an expediat dominum suum personaliter proficisci ad bellum, attendendo rationes pro parte utraq; & quod rationabilis utilisq; prospexerint, principi suo persuadent: qui eis acquiescere debet, & dirigibilis effectus

2. Reg. 18

2. Reg. 11
1. Machab. 13

1. Machab. 5

DE VITA ET REGIMINE PRINCIPVM LIB. III.

265

his effectus: & Dauid rex quamuis cunctis suis ministris sapientior esset, tamen principum ac populi sui cōsilijs acquieuit. Dū ergo cōtigerit principē personaliter ad præliū egredi, à duce exercitus & fortioribus, fidelioribus ac peritioribus militibus ac pugnantioribus tāto diligentius atq; robustius est custodiendus ac protegendus, quāto eius ruina esset cōmunitati nocētior. Sed & ipse princeps debet sui animi altitudinē tēperare, atq; ab immoderata se retinere audacitate: periculum ingerat se incaute, maxime propter bonū cōmune: attendēs qd pellis sua non sit durior pelle alioꝝ: aut spissior, sed frequenter tenerior.

Articulus LI. Quod principis est prouidere, ut in urbibus suis seruetur iustitia in mutuis, uenditionibus ac emptionibus ciuium.

In urbibus diuersi diuersa exercent officia, & unus istud, & alter illud habet uenale. Docet ergo Henricus de Hassia in libro suo de contractibus, qd in urbibus uenditores uictualium, ut puta uini, ceruisæ, panū, carnū, atq; similiū, non debent ea uendere tam pretiose, ut uoluerint siue potuerint: sed rectores ciuitatū, uidelicet sculteteri atq; scabini ciuiumq; magistri, constituere pretiū debent, pro quanto quodlibet uendatur: & prouidere, ne in uigore aut pondere reꝝ uenaliū fraus committatur: & ne egeni ac simplices defraudentur: sed uenditores lucro iusto ac rationabili sint contenti. Quemadmodum ergo superius dictū est, qd princeps officiatos suos hortari sic debet ac gubernare, ut sua iuste prosequantur officia, sic quoq; rectoribus ciuitatū suarū de istis debet seriosam facere commissionem, ut circa prædicta iuste ac sapienter se habeant: iustitiamq; in præmemoratis faciāt obseruari negotijs: atq; in omnibus tueantur egenos, impotentes & innocentes à uiolentijs & iniurijs diuitem ac potentem & malignorū: nec permittendū est, ut peregrinis & extraneis prædicta carius uendantur, q̄ ciuibus: nisi forte magnitudo caritatis aut imminētis periculi aliud rationabiliter exigat: nam & hoc est de lege naturali, ut alijs faciamus prout nobis fieri uolumus.

Articulus LII. An torneamenta liceant pugnantioribus atq; militibus.

Torneamenta secundum doctores, dicuntur quædam nundinæ ac ferie, in quibus milites & militare conueniunt ex condictor: & ad ostentationem uirium suarum atq; audaciæ, temerarie congregiuntur. Dicuntur autem torneamenta hæc nundinæ: quia ex diuersis partibus ad ea conueniunt, & causalucris sicut ad nundinas. Dicuntur etiam ferie: à feriando: quia tunc torneatores uacant ab alijs operibus rei familiaris. Deniq; sacri Canones prohibent torneamenta sub periculo peccati mortalis, propter homicidia & animarū pericula, quæ frequenter ex torneamentis proueniunt. Debent enim futura pericula præuideri: & quilibet discretus debet prospicere in futurū: quia debet cogitare hæc posse accidere, nec excusantur à culpa, qui causa ludi torneare se dicunt: quoniam ludus ille noxius est, & ideo reprobatur. Quis autem ludos appelleret, ex quibus crimina oriuntur: Itaq; mortaliter peccant torneatores, faciēdo contra prohibitionem Ecclesie cui obedire tenentur. Si autem non esset prohibitum, non esset secundum se peccatum torneare: dummodo fieret ad discendum usum armorum ad defensionē fidei nel reipublicæ, ut dicit Gulielmus Parisiensis. Porro si quis torneamenta exercens, occiderit aliquem etiam casu seu fortuito, reus erit homicidij & irregularis efficitur: quoniam ludus ille noxius est, illicitus atq; prohibitus: Ideo quicquid ex eo cōsequitur malū, imputatur ad culpam. Hi quoq; qui in torneamentis moriuntur, prohibentur in cœmeterio sepeliri. Sed & milites qui ueniunt ad torneamenta causa pugnandi, non tamen percutiunt aliquem nec occidunt, sed aliqui fuerint ibi occisi, hi tales fiunt irregulares: quia ad rem damnatam atq; prohibitam accesserunt. Cum ergo torneamenta sint ita prohibita, nequāq; timorati est principis talia fieri uelle aut permittere: sed nec interesse talibus debet: & si fecerit talia fieri, omnia torneamentorum peccata redundant in ipsum. Quæ autem de torneamentis hic scripsi, habentur in Raymundo, in Summa Durandi, in Summa Confessorum, in Summa Pisanarū & doctores concorditer ita tenent: uidelicet Hostiensis & Godefridus ac Gulielmus cum cæteris. Veruntamen contra ista argui potest: Milites enim & ad prælia deputandi, atq; ad militiam promouendi, exercere se debent in armis & bellicis artibus: & discere seu renouare uel exercitare artem industriamq; bellandi, antequam bella iam instent. Denique Aegidius de Roma doctor catholicus & uir religiosus, in libro suo de regimine principum, inter cætera de ista materia loquitur, quod iuuenes à quarto decimo anno assuetiendi sunt ad labores militares, bellicosos & fortes. Ideo ait Vegetius, quoniam

quoniam quæ à iuuentute discuntur & inchoantur, melius sciuntur, magisq; diliguntur, & delectabilius exercentur. Cum itaq; non parua sit ars habere armorum industriam, tempe stive satis discenda est. Nam siue equestres siue pedestres sint bellatores, si uictoriam obtinent absq; arte pugnandi, fortuito hoc contigisse uidentur. Fatuum quidem est tunc primo addiscere uelle bellare, dum imminet bellandi necessitas ubi uita periculis mortis exponitur. Vt ergo bellatores habeant spatium addiscendi singula quæ requiruntur ad bellum, ab ipsa pueritate assuescendi sunt ad opera bellica: & princeps prælium commissurus, uiros exercitatos in armis, ac strenuos bellatores debet assumere: sicut de Saule rege legitur primo Regum, quod omnem uirum quem uidit fortem & aptum ad prælium, coniunxit eum sibi. Insuper Aegidius ponit octo, ad quæ exercitandi sunt bellatores. Primum est ad baiulandum pondera. Secundum est ad inuadendum & percutiendum claua. Tertium ad emittendum tela seu iacula, & ad percutiendum lancea. Quartum ad iaciendum sagittas. Quintum ad proijciendum lapides fundis. Sextum ad percutiendum plumbatis. Septimum ad ascendendum equos uelociter. Octauum ad sciendum artem natandi. Ad dit & nonum, uidelicet ad percutiendum gladijs. Ista prosequi non condecet statum meum: sed apparet quod exercitatio in aliquibus horum sine torneamento, conuenienter esse non queat. Et respondendum, quod quamuis Aegidius ista affirmet, nil tamen de torneamentis profatur: nec docet fieri hæc octo eo modo, quo fiunt torneamenta: sed alium tangit modum licitum & securum: quem & Vegetius recitat apud antiquos fuisse Romanos: ut scilicet in campo multi pali figantur, & ad illos se exercent bellatores ac iuuenes, incedendo contra palum quasi contra aduersarium: & percutiendo palum nunc in summitate eius, & nunc in medio, nunc in imo: itemq; eiiciendo tela & iacula contra palos. Itaq; ecclesia non prohibet modestum, securum atq; innoxium exercitium ad bellandum & ad artem bellandi habendam, sed torneamenta, prout nunc communiter fieri solent, sunt penitus uitiosa: & multæ abusiones & iniurias con tingunt ibidem: suntq; ex uanitate & propter laudem humanam: imo & ad complacendum sceminis nobilibus, quæ adducuntur ex locis diuersis et confluunt: quod totum damnabile est, et Christianæ legi contrarium. Deniq; hastiludia priuata quæ in carnis priuio fieri solent, tanto sunt periculosa, et magis illicita, quanto cum præfatis torneamentis conuenientiam habent maiorem: et quo ex maiori ueniunt uanitate, aut propter hominum laudem. Vnde raro aut nunq; sine peccato mortali fieri asseruntur: ideo cautum est ea uitare. Quomodo autem princeps et domestici ac ministri ipsius, bene et uirtuose habere se possunt ac debent in ludis, dictum est supra.

Articulus LIII. Exhortatio principum Christianorum ad recuperationem sancti sepulchri et terræ sanctæ.

Franciscus Petrarcha poeta egregius, atq; à domino Clemente Papa laureatus, regibus & principibus Christianis ob suæ uitæ ac sapientiæ eminentiâ notus & charus, in libro suo de uita solitaria affectuose ac dolorose cõqueritur de amissione sancti sepulchri: **I** E S V C H R I S T I creatoris saluatorisq; nostri: & quod sancta illa terra in qua unigenitus dei filius, uerus utiq; deus & deo patri consubstantialis, pro nostra salute dignatus est homo fieri, inter homines conuersari, atq; ab impijs crucifigi, iam Christiano ab lata est populo, & cultu Christi priuata, ac perfidis Saracenis subiecta. Ob hoc Franciscus præfatus, principum Christianorum reprehendit ingrati tudinem, ignauiam atq; acediam. Deniq; aliqua ex dictis Francisci huius commemorabo: ne forte paruitati meæ Christianorum principum quispiam indignetur, si talia ex me ipso scribere ausus extitero, qualia ille scribit. Sed quoniam stylus Francisci rhetoricus est atq; difficilis, sensum potius q̄ formam uerborum Francisci in ducam. Itaq; ait: Nunc quid deseam aut quid congerar: Ecce præsepe Christi, Caluarie locum, Oliueti montem, uallem iudicij & reliqua Christo singulariter dilecta loca, ubi factus est homo, & natus uagij, ac infans reptauit, ubi uir ducit, miracula fecit, mortem pro nostra redemptione sustinuit, sepultusq; fuit, unde ad celos ascendit, ubi in fine seculi uiuos ac mortuos iudicabit, terram patribus nostris promissam, nobis ablatam nobisq; debitam, & si uiri essemus, spei nostræ sedem, æternæq; patriæ arram, Aegyptiacus canis tenet: uidelicet Machometus Saracenoꝝ deceptor ac legis uidelicet Soldanus. Heu quid præter gemitum & querelas ac fletum relictum est miseris: quia & nostri reges ac principes, nil nisi delicias, & nostri pontifices nil nisi diuitias amant, & omnes quæ sua sunt querunt: quæ autem sunt Christi, nullus. Cuius peculiare patrimoniu, nobis peccantibus ac otiose sedetibus, laceratur: imo diu fremimus & meditamur inania, dum cœno uolumus

Philip.

uolumus ac libidinibus exercemur & nitimur profugas retinere, dum numos pauperum numeramus & occultamus, dum superuacuas & ineptas turres construimus, humilimam Christi sedem, ut puta loca sancta, in quibus mansit & conuersatus est Christus, non est qui reatur aut uindictæ. Deniq; dum Christianis & proximis nostris infidiamur, impijs hostibus Saracenis, atq; incredulis accessum præbuimus in thalamu regis nostri, in sanctam ciuitatem Ierusalem. Crimen ingens, & nostrarum frontium pudor æternus quibus Christi uexillum, scilicet crucis signum impudenter affigimus, ut tam magnifice Christi iniurias ulciscamur. Ecce nunc in explebili cupiditate, flammâq; odio de miseræ terræ angustijs altercantur reges & principes nostri. Quiescent forte, & somno uoluptatibusq; incumbente: lucra auare captabunt: coniugē ac sobolē omnes diligunt: deū ac proximu nullus. Par cor porū cura erit, animarū incuria erit. Aurę gemas, pretiosamq; suppellectilē aggregabunt: ornamenta animarū, scilicet uirtutes, despicient: pro suis agris ac terris pugnare, digladiari & occidi non metuent: nemo erit qui terræ sanctæ uniuersali dispendio moueatur: ita saluatoris sui Iesu Christi gloriam non curantes, & propriam appetentes, his moribus uolunt cœlum ascendere, quibus Lucifer de cœlo prolapsus est. Tibi quid dicam de perditâ ac desertâ Ierusalem? Hoc uulnus assidue recens in oculis & in fronte portamus, & dissimulari aut tegi nullatenus potest. Aliquâtoq; facilius damni sarcinam ferimus, q̄ pudoris: sic sacra loca Christi, ab infidelibus nunc calcantur & possidentur: atq; torpentibus Christianis, principalis eorum hæreditas scilicet terra sancta, impune nunc ab Aegyptiaco cane discerpitur & insultant pedes impij sanctuario Iesu Christi. O si hodie Iulius Cæsar ab inferis remearet, animū illū quē habuit potentiamq; suā referens & Christum agnosceret, q̄ cito Christo patrimoniu suum recuperaret: & non solum terram sanctam, sed Syriam quoq; & Aegyptiū Saracenis auferret, atq; ad Christi cultum reduceret: quas terras nunc Aegyptius possidet latro. Idem de Octauiano Imperatore, & Pompeio Scipioneq; Africano, & alijs pluribus dici potest: qui ueræ si dei luce carentes, pro terrena patria ausi & operati sunt tanta: quanto magis si uiuerent, Christianiq; essent, maiora uiderent ac facerent pro æterna. Porro nostri principes in thalamo leōibus fortiores, in campo ceruis timidiore, ora uirilia muliebribus animis dehonestant: ad luxuriæ studiū animosi. Hæc multoq; plura ac duriora scribit præfatus Franciscus, ex cuius uerbis & ego tantillum Christi famulus, occasione sumo hortâ di principes Christianos, ut zelo zelentur pro domino deo suo Iesu Christo, & eius inflam mentur amor: ipsius gloriam & honorem præ cunctis huius mudi diuitijs atq; delicijs cupientes: quærentes ac promouentes: sicq; intuitu & amore unigeniti filij dei Iesu Christi, & propter omnia quæ ipse pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit, propter omnia bona quæ nobis concessit, & propter æternam beatitudinem quâ nobis promisit ac præparauit, principes Christiani cohortentur, prouocent & inflamment seipos ad laborandum atque pugnandum, pro recuperatione sancti sepulchri sanctæq; terræ: ut sacratissima Christi loca in quibus nostram operatus est salutem, à Christianis inhabitentur & libere uisitentur: ac debite honorentur. O quanta esset eorum beatitudo æterna in cœlo, si hoc ipsum fideliter attentarent, atq; pro uiribus prosequerentur: facta prius stabili pace inter eos, & mente eorum deo per ueram & saluberrimam confessionem reconciliata. Quantum in super ange li sancti omnesq; ciues cœlestes, de eorum sancto proposito, uirtuoso labore, strenua pugna gaudent, deum laudarent, pro ipsis orarent: ita q; etiam quamuis forte principes desiderium suum in ademptione sanctæ terræ exequi & implere non possent, deus tamen omnipotens & benignus, uirtuosum eorum affectum, pro effectu in clyto acceptaret, & æternaliter præmiaret. Cessent igitur contra se inuicem præliari: & rationabiliter pacificati ac confederati, contra Christi aduersarios homines infideles, Christianorum hæreditatem possidentes, concorditer, hilariter atq; fortissime prælientur. Ecce hoc opusculum de regimine principum, tuæ excellentiæ editum, dedicatum, itemq; oblatū in clyto, deuote ac optime princeps & dux, tam dignantur ac grate cupio acceptari à tua clementia, q̄ deuote & amorose à mea copulatum est paruitate: ad laudem gloriam & honorem regis ac principis uniuersorum: qui est super omnia deus sublimis & benedictus. Amen.

s. Regi.

Libri tertij de uita & regimine principum, finis.

D. Dionysii

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE VITA ET REGIMINE PRINCIPISSAE,
DIALOGVS.

PRINCIPISSA ET CHRISTVS.

Pfal. 12

Pfal. 4

Mat. 27

2. Tim. 4

Pfal. 41

Apoc. 3

Pfal. 41

Isa. 35

Apoc. 3

Pfal. 118

4. Reg. 4

Mat. 27

2. Cor. 9

Mat. 7

Mar. 4

4. Reg. 4

Cantua.



NLLUMINA DOMINE DEVS MEVS OCULOS MEOS INTERIORES, intellectum & rationem, fidē & considerationem animae meae, ne unquam obdormiam in mortem peccati, cōsentiendo tentationi aut culpa mortali, sed in pace pectoris in te summo & inuariabili deo dormiam dulciter, repausando ab inquietudinibus seculi huius, & requiescam in spe & contēplatione felicitatis futurae & praegustatione gloriae aeternae ab origine mundi praeparatae tuis electis: Ego enim o domine iam delibor, & tempus resolutionis meae nunc instat ac prope est. Accende cor meum in te o bonitas pura & infinita, O pulchritudo delectabilissima atq; inmensa, o creator meus, saluator & iudex animae meae, quatenus sicut desiderat ceruus lassatus ac aestuans ad fontes aquarum, ita desideret anima mea ad te deus. **CHRISTVS.** Ego sum, qui (ut in Apocalypsi testatus sum) sto ad ostium cordis & pulso, ut si quis aperuerit mihi, intrem ad illum, & cenē cum eo. Tu autem o domina mentem tuam mihi modo aperuisti, quae tam affectuose ad cordis tui cubiculum me inuitas, deprecans illud tam ualide inflammari a me, ut instar cerui ad aquarum pocula sitentis ac festinantis desideret & suspiraret ad me, ad intuentum me regem regum in decore & gloria excellentiae meae: te ergo libenter exaudiam; cor tuum ingrediari tecum cenabo, ac tua deuotione reficiar, sicq; magnitudinē suauitatis meae prorsus interminabilem tibi praebere concedam, ut eius amore omnem delectationem carnalem, omnem consolationem mundanam cōtemnas, toto quoq; cordis affectu ad plenam ac beatificam aeternam & increatae dulcedinis fruitionem anheles, tendas ac properes. **PRINCIPISSA.** Benedictus es domine, q tam gratiosum te exhibes tuae exuli creaturae; sed noli o domine, noli me dominam nuncupare, quae utinam ancilla tua merear appellari. Interim precor te, doce me qualiter ad tuam receptionem deuotam, atq; ad tuam inhabitationem dignissimam refecionemq; lautam cor meum debeam te auxiliante parare. **CHRISTVS.** Domina magna diu fuisti & adhuc es in seculo isto, ut puta Christianissimi regis Portugaliae filia, praecipui q; ac famosissimi ducis coniux; nunc uero sapiētissime agis, quia terrenis pompis, externis ornatibus, mundanis etiam dominationibus (quantū fas est) derelictis, ad spiritalia & deuotionalia totam te applicas, inter uiros uere deuotos & religiofas personas regulariter ac obseruantialiter conuersantes libentius es q̄ inter magnates, Cultum meum auxisti, religiofissimis fidelibus habitacula construendo & necessaria prouidendo; quod & nunc facere decreuisti circa nouam fundationē ordinis Carthusiensis. Age quod agis, perseuera in actibus sanctis, imple quod salubriter concepisti, daboq; tibi gloriam & honorem regni caelestis, cuius non erit finis. Consequenter ad id quod urbane quae sisti, breuiter respondebo.

Articulus I. De praeparatione cordis ad deuotam Christi receptionem, lautam refecionem atq; dignissimam eius inhabitationem. **CHRISTVS.** **N**onne audisti q; uenerabilis ac sapiens illa foemina Sunamitis dixit suo marito de Helisaeo propheta? Anima duerte inquit, q; uir sanctus dei est iste; faciamus ei cenaculum & ponamus ei in illo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum; ut maneat ibi, ita & tu in medio cordis tui construe mihi cenaculum, id est liberalitatem ac hospitalitatis uirtutem, per quam cum sancto Martino ac beata Elizabetha filia regis complaceas deo patri. In hoc cenaculo libenter tecum manebo; quoniam quicquid feceris uni ex minimis meis, mihi utiq; facis. Nam & liberalem ac hilarem dator rem diligo; & qua mensura mensa fueris, remetiar tibi. Praeterea, in hoc spiritali cenaculo lectulum mihi ponas; id est conscientiam mundam, in qua tecum & in te quiescam. de quo lectulo sponsa deprompsit in Canticis: Lectulus noster floridus. Hunc lectulum mihi paras & ponis, dum de omni illo quod tibi conscientiae parit remorsum, protinus te per contritionem, confessionem & emendationem idoneam purgas, Rursus, lectulus iste est quieta &

PRINC.

spiritualis dilectio, quae nullo aduersariorū odio inquinatur: quam nec ira neq; ipsa impatiētia, nec ullus passionum tumultus, tentationum 'ne imperus ualeat extinguere. In hoc lectulo mens deuota brachijs mundissimae charitatis me amplectitur & constringit; hoc est feruidis desiderijs dei ac fraternae salutis. Insuper, lectulus iste est contēplatio stabilis diuina; dū homo sapiens & deuotus, assidue die ac nocte meditatur in lege dei: cōsideratq; mirabilia legis diuinae, mysteria incarnationis & passionis saluatoris mundi, charitatē, promissa ac beneficia eius. Qui in hoc lectulo mecum quiescit, quis degat exul in carne mortali, conuersationē tamē habet in caelo. Amplius, in isto cenaculo meam mihi ponere debet: id est sacra scripturā, quae cordi est firmiter imprimēda, atq; memoriter retinēda. Beati namq; qui audiunt uerbum dei, & custodiūt illud. Ideo dixit Psalmista: In corde meo abscondit eloquia tua, ut non peccē tibi. In hac mensa sunt quatuor fercula: id est quadruplex sensus scripture. Itē, mensa ista est poenitentiae sacramētū: in qua comedit panis doloris ac lachrymarum. Est etiam mensa ista altare cordis: hoc est affectuosa recordatio dominicae passionis in qua pro nostris diluendis peccatis, offerimus deo patri corpus & sanguinem unigeniti sui: itaq; spiritaliter māducamus & bibimus. Sellā itē Christo in isto debemus cenaculo collocare: id est iudiciaria potestate ei in omnibus referuare, ut non presumamus quēpiā temere iudicare: quoniam pater omne iudiciū contulit filio. Porro candelabrum unā cū sua ardente ac lucente candela, est uirtus discretionis, totā mentē radio suae lucis profundēs; ut omnia ordinate ac rationabiliter fiant, sicut hortatur Apostolus: Rationabile obsequiū uestrū. Candelabrum quoq; in anima, est fides firma & illustrata: itemq; suūp̄sus recognitio humilis ac sapientiae donum. Quoniam neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia habitat, & creatoris sui notitiam habet. Postremo, quia uirtutes ita connexae sunt, q; una sine alia perfecte haberi nō potest, intantū, q; si quis totā legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Idcirco ad habitationem & refecionem mei, in te adornare debes cor tuum omni uirtute ac dono & fructu spiritus sancti, quotidiāno profectu in sanctitate omnīq; misericordiae actu, & exemplaritate salubri, ut sis bonus odor dei tui in omni loco.

Articulus II. Qualiter omnia ista que antimpleri. **PRINCIPISSA.**

Tot mihi occurrūt q̄ die puritatis interne impedimēta, tot sanctae ac spiritalis dilectionis obstacula, tot contēplationis interruptiua, ut non uideā qualiter ita praetacta ualeā adimplere: nā & occupor circa multa: plura q; percipio & auribus meis plurima ingerunt. Deniq; quō possum aut debeo hostes boni cōmunis, detractores & persecutores reosq; mortis diligere? **CHRISTVS.** Sine me nil potes facere, & sine auxilio gratiae meae nihil meritorij, nil deo acceptū operari ualesimo nec cogitare nec facere: nihil ominus omnia potes in me & meo subsidio, qui te semper iuuare paratus sum, dū modo toto cordis tui affectu inuocaueris me p̄seuerāter. Fac ergo qd in te est, & ab oratione non cesses. Insuper multa quae tibi audiēda, ordināda, agēda occurrūt, refer ad unū, ad dei honorē, ad tuā salutē, ad utilitatē communē. Ab inutilibus uero, prauis, uanis & frivolis uerbis auerte auditū, sed & unicuiq; horae de puta suā occupationē: & nunc spiritalibus actibus, nunc exterioribus rebus esto intentā, prout uera requirit discretio. Ad uersarios autē & impios spiritaliter dilige, pro eorū emendatione exora: personas & naturā bonam, qua ad omnīpotētis imaginē conditi sunt, amara uita odij: periculis atq; erroribus eorūdem cōpatere. Assidue cogita summi dei praesentiā, & q; in desinenter te intuetur: sicq; erubescas ac pertimescas te in illius praesentia & aspectu habere indignē. Quod si nequiuers indefinenter, tamē frequēter, imō saepissime mentē tuā conuertē ad ipsum, orando, laudando metuen doq; illū, & in considerādo infinitā bonitatē, pulchritudinē, dulcedinē ac excellentiā eius: incalcescat cor tuū in ipsius amore, atq; in admiratiōe maiestatis & omnipotētiae eius esto suspēsa, totisq; uiribus ipsum cū omni humilitate honora. **PRINC.** Saluberrima planē est ista doctrina: sed in medio seculi, in domibus principū, in societate nobilitū uidet uix posse impleri, cū scriptū sit: Cū peruerso peruerteris. **CHRISTVS.** Iam dixi q; auxilio gratiae meae fieri queat, & itō facilius quātō in corde humano plus creuerit gratia spiritus sancti, gomni momēto mentē deuota ac timorata tāgere potest, excitare, roborare, illuminare, accendere. Hōz multa habes exēpla in nouo ac ueteri testamēto in principibus & principissis canonizatis. Et utinā nobiles ac illustres utriusq; sexus personae tantū laborarēt ac facerēt ad placēdū mihi, quantū conans & agūt ad cōplacēdū sibi huiusmodi in uanitatis suis, q̄ cito implerēt modo praetacta. **PRINC.** Fateor dñe q; fit ita, sed grādis est nostra fragilitas & semper ad mala procliuus. **CHRISTVS.** Grādis quoq; est uestra pueritas, q; nec cōminatione dñationis

Pfal. 118

Luc. 11

Pfal. 118

Iohan. 7

Exod. 40

1. Cor. 14

Roma. 12

Sap. 7

Iaco. 2

Luc. 11

2. Cor. 2

Luc. 10

Mat. 22

Iohan. 15

Pfal. 4

1. Cor. 10

Pfal. 117

Gen. 8

tionis aeternae, nec promissioe felicitatis supernae, nec largitate innumerabilium beneficiorum meorum, nec consideratione breuitatis, incertitudinis atque fallaciae vitae praesentis, neque pauca rigorosissimi ac districtissimi iudicij mei respicientis a peccatis. Praeterea, quae mira & desideranda est negligentia & inconsideratio plurimorum praesidentium ac magnatum, qui ex sua eminentia extolluntur, cum tanto humiliores, timoratiore deorum gratiores & subiectiores esse deberent, imo & teneantur, quanto pluribus praesent, ut puta pro pluribus ratione summo iudici praestituri, ac durius iudicandi, plura quoque & maiora desuper beneficia iam sortiti.

PRINC. O iudex altissime, quae periculosissimo & formidanda est pluribus praesidere, praesertim communitatibus multis & magnis. **CHRIST.** De hoc per sapienter quenda locutus sum. Audite reges & principes ac iudices terre, quonia data est uobis potestas a domino, qui in interrogabit opera uestra & cogitationes uestras scrutabitur, quonia cum essetis ministri regni illius, non recte iudicatis nec custodistis legem iustitiae, neque eundem uoluntatem dei ambulastis. Cito & horrende apparebit uobis, quia iudicium durissimum in praesidentibus fiet, & fortioribus fortior instat cruciatus. Exiguo enim conceditur misericordia, potes uero poterat patienti tormeta. Etenim omnium dominus non uerebit magnitudinem cuiusquam. **PRINC.** Quid ergo praesidentibus est agendum? **CHRIST.** Officia sua sine elatione & uanitate, cum ingenio sollicitudine ac dei timore prudenter ac diligenter exequi debet, directionem spiritus sancti in omnibus iugiter inuocando, nec propria comoda, delicias & honores, sed bonum commune semper querendo. **PRINCIP.** Qualiter princeps & principissa in tor diuitijs, libertatibus occupationibusque externis atque honoribus ualeat incessanter esse ac permanere timorati ac iusti? **CHRISTVS.** Ad hoc sequenti tibi respondebo articulo.

Articulus III. Qualiter personae sublimes ac praesidentes, in omni sua occupatione, honoratione ac praesidentia queant & debeant in dei timore & aequitate, imo in omni uirtute & prudentia stabiles permanere. **CHRISTVS.**

Quis est qui appetit principari ac praesidere, nisi quoniam non perpedit quod horrendum sit in manus dei uiuentis incidere? Itaque principas nequaquam ita sit occupatus foris insecus, ut non interdum & saepe semel quidam coram deo conscientiam suam examinet, qualiter ea ad quae tenet impleat, perscrutetur seque in breui a metu distans iudice esse districte iudicandum, intueatur. In hac examinatione contempletur nouissima sua, amaritudinem & angustias mortis, pericula & tentamenta occurrentia in eadem. Deinde diuini rigoris iudicij, grauissimas quoque penas inferni, purgatorij etiam supplicia, quae cuncta huius uitae excedunt tormeta. In aestimabilem tamen gloriam electorum principum iustorum. Tunc diligentissime perscrutetur uniuersa ad quae ex suo obligat officio: statum territorij sui consideret, culpas & negligentias suas deploret, & coram altissimo se prosternens, ueniam deprecetur ac gratiam postulet, prudentiam ac uirtutes iuste uiuentis fructuoseque praesidendi in omnibus. Praeterea ut oblectamenta carnalia, seculi uanitates, transitorios honores cordialius atque facilius aspernet, acerbissimam & ignominiosissimam meam passionem & mortem profunde ac intime recordetur. Erubescat inflari se colore do qualiter ego dominus deus eius conuersatus sum in hoc mundo in maxima paupertate, profundissima humilitate, immobili patientia omnique mititate et charitate. Insuper in hac sui discussione aduertat, quod maior est dignitas sua, quam pluribus praesest, eo uirtuosior esse tenet. Cumque omnium uirtutum fundamentum extet humilitas, sit humilis corde et humilis ualde, agnoscens se alijs similem in natura et specie, imo quod multi simplices et egeni multo meliores sint eo in uirtuosa conversatione et omnino dono spiritus sancti: sicque suum dominum non aliud reputer quam onus grauissimum, et se esse seruum communitatis, reip. quae ministri: quoniam totum suum imperium ad subditos suos ordinat pacem, commodum et profectum: sicque etiam potest summus, se seruus seruumque dei appellat. Postremo, cum ipse iudex sit plurimorum, et uniuersos sibi commissos ac subditos habeat corripere, castigare, dirigere: debet esse quasi lex uiua ac animata iustitia, oibus exemplaris, zelo iustitiae semper accensus, gradus discretioe ornatus, castus, sobrius, mansuetus, non iracundus et praecipuus, bonae etiam fame et in omnibus ordinate procedens. **PRINC.** O quam felix est huiusmodi princeps: sed ubi poterit inueniri? nec ego prohi dolor me tale reperire. **CHRISTVS.** Arcta est uia salutaris, nec sine difficultate potest homo saluari. Nonne difficile est carnem cum uitijs et concupiscentijs crucifigere, atque in medio nationis peruersae ac prauae, uirtuose et exemplariter se habere? Denique quo praesidentes personae plura agere habent, quo plures habent occasiones peccandi, eo difficilius eis est non peccare: ideo incessabiliter egerunt deum habere praesens oculis, et esse custoditum ac timorati, et implorare auxilium dei: quod si fecerint, erunt securi. **PRINC.** Hoc eis et mihi concede o domine, nostrasque mentes misericorditer proueni: assidue excita, gratiose illumina, indefinens

indefinenter custodi ac roborata. Et nunc o saluator dignissime, doce me plenius, qualiter tibi quotidie deuotius ac complacenter queam seruire, & quomodo habere me debeam in orationibus meis, in laudibus tuis in templo ac in diuino officio, itemque in confitendo & communicando, atque in omnibus intrinsecis & extrinsecis ac circa domesticos & alios omnes. **CHRISTVS.** Pia & salubris petitio, ad quam tibi per ordinem respondebo.

Articulus III. Qualiter habere se debeat persona praesidens ac sublimis in orando & laudando deum altissimum. **CHRISTVS.**

Nihil iniquius quam ut homo in praesidentia constitutus, uelit & exigat sibi a subditis suis reuerentiam ac prompte seruire, nec tamen ipse sollicitus sit creatori suo cum debita reuerentia ministrare, praesertim cum deus omnipotens & aeternus prorsus incomparabiliter & infinitè praestantior, sanctior excellentiorque consistat cunctis praesidentibus uniuersis. Vide quod prompte ac reuerenter tibi obediunt, obsequantur, assistunt tuis obsequijs deputati uiri ac sceminae etiam nobiles & potentes. Quam aegre acciperes, si quis ex illis inobediens tibi fieret aut rebellis. Ex hoc perpende quod reuerenter, obedienter atque humiliter oporteat te deum maiestatis immensae inuocare, laudare ac colere. Certe ut propheta testatur est, Male dicitur est quod opus dei facit negligenter: & male dicitur sunt, ut sanctus David faret, quod declinat a mandatis ipsius. Itaque ante orationem praepara animam tuam ad orandum attente, formidolose & affectuose, abijciedo de corde tuo cogitationes mundanas, uanas, inuiles: considerando quod in dignitate & pericula animae tuae ac nouissima tua: sicque ante orationem tuam in oratione, attente de defectuositate, imbecillitate & culpas tuas, ac ite excellentiam pietatis & iustitiae dei, quatenus ex consideratione propriae defectuositatis & culpae tuae ores corde cõtrito & humiliato. Ex consideratione uero excellentiae, iustitiae & misericordiae dei ores cum ingenti reuerentia, timore & confidentia ueniam consequenda. Insuper cum magna cordis custodia debes orare, intuendo praesentiam dei omnipotentis, & sensum uerborum pensando. Vide qualiter rei mortis, principis iudicisque terrenos exoret, si aliquam spem habeat euadendi. Si illi tam lachrymose, tam suspiriose tamque humiliter deprecantur pro liberatione a morte temporali quod flebiliter & compuncte ac feruētissime peccator, qui toties peccauit mortaliter & mortem meruit sempiternam, inuocare debet iudicem summum pro erepuitioe a gehēnali dānatione. Insuper deum laudando attente debet infinitam sapientiam, omnipotentiam, bonitatem, misericordiam, aequitatem & incomprehensibilem perfectionem ipsius in omnibus tuam quoque indignitatem & insufficiētiā ad ipsum laudandum: & ita totis praecordijs ac uiribus debes eum laudare cum omni humilitate, alacritate, feruore ac gaudio spiritali, ita ut uehementissime iocundus deus de tua immensa beatitudine, pulchritudine, sapientia & eminentia dei creatoris saluatorisque tui, & intime congratuleris ei in omnibus istis, & cupias eum a cunctis hominibus debite honorari, timeri, amari ac coli. **PRINC.** O deus altissime ac aeternus, quantum deficio, quod longe disto ab ita spiritualitate. A diuina me domine deus, da uirtutem & gratiam hanc implendi: da mihi stabilitatem in orationibus meis & laudibus tuis. Etenim ista nequaquam a seculo posse impleri a constitutis in aulis principum, in palatijs ducum & regum, in praesidentibus magnis, sine misericordissimo, spiritualissimo & indefinēti auxilio gratiae tuae. **CHRISTVS.** Qualiter hoc ita se habeat, & quod in his habere se debeant praesidentes, ante ista dixi ac tetigi tibi. **PRINC.** Ita est domine. Nunc ergo me doce, qualiter in Ecclesia & in diuino officio celebratiōibusque missarum habere me debeam non ego solus que senis, sed iunioris quoque domicellae ac doming, quibus hoc scire necessarium ualde est.

Articulus V. Qualiter illustres dominae ac domicellae habere se debent in Ecclesia, praesertim in celebratione ac diuino officio. **CHRISTVS.**

In ecclesijs nihil aliud est agendum, nisi id ad quod ecclesiae sunt constructae & consecratae: quae utique dedicatae sunt cultui dei: ideo omnis confabulatio, pompa & uanitas, incustodia colorum, indecentesque gestus ibi de praecipue sunt uitandi. Hinc peccatum grauissime, quod curiose se ornant ad complacendum ibi hominibus, & qui ingrediunt ecclesiam ut uideantur sibi ac uideantur impudice. Omnis igitur Christiani delis in Ecclesia cor suum unire debet suo creatori, ipsum seruenter orando, deuote laudando, salubria meditando, & exteriores interioresque oculos suos sapientialiter refrenando. Porro in celebratiōibus missarum debes amarissimam passionem meam cum interna compassione & uehementi gratiae actione recolere, quod ego unigenitus filius patris aeterni tot & tanta pro tua redemptione atque salute feci ac pertuli. Hinc debes accendi & informari ad uitandum omnem meam inhonorationem & offensam, atque ad imitandum meam humilitatem, patientiam, charitatem. Insuper quamuis ubique in praesentia maiestatis diuinae debeas te timorare, deuote ac reuenter habere, maxime tamen in templo & in

Sup. 6

Heb. 10

Ecc. 7

1. Cor. 4 Bar. 3 Zach. 9

Mat. 17 Gal. 5 Phil. 2

Ier. 48 Ps. 115 Eccl. 15

Quo studio & ita. sic dicit,

Psal. 50.

Iohan. 16

Eccl. 6.

diuino officio, & erubescere te in praesentia creatoris tui indecenter habere.
Articulus VI. Qualiter habere se debent in confitendo & communicando,
CHRISTVS.

Deu. 6
Marc. 12.

Sicut teneris deum super omnia toto corde diligere, ita teneris de eius derelictione atq; offensa, hoc est de omni peccato mortali summe dolere, & malle mori ac omnia damna pati, q̄ peccare mortaliter: nam & hoc charitas dei requirit, quia obligamur deum incomparabiliter plus diligere q̄ nos ipsos, & cū cūta creata: nec aliter esset charitas uera, nec uera contritio. Debes igitur confiteri cū prauiam diligentem examinatione conscientiae tuae, cum pleno proposito integre emendationis uniuersa & singula tua peccata, quomodo excessisti cōtra praēpta dei atq; ecclesiae, & in septem peccatis mortalibus, atq; per singulos sensus tuos exteriores & interiores, per cogitationes quoq; & prauas affectiones, & in nouem alienis peccatis. In choreis, ludis, spectaculis ac uarijs corporis ornamentis & indumentis superfluis, pretiosis, pompaticis ad lasciuiam prouocatiuis: quod item alios scandalizasti, nec fraternae correctionis praēptū implesti: in uerbis multipliciter nimis excessisti, imō in alijs innumerabilibus cōmissionibus & omissionibus culpabilis extitisti. Taliter ergo confessa ad sacram debes communionem procedere tempore opportuno, tanti sacramenti dignitatem sapienter ac diligenter pensando, & uisus indignitatem humiliter ac contrite recognoscendo, atq; post sanctam communionem si uideas deo grata, deuota & custodita manere. Considera charitatem & dignationem dei & saluatoris tui ad te, q̄ se tibi taliter dare & unire dignatur: iccirco nec tu debes pauperes, in firmos & abiectos despicere, sed ipsos te affabilem, consolatoriam, largisuiam exhibere.

Articulus VII. Quomodo habere se debent in uestitu & ornamentis et circa ministrantes.
CHRISTVS.

Hieronymus.

Considerandū ac formidandū est specialissime excellentibus nobilibusq; personis, q̄ omnis uir et mulier curiose et ornate se uestiens, ac suo ornatu alios, oculos in se prouocans, quāuis nullū malū inde sequatur, tñ a ternū supplicii patiet̄: quia uenēnū praebuit, si fuisset q̄ biberet. Teneatur etenim unūquīq; proximos suos a edificare, non ad concupiscentiā aut transgressionē aliquā incitare. Quid ergo responsum furi sunt iudici summo, et q̄ ineffabiliter cruciabantur, quia etiā ea intentione se ornant, excolunt, ungunt, ut pulchri uideantur et placeant ac appetantur etiā a non conthoralibus suis? Deniq; quamuis aliquae nobiles personae utriusq; sexus uirtuosae et sanctae legantur inter dū aureis ac gemmatis pretiosisq; uestibus usae, non tamen inani aut peruersa intentione, neq; cū apparatu superbo aut formatione uana et indecenti. Tu igitur quae praeminis alijs in uestitu, uerbis, factis ac moribus, esto exemplaris eiusdē, atq; totius maturitatis ac probitatis exemplū: delinquentes et excederes corripe seriose ac instrue sapienter. Quomodo modū nāq; propter transgressionē praēpti fraternae correctionis, q̄ a paucissimis debite adimplet. Aduerte q̄ dixit Apostolus: Si quis suorum et maxime domesticorum curā nō habet, fidē negauit, et est infideli deterior. Postremo quo plura bona sequunt̄ ex morigerata et exemplari conuersatione ac gubernatione excellentiū atq; illustriū proliū, eo talium proliū parentes sollicitius providere debent, ut proles suae a pueritia in omni uenustate morū & in sciētis atq; uirtutibus diligentissime instruant̄. Distincte quoq; eloqui assuescat. P R I N C. Cōpendiose me dñe instruxisti de his quae precabar: & quantū perpēdere queo, sicut alij status Christianorum uarijs modis deformati ac lapsi sunt, ita q̄ multi ac graues abusus, excessus, uanitates & impietates ipsis admixti sunt penē in omni gradu, uocatione ac ordine, non in secularibus tantum hominibus, sed in spiritalibus quoq; & religiosis nonnullis: ita de statu principum & principissarum, nobilium atq; illustrium personarum ac ministrantium illis mihi uideatur: & ut breuiter fatear & protester quod mihi apparet, uix capere ualeo qualiter quis de numero horum possit saluari. Etenim quis horum aut talium si uel det humilitati aut corporis sui castigationi, cum & paucissimi eorundem ieiunia seruent Ecclesiae, cum tamen tot scelerum reficiantur ac repleantur generibus? Quis eorum compunctioni uacet & meditationibus sanctis, recordationibus quoq; dominicae passionis & discussionibus conscientiae suae? Quis illorum in uestitu, simplicitate contentus est: & quis talium soli deo intendit, cupit & conatur placere, & non hominibus etiā? C H R I S. In omni statu cōmuniter habeo aliquos mihi placentes: plures tamen in uno statu q̄ alio. Porro, in statu nobilium cōmuniter ita est

1. Tim. 5

ita est ut tetigisti, in quibus & alia multa extant pericula & peccata, ut quod non obstant prohibitione ecclesiae, in urbibus praefixis exercent torneamenta, hastiludia & consimilia uana, in quibus contingunt innumerabilia scelera, quibus omnibus inuoluuntur atq; participant astantes, consentientes, cooperantes. Et quid mirum, si in curijs principum & domibus nobilium sit deformatio tanta, in quibus abundant diuitiae, deliciae & honores, ex quibus alia multa & magna oriuntur facinora. P R I N C I P I S S A. Videntur ergo talium culpae magna ex parte alleuari. C H R I S T V S. Quāto plura & maiora desuper beneficia sunt sortiti, & quo in altiori statu maiorisq; dignitate fulciti, quo etiā plures homines ex ipso peccatis scandalizantur, eo grauius peccant: quamuis quorundam minus principalium culpae ex praeractis causis possint alij modo alleuari. P R I N C I P. Iam quāso mi domine deus me doce, qualiter in secreto meo me tibi debeam applicare, unire, offerre. C H R I S T V S. Hoc agam.

Articulus VIII. Qualiter debeat homo applicare & unire se deo. C H R I S T V S.

Sicut ait scriptura, iustus ex fide uiuit. Exordium ergo uitae salubris est esse forte in fide: post ruina uero in culpam mortalem, exordium uitae deo acceptae, confessio est propriae iniquitatis. Fides autem sine operibus bonis est mortua in seipsa, imō fides sine charitate indecora est, nec ullum actum meritorium uitae aeternae habet. Oportet etenim hominem esse ac uiuere sine mortali peccato, si complacere debeat homo. P R I N C I P. An homo qui peccauerit mortaliter, non possit a mortali peccato mundari ac deo reconciliari, nisi prius confessus fuerit illud peccatum? Et uidetur q̄ non! Quia ut tibi est, initium operis boni est confessio propriae culpae. C H R I S. Quādo cumq; peccator ex uera contritione dolet de suo peccato, & confiteri proponit suo confessori tempore opportuno, dimittitur ei peccatum quantum ad culpam: satisfacere tamen tenetur deo secundū confessoris arbitrium, nisi forsitan tam magna & uehemens esset eius contritio, q̄ non solū sufficeret pro culpae deletione, sed etiā pro poenae remissione, & hoc sibi constaret. P R I N C. Prosequere hanc doctrinam de cordis applicatione & unione cum te. C H R I S. Sine charitate nulla uirtus sufficit homini ad salutē, nec potest homo diligere quod prorsus ignorat. Oportet ergo deum aliquo modo cognoscere, quem in hac uita cognoscimus per naturalem rationem, per fidem quoq; & per sapientiae donum: hoc namq; naturalis ratio dicit & docet, q̄ quicquid bonitatis, perfectionis, iocunditatis, pulchritudinis, sapientiae, felicitatis & gloriae consistit in creaturis, hoc totum infinite perfectius atq; nobilius est in supergloriosissimo creatore. Quā splēdidus ergo & speciosus, q̄ dulcis, gloriosus, amabilis est in seipso, qui tantam lucem & claritatem indidit soli: qui gemmis, herbis ac floribus tam admirabiles uires, suauitates pulchritudinesq; imprestit: qui in modica parte corporis humani, hoc est in facie hominum aliquorum tantum collocauit decorem: qui brutis quibusdam, uel delict equo, leoni, rhinoceroti tam grande robur concessit. O quāta est uirtus & omnipotentia eius, qui totum mundum unico uerbo ac iussu creauit, imō & in nihilo constituit & hucusq; conseruat: Nec enim aliquid est extra totum mundum in quo collocatus sit mundus, & super quod pendeat, fundetur aut innitatur: sed quasi in nihilo pendet. Quā desiderabilis & deliciosus est in seipso ad intueudum ac perfrueudum, qui in unione ad corporalia quaedam in sensibus ac sensibilibus tam uehementem delectationem inseruit. Quā incomprehensibilis est sapientia eius, qui caelos & elementa atq; innumerabiles species rerum ac genera inter se tam differentia & diuersa tam mirabiliter, consonanter ac pacifice ordinauit adinuicem. Qui fluuios multos & quaedam brachia magni maris sic ducit, trahit ac currere facit per terram: In ipsis quoq; uisceribus terrae tota aquarum receptacula fecit, & hoc totum ad hominum necessitatem ac commodum. Ex his & consimilibus deum per naturalem cognoscere & postulare rationem, multum autem sublimius per fidem & sacram scripturam, ex quibus cognoscimus quod summus, omnipotens & aeternus deus in principio temporum creauit caelum empyreum, quod est totum splēdidum, uniforme, purum & maximum, caetera omnia uisibilia & inuisibilia ambiens ac intra se continēs: illud quoq; mox sanctis angelis adimplet, quos in nouem choros ac ordines pulcherrime ac sapientissime diuisit ac distinctur, in quibus innumerabilia milia beatissimorum spirituum continentur. Praeterea in fine saeculorum inuouabitur mundus, ac multo maiori decorabitur uenustate, intantum q̄ tunc sol erit septies clarior q̄ sit modo, & luna tunc splēdida erit ut sol iam est. Proportionabiliter etiam tunc clariora erunt sydera caeli ac orbis caelestes & elementa q̄ nunc. Insuper corpora electorum tunc ineffabiliter erunt decora, splēdida & ualde suauia.

Roma. 1

Iaco. 2

Hebrae. 1

Hester. 13

Esa. 10

His modis potes ex creaturarum consideratione per rationem & fidem ad super dignissimi creatoris cognitionem ascendere, & eius amore accendi, eiusque pulchritudinem, sapientiam, omnipotentiam & excellentiam prorsus immensam mirari, ac totis uiribus uenerari, P R I N C I P. Ista mi domine aequaliter te praestante intelligo, quauis non ita subtiliter & profunde ut uiri literati & in scripturis exercitati atque (ut uideo) ualde uiles ac miseri sunt homines impij & carnales, qui in rebus creatis, terrenis ac sensibilibus detinentur, nec creaturas ad creatoris notitiam & amorem, uenerationem ac admirationem referunt & extendunt, C H R I S T. Adhuc ad altiore dei contemplationem te erigam & docebo.

Articulus IX. De contemplatione dei per donum sapientiae & gustu internu. C H R I S T. Eptem dona spiritus sancti charitati inseparabiliter sunt annexa, inter quae dona primum & dignius est sapientia spiritualis, quae est cognitio dei per internum saporem, quo sentimus & experimur de deo excelso & glorioso, quod ipse est summum, perfectum & incomparabile bonum, imo bonitas pura & infinita, ueritas sempiterna, potestas illimitata. Deus ergo est unum simplicissimum esse, omnem perfectionem & eminentiam plenissime comprehendens, in quo est infinita pulchritudo, immensa dulcedo, omnisque nobilitas, omnipotentia, beatitudo & gloria sine termino & mensura. Denique in contemplatione huius gloriosissimi dei consistit delectatio magna, suauitas mira, tranquillitas summa. Et sicut tenemus deum toto corde super omnia summe diligere, ita debemus de tam infinita & incomparabili eius perfectione, felicitate & gloria maxime gratulari, ac ei de omni sua excellentia et felicitate congratulari, maxime quoque desiderare ut ipse ad cunctis hominibus debite diligatur ac honoretur, totisque uiribus ad hoc laborare et cooperari. De ipsius quoque in honoratione ualde dolere, et de eius ueneratione uehementer gaudere. Quia mens hominis deum per hoc sapientiae donum clarius noscitur ac contemplatur, tanto plus cuncta transitoria, carnalia et terrena paruipendit et aspernatur, imo etiam gustato hoc spiritu experientialiterque percepta eius dulcedine desipit omnis caro: atque quo plenius gustat homo quod dulcis, amabilis ac superspeciosissimus sit incomprehensibilis deus, tanto cordialius paruipendit uniuersa mundana. Et istud est signum quod homo uere est deuotus, contemplatiuus, deumque amans sincere ac sapiens. Sunt uero nonnulli seculariter prudentes ac scholasticè literati aut etiam ingeniosi, qui sciunt pulchre & profunde loqui & predicare de deo & spiritualibus rebus, de uitijs atque uirtutibus, apta quoque quaedam consilia dare: nihilominus corde mundani, quae rentes placere hominibus plus quam deo, nec regulariter conuersantes, de quibus ait scriptura: Vae qui sapientes estis in oculis uestris, & coram uobismet ipsis prudentes. Itemque Deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt, quonia deus spreuit eos: Tales etenim quaerunt propria commoda & honores magis quam bonum commune, ac dei honorem & ueram animarum salutem. iccirco inutiles sunt aut minus utiles reipublicae & magnatibus: Tu autem domine stude semper tecum habere utriusque sexus personas uere prudentes, discretas, uirtuosas, quarum directione utaris, & spiritum sanctum assidue ac feruide inuoces, ut te intus in omnibus mouere, dirigere, docere dignentur: ita in sancta ac spirituali sapientia crescas, de qua in scriptura ueritatis expressum est: Quae desursum est sapientia, primum pudica est, deinde modesta, pacifica, suauis, plena misericordiae & fructibus bonis. P R I N C I P. Salubres doctrinae, attamen circa has oritur mihi quaesitio grandis: Videmus namque quosdam male uiuentes, carnales, ambitiosos, tamen prudentes, in iure peritos & consiliarios bonos, C H R I S T. Etiam gentilis ille philosophus famosus Aristoteles uere scripsit & declarauit, nullum esse uere prudentem, nisi uirtuosum: mali autem bene habent aliquid simile uerae prudentiae, ut puta quandam naturalem industriam, astutiam, experientiam, aut informem & acquisitam iuris notitiam, ex quibus dare queunt quaedam consilia boni deo dixi quod sunt reipublicae inutiles minus uel utiles. P R I N C I P. Gentiles potissime infideles, & ille quem nominasti Aristoteles non fuerit uirtuosus, cum impossibile sit sine fide deo placere: & tamen dederunt multa bona consilia, & qualiter consulendum sit, docuerunt. C H R I S T. Gentiles illi sicut & nunc aliqui Saraceni, potuerunt habere & quidam eorum habuerunt modicum habent uirtutes politicas, naturales & acquisitas, quae non sunt uirtutes perfectae ac simpliciter diuinae: quaedam bona consilia praestiterunt, quae quia non referebant ad finem uere beatificum & salubrem, idcirco non erant perfectae uirtutes, nec consilia absolute salubria. P R I N C I P. Ista mihi nimis sunt subtilia: sed quoniam ut dixisti, sine charitate nihil meritorium est nec deo acceptum, doce me precor, qualiter in tua sancta dilectione uera omnium hominum charitate possum proficere.

Articulus

Articulus X. De modo proficiendi in dei amore & omnium hominum charitate. C H R I S T. Iam scires in hoc mundo esse hominem tantae bonitatis & sanctitatis ut fuit apostolus Petrus, tanta quoque sapientiae ac fructuositatis in praedicando ut extitit Paulus apostolus, nonne multum diligeres hominem illum, uehementer quoque optares illum conspiceri & audire: Quomodo ergo non inflammaris dei & creatoris tui dilectione quem non dubitas infinite esse meliorem, sanctiorem & sapientiorem omnibus sanctis: Certe quantum res habet de bonitate, perfectione & sanctitate, tantum habet de amabilitate ac appetibilitate. Primo itaque debes dei amore uehementer accendi ex consideratione summam & infinitam atque purissimam bonitatis ipsius. Et quoniam suae perfectionis & sanctitatis, suae pulchritudinis ac suauitatis, suae sapientiae & nobilitatis nullus est finis. Secundo debes dei inflammarari sancta dilectione ex consideratione maximorum & innumerabilium beneficiorum ipsius, tam in donis naturae quam in muneribus gratiae, in promissis quoque gloriae sempiternae: ipse etenim contulit tibi esse, uiuere, sentire & intelligere, corpus & animam ac omnia corporis membra uiresque animae. Si tibi deesset unum membrum, ut manus: aut unus sensus, ut uisus, quantum diligeres eum qui tibi membrum illud & sensum illum recuperaret ac daret. Nonne ergo feruentissime debes illum diligere, qui tibi omnia illa donauit, & quicquid es & habes, concessit: multo plus debes diuino amore accendi, considerando quod deus tuus propter te factus est frater tuus: quod pro tua salute factus est homo, conuersatus in mundo, suspensus in ligno: in super pro tui diuini tibi pepercit & tam longanimitate sustinuit in tuis peccatis: quod in sacramento corpus suum & sanguinem tibi largitur in cibum & potum animae tuae: quod semper paratus est penitentem ignoscere, gratiam & uirtutes conferre, imo quod super omnia est, quod seipsum tibi promissit, parauit ac dare paratus consistit in praemium, ut ipsum in aeternum possideas, ipso aeternaliter gaudiosissime perfruaris, eius super pulcherrimam deitatem ac totam super gloriosissimam trinitatem immediate ac clare cum beata contentatione ac inuariabili securitate inuicaris. P R I N C I P. O benignissime, liberalissime ac superdulcissime deus, qui ineffabiliter magna sunt ista incitamenta amandi tui & aestuandi in tuo amore. Heu quam magna & deploranda est ingratitude, tarditas & pueritas nostra, quod crudelissimis ac impijssimis animarum nostrarum hostibus malignis spiritibus contentimus, & te dei creatori non sumus à cordibus nostris excludimus: quod in rebus istis uanis, feceris ac uilibus magis quam in te super dignissimo deo quaerimus delectari. O dñe deus quid tibi retribuam pro omnibus quae mihi donasti? Quam multos infernus absorbit, qui non tantum peccauerunt ut ego. Nunc ergo benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes beneficia eius. C H R I S T. Hec charitas pretiosissimum balsamum est purissimum unguentum, quod recipi nequit nec conseruari nisi in uasculo mudo ac nobili, hoc est in corde à uitijs expurgato: ideo quanto diligetior ac sollicitior es ad uitandam peccata, tanto plus cresces in charitate. Cumque hec charitas sit diuinum supernaturaleque donum, ad quod proprijs uiribus sine pñssimo dei auxilio peruenire non uales, debes deum tuum assidue ac feruenter orare, ut dignetur hanc charitatem in te stabilire, perficere, inflammare. Denique hac charitate debes homines uniuersos diligere, quia ad dei imaginem & similitudinem sunt creati ac Christi sanguine liberati, atque a creatore suo ad obtinendam aeternam beatitudinem conditi & uocati, sicque pro uniuersorum salute debes orare, pro infidelium conuersione, pro fidelium reformatione, pro uiuis ac mortuis, pro propinquis & subditis atque dome sticis: Cumque bonum sit tanto diuinius quanto communius, fac que quid uales pro bono communi in omni territorio tuo, potissime in ecclesiastico spiritualique statu, ut & cenobia reforment, & regularis obseruantia uigeat in eisdem, maxime in quatuor ordinibus mendicantium fratrum, qui habent & alij euangelizare: Vnde ex eorum regulari exemplarique conuersatione oriens multa & magna bona. Si uero obieceris corporis tui inbecillitatem ac senectutem, certe unigenitum habes principem prepotentem ac strenuum, illum exhortare, instigare, accende, ad faciendum hoc ipsum atque ne quis ei obicere possit quod super spirituales personas iurisdictionem non habeat, propter quod primum coercentiam et disciplinam ipsas reformare non potest, suggere ei ut a summo pontifice autoritate obtineat super huiusmodi personas ad reformandum eadem, quae admodum olim quaedam Christianissimi principes Carolus rex Francorum ac alij quidam fecerunt. P R I N C I P. In his mihi dñe diligentiam meam obsequiumque libenter impendat quae nec dubito quin multum proficere ad bonum ciuili regimini statu, reformatio illa claustralium. Et nunc deprecor pande mihi, quae exercitatio sit mihi salubrior fructuosiorque quotidie.

Articulus XI. Quae diligens consideratio ac frequens recordatio passionis Iesu Christi maxime ualet ad omnium uirtutum extirpationem, ad omniumque uirtutum adeptionem, profectum et conseruationem, C H R I S T. V. Hoc

1 Pet. 2

Aliud scholasticè, aliud è mystice contemplatiuum esse.

1 Ioh. 5
Eph. 2

Iaco 3

Heb. 11

1 Cor. 13

Iohann.

Rom. 12

Phil. 102

Quislibet debeat charitatis esse amator.

Matt. 22
Gen. 1

Hoc noscas q̄ non fit compendiosior uia uincendi peccata, contemnendi oblecta-
 menta carnalia, uilipendendi uana & cuncta tentamenta diaboli, carnis & mūdī,
 q̄ quoti die ac frequenter considerare, quā, quāta ac qualia perpeſſus ſim pro ho-
 minum liberatione atq; ſalute: nam & hæc ipſa recordatio in ſeipſa ualde eſt uir-
 tuoſa & meritoria: & quanto ex maiori & perfectiori charitate, patientia, pietate, manu-
 tudine & humilitate paſſus ſum, tanto paſſio mea ſanctior efficaciorq; conſiſtit ad uitia ex-
 pugnanda, ad tentationes uincendas, ad obtinēdas uirtutes, ad inflammationē diuini amo-
 ris, ad humiliandum ſeipſum in omnibus, ad habendum patientiam in aduerſis, ad extirpā-
 dum iram & odium. Porro ad conſiderandum meam acerbiſſimam paſſionem abſtrahe te
 ab exterioribus occupationibus, à diſtractionibus cordis, ab inquietudine ſeculari, & intra
 locum ſecretum, ac ibi recollige te in deo, conſiderādo eius præſentiam: deinde quomodo
 genus humanum propter originale peccatum & pro cæteris ſuis exceſſibus fuit æterna fe-
 licitate ac gratia dei priuatum, diabolo ſubditum, damnationi obnoxium. Ego uero uige-
 nitus filius patris æterni compatiens perditis ac perdenſis, aſſumpſi naturam humanam in
 unitate perſonæ ad meam ſubſiſtentiam perſonalem diuinam, & factus ſum uere homo,
 ac conuerſatus in mundo in omni & perfectiſſima humilitate, patientia, paupertate, obedi-
 entia, charitate, ſicq; monſtraui hominibus iter perueniendi ad æternam ſalutem: quam ut
 eis recuperarem ac promererer, ſponte ac patientiſſime pertuli amariffimam mortem, & ſa-
 ctus ſum opprobrium hominum atq; abiectio plebis. Recole ergo paſſionem meam tanq̄
 præſentialiter corā oculis tuis contingeret: imaginare & uide qualiter crudeliſſimi aduer-
 ſarij mei me agnum dei miſiſſimum inuidioſiſſime ac inhumaniſſime captiuauerunt, ligau-
 erunt, impulerunt: qualiter oculos meos uelabant, faciem conſpuebāt, genas cædebant, col-
 lum & caput percutiebant, ac blaſphemando dixerunt: Prophetiza nobis Chriſte, qui te
 percuſit: Quomodo deinde præſentatus fui Pilato, adductus Herodi, albaq; ueſte illuſus,
 flagellis laceratus, morti turpiſſime adiudicatus, ad mortis locum proprijs humeris cruce
 baiulans, ductus inter latrones, ſuſpenſus, aceto potatus ac ſelle, toto corpore diſtentus uo-
 lentiffime. Contemplant, quis, qualis & quantus ſim ego qui omnia iſta ſuſtinui pro te. Ego
 utiq; uerus deus, ſanctiſſimus & innocentiſſimus homo, dominus angelorum & cœloꝝ.
 Iſta cum profunda attentione recogita: Primo, ne tanto ſaluatori ac benefactori ſis per ob-
 ſiuiōnem & in conſiderationem ingrata: ſecundo, ut ei toto corde condoleas: tertio, ut eius
 paſſionem pro uirtutibus tuis ſecteris, corpus proprium cum diſcretionē caſtigando, & in pœ-
 nitentiæ operibus exercendo, uirtutes quoq; quas in ſua paſſione monſtrauit, fideliter imi-
 tando. Si enim dominus deus tuus ſaluator & iudex animæ tuæ ſe in tota ſua conuerſatio-
 ne & paſſione tam humilime, patientiſſime, miſiſſime, obediētiſſime ac charitatiſſime ha-
 buit: nonne omnino indecens, iniuſtum, præpoſterum eſt, ut tu eius creatura & ancilla ha-
 beas te ſuperbe, impatienter, inimiciter, inobedienter & non charitatiue: Etenim Chriſtus
 paſſus eſt pro te, exemplum tibi relinquens ut ſequaris ueſtigia eius, P R I N C I P, Da mihi
 o domine hæc implere.

Articulus XII. De quibusdam rebus ſalubribus ſæpe conſiderandis, CHRIST.

Vere ſalubriter hortatur ſcriptura: In omnibus operibus tuis memorare nouiſ-
 ſima, & in æternum non peccabis. Hinc de inſipientiſſimis amatoribus ſeculi hu-
 ius ſpiritus ſanctus deprompfit: Gens abſq; conſilio eſt & ſine prudentia: utinā
 ſaperent & intelligerent ac nouiſſima prouiderēt. Quid tam ſtultum & iniquū,
 ſicut præſentis uitę prosperitatem magis q̄ futurę uitę felicitatem æternā querere & opta-
 re: Et uides q̄ multi hoc faciunt, qui more pecudum conuerſantur, ita intenti terrenis diuiti-
 ſijs, carnis delicijs tranſitorijsq; honoribus, quaſi non ſit uita alia poſt præſentem. Et quid
 faciunt poſt hanc uitam delicatę ac nobiles iſte perſonę, quę nūc pati uix poſſunt pulicum
 morſus, cum cœperint deſcendere in infernum, & ignitiſſimis illis gehennæ malleis cædi,
 atq; ſulphureo illo æſtuantiffimo igne incendi: pro cornibus quoq; ornamentorum ſuoy,
 cœperint eis crudeliſſimi demones cornua cum iriſionibus ponere, ac inter ſe dicere: Or-
 nemus & expolire conemur hanc domicellam aut dominam iſtam iuxta omnem modum
 quo ſe ornare ſolebat & linire ac pulchrificare ſeculo: ſed & pocula propinemus cibosq;
 præbeamus eidem proportionabiliter, ut reſici conſueuit: Oportet nanq; ut premia corre-
 ſpondeant meritis, & dolores delicijs: quatenus quantum gloriſificauit ſe & in delicijs fuit,
 tantum demuſe ei tormētum & luſtum: niſi q̄ quantum ad durationem comparatione nulla
 erit. Si quidē pro temporali & breui tripudio, ſuccedet & inſiſgetur mœror perpetuus pro
 dele-

delectatione celeriter tranſeunte, punitio nunq̄ finienda. Inæſtimabiliter quoq; maior erit
 tormētorum illorum acerbitas, q̄ fit inanium gaudiorum ſauuitas, P R I N C. Et nonne deus
 naturaliter bonus, pius, miſericors, propitiabitur tandem miſeris illis, præfertim cum pœ-
 nę tam graues eſſent illis intolerabiles nimis: C H R I S T. Nūquid perſonarum acceptor eſt
 deus: Nonne qui plus datum eſt, plus requiretur ab eo: Nonne uere dixit ſcriptura: Eſt ſiguo
 conceditur miſericordia, potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus for-
 tior inſtat cruciatus: quod de potentibus & fortibus ſua potentia & fortitudine male uten-
 tibus eſt prolatum. Aduertant & timeāt hæc puellæ & matronæ illuſtres ac nobiles in de-
 licijs nutritæ, quæ præ teneritudine atq; mollitie corpus ſuum uix ualent ſuſtentare, ac ſu-
 per pedes ſuos incedere: quia quo nunc magis ſunt aſſuetæ propria libertate gaudere, cho-
 rizzare, diſcurrere, honorari ac ſplendide epulari, mollibus in dui, nec quippiā pati: eo gra-
 uius, pœnalius, intolerabilius eis erit infernali carcere claudi & coartari, tartareo potari ab-
 ſinthio, ſelle draconū uenenoſq; aſpidū ali, imò potius æterna eſurie atq; ardore ſitis calidiſ-
 ſimæ nunquā refrigerandæ ineffabiliter cruciari. Ecce quo tendit, ad quid pertinget, quid
 in æternū recipiet uita uoluptuoſa carnaliū intimatoroꝝq; hominū, qui per arctā uā ſalu-
 tis nolūt incedere. P R I N C. Iſta mi dñe terrē uehemēter me, & q̄ me uertā ignoro, C H R I S T.
 Nonne in euāgelio ſum locutus: Væ uobis diuitibus, qui habetis ueſtrā conſolationē nūc:
 uæ uobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. Væ uobis qui nunc ſaturati eſtis, quia
 eſurietis. Inſuper ut uehemētius timeas proponā tibi imaginationē ſalubrē. Nonne tu cre-
 diſ q̄ ignis infernalis ſit multo calidior ignibus huius mūdī: q̄ itē pœna gehennæ excedat
 ſupplicia huius uitæ: P R I N C. Planē credo, imò dico ſolet, q̄ ignis ille ſe habet ad ignē iſtū,
 ſicut iſte ignis ad ignē depiſtū. Deuotarij quoq; allegant ſanctū Auguſtinū dicentē, q̄ quā
 uis martyres ſancti inmaniſſima tormenta perpeſſi ſint, attamen pœna purgatorij uniuer-
 ſa illa excedit tormēta, C H R I S T. Imaginare ergo & cogita, quāta pœna excedat corpori
 nudo iacere, & in æternū clauſum manere in calidiſſimo ac uitiſſimoq; fornace nunq̄ tempe-
 riem capiente. P R I N C. Mens mea hoc abhorret uehemēter, nec poſſem ſine ingēti afflictio-
 ne uidere hominē in tanto iacentē tormēto: nec tū poſſum ambigere, quin maior ſit acerbis-
 tas pœnæ condemnatoꝝ: imò ſi dicere iam auderē, mirū uidet q̄ eos creasti & creas, quos
 noſti ac præuidiſti ad tātas miſerias ruituros ſeu lapſuros, C H R I. Nō putes in inferno ſolū
 eſſe tormētū ex infernali incendio ac calidiſſimo igne illo: imò ſunt ibi & alia multa ſup-
 plicia ineffabiliter grauiā & moleſta: Eſt etenī ibi etiā intenſiſſimū frigus ita excedēs alia frī-
 gora, quæ admodū calor ille alios excedit calores: paſſibiles tenebrę, affligētiffimus fœtor,
 horridiſſimus locus, deſolatiffima ſocietas, gemitus, ululatus, plorat, pœnaliſſima uifio dæ-
 monū, deſperatio ſempiterna, quę præ cæteris pœnis deprimit, tranſſodit, excruciat mentē:
 Hoc quippe præ alijs pœnis iam tactis tranſuerberat cor dānati, q̄ in tot calamitatibus ac
 tormētis ſcit & perpendit ſe ſine ſpe euadēdi manſuſ. P R I N. Non ſufficio ammirari, quali-
 ter miſericordiſſimus deus poteſt ſuſtinere tot & tāta creaturæ ſuay ſupplicia, C H R I S T.
 Non attēdis iuſtitia dei penitus inſinitā, & quantum de teſteſ ac odiar iniquitatē: q̄ etiā pecca-
 tū habeat inſinitā q̄ dāmodo enormitatē, eo q̄ cōtra deū maieſtatis ac ſanctitatis immēſe cō-
 miſſum ſit uel admiſſum. Præterea ego creator omnipotēs, quantum in me eſt, oēs hoies uolo ſal-
 uari & ad agnitionē ueritatis uenire: ſed & angelos ſanctos do eis cuſtodes & adiutores, p-
 diuinosq; inſtructus multipliciter eos ad moneo & emēdationē ipſoꝝ iōganimiter preſto-
 lor, quibus oibus reprobi ſunt ingratī. Veruntū propter ipſoꝝ ingratiudinē non decuit me
 omittere qd ad meā p̄tinet bonitatē, & quod meā declarat & cōmendat iuſtitia. Nonne ad
 p̄fectionē ſpectat caſtri regalis, q̄ in ipſo eſt carcer, in q̄ eſt reoꝝ iuſta detētio atq; punitio
 debita. Inſup lætant iuſti uidēdo uin dīcā in impijs, C H R I S. Simplicitati meę plus cōgruit
 & expedit prudētē timere q̄ curioſe ſcrutari. O quantum cōdolendū eſt hoibus exceſſatis ac
 miſeris, q̄ clauſis oculis currūt ad inferos, q̄ ſine ullo timore perpetrant mala, imò & gloriā
 tur cū maleſecerint, & exultant in rebus peſſimis, C H R I S. Qui ſtat, uideat ne cadat. Incom-
 prehenſibilia ſunt iudicia dei. Ideo beatus homo qui ſemper eſt pauſus, P R I N C. Refrige-
 ra domine & conſolare pauliſper animam meam uehemēter territā ac timentem.

Articulus XIII. De miſericordijs dei & gaudijs electoꝝ. CHRISTVS.
 Audium eſt iuſto facere iuſtitia: ita & gaudiū eſt miſericordiſſimo deo, miſereri
 & parcere: qui nullū in ſe ſperantē relinquit, neminē à miſericordia ſua repellit,
 dūmodo ſe uere emendare pœnitēdo proponat: quāuis autē tot & tāta ſupplicia
 ſint reprobis & iniquis parata, maior tamen gaudia glorioſa q̄ præmia electis & iuſtis
 extant

Gene. 3.

Iohan. 1.

Matt. 25.
Iohan. 18.
Luca. 22.
Matt. 26.
Luca. 22.
Marc. 14.

Iere 50
Iſaie. 53

Pſal. 30.

1. Pet. 2

Eccle. 7

Deut. 22.

Act. 16

Deut. 3

Mai. 7

Luca. 8

Amos 6

1. Tim. 2
Hebra. 4

Pſal. 57

Eccle. 8
1. Cor. 10
Roma. 11
1. Pet. 2

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

2.Tim.4
Roma.8
Ifa.64
1.Cor.2
Iohan.14
Luc.2
Baruch 3
Matt.28
Hebr.2

Num.18

Ifa.52
1.Cor.13
1.Pet.2

Ifae 40

Efal.69

Deu.9
Amores duo.
Matt.22

extant disposita, sicut dixit Apostolus: Reposita est mihi corona iustitiæ: nec enim sunt & dignæ passionis huius temporis idonei: ne labores uitæ præsentis ad gloriã illã futurã: quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderit, quæ præparauit deus suis electis. P R I N C. Quæ sunt bona ista: quæ gaudia beatorum, quæ præmia ciuium supernorũ: C H R I S T. Tanta est dilectio mea ad meoselectos, quod do eis meipsum: & sicut nascendo ex uirgine & corpus humanum in duendo ex ipsa, ac inter homines conuersando, exhibui & donauit me fratrem & socium hominum: manducando etiam in cœna nouissima cum discipulis dedi meipsum eis in cibum: moriendo item pro genere humano, meipsum donauit in pretium uitæ regnando in cœlis, in omni triumphanti ecclesia do meipsum in præmium, & ego illorum hæreditas sum, plena possessio & beatissima merces, & tota super gloriosissima trinitas. Præmium inquam illorum obiectale est trinitas summa: quoniam ad libitum ea fruuntur, ac eius clara & beatifica uisione plenissime ac suauissime reficiuntur, implentur, contentantur & quietantur, ita quod plus desiderare non ualent, nec unquam auerti ab ea. Cogita nunc & pro posse tuo considera, quàm ineffabilis & incomparabilis sit beatitudo & gloria illa, uideri clare ad faciem deum pulchritudinis infinite: frui immediate deo profusus immensæ dulcedinis: æternaliter esse coniunctum fonti totius boni, in quo est omnis bonitatis, omnis decoris, omnis nobilitatis, perfectionis, sapientiæ, omnipotentis, opulentiæ, omnis amoenitatis, desiderabilitatis & gloriæ plenitudo omnino perfecta. P R I N C. Iam ò domine me bene refrigeras, dulciter consolaris, gratiose confortas: nam & ista aequaliter capio, cum experientia protegetur quod quanto quid pulchrius est, tanto iucundius est ad uidentium: & quanto suauius est, tanto delectabilius est ad gustandum atque fruendum. Præterea cum angelum unum ad momentum uidere ualde esse optabile & iucundum, potissime uirginem gloriosam incomparabiliter iucundius, dulcius, nobiliter, desiderabilius atque felicius est, clare & frui uide deum summum, perfectum infinitumque deum, cuius comparatione totum uniuersum est tãquam puluis exiguus & arena permodica, imò ut nihilum, sicut ex præhabitis didici. C H R I S T. Sapiens locuta es, & bene intelligis. Procede ergo ex his, & contempera quàm innumerabilia ac uehementissime magna sint gaudia accidentaliter felicitatis ac securitatis præmij beatorum in cœlis, hoc est gaudiorum quæ in cognitione & usu ac dilectione rerum creaturarum consistant. Vnusquisque enim cuius cœlestis quemlibet suum concium cognoscit distincte & clare, ac diligit uehementer multo plus quam aliquis parens suum prolem in seculo isto. Idcirco unusquisque illorum speciale et ualde inter se gaudium habet de quolibet suorum conciuum, etiam multo copiosius ac dulcius gaudium quàm aliquis in hoc mundo habere possit de aliquo alio. Tot ergo sunt tibi huiusmodi gaudia in quolibet sancto, quot sunt beati in cœlo, tam angeli quàm anime, quorum numerus soli deo est cognitus et ipsis beatis. Quantam uero lætitiã habeant omnes et singuli de Christi gloriosissima humanitate et deificatissima ac sacratissima uirgine, nemo mortalium capere ualet aut eloqui. Post diem quoque iudicij in corporibus suis glorificatis habebunt homines sancti multa præclara ac specialia gaudia: Nam & probabiliter est quod tibi erit laus dei uocalis in enarrabiliter iucunda ac dulcis, & tanta erit beatissimorum illorum felicitas, gloria ac sancta uoluptas, quod mille anni uix uidebuntur eis duratio diei unius: quemadmodum in inferno unus dies apparet damnatis mille anni. P R I N C. Iam certe ò domine mellissus refocillasti & consolatus es animam meam: unde & totis præcordijs tibi regrator. Postremo precor mihi dari compendiosam doctrinam, per quam omnia præinducta possint citius faciliusque impleri, C H R I S T. Dilige te in deo, & sufficit: hoc est, super omnia dilige deum quæcumque tibi necessaria seu expedientia sunt ad complacendum deo, ueraciter amantem: nam & hoc te scire oportet, quod sunt duo amores, ex quorum uno omnis actus bonus procedit, uidelicet amor dei seu amor sui in deo, qui uocatur amor diuinus & ordinatus ac charitatis, qua homo deum super omnia diligit, & seipsum ac uniuersos proximos suos in deo. Idcirco qui unum hominem odit, nec deum, nec seipsum, nec aliquem hominem salubriter diligit, cum sit in peccato mortali. Alter uocatur amor sui in seipso, ut puta priuatus, inordinatus & ad seipsum peruersus reflexus, per quem homo amat propria commoda, delicias carnis, diuitias seculi, mundanos honores, solatia uana, choros, ludos, spectacula, dominari præfidereque alijs: & ita ex illo amore nascuntur superbia, gula, luxuria, ira, impatientia, indignatio contra iniuriantes, acedia, odium, & tandem dei contemptus, hoc est inobediencia et præuaricatio præceptorum ipsius. Porro ex amore diuino seu ex amore sui in deo, oriuntur humilitas et subiectio sui in deo, mansuetudo et patientia in aduersis, castimonia corporis, puritas cordis, castigatio propriæ

DIRECTORIVM VITAE NOBILIVM.

carnis, seruos in dei obsequijs, & omne misericordiae opus. Itaque quãto plus crescis & proficis in extirpatione proprii ac priuati amoris, atque in aspernatione tui ipsius, tanto plus crescis in dei amore ac omni uirtute: & quanto quis plus amat se in seipso, tanto longior est à deo, & pluribus ac grauioribus impletur peccatis. P R I N C I P I S S A. Quid est amare se in seipso? C H R I S T V S. Appetere & amare illa quæ sunt sibi ipsi delectabilia, uilia aut honesta, per respectum ad propriam suam naturam sensualemque inclinationem, non per respectum ad deiuoluntatem ac ueram salutem. P R I N C I P I S S A. Intelligo hoc, & confundor ac doleo, quod tam diu & excessiue extiti talis. Indulge mihi ò domine indulge piissime, & da mihi conuictam emendationem in omnibus, cuius quoque miseris peccatoribus hoc infelicis amore infectis & inquinatis misericordissime subuenire digneris. C H R I S T V S. Iam te spiritus sanctus tetigit & accendit in tantum, quod gratiam tibi collatam proximis communicari affectas. In hac deuotione, pietate & gratia perseuera & profice usque in finem, ad laudem & gloriam omnipotentis qui est super omnia deus sublimis et benedictus, Amen.

Dialogi de uita et regimine principissæ, finis.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI, IN DIRECTORIVM VITAE NOBILIVM,
P R A E F A T I O.



Viciniq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ita sunt uerba dei primo Regum. Deum glorificat, qui ei obedit in omnibus, non qui solis uerbis deum ipsum honorat, extollit & laudat: imò de his qui solis uerbis deum glorificat, ipse ait per Isaiam prophetam: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Tales enim uerbis deum glorificant, operibus autem offendunt & inhonorant. Idcirco eorum glorificationem uerbalem deus qui cordi est inspector, non acceptat, sed reprobat, quemadmodum Christus in euangelio talibus loquitur: Quid dicitis mihi domine domine, & non facitis quæ dico: Hinc ait scriptura: Non est

speciosa laus in ore peccatoris. Insuper, qui non obediunt deo, sed transgrediuntur eius præcepta, non solum inhonorant maiestatem ipsius, uerum etiam (quod durius & horribilius sonat) ipsum contemnunt, quoniam eius præcepta non aduertunt, nec curant implere: imò in præsentia omnipotentis omnia intuentis, non erubescunt nec uerent peccare, & ista carnalia & caduca, uana & uilia præferunt puræ & æternæ infinitæque bonitati & excellentiæ dei, contra cuius documenta, consilia & mandata adherent rebus transitorijs, uilibus atque uanissimis, etiam plus quàm deo suo creatori ac saluatori. Idcirco ignobiles sunt, id est, uiles & impij, hostes dei & serui diaboli, iugo iniquitatis subiecti, quod est ignobilitas maxima. Ait namque Iohannes euangelista: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Vincit etenim à peccato, hoc est, à propria concupiscentia mala, ab ira uel impatientia, ab acedia, gula, odio aut alia prauitate, quibus tenetur per rationem & uirtutes resistere ac preualere. Hæc est seruitus profusus uilissima atque turpissima, & tanto stolidior & ignominiosior, quãto magis spontanea. Propterea ait princeps apostolorum: Iniqui sunt serui corruptionis: à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. O quàm mira & magna, quàm misera & despecta est excecatio hominum. Erubescunt personæ nobiles & illustres ignobilibus ministrare, & non erubescunt uitijs deseruire, demonibus obedire, & à proprijs desiderijs prauis ac turpibus superari. Hæc & cõsimilia consideras tu ò inclyta domicella, uirgo illustris, & famula Christi deuota, nequaquam contenta es nobilitate illa carnali, nisi & uera ac spiritali nobilitate orneris, uirtutibus splendeas, sapientia decoreris, & uanitatis mundi resistas, nec solum iniquis operibus, sed prauis quoque desiderijs domineris. Magna certe est gratia, personam sexu fragilem, ætate adolecentulam, diuitijs & honoribus abundantem, ac natione illustrem, paruipendere omnia ista, totoque corde affici deo, esse sollicitam ad complacendum creatori altissimo.

Hæc

1.Reg.4
Ifa.29
Mar.19
Mar.7
1.Reg.18
Luce.6
Ecclesi.17

Iohan.8
1.Pet.2

Hac ex causa desideravit nobilitas tua, ut breui tractatulo tibi conscribam qualiter totam deo debeas conuersari, teq; in omnibus, praesertim in uestitu & exteriori ornatu, habere. Itaq; deuotioni tuae ex corde congratulans, tam pia & humili petitioni pro posse obedire ac satisfacere laborabo.

Matt. 3
Luce 7.
Marc. 1
Luc. 13
Mar. 10

Articulus I. De fundamento atq; exordio conuersationis bonae ac uirtuosae.
Non solum praecursor domini nostri Iesu Christi beatissimus Iohannes baptista, sed etiam ipse dominus noster Iesus Christus unigenitus patris aeterni, praedicationes suas in hoc mundo sic incepit: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Hoc est igitur fundamentum & initium bonae ac meritoriae uitae, de peccatis praeteritis ex intimo corde dolere, & ea contrito & humili animo confiteri, satisfacere quoq; pro eisdem, ac deinceps ea cum omni diligentia euitare. Et quia peccamus quoti die, & in multis offendimus omnes, debemus quoti die modo praetacto poenitentiam agere. Non tamen oportet quotidie unumquemq; fidelium ore tenus confiteri presbytero, sed quanto saepius fit confessio talis ex contritione interna, tanto melius est. Valde autem expediens est, ut dum aliquis sibi conscius de peccato mortali confiteatur citius quopotest. Praeterea ad hoc qd sit uera poenitentia, necesse est ut quanto peccata fuerunt plura ac grauiora, tanto contritio de eisdem sit magis intensa. Nam quanto quis saepius & enormius deum offendit & inhonorauit, tanto plus obligatur inde contritari ac conteri. Et quia peccata sunt ineffabiliter peiora & magis nocua ac fugienda, qd quaecunq; temporalia damna aut corporales poenae seu aduersitates, idcirco ad hoc qd sit uera cordis contritio de peccatis, necesse est qd homo plus doleat de suis peccatis, praesertim mortalibus, imo de quocunq; quae ac quolibet peccato mortali suae memoriae occurrenti, qd de quocunq; temporali damno seu poena aut aduersitate, sicut doctores declarant super quartum librum Sententiarum. Quod etiam alijs duabus rationibus potest probari: Prima est, quia peccando mortaliter perdimus deum & omnem gratiam eius, uirtutes ac dona spiritus sancti. Ideo sicut deus gloriosus & benedictus, est incomparabiliter & inenarrabiliter melior, desiderabilior ac dignior omnibus creaturis, ita debemus incomparabiliter plus dolere de eius amissione, offensa & inhonoracione, qd de quacunq; aduersitate, confusione, infirmitate, damno uel temporali. Ideo loquitur Ieremias propheta: Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum: id est, ita acerbe & cordialiter desse tua peccata, sicut mater uidua deplorat mortem unici filij sui. Michas quoq; propheta, Faciam, inquit, planctum quasi draconum, & luctum quasi struthionum. Dracones quippe dum ab elephantis uincuntur, altum & terribilem sibilum faciunt, qui est quasi planctus eorum. Struthio quoq;, quamuis duretur ad fetus suos, & immemor ouorum suorum relinquat ea sub arena, prout dominus ait ad sanctum Iob, tamen ora occasione plurimum dolens est. Hoc modo doluit de suis peccatis electus ille rex Dauid, qui dixit: Tota die contristatus ingrediebar. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Secunda ratio huius est, quia sicut tenemur deum super omnia toto corde diligere, sic obligamur de offensione & amissione ipsius maxime contritari, dolere, gemere & plorare, saltem interiori ploratu: & qui de suis peccatis ita non dolet, non habet ueram contritionem, imo ostendit qd deum non diligit plus qd seipsum & cum ista creatura deo non est in statu salutis, sed aeternae damnationis. Ex his constat, qd pauci uere poenitent, quod etiam innoscit ex hoc, qd multi tam cito ac facilliter recidunt: qui si haberent ueram contritionem, diligentius custodirent se a ruina in pristina uita, qd a quocunq; temporali damno uel corporali infirmitate, persecutione aut morte: imo qui non stat sic coram deo, qd mallet occidi & morte suffere qd peccare mortaliter, non est in charitate, sed in aeternae uitae metu: quia plus amat seipsum qd deum, & uitam naturae praefert uitae gratiae ac uirtutum. Amplius, peccata aggrauantur ex multis, uidelicet ex loco & tempore, ex situ & autoritate peccantis, et ex peccandi frequentia, & ex parte personae cui quis peccat.

Iaco. 3

Iere. 6

Mich. 1

Iob. 39

Psal. 37
Deu. 6.
Mat. 22
Mar. 12

Iob 31
Iob 32

Articulus II. De processu in uita uirtuosa, & qd necessarius sit hominibus timor dei.
Um homo taliter sicut iam dictum est, doluerit de suis peccatis & cum uera contritione ea confessus fuerit, indiget in primis magno & indefinente timore dei, ut in omni loco & tempore, in omni cogitatu, uerbo & opere timeat dominum deum suum offendere, exemplo beati Iob qui dicebat: Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum. Et rursus: Deus solus est, & cogitationem eius nullus aetere potest: idcirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum timore sollicitor. Timor etenim dei retrahit hominem a peccato, & facit eum diligentem atq; sollicitum ad cauendam

uniuersa quae displicent deo, & quae offensiuae sunt eius, sicut uidemus qd serui qui metunt dominos suos, non audent eos offendere, sed cum sollicitudine seruiunt eis. Hinc Salomon profertur: Qui timet deum, nihil negligit. Quae admodum tenemur deum gloriosum & aeternum super omnia toto corde amare, ita tenemur eum toto corde super omnia formidare. Idcirco qui ex humano uel carnali timore, hoc est, ex timore diffamiae, irrisuonis seu uituperij hominum, uel ex comminatione eorum, seu ex formidine displicendi hominibus, aut ex uerecundia puerili relinquit uiam iustitiae, & alijs se conformat in omissione bonorum, ad quae tenentur, aut commissione malorum, non est ueraciter deum timens, sed est in statu damnationis & in uia perditionis. Propter quod sapiens dixit: Qui timet deum, nihil trepidabit. Hoc est, qui deum uero ac filiali ueretur timore, non metuet aliquid praedictorum, uidelicet irrisuonem, confusione, diffamiam, comminationem aut uituperia hominum, imo nec eos qui corpus possunt occidere, sed paratus est pati omnia talia propter deum. Praeterea quaeri potest, cur indigemus tam magno & indefinente timore dei. Ad hoc respondendum est qd propter diuerlas rationes & causas. Prima est, propter propria fragilitatem & pronitatem ad omne malum. Cum enim sciamus & experiamur in nobis ipsi quotidie, qd tam ineffabiliter defectuosi, fragiles ac procliuues existimus ad peccandum, debemus incessanter esse formidolosi atq; solliciti in peccatum. Ideo ait Apostolus sanctus: Qui stat, uideat ne cadat. Itemq;, Seruiamus deo cum metu & reuerentia. Secundo, propter inuisibiles hostes nostrae salutis, quibus undiq; circumdati sumus & uallati, qui atrocissimi, callidissimi innumerabilesq; consistunt, & non aliud querunt aut moluntur, qd ut nos aeterna beatitudine priuent, & secum infernali damnatione inuoluant. Semper ergo oportet nos formidare, & circumspectos custoditosq; esse, ac dominum inuocare, ne tam rabidissimorum & nequissimorum hostium manus & dentes atq; supplicia incidamus. Ideo nos hortatur princeps apostolorum: Sobrius estote, & uigilate in orationibus, quia aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens circuit, quarens quem deuoret. Si tam uehementer timeantur hostes uisibiles, qui corporales & breuem infligere possunt mortem, nonne incōparabiliter magis time di sunt inuisibiles inimici, qui animam nunc occidunt morte peccati, postea autem morte aeternalis supplicij? Tertio, propter multas & maxima pericula quibus sumus expositi. Nescimus enim an simus digni odio uel amore, & an finaliter erimus aeternaliter condemnati an salui. Ideo ait scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus, & iteget homo sapiens in omnibus metuit. Ecce in carcerati qui sciunt se grauius excessisse, ual de formidant quousq; iudiciū proferatur de eis. Et nos uitij plenius, qui in seculo isto tanq; in exilio & in carcere positi sumus, & tam frequenter aeternam damnationem meruimus, quomodo gaudere inaniter possumus, cum ignoremus an tormenta eadem demus aeterna: Abijciamus ergo omnem periculosam securitatem, omnem stultam laetitiam & dissolutionem, quae uere cōpunctioni contraria est, & impleamus quod Paulus apostolus iubet: Cum metu (inquiens) & timore ac tremore uestram salutem operamini. Hinc nanq; ait rex Dauid: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ex quibus uerbis instruimur, qd etsi interdum debeamus gloriari in domino, illi tamen gloriationi timor sanctus debet esse admixtus, ne ex incustodia cordis labamur in aliquam culpam. Quarto, propter metuendissimum dei iudiciū, quod etiā multi sancti patres tam grauius expauerunt, propter quod Apostolus loquitur: Horrendū est incidere in manus dei uiuentis. Quinto, propter infinitam maiestatem dei omnipotentis, in cuius praesentia tenemur uiuere timorate, & reuerentialiter nos habere. Propterea Ieremias propheta fateretur: Male dictus qui facit opus dei negligenter. & Isaias: Dominū exercituum sanctificate. Ipse pauor uester & ipse terror uester. Ecce qd agere ferunt principes terreni, si eorum subditi transgrediantur eorum praecipia in eorum praesentia & aspectu. Nonne iudicant se contemni & talem obedientiam grauius uulciscuntur? Qualiter ergo deus maiestatis immetensae puniet impios, qui ipso cernente tam impudenter praeruaricantur praecipia ipsius: Certe faciet eis sicut spiritus sanctus per os Dauid praedixit: Qui habitabit in caelis, irri debet eos, & dominus subfannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in futuro suo conturbabit eos. Ex praeractis ergo cōsiderationibus assuescamus deum incessanter timere, nec sufficit deum timere ex formidine tormentorum, ne scilicet ab ipso damnemur, sed tenemur eum maxime principaliterq; timere, ex ipsius amore, ne scilicet ipsum in aliquo offendamus, & ne separemur aut relinquamur ab ipso.

Ecd. 7

Ecd. 74

Mat. 10

Mich. 6
1 Cor. 10
Hebrae. 12

1. Pet. 5

Ecd. 9
Prouer. 28

Ecd. 18

Phil. 2
Psal. 8

Heb. 10

Iere. 49
Isai. 6

Psal. 8

Articulus III. Qualiter ex praetacto exercitio timoris dei, perueniatur ad perfectum et purum amorem ipsius et ad sapientiam salutarem.

Cum deus sublimis & benedictus sit liberalissimus fons & opulentissimus dator omnium boni, cuius aeternae diuitiae non inueniuntur ex hoc quod eas suis communicat creaturis, quid est quod impedit nos ad copiosam susceptionem gratiarum participacione gratiarum ipsius, & ad suae dilectionis seruire, spiritualium opulentiam sapientiae ac uirtutum, praesertim cum ipse dominus deus non sterit prior dilexerit nos, & tot ac tanta pro nostra fecerit suffragia salutem, imo & nostram salutem intantum desideret? Quid in qua impedit nos ab his bonis, nisi peccata & uitia nostra, negligentiae & pigritiae nostrae, peruersitates, ingratitude atque malitiae nostrae? Hinc enim sancti prophetae, Isaias, Ieremias & Michas testantur, quod potestas dei & pietas eius non sunt minoratae, sed transgressiones et iniquitates nostrae diuidunt inter deum et nos, et prohibent descensum donorum gratiae suae in nos. Cum ergo timor dei iuxta prehabita retrahat hominem a peccatis, et ea expellat, certum est quod timor iste incipiat hominem a uitis expurgare, ad uirtutes dispoere, ad synces ac feruidum deitatis amorem aptare: imo ad gratiosam et copiosam illuminationem spiritus sancti praeparat mentem. Cum enim mens fuerit purificata uitijs, et diligenter custodia in praesentia dei, tunc de die in diem magis ac magis repletur et illuminatur atque accenditur a spiritu sancto. Praeterea, a spirituali amore et sancta dilectione dei cor maxime impeditur per carnalem amorem et sensualis affectionem, per opera quoque et inquinamenta carnalia ex brutali concupiscentia procedentia. Quoniam ergo timor dei, hoc est, formido districti iudicii dei, pavor infernalis ac aeternalis supplicij, formidolosa consideratio aspectus domini, metus diuine iustitiae, et maxime timor filialis, id est, fuga diuine offensae, seu timor offendendi deum, et amittendi gratiosam ac gloriosam praesentiam eius beatificam fructum ipsius, retrahat hominem maxime a carnali et turpi amore et ad uitijs carnis, patet quod felix timor iste perducatur ad puram et spiritalem dilectionem dei et proximorum, ita quod quanto quis magis excitet se in dei timore, considerando immensum rigorem diuinae iustitiae et metuenda eius iudicia atque aeterna iniquorum tormenta, tanto plus appropinquat et crescit in cordis munditia: et quanto plus crescit ac proficit in cordis munditia, tanto plus inflammatur spirituali amore et puro deitatis affectu. Cumque peruenit homo ad purum feruidumque super beatissimam trinitatis amorem, tunc est non solum seruus fidelis ancilla uel domini, sed etiam amicus et filius, seu amica et filia eius: sicut homines non solent libere aliquid denegare suis filijs et amicis, sed rationabiles eorum petitiones cito et copiose adimplent, sic sanctus et immortalis deus libenter exaudit copiosaque implet orationes eorum, qui pure et feruente diligunt eum, eiusque filij et amici consistunt: et cordibus istius in fundit sapientiam salutarem, per quam cum interno sapore contemplantur, quam infinitam & incomparabiliter bonam, amabilem, desiderabilem, gloriosam, omnipotentem, felix, sapiens, sanctus, pius & iustus sit deus, sicut gustant & uident quam dulcis sit deus, ex cuius nobilissimo ac superno amore ac gustu dulcissimo, uilipendunt & fugiunt oblectamenta carnalia, immundas affectiones & cuncta terrena. Hinc debemus nos in timore dei quotidie exercere, imo omni die frequenter, quia ut dixit sanctus eremita abbas Pastor: Tam incessanter debet homo timorem dei corde attrahere, quam incessanter attrahit anhelitum ore. Denique uidemus quod quando principes seculi uolunt timeri, faciunt quosdam reos rigorose aut insolite interitu trucidari, sicut occisos aliorum aspectibus praesentari: sic qui adhuc imperfectus est, & nondum idoneus timere deum ex consideratione suae immensae iustitiae, oculis cordis intueatur assidue penas inferni & intolerabilia atque innumerabilia damnatorum tormentorum: incipit deum timere, peccata uitare, penitentiam agere, quemadmodum legitur in Vita patrum de quadam uirgine ualde deuota & timorata, quam cum unus sanctorum patrum interrogasset, qualiter ad tantum dei timorem uenisset, respondit: Ego o admirabilis uir habui matrem in omni uoluptate gulae atque luxuriae conuersantem, & tamen raro aut nunquam fuit infirma, sed prospere ei succedit in omnibus. Porro pater meus fuit ualde timoratus ac laboriosus, & tamen assidue infirmabatur & habuit multa aduersa. Cumque ambobus defunctis deliberarem cuius eorum uitam sequi uellem, fuis subitoparata & ducta in spiritu, & uidi ineffabilia gaudia paradisi, in quibus & patrem meum contempxi: uidi quoque tormenta gehennae, & matrem meam usque ad collum demersam in sulphureo, calidissimo ac feruissimissimo igne: quae uiso me, miserabiliter exclamauit: Heu miserrima mi, miserere mei, recorde qualiter te in utero portauit, peperit & lactauit. Extende manum tuam, & extrahere me de his flammis. Vide quanta in cenam patris pro impuris & breuibus delectationibus meis. His auditis & uisis, uehementer contremui & redi ad me ipsam: atque exinde deliberaui, & cepi sequi uitam patris mei.

Articulus

Articulus III. Quod sancta humilitas maxime necessaria sit cunctis hominibus.

Dominus noster Iesus Christus ab exordio suae natiuitatis usque ad supplicium crucis, humilitate exemplis & uerbis specialissime docuit. Hinc namque cum esset unigenitus patris aeterni uerusque deus, elegit & uoluit ex pauere uirgine in paruulo oppido nasci in omni paupere & abiectione, in mundo hoc inter paupes discipulos conuersari, quorum pedes in coena lauare dignatus est: deinde ignominiosissimum crucis tolerauit supplicium, & dixit: Dicite ad me quia mitis sum & humilis corde. Omnis qui se exaltat, humiliabit: & qui se humiliat, exaltabit. Cum etenim homo non habeat a seipso nisi defecere & peccare, atque indefinenter indigeat gratiose adiuuari & conseruari a deo, nec sine iussu mo dei auxilio possit euadere laqueos inimici, tetamina uitioy, & grauissima pericula animae suae quibus expositus est, certum est quod primo ac maxime indigeat se coram deo semper profunde humiliare, si debeat ita iuari, conseruari & saluari ab eo. Oportet inquam, ut infirmitatem & defectuositatem suam in primis humiliter recognoscat, sicut ad deum confugiat & se ei subiiciat, omni praesumptione, elatione & uana gloria abiectionis. Quid ergo est uera humilitas, & qualiter potest homo ad eam pertingere, quomodo etiam debet se exercere in ea? Itaque secundum sanctorum patrum doctrinam, Humilitas est uirtus qua mens creatori ex attenda consideratione sui ipsius ac propriae creatoris seipsam paruipendit ac despicit. Volens igitur humilitatem acquirere, sequi in ea exercitare, debet seipsum in primis diligenter pensare, uidelicet quod nihil boni habeat a seipso, sed corpus & animam omnesque sensus & uires a deo acceperit: ideo nil boni potest sibi ipsi ascribere, sed de uniuersis teneret gratias agere deo: & sicut a deo sunt corpus & anima, ita & pulchritudo, opulentia, fortitudo, nobilitas, ingenium, facundia, scientia & potestas: & multo plus constat, quod supernaturalia dona, uidelicet gratia & uirtutes, dona & fructus spiritus sancti ac meritorij actus non nisi a deo profuant ac praestentur. Idcirco de nullo bonorum istorum potest homo seipsum extollere aut in seipso inaniter gloriari, sed quanto plus abundat in bonis ac donis praefatis, tanto plus obligatur deo re gratiari, subici ac seruire. Propter quod dominus noster in euangelio loquitur: Cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: & cui multum commendatum est, plus requiritur ab ipso. Paulus quoque apostolus, Quid, inquit, habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hinc per Ieremiam dominus dixit: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me. Deinde homo uolens humilitatem acquirere & in ea proficere, considerare cum omni diligentia debet uniuersa peccata quae fecit, & in quae per omissionem & negligentiam corruit: ita reputabit se omni creatura indigniore, omnibus bestijs uiliore, omni stercore turpior, praesertim cum per unum peccatum mortale fiat homo decies miles peior ac uilior omni bruto, atque in digno pane quo uescit, aere quem respirat, tellure quam calcatur, ut Augustinus et alij sancti testantur. Idcirco in libro Sapientiae scriptum est: Vita iniqui est uilius luto. Quae admodum enim deus omnipotens et immensus est uniuersis creaturis incomparabiliter sanctior atque praestantior, sic incomparabiliter est enorme deum offendere. Tertio debet homo attendere immunditiam proprii corporis, quod quantumcunque fortis ornatus, intus tamen sordibus fetoribusque replet, sicut omnia quae de ipso egrediuntur testantur. Quarto perpedit quod procliuis sit ad omne peccatum, quod debilis in ratione, erroneus in intellectu, peruersus in uoluntate, infectus in sensualitate, & qui imperfecta sunt opera bona quae agit, quae saepe ac grauius quotidie peccet. Quinto consideret quod non solum infinite distet a perfectione creatoris, sed etiam ineffabiliter ualde a sanctitate, sapientia & potestate angelorum sanctorum: & omnium citius supernorum: nec solum hoc, sed etiam a perfectione & uirtuositate & sapientia multo magis hominum adhuc in carne mortali uiuentium: ideo respectu & comparatione omnium horum, & maxime ex intuitu & comparatione summi & infiniti dei, debet se homo profundissime humiliare, despiciere, deprimere ac pro nihilo reputare. Sexto consideret quod sicut nihil boni habemus nisi a deo, sic nec per momentum possumus perseuerare in esse aut in uita aut in aliquo bono nobis concessio, nisi indefinenter conseruemur in eis a deo beatissimo & excelso, sicut uidemus quod cito candela exstinguit, lumen a candela diffusum in nihilum dilabit: ita si deus omnipotens uirtute suae conseruationis a creaturis retraheret, totus mundus repente in nihilum recideret, sicut ex nihilo in esse surrexit. Quicquid ergo cupit deo placere, humilitatem acquirere, conseruari & in ea proficere, atque aeternam damnationem euadere, omnia ista tacta diligenter ac frequenter consideret: & statim sentiet fructum magnum, compunctio nem internam, illuminationem supernam, inflammationem charitatis in deo & consolatio-

Iohan. 4

Ia. 19
Iere. 5
Mich. 7

1. Tim. 1

Mat. II
Iohan. 14
Luc. 2

Iohan. 17
Mat. II
Luc. 18

Humilitas qd

Luc. 14

1. Cor. 4
Iere. 9

Humilitatis ac
quirende do-
ctrina utilissi-
ma.

Sap. 15

1. Cor. 10

mem à spiritu sancto. Insuper, ad obtinendam sanctam humilitatem & ad proficiendum in ea maxime confert diligenter omni die perpendere, quod humiliter dominus noster Iesus Christus rex glorie, deus uirtutum, unigenitus patris æterni, uniuersorum iudex ac dominus, uixit in seculo isto, & post eum sacratissima mater eius purissima uirgo Maria & omnes electi & quod omnes sancti tanto erant humiliores, quanto sapientiores & eminentiores. Postremo, ad acquirendam humilitatem & eius profectum ac perfectionem, præcipue ualet deum in desiderenter ac feruide exorare, ut uirtutem istam præclaram dignetur in nobis plantare, augere, perficere. Consideremus quod beata humilitas est fundamentum uirtutum, thronus gratiæ, præparatio ad omnem uirtutem, ac euidentis signum diuinæ electionis, sicut superbia est origo omnium uitiatorum, sedes iniquitatis, introductio omnium impietatum, & manifestum iudicium diuinæ reprobationis. Etenim per male dictam superbiam fit homo proles diaboli, qui est rex super uniuersos superbiæ filios. Postremo, ad obtinendum nobilissimam humilitatem & ad permanendum & proficiendum in ea, multum ualet ut homo semper referat atque consideret se per respectum ad eos quibus inferior imperfectiorque consistit, & non quo ad eos quibus maior, melior & excellentior esse uideret: magisque penitet quid sibi desit, quod habet uel habere se putat.

Articulus V. Quod timor dei & humilitas singulariter sint necessariae nobilibus & excellentibus personis.

Vbi maius periculum imminet, ibi custodia maior requiritur: & unde acrior impugnatione surgit, illic fortius oportet resistere: & ne homo in conspectu datur aut occidatur, necesse est ut ante conflictum se armet ac præparet. Ideo sicut persone excellentes & nobiles habent maiores occasiones & plura incitamenta peccandi quam homines alij, sic singulariter indigent magno timore dei, per quem timorē retrahantur à peccatis & cōpescant se ipsos. Rursus, sicut habent plura incitamenta & plures occasiones superbendi, ita profunda & firma humilitas est singulariter necessaria eis. Ideo ait scriptura: Quia maior es, humiliare te in omnibus. Occasiones autem & incitamenta peccandi & superbendi in personis nobilibus, sunt abundantia diuitiarum, multitudo obsequentium, & quod multi laudant & beatificant eos etiam in peccatis, quæ admodum scriptum est: Laudat peccator in desiderijs animæ suæ. Multi quoque blandiunt eis & honorantur à plebe cōmuni, nec facilliter reprehenduntur si reprehenduntur aliquando, non tamē tam acriter ut promerent atque oportet: in promptu quoque habent peccandi materiā & obiecta, sed & delicate reficiunt quoti die. Ex qua refectio sequi solent inanis lætitia, risus, joci, ludij & fabulationes, choreæ & saltationes, deinde concupiscentiæ uitiosæ, & tandem uitia carnis. Præterea, personæ excellentes & nobiles cōmuniter appetunt se tanquam aliquid magnum & sublime ac dignius alijs, & ita sunt magni & præclarissimi in proprijs oculis, sicque intumescunt & extollunt se ipsos & inflant. Hinc elatio, præsumptio, iactantia, uana gloria & conuulsiones ac uitiositates abundare solent in personis sublimibus atque nobilibus: & quia se ipsos reputant tam magnos & eminentes, facilliter irascuntur, impatientes reddunt, nec uolunt aliquid patiri pro parua iniuria indignantur, amarificantur, cōminantur & ultra modum se ulciscunt: & quanto maioris sunt libertatis, tanto sunt ad peccandum audaciores. Itaque ut refrenent se ipsos à uitijs & peccatis præfatis, inter tot occasiones & incitamenta atque obiecta peccandi ualde indigent grandi timore dei & humilitate constanti, quotidiana quoque exercitatione uirtutum. Quicumque enim cupit deo placere, debet contra uitia illa præcipue se armare gratia dei, orationibus & exercitijs uirtuosis, ad que ex naturali inclinatione uel assuetudine aut aliorum societate est pronior. Insuper, quanto quis in sublimiori statu & maiori principatu aut prælatione est constitutus, tanto uirtuosior & exemplarior esse tenetur. Et rursus, sicut prædictum est, quanto quis plura & maiora à deo beneficia sumpsit, tanto amplius obligatur deo gratus, subiectus & obsequiosus existere. Itaque nobiles & excellentes personæ quanto fuerint potētiore, ditiores, famosiores, honoratiores ac illustriores, tanto studeant esse uirtuosiores & exemplariiores, quanto admodum obligantur. Denique, quanto durius ac districtius iudicabuntur à deo, & quanto pluribus præstant, & quanto maiore dei gratia indigent, & quo plures & dificentur in uirtuosa eorum uita, tanto debent in omnibus timoratiores & humiliores existere. Aduertant ergo ac timeant quod in libro Sapientiæ scriptum est: Iudicium durissimum in his qui præstant. Et aliquo enim hominum conceditur misericordia: Potentes autem potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatus.

Eccl. 3

Psal. 9

Mich. 6

Sap. 6

Articulus

Articulus VI. Quod personæ nobiles non debeant carnalem nobilitatem, potestatem & opulentiam multum reputare.

Ad hominem sapientem iustumque pertinet, unumquodque tantum appetiari seu reputare quantum ualet. Idcirco ad insipientiam ac iniustitiam spectat, uiliora dignioribus rebus præferre: & super omnia insipientissimum iniustissimumque censetur, res creatas, terrenas, carnales, immundas plus desiderare, diligere & exquirere quam deum æternum, cuius bonitas, amabilitas, pulchritudo, perfectio, beatitudo, suauitas, sapientia, omnipotentia & opulencia nullum penitus finem habent. Porro, inter dona dei præclarissima in hac uita sunt gratia gratumfaciens, uirtute sinuata, dona spiritus sancti & actus eorum: Deinde præclariora sunt dona gratiæ gratis datae, ut prophetia, operatio miraculorum, prælatio & potestas ciuilibis: post hæc sunt dona naturæ, ut ingeniositas, naturalis inclinatio ad uirtutes, pulchritudo, eloquentia & consimilia. Vltimum uero locum in dignitate habent bona exteriora, ut opulencia, fama, honor, nobilitas, quæ dicuntur bona fortunæ. Nobilitas namque carnis, secundum quod Aristoteles ait, non uidetur esse nisi diuitiarum antiquatæ: & dato quod sit aliquid plus, illud tamen ad dona corporis pertinet, nisi forte sit in nata dispositio quædam ad mores uenustos ac uirtuosos. Quantumcumque ergo persona sit secundum carnem nobilis uel illustris, debet hoc modicum reputare, & pro certo tenere quod una (imo & minima) intus gratia gratumfaciens sit incomparabiliter appetiabilior, præstantior & desiderabilior, quam tota tua carnis nobilitas: propter quod debet sibi præferre cum omni cordis humilitate egenos & pauperes, famulos & ancillas: in quibus pie credere debet esse maiora dona spiritus sancti, gratiam & uirtutes, perfectiones, maiorem deuotionem, humilitatem & cordis munditiam quam in se. Denique, dona hæc gratiæ ac uirtutum & meritorij actus uere ac saluberrime nobilitant hominem, & faciunt eum deum filium & amicum ac regni celestis hæredem. Carnis uero nobilitas neminem facit deo placentem. Frequenter quoque contingit, quod proles unius rustici aut mendici sit melioris complexionis & ingeniosior atque formosior, melius quoque disposita ad uirtutes, & nobilior animo quam filius regis. Nemo ergo de carnis nobilitate extollat se, imo omnem nobilem & illustrem personam ualde humilem atque perterreat, quod nobiles, diuites & potentes sunt communiter reprobi & elati, imo præceteris uitiosi, propter quod ait apostolus Paulus: Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter uos: sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes. Et infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, ut non gloriatur in conspectu eius omnis caro. Ideo quantum immortalis rationalisque anima est dignior immunda, mortali ac misera carne, tanto plus appetenda & exquirenda est nobilitas animæ in uirtutum exercitijs constituta, quam nobilitas carnis. Hinc ait sanctus Hieronymus: Sola apud deum libertas est, non seruire peccatis. Summa apud deum nobilitas est, clarum esse uirtutibus. & rursus: Nulli te unquam de generis nobilitate præponas, nec obscurius natos putes te inferiores. Chrysostomus quoque, Quid, inquit, ei quem sordidant mores, prodest generatio clara? Aut quid nocet illi generatio uilis, quem mores adornant? Ipse se tuacum ab omnibus actibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Absaloni quod filius Saluadoris? Vae uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram. & Possibilis est camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Veruntamen ista scribo non quod personæ nobiles & excellentes sint paruipendendæ, imo cæteris paribus sunt præ alijs uenerandæ atque ad principatus & dignitates ecclesiasticas promouendæ, sed ne ipsæ personæ tales extollant se ipsas, & ea quæ modici sunt momenti multum appetentur: & ut magis considerent se ut fragiles homines, & tanquam uiles peccatores aut peccatrices grauioribusque periculis expositas, quam ut excellentes ac nobiles. Postremo, & ipsas prælaturas ac principatus sciant esse officia quæ dantur & onera periculosa, propter quæ necesse est non superbire aut inaniter gloriari, sed uehementius formidare ac gemere & pro multorum salutis sollicitati, ordinare ad dei gloriam & honorem.

Articulus VII. Qualiter omnis Christianus debeat totam uitam suam ordinare ad dei gloriam & honorem.

Sicut à deo creatore nostro accepimus esse, uiuere, intelligere, uelle & quicquid sumus, possumus & habemus, ita nos ipsos & totam conuersationem nostram & ueritatem quæ possidemus, seu quæ usui nostro concessa sunt, ordinare ac uertere debemus ad creatoris nostri honorem & gloriam, ut scilicet tota uita nostra, hoc est, co-

Virus plus quam carnis generatio uere nobilitate seculi.

1. Cor. 1

Hieronymus;

Chrysostomus;

2. Reg. 3

Luc. 6

Mat. 19

Mar. 10

Luca 18

tota uita nostra, hoc est, cogitatio & appetitio nostra, omne uerbum & opus nostrum, sint honoratiua dei: quod fit, dum omnia ista diriguntur & regulantur secundum uoluntatem dei iuxta praecepta ipsius, sic quod nihil desideramus, uolumus aut amamus nisi deum uel propter deum: quia de rebus creatis non debemus aliquid desiderare siue diligere, nisi in quantum est nobis necessarium uel utile ad seruiendum complacendumque deo, & ad proficiendum in eius amore, atque ad obtinendum felicitatem aeternam: si quid aliter aut plus desideramus, uolumus aut amamus, inordinatum est & uitiosum. Hinc dicunt doctores & sancti patres, quod omnia sunt ponenda sub ordine diuini amoris: hoc est, uniuersas cogitationes, affectiones, locutiones & operationes nostras debemus sic refrenare & rectificare, ut per eas ualeamus in amore dei proficere & sicut amor dei requirit. Simili modo nihil debemus uelle, scire, nihil studere, legere, quaerere siue ad discere, nisi quod aliquo modo possit nobis prodesse ad proficiendum in cognitione dei, & ipsam dei cognitionem ordinare debemus ad eius dilectionem. Conformeriter debemus esse custoditi in uerbis, ne proferamus aliquid uerbum otiosum, superfluum, inhonestum, mendosum, pungitiuum, detractorium, praesumptuosum, iniuriosum, fallax, adulatorium, simulatorium aut alio modo illicitum. Istud est unum generale documentum, ad cognoscendum qualiter debeat mutata uita nostra coram deo dirigere, atque ad laudem & reuerentiam creatoris nostri nos ipsos & omnia nostra referre. Cum enim deus sit ultimus finis noster, & clara fructiuaque uisio eius sit beatitudo nostra propter quam conditi sumus, debemus nos ipsos & omne posse, nosse ac uelle nostrum & omnia quae habemus, ad deum & ad eius honorem atque beatificam uisionem ac fructum ipsius recte & sinceriter ordinare, nec aliquid extra deum appetere. Hinc quippe ait saluator: Primum quaerite regnum dei, id est primo ac principaliter intendite, affectate & obtinere studete regnum caeleste, quod est aeterna felicitas & iustitia eius, id est adimplerem praeceptorum dei, iustitiam uenerationem ipsius, per quas ad aeternam beatitudinem peruenitur. Hinc & Apostolus loquitur: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia in gloriam dei facite. Itemque, Omne quodcumque facitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes deo patri per ipsum.

Articulus VIII. De obseruantia praeceptorum.

Dominus noster in euangelio docuit nos duplicem uiam pertingendi ad aeternam salutem. Una est uia praeceptorum, id est adimpletio mandatorum dei, de qua ait: Si uis intrare ad uitam, serua mandata. Alia est uia, id est adimpletio consiliorum quae Christus in euangelio docuit, per quae copiosius, tutius atque cum merito ampliori ad perpetuam deuenitur salutem, de qua uia locutus est: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Item, Qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. Ad primam uiam uniuersi Christiani tenentur, ad secundam soli religiosi. Quemadmodum autem Christus iussit obediri suis praeceptis, hoc est, praeceptis diuinis uicariis suorum, id est ecclesiae, uidelicet summorum pontificum aliorumque praetorum, & praesertim generalium conciliorum, quibus ait: Qui uos audit, me audit: qui uos spernit, me spernit. Denique, sicut in ueteri testamento erant decem praecepta principalia atque moralia, & ita in nouo testamento sunt eadem decem praecepta: ita tamen, quod obseruatio fabricati in celebrationem diei dominicae est mutata. Item decem quoque praecepta docuit Christus duo esse praemia principalissimaque mandata: unum & maximum est, ut deum toto corde, tota mente, tota anima & omnibus uiribus diligamus: Secundum est, ut diligamus proximos nostros sicut nos ipsos. In primo horum duorum praeceptorum, continentur tria prima praecepta decalogi: quorum primum est, ut unum uerum deum credamus atque colamus, quod est intelligendum de fide quae per dilectionem operatur. Secundum est, non iurare uane per ipsum. Tertium est, sabbata sanctificare, id est dies festiui celebrare. Et certum est quod haec tria praecepta obseruat quicumque deum diligit toto corde. Porro alia septem praecepta decalogi continentur in secundo praecepto praetacto. Qui etenim diligit spiritaliter proximum suum sicut seipsum, praecipue diligit & honorat parentes suos, nec interficit aliquem hominem, nec furatur bona alterius, nec cupit nec uiolat uxorem cuiusquam, nec aliquam sceminam aut puellam trahit ad fornicationem, nec aliorum appetit bona, nec contra proximum profert testimonium falsum. Ideo dicit Apostolus: Plenitudo legis est dilectio. Et qui diligit proximum, legem adimpleuit. Insuper docuit dominus Iesus Christus unum saluberrimum documentum, quod pertinet ad legem naturam, & est naturalis legis praeceptum. Nam ait: Quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec eadem facite illis. In quo praecepto continentur septem praetacta praecepta. Nunc itaque breuiter exponenda sunt omnia ista: & primo decem praecepta, quae deus docuit

Mat. 5

1 Cor. 10
Col. 3

Mat. 19

Luc. 9
Luc. 14

Luc. 9

Mat. 22

Exod. 10
Mat. 12
Mat. 22

Exod. 20
Deute. 5
Gal. 3

Roma. 13
Ibidem,
Mat. 7

dit per Moysen, erantque in tabulis lapideis scripta. Quorum primum est, Credere & colere unum deum: hoc est, solum uerum deum adorare, laudare, inuocare, diligere & sperare in ipso: uniuersa alia ordinare ad eius honorem, atque in omnibus intentionem cordis in ipso desigere, ac omnem idololatriam euitare, ueram quoque heurtitudinem in solo deo colere & quaerere. Secundum praeceptum est, non iurare uane per ipsum: hoc est, non solum uitare pecunia, sed etiam non nisi ex rationabili causa iurare. Ideo contra hoc praeceptum agunt, qui sine necessitate & utilitate iurant per deum aut per sanctos eius, siue per euangelium aut per alias creaturas, quamuis sint uera quae iuramento confirmantur. Et grauissime peccant ac quasi blasphemii habendi sunt, qui iurant per membra intestina uel dei: & qui ex consuetudine sine rationabili causa iurant, intantum ut sine iuramento uix aliquid referant aut affirmant. Hoc etenim fit ad irreuerentiam dei, eum sine magna & digna causa in testimonium assumere. Et quoniam ualde damnabile est peierare, & irreuerentiale sine causa condicta iurare, ideo Christus unum iurationem prohibuit, dicens: Ego dico uobis non iurare omnino, neque per coelum, neque per terram, nec aliud quodcumque iuramentum. Sit autem sermo uester, est est, non non, quod amplius est, a malo est. Verumtamen iuramentum quod ex necessitate aut causa rationabili fit, non prohibuit dominus. Nec excusantur aliqui leuiter iurantes, qui dicunt se sine aduertentia iurare, uel non intendere mali aliquid in iurando: quia hoc ipsum est omnino culpabile & ad quendam dei contemptum pertinens, quod aduertunt nec in memoria habent praecepta dei, quae cum summa diligentia sunt assidue recolenda. Tertium praeceptum est, dies festos celebrare, id est opera seruilia in eis uitare. Opera autem seruilia maxime sunt peccata mortalia, per quae subiicitur homo seruituti diaboli & iugo peccati. Ideo quicumque in die celebrat aliquid peccatum mortale, frangit ad minus duo praecepta & incidit duo peccata mortalia: Nam uiolat diem festum, & transgreditur aliud praeceptum quo specialiter prohibetur illud peccatum. Qui uero in die festo facit opus mechanicum, non incidit nisi unum mortale peccatum. Itaque dies festos celebrare, est in eis deo uacare, orationibus & laudibus dei insistere, ecclesiam uisitare, diuinum officium & sermones deuote audire, conscientiam examinare, meditationibus sanctis mentem implere, peccata propria recordari atque deplangere, sicque recuperare & emendare negligenterias & peccata aliorum diebus. Ex quo constat, quod peruersae se habeant & grauiter peccent, qui festis diebus magis quam in alijs diebus intenti sunt comestationibus, potationibus, fabulationibus, iocis, risibus, ludis, choreis atque spectaculis: sicque non solum non recuperant nec emendant, sed grauiter & damnabiliter augent aliorum dierum negligentias & peccata. Quartum praeceptum est, honorare parentes non solum carnales, sed etiam patres spirituales, & praesertim pastores proprios ac praelatos, quibus pio & humili corde est deferendum ac obediendum in his, quae spectant ad eorum superioritatem atque officia. Quintum praeceptum est, non occidere, id est nullius mortem iniuste optare, nec gaudere de morte alterius, nullum odire aut ledere siue occidere, nisi secundum processum iuris ordinemque iustitiae. Contra hoc praeceptum peccant grauissime, qui laeso aut interfecto aliquo eis attinere, congregant se & pariter uadunt ad laedendum aut occidendum non solum reum principale, sed etiam propinquos ipsius. Principes quoque & domini terrae, qui sustinent nec prohibent neque impediunt talia, peccant enormiter, & participes sunt omnium illorum facinororum. Nullus autem debet aut licite potest autoritate propria uindicare, sed iniuriam sibi aut suis illatam debet omnino remittere quantum ad culpam: Satisfactionem uero seu debitam punitionem rei potest exigere secundum formam & ordinem iuris. Sextum praeceptum est, Non furari. Per hoc quoque prohibetur omnis iniusta aut uiolenta seu occulta & nociua contentio siue ablatio rerum alienarum, nimia quoque dilatio persoluedi debita. Rapina autem est grauius peccatum quam fursum: quia in rapina fit maior irreuerentia ac uolentia domino rei quam in furto. Homines tamen magis erubescunt de furto quam de rapina: quoniam rapiens habet se per modum potentioris & audacis, furans autem habet se per modum metuentis & infirmioris. Septimum praeceptum est, Non moechari: per quod prohibetur luxuria cum omnibus suis speciebus, quae sunt incestus, sacrilegium, stuprum, raptus, adulterium & uitium contra naturam: nec solum prohibetur carnalis commixtio illegitima, sed etiam uitiosa concupiscentia, amplexus, tactus & oscula lasciuia, in quibus consistit mortale peccatum. Omnis quoque motus seu stimulo carnis ueniens ex cogitatione, affectione, aspectu, allocutione, tactu, amplexu uel osculo rei carnalis, peccatum est, excepta sola legitime iusta. Idcirco necesse est ut homo se in cunctis custodiat in se & foris, in cogitando

Primum

Secundum

Mat. 9

Tertium
Exod. 20
Deut. 5

Festis celebranda quod sint

Quantum
Exod. 1.20
Deut. 5
Hebrae. 13
Quintum
Exod. 20
Mat. 5

Mat. 5
Luc. 16

Sextum
Exod. 16
Deut. 5

Septimum
Exod. 20
Mat. 5

imaginando & appetendo, in loquendo, aspiciendo atq; tangendo: aliis facilliter ac multi- pliciter in multa & magna peccata dilabitur. Quod si quis ex alterius aspectu, tactu, ample xu, osculatione, imaginatione aut appetitu sentiat se carnaliter stimulari, nec tamen statim auerrat ac retrahat se inde, mortaliter peccat, secundum quod aliqui magni doctores testā- tur. Octauū praeceptum est, Non dicere falsum testimonium. Per quod etiam prohibetur mendacium perniciosum, & praecipitur ut homo loco & tempore opportuno perhibeat testimonium ueritati, & innocentem excuset liberetq; pro posse. Nonum praeceptum est, Non appetere alterius conthoralem. A delictum namq; est peccatū grauissimum: & inter peccata quae fiunt in proximum, est unum de grauioribus post homicidium. In adulterio quippe est fractio promissionis, uolatio fidei coniugalis, iniuriatio maxima conthoralis, & furtum, dum adulterans subtrahit proprio compari corpus suum, quod est in iure & pote- state illius. Ex adulterio quoq; sequuntur incertitudo prolis, iniusta possessio hereditatis, & alia maxima mala. Et qui alterius uxorem cognoscit, maxime agit contra legem naturae, quoniam facit proximo suo quod sibi pro nulla re fieri uolet. Decimum praeceptū est, Non concupiscere rem aliquam proximi.

VIII. Exod. 20 Mar. 5 1x. Deu. 5.

Tobias 4. Exod. 20 Deute. 5 x.

Mar. 22 Marc. 12 1. Iohan. 4

Deut. 6 Marc. 22

Luc. 19

Mar. 22

Luc. 6

Mat. 7

Tob. 4. Mar. 7

Isa. 3. Eccl. 9

Articulus IX. Expositio duorum principalium praeceptorum.

Inferiora ordinantur ad sua superiora. Cumq; charitas dei sit summa atq; dignissima uirtus, per quam homo maxime coniungitur, assimilatur et complacet deo, iccirco re- liquae omnes uirtutes & dona ac opera bona sunt ordinanda ad charitatem, ita q; quic- quid boni agimus, quicquid etiā aduersitatis sustinemus, debemus ad hoc ordinare, ut per illud crescamus & perficiamur in spiritali ac puro dei amore. Deum enim primo ac maxime tenemur diligere, propter puram & infinitam bonitatem & amabilitatem ipsius: secūdo, quoniam ipse prior dilexit nos tertio, propter uniuersa beneficia eius: quarto pro- pter ipsius promissa hoc est, propter beatitudinem quam nobis prae parauit in caelo. Hinc in nouo ac ueteri testamēto iubemur dominum deum nostrum diligere toto corde, id est, integra uoluntate tota mente, id est, toto intellectu: tota anima, id est, etiam sensitiuo appe- titu & interioribus sensibus: & totis uiribus, id est, sensibus & potētis exterioribus. Deniq; praeceptum istud tripliciter potest intelligi: Primo, ut sic deum diligamus totis corde, mente, anima & fortitudine, ut eum praer omnibus & supra omnia diligamus, ita ut nihil diuino amori contrariū aut contra dei praeceptum amemus aut faciamus aut omitamus. Sicq; omnis homo tenetur totis corde, mente, anima & fortitudine deum diligere. Secūdo, ut sic diligamus deum toto corde &c. ut uitemus non solum ea quae sunt directe contraria charitati diuinā, ut sunt mortalia peccata, sed etiam illa quae solent communiter impedire hominem ab amore dei & ab incremento ac perfectione diuini amoris, ut sunt consanguine- i ac propinqui, hominesq; mundani, temporales diuitiae, propria quoq; libertas & patri- monium, ac ea quae sequuntur ad ipsum. Hinc Christus consuluit omnia ista propter deum relinqui, ut possit homo purius, stabilius, feruentiusq; deum amare, & ei quietius, liberius atq; perfectius ministrare, intendere ac uniri. Sicq; ueri religiosi implent praeceptum aman- di deum toto corde &c. Tertio exponitur sic, ut rationalis creatura ita totis corde & mēte diligat deum, q; indefinenter in actu stet fixa & seruēs in dei amore secundum suum extre- mum posse. Sicq; sancti in regno caelorum diligunt deum, quod in hac uita impleri non ua- let. Sed ad hoc debemus quotidie laborare, ut proficiendo in dei amore sancto & in sapien- tia spiritali, appropinquemus uiriliter omni die perfectiōi illi caelesti. Praeterea, dum iube- mur proximos diligere sicut nos ipsos, per proximos intelligendi sunt omnes homines in hoc mundo uiuentes, tam inimici q̄ amici, tam infideles q̄ fideles: quos omnes tenemur spi- rituali amore diligere, desiderando eorum salutem, & orando pro ipsis, ut ait saluator: Diligi- te inimicos uestros, benefacite ijs qui oderunt uos, & orate pro persecutoribus & calumni- antibus uos. Postremo, praeceptum legis naturae praer allegatum ita est intelligendum, ut quod nobis fieri uolumus rationabili uoluntate, faciamus proximis loco & tempore apto, prout requirit dilectio & dictat discretio. Et quod non uolumus nobis fieri ab alijs, ratio- nabili uelle alijs non faciamus. Ex ijs elucescit q̄ arcta sit uia salutis, & q̄ pauci saluentur quia per pauci sunt qui omnia ista obseruent, qui inimicos ueraciter diligant, & omni homini fa- ciant sicut sibi fieri uolunt: & tamen necesse est omniam adimplere, cum dicat apostolus Iaco- bus: Si quis totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Iccir- co & Salomō dixit: Qui in uno delinquit, multa bona perdet. Nempe qui unum hominem odit, nec deum nec seipsum nec aliquem alium uere ac spiritaliter diligit. Postremo, amādi sunt

sunt inimici ac infideles propter deum id praecipiente, inquantū sunt ad dei imaginē simi- litudinemq; plasmati, & sanguine Christi redēpti, beatitudinis quoq; capaces, quia possunt conuerri. Tenemur quoq; plus diligere animam proximi q̄ propriū corpus.

Articulus X. Qualiter omnia corporalia sint ordinanda ad spiritalia bona.

Iur cōstitamus ex anima & corpore, ita indigemus corporalibus ac spiritalibus bo- nis. Et sicut corpus ordinatur ad animā, sic corporalia bona & ea quae sunt corpori necessaria, ordinanda sunt ad utilitatem salutemq; animae. Hinc de corporalibus re- bus, de possessionibus, pecunijs, clino dijs, ornamentis, de cibo & potu, de sono ac ue- simentis, non plus debemus appetere, acquirere aut tenere, q̄ utile aut necessarium nobis est ad profectum & salutem animae nostrae: hoc est, ad bene uiuendum, ad seruandum deo sobrie & deuore, ad proficiendū in omni uirtute. Si aliquid plus cupimus aut seruamus de corporalibus rebus praeratis, hoc est superfluum atq; culpabile. Ideo dicit Apostolus: Ha- bentes alimenta & quibus tegamur, is contenti simus. Nam qui uoluit diuites fieri, incidit in tentationem & laqueum diaboli, & in desideria multa inuilia & nociua, quae mergunt hominem in interitum & perditionem. Et per Isaiam prophetam loquitur deus: Vae uobis qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis. Hinc filius dei homo factus, uolens suis fidelibus demonstrare exemplum & uerbis omnia temporalia & terrena esse ui- lipienda, nec superflue retinenda, sed bona caelestia ac aeterna totis praer cordijs esse desi- deranda, elegit in summa & maxima paupertate in mūdo hoc uiuere, quem admodum ait uulpe terrae: foueas habet, & uolucres caeli nidus: filius autē hominis non habet ubi caput suum reclinet.

Gen. 1

1. Tim. 6

1. Timo. 6

Isaie 5

Iohan. 1

Zach. 9

Mar. 8

Luc. 9

Articulus XI. De moderamine obseruando in cibo & potu.

Ex praedictis patet duo: Primū est, qualiter sit mensura tenenda in cibo & potu: Secūdo est, q; difficile ualde sit mensuram illam ita tenere q; non excedatur. Ad hoc enim debemus manducare ac bibere, ut corpore confortato simus magis ido- nei ad opera bona, ad obsequium dei, ad profectum uirtutū. Tantum quoq; debemus de cibo & potu accipere, quantum expedit ad sic agēdum. Et tamen ualde difficile est non excedere in hoc ipso. Ideo cum timore dei & magna discretione est comedendū atq; bibendum. Qui enim cum carnali iucunditate & confabulatione edunt ac bibunt, multi- pliciter excedūt in cibo & potu, & in uerbis leuitatibusq; diuersis. De quibus Iudas apo- stolus ait in sua epistola: Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine timore, quibus procella te- nebrarū conseruata est in aeternum. Hinc quoq; dominus noster Iesus Christus praer cipit & hortatur. Videte ne grauetur corda uestra crapula uel ebrietate. Deniq; in cibo & potu po- test homo multis modis excedere. Primo nimis multū accipiendo. Secundo, delectationē sensualem quaerendo in cibis ac potibus. Tertio, nimis multa cibatione ac potuum genera accipiendo. Quarto, ualde diu in mensa sedendo, & tempus sic infructuose expendendo, multaq; opera bona negligendo. Quinto, ualde frequenter edendo siue bibēdo, aut etiam nimis inane & ante spiritalia opera. Sexto, nimis auide & in disciplinate sumendo cibum & potum. Vitanda ergo sunt omnia ista. Praer cipue quoq; nocet naturae potus superfluus & maxime fortia uina. Vnde refert Valerius, q; nobiles matronae ac filiae Romanorū non con- sueverunt uinum potare. Nam uina praer alia mala quae in foeminis pariunt, etiam dolo- res capitis generant. Vehementer timendum est omnibus nobis quod iudex noster in eua- gelio loquitur: Vae uobis qui saturati estis, quia esurietis. Vnde & Ambrosius, Saturitas, in- quit, castitatem perdit, illecebram nutrit. Ideo ait Gregorius: Epulas pene semper conco- mitatur uoluptas. Nam dum corpus in refectionis delectatiōe resoluitur, cor ad inane gau- dium relaxatur. Postremo, ad tenendum mensuram in cibo & potu debemus deum fideli- ter exorare, & tempore refectionis diligenter recolere, qualiter dominus deus noster in cru- ce pro nobis cibus est felle & potatus aceto, & qualiter nunc in inferno crucietur diues il- le epulo, qui in hac uita epulabatur quoti die splendide.

Iudas

Luc. 21

In cibo & po- tu sex modis exceditur.

Luc. 6

Phil. 3

Iohan. 13

Luc. 16

Articulus XII. Qualiter nobiles & illustres personae habere se debent in uestimentis & ornamentis.

De ista materia optasti specialiter informari d̄ illustri, pia ac prudens domicel- la: & merito, quia manifeste uides q̄ enormiter multae matronae ac uirgines no- biles excedant in istis. Primo ergo sciendum, q; sicut contingit in cibo & potu excedere, ita in uestimentis ac ornamentis multiplex est excessus. Primo, si sint nimis multa, cum dicat beatissimus Iohānes baptista: Qui habet duas tunicas, id est, unam superfluā

Excessus tri- plex in uesti- mentis.

Luc. 3

superfluum, det non habenti. Propter quod sancti patres Ambrosius Basiliiſq; teſtantur Veſtis qua non eges, quam ſuper pericam pendis aut in ciſta recludis, eſt pauperis & egeni qui ante oculos tuos nudus (id eſt, male & parum uestitus) incedit: quem ſpolias, dum ei non præſtas id quo tu abundas. Secundo, ſi ſint nimis prætioſa. Tertio, ſi ſint nimis curioſe aut pompatice facta. Quarto, ſi ſint ultra laudabilem conſuetudinem aliquid uana nouitate notabilia. Veruntamen non eſt negandum quin excellentibus nobilibuſq; perſonis liceat uti uestibus pretioſioribus & magis ornatis ac multiplicioribus q̄ uulgaribus hominibus & tamen in hoc obſeruandus eſt modus, ne aliquid fiat quod ſit directe contra ius diuinum: id eſt, contra dei præceptum, aut contra apoſtolica documenta ac iuſſa. Etenim dominus deus iudex & legiſlator noſter in euangelio clamat: Væ homini per quæ ſcandalum uenit. Et ruruſus: Qui ſcandalizauerit unum ex iſis puſillis qui in me credunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Iſta ſunt iura diuina, non poſſitua, non humana. Quibus etiã conſonat ius naturæ & ratio naturalis. Cum enim teneamur proximis diligere ſicut nos ipſos, & nihil ita ſit ſecundum naturam ut amare naturæ confortem, ut ait Ambroſius, unde & in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, Omne animal diligit ſibi ſimile: hinc conſtat q̄ non ſolum ſit contra ius diuinum, ſed etiam contra legem naturæ & contra naturalem rationem, ſcandalizare: quia proximum ſcandalizare, eſt eum ſpiritualiter lædere ſiue occidere, id eſt, ad peccatum inducere. Ideo ſuper præſata Chriſti præcepta ac iura diuina de ſcandalis puſilloꝝ (id eſt, hominum imperfecioꝝ) ad peccatum procliuum uentandis non cadit diſpenſatio, nec eis præiudicare poteſt aliqua conſuetudo: ſed omnis conſuetudo eis contraria eſt uitioſa, & magis dicenda eſt corruptela q̄ conſuetudo. Quicquid enim contrariatur bonis moribus aut ſcripturis ſeu iuri diuino, eſt corruptela, non conſuetudo bona: imò tanto eſt uitioſius, quãto conſuetius, ut ſancti doctores ac præſules, Cyprianus martyr & Auguſtinus conſeſſor teſtantur, quoz uerba ſuper hoc in prima parte Decreti copioſe ſunt ſcripta. Idcirco inſallibiliter & in diſpenſabiliter ueræ eſt quod glorioſi doctores Hieronymus atq; Chryſoſtomus aſſerunt: Si uir aut mulier ſe ornauerit, & ſuo ornatum uultus hominum in ſe prouocauerit, quãuis nullum damnũ in de ſequatur, tamen æternum ſupplicium patietur: quia uenenũ præbuit, ſi fuiſſet qui biberet. Iſtud etenim dictum immediate & directe fundatur in iure diuino, quod filius dei inſiſit & docuit, dicens: Videte ne ſcandalizetis unum ex puſillis iſtis. Et ruruſus: Væ homini per quem ſcandalum uenit. In præſatis quoq; uerbis Hieronymi atq; Chryſoſtomi non uidetur aliquid de poſitiuo iure adiunctũ: ſed quod in prædictis Chriſti uerbis includitur, per uerba illoꝝ apertius reſeruat. Et ſi quis dicat q̄ in uerbis illoꝝ aliquid ſit de iure additũ poſitiuo, quia aſſerunt q̄ ita ſe ornans æternum patietur ſupplicium, quãuis nullum ex eo ſequatur damnũ, id eſt, ſcandalũ, & quando nullũ inde conſequitur dñum, non uidetur ibi conſiſtere ſcandalũ: ad hoc reſpondendum, q̄ ſcandalum eſt dictum aut factum minus reſtũ, alteri præbens occaſionem ruinæ. Idcirco qui in conſpectu alterius male ſe habet, illum quantum in ſe eſt ſcandalizat, quãuis ille non ſcandalizetur. Quia beatus Auguſtinus teſtatur: Qui in conſpectu populi male uiuit, quantum in ſe eſt, illũ à quo attenditur occidit. Idcirco ſi alter ex ſua bonitate manet illuſus, ita q̄ non ſcandalizatur, ipſe tamen qui coram altero male ſe habet, à ſcandalio non excuſatur. Præterea ad ſciendum quomodo nobilium perſonaz ornatus poſſit rationabiliter excuſari, conſideranda ſunt apoſtolica documenta. Ait equidem princeps apoſtolorum in prima ſua epiſtola: Mulierz non ſit extrinſecus capillatura aut circũdatio aurũ aut indumentũ uestimentoꝝ cultus. Paulus quoq; Apoſtolus dicit: Mulieres ornent ſe nõ in tortis crimibus aut auro aut margaritis uel ueste pretioſa. Ex his innotescit, q̄ uniuerſæ matronæ ac puellæ quantumcunq; nobiles aut illuſtres, tenentur ſe ſub his limitibus conſtare, ſub hac meſura conſtringere, ſub hoc iure diuino frenare, ut ita ſe ueſtiant, & ſic ornent, q̄ ſuo ueſtitũ & ornatum neminem quantum in ipſis eſt ſcandalizent. Ideo diuino obligantur præcepto talem ueſtitũ uitare & talia ornamenta abijcere, quæ ex ſua diſpoſitione ſunt incitatio alioꝝ ad incautum & periculolum aſpectũ, & inſlammatiuũ illoꝝ ad libidinoſum affectum, & inducũ ad uitioſam imitationem: quia quod una ſcæmina uidet in alia, hoc ſi deoꝝ eſt, cupit habere & ſequi aut etiã vincere atq; ſupergrede: quonia præone ſunt mulieres ad deſideria puerilia, & cupidæ laudis humane, faciliſter quoz eis apparet q̄ contentant.

Articulus XIII. Q̄ uitioſus, damnabilis ac uitandus ſit immoderatus, ſuperfluus & laſciuus ueſtitus atq; ornatus, ex uerbis ſanctorum patrum & excellentiſſimorum doctorum.

Mulieribus

Mulieribus pulchritudo naturalis & ipſa facies ſcæminea per ſe ſeipſam fatiſ eſt attractiua uirorum ad intendum & concupiſcendum, ita q̄ niſi uir uirtutibus ſit armatus, ex ſcæminarũ intuitu faciliſter uulneretur, imò mortifero appetitu necetur: quod & experientia docet quotidie, & ſcriptura ſancta teſtatur. Et quod amplius eſt, etiam uiri uirtutũ & ſapientia decorati, leguntur ex incauto ſcæminarum aſpectu mortaliter corruiffe. Hinc diuina ſcriptura cohibet uiros à moroſo & incauſto dito muliere: uirginũq; intuitu, ne ex intuitu tangant prauo affectu. Ideo in Eccleſiaſtico ſapientiũ ait: Virgine ne cõpicias, ne ſcãdalizetis in decore ei. Noli circũſpicere in uicis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere compta. Propter ſpeciem mulieris multi perierũt. Ecce q̄ decor & ornatus ſcæminarum ex ſua natura attractiuus & inſlammatiuus ſit uirorum, præcipue iuuenum. Q̄ aut pulchritudo mulierum per ſe, non appoſito exteriori ornatu, fatiſ & plus q̄ fatiſ ſit inſlammatiuua uirorum, docet noſ ſacra ſcriptura. Legitur enim in Geneſi, quæ ad modũ primo Aegypti, deinde Paleſtini abſtulerunt Abrahæ ſuam uxorem propter ipſius pulchritudinem, quæ tamen non ornauit ſe exteriori ornatu. Et hoc idem timens Iſaac ſieri ſuæ uxori, dixit eam eſſe ſuam ſororem. Cum ergo hæc ita ſe habeant, quanta inſipientia, quanta inſania, quanta iniquitas eſt, ut uirgo aut ſcæmina ſua naturali atq; ingenita pulchritudini, concupiſcibilitati ſeu decori apponat incitamenta libidinis, inſlammatiuua concupiſcentia, fomenta q̄ ſcãdalorum & uanitatis exempla: hoc eſt, curioſum pompaticumq; ueſtitum, ſplendida ornamenta, ſuperinductum colorem, conſtrictiones & ligaturas corporis ac membrorum. Quæ omnia quid aliud ſunt niſi arma diaboli, rete & laquei dæmonũ, ad uulnerandum & occidendum animas iuuenum ac uirorum, atq; ad dandum exempla impij imitationis alijs ſcæminis, id eſt, ad faciendum familiaria: Præterea, ſicut ſanctus Iohannes Chryſoſtomus in dialogo ad ſanctum Baſilium epiſcopum ſcribit: Ornatus ſuperfluus cõſiſtit in exquiſitione ueſtimentoꝝ, in compoſitione capillorum, in depictione coloratione q̄ uultus & colli, & in appoſitione gemmarum uel aureorum argenteorum uel aut conſimiliũ ornamentorum. De quibus idem Iohannes Chryſoſtomus ait: Pulchritudo faciei oculiq; depicti, inſectæ maxillæ, ornatus capitis, criniumq; tinctura, ueſtis pretioſa, ſplendor gemmarum, odor pigmentorum, & alia quæ ad mundũ muliebrem pertinent, cor perturbant, animũq; euertunt, & concupiſcentia nutrun flammam. Hinc quoq; in libro de diſciplina & habitu uirginum ſanctus loquitur Cyprianus: Epulemur (ait Apoſtolus) non in fermento malitiæ & nequitia, ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis. Nũquid ſynceritas & ueritas perfeuerant in te, quando quæ ſyncera ſunt, polluis adulterinis coloribus, & medicaminum fucis uera ac naturalia in mendacium mutas? Dominus tuus dicit: Non poteſ unũ capillum album facere aut nigrum, & tu ad uincendam ac falſificandam domini tui uocẽ uide te eſſe fortiore q̄ ille dixit, & audaci conatu ſacrilegoq; contemptu crines tuos malo futurorum præſagio inſicis, & iam capilloſ tibi ſuaueos ac flammeos auſpicaris. His ſancti Cypriani uerbis cõſonat quod in epiſtola ad Lætam nobilem ſcæminam ſcribit ſanctus Hieronymus: Cauere ſiſtæ tuæ capillum inſicias, & aliquid ei de gehennæ ignibus auſpicaris. Et in libro de uiduitate ſeruanda, ait de facie depictione: Quid facit in facie Chriſtiane ſcæminæ aut puellæ purpurifus aut ceruſſa, quorum alterum ruborem genarum ac labioꝝ mentitur, alterum uero candorem oris & colli: hinc ruruſus Cyprianus diſſeruit: Non tantum uirgines & uiduas, ſed etiam nuptas omneſq; ſcæminas arbitror admonendas, ut opus & plaſma dei nequaquam auertant aut ſubuertant in ſe, adhibito ſuauo colore, uigore uel pulueris aut rubore, aut aliquo medicamentoſ natiuua lineamenta corrumpeſte. Dicit deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: & audet quiſquam in ſe uertere & mutare quod fecit deus? Manum deo inferſ, quando id quod deus formauit, reformare & tranſfigurare contendis, neſciens quia opus dei eſt omne quod natiuitate & corporis qualitatem pinxiſſet, & alius pictor formatae imagini manum ad reformandum apponeret, magna prioris artiſtici uideretur iniuria: & tu exiſtimas te impune tranſitram, tantæ improbæ temeritatis audaciam & tantam artiſtici ſummi offenſam? Hinc ruruſus beatus martyr & pontifex Cyprianus teſtatur: Si te ſumptuoſius ornas, & per publicum notabiliter incedas, & oculos iuuenum in te illicias, atque aduſcentum ſuſpiria poſt te trahas, peccandi fomenta ſuccendis, ut & ſi ipſa non pereas, tamen alios perdiſi ut uelut gladium ac uenenum te præbens ludentibus teq; cernentibus, excuſari non poteſ

Eccleſ. 9

Gen. 29
Gen. 28

Gal. 5

Mat. 5

Gen. 1

1. Pet. 3

Mat. 18

Mat. 22
Eccleſ. 19

Hieronymus,
Chryſoſtom.

Mat. 18

Scandalũ qd

1. Pet. 3

1. Tim. 2

Roma. 8

potes quasi mēte casta sis & pudica. Redarguit te improbus cultus & impudicus ornatus. Hinc denuo idem sanctus doctor effatur: Sericum & purpuram induere, Christiū induere non possunt. Auro & monilibus & margaritis adornata, ornamenta cordis & pectoris perdidit. Quis illud nō execretur ac fugiat, quod alijs sit exiit? Quis id appetat & assumat, quod ad necē alterius extat pro gladio: Certē uirgines, quae se huiusmodi artibus comple- rint, non puto inter uirgines numerari debere, sed tanq̄ oues contactas & morbidas à san- cto grege arceri, ne contagio suo polluant ceteras. Insuper, his concordat quod sc̄tus Am- brosius in suo ait hexamero: Deles picturā dei ò mulier, si uultū tuū materiali candore obli- nias, si acquisito rubore perfundas. Illa pictura uiti est, non decoris: fraudis, non simplicita- tis & aut pluuia aut sudore detergit. sicq̄ fallit te, ut nec tuo placeas creatori, qui opus suū uidet esse deletū in te. Noli ergo auferre picturā dei & picturā meretricis assumere, quod est opus dei adulterare. Graue igit̄ crimen est, ut putes q̄ tu homo te melius pingas q̄ deus ut deus de te dicat: Non agnosco calores meos, imaginem meam, uultū meū quem ipse for- mauit. Reijcio igitur quod non est meum, illū quare qui te pinxit. Hinc rursus ait Ambro- sius: Collū catena constrinxit, compedes pedes includit: nihil refert an corpus auro ligetur an ferro. Si ceruix premitur, si grauat incessus, nil pretium inuat, nisi q̄ uos mulieres misera- biliores estis, q̄ hi qui publico iure damnant. Illi oprant exui, uos ligari. Mulier sic ornata, est omnium infernalium dæmonum domus. Hinc ait & Augustinus: Quanta amentia est effi- giem mutare nature picturamq̄ quare: Tolerabilia sunt pene adulteriū crimina q̄ ista infamia. In adulterio nanq̄ pudicitia uiolat, in isto ornatu natura adulterat. Postremo Hieronymus contestat: Vestis ipsa tacentis animi iudiciū est. Si rugā non habeat, si per terrā ut altior uidearis trahat, si de industria distuta sit tunica, ut aliquid intus appareat, operiatq̄ quod sc̄dum est, & appareat quod formosum, papillae fasciolis cōprimuntur, operiatq̄ cingulo angustius pectus arctat, capilli uel in frontē desunt uel in aures: pallioli cadit in- terdū, ut candidos nudet humeros: & quasi uideri noluerit, celat festina quod uolens de- texerat. Et quando in publico quasi per uerecūdiam operit faciem, lupanaria arte id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest.

Articulus XIII. Quod in praefato ornatu superfluo & uestitu pompatico scan- dalizatio consistat mortale peccatum.

S Ancti patres & gloriosi illuminatissimiq̄ doctores cōtra ornātū superflūū & exqui- sitū, curiosum, superflūūq̄ uestitū tam rigore non scriberent, nisi in eis mortalem culpam existere iudicassent. Venialia quippe peccata talem reprehensionem & cō- demnationem non promerent. Hinc quidam notabilis scribit in suo tractatu: Mu- lieres inaniter se ornantes, plus sibi nocent q̄ alijs: quia moraliter peccant, etiam si non ali- ciant alios. Vnde super illud Mat. Qui uiderit mulierem ad concupiscendam &c. ait Chry- sostomus: Mulier si se decorauerit, & oculos hominū in se uerte rit, etiam si nō intulerit pla- gam, extremā suam inebit uindictam. Venenū enim intulit, & si nullus qui bibat inuentus sit. Praeterea, si mulier nec appetat uis, nec appeti cupiat, indiscrete tamen & inordinate or- natū suum pulchritudinemq̄ ostendat. laqueum alijs iniiciendo mortaliter peccat, quē ad- modū in Ecclesiastico scriptū est: Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo: & qui fodit fo- ueam, incidet in eam. Hinc quoq̄ sanctus Moyses ait: Si quis foderit aut aperuerit cisternā, & non operuerit eam, cecideritq̄ bos uel asinus in eā, dominus cisternae reddet (id est, per- soluet) pretium iumentoy. Quod aut mortuum est, ipse erit. Cisterna aperta & non clau- sa seu op̄ta, est species mulieris ornatu meretricio seu lasciuo ad capiēdas aias praeparata, uel delicet collo extento, crinibus sparsis siue cōpositis, facie nō uelata. In hanc cisternā cadit bos aut asinus, dum aliquis uir aut iuuenis ornatu & specie eius decipitur. Ideo dñs cister- nae tenetur pretiū reddere, & mortuū sibi tenere, quia mors animę illius decepti sc̄minae se ornati imputat, & anima sua pro culpa illius poenae aeternae obligat. Hinc quoq̄ ait Ambro- sius in libro de Helia & ieiunio: Apostolus iubet mulieres in ecclesia quoq̄ tacere, & domi uiros suos interrogare. Illae uero in conspectu imperatorū adulescentuloy inuerecundas ducunt choreas, iactantes comas, trahentes tunicas, plaudentes manibus, saltantesq̄ pedi- bus & uocibus personantes, irritantes in se iuuenū libidines sititronico motu, petulant in ocu- lo, de decoroso ludibrio: Spectat corona adulescentium, fitq̄ miserabile theatrum inter ui- nas cantantium, chorizantium atq̄ spectantium. Coelum impuro aspectu contaminat, & terra turpi saltatione polluit. Deniq̄ Apostolus iubet: Si non uelatur mulier, condeat. Extrusit: Mulier debet habere uelamen super caput suū propter angelos, id est, sacerdotes & cleri- cos

Mat. 5

Eccles. 27

Exod. 21

1. Cor. 14

1. Cor. 11

cos spiritualesq̄ uiros, ne cadant per eam. Praecedenti quoq̄ articulo ex uerbis sancto- rum Cypriani, Hieronymi, Chrystostomi, atq̄ Ambrosii est probatum, q̄ mulieres & uirgines se- ita ornantes & ostendentes, praebent uiris & iuuenibus peccandi fomenta, incitamenta li- bidinis, & uelut gladium ac uenenum intuentibus se exponunt. Insuper Hieronymus ait Nitor, ornatus & species mulieris ignis est iuuenum, fomenta libidinum, impudicae mentis indicium. Quomodo potest sua peccata deslere, quae cutem nudat & sulcos in faciem ducit? Ornatus iste non decor dei, sed uelamen est Antichristi. Quasi dutia uultus ad caelum erig- git, quos conditor non cognoscit?

Articulus XV. Obiectio contra praedicta.

V T ueritas huius materiae certius innotescat, breuiter tangam ea quae obijci pos- sent praedictis. Potest nanq̄ in primis obijci quod de beatissimo apostolo Bar- tholomaeo habetur in eius Legēda: Purpura uestitur, induitur pallio albo, quod per singulos angulos habet gemmas purpureas. Fuit autem sanctus apostolus iste nobilis praeter ceteris apostolis origine carnis, ut Hieronymus ait locis. Ergo uidetur q̄ nobiles personae se possunt ornare gemmis & purpura. Praeterea, sancta Hester tempore opportuno ornauit se regijs ornamentis & uestimentis in humum desluentibus, & antequam ducatur ad regis cubiculum, ornabatur iuxta custodis uirginum uoluntate, sicut in libro Hester describitur. Insuper, legitur q̄ ipsa uenerabilis Iudith uida uolens prosternere Holofernem, induit se uestimentis iucunditatis suae, & ornauit se omnibus or- namentis suis quae exprimunt ibi dem, erantq̄ satis multa & pretiosa. Vnde uidetur quod apud se habuit ac tenuit ea ad utēdum eis interdum. Amplius, de sancto Gregorio legitur, q̄ relictis sericis uestibus, auro gemmisq̄ radiantibus, uili monastico habitu tegebatur. Et tamen ante religionis ingressum fuit notabiliter uirtuosus. Legitur quoq̄ de sancto Ale- xio, quod quotidie ei assidebant tria milia puerorum, qui cingulis aureis utebantur, & ue- stimentis sericis induebantur. Talis autem ornatus non est magis illicitus feminis & pu- ellis, quam uiris atq̄ iuuenibus, imò secundum Gregorium magis culpabilis est in uiris, ut infra dicitur. Iterum legitur de sancta Cecilia, quod licet ad corpus suum uirginem indu- ta esset cilicio, tamen uestibus deauratis forinsecus erat amicta. Conformiter legitur de san- cta Elisabeth uida, filia regis Vngarię, quod quando euāgelium in ecclesia legebatur, ex deuotione deposuit sua monilia & aurea ornamenta. Item q̄ licet marito absente uilliter se uestiret, redeunte tamen decenter ornauit se. Quadam etiam uice quibusdam ma- gnatibus uisitantibus eius maritum & eam, maritus dixit ad eam: Doleo ò soror q̄ iam de- centem amictum & conuenientem ornatum non habes. Ad quod ipsa pie subridens, respō- dit: Dilectissime frater, potens est dominus providere. Deinde ingressa est cameram: & su- bla oratione, extulit tam splendidiu uestita amictu, quod maritus eius uehementer obstu- puit. Praeterea sanctus Thomas dicit in prima secunde quęstione 102. Hoc habet humanus affectus, q̄ ea quae communia sunt & non distincta, minus reuerentur: ea uero quae habent aliquam excellentiae discretionem ab alijs, magis miratur ac generatur. Et inde hominum consuetudo inoleuit, ut reges & principes, quos oportet in reuerentia haberi à subditis, pre- riosioribus uestimentis utantur, & maiora ac pulchriora habitacula habeat. Dicit quoq̄ idē doctor in Secūda secūde quęstione 169. Illi qui in dignitatibus cōstitunt & ministri at- raris, pretiosioribus uestimentis induuntur quam ceteri, non propter gloriam suam, sed ad significandam excellentiam ministerij sui uel cultus diuini. Idcirco in eis non est uitio- sum. Vnde Augustinus dicit in tertio de doctrina Christiana: Quisquis sic utitur exterioribus rebus, ut metas consuetudinibus bonorum inter quos uersatur, excedat, aut aliquid si- gnat, aut flagitiosus est. Denique super praegallegata uerba gloriosissimi principis apostolo- rum aserit Glossa, quod mulieres possunt solum excusare ornatum per suos maritos. Et Al- bertus magnus super eadem uerba dicit, q̄ mulieres bonae possunt se ornare, primo, ut ma- ritos suos ab adulterio reuocent: secundo, ut uiris suis tantum complacent: tertio, propter decentiam status suorum tirorum, ne uiri earum uili pendantur. Amplius, consuetudo ha- bet uim legis, & singularitas est uitanda: ergo matronae puellaeq̄ nobiles debent se confor- mare consimilibus sibi, & non esse singulares. Vnus quoque non debet alteri dare occasio- nem obloquendi, irridendi, indignandi, similitudinē malorum; quia sic alium scandalizaret, si autem mulieres nobiles non conformant se alijs in ornatu, atque uestitu, dant eis occasio- nem detractionum, irrisionum, indignationum, & à uiris suis spernuntur. Postremo, deus

Hester

Iudith

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

intueretur cor, interioraq; hominis, nō exteriora: & in exterioribus rebus aut factis nō est uitus & uitium, nisi ex interiori bonitate aut prauitate. Non ergo uidetur esse curandum de exteriori ornatu atq; uestitu, dummodo intentio cordis sit bona.

Articulus XVI. Solutio obiectionum istarum,

Hest. 2

Hest. 14

NVnc diligenter soluenda sunt argumenta prætacta, atq; ad primum dicendum, quod apostoli sequuti sunt dominum suum ac magistrum in omni paupertate & humilitate: iccirco quod de beatissimo Bartholomæo allegatum est, aliqui dixerunt à diabolo mendaciter esse probatum: quia diabolus mendax est & pater mendacij, & ueris quæ aliquando loquitur, solet aliqua falsa miscere. Si autem uera fuit recitatio illa, dicendum quod deo inspirante ac permittente, sanctissimus Bartholomæus usus est pallio illo gemmato, ad insinuandum quod illustres nobilesq; personæ ut possint uestibus pretiosioribus & magis ornatis, dummodo in tali uestitu atque ornatu non sit curiositas scandalizatiua aut superfluitas, uel uanitas aliqua in dispositione seu forma. Poterat quippe pallium illud simpliciter & humiliter esse formatum. Gemmæ quoq; poterant pallio sic esse innexæ, quod non apparebant pompaticæ, curiosæ aut uanæ. Ad secundum dicendum, quod sicut beata Hesther ex dispensatione, imo & ordinatione diuina nupta fuit imperatori gentili contra legem Moysi, sic ex dispensatione diuina utebatur regijs illis ornamentis ex quadam necessitate pro communi Israëliticæ plebis redemptione. Sed toto corde contempsit huiusmodi ornamenta, & mitissime detulit ea, nec processit cum eis in publicum nisi necessitate urgente, nec delectabatur in talibus. Propter quod in oratione sua dixit ad dominum: Tu scis necessitatem meam, & quod abominosissimum superbiæ quod est in capite meo, id est regium diadema, & arbitror id quasi pannum menstruatæ, & non portem illud in diebus silentij mei, & quod ancilla tua nunquam lætata sit nisi in te domine deus Israël. Ad tertium respondendum, quod quamuis uenerabilis illa Iudith ex bona intentione ita ornauit se, ut scilicet generalem hostem totius Israëliti populi ac cultus diuini occideret, tamen compositio talis non est trahenda in exemplum imitationis: imo ex ipsa historia libri Iudith manifeste probatur, quod compositio talis sit inflammatiua uirorum. Nam & Holofernes statim deceptus fuit per eam, & captus laqueo oculorum suorum in ea. Ad alia quæ obiecta sunt de sancto Gregorio, beata Cæcilia, & gloriosa domina Elisabeth, dicendum quod utebantur talibus ornamentis ac uestimentis iuxta decetiam sui status, absque scandalosa curiositate & uana superfluitate & absque delectatione inani, ita quod terminos diuinorum præceptorum non excesserunt, aliquem directe scandalizando. Ad ea quoque quæ ex uerbis sancti Thomæ sunt allegata, conformiter est dicendum, quod illustres & excellentes personæ & hi qui in dignitatibus sunt constituti, possunt pretiosioribus & magis ornatis uestibus uti quam alij, comparatio statum ad statum, ita quod licitum eis est ex statu eorum sublimi pretiosioribus uestibus uti, quam inferioribus ac subditis ex statu eorum declinui: non autem sic, quod quantumcunq; inferiores transgressi fuerint metas sui status in uestimentis & ornamentis pretiosis ac curiosis, ipsi superiores possint se adhuc magis pretiose uestire, curiosius que ornare: imo hoc esset sequi errantes, & simul cum illis in foueam ruere. Veruntamen multo melius est, ut excellentes ac præsidentes personæ, potissime spirituales, excellentiam suam demonstrent per opera specialiter uirtuosa & exemplaria, quam per pretiosa indumentarum quo in altiori & digniori gradu ac statu sunt constituti, eo humiliores & exemplariores esse tenentur. Vnde in Decreto habetur, & ex uerbis sancti Basilij ibi probatur, sancta que synodus approbavit, quod olim omnis uir sacraus, id est, in sacris officijs seu ordinibus constitutus, ueste abiecta & humili utebatur. & contra talium pretiosarumq; superflua indumenta, sancti patres Hieronymus & Bernardus rigore terribiliter que loquuntur. Porro ad uerba Glossæ & Alberti dicendum, quod mulieres possunt suos ornatus excusare per suos maritos modis prætactis, dummodo non excedant, se ornando pompaticè, scandalose aut curiose & ultra decetiam sui status, sicq; contra præcepta diuina nō agant. Nec ad retrahendum uiros suos ab adulterio, uel ad complacendum eis tantummodo, debent aliquid agere contra præceptum dei & proprias perdere animas aut proximos scandalizare: quia tenet deū incōparabiliter plus amare ac uenerari, q̄ suos maritos, imo se ipsas & proprias animas obligantur magis diligere q̄ proprios uiros; nec ad complacendum suis

Deu. 6
Mat. 13

DIRECTORIUM VITAE NOBILIVM,

Roma. 15

Mar. 6

Mat. 6
Luca 6

2. Tim. 3

Iudith 4

Ecd. 19

uiris licet eis laqueum damnationis & incentium carnalis concupiscentiæ exhibere aut iniicere alijs uiris, sed implere quod ait Apostolus: Vnusquisq; proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Ad aliud respondendū, q̄ bona consuetudo habet uim legis, estq; sequenda: mala autem consuetudo non est nisi corruptela & uitium, & tanto est peior & magis uitanda, quanto communior & magis inueterata, quemadmodum sancti patres Cyprianus & Augustinus testantur. Dicitur autem consuetudo bona, quæ non est contraria bonis moribus nec diuinis præceptis, nec scripturarum doctrinis. Absit ergo ut una scemina nobilis conformet se alteri in aliqua uanitate, pompa & scandalositate. Singularitas quoq; quæ est uirtutis & obseruantia iustæ contraria, est uitanda: non illa, quæ communibus uanitatibus & peccatis contrariatur. Deniq; unus non debet alteri dare occasionem peccandi, seu alium scandalizare faciendo aliquid mali, aut omitendo aliquid boni ad quod teneatur. Potest tamen, imo & debet facere quæ bona & iusta sunt, atq; uitare quæ uana & fatua sunt, quamuis alij in de scandalizentur: quoniam tale scandalum oritur ex aliorum peruersitate, prauitate & insipientia, uocaturq; scandalum scribarum & pharisæorum, quod secundum Christi doctrinam non est uitandum. Si autem aliqua nobilis scemina aut illustris uirgo ab alijs diffamatur, irridetur, aduersaq; patitur quia non uult se illis conformare in uanitatibus atq; superbijs, debet hoc propter deum libere & cum gaudio sustinere, ac recordari quod ait saluator: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsos est regnum celorum. Et rursus, Beati, inquit, eritis cum uos oderint homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis. Et item quod ait Apostolus: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur. Hinc ait uenerabilis Iudith: Omnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes & tentationes transierunt fideles. Qui autem tentationes & tribulationes non acceperunt timore dei, perierunt. Ad ultimum respondendum, q̄ deus principaliter intuetur corda & cogitationes affectionesq; hominis. Intuetur quoq; exteriora hominis, secundum quod sunt aut ueniunt ex interiori uoluntate, intellectu aut cogitatione. Iccirco in exterioribus factis & ornamentis ac uestimentis frequenter consistit mortale peccatum, secundum quod ueniunt ex interiori uanitate, leuitate, superbia, negligentia, carnalitate aut simili praua radice, uel ex errore & defectu scientiæ eorum que quis scire tenetur. Hinc secundum Ambrosiū in libro de Officijs: Exterior ornatus & uestis, incessus, risus & apparatus, sunt quasi sensibiles uoces & euidentia signa interioris hominis. Propterea incustoditus oculus, signum est incustoditi timoratiq; cordis: & facies dissoluta, signum est animi immaturi ac leuis. Vnde in Ecclesiastico sapiens ait: Ex uisu cognoscitur homo, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium & gressus hominis enuntiant de illo. Id est, ostendunt qualis sit homo.

Articulus XVII. Demonstratio ex diuersis considerationibus, quod in exteriori ornatu superfluo et uestitu scandalizatiuo consistat mortale peccatum.

SIcut gloriosus Hieronymus loquitur, quicquid potest homo uitare salua triplici ueritate, uidelicet ueritate doctrinæ, ueritate uitæ et ueritate iustitiæ, hoc tenetur uitare, ne scandalizet pusillos, id est, homines imperfectos pronos ad uitia. Et ad hoc homo tenetur tam ex charitate dei, ne inducat aliquem ad irreuerentiam et offensam ipsius, tam ex charitate proximi, ne animam eius uulneret aut occidat. Cū ergo omnibus constet, q̄ tam uiri quam scemina, tam iuuenes q̄ puellæ, pro maiori parte sint imperfecti ac fragiles & proni ad concupiscentias malas, certum est q̄ salua triplici ueritate præfata, homo possit uitare ornatum & uestitum curiosum & immoderatum. Iccirco tenetur ad hoc. Præterea, sicut homo ex diuino præcepto tenetur diligere proximos suos sicut se ipsum, ita tenetur prouidere saluti proximi sui ut in ipsius, sic, ut scienter non ponat illi laqueum perditionis obicem ue salutis. Propter quod iubet Apostolus: Non ponatis offendiculum fateri (id est proximo) uel scandalum. Cumi igitur ornatus ille exquisitus, præferentia faciei & capitis, & curiosus pompaticusq; amictus sint multis incitamentum concupiscentiæ & mortalium uitiorum, constat quod qui talem ornatum & uestitum non uitat ne aliquem scandalizet, non uere ac spiritaliter diligit proximos suos, sed eorum salutem præferit suam improbam uoluntatem, propriam uanitatem, complacentiam uanam, delectationem

Mat. 22

Rom. 14

nonem iniquam, gloriamq; humanam. Ideo ut superius tactum est, sanctus differuit Cyprianus: Quis illud non execretur & fugiat, quod alijs sit exitio? Quis id appetat & assumat, quod ad necem alterius est pro gladio? Amplius, secundum quod asserit Augustinus, non solum peccat mortaliter qui facit aliquid quod in se est mortale peccatum, sed etiam qui aliquid agit, de quo probabile est quod sit alijs, præsertim pusillis, occasio culpæ mortalis. Si militer peccat mortaliter, qui se committit discrimini, id est, qui facit id de quo sibi dubium est, an sit mortale peccatum, etiam dato quod non sit mortale peccatum. Cum ergo ualde probabile sit unicuique se taliter ornanti ac uestienti, quod alijs erit occasio concupiscentiæ & incentiuum libidinis, mortaliter peccat ita se uestiendo atq; ornando. Conformiter, quoniam multi sancti patres excellentissimiq; doctores ualde illuminati, tam feruenter & acriter reprehendant, & tanquam pestiferum uenenum reprobent & condemnent talem amidum & ornatum, ualde periculose agit & discrimini se committit, qui aliter sentit, nec acquiescit, sed adhuc ita se ornat & uestit. Insuper, unusquisque tenetur non solum proximos suos non scandalizare, sed etiam tenetur eos edificare loco & tempore opportuno, secundum quod Christus in euangelio iubet, dicendo: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Unde & in Ecclesiastico scriptum est: Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Sic igitur tenentur se uestire & decenter habere Christiani, ut se inuicem edificent, id est, ad humilitatem, continentiam, modestiam, consimilesq; uirtutes alliciant, non ut unus alium libidinoso amore, sensuali complacētia, incauto & periculoso aspectu aut appetitu inflammet. Postremo homo tenetur actus suos per ueram prudentiam & discretionem dirigere. Ad prudentiam autem requiritur circūspectio & cautela qua uitentur pericula, maxime scanda animarum. Hoc autem non agit qui præfato modo se ornat. Ideo agit contra ueram prudentiam. Deniq; ad idem probandum possem alia multa inducere, ut quod omnia opera sua debeat homo ponere sub diuini amoris ordine, atq; ad dei honorem totam suam uitam ordinare, & coram deo sollicite ambulare; quod totum longe est ab his, qui arroganter, uane & scandalo se ornant.

Articulus XVIII. De ineffabili enormitate peccati eorum qui ita se ornant.

Sanctus papa Gregorius ait: Omnis iniquus tot mortibus, tot æternis damnationibus dignus est, quot homines scandalizat. Et quantum præstat exemplum & incitamentum perditionis, pro tantis meretur supplicia perpetuæ mortis. Quicunque ergo cum suo curioso & immoderato ornatu hominibus se præferat, tot homines quantum in se est scandalizat, quot hominibus se ostendit. Idcirco tot peccatis mortibus, tot æternis damnationibus, tot infernalibus dignus est pœnis, quot homines scandalizat, & quantum in se est spiritualiter perimit. Deniq; sanctus Augustinus differuit: Qui in presentia populi male agit, tot homines quantum est in ipso occidit, à quot hominibus male agens conspicitur. Hæc perpendant & pensent mulieres & uirgines intimatoræ, quæ cum suo ornatu, procedunt ad forum, ad nundinas, ad ecclesiam, ad choreas, ad spectacula siue ad nuptias. Attendant quot animas Christi sanguine redemptas, quantum in ipsis est, perimant. Considerent quot & quanta incurrant facinora, quot infernalibus repente mereantur tormenta. Aduertant hæc non solum mulieres & uirgines curiose & uanæ, sed etiam uiri ac iuuenes lasciuui & uagi, superflue se ornantes, & libidinosè uestientes. Aduertant quod sanctus ait Bernardus: Nonne grauiorem persecutionem sustinet Christus ab illo, qui suggestionem maligna, pernicioso exemplo, occasione uel scandali auertit ab ipso animas quas pretioso sanguine suo redemit, quam à Iudæis & gentilibus qui sanguinem eius fuderunt? Quid ergo sunt huiusmodi uiri & scæmæ, talesq; iuuenes ac puellæ ita se ornantes & se inuicem taliter provocantes, nisi retia demonum ad illa que andum & capiendū animas hominū? Præterea multis modis peccatū unius alteri imputat, ut dū unus allicit uel inducit alium ad peccatū uel cōfessio uel auxilio aut exemplo, uel quia non corripit illum, aut quia non impedit pro posse culpam alterius. Qui igitur suo ornatu alium scandalizat, multis modis fit particeps uitiorum omnium proximorum, qui ex ipsius ornatu tentantur & peccant, uel solo affectu, uel affectu pariter & effectu. Dat etenim illis exemplum perniciosum & cooperat

Mat. 5
Eccles. 17

cooperatur dæmonibus ad deceptionem illorum: & non solum non impedit lapsum illos, sed iuuat & disponit ad ipsum. Præterea, sicut asserit sanctus Thomas, cultus muliebris uirorum ad lasciuam prouocat, iuxta illud prouerb. Mulier occurrit iuueni ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas. Idcirco uitandus est. In usu autem uestium potest esse peccatum ex inordinato mentis affectu tripliciter: Primo ex hoc, quod homo per ornatū & dispositionem uestitus quærit gloriam suam & placere hominibus, non attendens quod ait Apostolus: Si hominibus placerem, seruus Christi non essem. Et quod propheta terribiliter ait: Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam deus spreuit eos. Secundo, dum per superfluum uestium cultum quærit delicias seu mollitiem carnis. Tertio, quando circa uestimentorum ornatum est nimis sollicitus, etiam si nihil mali intendat. Nec dubium quin mortaliter peccent, qui magis se occupant circa exteriorem ornatum, quàm circa mentis purgationem. Similiter grauissime peccant, qui ea intentione se ornant, ut ad concupiscendum prouocent alios. Si autem se ornent non ista intentione, sed ex quadam animi leuitate & uanitate propter iactantiā, non est semper mortale, sed quædam ueniale peccatum, ut ait Thomas. & hoc potest esse, quando talis motus leuitatis, & uanitatis est modicus, uel quando homo non representat se alijs cum suo periculoso ornatu. Nam & primi motus superbiæ atq; inuidiæ ueniales existunt. Postremo circa istam materiam scribit Albertus: Circa uestimenta & ornamenta cōtingit quinque modis peccare: Primo, in nimia pretiositate: quia non decet mulierem uti uestibus pretiosis, cum dicat Gregorius: Ne mo putet in cultu & studio subtilium pretiosarūq; uestium deesse peccatū: quia si hoc peccatum non esset, nequaquā sermo diuinus uigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, induebatur bysso & purpura. Secundo, in mollitie & suauitate: quoniam tota uita hominis debet esse in pœnitentia & deploratione culpæ. Idcirco de superbis & carnalibus hominibus deliciose uiuentibus ait saluator: Ecce qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Tertio, in nimia speciositate, sicut iam patuit. Quarto, in nimia curiositate: quia secundum Augustinum, non debemus placere uestibus, sed moribus. Quinto, in superfluitate: quia non debemus uestes habere ad superfluitatem, sed ad necessitatem. Ideo dicit in Luca: Qui habet duas tunicas, det unam non habenti. Ex his enotescit, quod enormiter peccent, qui omnibus modis istis peccant in uestimentis & ornamentis: hoc est, in pretiositate, suauitate, speciositate, curiositate & superfluitate, qui multipliciter spoliant pauperes. De talibus enim ornatotibus & ornatricibus sui mortalis ac miseri corporis dicit in Isaia: Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decalunabit dominus uerticem filiarum Sion, & crimem earū nudabit, & auferet ornamenta calceamentorum, & lunulas & torques, monilia, armillas, mitras, discriminalia, petichelidas, murenulas, olfactorialia, inaures, anulos, gemmas in fronte pendentes, mutatoria, pallia, acus, specula, sindones, uitas & thestritia. Et erit pro suauo odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine caluitiū, & pro fascia pectorali cilicium.

Articulus XIX. Qualiter omnia iam præacta contra ornamenta & reprehensibilia uestimenta sceminarum et puellarum nobilium, applicanda sint ad uiros ac iuuenes.

Quanto uir est naturaliter fortior in ratione, constantior mente, dignior sexu, et altior potestate quàm scemina, tanto debet eam in uera sapientia et omni uirtute præcedere. Nam et uir naturaliter caput est mulieris, et habet eam gubernare, instruere, corripere ac domare. Idcirco eodem genere culpæ uir grauius peccat quàm mulier, ut etiam Thomas probat. Tamen Bonauenturæ uidetur quod mulier quodammodo magis peccat, quoniam naturaliter est magis uerecunda ac timida. Veruntamen absolute loquendo, uir grauius peccat in eodem genere culpæ. Ait namque sanctus Hieronymus: Quid d' miser uir gloriaris in malitia? Centuplo plus peccas quàm mulier. Mulier mollis aër est, & tu fortem te æstimas. Illa in domo sedet, & tu mille modis eam illaqueas, & aliquando eam cogis ut ui faciat quod uis. Hæc dum agis, quoniam deus tacet, putas quod sit similis tui: Sed ueniet tēpus in quo arguet te, & statuet te contra faciē tuā. Itaque sicut præfatis modis peccant mulieres & puellæ mortaliter in uestimentis & ornamentis superfluis, pretiosis, curiosis, impudicis & scandalizatiuis, ita (imò multo plus) uiri ac iuuenes quia ita se ornant ac uestiunt, quod ociosos sceminas ac uirginū trahunt in se, & corda earū tentant, lædunt, accendunt. Deniq; his diebus uiri in his enormiter atq; grauissime peccant, præcipue nobiles carne, sed ignobiles

Rouch. 7

Gal. 4

Psal. 78

Lucæ 16

Mat. 11

Luc. 4

Isaia. 3

Psal. 74

conuersatione, qui uestes deferunt usq; ad nates ridiculosissime breuiatas, & sine omni pudore sic incedunt, sic stant coram sceminis ac puellis, etiam in ecclesiis officijsq; diuinis. Legitur secundo Regum q; rex Ammonitarum per uos David regis irrisit, turpissime praecidendo uestes eorum usq; ad nates: sic diabolus corda Christianorum ita infatuauit, q; sponte faciunt suas uestes superiores usq; ad nates abscondi, ut uideantur in eis magis derisi q; uestiti. Similiter corda nobilium foeminarum sic excacauit, ut uestes trahant per terram cum caudis longis. Scriptum est secundo Regum, q; filiae David potentissimi ac sapientissimi regis portabant tunicas usq; ad talos porrectas: & nunc miseræ sceminæ deferunt uestes tam inutiliter atq; superflue longas, de quarum superfluitatibus pauperes possent uestiri. Praeterea non solum peccant uiri qui praefatis modis excedunt in uestimentis ac ornamentis, sed etiam qui coniuges suas ac sobolem inde non compescunt, sed licentiant aut permittunt eas talia exercere. Ideo foeminarum & filiorum ac filiarum suarum peccata redundant in eos. Mulieres quoq; quæ talia faciunt potius contra uoluntatem maritorum suorum, q; de uoluntate ipsorum, nullam prorsus habent excusationem. Grauiissime etiam peccat domicella ac domina, quæ ultra mensuram suæ genealogiæ insipienter & impudenter extendit se, intantum, ut pomposius ac pretiosius ornent se q; foemina nobiliores: & quicquid impie nouitatis ac diabolicæ uanitatis atq; in æternum damnandæ elationis uident in alijs foeminis, non solum se sentent, sed etiam superare ac transcendere mox conentur. Istæ foeminae maledictæ, secundum beatum Augustinum, sunt adulteræ dæmonii corde, etiã si non sint adulteræ hoim corpore. Respicat ergo & sine dilatione digne penitentiam, ne æterna damnatione grauisima pereant, praesertim cum quædam nobiles matronæ, quæ multis bonis operibus & actibus misericordiae fuerunt intentæ, & diuina officia libenter audiebant, legatissimè in æternum dænatae, eo q; se à praefatis ornamentis non represserunt. Postremo, cum peccata multum grauent ex loco & tēpore, certum est q; ualde singulariter sit enorme cum talibus ornamentis & scandalizatiuis impudicisq; uestibus ecclesiã ingredi: & ibi in sacris locis, in diuinis officijs, in praesentia sacramenti proximos scandalizare, & aliorum deuotione taliter impedire. Diabolicis uero, non humanis impietatibus abusionibusq; replentur, qui ea intentione ingrediunt ecclesiã, ut ibi libidinose inspiciant aut inspiciant, & alijs praebent se uidēdos.

Articulus XX. Qualis debeat esse uestitus cuiuslibet Christiani.

Videmus multas ac diuersas esse religiones & status ac ordines in ecclesia dei. Alij em sunt Benedictini, alij Cisterciens, alij Carthusiens, alij Regulares, alij uero Cruciferi, & ita de alijs. Quatuor quoq; sunt mendicantium ordines, & unaqueq; religio proprium habet habitum & uestitum: & iuxta tenorem, qualitatem & exigentiam suę institutionis se uestire tenentur ac uestit comuntur. Cuius ergo Christiana religio seu euangelica lex sit religio & lex totius charitatis, humilitatis, innocentiæ ac simplicitatis, ideo omnis Christianus debet se humiliter simpliciterq; uestire, ita ut in exteriori eius habitu respondeat interna charitas, innocentiã, grauitas, modestia atq; humilitas: quatenus ex eorum habitu omnes intuentes ediscantur, & Christum glorificent qui talem suis cultoribus contulit legē. Quod si nobiles & potentes putent sibi licere aliter se uestire, sciant se ipsos & oem suam nobilitatem & excellentiam teneant legi & gratia Christi subicere, iuxta cuius praecipua & documenta se obligant habere, uestire, incedere. Nam ipse dñs ait per Sophoniam prophetã: Visitabo super oem qui arrogat ingredi, & super eos qui in diti sunt ueste peregrina. curiosa. Ipse quoq; dñs noster Iesus Christus praecipit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et dñs Iohannes apóstolus scripsit: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Hinc primo libro de Officijs Ambrosius: Decor corporis non sit affectatus aut exquisitus, sed simplex, naturalis, neglectus magis q; expositus. Non pretiosus & albetibus uestimētis adiutus, ut honestati uel necessitati nil desit, q; nihil accedat aut addat nitenti. Id aut uere honestum est, qd rationi & uirtuti concordat, non qd superborum hoim iudicio decet. Ex praehabitis patet, q; artifices ut textores & factores, ac alij qui circa pãnos & uestes, circa ornamenta & calceos, superflua & curiosa uanasq; nouitates inueniunt grauitate peccat. Propter quod super Mattheum dicit Chrysostronus, q; etiã ab arte calcifici & textoria oportet multa abscidere, qm necessitate artis in luxuria deduxerunt, arte corruptores & ea male utentes. Hinc etiã dicit Thomas: Si operibus alicuius artis, ut pluries, hoies male utantur, quibus artes non sunt in se illicitæ, tamē per officia principis ciuitatis sunt excludendæ secundum documenta Platonis.

Articulus XXI. Qualiter debeat homo omne tēpus suum fructuose & ornate expendere.

Sicut

Sicut in libro Sapientie scriptum est, Bonorum laborum gloriosus est fructus, ideo fructum & uitiosum est otio locū dare, praesertim cum omni hora possit homo tot bona peragere, tot mala uitare, in omni gratia & uirtute proficere, & loqui cum deo, cum Christo miscere colloquia, ipsum orando, laudando, atq; deuotis meditationibus se occupando cum ipso. Hinc ait sanctus Bernardus: Otiositas est mater nugae, nouerca cunctarum uirtutum, nutrix superbiae, concupiscentiae fomes, accedens patens, ianua tentationum & dæmonii sedes. Ideo ait Hieronymus: Semper fac aliquid boni, ut te diabolus inueniat occupatum. Deniq; cum sinus deo ratione datur de omni tēpore nobis ad uitã concessio, debemus semper esse solliciti, ne aliquid temporis horã expẽdamus infructuose. Nobiles ergo foeminae ac puellae in hoc se praebant suis ancillis atq; pedissequis exēplares, & ad omne honestum opus sint alacres. Ad spiritalia namq; uirtutum exercitia obligantur tanto plus ceteris, quãto minus indigent se manualibus occupare opibus. Sed quia non ualēt se ingerere spiritalibus actibus exercere, dñi ab illis desistit, debent utile aliquid manibus facere, non quia rebus reuerentijs egēt, sed ne otio locū dando praefata incidant mala. Nihilominus possunt interdum honeste recreationi ut licito ludo uacare, ut per huiusmodi recreatione fortiores reddantur ad pristinos actus bonos. Quædam modum enim corpus aliquando indiget somno, sic anima recreatione. Legitur de potentissimo illo gentili Imperatore Octauiano, de Christianissimo quoq; Imperatore Carolo rege, q; filias suas edoceri fecerunt in arte filandi atq; suendi & lanificio, nec permiserunt eas esse in otio. Hinc sanctus Hieronymus scribit nobili foeminae: Dicitur filia tua tenere colū, rotare fufum, stamina pollice ducere. Deniq; assidua occupatio bona specialiter necessaria est foeminis, quoniam naturaliter sunt instabiles mente, & ad imaginationes inutiles pronæ. Et sicut mola cui nihil imponit, suo cursu consumit se ipsam, sic mens foeminae, cui nihil salubre aut utile ad meditandum imponitur, proprijs phantasijs se frangit. Porro, ut homo assidue uacet actibus bonis absq; fastidio, debet cuiuslibet horæ seu parti diei suã occupatione deputare: & nunc huic, nunc illi actui bono insistere. Primo tamē & specialiter, quantum uires & caput queūt sufferre, debet se spiritalibus actibus exercere, ut iuxta Christi praecipit primo querat regnum dei & iustitiã eius. Nobilis ergo foemina ab oratione incipiat die expẽdere, & legat in primis deuote matutinas de dña, aliasq; orationes, anteq; cubiculum exeat, aut humana admittat colloquia. Deinde quantum ipsi possibile est, meditationibus sanctis intenta sit, & frequenter legat libros deuotionales & diffeatoriasq; historias, ut sanctos legedas, & praesertim uitas foeminarum uirginumq; sanctarum, ex quibus lectioibus cõpungat, & charitas accendat: sicq; nutria deuotio & animus roboret in bonis, in seipsum a biliat in deo, intellectus q; in salubri crescat sciẽtia, & aia assuecat deũ intra se collaudare.

Articulus XXII. Qualiter claudendus sit dies, & quomodo circa somnum sit moderamen habendum.

Adomnē pertinet Christianũ, ut die expleto non eat ad dormiendũ, nisi prius discutiat conscientiam suã, & perpendat qd mali comiserit, qd boni omiserit, sicq; reprehendat & castiget se ipsum: ac dolens de peccatis suis, ueniam deprecet, & emendatione firmã proponat, sicq; cum oratione & gratiarum actione recomendet se deo, & se tũ ingrediẽs ad quietẽdũ se ponat, atq; exclusis cogitationibus prauis, in bonis studie ad meditationibus obdormire, cogitãdo de beneficijs dei, de passiõne Christi, de pœnis inferni & gaudijs regni cœlestis. Et dñi in lecto se ponit, cogitet q; sicut ipse se reclinat in lecto, sic corpus suũ cito collocabit ab alijs in sepulchro. Cũ aut euigilauerit, protinus mentẽ suã leuet ad deũ, orãdo & ipsum laudãdo. Et si fieri potest, surgat ut aliquãto tēpore orationibus, meditationibusq; ac dei laudibus uacet. Quod si facere nequerit, tãto manius surgat, ut tã salutãribus actibus possit se exercere. Superfluo uero somno corpori & aia est nocuus, & grauat naturã, hebetat mēte, parit accedẽs, tēpore infructuose cõsumit, & phantasijs immundis dat locũ.

Articulus XXXIII. Quod d nobilium ac magnatum filij ac filiae sint ab infantia diligentissime instruendi in uirtutibus atq; scientijs & in uera morum facietia.

Generale est documentũ, q; parẽtes soboli suę tenentẽ educatione corporalẽ, moralẽ instructione ac iustã correptione. Sed quãto probitas ac prudentia, uirtuositas & modestia nobilium puerorum potest tpe procedẽte pluribus prodesse, & bono cõmagis pficere, subditosq; copiosius & difficare, quãto etiã eorum ignorantia, improbitas, dissolutio & uitiositas magis sunt cõmunitati periculose & pluriũ scãdalizatiue, eo diligentius sunt salubriter custodiendi, informandi, coercendi ac dirigendi à sua infantia. Hinc tēpestiue puidendũ est eis de magistris idoneis, q; uirtutibus ac sciẽtijs polleat. Et puidendũ e pueris illis

1. Reg. 10
1. Paral. 19

2. Reg. 15

Sap. 3.

Bernardus.

Hieronymus.

Mat. 6.

Sopho. 1

Iohan. 18
1. Iohan. 2

de bona societate docilium ac diligētium & obedientium puerorum, quorum profectu incitentur ad proficiendum, & uinci se erubescant profectu illorum. Non ergo uanitatibus imbuantur chorizandique arte, nec ludicra discant aut carmina, ac tempore procedente à la sciua retrahantur. Specialiter quoque filiae sunt ab omni loquacitate, inuerecundia & audacia reprimendae: ad humilitatem, maturitatem & oris custodiam inducendae, atque ab omni occasione incontinentiae praeriuandae. Non decenter uirginem ex leui causa egredi domum, sed in domo quoque erubescere uirorum praesentiam, nec passim admittere adulescentium affatum, nec in aliquem uirum aut iuuenem figere uisum. De hac re possent multae auctoritates & doctrinae ex sacra scriptura & dictis sanctorum patrum, imo & ex uerbis philosophorum allegari: sed haec tantum breuiter tetigisse nunc reor sufficere.

Articulus XXIII. Qualiter circa familiam & ancillas habere se debeat femina nobilis.

Cum nobilis uirgo ad eam aetatem, uel ad statum illum uenerit, quod subiecta sibi habuerit familiam, debet se illis exemplarem in omnibus exhibere, nec femineae leuitate se ipsam aliquo fastu extollere uel aspernari subiectos, sed cum humilitate, pietate & discretione illos regere. Nihilominus tempore opportuno auctoritate sua utatur, corripiendo male agentes & reprimendo indomitos. Itaque sicut se ipsam, ita & suas pedisse quas à superfluitate & uanitate ornatus uestiumque compescat, & praecipuum fra ternae correptionis adimpleat, refrenando familiam suam quantum ualet à uerbis illicitis, praesertim à uerbis lasciuis, à contumeliis & detractionibus, à crapulis et choreis, et à transgressionibus praceptorum dei atque ecclesiae. Innumerabiles etenim homines aeternaliter condemnantur, eo quod non impleant praecipuum correptionis fraternae, cum et Augustinus testetur: Si corripere negligis, peior eo qui peccauit efficeris. Et uerbanus ista peccat qui uideri proximum peccare et tacet, sicut qui ueniam postulanti non indulget. Veruntamen correptione ista debet esse discreta, atque ex charitate et zelo iustitiae, non ex uehementi ira aut perturbatione procedere. Insuper, persona huiusmodi nobilis debet sacerdotes suos seu capellanos in reuerentia magna habere, et familiam suam ad idem hortari. Ineffabilis namque est dignitas sacerdotum euangelicis legis imo ut sanctus ait Ambrosius: Quanto aurum est dignius plumbo, tanto dignitas infimi sacerdotis maior est regali dignitate, imperialique potestate. Et grauem Christo irreuerentiam irrogat, qui eius sacerdotem paruipendit, nec debite ueneratur. Propter quod sanctissimus uir Franciscus sepius dixit: Si mihi obuiarent sanctus martyr Laurentius et sacerdos pauperculus, dimitterem sanctum Laurentium stare, et festinare sacerdoti pauperculo occurrere, eiusque manus deosculari. De uirtuosis quoque sacerdotibus debet sibi providere, et de confessore discreto.

Articulus XXV. De uitandis choreis & spectaculorum ac torneamentorum aspectibus.

Si quis iuxta doctrinas praehabitas uitam suam direxerit, coram deo timorato & custodite uiuendo, & suam conscientiam quotidie examinando atque purgando, ac spiritali studendo profectu, puto quod non delectabit eum chorizare, ludere aut iocari, uel uisitare spectacula, aut torneamenta & hastiludia intueri. Praeterea, si attente & cum cordiali compassione pensemus, quae, quanta & qualia tormenta dominus & saluator noster unigenitus dei patris pro nostris peccatis sustinuit, qualiter expassis brachijs pro nostra salute in crucis patibulo est suspensus, & toto corpore suo sacratissimo uolentissime ac poenaltissime distento ac dissipato, ibi cum uehementissimo inestimabili dolore & tormento pependit, nequaquam ad choreas ac caeteras uanitates praefatas erimus inclinati. Conformiter, si persona quaecumque potens ac nobilis sapienter perpenderit, qualiter filius dei ex ardentissima sua ad nos charitate dignatus est pro nostra redemptione & aedificatione tot & tantas irrationes, maledictiones, blasphemias iniuriasque sufferre, atque in alba ueste tanquam fatuus subsannari, sicque per plateas Ierusalem duci, et corona spineae coronari, purpura quoque irrisorie indui, & contemptibilissime conspuui, ex toto corde contemnet uanissimum uestimentorum ornatum & capitis sui decorationem per rosas & feras, per aurum, gemmas, monilia: nec poterit brachia sua cum iucunditate ad chorizandum extendere: nec corpus suum uile ac miserum, in cinerem & puluerem, in putredinem & foetorem, in uermes ac serpentes celeriter resoluendum, tam delicate & ornate, tam uane & deliciose tractabit, sed per opera poenitentiae se affliget. Amplius, si homo diligenter ac frequenter intueatur, quot & quantis peccatis sit repletus, quot & qualibus periculis sit expositus, quae crudelissimis & callidissimis suae salutis hostibus extet circumdatus, choreae & aliae uanitates uertentur ei in nauis. Insuper, choreae (praesertim nobilium & magnatum) sunt ualde periculosa, imo & ineffabiliter

liter (ut communiter) uitiosae, & daemones habent in illis choreis tot gladios ad interfecionem animarum, tot pocula uenenata ad inficiendum, tot laqueos ac retia ad decipiendum & capiendum, quot ibidem sunt personae ornatae & pulchrae, quae intiendo, confabulando, arridendo, tangendo, cantando & audiendo inuicem se alliciunt & inflammant. Ibi quoque daemones percutiunt corda inania gladio euaginato & ex omni parte acuto: quoniam in choreis pallia & super tunicalia remouentur, & personae chorizantes ex omni parte iniuncte ostendunt. Tunc etiam chorizare incipiunt, quando iam maxime dispositae sunt ad carnales affectus, ad delectationes inanes, ad consentiendum omni diabolicae suggestioni, uidelicet post lautam refectionem, post pocula calefactiua, post crapulosa conuiuia. Idcirco in choreis huiusmodi animae uulnerant multipliciter atque grauissime. Et ipsae choreae sunt profectiones diaboli, cantantes uero in eis sunt quasi clerici aut moniales daemiorum: astantes uero & consentientes, sunt uelut conuersi & conuersae spirituum malignorum. Consideremus profunde, quot mala fiant quotidie, quam enormiter deus omnipotens in honorem affidue, quot animae pereant omni hora, quam innumerabiles homines diuis ac uarijs aduersitatibus, tristitijs afflictionibusque premantur: & chorizationem reputabimus esse insaniam. Intueamur quoque in seculo isto simus quasi in ualle lachrymarum & arumnarum, & quasi in tenebris & umbra mortis, & quasi in exilio constituti, ut nostra iugiter deploremus peccata, & contra inuisibiles nostros hostes pugnemus. Sicque intelligemus, quam uitiosum, uanum & stolidum sit chorizare, saltare, carnaliter delectari: ludis, iocis, caeterisque dissolutionibus esse intentum. O si homo attenderet, quam inenarrabiliter peccata sua & uanitates praefatae displiceant deo, quam dire ac multipliciter per ea laedit seipsum, quantum laetificet daemones, & quantum quasi contristet angelos sanctos, usque ad mortem resistere uitij, & ea amarissime deploraret. Denique, ecclesia sancta propter multa & magna rationabilia mortua, districtè prohibuit torneamenta & hastiludia, intantum, ut hi qui occiduntur in eis, sepeliri non possint in sacris locis. Ideo talia exercere est ualde mortale peccatum. Similiter ad ea inspicenda accedere, & ea exercentibus consentire, non caret mortali culpa. Ideo nec exercentes, nec uisitantes & consentientes sunt absoluedi in foro confessionis, nec bona confessionis possunt ad ecclesiastica sacramenta accedere, nisi in deo uere poeniteant, firmiterque proponant de caetero omnia illa uitare.

Articulus XXXVI. Quam reuerenter oporteat deo seruire.

Qualiter de maiestatis immensa, regi uniuersorum, principi ac domino incomparabilis excellentiae oporteat obedire ac ministrare, discere ac pensare possunt personae nobiles & potentes ex semetipsis. Qui uolunt sibi à subditis suis atque familiaribus reuerenter seruire, propterea obtineri, humiliter inclinari, cum reuerentia respondere. Ex hoc pensent, quam iniusti ac ingrati sint coram altissimo infinite dignissimo, nisi ei in omnibus prompte ministrent, celeriter pareant, atque cum debita humilitate & reuerentia cordiali ipsam adorent, laudent ac inuocent, praesertim cum sanctus asserat Augustinus: Nihil iniquius quam sibi uelle obtemperari à subditis, & non obtemperare suo superiori. Vnde eis qui se praeserunt deo, & magis uolunt se honorari quam deum. Idcirco sanctus David rex loquitur: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Et rursus: Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis. Et Ieremias testatur: Maledictus qui facit opus dei fraudulenter, id est, sine debita reuerentia & amore. Fraudem quippe committit qui alicui subtrahit sua, uel ei non soluit quod obligatur. Deum autem totis praecordijs super omnia diligere ac uenerari tenemur. Ideo quod non agit hoc, sed in opere dei est sine cordiali affectu & irreuerenter se habet, maledictus censet. Quamotomagus qui opus dei penitus negligit & omittit: Hinc sine omni aedia & pigritia deo semper ministrare conemur cum diligentia summa. Vnde Leo Papa differuit: O impudens homo, milia milium angelorum deo ministrant, & decies milia centena milia ei assistunt, & tu negligenter te habes, atque in eius obsequio federe praesumis? Scito quia non dormitibus nec otio desidians torpētibus aeterna conceditur beatitudo. Hinc personae nobiles discant & assuefactae mane consurgere, matutinali officio interesse: & quantum durat celebrationes Missarum, in ecclesia perseverare: fermocinationes & caeteras horas diei deuote audire, quantum occupationes eorum permittunt. Nec inde facilliter se excusent, quia & Carolus rex & sanctus Ludouicus rex Franciae, multique alij illustrissimi ac potentissimi principes ita egerunt. Postremo, quam indefinenter, uigilanter ac feruide oporteat uerba dei &

Ambrosius.

Franciscus sanctus.

Iob 28.

Psalmus.
Ieremias.

Mar. 22
Marc. 12

Daniel. 8

eius

Deute.4

Deute.6

Luc.18

Matt.15

Deut.4

Ecl.15

Proverb.28

Orationis en-
somium.

Rom.8

A.1.10

Mar.7

Mar.4

Mat.7

Luc.6

Mat.6

Luc.11

Tobie.4

Iob.33

Iob.31

Iob.31

Bona temporalia
quod propria seu
coia dicantur.

eius mandata recolere ac implere, constat ex hoc quod ipse per Moysen dixit: Custodi te metipsum & animam tuam sollicite, ne obliuiscaris uerborum domini dei tui, & non exci-
dant de corde tuo cunctis diebus uitae tuae. Et rursum: Erunt uerba domini in corde tuo, &
narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dor-
miens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque & mouebuntur inter
oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuae.

Articulus XXVII. Qualiter habere se debet homo in orando.

Christus in euangelio loquitur: Oportet semper orare & non deficere. Et hoc ideo,
quoniam indefinenter proni sumus ad uitia, iccirco in digemus incessanter con-
seruari a deo. Et undique impugnamur, tenemur, atque in medio paruulorum & la-
queorum ac inuisibilium inimicorum uersamur. Propter quod omni puncto ne-
cessaria nobis est gratiosa confortatio atque praesentia dei piissima. Porro, quod reuerenter, attē-
te, timorare & feruide debeamus deum sanctum uiuum & uerum inuocare, considerare de-
bemus ex hoc, quod tam defectiuos, uitiosos ac fragiles sumus, quod tam grauius & frequenter deum
offendimus, & quoniam tot & tantis periculis sumus expositi & uallati, & quia nescimus die
neque horam ex hoc quoque, quod deus quem inuocamus, est tam infinitae dignitatis, sanctita-
tis ac honorabilitatis. Ecce qui terrenum regem aut principem offenderunt, & eius iudicio
praesentantur, quantum humiliant se, quod feruētissime & humilime ueniam deprecantur, dum-
modo habeant spem aliquam euadendi. Et hoc faciunt temporalis mortis timore. Nos ergo
qui toties aeternam damnationem meruimus, cum quanta humiliatione & seruitute, cum qua-
to feruore & contritione, cum quanta attentione, deum & inuocamus atque formidine deum orare &
inuocare debemus? Hinc sanctus Moyses dixit: Cum quaeris dominum deum tuum, in-
uenies eum, si tamen toto corde quaeris eum & tota tribulatione animae tuae. Sapiens quoque
ait: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Qui autem sic orat ore, quod mente uagatur, nec
dei maiestatem attendit, nec sensum uerborum aduertit, potius aspernari quam exaudiri a deo
meretur. De eo etiam qui non obedit diuinis praecipitis, ait scriptura: Qui auertit aures sua-
ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Denique, homo orare debet non solum pro se, sed
& pro communi bono totius ecclesiae, pro amicis & inimicis, pro uiuis ac mortuis. Speciali-
ter quoque pro suis parentibus, propinquis, committis & benefactoribus. Postremo, quod sancta
actio, quod salubris occupatio extet oratio, & quod libenter & indefinenter debeamus orationi ua-
care, patet ex uerbis Augustini, dicentis: Oratio est orantis subsidium, angelio sancto sola-
tium, diabolo supplicium, deo sacrificium.

Articulus XXVIII. Quod personae nobiles debeant ad opera misericordiae
esse prouae ac liberales.

Adomnem Christianum misericordia & pietas specialiter pertinent, maxime au-
tem ad personas nobiles ac potentes, quae et in communi usu loquendi commu-
niter gratiose uocantur, et libenter audiunt se ita uocari. Denique, misericordia dei
omnes egerunt: et tam superiores quam inferiores communem dominum et iudicem
summum habent in caelis, qui sine personarum acceptione iudicat uniuersos: unicuique quoque
remittit ea mensura, qua mensus est proximis suis. Hinc filius dei compendiosissimam de-
monstrauit uiam pertingendi ad regnum caelorum: Beati (inquiens) misericordes, quoniam
ipsi misericordiam consequuntur. Et iterum ait: Omni petenti te tribue. Itemque, Quod su-
perest, id est, quod superfluit uobis, date elemosynam. Debet autem unusquisque misericor-
diae opera tam spiritualia quam corporalia exercere secundum suam possibilitatem, & iuxta sua
rum affluentiam facultatum, prout uenerabilis ille Tobias suum edocuit filium, dicens: Quo-
modo poteris, ita esto misericors: Si multum tibi fuerit, multum tribue: si parum habueris,
etiam modicum libenter impartiri pauperibus stude. Noli auertere faciem tuam ab illo pau-
pere. Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies dei. Diuites ergo, nobiles & potentes pauperi-
bus pie & liberaliter sua communicent bona, non solum frustum panis aut ciborum reli-
quias tribuendo, sed & nudos (id est, male uestitos) uestiendo, peregrinos ac inopes hospiti-
tibus consulendo, iniuriantibus ignoscendo: sicque reliqua misericordiae opera spiritualia ac
corporalia adimplendo, sicut sanctus Iob & Tobias se fecisse testatur. Etenim sanctus Iob,
Foris, inquit, non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Praeterea hoc diuitibus
diligentissime est pensandum, quod quamuis temporalia bona sint propria possidentis, quoad
proprietaem & titulum possidendi, tamen quantum ad usum debent esse communia, & com-
municanda

munificanda sunt illis qui indigent. Quibus si denegetur id quod possidentibus superest, con-
siderato eorum statu atque grauiamine, furum est & rapina, prout sanctus Thomas declarat.
Hinc dominus & saluator thesaurizatione prohibuit. Et sanctus Basilius, Si fateris, ait, tem-
poralia bona tibi diuinitus prouenisse, an iniustus est deus inaequaliter res nobis distribu-
ens? Cur tu abundas & ille mendicat, nisi ut tu bonae erogationis merita consequaris, ille ue-
ro patienter brauijs decoretur? Famelici panis est quem tu tenes, nudi tunica quam in tuo con-
clau conseruas, discalceati calceus qui penes te marcescit, indigentis argentum quod possi-
des inhumatum. Iccirco tot hominibus iniuriaris, quot communicare potes nec facis. Haec
eadem dicit sanctus Ambrosius. Postremo, mulieres communiter naturaliterque sunt com-
passiuae & misericordes propter cordis sui molliem ideo specialiter spectat ad eas, ut to-
to cordis affectu actibus misericordiae sint intentae. Nobiles quoque foeminae suos maritos
seu fratres aut consanguineos, apud quos audientiam habent, debent omni modo eis possi-
bili ad misericordiam incitare, praesertim ne exactionibus aut immoderatis obsequijs, aut
alio modo grauent subditos suos, & ne opprimant impotentiores, nec pauperibus sine ne-
cessaria & rationabili causa molesti sint. Veruntamen compassio circa reos & morte dignos
est moderanda: quia frequenter requirit iustitiam, ut tales debite puniantur, quatenus pax co-
munis conseruetur. O quantum complacuerunt deo altissimo multae nobilissimae foeminae
per praefata opera misericordiae, ut sancta Elizabeth, sancta Otilia, multaeque aliae, quae &
proprijs manibus seruiuerunt pauperibus quae exempla sequi debent uirginis & matro-
nae illustres, & ea quae in ornatum ac uestitum superflue pretiosum, curiosum, multiplica-
tum & scandalizatum conuertuntur ad superbia ac fatuis, conuertere debent in opera pie-
tatis atque in elemosynas pauperum. Ait namque sanctus Hieronymus: Non memini male mor-
tuum eum, qui libenter opera pietatis exercuit, habet enim multos intercessores, & impos-
sibile est preces multorum non exaudiri. Ideo ait saluator: Facite uobis amicos de mamona
iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in aeterna tabernacula. Sed ut opera ista mis-
ericordiae coplaceant deo, ac meritoria sint agere, ualde necesse est ut sit recta intentio, omnisque
uana humanae laudis affectio penitus excludatur: omnis quoque gloriatio fatua in seipso omni-
no uideatur, quatenus opera illa bona ex uirtuosa radice, hoc est, ex uera charitate, pietate &
humilitate procedant & faciens ea, in corde suo praerponat sibi pauperes quibus largitur,
& tanquam patronos ac intercessores deique pueros reputet eos, & petat ut orent pro se. Hinc
quippe praecipit Christus: Cum facis elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

Articulus XXIX. De cordiali & quotidiana recordatione passionis domini nostri Iesu Christi.

Sunigenitus filius alicuius regis principis uel terreni, dedisset seipsum ex uoluntate
patris sui in morte pro redemptione seruorum & subditorum suorum a morte temporali, quan-
tum rex aut princeps ille indignaretur seruis & subditis suis, si eos uideret sibi aut fi-
lio suo ingratos, rebelles aut beneficii tanti immemores: quanto magis pater ille coe-
lestis omnipotens iuste & intolerabiliter indignabitur nobis, si uiderit nos sibi ac unigenito
suo ingratos & inobedientes, passionis uel filij sui immemores: Quoniam ipse filius dei sua acer-
bissima & ignominiosissima passione & morte redemit nos a morte aeterna, atque ad coelestem
haereditatem beatitudinemque perfectam nos reparauit. Tenet igitur quilibet Christianus grata
mente frequenter recolere & pensare, quae, quanta & qualia unigenitus patris aeterni pro no-
stra salute assumpsit, fecit ac tolerauit, & qualiter pater omnipotens proprio filio non pep-
cit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, & hoc ex mera dilectione & pietate sua ad nos, quem
admodum sanctus euangelista Iohannes testatur: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unige-
nitum daret. Magna ingratitudo est non recognoscere beneficia data, nec ea perperdere, sed
oblisci. Similiter, grauis ingratitudo est non rependere uicem benefactori pro posse. Maxima
uero ingratitudo est, mala pro bonis rependere, ut Seneca ait. Ideo ait Bernardus: Nihil gra-
tius potest beneficii rependere, quam si accipies gratum habuerit quod sibi gratis donat. Iccirco ipsi
tui gratum (id est, spiritui sancto) contumeliam facit, quod beneficii dantis grata mente non suscipit.
Chrysostomus quoque, Optima, inquit, beneficiorum custos est ipsa beneficiorum memoria, & gratiarum a-
ctio charitativa. Porro, inter omnia beneficia Christi praecipuum est, quod pro salute nostra dignatus
est amarissimum crucis supplicium pati. Ideo totam Christi passionem debemus cordibus nostris fir-
missime in delebiliter imprimere, & memorie nostrae inscribere, atque quidem ea ad minus fe-
mel diligenter & amorose cum interna compassione recolere, ac si praesentialiter conspice-
remus dominum nostrum Iesum Christum propter nos comprehendit, ligari, conspuum, irri-
deri & percuti, accusari, diudicari, columnae alligari & usque ad costas patefactione crucis de-
rissime flagellari: deinde spinis coronari, arundine caedi, atque ad mortem duci baiulantem
propria

Mat.6

Hieronymus.

Luca.15

Mat.6

Apo.1

Rom.6

Iohan.8

Chrysostomus.

Apo. 19

Gregorius.

Isaie. 53

Lucae 23

Augustinus.

propriam crucem: deinde clavis magnis cum inestimabili poena perfodi, crucifigi & videri
 lentissime distrahi: sicq; in tanto dolore in cruce pendentem, & suae dilectissimae matris
 me compatientem, eamq; discipulo commendantem. In huius meditatione debemus atten-
 dere, quis, qualis & quantus sit qui omnia ista pro nobis sustinuit, ut pura & tpe sit uere
 deus & uerus homo in unitate personae: & quinnocentissimus, mitissimus, sanctissimus uita
 q; etiam fuit rex regum & dominus uniuersorum. Hanc domini nostri passionem recorda-
 ri debemus primo ad recognoscendum beneficia ipsius, secundo ad regretandum eidem,
 tertio ad imitandum eum pro posse, quarto ad considerandum ac imitandum uirtutes, quas
 Christus in sua passione monstrauit ac docuit, quinto ad admirandum q; filius dei dignatus
 est tanta pati pro nobis, sexto ut ex consideratione omnium horum accedamus amore ipsius, et
 ita mes nostra iugiter in Christo quiescat. Quotidie ergo Christo regretamur pro uniuersis
 beneficiis eius, specialiter q; tanta pro nobis pati dignatus est, & passionem ipsius pro ui-
 ribus imitemur, aduersitates & tribulationes amore ipsius sustinendo cum gaudio, quia ut
 ait Gregorius: Nihil tam graue est quod non aequanimiter toleret, si passio Christi ad me-
 moriam reuocetur. Consideremus quoq; q; patetissime, mansuetissime, humilime, constan-
 tissime & affectuosissime dominus noster in tota sua se habuerit passione: quia cum maledi-
 ceretur, non remaledicebatur: cum pateretur, non cominabatur: sed tanq; ouis ad occisionem
 ductus est, & tanq; agnus coram tondente obmutuit: imo fixus in cruce & inestimabilibus
 plenus doloribus, pro suis crudelissimis crucifixoribus exorauit, & eos quantum potuit ex-
 cusauit, dicendo: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. In his ergo uirtutibus, quas
 in Christi passione quasi in libro legimus & pensamus, hoc est, in uera & stabili patientia, in
 mansuetudine sancta, in profunda humilitate, in uirtuosa constantia, praesertim in pura &
 insuperabili charitate, dominum Iesum inseparabiliter sectemur. Deniq; ista dominice passio-
 nis quotidiana & praecordialis attentio, tanto plus necessaria est nobilibus excellentibusq;
 personis, quanto plus solent esse procliuus ad elationem, iram & impatientiam atq; ad inimi-
 corum suorum rancorem. Attendamus diligenter quod admonet Augustinus: Inspice uul-
 nera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices resurgentis: Caput ha-
 bet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexan-
 dum, totum corpus expostum ad redimendum. Haec quanta sunt cogita, haec in statera cor-
 dis tui appende, ut totus tibi figuratur in corde, qui totus pro te fuit fixus in cruce. Hinc Chri-
 stus ait ad quemlibet nostrum: O homo, uide quae pro te patior: non est dolor sicut quo cruci-
 ator, ad te clamo qui pro te morior. Vide poenas quibus afficior, uide clauos quibus confor-
 dior. Et cum tantus sit dolor exterior, intus ramen plandus est grauior, dum te tam ingra-
 tum experior. Itaq; in omni tentatione statim ad meditationem passionis dominice recur-
 ramus. Si de superbia, impatientia, ira, rancore, acedia aut concupiscentia carnali impugna-
 mur, mox Christi praefatam passionem, patientiam, mansuetudinem, humilitatem, charita-
 tem, constantiam intueamur & sequi conemur. Non est seruus maior domino suo, nec di-
 gnus est Christianus uocari, qui non fatagit Christum in praenominatis uirtutibus imitari.

Articulus XXX. De generalibus remedijs contra omnes tentationes.

Quemadmodum per superbiam & praesumptionem meretur homo a deo relin-
 qui ac tentationibus superari, sic per humilitatem & timorem dei meretur adiu-
 uari a deo, & eius auxilio in tentationibus praualere. Ideo primum in omni tenta-
 tione remedium est, seipsum in omnibus humiliare, & nihil de seipso praesume-
 re, sed in solo confidere deo. Hinc princeps apostolorum hortatur: Humiliamini sub potestati
 manu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Salomon quoq; haec inquit, fiduciam in
 domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiae tuae. Secundum remedium est, deum
 in stater ac feruide inuocare. Idcirco Christus dixit discipulis: Vigilate & orate, ut non in-
 tretis in tentationem. Et dominus ait in Psalmo: Inuoca me in die tribulationis, et uiam te &
 honorificabis me. Tertium remedium est dominicae passionis diligens recordatio, prout
 praecedenti est expressum articulo, Ideo loquitur Augustinus: Sicut filij Israel aspiciendo
 serpentem aeneum a Moysse factum & eleuatum, sanabantur a moribus & laesionibus igneo-
 rum serpentum: ita qui Christi passionem fideliter intuentur, sanantur a uulneribus uitio-
 rum. Quartum est assidua meditatio mortis & incertitudinis horae ipsius. Hinc ait saluator: Vi-
 gilate, nescitis enim quando dominus ueniat, sero an media nocte, an galli cantu, an manet
 ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Videte, uigilate & orate. Quintum est fre-
 quens consideratio diuini iudicij, tam particularis quod fit in morte uniuersuiusq; quam
 uniuersae

1. Pet. 4
Prouer. 3.

Matt. 26
Psal. 49

Nume. 21

Matt. 26

uniuersalis quod fiet in fine mundi. Hinc ait Hieronymus: Quoties diem illum considero,
 toto corpore contremisco. Siue enim comedo, siue bibo, siue aliquid aliud facio, semper ui-
 derur mihi tuba illa terribilis sonare in auribus meis: Surge mortui, uenite ad iudicium. Gre-
 gorius quoq; locutus est: Ita praesentis temporis est agenda laetitia, ut amaritudo & rigor diu-
 ni iudicij nunq; recedant a nostra memoria. Vnde ad insinuandum terribilitatem diuini iudicij
 sanctus Iob dixit deo: Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, & abscondas me donec
 pertrascat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Sextum est infernalium
 consideratio tormentorum, quos diligens intuitio omnem potest uanitate, uoluptate & tenta-
 tione expellere. Quis enim ueller pro toto mundo per unum diem nudo corpore in ardenti for-
 nace iacere? Ideo nimis durus & stolidus est, quem saltem terror infernalium suppliciorum non re-
 primit a peccatis. Septimum est, ante tentationem ad tentationem se praeparare, sicut ait scrip-
 tura: Fili, accedens ad seruitutem dei sta in timore, & praepara animam tuam ad tentationem. Octauum
 est, occasiones tentationum uitare, uidelicet locum, alioquin, aspectum, munuscula. Et si quis tenta-
 tur carnali concupiscentia, statim auertat se ab imaginatione, cogitatione & memoria uel
 aspectu personae de qua tentatur, & rerum uenerarum, seque conuertat ad considerationem domi-
 nicae passionis, aliasq; rerum nunc praetactarum. Nonum est, diuinam maiestatis praesentiam omnia
 intuentem attendere. Magna namq; necessitas nobis est bene agendi, quonia ante oculos iudi-
 cis omnia intuetis omnia agimus. Decimum est, uirginem gloriosam, angelum proprium & sanctos
 magis dilectos, in quibus maior habetur fiducia, inuocare. Vndecimum est, sapienter attendere
 q; gloriose coronentur in caelis, qui tentationes uincunt in terris. Praeterea, personis nobilibus,
 excellentibus atq; diuitibus tanto plus necessarium est ista tentationum remedia scire & ad ea
 confugere, seque exercere in eis, quanto acrius ac frequentius solent tentari: quia praeter ceteris
 abundat diuitijs, delicijs, honoribus, amoenitate locorum, uarietatibus obiectorum, periculis
 coortis, lautis coenarijs, nec facilliter increpant, imo multi eis danabiliter blandiuntur: quae
 omnia sunt incitamenta peccandi, & occasiones tentationum. Talibus ergo hominibus necesse est,
 ut tanto fortius praetacta remedia tentationibus renitent, quanto frequentius intus suisq; tentantur.

Articulus XXXI. Quod uirtutes morales ualde necessariae sint nobilibus atq; magnatibus.

Virtutes morales uocant, per quas refrenant ac moderant passiones, id est, motus
 & affectiones sensitiui appetitus in nobis, quem oportet rationi ac rationabili subij-
 ci uoluntati, ut non afficiat, nec gaudeat, nec contristet, nec appetat, nec timeat, nec
 irascatur, nisi secundum quod recta ratio dicitur & sacra docet scriptura. Indigent ergo
 nobiles & magnates patientia magna, per quam tristitia reprimatur in aduersis. Nam multa solent
 eis occurrere, ex quibus facilliter conturbantur & immoderate tristant, nisi uirtute patientiae
 sint armati. Sic quoq; indigent mititate, per quam reprimant iram, ne subditis & familiaribus suis fa-
 cilliter aut irrationabiliter irascantur aut nimis intensesne etiam iniuriam eis ab aduersarijs
 irrogata, inordinate aut excessiue ulcisci desiderent, imo uniuersi qui alijs praesunt, ualde
 specialiter indigent patientia ac mititate, ne per iram & impatientiam excaecati errent in iu-
 dicando, deuenit in regendo, & in uindicando excedant. Praeterea, quia in apparatus & lau-
 ticinijs ciborum potuumq; abundant, indigent sobrietate: & quia ad uoluptates sunt proni, ca-
 stitas eis est necessaria uehementer. Indigent quoq; liberalitate, per quam tam auaritia q; pro-
 digalitate deuitent: & magnificentia, per quam in sumptibus feruent mensura. Porro, prudē-
 tia quae perficit rationem, tanto copiosior eis est opportuna, quo plura & maiora habet dispo-
 nere, & quo pluribus praesidet. Iustitia quoq; quae rectificat uoluntatem, praecipue est necessaria
 eis, ut reddant unicuique quod ei debet, & sine acceptione iudicet personarum, nec aliquem per-
 sequantur iniuste.

Articulus XXXII. De moribus foeminarum.

Mores foeminae partim laudabiles sunt & partim uituperabiles. Primo namq; in
 eis laudabile est, praesertim in uirginibus, q; communiter ex sua natura sunt uere-
 cundae ac timidae. Per quod uiuant multa peccata, imo, ut Climachus ait: Nisi crea-
 tor omnipotens uerecundiam & timorem foeminis naturaliter indidisset, uix quisq;
 uirore euaderet. Deinde in foeminis laudabile est, q; naturaliter & communiter sunt miser-
 cordes, copiosae & pronae ad lachrymas, quod contingit ex mollitie complexionis earum & te-
 neritudine cordis: & etiam quonia timidae sunt, suspicantur sibi posse aliquid tale contingere
 quale defert in alijs. Tertio in eis laudabile est, q; naturaliter pronae sunt ad deuotionem &
 compunctionem, quod ex mollitie & teneritudine cordis earum contingit. Idcirco sanctus Grego-
 rius in antiphona ait ad uirginem gloriosam: Intercede pro deuoto foemineo sexu. Quarto,
 q; com

Hieronymus.

Gregorius.

Virtutes morales.

Iaco. 2

Io. Climach. 2.

q̄ communiter sunt humiliores q̄ uiri quia sexus muliebris est sexus subiectionis, & apprehendit se tanq̄ aliquid imperfectū. Mores autē eaz̄ uituperabiles, sunt infabilitas cordis, & q̄ facilliter consentiūt passionibus, id est, motibus desiderioꝝ & irā atq; tristitia: qm̄ ratio est in eis cōmuniter debilior q̄ in uiris. Et q̄ pusillanimes sunt, propter quod facilliter eis apparet, q̄ contēnant uel minus debite honorent, & propter res paruas turbant ac contumescant. Hinc quoq; consequit̄, q̄ cōmuniter cupidā sunt laudis atq; honoris. Sunt itē pronā ad loquacitates & contētionē. Deniq; quales sunt, tales sunt nimis. Quā enim naturaliter piā & mites sunt, sunt ualde piā & mites: quā uero crudeles & iracūda existunt, sunt ualde crudeles & iracūda. Propter quod ait scriptura: Non est ira super irā mulieris. Nā propter rationis debilitatē & defectū sapientiā, non bene sciunt se refrenare. Hęc tango, nō q̄ in omnibus mulieribus ita sit, imo aliquē etiā naturali dispositione uirtu prudētiores & uirtuosiores q̄ uiri multi, & præsertim per donā gratiā plures foeminae uirtus excedunt in bonitate & sapientiā salutari, sed ideo tango hęc, ut mulier nobilis bene perpendat proprios mores: & quicquid boni in se est, studeat per gratiā dei ac per uirtutes perficere: quicquid uero mali in se cōpererit, extirpare conet. Postremo & hoc in mulieribus cōmuniter inueniunt, q̄ nō bene sciūt secreta tacere. Propter q̄d cōsulit uiris ne secreta sua ipis reuelēt in hoc ergo mulieres emēdēt se, q̄ reuelatio secretōꝝ, est sæpe ualde periculosa: sc̄p̄ mortale peccatū, reuelare q̄d in secreto acceptū est, id est, sub fide & cū obligatiōe celandi. Propter q̄d in Ecclesiastico scriptū est: Qui denudat arcana amici, perdit fidē. Denudare amicū mysteria, desperatio est animæ infelicis. Et rursus: Ei qui reuelat secreta, ne commiscearis.

Ecclesi. 25

Ecclesi. 27
Proverb. 20

Articulus XXIII. De statu & castimonia uirginali.

Virginitas in nouo testamento præcipue commendatur: quia lex dñi nostri Iesu Christi est lex maxime spiritalis, diuina, perfecta, docens hominē in carne angelicā ducere uitā, & soli deo per contēplationē ac dilectionē seruente uacare mentē libera, pura & quietā: qua conuersatione angelica ac diuina, multū impedit status coniugalis propter diuersa quæ matrimonio sunt annexa, ut sequenti tangetur articulo. Itaq; uirginitas primo cōmendatur, quoniā dñs noster Iesus Christus hęc in seipso cōsecrauit, elegit & conseruauit, atq; in sua electissima matre, quia de uirgine nasci elegit. Secundo, quia per uirginitatē homines angelis conformant, prout sanctus testat̄ Ambrosius: Super greditur uirginitas conditionē humanæ naturę, per quā homines angelis assimilantur. Maior tamen est uictoria uirginū q̄ angelōꝝ: quoniā angeli sine carne uiuūt, uirginę uero in carne triūphant. Tertio, quia per uirginitatis uirtutē homo potissime superat propriū corpus & concupiscentias suis ipsius. Quarto, quia difficile est uirginitatē inuolūtā seruare: & quāto delectationes carnis sunt naturaliores & intensiores, tanto uirtuosus est eas sibi ipsi propter deū totaliter abscindere & negare. Hinc uirginitati debet aureola, quæ est præmiū speciale & accidentale & honor quidā præcipuus, quę dant uirginibus in regno cęlesti pro inuictis & laboriosis uirginitatis triūphantis. Quinto, qm̄ castimonia uirginalis est decus mētis & corporis, atq; ingenitę uerecūdię custos & innocentię cōseruatricis, sicut luxuria corpus & animā inqnat, uerecūdiā tollit atq; diuersa parit peccata. Sexto, quia de uirginibus specialiter legit̄ & cantat, q̄ sequunt̄ agnā dei dñm Iesum q̄cunq; ierit. Sunt autē & alia multa ad uirginitatis præconia excellentiāq; spectantia. Sed & uirgines speciale merent̄ illuminationē, copiosamq; consolationē à spiritu sancto, si tamen in uera humilitate fundauerint se, omni uanitate & leuitate exclusa. Non em̄ ad uerā uirginitatē sufficit integritas seu incorruptio corporis, sed & requirit̄ castus affectus & firmū puritatis propositū. Præcipue quoq; uirginibus est uitāda omnis elatio, omnis discursio, omnis audacia & otii prauū. Ait namq; lingua ecclesię sapientissimus Augustinus: Quid prodest integritas corporis mente corrupta? Melius est humilē coniugium q̄ superba uirginitas. Et itē ait: Virgo deuota primo debet uitare strepitus inquietos & platearū frequentia, atq; in domo operi lanificio aut lectiōni diuinę seu orationi insistere. Hinc ait Hieronymus: Uirginitas sanctitate ornatur, & gradum sortitur perfectum. De tali uirginitate loquitur Cyprianus martyr, doctor & præful illustris: Uirginitas soror est angelorum, uictoria libidinum, regina uirtutū, possessio uniuersorum honorū. Præterea, quid ad uirgines spectet, docet Augustinus dicēdo: Virgo nec sermonis iactantia, nec diuitiū, nec generis nobilitatis se debet extollere, sed iugiter laborare ut in humilitate possit semper deo placere. Virgo nec ornatu capitis, ne habitu comæ, nec erectis lætissiq; oculis, sed ceruice ac uultu in terram inclinatim procedat, ne iuuenum aut uirorum in se accendat amores, sic que alijs causa perditionis existat.

Luc. 1
Mat. 1

Apo. 14

Cyprianus.

Virgo

Virgo ab omni inuerecundo sermone & dissoluto risu debet penitus abstinere, & discipulina atq; silentio uitam suam ornare. Quæ enim loquax est & superflue curiosa, indigna est uirgo uocari, cum sit mente corrupta. Præterea ad conseruandam uirginitatē ualent sobrietas cibi & potus, raritas & modestia in loquendo, asper uestitus, occupatio semper honesta, custodia sensuum, uitatio opportunitatis seu occasiōni fornicationis, ut sunt priuata presentia, secretum colloquium, amatoriarū literarū, munusculorum susceptio, & alia quædam.

Articulus XXXIII. De statu & continentia coniugali.

Licet uirginitas tam excellenter (ut dictū est) cōmendetur, matrimoniu tamen nō uituperatur imo & collaudatur, sed minus q̄ sacra uirginitas. Hinc sanctus Bernardus sapienter locutus est: Vinā qui cōtinere nō ualent, se matrimonio darent ne urerent. Est et procul dubio melius nubere q̄ uri, & saluari in humili gradu q̄ alium de uel in statu sublimiori perire. Quamuis autem præclarior uictoriosusq; consistat, q̄ nobiles puellæ, diuitijs, honoribus atq; familijs abundantes, in uirginitate permaneant religio nem ue intrent, interdum tamen plures rationabiles causæ nubendi possunt ei occurrere, q̄ mediocribus pauperculisq; puellis. Causę enim generales nubendi, sunt procreatio prolis ad dei obsequium educandę, conseruatio speciei humanæ, instauratio ruine angelicę, uita tio in continentię, obsequium mutuum in procuratione necessariorū, amicitij quoq; augmentum. Porro speciale causę nubendi, sunt inimicorū recōciliatio, bellorū se datio, cōseruatio successiōis legitime in principatu. Et iste causę speciale magis possunt locū habere in puellis nobilibus filijsq; magnatū. Veruntū propter multa & magna pericula annexa cōiugali nobilitati statui, magis consulendū esset puellis nobilibus in uirginitate manere, & religionē intrare q̄ nubere, dummodo prætractę speciale causę non impedirent. Et quamuis in statu cōiugali possint multa bona efficere, raro tamen & difficulter contingit in tali statu non incidere multa peccata. Est q̄ p̄fandū q̄d ait saluator: Quid proficit homo si lucret uniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? In religione quoq; fieri possunt bona multo maiora. Veruntamen cum mulieres sint frequenter instabiles corde, omnino consulendum est puellis nobilibus, ne sine bona deliberatione firmissimōq; perseuerandi proposito religionem ingrediantur, ne (quod absit) postea cum sui ipsarum & parentū seu cognatorum tuorum confusione egrediantur. Si uero uoluerint nubere, studeant in hoc rectam intentionem habere, ut scilicet propter præfatas rationabiles causas nuptiam, non desiderio uoluptatis, nec curiositate experiendi, quod sæpe putant plus esse q̄ est: nec propter mundanum honorem aut libertatem maiorem, imo sciant & rite perpendat, q̄ utiq; graue subeunt iugum, & seruitutem frequenter durissimā. Nam & uiri magnates sunt sepe fati & plus q̄ fati mirabiles, & conthoribus suis proterui. Et quamuis in principio cōnubij totū sit bonū, pulchra aura, charissima soror, tamen tēpore procedente facili occasione incipiūt eas despiciere, ac tanq̄ ancillas tractare, ne dicā & uerberare. Sicq; frequenter absentant se & coniugale uiolant fidē. Vnde bonę & nobiles coniuges non mediocriter contristant: intantum, q̄ interdū ægritudine incidunt corporale. Ideo nobilis uirgo nequa q̄ ad coniugium incaure aspiret. Deniq; de coniugatis ait Apostolus: Tribulationē carnis habebunt huiusmodi. Et cur diuinus sapientissimusq; Apostolus non dixit, Delectationē carnis habebūt, nisi q̄ sciuit matrimonio maiores afflictiones q̄ delicias esse annexas? Itaq; cū magnū dei donum sit habere uirū rationabile & concordē, pacificū & modestū, sollicita sit uirgo nobilis acnuptura, ut nō nisi tali doneat uiro, & de hoc admoneat suos. Prouidentū est quoq; ut matrimonio sociam non multū distent ætate aut parentela, quāuis hoc semper obseruari non queat, imo interdū non congruat. Insuper, sicut matrimonium non est cōtrahendum nisi ob causas honestas prætractas, ita nec coniugati se inuicem debent cognoscere, nisi ob causas easdem, præsertim desiderio prolis educandę ad cultum dei, uel ob incōtinentiam in conthorali uitandam, aut causa reddēdi debitum carnis. Ad coniugatam uero pertinet, maritum diligere, familiam regere gubernareq; domum quantum ad suum pertinet statū honorare socros & seipsam in omnibus irreprehensibilem exhibere, imo & alia multa, quę tamen comprehendī possunt in eo, quod dictum est, irreprehensibile se exhibere. Postremo sicut cōnubio interdum coniungitur grande incommodum ex parte mariti, uidelicet zelotypiæ malum, ita ex parte uxoris quandoq; annectitur multiplex tædiū ex suspiciōibus, curiositatibus, loquacitatibusq; femineis, propter q̄d Theophrastus philosophus scripsit in libro de nuptijs: Non est uxor sapienti ducenda. Primo, quoniam philosophiā impedit studia, nec potest quicquā libris & uxori pariter deseruire. Multa quoq; matrimonij uisibus

1 Cor. 7

Generales nubendi causę.

Speciales.

Mat. 16
Marc. 6
Luc. 9

1 Cor. 7

Eph. 6

Theophrastus

necessaria esse uidentur, deinde uxor per totas noctes introducit garrulas quaestiones, illa (inquiens) ornator procedit in publicū, haec honoratur ab omnibus: ego misera in conuentu foeminae despicio. Cur aspiciebas uicinam? quid cum ancilla loquebaris? de foro rediens quid attulisti? Amorem alterius suspicatur odium sui.

Articulus XXXV. De spiritali profectu in cognitione & contemplatione dei.

VEra, plena & aeterna beatitudo nostra in clara & fructuosa omnipotentis dei contemplatione consistit, secundū quod unigenitus patris aeterni in euāgelio ait ad patrem: Haec est uita aeterna, ut cognoscant te uerē deū, & quē misisti Iesum Christum. Iccirco debemus in uita praesenti conari ad appropinquandū aeternae beatitudini illi: hoc est, ad proficiendū in salutari & affectuua dei cognitione, cū ipse dñs per Ieremiā dicat propheta: In hoc glorietur q̄ gloriat̄, scire & nosse me. Vnde & sanctus euāgelista Iohānes, Scimus, inquit, quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum ut cognoscamus deū uerē. Deniq̄, sicut prehabitu est, charitas dei est uirtus uirtutum, & ad eius profectū ac perfectionē debemus ordinare omnia exercitia nostra & opera. Nemo autē potest diligere qd̄ profusus ignorat. Iccirco ad hoc qd̄ deū toto corde diligamus, necesse est ut eū aliquo modo noscamus, imo & cū aliqua speciali illuminatione. Et quanto plus in eius cognitione proficimus, tanto ceteris paribus aptiores efficiamur ad hoc, qd̄ eius accēdamur amore, & in amoris eius perfectione crescāmus. Sed circa hoc aliquis admirari potest & quaerere, quia si ita est, quomodo potest accidere qd̄ aliqui idiotae in uerediti ac simplices tam sincere ac feruēte diligunt deū, a cuius dilectiōe multi doctores & eruditi tam longe sunt? Et respondendū, qd̄ nunc loquor de cognitione dei quae est actus fidei formatae, id est, per bona opera decoratae ac doni sapientiae, quae non sunt nisi in bonis & uirtuosis hominibus. Et tamen cognitio dei quae habetur ex naturali ratione & studio, quantum in se est, disponit ad dei amorē & sanctae dilectionis profectum. Sed aliunde potest impediri a tali actu, uidelicet ex elatione aut carnali concupiscentia seu alio uitio. Praeterea, ad hoc qd̄ aliquis uere & meritorie diligat deum, oportet qd̄ ad minus credat aut sciat, qd̄ deus gloriosus sit primum: & summum bonū, ensq̄ omnino perfectum, omnipotens & aeternū, a quo caetera omnia profuxerunt & sunt ac habent quicquid sunt & habent. Istud in quaerente necesse est agnoscere uniuersos qui deum ueraciter diligunt: sed quale sit ens illud, hoc est, an sit penitus immaterialis, an materiale in sua natura, omnes non sciunt explicitē: necesse tamen est ut omnes sint dispositi ad credendum explicitē, qd̄ deus in sua deitatis natura sit maxime simplex & penitus immaterialis, cum hoc eis praedicatur siue proponitur. Quia haereticum esset asserere, qd̄ deus in propria sua natura sit ens materiale aut corporale, aut lineamenta seu membra uel circūscriptibilem habēs figurā. Qui ergo uult aliquam perfectiorem cognitionem de deo habere, oportet qd̄ eleuet intellectum suum super omnia materialia & sensibilia ac corporalia entia: imo homo non potest propriam animam suam cognoscere, nisi eleuet cōsiderationem suam supra omnia entia talia, cum anima hominis sit simplex immaterialisq̄ spiritus, qui in sua natura non est extensue magnus aut paruus, albus aut niger, aut aliquo modo coloratus, uel calidus, frigidus, sicq̄ aut humidus: sed est simplex forma & immaterialis essentia, dignior omni corporea creatura. Angelus uero simplicior digniorq̄ consistit quam anima: Deus uero uniuersis angelicis spiritibus est infinite & incomparabiliter immaterialior, simplicior atq̄ praestantior. Et quoniam deus est ens in seipso omnino perfectum, ideo quicquid perfectionis & excellentiae excogitari potest, hoc conuenit deo, & est in deo, & est ipsemet deus excelsus & adorandus. Ideo deus est ens infinitae pulchritudinis, immensae dulcedinis, cuius potestas finem non habet, & beatitudinis eius nullus est finis. Sic quoque nullus est finis sapientiae & opulentiae eius, nec ulla mensura est sanctitatis, pietatis siue iustitiae eius. Et omnia ista sunt unum & idem in deo: imo ipse super beatissimus deus est omnia ista cum perfectione, simplicitate & excellentia penitus infinita, ita quod deus inuariabilis, sanctus & immortalis est pulchritudo immensa, dulcedo interminata, in circūscriptibilis uirtus, sapientia, beatitudo, pietas, iustitia penitus infinita. Et ipse gaudet aeternaliter in seipso gaudio tanto, qd̄ magnitudo gaudij sui caret omni mensura & fine. Deniq̄, deus est naturaliter pure & incomprehensibiliter bonus, amabilis & desiderabilis, & eius natura est bonitas pura, ueritas aeterna, unitas simplicissima. Ecce quam amabilis & superamabilis, supergratiosus, deliciosissimus & delectabilissimus est dominus deus noster: ideo uiles, impij & peruersi ac ualde ingrati, atque aeterna damnatione digni sunt, qui res creatas sensibiles & carnales plus amant, quaerunt & cogitant quam deum, &

Iohan. 17.

Iere. 9
Iohan. 3

Mar. 13

deum, & propter eas deum relinquunt, offendunt, obliuiscuntur & grauer in honore. Ideo iustissime deseret & contemnet, aeternaeq̄ obliuioni & condemnationi perpetuae tradet eos. Amplius, deus altissimus, increatus, nulliusq̄ indigens, non solum est unus in essentia, sed etiam trinus in personis, ita qd̄ pater & filius & spiritus sanctus sunt tres aeternae, increatae, uenerandissime & adorandae personae: & tamen sunt unus deus, quia in tribus personis est deitas una & una essentia. Pater autem a nullo est, nec est creatus, nec factus, nec genitus, nec procedens: filius autē a patre aeternaliter natus est natiuitate purissima, immateriali, intellectuali, interna. Tali qd̄ processioe paraclerus spiritus sanctus aeternaliter a patre filioq̄ processit, & unaqueq̄ diuina & increata persona diligit aliam tantū sicut seipsam: hoc est, superardentissimo & infinito amore. Cum infinita quoq̄ & incomprehensibili iucunditate unaqueq̄ aeterna & diuina persona aliam aeternaliter intuetur. Sicq̄ pater aeternus cum infinito gaudio & amore inspicit ac diligit unigenitum superpulcherrimum filium suum, qui est uerbum patris aeternum. Similiter, filius cum infinita letitia & dilectione intuetur & amat patrem suum aeternum. Sed & pater ac filius tam iucunde ac amorose intuentur ac diligunt dulcissimum paraclerum spiritum sanctum. Nec minus delectabiliter & feruenter spiritus sanctus inspicit ac diligit patrem & filium. Haec est uita, beatitudo & gloria domini dei nostri, cuius beatitudini totis precordijs congratulari debemus, & dominum deum toto corde diligere, totis uirtutibus honorare, & indefinenter ei cum omni reuerentia ac feruore seruire, primo & maxime propter propriam & infinitam bonitatem, maiestatem & honorabilitatem ipsius, & cum in uita hac pro posse contemplari modo praetacto, ad honorem & gloriam eius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Directorij de uita nobilium, finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE VITA MILITARI,
PRAEFATIO.



ABORA SICVT BONVS MILES CHRISTI.

Haec sunt uerba Pauli in epistola ad Timotheum. In quibus uerbis sanctus Apostolus hortatur unumquemq̄ fideliter, praesertim praetatum, ad laborandum fortiter atq̄ fideliter in campo saeculi huius: hoc est, in loco & incolatu praesentis exilij, in quo positi sumus tanquam in loco certaminis non parui aut breuis seu modice reputandi, sed plane sicut in loco magni ac diuturni, imo & periculosissimi belli, non solum quotidiani, sed etiam assidui atq̄ indefinenter, durantis ab exordio quo rationi uti incipimus, usq̄ ad extremum uitae huius momentum, quo animas exhalamus & spiritum tradimus. Hinc & antiquus et magnus ille patriarcha ac propheta lob dixit: Militia est uita hominis super terram. Quod potissimum intelligendū est de homine uirtuoso rationem sequente ac creatori suo obediente, qui solus dignus est homine uocari, cum homo sit rationalis creatura: propter quod homo iniustus, irrationabiliter habens se & uitiose conuersans, potius meretur bestia nūcupari quam homo, ut patet ex uerbis apostoli Pauli, dicentis: Si secundum hominem (id est, rationabiliter) ad bestias (id est, contra homines bestiales ac impios) pugnaui, id est disputauim. Nam & Aristoteles uere locutus est, qd̄ sicut homo inter animalia omnia est optimū animal, si ratione regatur, prudentiam ac uirtutes sequendo, sic inter omnia animalia est pessimum animal, si irrationabiliter conuersetur: imo ut rursus idem prudentissimus uniuersorum gentiliū asserit magister: Homo malus decies miles peior ac uilior est brutis. Itaq̄ uita hominis boni, rationalis, uirtuosi, merito appellatur militia super terram: quoniam indefinenter indiget praetari contra hostes suae salutis: hoc est contra aciem uitiorum, contra proprium corpus, refrenando concupiscentias eius, & reprimendo motus propriae sensualitatis ac impetus passionum: contra propriam, improbam atq̄ indomitam uoluntatem: contra mundum, id est, contra uanitates.

2. Timo. 2

Iob. 7

1. Cor. 15

Iob. 7

BBB 3 tates

1. Pet. 3

rates & pompas mundanas; & maxime contra inuisibiles inimicos, qui tanquam leones erigentes circueunt, quærentes quem deuorent, qui sunt malignissimi spiritus, à quibus incessanter tam nequiter, inuidialiter, atrocissime ac multipliciter impugnamur, ut cæterè impugnationes quasi nullius reputationis sint comparatione diabolicarum impugnationum & reutationum illarum. Tantus namq; est rancor & furor demonum contra nos, ut nil aliud querant, nisi ut ab æterna felicitate nos retrahant & infernali damnationi nos secum inuoluant. Ideo contra tam crudelissimos hostes debet unusquisq; fidelis laborare sicut bonus miles CHRISTI, ita ut tanto diligentius & incessabilius clamet & confugiat ad deum creatorem ac regem suum, adhærendo, obsequendoq; ei fideliter, atq; quærèdo iugiter eius honorem, quemadmodum decet militem adhærere ac obedire suo regi & quærere honorem ipsius. Præterea, quamuis omnis fidelis hoc modo debeat esse miles Christi, loquendo de hac spiritali militia, at tamen quidam sunt & esse debent specialiter milites Christi atq; ecclesiæ militia corporali, quæ tamen ad spiritalem finem est ordinanda, ut infra dicitur. Hinc in isto tractatulo breuiter tangã qualis debeat esse uita militum Christianorum, & quam uirtuose uiuere teneantur: ad quod faciendum etiam specialiter monet & incitat me amor uenerabilium strenuorumq; militum, nobiliumq; & magnorum baronum, in hac urbe Ruremundensi nunc congregatorum pro arduis causis, commune bonum totius patriæ huius respicientibus.

2. Timo. 3

Eccli. 4

2. Reg. 8
1. Mach. 4

Articulus I. Cur instituti sint milites.
Pro iustitia agonizare, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. In omni lege, regno & populo milites fuisse leguntur. Etenim de strenuissimis atq; fortissimis militibus regum ac principum Israeliticæ plebis magna & mira sunt scripta, præsertim de militibus Dauid regis ac Iudæ Machabæi, ut patet in libris Regum & Paralipomenon ac Machabæor. De militibus quoq; regum gentilium, ut Alexandri magni & principum Romanorum, multa magnifica reperuntur descripta. Præclarissima uero gesta de militibus Caroli deuotissimi regis extant conscripta. Quamuis ergo ad unumquodq; pertineat cuius loco & tempore opportuno pro reipublicæ defensione pugnare, hostibus boni cõmunis resistere, regi, duci seu principi suo assistere, nihilominus rationabiliter instituti sunt quidam, quibus ista præcipue specialiterq; conueniant: & hi milites nuncupantur, qui legitime in hoc constituitur officio, atq; ad dignitatem hanc idonee promouentur: & de hoc ordinauit ecclesia seu seculares principes eius apta & specialia quedam statuta, qualiter formandi & percutiendi sint milites, & ad quæ obseruanda se debeant obligare promissione aut uoto, de quibus sequenti dicitur articulo.

3. Reg. 3

Articulus II. De actibus qui ad milites specialiter pertinent.
Esto uir fortis, & pugnemus pro legibus dei nostri & pro populo nostro. Diuersis temporibus diuersi fuerunt modi ac ritus & consuetudines circa militum formationem & constitutionem. Interdum namq; quicumq; fortes, audaces & apti ad prælia, consueuerunt ad militiam promoueri. Nunc uero apud plurimos consuetudo est orta, qd non nisi nobiles, diuites & potentes fiant milites. Nam tales ad actus militares sunt magis idonei, & horum quidam fiunt milites, postquam in bello tam strenue pugnauerunt, qd dignitatem hanc meruerunt. Quidam uero ante cõgressum ad militiam ascribuntur, quatenus ex hoc prouocentur ad pugnandum robustius. Vnde secundo Regum narratur, qd quidam Philistæus accinctus fuit ense nouo & nisus est Dauid regem percutere, circa quod dicit quidam expositores, qd illo die ad militiam erat ascriptus, ideoq; conabatur aliquam probitatem & strenuitatem peragere. Præterea milites in sua ad militiam institutione, solent se promissione aut iuramento obligare ad executionem actuum ad officium suum spectantium: & si ex ordinatione ecclesiæ ita obligare se debent, uidetur qd etiam illi qui ita non obligant se, nihilominus obligati sunt ita eo ipso quo militiam statum assumunt, quia obligatio illa statui militari est aut esset annexa. Insuper, actus ad milites specialiter atq; præcipue pertinentes sunt, fidem catholicam contra fidei inimicos ueri, & pro fide ac pro communi bono ecclesiæ strenue præliari, specialiter quoq; pro patriæ suæ defensione uiriliter dimicare, & proprio regi seu principi in omni necessitate iustaq; causa prompte obedire fideliterq; assistere sed & proprios subditos cõtra iniuriatores protegere, ac suæ gubernationi cõmissos prudenter dirigere. Miserabilibus etiã personis, uiduis, orphanis ac pupillis, desolatis, oppressis, afflictis propte & misericorditer subuenire. Quauis enim ad actus hos præclaros & uir

quirtuosos unusquisq; Christianus ex euangelica lege suo modo teneatur, quia pro fidei & boni communis ac patriæ defensione teneatur quilibet loco & tempore opportuno, præsertim necessitate instante, pro posse laborare, pugnare ac propriam uitam exponere, prout ad suum pertinet statum. Similiter ad obediendum & seruiendum superiori in his quæ ad suæ præsentitiæ pertinent cathedram ac iurisdictionem, omnes subditi obligantur iure diuino ac positivo: & sicut tenemur proximis nostros diligere tanquam nos ipsos, sic tenemur & benefacere atq; succurrere ipsis, imò ad opera misericordiæ oēs tenemur, potissime circa desolatas, impotentes, miserabiles inopesq; personas: quauis inquam hæc ita habent, rationabiliter tamen est institutum, ut quidam uiri, præsertim nobiles & potentes, ad exercenda hæc opera specialiter deputentur, & ex suæ dignitatis officio obligentur ad ea, tãquam ad ea peragenda magis dispositi, atq; ad tantæ dignitatis officium cum certa celebritate promoueantur: & hi merito milites appellantur, quia ipsor. præcipue est innictio corde armor. corpore contra aduersarios boni cõmunis, & contra hostes iustitiæ, ac contra oppressores & impios afflictos miserabilium militare (i. congregari atq; resistere) personar.

Marc. 12

Articulus III. De præconijs & meritis conuersationis ueraciter militaris, & de dignitate militaris officij.

Non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis. Hæc uerba locutus est magnus & prudentissimus princeps filior. Israël Simo frater inuictissimi Iudæ Machabæi, cum ipse Simon uidisset populum suum uehementer timere propter imminetia sibi pericula, dāna & bella. Dñs & saluator noster unigenitus filius dei in euāgelio ait: Maiorem charitatē nemo habet, q̄ ut animā suam quis ponat pro amicis suis. Cum ergo iam dictum sit præcedenti articulo ad milites pertinere, pro defensione boni cõmunis ac fidei Christianæ usq; ad mortem pugnare, & pro his causis se periculis mortis exponere, innotescit qd ad milites spectet specialis & grandis pfectio charitatis: Hinc militare exercitium in talibus actibus est præcipue uirtuosum atq; sublimiter meritorium uitæ æternæ: imò si pro talibus causis fuerint trucidati, inter martyres merito computatur. Vnde cum sanctus Thomas de Aquino, doctor egregius, deum orasset ut sibi reuelare dignaretur statum anime fratris sui defuncti baronis præclari, ostēdit pio doctori omnipotens deus qd frater suus esset sanctis martyribus in regno cœlesti associatus, quoniam pro defensione iustitiæ & libertatis ecclesiæ fuerat à tyranno occisus. In Speculo quoq; historiali & Chronicis recitatur frequēter, esse reuelatū & per signa certa ostensum inclytissimo regi Carolo magno alijsq; uirtuosis principibus, pugnatores corū ac milites in prælijs contra infideles aut tyrannos occisos, inter beatos martyres coronam æternæ felicitatis esse sortitos. Præterea, sicut communiter ueraciterq; asseritur, bonum tanto extat diuinius, quāto communius: ideo bonum reipublice, prosperitatem pacemq; patriæ, libertatem ecclesiæ, ueritatem fidei Christianæ gladio defensare, & pro causis tam sanctis laborare, præliari & sanguinem fundere, magni omnino est meriti corā deo ac ualde diuinum. Cum ergo hi actus iuxta præhabita ad milites pertineant, constat qd militare officium & tale exercitium militare excellenter uirtuosum, diuinum, nobile meritoriumq; consistat. Amplius, magna ualde est misericordiæ uirtus, intantum ut sanctus Ambrosius testatur, qd omnis summa Christianæ religionis in misericordia & pietate consistat, unde & uas electiōnis beatissimus Paulus apostolus fatetur: Pietas ad omnia utilis est, promissionem habet uitæ quæ nunc est & futuræ. Cum ergo opera militaris officij in executione misericordiæ ac pietatis consistant præcipue, ut puta in consolatione & protectione piar. contrectatione miserabilium personarum, orphanorum, uiduarum, pupillorum & oppressorum ac pauperum, certum est quod militare officium sit ualde præclarum & dignum, atq; ineffabilis gloriae promeritorium, imò & Christianæ religionis perfectionem quodammodo comprehendens. Insuper, cum maior pars hominum sit uitiosa, iniusta & cupiens aliena, ualde necessarium est militare officium ad refruendum impiorum tyrannidem & insultum, præsertim ne inferiores, impotentiores ac miserabiles opprimantur, spolientur & conculcentur. Deniq; deus altissimus in diuinis scripturis frequēter testat se specialiter diligere & curare, inspicere ac ueri miserabiles inopesq; personas, peregrinos & aduenas, pupillos & uiduas, quibus iniuriari districte phibuit, & quor. iniurias rigorose ulciscit. Cū ergo militi sit, istis personis consolationem, protectionem & opem multiplicem prout indigerint exhibere, palam est qd exercitium militare sit ualde diuinum, zelās pro domino exercituum & uices

1. Mach. 13

Iohan. 14
Iohan. 15

Act. 9
1. Timo. 4

Phil. 14

3. Reg. 19

Illius agens. Pertinet quoque ad milites, praeferas personas in iudicio adiuvare, quantum fieri potest salua iustitia: & cum discordes fuerint, ad pacem reducere: quod totum est ualde meritorium ac diuinum, cum dicat saluator: Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur.

Mar. 7
2 Cor. 10

Articulus III. De uirtutibus quae ad milites specialiter pertinent.
Arima militiae nostrae non carnalis, sed spiritalis sunt. Quae admodum miles ad praelium corporale contra hostes uisibiles progressurus, totum corpus suum tegit armis, & singula membra proportionatis & congruis munit ac operit armaturis, ne occidatur aut laedatur in corpore: ita indefinenter armare debet animam suam & uires ipsius spiritalibus armis atque in primis in charitate dei & proximorum debet specialiter esse feruens & fortis, quia (ut dictum est) ad militem pertinet, fidem Christianam & libertatem ecclesiae ac bonum commune usque ad mortem tueri: ideo debet zelo boni communis semper esse accensus, & seipsum ac cuncta quae habet & potest, referre ad reipublicae ueram prosperitatem & pacem, sicque pro bono communi incessabiliter laborare sincera intentione, consilio & auxilio & omni modo sibi possibili. Et quia pro his sanctis, iustis, rationalibus & honestissimis causis pugnare, est opus uirtutis cardinalis quae fortitudo uocatur, per quam est homo medium uirtuosus inter inordinatum superfluumque timorem in arduissimis periculis, quae sunt pericula mortis in bellis, hinc fortitudo ista specialiter spectat ad militem, per quam uiriliter aggreditur pugnam, & strenue manet in ea, nec sine idonea & rationabili fugit causa. Amplius, quia in bellis plus prodest prudentialis discretio quam fortitudo, etiam ipsa prudentia, cautela, discretio ualde necessaria est militibus non solum in bellicis rebus, sed in alijs quoque operibus, ut fiant quando, quibus & qualiter debeant exercere ac alijs exhibere pietatem ac misericordiam: & quando, quibus ac qualiter aequitate, & qualiter pietate atque iustitiam debeant temperare & commiscere. Quae admodum enim auriga dirigit equos & currum, & requirit equum freno, sic homo per prudentiam & discretionem dirigit & refrenat se in actibus suis, & decenter ac ordinate se habet. Insuper dictum est ad milites pertinere, miserabilibus subuenire personis: ideo misericordia quoque ualde praecipue spectat ad eos, & tam corporalia quam spiritalia misericordiae opera debent indigentibus ex uisceribus charitatis libenter ac iugiter impartiri. Rursum, ut patuit, ad militem spectat aduersariis ueritatis ac fidei impugnare, iniquis resistere, pro conseruatione iustitiae insudare: & circo etiam iustitia praecipue ad militem pertinet. Praedictis item uirtutibus debet liberalitas esse adiuncta, ne milites ex auiditia & timore sumptuum a praefatis uirtuosis actibus retrahantur.

Rouer. 22

Articulus V. Quae uirtuosa & exemplaris debeat esse militum uita.
Qui diligit cordis munditiam, amicum habebit regem. Si ergo miles Christiane cupis regem caelorum, creatorum uniuersorum habere amicum, dilige cordis munditiam, abhorre peccata, ab omni inquinamento carnis & animae te emunda. Nihil enim inter creatorem sanctum ac gloriosum & inter rationalem creaturam facit auersionem, displicentiam & inimicitiam nisi peccata, propter quod

Pal. 5

Moyse dixit: Auertatur dominus deus omnem impietatem. & Dauid rex loquitur deo: Odiosus qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Unde in libro Sapientiae legitur: Odio sunt deo impius & impietas eius. Praeterea, ut clarius innotescat, ad quam uirtuosam & exemplarem conuersationem milites teneant, primo aduertat, ad quale uitam obligentur omnes fideles qui a Christo Christiani uocantur. Itaque ad uitam timorata, uirtuosam & poenitentialem, ad uitam castam, sobriam, exemplarem, ad ueram humilitatem, patientiam, mititatem, ad omnium hominum tam inimicorum quam amicorum sinceram dilectionem, ad obseruationem praecipitorum dei atque ecclesiae, uniuersi & singuli obligati sunt Christiani, hoc est, ad seculum uestigia Christi, qui iussit: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt, & orate pro persequentibus & caluniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in caelis est qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Omnipotens namque deus multa beneficia indefinenter largitur impijs & ingratis, quos & conseruat in esse, & eorum emendationem longanimiter praestolat, nec eos permittit repente a demonibus iugulari, atque ad infernalium trahi tormenta sicut meretur. Itcirco in hac pietate & patientia debet omnis Christianus deum saluatorem suum fideliter imitari, propria iniuriarum & quam uirtute tolerando: uel si uelit eam ulcisci, debet hoc facere non ex ira, impatientia aut rancore, sed ex zelo iustitiae: nec priuata, sed publica auiditate secundum processum & ordinem iuris, quatenus iniuriator in uita hac pro suis puniatur peccatis, ne aeternaliter condemnentur. Ex diuino namque praecipito omnis Christianus tenetur delinquentibus in se &

Mat. 6

fore facientibus sibi dimittere culpam ex charitate & pietate, & optare ipsorum salutem: peccati uero seu emendationem & satisfactionem potest exigere ex zelo iustitiae secundum iuris tenorem. Communiter tamen laudabilis esset magis meritum, etiam poenitentiam & satisfactionem propter deum dimittere ex exemplo Christi, qui cruci affixus pro crucifixoribus suis orauit. Interdum uero expedientius est iustam satisfactionem praefato modo exigere, quando uidelicet iniuriarum ex hoc quod satisfactio sibi dimittitur, fit ad iniuriandum & malefaciendum procliuor atque audacior, ita quod iustitiae derogatur, & bonum commune incurrit ac patitur detrimentum. Non enim dissimulanda aut toleranda est iniuria aut iactura reipublice aut communitaris: imo Chrysostronus ait: Quamuis pium sit propriam iniuriam patienter sufferre, impium tamen est iniuriam dei aut boni communis dissimulare. Hinc Augustinus in libro de nomine Christiano disseruit: Indignus est Christianus uocari, qui Christum non fatetur imitari: qui charitativus, pius, mansuetus, humilis, iustus, timoratus, castus, sobrius, & misericors non est, Christianus nuncupari indignus est, & ad grauiorem suam damnationem dicitur Christianus. Porro, inter omnia dei praecipita primum principalissimumque consistit, deum toto corde diligere, etiam incomparabiliter plus quam seipsum & cuncta creata. Ideo omnis Christianus tenetur sic stare, quod mallet omnibus bonis mundi priuari, mori & occidi, quam peccare mortaliter, & summum bonum amittere, ac deum creatorem saluatoremque suum offendere. Cumque incidere culpam mortalem, tenetur magis dolere de ea, quam de quacunque aduersitate terrena, temporalis damno aut corporali incommodo. Consimiliter omnis Christianus tenetur magis timere deum & eius offensam, quam homines uniuersos & quamcunque tribulationem, aduersitatem & poenam. Insuper omnis Christianus obligatus esse exemplaris proximo suis, & eorum (praesertim imperfectorum hominum) scandala deuotare, ita ut nec uerbo, nec facto, nec uestitu, nec inessu, nec omni sermone operum bonorum irahat aut prouocet eos ad culpam, sed uerbis & factis, uestitu & conuersatione ipsos edificet. Hinc quippe Christus praecipit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Et rursum contra scandalizantes terribiliter loquitur: Quicumque scandalizauerit unum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Vnde homini per quem scandalum uenit, Amplius, omnis Christianus tenetur sensualitatem suam rationi subijcere, concupiscentias carnis refrenare ac uincere, irrationabiles animi motus compescere, corpusque proprium in actibus poenitentiae castigare, cum dicat Apostolus: Qui autem sunt Christi, id est, hi qui per gratiam & obedientiam ad Christum pertinent, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Tenetur item quilibet Christianus incedere per arctam uiam salutis, quae tam arcta est, ut si quis unum mandatum dei aut ecclesiae fregerit, quasi omnium transgressor damnatur, quemadmodum ait apostolus Iacobus: Quicumque totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Obligatur quoque quilibet Christianus ad fraternam correptionem, & facere alteri quod sibi uult rationabiliter fieri, sicut omnem fraudem, duplicitatem, hypocrisim, mendacium iugiter fugere, & in sinceritate & ueritate, in charitate atque iustitia coram deo & proximis ambulare. Ecce ad talem uitam, ad talem exemplarem & uirtuosam conuersationem tenetur omnis miles, in quantum Christianus: qualem uero conuersationem teneatur habere, in quantum miles, patet ex dictis. Certum est namque, quod quo maior est dignitas militaris, eo miles praeter ceteris inferioribus debet in praefatis uirtutibus esse perfectior: atque in quantum miles, debet iuxta praehabita semper esse paratus ad defensionem fidei ac boni communis & patriae & miserabilium personarum, orphanorum, pupillorum, uiduarum & oppressorum, impotentium ac pauperum. Praeterea, si fuerit uxoratus, debet se ad suam uxorem caste, decenter fideliterque habere, nec eam cognoscere ex concupiscentia predominanti, sed desiderio prolis habendae, ad dei obsequium educandae, uel causa reddendi debitum carnis, siue ad uitandum malum incontinentiae in seipso aut coniuge. Et quoniam iuxta doctrinam Apostoli, uir est caput mulieris, debet coniugem suam in omni uirtute edificare, delinquentem decenter corrigere, ab omni uanitate & immoderato ornatu pompaeque uestium coercere. Sic & sobolem suam debet a puerilibus annis assuetere ad uirtutes, ad morum & actuum uenustatem, sicut eis de idoneo prouidere magistro, a quo in scientijs, moribus atque uirtutibus informetur, & a lasciujs retrahantur. Insuper, ministros ecclesiae facerdores, & praesertim spirituales praelatos, ecclesiastica quoque sacramenta, debet miles in grandi habere honore, & quod eis tenetur fideliter soluere.

Articulus

fore facientibus sibi dimittere culpam ex charitate & pietate, & optare ipsorum salutem: peccati uero seu emendationem & satisfactionem potest exigere ex zelo iustitiae secundum iuris tenorem. Communiter tamen laudabilis esset magis meritum, etiam poenitentiam & satisfactionem propter deum dimittere ex exemplo Christi, qui cruci affixus pro crucifixoribus suis orauit. Interdum uero expedientius est iustam satisfactionem praefato modo exigere, quando uidelicet iniuriarum ex hoc quod satisfactio sibi dimittitur, fit ad iniuriandum & malefaciendum procliuor atque audacior, ita quod iustitiae derogatur, & bonum commune incurrit ac patitur detrimentum. Non enim dissimulanda aut toleranda est iniuria aut iactura reipublice aut communitaris: imo Chrysostronus ait: Quamuis pium sit propriam iniuriam patienter sufferre, impium tamen est iniuriam dei aut boni communis dissimulare. Hinc Augustinus in libro de nomine Christiano disseruit: Indignus est Christianus uocari, qui Christum non fatetur imitari: qui charitativus, pius, mansuetus, humilis, iustus, timoratus, castus, sobrius, & misericors non est, Christianus nuncupari indignus est, & ad grauiorem suam damnationem dicitur Christianus. Porro, inter omnia dei praecipita primum principalissimumque consistit, deum toto corde diligere, etiam incomparabiliter plus quam seipsum & cuncta creata. Ideo omnis Christianus tenetur sic stare, quod mallet omnibus bonis mundi priuari, mori & occidi, quam peccare mortaliter, & summum bonum amittere, ac deum creatorem saluatoremque suum offendere. Cumque incidere culpam mortalem, tenetur magis dolere de ea, quam de quacunque aduersitate terrena, temporalis damno aut corporali incommodo. Consimiliter omnis Christianus tenetur magis timere deum & eius offensam, quam homines uniuersos & quamcunque tribulationem, aduersitatem & poenam. Insuper omnis Christianus obligatus esse exemplaris proximo suis, & eorum (praesertim imperfectorum hominum) scandala deuotare, ita ut nec uerbo, nec facto, nec uestitu, nec inessu, nec omni sermone operum bonorum irahat aut prouocet eos ad culpam, sed uerbis & factis, uestitu & conuersatione ipsos edificet. Hinc quippe Christus praecipit: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Et rursum contra scandalizantes terribiliter loquitur: Quicumque scandalizauerit unum ex his pusillis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Vnde homini per quem scandalum uenit, Amplius, omnis Christianus tenetur sensualitatem suam rationi subijcere, concupiscentias carnis refrenare ac uincere, irrationabiles animi motus compescere, corpusque proprium in actibus poenitentiae castigare, cum dicat Apostolus: Qui autem sunt Christi, id est, hi qui per gratiam & obedientiam ad Christum pertinent, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Tenetur item quilibet Christianus incedere per arctam uiam salutis, quae tam arcta est, ut si quis unum mandatum dei aut ecclesiae fregerit, quasi omnium transgressor damnatur, quemadmodum ait apostolus Iacobus: Quicumque totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Obligatur quoque quilibet Christianus ad fraternam correptionem, & facere alteri quod sibi uult rationabiliter fieri, sicut omnem fraudem, duplicitatem, hypocrisim, mendacium iugiter fugere, & in sinceritate & ueritate, in charitate atque iustitia coram deo & proximis ambulare. Ecce ad talem uitam, ad talem exemplarem & uirtuosam conuersationem tenetur omnis miles, in quantum Christianus: qualem uero conuersationem teneatur habere, in quantum miles, patet ex dictis. Certum est namque, quod quo maior est dignitas militaris, eo miles praeter ceteris inferioribus debet in praefatis uirtutibus esse perfectior: atque in quantum miles, debet iuxta praehabita semper esse paratus ad defensionem fidei ac boni communis & patriae & miserabilium personarum, orphanorum, pupillorum, uiduarum & oppressorum, impotentium ac pauperum. Praeterea, si fuerit uxoratus, debet se ad suam uxorem caste, decenter fideliterque habere, nec eam cognoscere ex concupiscentia predominanti, sed desiderio prolis habendae, ad dei obsequium educandae, uel causa reddendi debitum carnis, siue ad uitandum malum incontinentiae in seipso aut coniuge. Et quoniam iuxta doctrinam Apostoli, uir est caput mulieris, debet coniugem suam in omni uirtute edificare, delinquentem decenter corrigere, ab omni uanitate & immoderato ornatu pompaeque uestium coercere. Sic & sobolem suam debet a puerilibus annis assuetere ad uirtutes, ad morum & actuum uenustatem, sicut eis de idoneo prouidere magistro, a quo in scientijs, moribus atque uirtutibus informetur, & a lasciujs retrahantur. Insuper, ministros ecclesiae facerdores, & praesertim spirituales praelatos, ecclesiastica quoque sacramenta, debet miles in grandi habere honore, & quod eis tenetur fideliter soluere.

Mat. 6
Marc. 11
Luc. 6

Mat. 23
Mat. 27
Luc. 12

Augustinus

Mat. 12
Deut. 6

Mat. 5

Mat. 18
Mat. 5

Gal. 5

Mat. 7

Iaco. 2

Tob. 4

Luc. 1

Eph. 5

Articulus VI. Quod status uitæ ac dignitatis militaris sit iam ualde deformatus & quæ uitiosa atq; damnabilis sit quorundã militũ uitæ.

Hier. 6

A Maiori usq; ad minorem omnes auaritiæ student, & unusquisq; ad uixorem sui proximi hincibat. Hæc sunt uerba Ieremiæ prophetæ, quæ iam in populo Christiano heu impleta conspicimus, & præsertim in multis militibus & militaribus uiris, quos status est iam maxime deformatus, sicut & alios cõmuniter. Nõ enim student uirtutibus, nec conuersationem suam fundat in uera humilitate & dei timore, quæ sunt omnium fundamentum uirtutũ. Sed potius ambulat in uanitate & periculosa securitate ac elatione, & intimatori ac incustoditi sunt corde. Confabulationi, potationi, iocis, rixibus, choreis, uenationibus, otiositatibus, lasciujijs uacant: sicq; usq; ad insatiabilem auaritiã, quæ ab Apostolo seruitus idolorũ nuncupatur, & usq; ad adulterium (quod est grauissimũ scelus) labuntur. In istis contèpletur quod ait scriptura. In labore hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operit sunt iniquitate & impietate sua. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Cogitauerunt nequitiam. Iniquitate in excelsum locuti sunt. Hi non aduertunt quod cœlestis, rigorosus ac meruem dissimulus iudex in euangelio loquitur: Væ uobis diuitibus qui habetis consolationem uestrã. Væ uobis qui ridetis nũc, quia plorabitis & flebitis. Væ uobis qui saturi estis, quia esurietis. Si uane gaudentibus, ridentibus, saturatis atq; superflue potetibus imminet ac debetur damnatio tanta, qualis & quanta erit adulterorũ, homicidarũ, uiolentorũ, & eorũ qui impotentiores deprædantur & opprimũt, pœna: Noli ð miles, noli teipsum extollere neq; ex consideratione excellentiæ tuæ, & quia auro operire te potes, alijs te præferre & inferiores despiciere: sed aduerte quod dñs noster Iesus Christus differuit. Cui plus datũ est, plus requiretur ab eo. & q; maiores ac præfidetes durissime iudicabunt à deo, atq; q; deus omnipotens cõmuniter magis eligit pauperes & abiectos ac mundo despectos, q; diuites, nobiles & potentes. Attende qualiter debuit tui impleti implereq; officij, & qualiter iudicij summo de omnibus donis tibi concessis, & de his ad quæ teneris, reddere ualeas rationem: sicq; deprime cor tuum & time iudicium dei, qui superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. In circo superbiam in animo tuo nunquã dominari permittas, quia in ipsa sumptiuitiũ omnis perditio, & ipsa est radix omnium uitiorũ: & quãto quis maior est in oculis proprijs, atq; in cornibus arrogantiæ sublimius se extollit in seculo isto, tãto uilior & despectior est in oculis dei, atq; profundius deprimetur intolerabiliusq; punietur æternaliter in inferno. Noli temporalia bona immoderate amare, quia ut asserit filius dei: Possibilis est camelum per foramen acus transire, q; diuitem (id est superfluum diuitiarũ amatorẽ) intrare in regnũ cœlorũ. Noli dignitatem tuam fœdare uitijs carnis, in quibus est maxima turpitudine: nec a delictis inquinari, in quo est tam enormis multiplexq; excessus, fractio uoti, uolatio fidelitatis, iniuria proprię coniugis, transgressio legis naturalis, iuris positui & diuini præcepti: furtum, rapina, sacrilegus quoq; abusus proprii corporis, incertitudo prolis & iniusta successio hæreditatis. Ecce, quot mala, quot crimina concurrũt in adulterio male dicto, per quod alieno marito ac eius legitima: proli fit iniuria & inhonoratio maxima. Stude ergo ð miles iuxta exigentiã tuę uocationis, tuę dignitatis & professionis uiuere digne deo.

Eph. 5

Psal. 72

Luce. 6

Mar. 12

Iaco. 4

1. Pet. 5

Tob. 4

Mat. 19

1. Tes. 2

Mat. 31

Articulus VII. De magnitudine præmiorum felicitatis & glorię militum uirtuosorũ, de acerbitate q; dãnationis & pœnę multiplicis militũ iniquorũ.

Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Certum est q; quanto actus hominis ex pluribus ac sublimioribus procedunt uirtutibus, tanto excellentiorem felicitatem & gloriam promerentur. Porro iam antè ostensum est q; ad militẽ pertinet, quod ammo esse perfectum in charitate diuina atq; fraterna, intantũ, ut semper paratus sit corde uel ad mortem certare & laborare pro defensione fidei & euangelię legis & boni cõmunis ac patrię, pro libertate ecclesię. Ideo tantę charitati & actibus istis ex ea procedentibus, confertur ineffabilis beatitudo & gloria specialiter magna à deo. Insuper declaratum est q; ad milites eminenter pertineat, operibus misericordię esse intentum in consolatione, profectione & refocillatione miserabilium personarũ, in concordatione quoq; & pacificatione discordium. Ideo hæc agendo promeretur obtinere ualde grandem misericordiam ac salutem à iudice summo, & filij dei erunt ac uocabuntur. Dicitur est etiam q; iustitia & fortitudo specialiter spectent ad milites. Iustitia autẽ & fortitudo sunt cardinales ac principales uirtutes, quibus & principale præmium æternale ab altissimo redditur. Ideo milites uirtuosi fulgebunt sicut sol in regno patris sui cœlestis. Amplius, facere opera

bona ex uoto, inæstimabiliter auget præmium gloriosum: quia & Iatria (cuius actus est uotum deo promittere) est uirtus moralis dignissima, atq; ut sanctus testatur. Anselmus: Facere bona ex promissione, est deo offerre fructum cum arbore. Nam & ipsa promissio fortiter ligat, & propinque unit uoluntatẽ bonam cum deo: propter quod actus boni ex promissione huiusmodi facti, sunt creatori dignissimo magis accepti. Cum igitur iuxta præhabita ad milites spectet, ad præfatos actus uirtutũ obligare se uoto aut iuramento, constat q; actus hos ex uoto strenue exequendo, præmium incomprehensibiliter copiosum merentur ac fortiantur à iusto ac liberalissimo deo. Gaude ergo humiliter ð strenue miles, & gloriare in spe beatitudinis sempiternæ tibi cito præstandæ: uiriliter age, & confortetur cor tuum quoniã erit merces operi tuo, desiderij cordis tui implebit omnipotens, pro temporali & breui ac iusto conflictu coronam æternæ uictorię possidebis: imò inter martyres sanctos erit societas, iucunditas & habitatio tua sine fine mansura: cum sanctis & nobilissimis martyribus Georgio, Mauricio, Cesario, Mercurio, eorũq; socijs collocaberis in æternũ. Animã tuã de corpore exeuntem & plene purgatã, rex ille altissimus cuius militũ non est numerus, iucunde suscipiet & copiosissime premiabit. Hunc regẽ cœlestẽ uidebis in decore ipsius, feliciter intueberis deum pulchritudinis infinitæ, & fontem totius dulcedinis in seipso iucundissime ac securissime perfrueris: imò (ut breuiter dicam) tãta felicitate & gloria in æternũ repleberis, q; maiore cupere non ualebis. Noli per negligentiã, per uitã carnalem ac uilem, per auaritiã aut ambitionem, per superbiã aut crudelitã teipsum tanta felicitate priuare, & in super æternã dãnationẽ acquirere. Et enim q; magna erit gloria militis iusti, tam inefabiliter grauis erit confusio, pœna, calamitas & infernalis miseria atq; æterna dãnatio militis uitiosi, qui in sua dignitate inaniter gloriãt, & de uiribus suis stulte præsumit, nec creatori suo gratus esse conatur: magis q; statagit terreno regi aut principi cõplacere, q; deo maifestatis immensę. Non ergo attendas ð miles unde tuam dignitatem & eminentiã, te donus dignitati annexum sapienter & diligenter omni die aduerte, & conscientiam tuam examina an illud adimpleas, ipsumq; implere non cesses: & sicut extrinsecus auro & uestitu ac armis splendidis decoraris, sic intus in anima omni uirtute, præsertim charitatis diuinæ feruore ac splendore sapientiã, quæ per aurum designantur, orneris.

Psal. 136
Eccles. 31

1. Cor. 13

1. Sa. 33

Articulus VIII. Declaratio exemplaris de magnitudine felicitatis militis uirtuosi, & de inæstimabili dãnatione militis uitiosi, ex Reuelationibus sanctæ Brigittæ.

Euge ferue bone & fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, super multa te cõstituum. Intra in gaudiũ domini tui. In Reuelationibus sanctæ Brigittæ illustrissimã uide, dñs noster Iesus Christus in uisione ait ad ipsam: Dico tibi de gloria & honore illius militis, qui ueram militiam uiriliter inchoauit, atq; uiriliter consummavit, iste miles amicus meus cũ uenit ad finẽ uitæ suæ, & anima eius de corpore eius exiret, quinque legiones angelorũ mittebantur in occursum ipsius, inter quos uenerunt innumerabiles demones, ut aliquid sui iuris inuenirent in eo. Tũc una uox clare sonuit in cœlo, dicens: Nonne ð deus pater æternus, iste miles se ad tuam uoluntatem obligauit & alligauit, & eam perfecte impleuit? Tũc ipse miles personaliter in conscientia sua respondit: Vere ego sum. Deinde tres uoces audiebantur de cœlo, una ex parte deitatis, dicens: Nonne ego creauite, & dedi tibi corpus & animam? Tu es adoptiuus filius meus, & uoluntatem patris tui cœlestis fecisti. Veni ergo nunc ad me tuum potentissimũ, creatorem ac patrem dulcissimũ. Tibi enim debetur hæreditas æterna, quoniam filius dei es. Tibi debetur hæreditas patris summi, quia obedisti ei. Veni ergo charissime ad me, & ego recipiam te cum lætitiã & honore. Secũda uox audiebatur ex parte humanitatis Christi dicens ad militem: Veni frater mi ad me fratrem tuum. Ego enim obtuli me pro te in bellum, & fudi sanguinem meum pro te. Veni ad me quia meam secutus es uoluntatem, & rependisti sanguinem pro sanguine, quia paratus fuisi dare mortem pro morte & uitam pro uita. Ideo tu qui sequebaris me in uita tua, ueni modo in uitam meam & gaudium meum, quod nunquam finietur. Veraciter enim confiteor te esse fratrem meũ. Tertia uox audiebatur ex parte spiritus sancti dicens: Veni mi les me, quia desiderabilis extitisti, qd tecũ habitare optaui. Tu tã uiriliter & iustè fuisi, q; dignus fuisi ut defenderẽ te. Ideo pro labore & inquietudine corporis tui intra in regẽ eternã pro mētis tuę tribulatione intra in cõsolationẽ ineffabilẽ ac celestẽ: pro charitate tuã & decertatione tua uirili intra in me ipsum, & habitabo in te & tu in me. Veni egregie miles ad me, quia nihil desiderasti nisi me: ueni & repleberis diuina uoluptate. Postea quinque legiones angelorum, quasi quinque uocibus sonuerunt. Prima legio dixit: Præcedamus egregiũ militẽ istũ, & feramur ante eũ arma ipsius, presentemusq; deo nostro fidẽ eius, quã

Mar. 3

Apo. 3

incom

inconcussam seruauit & ab inimicis iustitiae defenauit. Secunda uox ait: Feramus ante eum clypeum eius, id est, demonstremus deo nostro patientiam ipsius: quae quauis deo nostro sit cognita, gloriosior tamen erit militi ex testimonio nostro, per patientiam enim non solum aduersa sustinuit patienter, sed pro eis etiam gratias egit deo. Tertia uox dicebat: Praecedamus eum, & presentemur conspectui dei nostri gladium eius, id est, obedientiam eius qua in duris & leuibus iuxta modum suae professionis deo atque ecclesiae obediuit. Quarta uox dixit: Venite, & ostendemus deo nostro equum ipsius, id est, humilitati eius testimonium perhibeamus. Quemadmodum enim equus fert hominis corpus, sic humilitas militis huius praecedens eum ac subsequens, ad omne opus bonum ferebat eum. Nihil quippe in eo inuenit superbia, ideo equitauit secure. Quinta uox ait: Venite, & presentemur deo galeam eius, id est, testimonium demus de diuino desiderio quod habuit ad deum. Omni enim hora meditabatur deum in corde suo, ipsum habebat in ore & actibus suis. Cum talibus uocibus accendit anima militis huius in caelum, & dixit: Felix ego sum quod unquam fui creata. Felix ego, quia deo meo seruiui quem uideo. Felix ego, quia nunc gaudium & gloriam habeo quae nunquam fuerunt. Et quauis non omnes milites fuerint sanguine suo pro nomine meo, nihilominus eandem mercedem habebunt, si uoluntatem habeant completam ponendi uitam suam pro me tempore opportuno. Deinde Christus in uisione hac ad sanctam Brigitam dixit: Nunc tibi pandam uitam militis uitiosi, qui a uera recessit militia, & miserimum finem quem habuit. Quidam uolens fieri miles, uenit ad templum meum, in quo dixi ad ipsum: Si tu uis fieri miles meus, oportet te plus solito abstinere a propria uoluntate, nec curare de mundi honore, & dabo tibi delectationem diuinam & honorem aeternum. Quibus auditis, diabolus dixit in corde militis: Si uolueris mihi seruire, dabo tibi diuitias, delicias atque honores mundi. Tunc miles intra se cogitauit: Deus iubet me credere quae non uideo, sperare quae nescio, & abstinere a delectabilibus quae appeto & in praesentia habeo. Alius autem mihi promittit honorem quem cerno, & delectabilia sensuum quae experiri nunc possum: melius mihi est ista sequi. Cui fuggerit diabolus: Vade cum omni superbia in plateas & campum, nec ullum genus ostentationis omittas, nulli per humilitatem curues ceruicem tuam, ceteris maior esse conare, gladium sume in manibus ad effundendum sanguinem proximorum: ut acquiras bona ipsorum, & nulla uoluptate abstinere. Quibus miles ille consentiens, recessit a uera militia. Cum autem uenisset ad finem uitae suae, & anima sua exisset de corpore, dixit ad corpus: Vbi est nunc delectabilis uisio oculorum, ubi uoluptas, ubi bona & delectabilia uerba? Moxque affuit demon, dicens: Visio illa non est nisi puluis, uerba uana non sunt nisi aer, uoluptas immunda non est nisi pudor, foetor & lutum: haec ad nihilum tibi ualent. Tunc anima exclamauit: Heu quam miserabiliter sum decepta. Vae mihi quia creata sum. Vae mihi quia tam diu uixi in carne. Vae mihi quia uictura sum in morte perpetua. Tunc daemones occurrerunt ei cum impetu, contra quam sonauerunt tres uoces ex inferno. Prima dixit: Nonne iste est qui recessit ab humilitate, & excutus est nos in omni superbia? Cui anima respondit: Ego sum. Et respondit iustitia: Haec est retributio tua superbiae tuae, ut de uno daemone cadas ad alium, quo usque uenias ad infernum uisum. Secunda uox clamauit: Nonne iste est qui de militia deo promissa se separauit, & nostrae adhaesit militiae? Responditque anima: Vere ego sum. Et dixit iustitia: Haec est fors premij tui, ut omnes qui militiam tuam iniquam sequuntur, sua malitia augebunt tua tormenta, & suo aduentu ad te quasi letali uulnere percutiet te. Quemadmodum enim ille qui habent uulnus crudele, si ei uulnus super uulnus adderetur, intolerabiliter affigeretur, sic miseria super miseriam uenient tibi, & dolor tuus super dolorem renouabitur, & uel tuum nunquam minuetur. Tertia uox clamauit: Nonne iste est qui uendidit & reliquit creatorem pro creatura, & amorem dei pro amore sui? Respondit iustitia: Vtique ipse est, & ideo aperientur ei duo foramina: per unum intrabit eum omnis poena constituta pro peccato a minimo usque ad maximum: per secundum intrabit eum omnis dolor atque confusio, nec unquam intrabit in eum amor & consolatio dei, quia dilexit se pro creatore suo. Ecce, ex his patet, quanta sit beatitudo militis uirtuosi, & quanta sit miseria militis uitiosi.

Articulus IX. De documentis beatissimi Iohannis baptistae quae dedit militibus

Tob. 4
Luc. 1

Quod tibi non uis fieri, uide ne alteri aliquando facias. Quemadmodum refert Lucas euangelista, milites accesserunt ad beatissimum Iohannem baptistam, dicens: Quid faciemus? Respondit: Neminem concutatis, neque calumniam alteri faciat, & contenti estote stipendijs uestris. In quibus uerbis tria praecipit militibus, prohibendo eis duo mala ad quae solent esse procliuus. Primum est, ut nul-

lum concutiant, id est, ne sub colore & specie sui officij alique grauent, laedant, opprimant, uel iniuste, neque iniuste perterreant, praesertim cum opprimerent pauperes & infirmos sit unum de quatuor peccatis clamitantibus ante deum. Secundum est, ut nulli calumniam faciant, id est, nullum iniuste trahant in causam, nec false accusent, nec fraudem alicui ingerant ad emungendum seu extorquendum pecuniam. Tertio iubet ut suis stipendijs sint contenti, nec praedas committant, nec aliena inuadant. Nempe cum milites ex suo stipendio teneant pauperes defendere, desolatos consolari, iniuriis & uolentis resistere, inuicissimum esset si ipsi opprimerent, grauent, laederent, spoliarent aut circueuenerent proximos suos, praesertim innocentes, simplices, inopes, impotentes aut religiosos. Cuique teneantur ecclesiae libertatem defendere, nullo modo debent ecclesiasticas personas & ministros altaris grauari, spoliare aut laedere: sed eas fideliter toto posse tueri, suos quoque ministros ac subditos a praefatis concercere peccatis.

Articulus X. De quibusdam magnis peccatis uanitatibus, abusionibus & excessibus, quae regnant in multis militibus & militaribus & curialibus uiris.

Diuitibus huius seculi praecipue non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed facile tribuere, communicare, diuites fieri in bonis opibus. Qui enim uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & in desideria praua & nociua, quae mergunt hominem in interitum & perditionem. Quamuis diuitiae non sunt malae in se, sed dona dei, multis tamen sunt occasio atque materia multae uanitatum, curiositatum, superfluitatum, carnalitatatum & elationum. Ideo dixit saluator: Quam difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum caelorum. Vnde uidemus quosdam nobiles, diuites & potentes, in lautis pretiosisque cibis & potibus ac multis eorum generibus, in uestibus quoque & ornamentis pretiosis, curiosis, pompaticis quotidie uarijs modis excedere damnablem & enormiter ualde, qui & in suis conuiujs & potationibus multipliciter deum offendunt per uerba lasciuia, otiosa, praesumptuosa, inania, detractoria, per ludos & inutilem temporis perditionem. Porro in uestibus raro aut nunquam obseruant modum, sed per nimiam longitudinem, aut nimiam breuitatem, aut immoderatae amplitudinem, aut strictitudinem, uel per diuersos colores, plicationes seu fractillationes grauer peccant ita ut in omnibus uideantur magis derisum, quam uestiti, in tantum, quod ob hoc etiam ab infidelibus irridentur & contemnuntur. Vixores quoque & filiae talium & earum pedisseque, in his suis ornamentis inhumaniter peccant. Vitium istud aduerterent quid sancti patres Hieronymus atque Chrysostomus dicunt: Vir aut mulier ornate se uestiens, & suo uestitu aut ornatu aliorum affectum ad se prouocans, etiam si nullum malum inde sequatur, tamen aeternum supplicium patietur: quia uenenum praebuit, si fuisset qui biberet. Quo testimonio constat mortale esse peccatum uti uestitu aut ornatu ad libidinem prouocatio. Denique, quamuis liceat nobilibus sublimibusque personis uti uestibus melioribus quam inferioribus, tamen in tali uestitu debent omnem curiositatem, uanitatem, pompam, lasciuiam aut intuentium scandala euitare: imo cum lex Christi sit lex totius humilitatis, charitatis, prudentiae & maturitatis, decet omnem Christianum ita uestiri, incedere, conuersari, ut in omni eius uestitu, incesso & uestitu resplendant humilitas, exemplaritas, prudentia & maturitas: sicque in exterioribus pateat eum Christianum consistere. In his igitur uiti se ipsos suasque uxores, filios ac filias, seruos & ancillas reformat, & discent & compescant. Praeterea, quoniam temporales diuitiae possessores suos non fatiant, sed saepe ad plura appetenda inflammant, contingit interdum in quibusdam nobilibus, quauis multum diuitibus, cupiditatem regnare, ita quod uarijs modis etiam illucitis sibi temporalia congregant bona: quod & quidam in officijs constituti & iudices facti, per fraudulentias, minas, falsasque criminationes & punitiones facere non uenturum: sic opprimunt pauperes, innocentibus & impotentibus iniuriuntur, iudicantque iniuste, & peccant grauissimè atque ad restitutionem omnium iniuste acquisitorum tenentur, atque pro iniurijs alijs illatis satisfacere obligantur eisdem. Ab omnibus ergo istis excessibus cessent, & iusti constant in iudicando, & iudices atque officiatos ac famulos ceterosque sibi subditos ab omni huiusmodi reprimant prauiitate. Denique, quidam militares ex ambitione, auaritia, aut simili praua radice mutant certas summas pecuniae dominis pro habendis castris, castellis, uillis, officijs seu dominjs, quousque pecuniae illae ipsis reddantur: quod totum usurarium est, nec cum lucris inde perceptis possunt saluari. Vnde Henricus de Harsia in tractatu suo de contractibus, ait: Qui tenet pro pecunia mutua castra, uillas, domos,

Timotheus

Mar 10
Luc 18

Chrysostomus

uineas & huiusmodi, & fructus expensis in sortem deductis non computant, committunt omnes in statu damnationis sunt, cum sint in peccato mortali, quoniam manifeste usuram committunt. His itaque persuadendum est, ut à tantis se expurgent periculis: & utinam bene aduertent, quod periculosum sit alijs presidere, dominari aut iudicare. Nempe ut ait scriptura, De' eos qui præsunt durissime iudicabit, & male iudicata ab eis reudicabit, atque quæ mensura mensi fuerint proximis, remetietur ipsis: & sicut sanctus affirmat Gregorius: Quem nunc libet esse iudicem hominum, non libebit in die iudicii uidere iudicem deum: nec dignus est sedere in sede iustitiæ, qui non est ueraciter prudens & iustus, cum iudicare sit prudentiæ atque iustitiæ actus, imò ut beatus dicit Ambrosius: Indignus est alios iudicare, qui in eis de aut maioribus est peccatis, de quibus iudicat reos. Hinc cum adulteriũ & usura sint peccata multo grauiora quam furtum, si iudex esset adulter aut usurarius, peccaret mortaliter furtum iudicando ad mortem. Insuper, aliqui militares à præfata auaritia & uitii eam sequentibus alieni, e contrario sunt nimium prodigi, & hæreditates patrum suorum stulte consumunt, & dissipant gulose & luxuriose uiuendo aut taxillando, seu alijs uanitatibus seruiendo: quod totum est ineffabiliter uitiosum, & quicquid taxillando aut similes ludos illicitos exercendo acquirunt, restituere seu in pios usus conuertere obligantur. Taxillare quippe est ludus omnino detestabilis & iniquus, non solum iure diuino, sed & humanis quoque legibus ualde prohibitus. Ideo principes debent ludum illum diabolicum in suis territoriis sub poenis grauibus prohibere. Quod autem quis lucratur taxillando, non debet restituere et à quo illud lucratus est, nisi induxisset & traxisset illum ad taxillandum, aut aliqua fraudulenta uersutia usus esset in taxillando. Amplius, torneamenta & hastiludia ab ecclesia stricte prohibita sunt propter uanitates, crudelitates & abusiones quæ contingere solent in eis, unde in locis consecratis prohibentur sepeliri, qui occidunt in illis. Ideo non per torneamenta & hastiludia exercitare se debent militares in præsentia feminarum, sed potius seorsum in campo, prout in libro de re militari agit Vegetius. Præterea, quidam militares profluo intemperate adulteria & fornicationes committere non abhorrent, & quæuis sciant se pronos ad tanta facinora, tamen ob temporalia lucra sine necessitate à suis se absentant uxoriibus, etiam diu & sæpe, quod ualde illicitum est & multorum occasio uitioy. Nam & suis uxoriibus per hoc præbent occasionem tentationum & culpæ. Ab hisigitur abusionibus, excessibus & peccatis milites ac militares se refrenent & caueant semper, & suos domesticos ac sibi commissos debite regant, & discant atque corripant, ne peccatis communitent alienis, sed debitum charitatis & æquitatis in cunctis adimpleant.

Articulus XI. Quod de militis rebus in hoc opusculo esset tractandum, nisi in his tractatibus inde esset tractatum.

Emelloquitur deus, & secundo id ipsum non repetit: Superflua uerborum multiplicatio semper uitanda est. Idcirco hic iterare omitto quædam quæ alibi scripsi, quæuis eorum notitia ad milites militaresque uiros specialiter spectet, uidelicet de bellicis rebus, de octo proprietatibus, quas expedit bellatores habere, de quibus regionibus & artibus seu officiis eligendi sint bellatores, de quibusdam documentis ad pugnatōres & milites præcipue pertinentibus, de duplici preparatione ad prælium & duplici armatura, de uirtutibus quæ ad bellatores specialiter pertinent: Quæ requirantur ad hoc quod bellum sit iustum, an licitum sit uti in bellis infidiis, qualiter disponendus & diuidendus sit exercitus prælio imminente. Quod principes non debent ad bella procedere, nisi probabiliter sciât se habere iustam causam pugnandi. Quod processuri ad bellum teneantur confiteri. Quod bellatores, debeant tempore prælii totam spem suam in deo reponere, & ei committere exitum belli, atque ex adiutorio dei expectare uictoriam: & nihilominus facere quod in ipsis est, & quod licite facere queunt. De magnanimitate habenda in præliis. An expediat aliquo modo timere in prælio & ante congressum. De fidelitate militum atque nobilitate ad principem suum. An expediat regem seu principem personaliter esse in prælio. Quod in bello querendus et eligendus est aptior locus et aptius tempus. Quod bellantes teneantur ac debeant ex charitate diligere eos, contra quos præliantur, siue illos occidant, siue occidantur ab illis. Quod bello durante & infictis uulneribus, bellatores debeant cor suum eleuare ad deum. Qualiter exhortandi sunt bellatores à principe suo, pugna instante. Quod in bellis plus ualeat prudentia & expertia, ars & exercitatio, quam fortitudo multitudinis plebis. De recitatione multorum bellicorum gestorum, & de uarijs cautelis obseruandis in bellis.

De

De his omnibus & consimilibus scripti in tractatu de regimine principum, & in opusculo de regimine politiciæ de quibus etiam sanctus Thomas in libro suo de regimine regum, Aegidius quoque de Roma in libro suo de regimine principum, atque Vegetius in libro de arte & re militari in libro petrarneo, & ad libros illos lectorem remitto.

Articulus XII. De aliquibus documentis Vegetij in libro de arte & re militari, pertinentibus ad pugnatōres & milites.

Ræcepit Dauid rex, ut docerent filios Iuda arcum, & sagittandi. In libro Regum describitur, quod uir sagittarius Philistei, insecuti sunt Saul regem, & eum letaliter uulnerauerunt: quo mortuo, Dauid qui successit ei in regno, ordinauit & instituit, ut iuuenes nati ex tribu Iuda cognati sui, instruerent in arte sagittandi, quatenus sua arte possent resistere arti aduersariorum suorum, quia in bellis plurimam consistit ars bellica. Itaque quatenus in præfatis tractatibus de bellicis rebus plura conscripsi, prout præcedenti articulo tetigimus, nunc tamen ex libro Vegetij illustro uiri aliqua addam utilia. At uero Vegetius: Nulla re alia uidemus populū Romanorum orbem sibi subiecitisse terras, nisi exercitio armony, disciplina castrorum, usque militiæ. Quæcumque euenire in acie atque in prælijs possunt, omnia cauepsari exercitio conuenit præmeditari & attentari. Scientia enim rei aggreddiæ, nutriti adiciantur mo facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Hinc in certamine exercitata paucitas ad uictoriam propior est. Rudis autem & indocta multitudo semper exposita est ad cædem, id est ad interfectionem. Hec uero Vegetius. Quocirca pensandum, quod uero vegetius ista locutus est secundum considerationem naturalis rationis, & inferiorum naturaliumque causarum, non habendo respectum ad omnipotentis dei providentiam atque iustitiam, qui suo occulto iudicio præstat in bellis uictoriam, iuxta sacræ scripturæ doctrinam. Hinc sanctus affirmat Hieronymus, quod deus contulit Romanismo narchiam propter eorum uirtutes. Quæuis enim erant gentiles idololatras, tamen naturales & acq̄sitas habebant uirtutes. Fuit & alia ratio, quod totum mundum subiecit Romanis, quia culmen fidei Christianæ & fastigium Apostolice sedis uoluit collocare in Roma, ut ex hoc fides catholica per totum mundum celerius diffunderetur propter quod in sermone de beatissimis apostolis Petro & Paulo sanctus asserit Leo papa. Insup ait uero vegetius: Non solum à tironibus, sed etiam à stipendiarijs militibus salitio equorum districte est semper exercenda. Equi lignei hunc me ponebant sub lecto, & itate in capis supra quos iuniores primo inermes, deinde armati cogebant ascendere: tanta cura erat, ut non solum à dextris, sed à sinistris quoque partibus ascendere discerent, euaginato etiam gladios uel contos tenentes. Hoc assidue faciebant, quatenus in tumultu prælii sine mora ascenderent, quia tunc studiose exercebant in pace. Pondus quoque baiularum usque ad sexaginta libras, & iter facere gradum militari frequentissimo cogendi sunt iuniores. Nihil magis prodesse constat in pugna, quam ut milites assiduo exercitio dispositos ordines seruent in acie, nec ultra quam expedit, aut conglobentur agmen aut laxent. Quæ admodum enim nimium confisari spatia perdunt pugnandi, & sibi inuicem impedimento sunt, sic rariores & interlucentes aditum irrupendi hostibus præbent. Iuniores, noui milites, mane & post meridiem ad omne genus exercebantur armony. Veteres autem & eruditi sine intermissione semel in die exercebantur in armis. Ad passum quoque & sudem exerceri accõmodum est, ut latera, & pedes aut caput impetere punctum cæsimque ad discant. Ratio enim manifesta testat id in otio fieri debere, quod necessario faciendum uidet in prælio. Sagittarum uero uel funditores, scopas (hoc est, fructus uel straminum fasces) pro signo ponebat, à quibus per sexcentos pedes distabant. Qui desiderat pacem, præparat bellum: qui uictoria cupit, milites imbuat diligenter: Qui secundum opus euentus, dimicit arte, non casu. Nemo proouocare, nemo audeat offendere, quem intelligit superiore esse pugnatum: Nihil recte imperat, nisi præ cognitum fuerit imperanti. Nemine magis decet meliora scire uel plura, quam principem, cuius doctrina oibus potest prodesse subiectis. Euidenter apparet, nimium copiosus exercitus magis propria multitudine quam hostium uirtute frequenter esse depresso. Nam plurius casibus subiacet amplior multitudo. In iunioribus etiam ex mole sua est tardior. In longiore autem agmine etiam à paucis superuentu affolet pati. Porro, in locis asperis uel fluminibus transeundis, propter impedimento moras sæpe decipit, sed ex grati labore numerosis animalibus & equis pabula colligitur. Aqua quoque præ nimia multitudine quandoque uix sufficit. Veteres autem qui remedia difficultati experimētis didicerant, non tam numerosos quam eruditos armis habere exercitus uolebat. Penuria sæpius quam pugna consumit exercitum. Proinde oportet, ne seditione turbetur exercitus. Interdum namque mouet tumultum ex diuersis locis collectus exercitus: & cum pugnare nolit, irasci se simulat, cum non ducatur ad bellum. Qui rem

militarem studiosius didicerunt, afferunt plura pericula in itineribus, quae in ipsa acie solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes, in itinere minus prouisus, armatus, attentus est miles. Ideo omni cura providere dux debet, ne proficiscens patiatur incursum, vel ut eum facilliter sine danno repellat. Idcirco itinera omnium regionum & interualla locorum plenissime debet habere descripta, aut etiam picta. Praeterea in transitu fluuioꝝ grauis molestia negligētibz frequēter exoritur. Omnes artes & actus quotidiano usu & iungi exercitatione proficiunt, quod in bellicis rebus maxime custodiri oportet. Quis autē dubitat artē bellicam omnibus rebus esse potiorē, per quā libertas retinetur, indignitas propulsatur, & prouinciae conferuatur imperium? Haec dimicaturis est necessaria, per quā retineant uitā atq; uictoriā. Obseruādū est praesentibus hostibus, siue ex ciuitate siue ex castris productis ad praelium, ne dum per angusta portarū particulatim procedat exercitus, collectis ex parte debilitet inimicis. Ipsa die qua certaturi sunt milites, diligenter cōuenit explorare quid sentiant. Nam fiducia uel formido ex uultu, uerbis, incessu ac motibus cernitur. Monitis uero exhortationēq; ducis, exercitui uirtus crescit & animus. Tunc inimicorū error uel ignauia ostendēda est. Ordinaturus aciem, habet ante prospicere solē, puluerē, uentū. Nam lol ante faciē eripit uisum, puluis oculos implet, uentus contrarius tela inflēcit. Multa his consimilia cōpendiose scribit Vegetius, quē Aegidius scribit diffusius: & ualde expediret Christianis principibus & magistris militiā atq; militibus, habere & diligenter perlegere, memoriter scire, frequēter reuoluerē praetactos illos libros, praesertim dimicaturis aduersus perfidos Teucros, Saracenos & ceteros infideles. Docent nāq; praefati auctores, quibus remedijs resistatur hostiū uirtuti uel dolis in acie. Itē, quot modis atq; generibus pugna publica cōmittatur, qualiter etiā exercitu minor numero ac uiribus, ualeat praualere. Et qualiter hostibus dāda sit uia fugiendū, quatenus fugientes facillius deleantur. Circū datis etiā & clausis ab hostibus, dum se uident nō posse effugere, crescit audacia: & dum nihil superest spei, sumit arma formido. Item, quō ab hostibus caute recedatur, quādo pugnare nō placet. Quid fieri debeat si pars exercitus uicerit, & pars fugerit, uel si pars fugerit, uel totus exercitus: & quē sint generales regulae belli. Quibus modis prouidendū sit, ne famem patiantur obsessi. Quae species praeparandae sint pro defensione muroꝝ, & qualiter insuperabiles muri fiant: de uarijs machinis bellicis, & de bello nauali. Quid agendum, ne aque inopiam patiantur obsessi. Quid agendū sit, dum primo impetu uenitur ad muros: de machinis quibus muri impugnant, & qualiter resistatur eis: de curribus ambulatorijs, & qualiter quaeat incendiū. Quid facere debeat oppidani, si hostes irruerint in ciuitatē: de adhibenda cautela, ne hostes furrim occupent muros. Quid faciendū sit, obsidentibus hostibus ciuitatē. Haec & consimilia multa in rebus bellicis expedientissima ponit Vegetius. Quāuis etiā fideles in omni eueri debeant in deo cōfidere, non tamē omittant facere qd in ipsis est, ne sint quasi homines deū tētantes ubi desit humanū auxiliū, recurrendum est ad diuinū. Praeterea, aliqua scribit Vegetius à bellatoribus esse seruanda, quae non uidentur Christianis licita esse, nisi ualde pie intelligantur. Ait etiā qd dux militiā uel sui debeāt discordiam inter suos aduersarios seminare, quatenus contra se inuicē moueātur. Seminare autē discordiā uidetur charitati contrarium, & periculosum est homini tale quid agere praesertim imminente sibi articulo mortis: unde ad hoc dici potest qd sicut est bona & salubris concordia ex charitate procedens cui cōtrariatur praua discordia quā inter proximos seminare non licet: ita est praua & uitiosa concordia qua aliqui in illicitis rebus unanimes sunt: quē admodum Pharisaei & Saducei erāt concordēs in persecutione apostoli Pauli: & inter ita concordēs licitum est seminare discordiam bonam qua dissentiant circa illicita: & talem discordiam inter Pharisaeos & Saduceos misit Apostolus, sicq; inter exercitum aduersariorum licet parti aduersē discordiam seminare & hoc bona intentione ex zelo iustitiā, non ex rancore odio uel personae. Insuper scribit Vegetius qd bello insitā princeps militiā debeat exercitui suo cōmemorare atq; proponere ea quae ualeant eos ad iram & odium hostium excitare, ut sic acrius ipsos inuadant, qd rursus charitati repugnare apparet: quo circa sciendū, qd quāuis teneamur inimicose ex charitate diligere naturā & personā in ipsis amādo, atq; eorū aeternā appetēdo salutē, tamē uitia eorū odisse debemus: quicquid in ipsis est qd paci & bono cōmuni cōtrariū est: & quātū ad hoc pōt princeps militiā suos ad illos odiū & iracundiā contra ipsos inducere. Haec de conuersione, uirtutibus & exercitijs ad milites militaresq; uiros pertinentibus breuiter tacta sunt. Ad laudē & gloriā regis optētis qd est sup oīa deus sublimis & bñdictus, Amen.

Libri de uita militari, finis

D. DIONYSII



DIXIT DOMINVS DEVS: NON EST BONUM HOMINEM ESSE SOLUM. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Misit ergo dominus deus soporē in Adam. Cūq; obdormisset, tulit unam de costis eius, & edificauit eam in mulierē, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Haec uocabitur uirago, quia de uiro sumpta est. Quamobrē relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suae, & erunt duo in carne una. In his uerbis quae scripta sunt in Genesi, sanctus Moyses describit ac docet, qualiter deus primos parentes generis humani produxit, atq; in paradiso ante primorū parentum transgressionem matrimonium instituit. Primo nati-

que deus creauit uirum, uidelicet Adam, extra paradysum. Deinde de costa uiri in paradysum translatis, condidit mulierem in paradiso, deditq; eam Adae sociam & uxorem. Sed circa haec queri potest, cur deus non fecit Adam & Euam simul, hoc est eodē loco & tēpore uno, sicut in alijs animalibus simul produxit marem & foemina. Cur etiam deus fecit Euam potius de costa uiri, q̄ de alia eius corporis parte. Ad primū horū dicendū est, qd ideo deus primo creauit uirū, quoniam uir dignitate sexus, prudentia rationis & robore corporis, mulierem excedit. Ideo dicit Apostolus, qd mulier facta est propter uirū, ita quod uir est quasi finis mulieris: propter quod rursum Apostolus ait: Vir est imago dei, mulier autē imago est uiri. Formata namq; est mulier in adiutorium uiri, quia ad propagationem & educationemq; sobolis, ad gubernationē domus, ad necessarios praeparationem ac prouisionē uir in diget muliere. Ideo dixit deus: Nō est bonū hominē esse solū. Faciamus ei adiutorium simile sibi. Praeterea deus formauit mulierē ex costa uiri, ut uir cordialius semper diligat suam uxorē & ei magis adhæreat, nec eam contristet accedendo ad aliam. Idcirco duodecimo libro de Ciuitate dei loquitur Augustinus: Quod ex latere uiri facta est mulier, signat qd chara debet esse cōiunctio mariti atq; uxoris. Hinc iterum sanctus asserit Augustinus: Animalia brutalis propagauit, sed plura simul iussit existere. Hominem uero, quē inter angelos bestiasq; cōdidit medium, ex uno uoluit multiplicari, ut cōmendaretur eidem societatis uitas, uinculum concordie, cognationis affectus. Porro mulierē fecit deus non de capite uiri, ne uir habeat coniugem suam ut dominam: neq; de pedibus uiri, ne uir habeat eam quasi ancillā, sed de latere uiri, ut habeat eam tanq; comparem atq; cōsociam, & iuxta se collocandā: In aliquibus tamen uir est muliere superior, sicut infra dicitur. Sed cum uir sit dignior, prudētior, ac fortior muliere, cur deus fecit mulierem in paradiso, uirum autem extra paradysum? Dicendum qd deus in hoc honorauit sexum foemineum primāq; foeminam, quatenus uiri exēplo dei, uxoris uisus honorem cum discretionē impendant. Insuper, quoniam uilitatē Apostolus, obsecro uos in dño, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cū omni humilitate & mansuetudine, cū patientia supportantes inuicem in charitate: status uero cōiugalitatis est status specialis, ad quem multa specialiter pertinet, ideo in coniugio constitutos (si deo placebunt) illa omnia quae ad suū pertinent statū, scire & obseruare oportet. Quae autē sunt illa, & ad qualem conuersationē teneantur coniugati, in hoc libello declarare intendō: uidelicet, qualiter habere se debeant in obseruationibus praep̄torū dei atq; ecclesiae, quomodo uir habere se debet ad coniugem suam, & illa ad suum maritū, & qualiter ambo simul habere se debent ad filios suos ac filias, itemq; ad suam familiam & ceteros homines, & in officijs quae exercent, & qualiter tēpus suum quotidie expendere obligantur, ut absq; mortali uiuant peccato. Siqui dem de hac materia aliquid scribere ab aliquibus uiris in matrimonio positis, notabilibus, eruditiss & multum dilectis frequenter rogatus sum.

Articulus primus Quod matrimonium est unū de septē sacramētis ecclesiae

Gene. 2

Mat. 19
1. Cor. 6

Gen. 1
Gen. 2

1. Cor. 7
1. Cor. 11

Gen. 2

Eph. 4

Act. 29

Mat. 22

Matrimonium (ut dicunt doctores) est legitima coniunctio maris & feminae in diuina uita consuetudine retinens. Hac autem coniunctio matrimonialis non solum est in officium naturae, unde licet ad generationem prolis, sed etiam in remedium culpae, uidelicet ad uitandam fornicationem & omnem illicitam coniunctionem. Icirco matrimonium est sacramentum. Sacramenta namque ecclesiae sunt remedia homini contra peccatum exhibita, per sensibilia signa, sicut baptismus est remedium contra originale peccatum, confessio contra uictum actuale. Praeterea sacramentum est sacrae rei signum. Matrimonium ergo est signum alicuius rei sacrae, significat enim coniunctionem Christi & ecclesiae, dei quoque & mentis deuorae. Est etiam signum coniunctionis naturae humanae cum natura diuina in filio dei: Christus siquidem est sponsus ecclesiae & omnis anima uere deuota, dei est sponsa. Insuper sacramenta ecclesiae continent gratiam & conferunt eam. Icirco matrimonium secundum quod in fide Christi contrahitur, confert gratiam per quam coniugati possunt actus uoluntatis ad quos matrimonium ordinatur, conuenienter atque salubriter exequi, cognoscendo se inuicem sicut decet desiderio prolis educandae ad cultum dei, uel ob aliam rationabile causam, ut infra dicitur. Hanc autem gratiam deus principaliter praestat, & per eam concupiscentia carnis debilitatur. Sed ad hoc quoque contrahentes coniugium suscipiant gratiam, oportet ut ad gratiam se disponant & aptent, non ponendo impedimentum seu obicem gratiae per peccatum mortale, sed de penitendo de suis peccatis, ideo confiteri debent antequam contrahant, uel antequam conferantur seu benedicuntur. Et quanto purius confitentur, de uitiis quoque accedunt ad contrahendum coniugium, aut ad benedictionem nuptiale, tanto maiore a deo gratia sortuntur. Non ergo libidinis causa, aut uoluptatis amore, sed posteritatis affectu, in qua obsequium dei, fides atque religio Christiana conferuntur & augetur, est contrahendum coniugium, quae ad modum Tobias iunior dixit ad deum: Domine deus patrum nostrorum, tu scis quia non luxurie causa suscipio coniugem meam, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula saeculorum. Angelus quoque Raphael ad eundem dixit Tobias: Audi me, & ostendam tibi quibus praeualere potest daemones. In eos quidem qui coniugia ita suscipiunt, ut suae libidini uacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet super eos daemones potentate. Tu autem accipies coniugem cum timore dei, amore filiorum magis quam libidinis, ut benedictionem in filiis consequaris. Porro in matrimonio constituti, qui tam sincera intentione (ut tamen est) non contraxerunt coniugium, de sua peccateant culpa, & deinceps sincera intentione in suo perseverent connubio. Postremo clandestina coniugia extraneis prohibita. Ideo manifeste & cum debita solemnitate iuxta ordinationem ac iussione ecclesiae sunt matrimonia contrahenda, ut contrahentes gratiam consequantur. Et quoniam matrimonium est sacramentum, icirco ob reuerentiam sacramenti se mutuo honorare debent maritus & uxor, atque ab alijs quodammodo honorandi sunt, & honeste ac uirtuose uiuere debent.

Articulus II. De commendatione matrimonij.

Matrimonium primo laudabile est quoniam ipsemet deus instituit illud. Hinc de coniugatis loquitur Christus: Quos deus coniunxit, homo non separet. Secundo, quia in paradiso est institutum. Tertio, quia in exordio mundi deus illud instituit. Quarto, quia in statu innocentiae institutum est antequam Adam peccauit. Quinto, quoniam tempore diluuij non sunt saluati nisi coniugati, uidelicet Noe & coniunx eius, & tres filij Noe atque uxores eorum. Sexto, quia beatissima uirgo Maria desponsata est uiro, & ex ea sic desponsata filius dei nasci elegit. Septimo, quoniam ipsemet Christus uiuit ad nuptias factas in Cana Galilaeae, in quibus etiam piissima mater ipsius fuit. Octauo, quia in nuptijs illis Christus fecit primum suum manifestum miraculum, conuertendo aquam in uinum. Nono, quoniam matrimonium contrahentes tam solemniter benedicuntur a sacerdote iuxta altare tempore Missae in praesentia corporis Christi. Decimo, quoniam pretiosissimus fructus ex matrimonio oritur, scilicet filij & filiae, ex quibus ecclesia militans quotidie augetur & conseruat, regnum quoque caelorum implet atque angelica reparat ruina. Unde si commedabiles sunt ager & arbor fructu plurimum afferentes, multo magis matrimonium, cui unus infansulus pretiosior sit omnino agro, ac arbor fructibus. Unde decimo, quia est unum de septem sacramentis ecclesiae, prout praecedenti dicebat articulo. Duodecimo, quia per ipsum copula carnalis a peccato excusat, quae alias mortale esset peccatum. Tertiodecimo, quia per ipsum amicitia inter homines maxime dilata & conseruatur, etiam inter multos, uidelicet inter consanguineos uiri ac feminae. Quartodecimo, quia per ipsum maxime inimicitiae etiam regum & principum extinguuntur, turbationes sedantur, discordiae concordantur, & totae puinciae a multis periculis eruantur, & haec ditaria bona ad ueros reducuntur heredes. Quintodecimo, quia per hoc ipsum quod coniugati inseparabiles sunt,

Mat. 9
Apo. 12

Tob. 8

Tob. 6

Plal. 31

Gen. 2
Mat. 19
Marc. 10
Gen. 2

Gene. 8
Mat. 1
Luc. 1
Iohan. 2

proles eorum diligentius nutrit, instruit, custodit ac prouidet. Per matrimonium quoque homines a uarijs retrahunt excessibus, pristinas leuitates ac uanitates relinquunt, prudenter, in aeterni regni spe reuerentur.

Articulus III. De aliquibus malis statui coniugati adiunctis. (licet iustitiam, licet iustitiam.

Quamuis matrimonium in se bonum sit & necessarium, atque diuinitus institutum, multa tamen mala, tam mala poenalia, uidelicet tribulationes, afflictiones, sollicitudines, inquietudines, onera, labores ac seruitutes, quae mala culpabilia ei ex latere coniunguntur. Hinc de coniugatis dicit Apostolus, quod tribulatione carnis habebunt. Siquidem in prouidendo ac procurando necessaria sibi ac sobolis suae, in custodiendo res suas, in uitando damna atque pericula, in regimine suae domus, in acquirendo sua debita, in exercendo sua officia, graues ac uarias habent curas, timores, inquietudines & labores. Frequenter etiam contingunt coniugatis aduersa in seipso, in filijs ac filiabus, in rebus & possessionibus, in propinquis atque amicis, & tunc multipliciter affliguntur. Coniungit quoque multoties quod male concordant, sepe per litigant, & paulatim magna displicentia contra se inuicem concipiunt, ita quod tandem mirabile atque grauissimum odium oritur inter eos: & tunc amarum uitam pariter ducunt, & tanto molestior, quo quotidie amplius conueniunt in domo, in mensa, in lecto, in colloquijs atque operibus. Interdum quoque coniugati solliciti sunt, quomodo sibi inuicem placeant, & per omnia ista impediuntur ab obsequio dei, ab integra adhaesione mentis cum creatore, a deuotis orationibus, a diuinis contemplationibus, a cordis custodia, a mentis munditia: sicque difficile eis est uitare semper peccata mortalia. Hinc dicit Apostolus: Vir sollicitus est quomodo placeat uxori, & mēte diuisus est. Similiter mulier sollicita est quomodo placeat uiro, & ita non tota mente deo adherent. Veruntamen sollicitudo sibi inuicem complacendi, si sit moderata & ad bonum, sine releta, uidelicet ne inter eos oriatur displicentia siue discordia, & ne quis eorum coniugale uiolentia fide, non est uitiosa & mala, sed bona. Praeterea uir & mulier ante coniugium habet quandam sui corporis libertatem: sed contracto coniugio, in mutua rediguntur seruitute, atque in multis sibi debitorum. Icirco secundum Apostolum: Vir sui corporis potestate non habet, sed mulier, & contra. Itaque saepe contingit quod uxores suspicantur mali de suis maritis, similiter uiri de suis coniugibus. Itaque super, quauis actus matrimonialis possit fieri absque peccato, sicut infra dicitur, est tamen coniugatis non parum difficile, non immerito se habere neque excedere in actu illo: imo (ut dicunt doctores) hoc difficilius est, quam penitus continere. Voluptas namque carnalis quae magis experitur, eo plus accendit & desideratur. Unde in libro de bono coniugali loquitur Augustinus: Multi hodie facillius se tota uita ab omni concubitu abstinēt, quam modum teneant, si matrimonio copulenti. Et ita ait: Multi facillius se abstinēt, ut non utatur, quam tēperant ut bene utantur. Sicque statui matrimoniali multa miscetur peccata, praesertim circa copulam carnalem, prout infra scribet. Postremo quae da feminae uiris suis molestae sunt, etiam tempore noctis, per uana & querulosa colloquia, dicitur: Illa ornatio procedit in publicum, haec honorat ab omnibus, ego infelix in conuena feminae despicior. Cur aspicias has uicinas? Quid cum ancilla loquebaris: de foro ueniens quid attulisti? Alterius amorē sui odiū suspicatur. Haec de malis matrimonio adiunctis tanguntur, ne quis incōsulte coniugium contrahat. De remedijs autem contra praefata mala, in ferius dicentur.

Articulus IIII. Quod non solum castitas uirginalis, sed etiam continentia uidualis praefenda est matrimonio.

Propter praefata mala statui coniugatorum annexa, Apostolus docet & consulit potius in uirginitate manere quam nubere: quia in uirginitate manere in uirtute & amore dei salubrius est magisque meritum, eo quod uaria diuini obsequij impedimenta matrimonio sint coniuncta. Qui autem in uirginitate aut etiam uiduali castitate permanet, aptior est ad exercitia uirtuosa, ad puritatem internam, ad mentis quietem ac pacem, ad spiritus libertatem in deo, ad spiritalem dei ac proximorum amorem, ad orationes seruientes, ad meditationes sanctas, ad contemplationes diuinas. Quo etenim mens humana amplius ac multiplicius occupatur, distenditur ac partitur circa exteriora, temporalia atque carnalia, eo ineptior debiliorque consistit ad spiritualia ac diuina. Voluptas quoque carnalis matrimoniali actui coniuncta, de primit cor humanum, & obusum efficit ad tempus, ita quod ad uacandum diuinis occupatur, distenditur ac partitur circa exteriora, temporalia atque carnalia, eo ineptior debiliorque consistit ad spiritualia ac diuina. Voluptas quoque carnalis matrimoniali actui coniuncta, de primit cor humanum, & obusum efficit ad tempus, ita quod ad uacandum diuinis occupatur, distenditur ac partitur circa exteriora, temporalia atque carnalia, eo ineptior debiliorque consistit ad spiritualia ac diuina. Voluptas quoque carnalis matrimoniali actui coniuncta, de primit cor humanum, & obusum efficit ad tempus, ita quod ad uacandum diuinis occupatur, distenditur ac partitur circa exteriora, temporalia atque carnalia, eo ineptior debiliorque consistit ad spiritualia ac diuina.

1. Cor. 7

Eod. 11

1. Cor. 7

Ibidem

proles

quatum castitas uirginalis precellit deinde castitas uidualis. Insuper uirgines Christouirgini & eius uirginæ genitrici, sanctisque angelis singulariter assimilantur. Et sicut ait beatus Hieronymus, In carne non carnaliter, sed uirginaliter uiuere, angelica uita est, non humana. Uirginibus quoque quemadmodum martyribus datur aureola in regno cœlorum. Veruntamen uirginitas sine humilitate non prodest. Et in uirginitate uolens salubriter permanere, debet cæteris uirtutibus inherere, atque ab omni illicito abstinere affectu. De laudibus autem uirginitatis & continentiae uidualis, multa dici possent, sed hæc congruentiorem alibi habent locum.

Articulus V. An actus matrimonialis possit exerceri sine peccato, & quando actus ille est culpabilis uenialiter, & quando mortaliter.

1. Cor 7

Ibidem.

Ibidem.

1. Timo. 7

Psal. 10
Gen. 3

HAeretici quidam, ut ceteris hominibus uiderentur ac reputarentur spiritaliores ac puriores, dixerunt actum matrimoniale exerceri non posse sine peccato. Ideo matrimonium reprobauerunt, cum tamen Apostolus apertissime dicat: Virgo si nupserit, non peccauit. Fuerunt ergo & alij heretici, quibus matrimonium intantum complacuit, quod illud uirginitati adæquauerunt. Contra quos est quod ait Apostolus: Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit; & qui non iungit, melius facit. Inter hos igitur duos errores sancta mater ecclesia & fides catholica mediū tener, uidelicet quod actus matrimonialis absque omni culpa fieri potest. Nihilominus uirginitas est coniugio præferenda. Apostolus namque clarissime dicit, docet & præcipit: Vxor uir debitum reddat, similiter uxor uiro. Vbi per debitum intelligitur cognitio, qua coniugati carnaliter mutuo se cognoscunt. Ergo tenentur ad hoc dum ab inuicem id requirunt. Reddere autem debitum, est actus iustitiæ quæ est uirtus præclara. Iterum ait Apostolus: Volo in uenculus nubere, filios procreare. Sed hoc non uoluisset Apostolus, si procreatio filiorum non posset fieri sine peccato. Præterea omnipotens, iustus ac sapiens deus, sic ordinauit atque ad hoc matrimonium instituit, ut per copulam conjugalem homines generentur: iccirco irracionabile fatuumque consistit asserere, quod actus huiusmodi absque peccato nequeat exerceri. Itaque sicut doctores super quartum librum Sententiarum concorditer dicunt: Actus hic coniugalis potest fieri sine peccato omni mortali ac ueniali tripliciter. Primo enim potest esse actus iustitiæ, quando uidelicet uno coniugatorum petere, alter exercet, dum modo exerceat principaliter ex inclinatione iustitiæ ob comparis sui instantiam, non uoluptatis amore. Secundo potest actus matrimonialis esse actus uirtutis, quæ latria nuncupatur, per quam deo cultus impenditur. Dum ergo coniugati se cognoscunt desiderio prolis ad dei obsequium educandæ, in qua Christiana fides & honor altissimi augeatur, cognitio illa coniugalis est latriæ actus. Tertio potest esse actus pietatis, dum fit propter fornicationem uitandam in compare. Ut si uiro constet quod uxor sua ex uerecundia aut alia causa debitum ab ipso non exigit, atque ob hoc ueretur de ruina illius, petatque debitum ne illa cadat, opus est pietatis. Similiter, si coniugi constet de uiro quod ex perueritate, uel quia ad alias foeminas magis afficitur, ab ea non exigit debitum, uel quia sine peccato uir non potest illud exigere, ut si ante contractum coniugij fecit uotum continentiae simplex, & tunc uxor blandiatur uiro honeste, & debitum petat ab illone cum alia foemina peccet, aut uitiosam in quinationem incidat, opus est pietatis. Insuper, quoniam charitas est summa uirtus, omniumque uirtutum imperatrix ac motrix, in prædictis tribus modis potest actus matrimonialis esse opus charitatis seu spiritualis amoris. Si quidem omnia opera bona fieri debent ex spiritali & diuino amore. Præterea si igitur modis, actus matrimonialis non solum caret peccato, sed opus est uirtutis, si tamen coniugati sint in charitate & gratia dei, uiuentes absque peccato mortali, & cognoscant se congruo loco & tempore, recta intentione, conuenienti modo. Porro dum actus matrimonialis procedit ex concupiscentia seu desiderio uoluptatis, tunc est peccatum: & si concupiscentia fuerit omnino immoderata atque prædominans, id est, rationi nequaquam subiecta, nec in sua limite matrimonij sistens, tunc est mortale peccatum, sicut dum uir ex tanta concupiscentia accedit uxorem, quæ eam accederet, quamuis sua uxor non esset. Tunc enim non maritali, sed adulterino eam accedit affectu. Propter quod ait sanctus Hieronymus, quod omnis amator feruentior, est adulter, quia sic peccat sicut adulter. Simile quoque iudicium est de uxore, si ex concupiscentia prædominante miscatur marito. Si autem actus matrimonialis procedat ex concupiscentia non prædominante, sed rationi subiecta, ita quod coniugati non se cognoscant, nisi matrimonialiter iuncti essent, tunc est ueniale peccatum. Sed quaeri potest, an actus matrimonialis sit peccatum in uiro quando coniugem suam cognoscit ad uitandam fornicationem seu aliam in quinationem in seipso item, an sit peccatum in coniuge, dum ipsa miscetur marito debitum petens ab illo ad uitandam fornicationem in seipsa, uidelicet, ne ipsa adulterium aut in quinationem aliam incidat. Ad hoc sanctus Thomas respondet, quod in istis casibus actus matrimonialis sit ueniale peccatum, quia tunc in eo est superfluitas quæ dicitur. Alijs uero apparet, quod ex quo matrimonium institutum est in remedium contra culpam, si in casu præfato maritus aut uxor non intendat uoluptatem, sed solum fornicationis aut alterius in quinationis uitationem in propria persona, non peccet. Denique, sacris temporibus & diebus festiuis, diebusque ieiuniorum ac processionum, præsertim quando communicandum est, non licet petere debitum coniugale: quia tunc specialiter uacandum est orationi ac deuotioni & eleuationi mentis ad deum, a quibus carnalis uoluptas impedit hominem, deprimere de ipsius mentem: & si uir tunc debitum deposcat, uxor (si congrue potest) deberet eum bono modo auertere, non tamen importune reddere debet, si maritus petat instantiter: nec peccat reddendo, dummodo quantum in se est, mallet non reddere. Similiter habere se debet maritus, si præfatis diebus mulier debitum petat. Veruntamen (ut sanctus Thomas & alij dicunt) Non est peccatum mortale, præfatis diebus debitum petere, nisi ex concupiscentia prædominante petatur. Insuper, ut ait sanctus Ambrosius, quando imprægnata est uxor, non decet ab ea petere debitum, præsertim dum propinquat ad partum, non tamen uideatur mortale peccatum tunc petere. Nocet autem non parum fetui conceptio, post imprægnationem matris cognoscere eam, ut ait Ambrosius. Postremo, coniugati in petendo atque reddendo debitum coniugale æquales sunt, id est, paris autoritatis ac potestatis. nec in hoc uir uxori præfertur, quia per matrimoniale contractum, corpus unius transfertur in potestatem alterius.

fornicationem seu aliam in quinationem in seipso item, an sit peccatum in coniuge, dum ipsa miscetur marito debitum petens ab illo ad uitandam fornicationem in seipsa, uidelicet, ne ipsa adulterium aut in quinationem aliam incidat. Ad hoc sanctus Thomas respondet, quod in istis casibus actus matrimonialis sit ueniale peccatum, quia tunc in eo est superfluitas quæ dicitur. Alijs uero apparet, quod ex quo matrimonium institutum est in remedium contra culpam, si in casu præfato maritus aut uxor non intendat uoluptatem, sed solum fornicationis aut alterius in quinationis uitationem in propria persona, non peccet. Denique, sacris temporibus & diebus festiuis, diebusque ieiuniorum ac processionum, præsertim quando communicandum est, non licet petere debitum coniugale: quia tunc specialiter uacandum est orationi ac deuotioni & eleuationi mentis ad deum, a quibus carnalis uoluptas impedit hominem, deprimere de ipsius mentem: & si uir tunc debitum deposcat, uxor (si congrue potest) deberet eum bono modo auertere, non tamen importune reddere debet, si maritus petat instantiter: nec peccat reddendo, dummodo quantum in se est, mallet non reddere. Similiter habere se debet maritus, si præfatis diebus mulier debitum petat. Veruntamen (ut sanctus Thomas & alij dicunt) Non est peccatum mortale, præfatis diebus debitum petere, nisi ex concupiscentia prædominante petatur. Insuper, ut ait sanctus Ambrosius, quando imprægnata est uxor, non decet ab ea petere debitum, præsertim dum propinquat ad partum, non tamen uideatur mortale peccatum tunc petere. Nocet autem non parum fetui conceptio, post imprægnationem matris cognoscere eam, ut ait Ambrosius. Postremo, coniugati in petendo atque reddendo debitum coniugale æquales sunt, id est, paris autoritatis ac potestatis. nec in hoc uir uxori præfertur, quia per matrimoniale contractum, corpus unius transfertur in potestatem alterius.

Articulus VI. De tribus bonis, quæ excusant matrimonij actum ab omni peccato, & eum honestant.

Quamuis (sicut prædictum est) actus matrimonialis possit exerceri absque peccato, multa tamen consequuntur ad actum illum, per quæ ratio hominis impeditur à contemplatione diuinorum, à uita quieta, exercitiisque uirtutum. Nam uoluptas illa carnalis rationem deprimit & absorbet, & statui coniugali multiplex cui ra incumbit. Iterum, copula illa carnalis coniugatorum quo ad esse naturæ, non differt à copula solutorum. Hinc doctores ponunt esse tria bona, per quæ actus matrimonialis ab omni culpa excusatur, ac honestatur, uidelicet proles ad dei obsequium educanda, fides quoque, id est fidelitas, quam coniugati sibi inuicem seruant, non accedendo ad alias personas: & sacramentum, quia matrimonium est sacramentum designans unionem Christi & ecclesiæ, & ex hoc actum conjugalem honestat. Si ergo coniugati cognoscant se, non intendendo prolem, nec debiti redditionem, sed uoluptatē duntaxat, peccati est. Et dixerunt quidam hoc esse peccatum mortale. Sed sanctus Thomas contradicit, & dicit, quod si intendant uoluptatē infra hunc limitem ac limites matrimonij, ita quod non quærerent huiusmodi uoluptatē, nisi matrimonialiter iuncti essent, sic quod ibi non est concupiscentia prædominans, tunc est ueniale peccatum. Si autem intenderent & quærerent uoluptatem extra terminos & honestatē coniugij, ex concupiscentia prædominante, ita quod se cognoscerent, quamuis non essent coniugio sociati, tunc esset mortale peccatum. Et istud etiā sanctus Augustinus affirmat, dicens: Coniugalis concubitus qui fit causa satiationis concupiscentiæ, habet culpam, tamen propter fidem thori ueniale. Et iterum dicit, quod computatur inter quotidiana peccata, pro quibus in oratione dominica dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Veruntamen sicut in alijs peccatis quæ in se uenialia sunt, frequenter peccat homo mortaliter per nimiam frequentiam & complacētiam ac usum in illis, ita coniugati propter uoluptatem se cognoscentes, si hoc in consuetudinem ducant, & custodite se habeant, cito atque facilliter ac frequenter intidunt in mortale peccatum. Igitur coniugati deū præ oculis semper habentes, nequaquam se brutaliter habeant, uoluptati irrefrenate uacando, omnē quoque indecentē lasciuia & carnalē mollitiē in tactibus, osculis, sicutque corporis, uerbis, signis, aspectibusque deuitent, quemadmodum hortatur Apostolus: Honorabile coniugium sit & thorus immaculatus. Vnde per Amos prophetā dominus loquitur: Ve uobis qui lasciuitis in fratris uestris. Talia quippe nequaquam ad conjugale copulā, sed ad meretricias spectant blanditias, sicut beatus instruit Augustinus. Et ut S. testat Hieronymus, in talibus carnalitatibus sepe consistit peccatum mortale. Postremo, sicut patet ex dictis, corpus uiri est in coniugio potestate, & cōuerso, quantum ad debitum thori: iccirco dum unus petit ab alio debitum, tenet reddere ex precepto diuino: et si importune irrōabiliter negaret, peccaret mortale, transgre

Mat. 5

Heb. 13

Amos 6

1. Cor. 7

transgre

transgrediendo diuinum præceptum & contra iustitiam peragendo, præsertim cum maritimum sit peccati remedium. Ergo dum alter coniugum concupiscentia infestatur, nõ est ei (si petat) debitum denegandum. In hoc tamen quædam personæ coniugate, quasi sub specie boni incaute & insipienter, imo iniuste se habet, compari suo debitum negando, aut non satis prompte reddendo, per quod comparem suum exponunt interdum grandi periculo. Siquidem concupiscentia inflammatus, in tali negatione aut dilatione posset aliam iniquitatem incidere, uel indignationem grauem aut odium contra conthoralem concipere, uel adulterium affectare siue proponere, & peccatum eius redderet in conthorale. Veruntamen cum semen quod est materia redditionis debiti, sit superfluum alimentum, nec necessarium ad conseruationem suppositi, si uxor petat a uiro suo debitum immoderate, hoc est, plus quam superfluum alimentum se extendit, non tenetur uir reddere: imo tunc non esset iusta petitio, sed iniusta exactio: talisq; scemina potius se haberet ut meretrix, quam ut uxor. Dicunt quoq; doctores, qd uir non solum tenetur debitum reddere coniugi, quando illa expresse hoc petit per uerba, sed etiam si interpretatiue id petat per signa. Ideo sanctus Thomas affirmat: Quando uir percipit per aliqua signa qd uxor uellet sibi debitum reddi, sed propter uerecundiam tacet, tenetur uxori reddere debitum, si expressa signa appetitionis debiti in uxore percipiat. Huius autem potissima ratio est, ut succurratur ac provideat infirmitati humanae, ne in grauiora labatur peccata, ut etiam beatus scribit Ambrosius. Interdum quoq; mulieres sunt in tali dispositione, qd non licet eis debitum petere: quoniam illa dispositione durante, concipiuntur fetus monstruosi, cæci, claudi, leprosi, membris priuati. Sed hoc ex causa clarius non describo, quia uile esset, qd uiri discreti de hoc essent edocti. Certum est etiã, qd propter corporale infirmitate, coniugati a redditione debiti excusantur.

Articulus VII. De his quæ uiri debent suis uxoribus.

Primo mariti tenentur uxores suas magno ac speciali amore diligere. Ait namq; Apostolus: Viri diligere debent uxores suas sicut corpora sua. Cum enim homines diligant specialiter cõsanguineos suos propter naturalem propinquitatem, multo plus uiri diligere debent coniuges suas propter quandam identitatem, quoniam de uiro & uxore in ueteri nouoq; testamento ait scriptura, qd sunt duo in carne una. Insuper causa dilectionis est communicatio. Cum ergo inter uirum & coniugem sit communicatio maxima propriorum corporum, & uniuersorum quæ habent, uidelicet possessionum, laborum, domus, mensæ, lecti, sobolis atq; familiæ, iccirco se inuicem cordialiter & ualde præcipue diligere debent. Hinc ait Apostolus: Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit: & utiq; qui uxorem suam non diligit, odit seipsum, quia animam suam mortaliter peccato occidit. Secundo, uiri tenentur uxoribus suis in instructione ac directione in moribus & agendis seu cognoscendis. Ideo dicit Apostolus: Si mulieres aliquid discere uolunt, domi uiros suos interroget. Uiri enim naturaliter atq; cõmuniter prudentiores mulieribus esse solent, quæ uis contingat oppositum. Uiri quoq; si non sciunt quæ uxores eorum ab eis interrogant, scilicet uel honestius petere possunt informationem a suis prælati uel doctis uiris, qd sceminae, & sic suas possunt instruere coniuges. Tertio, uiri debent suis uxoribus correptionem dum peccant, quemadmodum sanctus Iob uxoribus reprehensibiliter loquenti dixit: Quasi una de stultis mulieribus locuta es. imo quanto maritus uxorem suam magis diligere obligatur, tanto diligentius eam corripere debet dum errat. Pie tamen & charitatiue, nisi forsitan scemina propter suam peruersitatem esset dure corripienda, ut infra dicitur. Quarto, uiri uxoribus tenentur honorem, hinc beatissimus princeps apostolorum sanctus Petrus hortatur uiros, ut uxoribus suis tanquam fragilibus uasculis impendant honorem, non eas quasi ancillas aut fragiles despiciendo: & secundum scientiam, id est, cum discretionem cohabitent eis quatenus uerbis & factis cum reuerentia tractent ipsas. Quinto, uiri tenentur uxoribus gubernationem. Vir enim secundum Apostolum caput est mulieris. Sexto, iustitiam tenentur, quia in necessarijs uitæ maritus tenetur coniugi provideere pro posse. Septimo, cohabitationem, nisi rationabilis causa impediatur. Hinc in exordio mundi Adam dixit: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Octauo, coniugalis debiti solutionem, de quo satis præhabitu est.

Quarto, uiri tenentur uxoribus gubernationem. Vir enim secundum Apostolum caput est mulieris. Sexto, iustitiam tenentur, quia in necessarijs uitæ maritus tenetur coniugi provideere pro posse. Septimo, cohabitationem, nisi rationabilis causa impediatur. Hinc in exordio mundi Adam dixit: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Octauo, coniugalis debiti solutionem, de quo satis præhabitu est.

1. Cor. 7

Gene. 2
Mat. 19
1. Cor. 6

Eph. 5
Col. 3

1. Cor. 7

Iob. 3

1. Pet. 3

Eph. 5

Gene. 2

tatem æternam. Naturalis dilectio est, qua unus diligit alium propter similitudinem naturæ, uel propter propinquitatē originis, aut propter dispositionem in naturalibus donis, secundum quod homines naturaliter plus afficiuntur ad homines pulchros, dulces, pios, mites, liberales ac lectos. Dilectio socialis est, qua homines se inuicem amant propter familiaritatem aut specialem communicationem in conuersationibus suis. Porro carnalis dilectio est, qua homines se mutuo amant propter sensuales delicias aut proprias ac terrenas commoditates. Harum dilectionum nulla est uirtuosa ac meritoria uitæ æternæ nisi prima, uidelicet spiritalis. Vir ergo & uxor, primo, principaliter & maxime se inuicem debent diligere spiritali amore, & pro se inuicē quotidie exorare, seq; mutuo ad uirtuosa opera prouocare, & de spiritalibus rebus ad salutem pertinentibus colloqui, etiã dum simul in lecto sunt. Cum enim quilibet Christianus teneatur quemlibet Christianum spiritaliter diligere, uir & coniugum tanto cõ maiori spiritali amore se debent amare, quanto inter eos est maior cõmunicatio, cõiunctio atq; identitas. Secundo se debent diligere naturali amore, quia eiuſdē sunt speciei. Nihil enim tam naturale (ut ait sanctus Ambrosius) qd diligere consortē naturę. Ideo ait scriptura: Omne animal diligit sibi simile, & omnis caro ad sibi simile coniungitur. Tertio debent se amare socialiter amore ualde præcipue, quia maxima est communicatio conuersationis uiri & coniugis, quorum est una domus, una mensa, unus lectus. Hinc Adam de Eua coniuge sua dixit ad deum: Mulier quæ de dextera mihi sociam &c. Sed difficilis quæstio est, an coniugati debeant se mutuo diligere carnali amore. Et apparet qd non, quoniam amor carnalis est totus immundus & uitiosus, ut dicunt doctores. Aliqui tamen doctores affirmant, qd cõiugati se mutuo diligere licite possunt amore carnali. Est itaq; respondendum, qd non debent se inuicem diligere carnali amore, secundum quod amor ille uitiosus asseritur, sed quia maritus & uxor possunt se cognoscere absq; peccato & uirtuose, ut dictum est, & ita se diligunt propter uoluptatem quam ad inuicem & ab inuicem habent, in quantum illa uoluptas est naturalis, & ex diuina prouidentia actui matrimoniali adiuncta, atq; ad debitum finem relata. Ut enim Aristoteles ait, & sanctus Thomas allegat. Idem est iudicium de operatione & de delectatione operationi annexa. Ideo bonæ & uirtuosæ operationis, delectatio bona est: & in quantum bona est, appeti potest. Itaq; in quantum cõiugati se mutuo diligere possunt propter uoluptatē, quam habent ad inuicem in actu matrimoniali, secundum quod actus ille est opus uirtutis, dicuntur se licite diligere carnali amore. Unde sanctus Thomas dicit in Summa contra gentiles, qd cõmixtio maris & sceminae non inter homines tantum, sed etiam inter bruta dulcē quandã atq; præcipuã amicitia facit. Cum igitur inter cõiugatos debeat esse tam multiplex, tam specialis, tam cordialis dilectio, nimis peruersi & uitiosi sunt, nisi se inuicē spiritaliter cordialiterq; sicut iam dictum est, diligant. Veruntamen ualde cauere debent, ne se nimis carnaliter ac sensualiter ament, & ne uoluptatē ad inuicē immo deratè exquirant, quia hoc esset mortale peccatū atq; damnabile, quemadmodum in Reuelationibus sanctæ Brigitte legitur uir quidã grauiter terribiliterq; damnatus, nõ propter adulteriū, sed quia ad suam uxorem nimis carnaliter afficiebat, & carnē eius nimis carnaliter diligebat. Et istud præcipue obseruandū est uiris, habentibus uxores naturaliter multū amabiles, scilicet pulchras, bene cõplexionatas, pias, honestas, iucundas. Similiter obseruandū est istud uxoribus, habentibus uiros multū amabiles. Postremo ex præhabitis innotescit, qd uir ad coniugē suā habere se debet pie & dulciter, discrete atq; humiliter, non dure & aspernater, nõ superbe neq; amariter, cum dicat Apostolus: Uiri, diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad eas. Hinc de uiris crudeliter & amare ad coniuges suas se habentibus, dicit sanctus Ambrosius, qd pessimi sunt, serpētibuscq; peiores. Sunt namq; quidã serpentes, qui dū cõpari suo miscere se uolunt, primo omne uenenum suū effundunt, & dulcē quandã assuntunt affectū. Præterea, ut cõiugati se inuicē non nimis carnaliter, sed ualde spiritaliter diligant, oportet ut omnē naturalem ac sociale, & suo modo carnale amorē suū subiciant spiritali dilectioni, seipsos & uniuersa q; hinc ac sentiunt, ordinando ad spiritalē dei ac proximi, potissime cõthoralis, dilectionē.

Quarto, uiri tenentur uxoribus gubernationem. Vir enim secundum Apostolum caput est mulieris. Sexto, iustitiam tenentur, quia in necessarijs uitæ maritus tenetur coniugi provideere pro posse. Septimo, cohabitationem, nisi rationabilis causa impediatur. Hinc in exordio mundi Adam dixit: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ. Octauo, coniugalis debiti solutionem, de quo satis præhabitu est.

Dilectio utriusque.

Ecclesi. 31
Philosoph. 18.

Gene. 2

Col. 3

Articulus IX. De proprietatibus ac moribus mulierum, & quomodo uir habere se debet in instruendo & corripiendo suam uxorem. Quemadmodum summus ille gentilis magister Aristoteles docet, mulieres naturaliter & communiter sunt uerecundæ ac timidæ. Hinc multū timent in honorationem atq; diffamiam, & ex eadē contingit radice, qd cõmuniter multū appetunt laudem, honorem & famam bonam. Per hanc autē uerecundiam naturalem retrahuntur sceminae a multis peccatis, uerecundia namq; est timor de re turpi. Secundo, mulieres ex natura

natura sua sunt communiter misericordes, compassiua, pia & prouid ad fletum ex compa-
fione, habent siquidem cor molle ac tenerum; Iccirco dura & aspera audire & sustinere no-
possunt. Et dum aliquem dura pati conspiciunt, condolent. Tertio, mulieres quae afficiuntur
& inclinatur, nimis afficiuntur & inclinatur; quod in bonis bonum esse potest, in malis
uero est ualde malum. Cum enim sunt misericordes, sunt ualde misericordes, imo potius re-
missae & laxae: cum autem sunt immiseri cordes, sunt ualde immiseri cordes. Et ratio huius
est, quoniam mulieres communiter sunt debiles in ratione: ideo per usum & iudiciu ratio-
nis non satis refrenant se, sed affectiones suas immoderanter sequuntur. Praedicti autem mo-
res mulierum extant laudabiles, quia dispositiui sunt ad uirtutes. Porro mores mulieru uir-
tuperabiles sunt isti. Primo, communiter sunt passionum imitatrices, motus sensualitatis se
quendo, eo quod non sint fortes in ratione ab illicitis retrahente, & passiones seu motus & incli-
nationes sensualitatis refrenante. Hinc accidit quod foeminae sunt saepe multum intemperatae.
Secundo, mulieres communiter sunt uerbosae atque rixosae. Tertio, sunt mobiles ac instabi-
les ex mollitie complexionis & debilitate rationis. Et istud intelligendum est de mulieri-
bus secundum communem cursum naturalis dispositionis earum. Verum tamen per auxi-
lium gratiae dei & per exercitia bona, esse possunt ualde fortes in ratione, stabiles & prouid
res, passionuque uictrices, & temperatae. Et aliquae foeminae ex naturali dispositione sunt multu
honestae, matura & ad uirtutes bene dispositae: imo communiter quando mulieres sunt ma-
lae, sunt multum malae: & quando bonae, sunt multum bonae. Denique, qui uult aliquem in-
formare ac emendare, primo perpendere debet in quibus ille sit magis defectuosus, quate-
nus in illis hortetur eum ad emendationem. Itaque prudens uir uxorem suam informet ac mo-
neat, ut in omnibus medium obseruare conetur, & per usum rationis affectus suos mode-
retur, passiones refrenet, moderantiamque obseruet in cibo, potu, somno, uetibus actibusque
iugalibus: Insuper ut loquacitatem, inquietudinem, discursum, rixas, instabilitatem deuiter, in
uerbis ac signis pudica sit, pacifica & matura. Si ergo maritus conspexerit coniugem suam
esse piam, tractabilem, pudoratum, debet eam si opus fuerit blande corripere & docere. Si
uero uiderit eam esse proteruam, garrulam & peruersam, aut uagam & fatuam, debet eam
a superioribus uerbis instruere, rigorosusque corripere: non tamen sit pronus uir ad percute-
ndum coniugem suam, ne forte deterior fiat, aut fugiat, aut adultera efficiatur: Si autem mari-
tus perperit coniugem suam esse elatam, humiliet eam, habendo se ad eam autoritatis
atque mature. Nec multum ostendat ei signa amicitiae ac familiaritatis, donec eam uiderit hu-
miliatam. Et si maritus per seipsum non possit uxorem suam instruere atque dirigere, faciat
hoc per alias uirtuosas matronas, seu prudentes ac fideles personas.

Articulus X. Quomodo uir est caput suae uxoris & superior ea in guber-
natione domus & sobolis atque familiae.

In aliquibus (sicut praedictum est) maritus & uxor aequalis sunt potestatis aduicem, sicut
in exactione redditioneque debiti coniugalibus, in quibus unus non est superior alio. In ce-
teris, uir caput est coniugis: id est, superior ea in gubernatione domus & maioris nego-
tiorum, emendo, uendendo, & de necessarijs prouidendo in instructione filiorum & directio ac ca-
stigatio filiorum ac filiarum, & traditio eorum ad nuptias, praecipue ad patrem familias pertinet. Simi-
liter gubernatio famulorum & ancillarum ac mercenariorum, praemiatioque eorum. Viri namque comu-
niter (ut frequenter praedictum est) perfectiores sunt foeminis in naturalibus, fortiores in ra-
tione, prudentiores stabiliioresque animo. Ideo Assuerus rex de consilio sapientium suorum, iura
ac leges maiorum nouerunt, scripsit & iussit per omne imperium suum, ut uxores uiris suis defer-
rent honorem, & ut mariti essent principes ac maiores in domibus suis. Hinc in exordio mundi
deus dixit ad Eua: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Paulus quoque apostolus
ait: Mulierem non permitto dominari in uirgine, sed subiectam esse. Gloriosissimus etiam princeps
apostolorum beatus Petrus ait: Mulieres subditae sunt uiris suis, sicut Sara obediebat Abra-
hae, dominum esse uocans. Verum tamen principatus mariti super coniugem suam, non est sicut do-
minium eius super familiam, imo nec tantum sicut dominium eius super sobolem suam, ideo non se debet
superbe extollere supra coniugem suam. Praeterea dispositio res minorum, ut eorum quae quotidie
fiunt in domo, magis pertinet ad uxores. Et si uir perperit uxorem suam esse prudentem ac
diligentem, potest & debet ei plura ac maiora committere, neque de minoribus intrudere
debet se. Uxor itaque non debet magna peragere, nec multum exponere absque sui scitu atque co-
sensu mariti: nec etiam debet filijs suis aut filiabus pecunias dare aut destinare occulte, pra-
sertim si id sibi a marito prohibeatur, & si perceptorum filij pecunias uitiose consumant. In
talibus

Mulierum uirtu-
perabiles mo-
res.

Eph. 5

1. Pet. 3

Gene 3

1. Timo. 2

1. Pet. 3

1. Cor. 12

Gene 18

talibus quippe uxor uiro suo obedire teneretur, nisi fortassis uir euidenter se haberet irratio-
nabiliter & iniuste, negando necessaria filijs suis. Postremo propter praehabita dicunt doctores,
quod uxor non potest bene facere elemosynas magnas absque consensu sui mariti, nisi fortassis
haberet aliqua bona separata, de quibus id sibi liceret. Et si uxor oppositum fecerit, instigare
debet apud maritum modestius in dufratiosusque, quo potest, ut ea quae facta sunt, uiro com-
placeant: nisi uir tantae perueritatis atque duritiae esset, quod non expeiret ipsi talia insinuare.

Articulus XI. An uiri debeant sua secreta suis uxoribus reuelare, & an
debeant uti consilio suarum uxorum.

Quamuis quaedam foeminae ex speciali dono dei exercitijque uirtutum, sint prouid
tes atque constantes, communiter tamen (ut saepe iam tactum est) mulieres in usu ratio-
nis sunt debiles, mente instabiles. Ideo (ut Aristoteles dicit) mulierum consilium co-
muniter extat inualidum: imo earum consilium solet esse tanto plus ualidum, quanto
fuerit magis uelox & improuifum. Dum enim ratiocinari & inquisitionibus ac considera-
tionibus immorari incipiunt, imaginationibus inuoluuntur, & phantasijs atque erroribus im-
plicantur. Hinc scribunt quidam doctores, quod si quis improuifus & cito aliquid esset acturus,
ita quod sufficienter deliberatione habere non posset, utilius sibi esset consilium mulieris quam uiri.
Hinc mariti, potissime principes & in officijs constituti, non debent faciliter secreta sua suis
uxoribus reuelare, nisi per longum tempus & certa indicia ex diligenti consideratione exper-
titi sint, quod coniuges suae prudentes sint, stabiles & bene celantes. Communiter quippe mulie-
res male sciunt secreta sua celare: imo dum aliquid eis prohibetur, magis afficiuntur ad illud
agendum, & affectione sua communiter sequi solent, quia in rationis iudicio non sunt fortes.
Insuper foeminae communiter habent cor molle ac ductile: propterea dum aliquid eis applau-
dit, sine arridet, mox credunt esse amicum, & sua secreta ei inter dum reuelant. Dicitur etiam,
quod mulieres communiter multum appetunt laudem: ideo sic foeminae quas putant amicas, reuelant
suorum secreta uiros, quia uidentur eis quod hoc ad eas pertineat laudem, quod uiros suorum sciunt oc-
cultare. Viri ergo non debent uxorum suarum uerbis & precibus ac persuasionibus ualde cito
credere aut consentire, praesertim dum uxores uolunt aliquem accusare, & uiros suos contra
aliquem inflammaré. Quonia mulieres solent grauiter multipliciterque tentari, & suspiciosae exi-
stere, quia non bene sciunt se per rationem uincere atque compescere. Ideo uir debet coniugis
suae persuasiones, uerba & preces diligenter discutere, & non absque prouisa examinatione assen-
tiri & credere. Hinc aliqui magni uiri grauissima inciderunt pericula, quoniam suis uxoribus ni-
mis cito crediderunt. Quod etiam saepe ideo accidit, quia nimis carnaliter & ardenter eas ama-
bant, & talis amor maxime rationem excacat, imo ut S. asserit Augusti. Nihil uirilé animu ita
deiecit atque effeminat, sicut illa foeminae blandimenta, corporisque contactus. Hinc uiri summe
debent uitare, ne ad suas uxores nimis intente atque carnaliter afficiantur. Haec autem de imperfectio-
ne foeminae sunt dicta, salua in oibus pace & reuerentia matronarum honestate atque prudentia.

Articulus XII. De his quae coniuges tenentur suis maritis.

Vxor primo tenetur uiro suo dilectione. Hinc in libro Tobiae legitur, quod pariter
Sara hortabantur eam diligere maritum, imo (ut ait sanctus Iohannes Chryso-
stomus) uxor intantum debet suum amare maritum, ut nullum uirum reputet sapien-
tiores, pulchriorem aut fortiorem suo uiro. Secundo uxor tenetur suo uiro fi-
dem thori, intantum, ut malit mori & occidi, quam fidem frangere coniugalem. Tertio tenetur
uiro timore, sicut ait Apostolus: Uxor timeat uirum suum. Et iste debet esse timor purus
& castus, ex amore procedens, ut scilicet timeat suum uirum offendere, aut ab eo relinqu-
i. Nam & mulier mala atque adultera timet utique uirum suum timore seruili, quia timet a uiro
suo in uitijs deprehendi ac percuti: & quando uir eius est absens, timet quod uelociter reuerte-
tur. Sed mulier bona, uiro suo absente, timet quod nimis diu tardabit. Quarto uxor tenetur
uiro suo subiectionem in obsequijs. Ideo Sapiens loquitur: Mulier si primatum habeat, con-
traria est uiro suo. Quinto tenetur uiro obedientiam in praecipis, & hoc in licitis & hone-
stis, & quantum ad ea in quibus uir habet superioritatem & potestatem super coniugem suam, ui-
delicet in gubernatione domus ac sobolis & rerum suarum. Hinc ait scriptura, quod Sara obedie-
bat Abrahae suo marito. Sexto tenetur uiro suo reuerentiam in uerbis. Unde Petrus apo-
stolus recitat, quod Sara Abraham dominum appellauit. Reuerentialis namque allocutio confer-
uat & auget amorem, pacem atque concordiam. Propter quod ait Apostolus: Honore inui-
um humiliter loquatur mulier suo uiro, cum Salomon dicat: Responso mollis frangit iram, sermo
durus

1. Cor. 7

Eccle. 25

Gen 18

1. Pet. 3

Roma 12

Eccle 20

Prover. 15

1. Cor. 7

durus fuscitat furorem. Septimo uxor tenetur uiro consortium cohabitacionis. Ait nancq; Apostolus: Præcipio uxorem à uiro non discedere. Octauo tenetur uiro adiutoriū operacionis. Vir enim & mulier in multis indigent auxilio mutuo, & aliqua conuenientius sunt per se inuicem q̄ per uirum. Omnia ergo hæc uxor suo uiro fideliter ad honorem dei exhibeat, & tunc utiq; magnam à deo mercedem recipiet.

Articulus XIII. Quid parentes teneantur filiis suis ac filiabus.

VNus & idem homo ad diuersos diuersimode habere se debet. Aliter nancq; habere se debet homo ad deum, aliter ad suum prælatum, aliter ad principem secularem & officiatos illius, aliter ad suam uxorem, aliter ad filios, aliter ad filias, aliter ad famulos & ancillas ac mercenarios, aliter ad conciuēs siue propinquos, aliter ad cognatos, aliter q; ad alienos, quoniā homo debet unicuiq; exhibere seu reddere q̄d ei debetur. Nunc autem dicendum est, quomodo parentes habere se debent circa sobolem suam. Primo itaq; parentes tenentur filiis filiabusq; suis corporalem educationē ab infantia usq; ad congrua incrementa, uidelicet quousq; panem suū lucrari seu acquirere possint, si pauperes extant. Secundo tenentur eos tempore infantia custodire ab exterioribus no cumentis, ne cadant in ignē, aquā, fouēā aut cultellū, & ne à bestijs quibuscunq; lædantur. Tertio parentes tenentur pueris suis competentē in tēporalibus prouisione, secundū mensuram suæ possibilitatis ac status. Idcirco parentes qui bona sua immoderanter in utiliterq; consumunt, uendunt, dissipant, enormiter peccant, & multipliciter reusunt, quoniā progenitorum suorum patrimonium & labores iniuste dilapidant, proprios pueros spoliant, & suo uentri, gulæ uacando deseruiunt. Hinc Naboth uirum iustum, ideo interfecit, quoniam noluit regi Israël uendere hereditatem patrum suorum, sanctus Ambrosius martyre uocat. Apostolus quoque ait: Non debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Quarto parentes tenentur soboli suæ informationē in moribus atq; uirtutibus, in credēdis & cognoscendis, ut à pueritia discant filij ac filia deū cognoscere, credere, colere, timere, diligere, ecclesiam uisitare parentibus, senioribus ac superioribus reuerentiam obedientiaq; impendere: & ut facerent, uerēcundi ac pauidi sint: & si parentibus adest facultas, ne quaquā omittant quin pueros suos faciāt frequentare ad minus quousq; discant orationē dominicā & salutationē angelicā ac fidei symbolū. Discantq; scribere, & saltē materna lingua legere. Melius uero est, si frequentent tam diu, ut latinū intelligāt, & congrue loqui sciant, quatenus quē in ecclesia leguntur siue cantantur, intelligere atq; ad Missam seruire queant. Sed pro dolor in his multi parentes satis diuites, ualde culpabiles sunt, præsertim in uillis, qui pueros suos pagē aut nihil faciunt frequentare: imo statim dū alicuius sunt discretiois, faciunt eos custodire oues aut alia pecora, nec instruunt eos in moribus. Aduertant patres huiusmodi quod Salomon asserit: Qui diligit filiū suū, instāter erudit illū. Et rursus ait scriptura: Qui docet filiū suum, laudabitur in illo, & in obitu suo non contristabit de illo. Ob id itaq; Salomon protestatur: Filius sapiens lætificat patrem, filius stultus in castitate est matris suæ. Quinto parentes tenentur pueris suis correptionē & castigationē dū peccāt. Nepe dū iuniores sunt pueri, sunt uerberibus corrigēdi. Dū autē tēpore procedēte hoc fieri cōgruent non ualet, uerbis sunt acriter arguēdi, iuxta mensurā peccati eorū: tū cū discretioe, ne indurent & spernāt ac pereāt, aut alio modo sint durius puniēdi. De his diuina scriptura copiosissime loquitur. Salomon enim ait: Qui parit uirgē, odit filiū suum. Noli subtrahere a puero disciplinā tu uirga percussis eū, & animā eius de inferno liberabis. Itē q; Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga discipline fugabit eā. Itē ait diuina scriptura: Qui diligit filiū suū, affiduat illi flagella, ut lætet in nouissimo suo. Non des filio potestare in iuuentute sua, sed curua ceruicē illius, & tunde latera eius dū infans est. Itē ait scriptura: Filius qui relinquitur uolūtati suæ, cōfundit matrē suā. Idcirco enormiter peccāt patres, q; ex negligentia aut carnali amore omittūt pueros suos peccātes digne corripere ac iuste corrigere. Propter quod omnia filiorū ac filiarū peccata in illos redundāt, quēadmodū uitia subditōrū prauorū redundāt in negligētes prælatos. Et sicut sunt quidā prælati in seipsis cōpetēter boni ac pii, tamen ob hoc potissime pereūt, quoniā subditos suos non satis instāter ac digne informāt, corripunt & castigant sic multi parentes æternaliter condemnantur, quoniam circa sobolis suæ instructionem, correptionem & castigationem sunt miserabiliter negligentes, quod est contra legem diuinam ac naturalem. Hinc etiam grauiter peccant parentes, qui noscūt filios suos incontinenter uiuere, tamen dissimulant, & quāuis proponāt eos coniugio sociare, tñ propter aliqua terrena cōmoda diu hoc differūt, magis cauētes exteriora incōmoda, quam

1. Reg. 21

2. Cor. 11

Prouer. 12
Ecclesi. 30
Prouer. 15

Prouer. 11
Ecclesi. 30

Prouer. 29

quā animarum pericula & peccata ac dei offensam. Sicq; exteriora & temporalia præponunt bonis spiritalibus ac æternis, imo deo & felicitati æternæ, q̄d est omnino contra ordinem charitatis, & est mortale peccatū, quod heu paucissimi nunc perpendunt. Deniq; sunt foeminae quædam nimium molles atq; carnaliter piæ: quæ si audierint suos uiros in corripiendo corrigendosq; prolem culpabilem aliquid rigorosos, muliebriter compatiuntur, & æquanimitate ferre non possunt: quod periculosum est ualde, & spiritali amori quo prolem suam amare tenentur, cōtrarium. Præterea q̄ damnabile fit & nocuum, pueros in adolescentia non reſrenare ac debite castigare, docet Salomon dicens: Prouerbiū est: A dolescens iuxta uiam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Et rursus ait scriptura: Ne iuunderis in filiis impijs si multiplicentur. Melior est unus timens deum, q̄ mille filij impij. Et utilius est mori sine filijs, q̄ relinquere filios impios. Insuper ad prætacliam prolis correptionem tenentur parentes non solum speciali mādato, in quantum parentes, sed etiam generali præcepto, in quantum sunt Christiani: quoniam ad fraternam correptionem omnes tenent. Quicquid ergo peccati uiderint parentes in sobole sua, in uerbis aut factis seu omissionibus, diligenter corripiant & castigant, atq; ad moderantiam cibi ac potus, somni ac uestium eam pro posse in ducāt. A choreis inhonestis ac prohibitis ludis, potissime taxillationibus spectaculis, atq; similibus uanitatibus auertāt eandem. Nec sufficit coram deo sobolem qualitercunq; seu remisse & raro corripere, sed seriose, frequenter ac rigoroſe oportet hoc facere, dum magnitudo culpæ id promeretur. Ideo nancq; Heli sacerdos ac iudex filiorum Israël, à deo est reprehensus, quoniam filios suos peccātes non satis rigoroſe corripuit & correxit, ut primo libro Regum habetur. Veruntamē cum discretione corripendi sunt pueri, ne indignentur, exasperentur, irascantur, aut pusillanimes fiant, uel ad peiora labantur. Nam propter iuuenilem ac tatem sanguinisq; feruorem, ad iram & indignationem, ac alios motus prauos sunt proni. Ideo dicit Apostolus: Patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini. Et denuo exhortatur: Patres, nolite ad indignationem prouocare filios uestros, ut non pusillo animo fiant. Præterea circa instructionem & gubernationem filiarum ac puellarū est specialis diligentia adhibenda. Informandæ sunt nancq; & cōſcendæ, ne fiant inuerecundæ, audaces, lasciuæ, uagæ, uerbosæ, uel saltatrices aut procatrices. Ideo ait scriptura: Filia tibi sunt, serua corpus illarum, & ne ostendas faciem tuam hilarum ad illas. Præcipue quoq; est prouidendū, ne filia & puella sint otioſe sed semper utile aliquid operentur, & domi remaneāt, nec oculis uagæ sint, nec uisum suum defigant in uiros aut iuuenes: præsertim autē in ecclesia & plateis sint custodite in uisu, & timorāt ac uerecūdæ in omnibus. Ideo sanctus Ambrosius loquitur: Discite d̄ uirgines non circūcurritare alienas domos, non demorari in plateis, non aliquos in publico miscere sermones. Postremo ut tacitum est, otioſitas summe uitanda est filiabus. Multa enim mala docuit otioſitas, ut ait scriptura, imo ut sanctus testatur Bernardus: Otioſitas est origo & mater uitiorum. Hinc de potentissimo illo Imperatore Octauiano legitur, quod filias suas addiscere fecit incidere, texere, consuere, & quicquid sit in lino & seta & lana.

Prouer. 22
Ecclesi. 6

1. Reg. 2

Ecclesi. 7

Ambrosius,
Ecclesi. 33
Bernardus,

Articulus XIII. Quā magnum dei donum sit habere coniugem bonā, sicut & infelicissimum est habere cōiugem malam. Et qualiter instruendi sint filij ac filia. De modo se habendi circa matrimonium contrahendū.

SAcra scriptura testatur ac loquitur: Mulieris bonæ beatus uir, numerus enim annorum illius duplex. Mulier fortis, id est, uirtuosa & uiro suo fidelis, oblectat uirum suum, & annos uitæ illius in pace implebit. Talis enim mulier facit uirum suum delectabiliter atq; pacifice uiuere, quātum est ex parte ipsius. Pars bona est mulier bona, quoniam magnum dei donum est mulier talis. In parte bona timentium deum dabitur uiro profectus bonis. Gratia mulieris sedulæ delectabit uirū suum, & ossa illius impinguabit. Nam mulier diligens in regimine domus, & circa deum deuota, facit uiro suo dies iocū dos: & sicut Salomone testante, Animus gauđens ætatem floridam facit, spiritus uero tristis ossa exiccatur: sic mulier bona uirum suum lætificando ossa ipsius impinguat. Mulier senſata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ: id est, prudens uir pro nulla re exteriori talem uxorem uederet aut mutaret. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bonæ species est in ornamentum domus suæ. Beatus qui habitat cum muliere sensata. Salomon quoq; ait: Fallax est gratia, & uana pulchritudo: Mulier timens dominum, ipsa laudabitur. Ecce ex his sacra scriptura ostēdit,

Ecclesi. 26

Prouer. 17

Ecclesi. 26

Ibidem,

Ecclesi. 29

Ecclij

Ibidem.
Eodem.

Prouer. 19
Gregorius.

Prouer. 17
Ecclij. 30
Ecclij. 9

Ecclij. 4
Ecclij. 3

Iaco. 3

quàm magnum sit habere coniugem bonam, & pacifice cōuersari cum ea, cum Sapiens dicat: In tribus placitū est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier bene sibi consentientes. Sed quia opposita ad inuicem comparata clarius cognoscuntur, scriptura eodem loco ubi ostendit quod magnum sit coniugem bonam habere, etiam docet quod malum sit, per uerfam habere uxorem, dicens: Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni & draconi magis placebit, quod habitare cum muliere nequā. Malitia mulieris immutat faciem eius, & quasi faccum ostendit eam in medio proximorum. Breuis omnis malitia ad malitiam mulieris. Ascensus arenosus in pedibus ueterani, sic mulier linguata uiro suo homini quieto. Plaga mortis est mulier nequam, quæ non beatificat uirum suum. Ex his patet, quantum inter se distent mulier bona & mala. Qui ergo bonam uxorem sortitus est, gratus sit deo, & spiritaliter magis quod carnaliter diligit illam. Qui autem malam accepit, patientiam habeat, nec odiat illam, nec alteri misceatur. Quemadmodum autem magnum donum est uiro habere coniugem bonam, ita & mulieri magnum est, habere uirum bonum, prudentem, pacificum. In primis ergo instruendi sunt filij ac filia, ne clandestina matrimonia contrahant, quia hoc est contra præceptum ecclesie & sub pena excommunicationis prohibitum, & matrimonia talia malum exitum solent habere. Secundo sunt instruendi, ut non absque consilio parentum uel propinquorum aut fidelium amicorum, matrimonium contrahant. Qui autem uult sibi ipsi aut alteri uxorem accipere, primo & maxime debet aspiciere ad naturalem dispositionem ac mores sceminae seu puellae, & etiam diligenter inquirere, an sit bonæ indolis, mansueta, modesta, ueracunda, pacifica, taciturna, operosa, & prudens: imo omnium prouisorum dominum deum inuocare debet quotidie, ut talem uxorem sibi dignetur concedere. Salomon namque uerissime loquitur: Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à domino autem proprie uxor prouidens. Et sanctus Gregorius ait: Uxor ab omnipotente deo petenda est. Itaque magis aspiciendum est ad bonitatem, uirtutes ac mores puellæ, quàm ad diuitias eius, quoniam multo melius atque salubrius est habere bonam coniugem pauperem aut parum habentem, quàm malam ac diuitem, quia cum bona uxore magis charitatiue ac pacifice uiuitur. Atque ut Salomon ait: Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena diuitijs cum iurgio. Et iterum ait scriptura: Melius est modicum cum timore dei, quàm thesauri magni & multi. Itemque, lucunditas cordis hæc est uita hominis. Ideo rursus Salomon dicit: Perfringere uita cum uxore quam diligis. Quemadmodum autem consideranda sunt ista in coniuge accipienda, ita & in suscipiendo marito, an scilicet sit bonæ dispositionis in naturalibus, pius, pacificus, non crudelis, non ebriosus, non prodigus. Insuper uolentes contrahere matrimonium, debent eligere personas sibi conformes in nobilitate aut parietate, ne unus alium tanquam ignobilem spernat: Itē in ætate & pulchritudine. Dum enim iuuenis & pulchra nubit seni atque deformi, habet eum exosum, sicut adultera. Similiter dum uir iuuenis & formosus ducit turpē ac uetulā, despiciat illam & adulter efficitur. Et quamuis non adulteraret, tamen uetula illa facilliter suspicaretur hoc malum, nec concordarent. Postremo contrahendum est cum puella, quæ habet parentes honestæ uitæ, qui non exercent uitiosa officia, nec iniusta habeant bona. Non ergo est contrahendum coniugium cum filio aut filia uisurarij uel raptoris.

Articulus XV. Quomodo paterfamilias & uxor eius habere se debent circa seruos & ancillas ac operarios.

Sanctus Gregorius Papa dicit: Ita nos habere debemus ad subditos, sicut uellemus illos se habere ad nos, si nos subditi illis essemus. Paterfamilias ergo & uxor eius, ita se habeat ad suam familiam, quomodo uellent illam se habere ad ipsos, si ipsi essent familie suæ subiecti. Et quoniam paterfamilias est principalis in sua domo, pertinet primo ad eum, ut ad omnes suos domesticos habeat se amorose, patienter, humiliter atque pacifice, salua tamen iustitiæ disciplina. Hinc ait scriptura: Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos & opprimēs subiectos tibi. Et quoniam diuina ait scriptura, Quanto maior es, humiliat te in omnibus, & inuenies gratiā corā deo, quoniam ab humilibus honoratur: hinc paterfamilias & etiam eius coniunx, pie & charitatiue, iuste & humiliter habere se debent ad famulos & ancillas ac operarios, tanquam ad fratres & sorores, atque celestis regni coheredes: imo paterfamilias & omnes qui præsumt, diuitijsque abundant, diligenter semper attendant, quod pauperes deus magis elegit. Et ut ait beatus Gregorius: Hos eligit deus

deus, quos despiciat mundus. Nam teste Apostolo, Abiecta mundi deus elegit. Ideo loquitur Christus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Hinc superiores debent subditos & seruientes sibi, seipsos præferre in cordibus suis, & nequam superbe se ueriter, iniuste aut aspernanter se habere ad eos, sed taliter qualiter cupiunt deum se habere ad ipsos. Ideo monet Apostolus: Et uos domini eadem (scilicet quæ uobis fieri uultis aut uelletis, si serui essetis) facite seruis uestris, scientes quia & uester & illorum dominus est in cælis. Si autem aliquid culpæ & reprehensibilitatis in familia apparuerit, hoc paterfamilias seu uxor eius pie & patienter debet suffere, & charitatiue corripere, atque peccantem familiam informare, nec eam despiciere, sed pensare quod & si aliqua mala à pauperibus & seruientibus committantur, per suam tamen paupertatem ac seruitutem, ab illis deo miserante possunt facilliter purgari. Præterea seruientes non sunt immoderatis laboribus fatigandi. Bona quoque merces danda est eis, & prompte soluenda, quia per sanctissimum Moysen deus dixit: Non morabitur opus mercenarij apud te usque mane. Et iterum scriptum est: Qui est fundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Hinc laborantibus ac ministrantibus debitā mercedē non soluere, est unum de quatuor peccatis clamantibus ante deū, quæ sunt, homicidiū, uitii cōtra naturā, oppressio pauperum, & detentio mercedis laborum. Insuper ut beatus loquitur Augustinus, quilibet paterfamilias debet in domo sua quasi episcopale officium exercere, omnes suos domesticos ad uirtutes hortando, salubriter instruendo, peccantes redarguendo, & quod summe deus ab ipso requirit, seipsum in omnibus uirtute exemplariterque habendo. Cæteris namque qui in domo ipsius sunt, uirtuosior esse debet. Hinc dicit Apostolus: Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, in domino negauit, & est infidelis deterior. Paterfamilias quoque non debet se ad famulos suos habere nimis familiariter, neque secreta sua illis reuelare, nisi de illorum fidelitate & dilectione ad se certus existat. Nimia namque familiaritas parit cōtemptum. Et Christus dixit apostolis: Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Veruntamen seruo fidei etiam reuelantur secreta à domino suo: fidelis etenim seruus tanquam filius est amandus, cum dicat scriptura: Seruus fidelis sit tibi dilectus quasi anima tua. Sed an seruus sit domino suo uere stabiliterque fidelis, dominus eius nō cito neque incaute credat, sed diu examinet, & certitudinaliter experiatur. Qui enim cito credit, leuis est corde, secundum scripturam. Præterea laborantes ac seruientes diligenter sunt admonendi, ut fideliter seruiant ac laborent, deum præ oculis semper habentes, ne fraudis sint rei & tanquam iniusti dantentur & ne ad restitutionem teneantur mercedis, quam receperunt iniuste. Idcirco dicit Apostolus: Serui, obedite dominis carnalibus cum timore, in simplicitate cordis uestri sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatem dei ex animo, cum bona uoluntate seruientes, sicut domino & non sicut hominibus, scientes quoniam unusquisque quod fecerit bonum, hoc percipiet à dño, siue seruus, siue liber. Itaque informandi sunt seruientes, ut nec solum nec principaliter seruiant ac laborent propter temporale mercedem, sed primo atque potissime & omnino finaliter propter præmiū æternale seu uitam æternam, & ex charitate diuina, ordinantes suum laborem atque obsequium, ac temporalem mercedē, ad dei cultum, gloriam & honorem, gratias deo agentes, qui ita cum ipsis disposuit, quod panem suum indigent lucrari, & labores manuum suarum comedere, sicut ait propheta: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Si quidem multa uitiā incidant diuites ex opulentiā sua, dum otiositatibus, comestationibus, potationibus, uenationibus, confabulationibus uacant, constat.

Articulus XVI. Qualis debeat esse uita cuiuslibet Christiani. Dominus noster Iesus Christus in euangelio loquitur: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Omnis igitur Christianus si debeat saluari, Christum imitari tenetur, & Christi uirtutes eum sequi oportet, ac omne mortale peccatum uitare. Ideo Iohannes apostolus ait: Qui se dicit in Christo habitare, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc est quod Paulus apostolus exhortatur: Imitatores dei estote et sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Inaniter ergo Christianus uocatur, qui Christi humilitatem, mansuetudinem, patientiam, pietatem, iustitiam, charitatem, cæterasque uirtutes non sequitur. Qui legem Christi non seruat, qui eius mandata non implet, Christianus mendaciter appellatur: imo qui talis est, seruus est peccati, minister diaboli: non Christi, sed dæmonis membrum. Præterea, sicut unigenitus filius dei dominus noster Iesus Christus, omnium legislatorum est summus,

1. Cor. 13. Mar. 5

Col. 4

Leuit. 19
Ecclij. 14

1. Tim. 5

Ecclij. 33

Ecclij. 19

Ephe. 6

Psal. 127

Iohan. 14

1. Iohan. 2

Ephe. 5

Iohan. 8

Psal. 96

fic lex Christi omnes alias leges excedit in sapientia, in puritate, in perfectione quia per legem Christi, homines ad clariorem dei notitiam perducuntur, a carnalibus desideriis, & uiculis mentis ac corporis in quibus plenius abstrahuntur, ad uirtutum munditiam, castimoniam, sinceritatem, charitatis spiritualem excellentius eriguntur. Ad hoc namque tota euangelica doctrina & lex, fides & sapientia tendunt, ut credentes ad temporalibus atque carnalibus ad aeterna ac spiritualia eleuentur, ne ad sensibilia immoderate afficiantur, nec in carnalibus & creatis inordinate delectentur, sed omnibus creaturis praeferant creatorem, soli deo finaliter adherendo, & alia omnia ad eius honorem ac gloriam ordinando. Hinc Christiani praeter ceteris hominibus tenentur esse uirtuosi, spirituales, diuini, id est, humiles, pii, mites, casti, patientes, iusti & charitativi, omnem superbiam, omnem iram, incontinentiam, iniustitiam, impatientiam, acediam, gulam, inuidiam ac cetera uitia toto corde odiētes ac euitantes: in obseruationibus praeceptorum dei atque ecclesiae diligētes, deum prae oculis semper & ubique habentes, atque in cunctis quae agunt, dei honorem ac animarum suarum salutem intendentes, optantes, quaerentes. Ecce taliter uiuere debet quilibet Christianus. Hinc in libro de nomine Christiano loquitur Augustinus: Nomen Christiani frustra sortitur, qui Christum non imitatur. Quid enim tibi prodest uocari quod non es, & nomen usurpare alieni? Sed si Christianus uocari laetaris, quae Christi sunt gere. Nonne fecisti ac miserere est te uocari quod non es? Qui Christianus dicitur, Christum se habere dominum profiteatur: & uere habet, si Christo in omnibus obsequatur. Si quo minus, non ille seruus est Christi, sed subannator eius & derisor, qui ipse se seruū dicit, cui seruire nō curat, sed negligit. Huic ergo geminū damnationis iudiciū reseruat, uidelicet pro dei subannatione, quae sine causa diuini appellauit, & pro qualitate sui peccati. Sed plerique imprudentes ac negligētes ideo peccatū audeat, quoniam deus non statim ulciscitur. Sed hi miseri sunt & ingrati ac suae salutis improvidi, non pensantes quod quanto diutius deus expectat, tanto impoenitētes horribilius dānat. Idcirco ait Apostolus: Existimas o homo qui impie agis, quod tu effugies iudiciū dei? An diuinas bonitatis dei & patientiae & longanimitatis contēnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad patientiam te adducit? Secundū duritiā autē tuā & impoenitētes cor tuū, thesaurizas tibi iram die iusti iudicij dei. Recte ergo hortatur scriptura: Non tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diē. Subito enim ueniet ira illius. Denique ut sanctus asserit Augustinus: Tam diu quemlibet peccatorē sustinet deus, quousque terminū peccatoris suoy cōpleuerit, id est, tot peccata cōmiserit atque incurrerit, quot ab eo deus sustinere decreuit. Quibus cōpletis, mox a deo percussit, moritur: nec ulla illi iam uenia reseruat, sed aeternaliter condēnatur. Et istud de peccatoribus impoenitentibus est intelligendū. Nemo igitur sibi bladiatur, nemo se palpet & fallat. Impios & iniustos, malos & fornicatores deus non amat, sed pios, castos, mites, iustos & innocētes, sicut propheta loquit dño: Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Virū sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Quomodo ergo audes te Christianum uocare, qui Christi uirtutes non imitaris, imo omnia praeceptis Christi contraria operaris? Quis tam uanus & miser est, qui se aduocatum aut doctorē audeat profiteri, cum literas nesciat? Quis tam insanus & excors est, ut profiteatur se militē, si nesciat arma gestare? Nemo enim quodcumque nomen sine causa sortitur. Tu ergo quomodo Christianū te dicis, in quo nullus Christi actus apparet? Christianus namque nomen est bonitatis, iustitiae, pietatis, patientiae, castitatis, prudentiae, innocentiae, charitatis. Et tu quomodo nomen istud tibi uendicas & defendis, qui de tot uirtutibus nec paucas, imo nec unam habes? Christianus est, qui Christū operibus sequitur, in cuius peccatore non habet locū malitia, in cuius mēte non nisi bonitas pietasque consistunt, qui nullū nouit laedere aut nocere, sed omnibus opē ferre. Christianus est, qui Christi exēplo inimicos diligit, aduersariis benefacit, pro peccatoribus & hostibus orat. Nam qui alicui nocere aut laedere paratus est, Christianū se esse mentitur. Tales esse conuenit dei cultores & seruos, tam mansuetos, maruros, prudentes, humiles, patientes, castos, iustos ac uirtuosos, ut quicumque eos uiderit, admiretur & dicat: Vere isti sunt homines dei. Vae igitur falso ac impio Christiano, cuius tam nequam est conuersatio, cuius tam indecens habitus, tā turpe opus, cuius uita est tam iniusta, tam intemorata, tam luxuriosa & fordida, per quem deus in honoratur. Deus enim nihil magis a nobis desiderat & requirit, quod ut per actus nostros maiestas sua ab omnibus honoretur, laudet, atque ex uita seruorum suo rum uerus & sanctus esse monstratur. Virtuosa namque uita seruorum, re dū dat in honorem domino

Phil. 72
1. Cor. 10

Rom. 22

Eccl. 57

Phil. 7

dominorum suorum. Quicumque ergo non fuerit pius, hospitalis & misericordiae operibus deditus, non euadet inferni supplicia. Haec omnia & maiora scribit beatissimus Augustinus, ex quibus ostenditur, qualiter omnis Christianus uiuere obligatur.

Articulus XVII. De aliquibus Euangelicis documentis.

Pincipium praedicationis beatissimi Ioannis baptistae praecursoris Christi fuit: Poenitentiam agite, appropinquet enim regnum caelorum: Hoc idem fuit exordium praedicationis Christi, prout gloriosi euangelistae Matthaeus & Marcus describunt. Istud igitur primo ad omnem pertinet Christianum, qui post baptismum peccat, ut statim de suis peccatis poenitentiam agat, id est cordialiter doleat, ore tenus confiteatur, & per opera bona satisfaciatur. Et quanto peccata sunt plura & grauiora, tanto cordialius ac uehementius de eis dolendum est, & cum maiori compunctione sunt confitenda tempore congruo, cum pleno proposito ea non reiterandi. Ad minus enim confiteri tenetur quilibet Christianus semel in anno, uidelicet ante pascha, & tunc communicare, secundum quod Innocentius papa in generali concilio iussit: Aliqui uero doctores dixerunt, quod quando cum aliquis est sibi conscius de mortali peccato, statim confiteri teneatur, quicquid potest confessorem habere. Sed alij doctores aliter sentiunt. Porro in hoc omnes doctores concordant, quod dum aliquis est sibi conscius de peccato mortali, tenetur statim de hoc poenitere, & pro remissione dei rogare, atque proponere quod confitebitur tempore opportuno. Veruntamen multo securius salubriusque confiteretur, statim post peccatum mortale confiteri, quia peccatum quod per poenitentiam non delet, suo pondere mox trahit ad aliud. Multa quoque sunt in confessione, quae ualent ad remissionem peccatorum, ad gratiam ac uirtutum impetrationem aut augmentum, & ad uitandū peccatum, uidelicet humiliatio confitentis & erubescencia, quam habet de suis peccatis, oratio & absolutio confessoris, & uis clauium ecclesiae quae habet confessor. Confessione etiam in quantum est sacramentum ecclesiae, cooperatur ad remissionem culpae. Ex longa quoque dilatione confessionis, peccator pro magna parte obliuiscitur sua peccata. Praeterea in multis casibus tenet quicumque Christianus sepius quam semel confiteri in anno, uidelicet dum grauitur infirmus, ita quod moriturus putatur, & quando ad bellum iturus est, uel expositurus se periculis mortis in nauigando, uel ambulando: & item dum accepturus est aliquod sacramentum ecclesiae, scilicet matrimonium contracturus, aut communicaturus seu inungendus. Decet autem, ut etiam in Aduentu & ante pentecosten, & circa festa praecipua, utpote omnium sanctorum, & assumpcionis uirginis gloriosae, & circa principium quadragesimae quilibet Christianus confiteatur. Amplius satisfactio poenitentialis quae in confessione iniungitur, fideliter atque humiliter est implenda: Et hoc ex charitate & uera deuotione. Poenitentia namque quae facit homo in mortalibus peccatis existens, non acceptatur a deo nec ualet, sed tenetur eam post confessionem uel contritionem reiterare. Itaque iuxta Christi & praecursoris sui praedicationem, primo poenitentia est agenda. Ideo loquitur Augustinus: Initium bonorum, confessio est malorum. Unde Salomon protestatur: Qui abscondit scelera sua, non dirigit qui autem confessus fuerit, & reliquae conuersatio uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. In his uerbis docuit Christus, ut opera uirtuosa ad quae tenemur, publice faciamus non propter propriam laudem aut utilitatem, sed ad proximorum edificationem ac dei honorem, quatenus fideles uidentes bona opera proximorum, glorificent deum qui tantam gratiam contulit illis. Sic namque laudat & honorat deus in suis ministris ac donis. Opera autem uirtuosa ad quae non obligamur, & quae specialiter deuotione & superogatione praetendunt siue includunt, occultare debemus magis quam publicare, quantum in nobis est: Ideo ait dominus Iesus oibus Christianis: Audistis quia dictum est antiquis, i. filiis Israel a deo per Moysen est praecipuum: Non occides hominem propterea autoritate & contra ordinem iuris. Qui autem occiderit hominem contra ius, reus erit iudicio damnationis: Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri, id est proximo, reus erit iudicio. Istud intelligendum est de ira inordinata, ratione preueniente & perturbante, qua unus irascitur sibi uel alteri ex irrationabili commotione animi sui. Est autem & alta ira bona, quae oritur ex zelo iustitiae ratione dictata, qua unus irascitur sibi ipsi aut alteri ex charitate, propter sua peccata corripiens aut corrigens eum, ut in hac uita purgetur, ne in futura uita damnetur. Et ista ira ex ratione procedit, & sponte assumitur, ut actus charitatis atque iustitiae diligentius exequatur. Et talis ira fuit in Christo, & est in uirtuosis hominibus. Qui autem dixerit fratri suo racha, id est, signum aut uocem in dignatione emisit contra proximum suum, reus erit concilio, id est, grauius peccat quam si solum in iram

Mat. 3
Marc. 1
Luc. 3

Mat. 1
Marc. 1
Luc. 3
Prover. 28
Marc. 9

Mat. 5
Exod. 22
Deu. 5.

haberet. Ideo dignus est, ut de eo tractetur quam pœnam promeruit. Qui autem dixerit proximo suo fatue, reus erit gehennæ ignis, id est, qui proximum aut hominem appellauerit fatuum aut fatuam, ex contemptu personæ uel inuidia aut passione præ dominatæ, & ex irrationabili causa, æternam damnationem meretur, quia mortaliter peccat. Si uero aliquis ita loquatur proximo suo ex charitate & zelo iustitiæ, aio corrigendi & emendandi fratrem culpabilem, nõ est peccatum. Sed discutiat unusquisq; conscientiam suam, ex qua radice & qua intentione loquatur, & reprimat animi suum ac linguam. Deinde loquitur Christus omni fidelis: Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Sensus uerborum istorum est, qd si quis aliquem offenderit, prius debet ab illo ueniam postulare, etq; satisficere, & ipsum placare pro posse suo, si conuenienter potest habere accessum ad ipsum. Et si propter locorum distantiam non potest corporaliter illum accedere, concordet eum animi præparatione, & proponat eum accedere quando potest. Istud qd faciat homo ante qd aliquid offerat deo, præsertim ante qd celebret siue cõmunice, hoc est, citius quo congrue potest: quia tenetur ad hoc, ne & aliter maneat perturbatus. Nec tamen oportet omne opus bonum dimittere, quousq; eatur ad reconciliandum se fratri, ut si quis nocturno tempore orat aut contempletur, sed opus bonum inceptum debet dimitti ad minus tam diu, quousq; homo proponat ire ad reconciliandum se proximo quem offendit. Insuper Christus specialissime docet, omnem uanam gloriam & laudem humanam ac temporalem & uanum honorem, esse omnino spernendos ac fugiendos, atq; in omni opere bono primo & principaliter querere & intendere laudem, honorem ac gloriam dei. Hinc etiam ait Saluator: Attēdite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud deum: Te autē faciente elemosinā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, & pater tuus cœlestis qui uidet in abscondito, reddet tibi. Et cū oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autē cū oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem in abscondito. Veruntamen istud non est fic intelligendū, quasi non sit orandū nisi in loco secreto & clauso, cum dicat Apostolus, Volo uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione: sed ideo Christus locutus est uerba illa, quoniam nemo debet deum orare in loco aperto & patulo, ad hoc ut ab hominibus uideatur & collaudetur, & etiam quia ad orandum deuote, multum cofert & iuuat locus secretus atq; quietus: Rursum, dum homo orat in ecclesia aut alibi coram alijs, non debet alte orare, suspirare, peccus multum præ alijs tundere, aut similia specialis deuotionis signa ostendere, ne & alios prope stantes ab oratione impediatur, & hypocritis similis uideatur. Amplius ait dominus Iesus: Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, id est innaturalem & pallidam seu confictam uultus dispositionem assumunt, ut uideantur hominibus ieiunantes. Tu autē cū ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, id est, lætum in deo te exhibe, & bonam faciei dispositionem assume, atq; a uitijs te expurga, ne uidearis hominibus ieiunās, id est ne uidearis speciales abstinentias faciens. Ieiunia uero ad quæ homo tenetur, publice facere debet recta intentione, ne alij in ipsius gula scandalizentur. Præterea Christus docet ac præcipit auaritiam euitare dicendo: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra: hoc nõ est intelligendū, quasi nõ liceat aliqd pecuniæ seorsum reponere & seruare pro utilibus & rationabilibus causis, sed ne aliquis plura reponat ac seruet, qd sibi necessarium aut utile extat, consideratis suo statu, dispositione, cõditione ac onere, ut si sobolem multam habeat, nobilis uel existat, aut infirmetur: secundū hoc potest sibi ac suis rationabiliter ac decenter providere, sicut tamen, ut ad pecunias ac cætera temporalia non afficiatur immoderate, neq; in illis, sed in deo confidat, & diuitijs bene utat. Ideo Christus dixit: Thesaurizate autē uobis thesauros in cœlo: id est, opera uirtuosa abundanter peragite, & non nisi à deo mercedem in cœlo optate. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, id est cogitatio, intentio & dilectio tua. Hoc modo auari diuites cor suum habent in suis diuitijs ac thesauris, potius qd in deo: ideo in statu damnationis sunt. Aliqui autē sunt diuites, liberales & misericordes, implentes quod ait propheta: Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Isti cor suum non habent in suis diuitijs fixum, sed in deo, quem summe amant atq; desiderant.

Articulus XVIII. Adhuc de aliquibus Christi doctrinis ad omnes Christianos pertinentibus;

Opus

Opus hominis quantum meumq; bonum uideatur, tamen malum & uitiosum est, si mala & peruersa fiat intentione, ut si quis uadat ad ecclesiam ut uideat mulieres, tunc dominus noster Iesus Christus affirmat: Si fuerit oculus tuus simplex, id est, si recta fuerit cordis tui intentio, totum corpus tuum lucidum erit, id est, opera tua erunt uirtuosa, dummodo opera sint proportionata intentioni. Si autem intentio sit peruersa, opera sunt uitiosa. Iterum ait Saluator: Ne solliciti sitis quid manducetis, neq; quid induamini. Hoc loquitur Christus contra eos, qui immoderatam sollicitudinem & anxietatem habent de necessarijs corporis, scilicet de cibo, potu, uestitu atq; similibus. De his autē, quæ eis necessaria sunt ad animarum suarum salutem, uidelicet de donis & uirtutibus spiritus sancti, de charitate & gratia dei, de uirtuosa conuersatione, de discretionem inter uirtutes & uicia, parum curant. Tales non satis confidunt in deo & in prouidentia eius. Respicite uolatiuam cœli, quoniam non serunt neq; metunt, & pater uester cœlestis pascit ea. Quantomagis uos pascet: Scit enim pater uester cœlestis, qd his omnibus corpori necessarijs indigetis. Querite ergo primo regnū dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijciuntur uobis. Per hæc uerba Christus non prohibet moderatam sollicitudinem pro temporalibus & necessarijs acquirendis & conseruandis, sed ne prima & principalis sollicitudo nostra sit pro eis, imò uult ut primo & principaliter solliciti simus, qualiter deo complacemus ac digne & debite seruiamus, qualiter peccata uitemus & uirtutes procuremus, atq; diuina obseruemus præcepta, quatenus ad æternam pertingere beatitudinem mereamur. Ista debet esse prima, quotidiana & maxima sollicitudo cuiuslibet Christiani. Et quāto aia nobilior est corpore, tātō plus solliciti esse debemus pro his quæ aia necessaria sunt ad salutem, qd pro exterioribus & temporalibus rebus quibus indiget corpus. Quāto etiā spiritalia bona, quæ sunt uirtutes & dona spiritus sancti, ac opa uirtuosa, sunt meliora corporalibus bonis, tātō plus diligere tenemur illa spiritalia bona, qd corporalia & temporalia ista. Similiter quāto uita illa æterna, beatissima, in cœlis futura, melior est uita præsentis, breui, incerta ac misera, tātō plus debet quilibet Christianus esse sollicitus, qualiter ad æternam illam beatissimam pueniat uita, qd ut habeat necessaria corpori pro uita præsentis. Itaq; sollicitudo pro temporalibus rebus debet esse moderata & secūdaria, quatenus de temporalibus rebus non plus habere desideret Christianus, qd sibi necessariam aut utile est ad uiuendū bene ac uirtuose, ad cõplacendū deo, ad obtinendū felicitatem æternam, sicut hortat Apostolus dicens: Habentes alimenta & qbus tegamur, his contēti simus. Nā qd uolūt diuites fieri, incidūt in tentationē & laqueū diaboli, & in desideria multa mala ac in utilia, quæ mergūt hominem in damnationem. Insuper loquitur Christus: Nolite iudicare, ut nõ iudicemini: hæc Christi doctrinā ac iustionē Christiani pessime seruant, qui facilliter iudicāt alios esse superbos, auaros, aut sibi cõtrarios, uel alijs uitijs subditos. Christus igit docet & uult, ut alios non iudicemus, quādo non scimus pro certo quid egerint, uel quo animo fecerint aut dixerint, quæ fecerunt siue dixerunt. Quædā em̄ sunt uerba ac opa, quæ non possunt bono aio proficere aut fieri, sicut mēdacia, furta, adulteria: & de talibus possumus iudicare pro certo, qd mala sint atq; illicita, et qd culpabiles sunt qui talia dicūt aut faciunt. Quales autē sunt futuri postea, pro certo iudicare nõ possumus, qm̄ omni mōmēto pōt pœnitere peccator. Nec etiā possumus certitudinaliter iudicare, quales futuri sint, & qualiter suā finem uitæ: quia nõ scimus an sint electi à deo an reprobi. Hinc aliquē iudicare quasi pœnitere nõ possit, uel qd si nõ pœniterit factur⁹ sit, stultū est & p̄ctū. Porro alia sunt uerba et facta, qd bono et malo aio proficere ac fieri possunt: et de talibus iudicare non licet, quia nõ scimus qd aio prolata aut gesta sint: et peius est talia uituperare qd commēdare, quia dubia in meliore parte trahenda sunt, non cum certa assertionem, sed cū pia æstimatione. Præterea, multū defenda est plurimorū Christianorū prauissima atq; damnabilis consuetudo, qui ex leui signo aut solâ suspicionem, aut modica occasione, uel ex indignatione, ira, impatientia aut inuidia absq; timore dei iudicant, uituperant ac diffamant alios, seu detrahūt eis publice uel secrete, & ea quæ bono animo fieri possunt, interperantur in peius. Istud est peccatum ualde mortale: iudicet eo qui deo uult cõplacere, sit timoratus & circūspectus in oibus: Nec alios facilliter iudicet quales sint, imò de oibus meliora præsumat, nisi aperissima signa repugnēt. Seipsum uero unusquisq; aspiciat, consideret atq; diu dicet, & per opera pœnitentiæ p̄ctā sua uindictet in seipso. Amplius loquitur Christus sapientia dei patris: Quid uidēs festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo nõ uidēs: Hypocrita, enīce primo trabē de oculo tuo, & tūc uidebis ut enīcias festucā de oculo fratris tui. His uerbis redarguit Christus quosdā p̄sumptuosos atq; mēdaciter iustos, audaces, & sibi ipsi placētes, quæcui sūt ad cõsiderandū defect⁹ & p̄c̄t̄a

Mar. 6
Luc. 11

Mar. 6

Mat. 6

1. Tim. 2

1. Tim. 6

Mar. 6

Mat. 6

Mat. 6

1. Cor. 1
Mar. 7
Luc. 6

eat

cata alioꝝ & proni sunt increpare ac redarguere illos, seipfos uero non attendunt. pro- prias defectuositates & uitia non aduertunt: & si reprehendant ab alijs, indignantur. Cuius alioꝝ culpas quamuis paruas reputat magnas, propria tamē pctā non ponderant, sed par- ua iudicant & excusant, quamuis magna existant. Isti sunt mente cæcæ ac fatui, non spiri- tali, sed carnali amore se diligentes, magni in proprijs oculis & superbi. Deniq; secundum doctrinam sanctorum, indigni sunt corripere, iudicare & corrigere alios, qui in maioribus uel eis dē peccatis sunt, de quibus corripunt, iudicant & corrigunt alios. Ideo filius dei do- cet ac iubet, ut unusquisq; in primis purget seipsum, & anteq; corripiat alios de paruis pctis corripiat & emendet seipsum de magnis. Præterea, q̄ fiducialiter, instanter ac indefinenter debeamus deum inuocare, docet Saluator, dicendo: Petite, & dabitur uobis: quærite, & in- uenietis: pulsate, & aperiet uobis. Omnis em̄ qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pul- santi aperietur. Insuper, qualiter unusquisq; fidelium habere se debeat ad proximos suos, Christus breuiter docet, cum ait: Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos eadem facite illis. Hoc utiq; naturalis ratio dicit, & naturale ius exigit, ut unusquisq; faciat alteri, quod rationabiliter uult fieri sibi: & quod sibi rationabiliter nō uult fieri, non faciat alteri. Hoc est quod Tobias docuit filium suum, dicens: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne aliquando alij facias: Contra hoc agunt auari, fraudulenti, uiolenti, iniusti, adulteri, for- nicatores, superbi & omnes iniqui. Amplius, q̄ difficile sit saluari, docet Christus dicendo: Intrate per angustam portam, quia lata & spatiosa est uia, quæ ducit ad perditionem, & mul- ti inueniunt eam: Quam angusta est porta, & q̄ arcta est uia, quæ ducit ad uitā, & pauci in- ueniunt eam. Hęc porta angusta & arcta uia ducens ad uitam æternam, beatissimam & cœ- lestem, est cōuersio pœnitētiālis & uirtuosa, quæ est propria pctā quotidie deplorare, ea stigare, uitare, carnales concupiscētiās frangere, mentē iugiter custodire, omne pctm mor- tale repellere, in dei timore semper persistere, coram deo sollicitè ambulare, tentationibus dæmonum & uanitatibus mundi resistere, p̄ceptis dei atq; ecclēsiæ in omnibus obedire, Hęc omnia obseruare, est utiq; multum difficile. I. circo dixit Saluator: Quam angusta est porta, quasi dicat, multum angusta & arcta est. Quod etiam patet ex eo, quod rursus loquitur Christus: Væ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui futura ti estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & ftebitis. Væ cū benedixe- rint uobis omnes homines. Porro lata & spatiosa uia perditionis, est conuersio in timora- ta, carnalis & dissoluta: quam uiam tam multi incedunt, ut comparatione eoꝝ, non nisi pau- ci consistant, qui arctam salutis ambulant uiam.

Mat. 7
Luc. 11

Mat. 7

Tob. 4.

Mat. 7.
Luc. 13

Mich. 6

Mat. 7

Luc. 6
Mat. 7

Deu. 6
Mat. 10.

Marc. 16

Mat. 11

Hebr. 4

Articulus XIX. Persecutio documentorū Christi, in quibus omnium fidelium salus consistit.

Deum super omnia esse timendum, docet Christus, p̄cipiēs: Nolite timere eos qui corpus occidūt, animam autē non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui habet potestatem corpus & animam perdere in gehennā ignis. Hoc ait sal- uator, ad designādum q̄ Christiani non debeant intantum timere tyrannos & persecutores, ut propter illoꝝ cominationes aut persecutiones recedant à diuinis p̄cep- tis, aut deum offendant, imō potius eligant omnia dura pati atq; occidi, q̄ peccare mortu- liter. Et quanto terribilius est cum corpore & anima æternaliter infernali igne torqueri, q̄ temporalem mortem in corpore breuiter pati, tanto plus formidandus est deus, q̄ tyrānus quicunq; aut quilibet homo. Contra hoc Christi p̄ceptum ac documentum agūt homi- nes imperfecti & molles, & temporalium amatores, qui uel desiderio placendi hominibus, uel timore displicendi eis, seu patiendi ab eis damna siue aduersa, relinquunt timorem dei & p̄cepta ipsius, mendaciter loquendo, iurando, periurando & iniuste agendo, aut ea ad quæ tenentur omittendo. Istud est indecens ualde ac impium. Cum em̄ quilibet Christi- anus teneatur deum super omnia summe incomparabiliter q̄ diligere, tenetur sic stare, q̄ mallet propriam uitam & uniuersa quæ habet, imō & totum mūdum, (si suus esset) perdere, q̄ deum per mortale peccatum amittere, in honorare, siue offendere. Insuper loquitur Chri- stus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. His uerbis Chri- stus consolatur imperfectos, afflictos, tēatos, quibus adhuc laboriosum est uias uirtutum incedere, delectationibus mundi carere, tentationes ac uitia superare. Hos ergo inuitat Sal- uator, ut ipsum accedant spiritali accessu, inuocando auxilium eius, ut releuentur & conso- lētur ab ipso, sicut hortatur Apostolus: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, Taliter igit accedēt

accedentes reficit Christus in anima per consolationes diuinas, per meditationes deuotas, per diuersa gratiæ charifimata. Ideo monet: Tollite iugum meum super uos, id est, legem meā implete, subiiciēdo uos meis p̄ceptis: Et discite a me quia mitis sum & humilis cor- de. Iugum em̄ meū suauē est, & onus meū leuē. Sed queri potest, quō iugum Christi suauē est & onus eius leuē, cum iugū istud nō sit aliud q̄ angusta porta & arcta uia qua itur ad ui- tā beatam: Respondeo, q̄ iugū Christi imperfectis dux & laboriosum est, perfectis autē cha- ritatēq; seruū dulce est, iucundū ac leuē. Præterea q̄ custoditus & moderatus debeat esse omnis Christianus in uerbis suis, docet Christus dum ait: De omni uerbo otioso q̄ locuti fuerint hoīes, reddent rationem in die iudicij. Docet quoq; Saluator, ut quilibet post deum p̄cipue amet seipsum, & de propria salute primo sollicitus sit, dicēs: Quid prodest homi- ni si lucratur uniuersum mundū, seipsum uero perdat, & animæ suæ detrimentum patiat? Conformiter solos humiles posse saluari profertur dñs, dicens: Nisi cōuersi fueritis, & effi- ciamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cœloꝝ. Quantum uero uitandum sit, ne quis aliū potissime pusillum, imperfectū & incipientē deo seruire scandalizet, constat ex uerbis Christi dicētis: Qui scādalizauerit unū ex pusillis his, expedit ei ut suspēdat mola afinaria in collo eius, & demergat in profundū maris. Væ homini per quē scandalum uenit. Porro scandalū istud, est dicitū aut factum minus rectum, quo alius ad peccandū inducitur. Cum igitur quilibet Christianus debeat deum super uniuersa diligere, eiusq; honorē in omnibus quærere, proximū quoq; seipsum amare, certū est q̄ debeat suis proximis esse exēpla- ris, ut eos inducat ad dei uenerationē & propriæ animæ salutē. Scandalizare uero est cō- tra charitatem dei & proximi. Sed prohdolor in isto Christiani sunt lamētabiliter defectu- osi, qm̄ mille modis unius aliū scādalizant uerbis, factis & uerbiū curiositatibus, uanitatibusq; mundanis. Præterea Christus fraternā correptionem docet ac p̄cipit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, i. si te uidēte, audiente aut sciente proximus tuus peccauerit, aut tibi ini- riam fecerit, uade & corripe eum inter te & ipsum solū, increpando eum secreta in chari- tate ac mitate, dūmodo sit tibi spes de emendatione illius. Si te audierit, lucratus es fratrē tuū, quia de uia perditionis eum ad statū reduxisti salutis. Si autē te nō audierit, adhibe tecū unū uel duos testes, & in præsentia hoꝝ corripe eum, præsertim si isti alii unde sciant culpā proximi delinquentis. Q̄ si nec illos audierit, sed in pctō suo permāserit, dic ecclēsiæ, i. p̄- lato delinquentis ut subditū suū corrigat. Si autē ecclēsiā non audierit, i. correptioni & cor- rectioni sui prælati non obediit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, i. tanq̄ gentile & pu- blicum peccatorē reputa eum atq; de uita. Istud p̄ceptū de correptione fraternā, à Chri- stiano pessime custoditur, & ut quidā doctores testant, propter transgressionem huius p̄- cepti & p̄cepti de incontinētia fugiēda, quasi totus mundus damnat. Iam em̄ unus Chri- stianoꝝ uidens alium peccatē, non solū non corripit illum, sed potius ei congratulatur, cōsentit & fouet, sicq; peccata illius redū dant in ipsum. Itaq; quāto anima nobilior est cor- pore, tanto per correptionem fraternā diligētius curanda sunt uulnera anime, i. pctā, q̄ uul- nera corporis. Propter quod asserit Augustinus: Si neglexeris corripere, peior efficeris eo qui peccauit. Quicunq; ergo in aliquo extat culpabilis, pie & charitatiue est corripiedus, atq; ad emendationē & satisfactionem prouocandus. Vnde & pater familias p̄ceptū istud in suis domesticis strenue debet implere, deinde in cæteris secū dum exigentiam loci ac tē- poris & causæ ac delinquentium personarū. Et quod dictum est de corripiendo fratre uel proximo, etiam intelligendum est de corripienda sorore seu proxima.

Mat. 18

Mat. 18

Mat. 16
Luc. 9
Marc. 8
Mat. 19

Mat. 18
Marc. 9

Deu. 6
Mat. 18

Mat. 17

Articulus XX. Quōd quilibet Christianus tenetur obedire p̄ceptis dei atq; ecclēsiæ, & rationi seu conscientiæ.

Quemadmodum deus sublimis & benedictus creauit genus humanum ad obti- nendum felicitatem æternam, sic dedit eidem p̄cepta, per quorū obseruatiā meret ad beatitudinē illā ptingere. Hinc loquit Chrs: Si uis ad uitā ingredi, serua mādata. Quāuis autē cōmuniter dicat esse decē p̄cepta, q̄ deus dedit Moysi in mōte Sinai, duo tamē sunt principalia p̄cepta, in quibus alia decē includunt. Vñ ait Saluator: Primū mādatū est: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota fortitudine tua. Secūdū uero mādatū est: Diliges proximū tuū sicut teipsum. Debemus ergo deū diligere ex toto corde nō. i. integro intellectu & plena uoluntate, quatenus toto intel- lectu & integra uolūtate tēdam⁹ in deū, ipsum sup oīa seruide desiderādo, pure amādo, & quicqd ipse odit ac phibet, scilicet uana & falsa, errores & uniuersa pctā, odiēdo & fugiēdo: q̄qd uo deus amat ac fieri p̄cipit, utputa oēm bonitatē, & uerē pietatē, sapiētā, mūditiā, amando

Gen. 1
Sep. 2
Exod. 20
Mat. 19
Exod. 20
Deu. 5.
Marc. 12
Mat. 22
Luc. 10

amando ac prosequendo. Debemus quoque diligere deum tota anima, quatenus omnes sensus nostri exteriores ac interiores, deum pro posse suo honorent. Totam etiam fortitudinem diligere deum debemus, quatenus sicut totum quod sumus & habemus, a deo accepimus, sic ad eius obsequium, gloriam & honorem totum illud uertamus, utamur & expendamus, ut omnibus membris corporis & omnibus uiribus animæ, deum in omnibus ueneremur, quæ ad hoc data nobis sunt omnia. Impij autem & immundi homines, ut in his omnibus in obsequio dæmonis ad contumeliam creatoris. Præterea deum amare debemus spiritali, puro & infuso amore, primo & principaliter propter puram & infinitam ipsius bonitatem ac amabilitatem deinde, quoniam ipse prior dilexit nos: post ea propter uniuersa beneficia eius, & propter bona gloriæ beatitudinis quæ ternæ, quæ nobis promisit ac præparauit in celo. Quidam autem diligunt deum principaliter propter beneficia eius, uidelicet quoniam bene eis succedit & prosperantur in multis ac diuites sunt, temporaliterque in terrenis bonis felices. Sed tales non diligunt deum uero, puro & spiritali amore: imò in statu damnationis sunt, hoc est in mortali peccato quia se ipsos præferunt deo, amant deum non quia in seipso bonus est, sed quoniam bonus est eis, dando eis tot bona. Porro in hoc cognoscere possumus, an deum uere ac spiritaliter diligamus, si eius præcepta in omnibus custodimus, & ipsum pro posse in omnibus honoramus, atque ab omnibus honorari optamus. Spiritalis etenim amor dei conformatur uoluntati rationalis creaturæ uoluntati sui creatoris. Hinc in Euangelio loquitur Christus: Si diligitis me, mandata mea seruate. Et iterum: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Iohannes quoque apostolus ait: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Præterea proximos nostros, id est, omnes homines in mundo uiuentes, si deos ac infideles, amicos & inimicos, debemus diligere sicut nos ipsos spiritali amore, desiderando æternam eorum salutem, & ut nunc conuerrantur ad deum, eisque incessanter adherant, uniantur, atque obedientur: ut gratiam tantam deus eis concedat, pro ipsis cordialiter orare debemus, itaque proximos plus amare tenemur, quæ omnia bona exteriora, temporalia & terrena, imò plus quam proprium corpus. Hinc quilibet Christianus tenetur sic stare, quod malum non solum omnia sua bona exteriora, sed etiam corporalem suam uitam amittere, quam animam cuiuscumque proximi sui seu hominis condemnari.

Articulus XXI. De primo præcepto

Primum præceptum est, Credere unum deum. Hoc est, ut fide charitate ornata, ac bonis operibus decorata, credamus, amemus, colamus, adoremus, timeamus ac ueneremur unum, solum, uerum, æternum, omnipotentemque deum, unum ac trinum, qui solus potest saluare. Cui propter suam infinitam maiestatem & excellentiam, summus honor debetur, & est infinita reuerentia dignus. Nec potest ipsi a quacumque creatura tanta reuerentia exhiberi, quin dignus sit reuerentia in infinitum maiori. Ideo tam in comparabilis eminentiæ deum, regem ac principem uniuersorum in honorare, non timere, ei non obediunt, iniustissimum extat, præsertim cum peccatum tanto sit grauius, quanto maior est dignitas eius in quem peccatur. Quam enorme ergo est, deum immensæ dignitatis offendere: Insuper contra hoc præceptum agunt non solum in credendo, falsos deos & idola adorantes, sed etiam omnes iniqui & intemorati Christiani, mortali peccato scedati, quoniam rebus creatis magis inhaerent quam deo, & ista carnalia atque caduca plus amant, colunt, querunt, cogitant ac uenerantur, quam summum & incommutabile bonum, creatoris dignissimum: Tales sunt omnes impij Christiani, qui non attendunt se in præsentia summi ac metuentissimi iudicis omnia intuentis, agere uniuersa quæ agunt, atque de cunctis suis cogitationibus, affectionibus, uerbis, factis & omissionibus, & de omnibus bonis sibi a deo collatis, rationem ei daturos: imò sic agunt & uiuunt, tam intemperate & turpiter ac innumerabiliter peccant, quasi non esset deus, nec prouidentia eius, neque futurum iudicium. De quibus Salomon ait: Quia non cito profertur contra malos iudicium, absque ullo timore filij hominum perpetrant mala: Hi sunt qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Non enim est timor dei ante oculos eorum. Insuper contra præceptum istud agunt & grauissime peccant, qui uana & uitiosa opera sua intantum amant, quod mallent deum non esse, quam illa relinquere, & qui uellent deum non esse omnia cognoscentem, nec hominum uitia ulciscentem, quatenus possent libere & impune peccare. Agunt etiam contra præceptum hoc, qui fortilegos consulunt uel diuinos, & qui uentum pomis inscriptis aut scedulis collo suspensis, aut characteribus seu alijs credulitatibus uanis, quasi non esset deus satis bonus & potens ac sapiens ad subueniendum eis, quantum expedit saluti eorum. Aduersitates enim, infirmitates, dæna ac cæteræ afflictiones frequenter per-

1. Iohan. 4.

1. Iohan. 4.

Iohan. 14.
Eodem

1. Iohan. 2.

Deute. 5.

1. Timo. 4.

Eccles. 8.

Prover. 2.
Psal. 119.

maxime

maxime expediunt homini, suntque signa amoris dei ad homines, quem admodum ipse ait: Ego quos amo, arguo & castigo. Ideo nihil illicitum facere debet homo, ut liberetur aut preuenietur ab illis: imò patienter & cum gratiarum actione sustinenda sunt paternæ castigationes ipsius dei. Nam & præcipuum signum, quod homo sit a deo electus, est si habeat multa aduersa, & patienter sustineat ea. Hinc ait scriptura: Multæ tribulationes iustorum. Et rursum: Omnes qui plauerunt deo, per multas tribulationes & tentationes transierunt fideles. Paulus quoque apostolus protestatur ac loquitur: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Postremo contra hoc primum agunt præceptum, qui opus dei negligenter persolunt, qui cum tædio & torpore seruiunt deo, qui temporalibus dominis uel principibus aut prælatis magis optant ac student placere, diligentiusque obsequuntur quam deo, & qui illis propter temporalia commoda blandiuntur: item qui filios suos, aut filias, uel uxorem seu propinquos, aut aliam quamcumque humanam personam plus amant quam deum, querentes ditare, exaltare, delectareque illos, intantum quod propter hoc agunt contra dei præcepta. Ecce pensemus quod gratum, quam amabile, delectabile & acceptum sit nobis, esse, uiuere, sentire, intelligere, sanum existere, satis habere: Quam inuite hæc perderemus, quam inuite uno sensu aut membro priuaremur: Cur ergo non diligimus illum, a quo omnia hæc habemus, sine cuius conseruatione, nec ad momentum ea tenere ualeamus: Cur tam omnipotenti atque ipsissimo creatori, conseruatori ac prouisorio sumus ingrati, eumque quotidie toties inhonoramus, & membris ac uiribus nostris, quæ nobis largitus est ut ei fideliter seruiamus, aduersarij eius (uidelicet diabolo & peccatis) seruiamus, in contumeliam creatoris? Quis tantam ingratiudinem, peruersitatem, impudentiam, iniustitiamque satis mirari aut comprehendere possit: Quid igitur restat, quam ut uere & condigne nos emendemus, & sicut omne quod habemus & sumus, a deo susceperimus, sic eius obsequio & honori omnia rependamus: Si etenim rex aut princeps terrenus daret alicui militi equum & arma, opes & omnia necessaria ad exercendum militaria opera, quatenus miles ille sibi fideliter deseruiret, patriam suam defenderet, & suo exercitui se uniret, si tunc miles ille principi suo in omnibus obediens esset, & his quæ sibi a principe suo collata essent, abuteretur in contumeliam principis acquiescendo uoluntati aduersariorum principis sui, & adiuuando exercitum aduersarioꝝ illorum contra exercitum proprij principis, nonne miles talis impijssimus infidelissimusque existeret: Tales utique sunt omnes iniqui & libidinosi, qui membris suis ac uiribus abutentes, omnia quæ receperunt a deo ad eius honorem, uertunt in obsequium dæmonum ad omnipotentis dei iniuriam. Resipiscant ergo a laqueis diaboli a quo captiui tenentur, & insensatis atque uilissimis ac impudentissimis canibus assimilari uerecundentur.

Articulus XXII. Declaratio secundi præcepti.

Secundum præceptum est, Non uane iurare per deum, id est, ea quæ falsa sunt, cum iuramento non affirmare, nec etiam uera absque rationabili causa iurare. Hoc præceptum prohibetur iuratio falsa & irrationabilis, per euangelium, per sanctos, per sanctorum reliquias, atque per alias creaturas: per quas interdum licet iurare, non intantum sunt creaturæ, sed in quantum in eis relucet ac representatur uirtus ac ueritas dei. Unde qui falsum scienter iurant, transgrediuntur istud præceptum, & mortaliter peccant, quoniam deum assumunt in testem suæ falsitatis. Quamuis autem ex lapsu lingue aut in aduertentia iurare interdum quod uerum est sine rationabili causa, sit ueniale peccatum, consuetudo tamen ita iurandi, mortalis est culpa. Est namque contrarium reuerentiæ deo altissimo debiti, ipsum frustra in testem assumere. Item, qui iurat contra conscientiam, quamuis sit uerum quod iurat, transgreditur hoc præceptum. Insuper qui iurant per intestina dei, per membra, uulnera aut sanguinem Christi, enormiter peccant: & contra tales iuratores sunt positæ leges punitiue ab ecclesiasticis prælatis, secularibusque principibus: & ualde dolendum est, quod leges illæ non obseruantur. Istud quoque præceptum damnabiliter frangunt, qui cauſa lucrifacili iurant, & sæpe periurant, ut aliquid mercatores ac alij uenditores, taxillatores, alijque lusores: & qui promissa non implent, & qui fidem coniugalem non seruant: hi quoque, qui promittunt aut iurant illicita, aut spiritalis profectus impeditiua. Nam eo ipso quo talia iurant sine promittunt, crimen periurij aut fractionis uoti incurrunt, quoniam talia non implere tenentur. Quandoque enim uotum aut iuramentum contrariatur uer-

Apo. 5.

Psal. 119.
Iudith. 8.
Act. 14.

Iob. 4.

2. Timo. 2.

Exod. 20.
Deu. 5.

EEE tati

tati aut iustitiae, uel discretioni, uitiosum est, & non obseruandum. Amplius, quam uitiosa ac uitanda sit inanis ac falsa iuratio, patet ex uerbis Christi qui ait: Ego dico uobis non iurare omnino neq; per caelum, neq; per terram. Sit autem sermo uester, est est, non non, quod his abundantius est, a malo est. Iacobus quoq; apostolus loquitur: Ante omnia fratres, nolite iurare. Hinc ait scriptura: Iurationi non assuescat os tuum, multum enim casus sunt in ea. Na uir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet de domo illius plaga. Praeterea Augustinus affirmat: Qui prouocat hominem ad iurationem, & scit eum falsum iuraturum, peior est homicida, quoniam homicida corpus occidit, ille animam: imò duas animas, scilicet suam & eius que iurare compellit. Ex quo innotescit, quòd magis tenetur honorem suam amittere & damnum sustinere, quam aliquem ad falsam iurationem inducere. Siqui dem magis tenetur animam proximi sui, q̄ exteriora & temporalia cuncta diligere. Iterum asserit Augustinus: Qui exigit iuramentum, ualde interest si nescit illum falsum iuraturum, aut scit. Si enim nescit, & ideo dicit, Iura mihi, ut ei fides fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit illum falsum iuraturum, & tamen iurare compellit, homicida est. Dicit etiam sancti doctores: Quocumque arte uerborum quis iurat, deus qui conscientiae testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit. Postremo uerbum Christi quo ait, Dico uobis non iurare omnino, intelligendum est de iuramento uano & falso: atq; ob id Christus ita locutus est, ut doceat nos, quam periculosum sit sine sufficienti & cogentia causa iurare, quoniam consuetudo uerum iurandi, dicit ad consuetudinem periurandi, cum dicat Chrysostomus: Nemo est qui frequenter iuret, & aliquando non periuret. Iccirco asserit Augustinus: Christus qui prohibuit te iurare, noluit te super ripam ambulare, ne pes tuus in angusto positus, labatur in praecipitium. Prauisimam ergo consuetudinem iurandi abijciant Christiani, & quoniam longe est à peccato inanis iuramenti atque periurij, qui omnino non iurat, nisi sufficienti causa coactus, si uideat unumquodq; penitus non iurare, quod maxime necessarium est his, qui consuetudine iurandi pollutum sunt. Porro si quis iuret ex rationabili causa cum debita reuerentia, congruo loco & tempore, licitum est, & actus uirtutis. Ideo ait scriptura: Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis.

Articulus XXIII. Declaratio tertij praeccepti.

Tertium praecceptum est ut dies festiuos celebremus. Nam & ratio dicit, ut aliquo die hebdomadae homo specialiter uacet deo, & aliorum dierum negligentias & peccata reparat, desinat, & emendet. Sunt igitur dies dominici & festiuos celebriter obseruandi, quoniam & si quotidie, tunc & tamen specialiter ad uitium est celebrandum. Ideo grauius est tunc peccare. Tunc ergo ab operibus mechanicis atq; seruilibus, scilicet agricultura, mercato & placito, ac caeteris uacationem ad deum impediuntibus, oportet desistere, deo uacare, propriam conscientiam examinare, mentem purgare, uerbum dei libenter audire, diuinum officium frequentare, beneficia dei recolere, & de eis deo gratiari, orationibus deuote insistere, propria peccata ad memoriam reuocare, desistere, confessionem & emendationem proponere. Et praesertim tenentur fideles tunc Missam audire, nisi impedimento excusentur legitimo. Tunc igitur praecipue sunt uitandae scurrilitates ac superfluitates uerborum, saltationes & cantus lasciuiae ac uani comestationes, potationes, ludii indecentes, immoderate consolationes, uoluptates carnales, & cordis dissolutiones. Hinc sanctus Apollonius ait: Die dominica nihil aliud est agendum, quam deo uacandum. Nulla operatio in illa sancta die agatur, nisi tantum psalmis & hymnis & canticis spiritualibus dies illa transigatur. Sanctus quoq; Gregorius loquitur: Die dominico à labore terreno cessandum est, & orationibus insistendum, ut si quid negligentiae per dies exigitur, die dominico precibus expietur. Hinc etiam loquitur Origenes: Si desinas ab omnibus secularibus operibus, si spiritualibus operibus uaces, si ad ecclesiam conuenias, diuini sermonibus aurem prebeas, de caelestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, futurum iudicium praeculis habeas, nec respicias ad uisibilia atq; praesentia, haec est Christiano uera obseruatio diei dominicae ac festorum. Et quia deo uacare nihil plus contrariatur q̄ peccare, ideo asserit sanctus Augustinus: Melius faceret colonus aliquid utile in agro suo die dominico, q̄ in theatro seditiosus existeret. Et melius femina lanae neret, q̄ in festis saltaret. Sed heu oia nunc subuersa sunt. Na diebus dñicis ac festiuis Christiani uanitatibus, carnalitatibus, confabulationibus uitiosis, uarijsq; peccatis uacat plus q̄ caeteris diebus, non attendent

Mat. 5
Iaco. 5
Ecdi. 23

Mat. 5

Deu. 5

Exod. 23

attendentes q̄ toties peccent mortaliter, quoties praecceptum dei aut ecclesiae transgrediantur. Hinc uitiosum atq; damnabile est, q̄ quidam diebus festiuis barbaram radunt, aut radi se faciunt, aut equos ferrant, nisi esset tam magna necessitas, q̄ coram deo excusaret. Nec talia facientes se imprudenter excusent. Non enim iustus est, nec deum ueraciter diligit, qui amore lucri aut timore humanae offensae, aut propter damnum temporale, dei aut ecclesiae praecceptum transgreditur, cum dicat Iohannes apostolus: Si quis dixerit, diligo deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Interdum etiam mercatores & factores, ac alij quidam mechanici, in obseruatione huius praeccepti sunt multum defectuosi ac rei. Et ex dictis potest unumquodq; illorum perpendere, an in obseruatione huius praeccepti sit reus ac negligens.

Articulus XXIII. De quarto praeccepto.

In tribus praecceptis prehabitis, docetur qualiter habere se debet quilibet circa deum in alijs septem praecceptis sequentibus, edocetur quomodo habere se debet ad proximum, quorum primum est, Honorare parentes. Quod primo intelligitur de carnalibus parentibus, deinde de prelati & spiritalibus patribus, ac oibus superioribus, atq; de his qui aetate, sapientia aut uirtute patres uocari merentur. Carnales ergo parentes filij honorare tenent, quia ab illis habent esse & educationem ac informationem, uariosq; dolores, labores ac curas parentes sustinent propter sobolem suam: Ideo sufficienter & digne à filijs & filiabus suis honorari uix possunt. Propterea Aristoteles ait, q̄ deo & parentibus non potest reddi aequalitas. Itaq; filij ac filiae obligant parentes suos cordialiter ualde diligere, uerbis & factis honorare, eisq; necessaria uitae ministrare, si indigent, & obedire eis de, sicut ait Apłus: Filij obedite parentibus uestris per omnia, hoc est, in oibus ad quae se extendit autoritas parentum super sobolem suam, uidelicet in bonis moribus, & in his quae ad dispensationem rei familiaris, gubernationemq; domus spectant. Vnde contra praecceptum hoc grauius & mortaliter peccat, qui parentibus suis aut superioribus & praelatis facilliter indignatur, irascunt, obloquuntur, aut maledicunt: & qui praeccepta sanctae matris ecclesiae paruipendunt, aut excommunicationem non curant, & qui oblationes ac decimas ministris ecclesiae renuunt aut tardant persolvere. Praeterea, hoc praeccepto iubentur subditi secularibus suis principibus obedire in his, quae ad illorum spectant officium, quorum ordinationes & iussa non debent insipienter arguere neq; contemnere, nisi euidenter essent contra iustitiam, contra deum, contra charitatem fratremam, aut contra ecclesiae libertatem. Honorandi sunt quoq; aui & auiae, ac caeteri seniores cognati. Quomodo autem parentes uiuos filij ac filiae honorare tenentur, ita pro eisdem defunctis orare, & alijs modis sibi possibilibus, animabus illorum succurrere obligantur. Hinc ait scriptura: Qui timet dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet eis in opere & sermone cum omni patientia. Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in uita illius: & si defecerit sensu, ueniam da, & ne spernas eum. Quam male fame est qui relinquit patrem, & est maledictus à deo, qui exasperat matrem. Hinc uirtuosus ac sapiens ille Tobias praecipit filio suo: Honore semper habebis matrem tuam. Memor etiam esse debes, quae & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Ideo rursus ait scriptura: Genitus matris tuae ne obliuiscaris: Insuper deus per moysen iussit: Qui male dixerit patri aut matri, occidetur. Et iterum, Filium contumacem, comestationibus, ebrietatibusq; uacantem lapidari (id est, lapidum ictibus occidi) praecipit. Iccirco contra praecceptum hoc enormiter peccat filij ad studium missi, qui non curant proficere, sed bona parentum uitiose, gulose, turpiterq; consumunt. Postremo ut praecceptum hoc meritorie atq; salubriter impleatur, oportet ut parentes honorentur, non solum aut principaliter quia parentes sunt, aut ex naturali amore, sed & principaliter quoniam deus hoc iussit, & ex diuino ac spiritali amore ad gloriam dei, non propter laudem humanam aut propria comoda, uel solum ad complacendum parentibus.

Articulus XXV. De quinto praeccepto.

Quintum praecceptum est, Non occides: Vbi primo & maxime prohibetur corporalis occisio hominis, non secundum ordinem iuris facta. Et quia peccata in proximum tanto sunt grauiora, quanto proximum amplius sedunt aut nocent, ideo inter peccata in proximum, homicidium est maximum. Praeterea hoc praeccepto prohibetur implicite omnis ira, inuidia, inordinata percussio, laesio, depilatio, contumelia, persecutio, uiolentia, oppressio atq; detractio. Agunt itaq; contra praecceptum istud, qui consilio, auxilio, consensu aut simili modo ad homicidium cooperantur.

I. Iohans

Exod. 23
Deu. 5

Eph. 6

Ecdi. 3

Tob. 4

Exod. 21
Deu. 21

& qui illud non impediunt si congrue possint, & qui necessaria uitæ non dant constitutis in necessitate extrema, & qui alios scandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo aut inducendo. Item qui peccatorem a peccatis suis non retrahunt per correptionem fraternam, aut correctionem paternam, seu per exhortationem aut instructionem, loco & tempore opportuno, cum possint ac debeant. Insuper ut sanctus Clemens testatur, beatus Petrus apostolus dixit triplex homicidium esse, unum corporale, quo naturale esse & uiuere auferuntur aliud spirituale, quo quis ad mortem animæ (hoc est, ad mortale peccatum) inducitur, uel quo corporalis aut spiritualis mors alicuius optatur: Nā & Iohannes apostolus loquitur: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Deus namque affectum computat pro effectu. Tertium homicidium est, quo quis in corde aliorum uilescit, & esse bonæ famæ amittit, sicque detractio homicidium appellatur. Ideo Salomon ait: Si mordeat serpens in silentio, nihil minus eo habet qui detrahit. Detractio namque mortale peccatum est, & grauius furto, ut dicunt doctores, quoniam maius bonum auferit detractor quam fur: fur enim auferit substantiam, detractor famam bonam, que præponenda est opibus, sicut ait scriptura: Curā habe de bono nomine, hoc enim plus proderit tibi quam mille thesauri. Et Salomon ait: Melius est nomen bonum quam pretiosa unguenta. Porro Christianus homo appetere debet bonam famam, non in quantum fama bona est pro suo honore, sed in quantum est ad gloriam dei, & edificationemque proximi. Amplius, contra præceptum hoc agunt, qui inter fratres discordiam seminant, quod est mortale, & ualde enorme peccatum, quia charitatem corrumpit, & multa peccata inducit. Ideo Salomon dixit: Detestatur anima mea eum qui seminat inter fratres discordiam. Et iterum ait scriptura: Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Detractoribus autem & discordiæ seminatoribus non solum non consentire debemus, sed faciem quoque ab eis auertere, aut tristem uultum eis ostendere, ne communicemus peccatis illorum, quia ut Salomon cōtestatur: Per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Et sapiens ait: Sepi aureas tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Postremo, homicidæ grauius peccant, non solum quoniam corpus interimunt, sed etiam quia animam æternæ damnationis periculo exponunt. Frequenter namque qui occiduntur, ad mortem sunt imparati, quod homicida attendere debuit. Faciunt item contra præceptum istud, qui propter iniuriā sibi aut proximis suis illatā, aliquē querunt propria autoritate occidere, damnificare aut lædere, cum non sint iudices illius, nec publica autoritate fungantur: si iudex reum occidat non ex zelo iustitiæ, sed amore uindictæ aut ex liuore, transgreditur hoc præceptum.

Articulus XXVI. De sexto & septimo præceptis.

Sextum præceptum est, Non furari. Vbi non solum prohibetur reale furtum, sed & furandi affectus: imò omnis illicita appetitio, contractatio, ablatio, retentio ac defraudatio rei alienæ, uidelicet rapina, latrocinium, iniusta mercatio, mala mensuratio, infidelis labor, Simonia, usura, patrociniatio falsa. Itaque contra præceptum hoc agunt, quorum peccato seu adulterio accidit, quod non uerus hæres in hæreditate succedit. Similiter ecclesiastici uiri, qui bona ecclesiæ superflue carnaliter que cosumunt, ideo ad retributionem tenentur. Item, qui sciēter uel ex carnali affectu indignos ad ecclesiastica promouent bona, quæ non nisi dignis (uidelicet deum timentibus ac deuotis) debentur. Hi quoque, qui parentibus suis aliqua furtiue auferunt, & qui debita non persolunt pro possedum repetuntur: quod est periculosum, quia si hi quibus tenentur, ex dilatione persolutionis damnum patiuntur, debitores tenentur eis recompensare hoc damnum, iuxta dictamen uiri discreti ac sapientis. Præterea septimum præceptum est, Non moechari seu fornicari. Quo præcepto (ut loquitur Augustinus) prohibetur omnis illicitus concubitus, atque membrorum generationi deseruētium omnis illegitimus usus, omnis quoque libidinofus contactus etiam in conjugatis, quo non seruatur naturalis ordo inditus à natura, immo omnis copula, commixtio uiri ac feminae extra limites legis ac uinculi matrimonialis. Nec solum prohibetur isto præcepto omnis illegitimus coitus, sed etiam eius appetitus. Quoniam omnis consensus deliberatus in illicitum coitum, aut in delectationem Veneream, est mortale peccatum. In libidinofis quoque osculis atque amplexibus mortalis est culpa. Oportet ergo uitare occasiones concupiscentiæ uitiosæ & commixtionis illicitæ, scilicet incautum sceminarum aspectum, colloquia secreta, immoderata & impudica, contactus, amplexus & oscula, cōiuiua, arsisus, munuscula, & se corā deo timorare habere. Quod

1. Iohan. 3

Ecclesi. 10

Ecclesi. 41

Ecclesi. 7

Prover. 6

Ecclesi. 7

Ecclesi. 18

Exod. 20

Deute. 5

Exod. 20

Mat. 5

Quod si tentatio uenerit, statim immundam cogitationem oportet abijcere, passionē Christi aspiciere, de districto ac metuēdissimo dei iudicio cogitare, penas inferni pensare, dei auxilium inuocare: seque ab aspectu, cogitatu & consideratione eorum quæ concupiscentiam cauillant auertere, conuertendo se ad cogitationes & opera rege salubrium.

Articulus XXVII. De alijs tribus præceptis.

Octauum præceptum est, Non falsum testimonium dices. Hoc namque est ualde graue peccatum: & qui falso testimonio est alicui causa damni, ad restitutionem tenetur. Si autem famam eius corrumpit, eam pro posse restituere obligatur. Si uero per falsum testimonium est causa mortis alicuius, homicida est coram deo. Ideo Salomon loquitur: Testis falsus non erit impunitus. Hoc etiam præcepto prohibetur mendacium perniciosum, quod scilicet alicui nocet: de quo ait scriptura: Os quod mentitur, occidit animam. Et de quo propheta loquitur deo: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Porro omne mendacium, siue sit officiosum quod alicui prodest, siue locosum quod delectat, minus est ueniale peccatum, & potest esse mortale per asiduitatem & nimiam delectationem in eo. Quemadmodum autem præceptum est, falsum testimonium non proferre, ita mandato isto præcipitur, ueritatem non sileere tempore necessitatis, nisi causa digna excuset. Amplius, nonum præceptum est, Non concupisces uxorem proximi tui. Vbi specialiter prohibetur appetitus adulteri, ille scilicet appetitus, cui ratio non renititur, sed consentit. Et sicut uiro præcipitur non concupiscere alicuius uxorem, ita mulieribus ac puellis præcipitur non concupiscere alicuius maritum. Insuper, hoc præcepto prohibetur omnis motus ac gestus exterior inordinatus, ad luxuriam prouocans, siue per interuentum, siue per literas, uel per minas aut munera, per aspectum, incessum, uerba, siue per uestimentorum ornatum uanum, prouocatum ac incedentem, sicut iam detestabilis inoleuit consuetudo, super diploidem ferre togam ex uno latere omnino apertam, ita quæ corpus circa pudicitia loca ante & retro apparet. Quod quæ prouocatiuum sit fragillium sceminarum, facilliter potest pendere qui saltem uel paululum prudens est. Et quid noceret, quæ toga circa pudicitia loca nodo aliquo clauderetur, nisi diabolus corda excaeret humana, quibus nunc ad libitum dominatur. Hinc diligentissime est pensandum, quod sanctissimus ait Hieronymus: Si uir aut mulier se ornauerit, & uultus hominum ad se prouocauerit, etiam si nullum inde sequitur damnum, supplicium tamen patietur æternum: quia uenenum attulit, si fuisse qui hiberet. Tales ergo mortaliter peccant. Hinc etiam constat, quæ uitiola sit illa uestium fractilatio deridenda & fatua. Grauius quoque peccant sceminae, se ornantes & linientes ut uitis complacent. Similiter uiri & iuuenes, si tale quid faciant. Possent hic declarari quæ enorme peccatum sit adulterium, sed postea id dicitur. Decimum præceptum est, Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex deliberata ratione procedens, ita quæ illicitum est desiderare quamcūque rem alienam. Est enim contra iustitiam, & innumerabilia mala ex tali desiderio oriuntur, uidelicet, auaritia, furtum, rapina, latrocinium, homicidium, uolentia, falsum testimonium, dolus, mendacium, proditio, impatientia, & murmuratio contra deum, qui tam dissimiliter bona terrena distribuit. Tale quoque desiderium mentem quiescere non permittit. Propter quod ait sanctus Gregorius: Nihil laboriosius in hac uita, quam terrenis desiderijs æstuarere, & nihil quietius, quam nihil huius mundi appetere. Certum est autem, quæ qui res suas carius uendunt aut uendere optant quam ualent, contra præceptum hoc agunt, quia aliorum bona desiderant. Et quidam sunt ualde intorati ac omnino leues, qui quicquid uident, mox appetunt. Extirpanda est ergo concupiscentia hæc maligna, & ueræ diuitiæ mentis semper sunt appetendæ, uidelicet gratia dei, charitas, cæteræque uirtutes ac dona spiritus sancti, & opera uirtuosa, quæ sunt immortalium animarum nostrarum decor, uestimenta, robur, refectio, nobilitas, armatura & salus. Hæc ergo decem præcepta Christiani semper gerant in mente, & facta gerant adimplere, atque in speculo cōsideret semetipsos, & uitā suā discutiāt, ac præcepta hæc iugiter obseruare conent. Et de hoc quæ non seruauerunt maxie cōstitit.

Articulus XXVIII. Cum quanta diligentia, integritate ac fidelitate obseruanda sint diuina præcepta. Et quod non prodest custodire unum sine adimplerione aliorum.

Quanto prælatius aut princeps in seculo isto maioris est dignitatis, potestatis ac eminentiæ, tãto cū ampliori diligentia ac propinquitate ei seruire ac obedire oportet. Rursus, quæ aliquis sapientior, sanctiorque cōstitit, tãto plus amandus, uenerandusque

Exod. 20
Deute. 5
Prover. 19

Sap. 1
Psal. 5

Exod. 20

Exod. 20

extrat. Nonne ergo cum summa & maxima diligentia, cum prae cordiali amore & incomparabili reuerentia, imò cum omni puritate, fidelitate & perseuerantia, seruire ac obedire oportet regi regum, principi uniuersorum, deo altissimo, qui infinitè est dignitatis, qui uere omnipotens est, qui omnibus incomparabiliter eminet, cuius sapientiae non est numerus, cuius sanctitatis & gloriae nullus est finis: Hinc merito ait Ieremias propheta: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Et Paulus apostolus loquitur: Seruiamus deo cum metu & reuerentia. Vnde & Salomon monet: Omni custodia custodi cor tuum, ne scilicet in aliquo deum offendas, hoc est quod sanctus Moyses iubet: Custodi te metipsum & animam tuam sollicitè, & ne obliuiscaris uerborum domini dei tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus uitae tuae. Denique diligenter ac indefinenter debeat quislibet Christianus cogitare & recogitare, intueri ac ponderare diuina praecepta, docet sanctus Moyses, dicens: Erunt uerba domini in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens atque confurgens, & ligabis ea quasi signum in manu tua, eritque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in uolumine, & ostium domus tuae affiges ea. Hinc quoque deus per Moysen praecepit filiis Israël, ut facerent sibi quatuor fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis uittas hyacinthinhas, quas cum uideret, recordarentur omnium mandatorum dei, nec sequeretur cogitationes & oculos per res uarias fornicantes. Hinc de uiro iusto ait propheta: quod in lege domini sit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quotidie igitur mandata dei penemus ac reuoluamus, solite impleamus, reuerenter ac perseueranter deo in omnibus obedientes, atque in eius obsequio nos timorate habentes. Nam & sanctus Leo papa profatur: O inopudens homo, milia milium angelorum deo ministrant, & decies milies centena milia angelorum ei assistunt, & tu in eius obsequio sedere praesumis: Non dormientibus prouenit regnum caelorum, nec otio desidiam torpentibus beatitudo aeternitatis promittitur. Preterea, ad hoc quod homo sit in charitate & gratia dei, oportet ut uniuersa eius praecepta adimpleat. Qui enim unum praeceptum transgreditur, est in mortali peccato. Nec prodest ei ad salutem quae alia praecepta obseruare uidetur. Ideo Iacobus apostolus loquitur: Si quis tota legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Idcirco oportet deo integre deseruire ac obedire.

Articulus XXIX. Quod Christiani debeant operibus misericordiae praecipue esse intenti.

Ex Christi qua obseruare tenetur Christiani, est lex charitatis & pietatis. Idcirco ad opera spiritualis dilectionis ac misericordiae, Christiani potissime obligantur, cui dicit sanctus Ambrosius: Omnis summa Christianae religionis in misericordia & pietate consistit. Porro septem sunt opera misericordiae corporalia, scilicet pascere esurientes, portare sitientem, uestire nudum, colligere & hospitare peregrinum, uisitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Septem quoque sunt opera misericordiae spiritualia, ut puta docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrumpere siue corrigere peccantem, ignoscere offendenti, onerosos & graues portare, atque pro uniuersis orare. Et sicut anima est nobilior corpore, sic operibus misericordiae spiritualia, praestantiora sunt corporalibus misericordiae operibus. Qui igitur cupit, ut deus sit sibi misericors & sibi ignoscat, bene faciat, necessaria atque corpori tribuat, ipse quoque proximis suis sit pius, indulgens, benefaciens ac succurrere in omnibus uniuersa misericordiae opera iam praetacta pro posse implendo. Ait namque Saluator: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Praeterea, qui mentis est durus & crudelis corde, qui cito facilius offendit, & difficulter placat, aut iniuriantibus non indulget, non aliud promeretur, quam ut deus rigorose suae iustitiae in ipso ostendat, ipsum quoque seueriter dānet, atque iniurias sibi ab ipso aeternaliter ulciscat. Ideo loquitur Christus: Dimitte si quod habetis aduersus aliquem. Quod si non dimiseritis, nec pater uester caelestis dimittet uobis peccata uestra. Iacobus quoque apostolus testatur: Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Et rursum ait scriptura: Qui uindictam uult, a deo inueniet uindictam, & peccata illius deus seruet. Ignosce proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluent. Ex his sequitur, quod quislibet Christianus tenetur omnem hominem tam inimicum quam amicum, uere, spiritaliterque diligere, & fore facientibus indulgere, ita quod eos non odiat, & culpa ad minus dimittat. Penam tamen seu satisfactionem potest exigere secundum processum & ordinem iuris ex zelo iustitiae. Hinc ait Saluator: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filii patris uestri qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, quia ipse benignus est super ingratos & male-

Psal. 145
Psal. 144
Iere. 148
Heb. 12
Prouerb. 4
Deu. 4
Deu. 5
Deut. 22
Psal. 1
Dan. 7
Iaco. 3
Mat. 5
Marc. 11
Iaco. 2
Ecol. 28
Luc. 5
Eodem

Ios. Vnde quod irrationabiliter agant, qui sibi a deo uolunt ignosci, & tamen proximi suis non ignoscunt, docet scriptura, dicens: Homo homini seruat iram, & a deo quaerit medelam. In homine sibi similem non habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur altissimi. Quis exorabit pro delictis illius: Memento nouissimorum tuorum, & desine inimicari, & ne irascaris proximo tuo, & abstine te a lite. Hinc & Paulus apostolus exhortatur: Estote in uicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis. Praeterea ad opera misericordiae beatissimus Iohannes baptista praecipue hortatur, dicens: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Quaequid ergo Christiano de uestimentis, cibis, poculisque superfluit, indigentibus communicare debet atque tribuere, sicut & Christus ait: Quod superest, date elemosynam. Ait namque sanctus Hieronymus: Quicquid amplius quam nobis necessarium est a deo accepimus, pauperibus erogare debemus. Si autem quod illis deputatum est, nostris cupiditatibus, carnalitatibus ac uanitatum referuamus, nouerimus nos in die iudicii rationem inde daturus. Sanctus quoque Gregorius loquitur: Dum indigentibus necessaria ministramus, sua illis reddimus, non nos fra largimur. Periculosum est ergo, in uestibus ac ciborum potuumque generibus abundare. Ait enim sanctus Ambrosius: Nunquid iniuus est deus, ut hominibus tam inaequaliter distribuat subsidia uitae, ut tu quidem sis affluens & abundans, alij autem indigeant? Quomodo ergo tu susceptis dei muneribus, & in usum tuum relictis, nihil te reputas agere iniquum, si subsidia uitae tam multorum indigentium solus retineas? Quis enim tam inuitus & auarus, quam qui multorum alimenta, suum non utum, sed abundantiam & delicias facit? Neque enim minoris est criminis habenti auferre, quam cum abundes, indigentibus denegare. Est uentium panis est quem tu detines. Nudorum uestimentum est quod tecludis. Misericordiam reprobis pecunia quam abscondis. Tantorum ergo te scias inuadere bona, quantis possessis praestare. Hinc uirtuosus & misericordissimus ille Tobias docuit filium suum, dicens: Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si parum, etiam parum libenter impartiri stude. Fidentia magna erit apud deum elemosyna omnibus facientibus eam. Non ergo dandum est uni tantum, aut paucis, sed omnibus, si assit facultas: quae si desit, dandum est uerbum consolatorium & salubre. Danda est autem elemosyna cum humilitate, ne dans recipientem despiciat, imo seipso pauperem reputet meliorem. Nec laudem quaerit humanam, alioqui plus peccat superbiendo aut inaniter gloriando, quam meretur praestando. Ait quoque Chrysostomus: Cum uenis ad ecclesiam, tu uerā tecum porta. Da non habentibus, & pete a deo qui habet, ut oratio tua bonis operibus commendetur. Infirma est enim oratio quae elemosynarum largitate non est munita, nec aliquid plus ualet orationi, quam elemosynarum largitas. Veruntamen, quoniam qui in mortali peccato est, coram deo spiritaliter mortuus est, nec aliquid agit meritorium, deo quoque placitum & acceptum, qui uult elemosynas suas deo placere, & sibi ipsi ad salutem proficere, studeat esse in charitate & gratia dei, hoc est, absque culpa mortali. Ideo ait Gregorius: Mūdari a peccato in primis debet, qui elemosynā donat, quoniam ab omnipotenti deo munus ex manu non acceptatur, quod corde in malitia obligato offertur. Nec sufficit semper siccum panem dare, sed unusquisque prout potest, succurrat pauperibus, etiam potum & caeterorum ciborum partes siue reliquias largiendo, ac nudos uestiēdo, quemadmodum Isaias propheta hortatur: Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Item peregrinos ac pauperes hospitando, alendo & reparando. Ponat ergo pater familias aut mater familias pro illis lectum in loco decet. Atque infirmos uisitando, quemadmodum scriptum est: Non te pigeat uisitare infirmum: ex hoc enim etiam sepeliendo, cui misericordiae operi pius Tobias & sanctus Hugo Linconienfis episcopus, deuotissimas Carthusiensis, multique sancti in nouo testamento praecipue seruerunt. Similiter exercenda sunt spiritualia misericordiae opera, ignorantibus instruendo, praestimo de his quae necessaria siue utilia sunt ad salutem. Christianum namque oportet discere quae ignorant, aut docere quae nouit. Dubitanti quoque bonum consilium dando pro posse, tristes consolando, peccantes corripiendo, iniuriantibus ignoscendo, infirmos, imperfectos & graues patienter & charitatie portādo, sicut ait Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimpleritis legem Christi. Itemque pro uniuersis tam amicis quam inimicis orando. Quāto etenim bonum est communius, tanto est diuinius. Ideo pro comuni bono totius ecclesiae & patriae, ciuitatis quoque & societatis, orare est ualde diuinum. Et quae sic orat pro omnibus, particeps

Ecol. 38
Eph. 4
Luc. 5
Mat. 6
Luc. 12
Tob. 4

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

efficitur meriti omnium. Hinc quilibet vere Christianus quotidie debet orare pro unione, pace & reformatione ecclesie, pro tribulationibus & periculis occurrentibus, pro uitiis ac moribus, potissime pro parentibus & propinquis, pro benefactoribus & comministris, ac familiariter charis. Postremo ad omnia prefata misericordie opera exercenda, maxime prouocare nos debet, quoniam quicquid indigentibus & pauperibus propter deum impedimus, Christus sibi exhibitum arbitratur, atque tam gratum est ei, ac si proprie deum impensum esset personae, sicut in euangelio loquitur: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

Articulus XXX. Qualiter coniugati tempus suum quotidie fructuose ac meritorie expendere debeant.

OMne tempus nobis a deo in hoc mundo concessum, ad hoc nobis concessum est, ut in ipso, deo creatori nostro seruiamus, uirtuose uiuendo, & uniuersa quae facimus ad dei honorem ac gloriam ordinando. Porro opera mechanica exteriora manualia, non prohibita, quamuis non sint in seipsis statim uirtuosa, quoniam mala intentione & sine peruerso fieri possunt, ueruntamen dum fiunt bona intentione & recto fine, ita quod charitas dei principaliter mouet hominem ad ea, tunc sunt uirtuosa. Itaque ad coniugatos primo & maxime pertinet, ut studeant esse & uiuere absque peccato mortali, obseruando diuina praecpta & caetera ad quae tenentur. Et si in aliquam mortalem culpam corruerint, de ea statim poeniteant, & confiteri ac emendare proponant. Secundo ad coniugatos pertinet, ut omnia opera sua exteriora mechanica & domestica seu officialia & similia, faciant bona intentione, & ordinent ad rectum finem, uidelicet ad dei gloriam & honorem, tanquam ad finem principalem, summum ac ultimum, & ad alios fines proximos minus principales, scilicet ad prouidendum sibi ipsi ac filiis & filiabus, aut parentibus de necessarijs uitae, & ad conuersandum inter homines pacifice & honeste, uel ad conseruandum pacem atque iustitiam inter homines, aut ad defendendum patriam, ciuitatem aut seipsos ab hostibus, seu ad succurrendum egentibus ac egenis, uel ad faciendum alia opera bona. Sed omnia ista finaliter ordinanda sunt ad gloriam dei, ut ipse in omnibus & ex omnibus istis laudetur & glorificetur ac honoretur in sempiternum, quem admodum ait Apostolus: Omne quodcumque facitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes deo patri per ipsum. Si enim Christianus debet deo seruire, oportet quod uiuat, & si uiuet, oportet quod necessaria habeat, & si illa habebit, oportet quod officia sua exerceat, seu actus illos, sine quibus necessaria habere aut percipere nequit. Dum ergo omnia ista ordinantur ad dei obsequium, gloriam & honorem, tunc omnia sunt uirtuosa & meritoria uitae aeternae, ita quod sicut deuotus sacerdos promeretur uitam aeternam suas horas legendo ac celebrando ex charitate, ita agricola arando, segetes colligendo atque similia faciendo, dum modo ex charitate ad gloriam dei haec faciat. Et idem dicendum est de mercatoribus, textoribus, sartoribus & similibus. Item de iudicibus & officarijs: imo manducare & bibere, uestes induere, & similia opera, quae praefato modo fiunt, sunt meritoria. Tertio, ad coniugatos imo ad uniuersos Christianos pertinet, ut omni die dum surgunt siue euigilant, dirigant cor suum ad deum, orando aut salubriter meditando, & cuncta quae die ipso acturi sunt, ordinent ad gloriam dei, faciendo sibi rectam intentionem in omnibus: & ita loquantur ad deum. Ecce domine deus, omnia quae hoc die facturus sum, ad tuam gloriam ordino, & in omnibus tuum honorem ac meam salutem intendo. Hinc ait saluator: Primum quaerite regnum dei & iustitiam eius. Agenda sunt ergo aliqua opera spiritalia, orando, meditando, aut Missam audiendo, antequam ad exteriora & corporalia opera procedatur. In operibus quoque & laboribus exterioribus, saepe est eleuanda mens ad deum per breues orationes & meditationes deuotas, & uitanda sunt ibi uerba scurrilia atque illicita. Quarto, ad omne pertinet Christianum, ut omni sero ante quam eat dormitum, consideret semetipsum, & conscientiam suam examinet ac perpendat, quomodo ipsum diem expedit, quid boni in ipso commiserit, quid mali commiserit, & tunc ore deum ex toto corde, ut omnia peccata sua, & specialiter peccata illius diei sibi indulgeat: & tunc iuxta multitudinem ac magnitudinem peccatorum suorum grauius ingemiscat, cordialiter doleat, confiteri tempore opportuno & satisficere, seque in omnibus emendare, & timoratus custoditiusque habere proponat. Deinde legat aliquas orationes, praecipue aliquoties Pater noster & Aue Maria, & cruce se signet, ac deo commendat, ac lectum introeat, atque ad hoc somnum accipiat, ut uiribus resumptis, post somnum aptior ac robustior surgat ad dei obsequium. In lecto quoque se habeat timorate, & cogitando de rebus salubribus, praesertim de Christi passione, studeat obdormire

Lucas. 1. Cor. 10.

Mat. 6.

Col. 1. Cor. 10.

Pal. 117.

Mat. 6.

Mat. 6. Luc. 1.

quacumque

DE LAUDABILI VITA CONIUGATORVM.

quacumque etiam hora euigilet, statim cor suum leuet ad deum, orando, meditando, gratias referendo. Et si quam culpam in ipsa nocte incurrit, statim cum surgit uel ante, poeniteat, ueniam deprecetur, & confiteri ac emendare tota die se in omnibus bene habere proponat. Quinto, ad Christianos singulos pertinet, in his quae corpori necessaria sunt, scilicet in cibo & potu, in uestitu & somno, moderamen seruare, & nequaquam uoluptatem, curiositatem, uanitatem aut superfluitatem, sed necessitatem ac utilitatem quaerere & operari, sicut ait Apostolus: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus. Unde & Christus hortatur: Videte ne grauent corda uestra crapula uel ebrietate, aut curis huius seculi. Hinc Salomon orat: Duo rogavi te deus, ne deneges mihi: Vanitatem & uerba mendacia longe fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantum uictui meo necessaria. Vitanda sunt ergo cibaria & pocula nimis pretiosa & delicata, & lecti nimium molles. Postremo, alia multa sunt ad omne pertinentia Christiani delenda, de quibus & tactum est & tangeatur, sed nunc describendum fuit, quomodo ad coniugati tempus suum quotidie expendere debeant uirtuose, & in omnibus pariter conuersari honeste, caste & sobrie, atque in lecto omnem uitiosam lasciuiam ac meretricalem indecentiam deuotare, ut iuxta doctrinam Apostoli, sit in eis honorabile conubium & thorus immaculatus, sicut praehabitu est.

Articulus XXXI. Contra uitiosam consuetudinem & carnalem uitam multorum, tempus suum quotidie negligenter, damnabiliter, miserabiliterque consumentium.

Conferat saluator, arcta est uia quae ducit ad uitam, & arcta haec uia non fit aliud quam conuersatio poenitentialis ac uirtuosa, certum est ad Christianum quilibet pertinere, ut quotidie opera poenitentiae faciat, corpus suum domet, & carnalia desideria frangat, uincat ac fugiat, deum super omnia toto corde amet, timeat, ueneretur & colat, omne tempus sibi concessum fructuose expedit ac uirtuose, quia in die iudicii daturus sumus rationem de omni tempore nobis concessio, qualiter expendimus illud. Nec solum uniuersa peccata mortalia, puta superbiam, inuidiam, gulam, luxuriam, auaritiam, iram, ac ediamque deuiret, sed in superuitiis contrarijs illis peccatis, ornet ac fulgeat, ut puta humilitate, charitate, sobrietate, castitate, liberalitate, mansuetudine, alacritateque animi ad diuina. Hinc nanc, ut ait Apostolus: Qui sunt Christi, id est, qui per charitatem & gratiam ad ipsum pertinent, carne sua cum uitijs & concupiscentijs crucifigunt. Item, si secundum carnem uixeritis, moriemini, morte utique aeternae damnationis: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis, uita gratiae in praesenti exilio, & uita gloriae in regno futuro. Ex his certissime constat, quod longe sint a uia salutis, a uita uirtuosa, a conuersatione ueraciter Christiana, qui carnaliter uiuunt, de mane diu dormientes, deinde Missam cor de distracto ac frigido audientes, statim post hoc superfluis fabulatis & inutilibus actibus occupant. In praedictis quoque se saturantes, atque inani leuitia resolutos, & loquacitate uacantes, non obstat quod ait saluator: Ve uobis quae saturati estis: Ve uobis quae ridetis nunc. Et, De omni uerbo otioso reddet homines rationem. Rursum, post prandium ad ludendum, ad confabulationem, ad potandum conueniunt: & ibidem absque timore altissimi, seipsos bestiali affectu ingurgitant, risibus uacant, & innumerabilia uerba superflua, inutilia, illicita & nocua, inter dum etiam detractoria, pungitiua, lasciuia, superba, mendosa & contumeliosa diutissime proferunt, iurant, perjurant, taxillant, decipiunt, atque in talibus perdurant pene usque ad coenam: & tunc rursum se replent, comestioni, potationi, confabulationi, risu, uarijsque carnalibus uacant solatijs, in quibus aliquando ual de diu persistunt: sicque absque praeuia conscientiae discussione, & sine deuotione pergunt ad lectum, ubi lasciuunt, & quauis matrimonio iuncti sint, non tamen se coniugali, sed potius adulterino affectu cognoscunt, ex concupiscentia uidelicet predominante: quod ut dictum est, mortalis est culpa, cum tamen ipsi non reputent hoc peccatum. & tunc dormiunt tarde, & ad dei obsequium sunt acediosius, tempus suum taliter perdunt. Ecce huiusmodi homines quantum distat a rigorosa poenitentia, uita necessaria ad salutem: sequuntur nanc desideria sua carnalia, & quae uenialia peccata uitare non student, imo sine mensura ea committunt, ideo in mortalia peccata labunt. Verissime etiam Salomon loquitur: Qui negligit modica, paulatim decidit. Et de nouo ait scriptura: Si non in timore domini tenueris te instanter, cito lubuertetur domus tua. Id est, conscientia tua fallitur. Unde non diu potest esse sine peccatis mortalibus, qui non solite uenialia uitae peccata minimo consuetudo uenialium, mortalibus asseritur. Praeterea, carnalis uita tam gulososa & inordinata, etiam corpori maxime nocet, uitam abbreviat, sensus reddit obtusos, naturam grauat, mentem obscurat, & uarijs uitijs alimenta ministrat. Sed & omnia mala haec etiam diuturnus efficit fomus, idcirco ualde uitatus est. Nam & ipsa aedem mortale peccatum est. Porro sobrietas cibi ac potus & somni, uitam facit iucundam, sanam ac longiorem, mentem clarificat;

Tim. 6. Luc. 21.

Prover. 30.

Hebra. 13.

Mat. 7.

Mat. 18.

Gala. 5. Rom. 8.

Lucas. 6. Mat. 18.

Ecclesi. 9. Ecclesi. 27.

e latificat, sensum exacuit, atq; ad omne bonum disponit ac confert. Prefata igitur consuetudo est penitus detestanda & relinquenda. & omne tempus fructuosum est expendendum & quibus uacat post prandium, uadant ad Vesperas ac Completorium in suis quoq; cubiculis uacant deo, in orationibus, meditationibusq; deuotis, & studendo si docti sunt, cum Isaac patriarcha egrediantur in agrum ad meditandum. Ad haec autem diuites & nobiles magis tenentur, q̄ pauperes & laboratores. Nec licet diuitibus atq; nobilibus in uenationibus ac alijs uanitatibus suum tempus, ad poenitendum concessum eisdem, amittere.

Articulus XXXII. Contra potatores ex sacra scriptura.

Sapientissimus Salomon ait: Cui uix, cuius patri uix, cui rixax, cui foueax, cui sine causa uulnera, cui suffossio oculorum: Nonne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotandis: Ne intuearis uinum quando flauescit, cum splēduerit in vitro color eius. Ingredditur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & quasi regulus uenena diffundet. Luxuriosa res uinum, & tumultuosa ebrietas. Quicumq; his delectatur, non erit sapiens. Qui diligit epulas, in egestate erit. Qui amat uinum & pingua, non ditabitur. Noli esse in conuiujs potatores, nec in comestationibus eorū qui carnes ad uescēdum conferunt, quia uacantes symbolum, confument. Ecce omnia ista sunt uerba Salomonis in libro Prouerborum, ex quibus dicitur, quā uitiōsa ac fugienda sit assiduitas illa potandi, potissime extra prādiū & cœnam. Non enim excusatur a mortali peccato, atq; in senibus præcipue uituperabilis damnabilisq; cōsistit. Hinc loquitur Isaias propheta: Vx qui confurgitis mane ad ebrietatem secūdam, & potandū usq; ad uesperam. Præterea in Ecclesiastico scriptum est: Quā sufficiens est homini erudito uinum exiguum, & in dormiēdo non laborabis ab illo & non senties dolorem. Somnus sanitatis in homine parco. Dormier usq; mane, & anima illius cum ipso delectabit. Diligentes in uino noli procarere, multos enim exterminauit uinum. Exultatio animę & cordis, uinum moderate potatum. Sanitas est animæ & corporis, sobrius potus. Vinum multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit. In conuiuio uini non arguas proximi, & non despicias eū in iucunditate illius. Verba impropria non dicas illi, & non premas illū in repetēdo. Omnia ista sunt uerba scripturæ. Et quoniam uinū facit potantes animosos, audaces ac in discretos, ita q̄ facilliter irascuntur ac indignantur, iccirco non expedit in potationibus uini debito res multū repetere seu monere, aut potantes arguere. Postremo Apostolus ait: Nolite inebriari uino in quo est luxuria. Cum ergo lex Christi sit lex totius puritatis ac honestatis, & in uitijs luxuriæ sint maxima turpitudine ac inhonestas, Christiani qui legē Christi maxime adimplere tenentur, a uino immoderate cauere præcipue debent: Quemadmodum uere ait Gregorius: Dominante gulæ uitiō, omne quod homines uirtuose egerunt, perdunt; & dum uenter non restringitur, simul cunctæ uirtutes obruuntur. Epulas quoq; pene semper concomitantur uana iucunditas. Dum etenim corpus in refectione delectatione resoluatur, cor ad inane gaudium relaxatur. Ebrietas uero, ut asserit Augustinus, mater est omnium flagitiorum, materia uitiōrū, radix criminū, turbatio capitis, subuersio sensus, impedimentum loquelæ & gressus, naufragium castitatis, amissio temporis, infania sponte procurata, turpitudine morum, dedecus uitæ, honestatis diffamia, animę corruptela. Sobrietas in feminis ad terram deponit aspectum, ebrietas autem amisso pudore, in uerecunde erigit uultum. Sanctus quoq; Ambrosius loquitur: Ebriosus dum uinum absorbet, absorbetur a uino, ab omni natura deo, despicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, destituitur a uirtutibus, cōfunditur a dæmōnibus. Luxuriosus quoq; sicut & ebriosus, cōfundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriā, incurrit damnationem æternam. Nihil etiam est dæmonibus ita amicum, sicut ebrietas atq; lasciuia, ut ait Chrysothomus.

Articulus XXXIII. Quā decenti, moderato, humilij uestitu uti debeant omnes Christi fideles, uiri ac feminae.

Frequenter legitur contigisse, ut seculi amatores de uestium suarum curiositate & forma a uiris sanctis reprehensi, responderint: deus respicit mentem, nec ad exteriora attendit. Quibus uiri sancti dixerunt: Exteriora ista signa sunt interiorū, quæ admodum uisus incustoditis incustoditæ mentis extrat in iudicium, & irrefrenata ac immoderate loquela, uagæ ac intemperate mentis est signum, pariformiter curiosus, pomposus & nimium pretiosus atq; superfluus uestitus, uani superbiq; cordis in dexa testis est. Et hoc sanctus Gregorius probat ex hoc, quod pretiosus curiosusq; uestibus nullus est cupit induere, ubi a nemine potest uideri. Quo constat, q̄ ob gloriā uanā talia uestimenta portantur

tentur. Item ex hoc, quod Christus beatissimum Iohannē baptistam de asperitate, humilitate ac paupertate uestitus collaudat. Idē quoq; sanctissimus Iohannes baptista admonuit: Qui habet duas tunicas, det non habenti. Hoc est, qui unā tunicam habet superfluam, pauperi tribuat eā. Unde ut sancti doctores Ambrosius Basilusq; testantur: Nudog; indumentum est quod recludis, aut super pericā pendes, atq; tantoq; uestimenta inuadis ac retines, quantos de tuis uestibus possis induere. Præterea princeps apostolorum Petrus, & Paulus apostolus in suis epistolis prohibent feminis uestes pretiosas, pomposas, uane ornatas, & curiose formatas. Et secundum beatum Gregorium, huiusmodi uestibus uti maior culpa est in uiris quā in feminis. Viri namq; feminis debent in omnibus præbere exempla uirtutum. Insuper ex uerbis sancti Hieronymi est ostensum, & doctores cōcorditer id affirmant, q̄ portantes uestimenta ad carnalem concupiscentiam prouocatiua, peccant mortaliter, quamuis non portent ea tali intentione, & etiam si nullus ex eis ad uitiōsa desideria concitetur. Nam tales uenenum propinant & exhibent, siue sit, siue non sit qui bibat. Quod autem uestes curiosæ, uanæ, pretiosæ, indecenter formatae, atq; pompatice figuratæ, sint ad uitiōsam concupiscentiam prouocatiuæ, quid necesse est probare, quod pro dolor infelix experientia roties probat quotidie? Itaq; sicut in cibo, potu & somno, ita in uestibus quærenda est necessitas siue utilitas, non uoluptas aut uanitas. Amplius, uestitus correspondere & proportionari debet professioni eorum, qui ipso utuntur, sicut uidemus, q̄ singuli religiosi specialiter utuntur habitu iuxta ordinis sui tenorem professionisq; exigentia. Cum ergo lex Christi, quam omnes Christiani seruare professi sunt, sit lex totius humilitatis, sanctæ simplicitatis, spiritalis dilectionis, ueræ sapientiæ ac intimę pietatis, certū est q̄ uniuersi Christiani debeant tali uti uestitu, in quo reluceat, eos, qui uestitu illo utuntur, esse cultores & amatores humilitatis, simplicitatis, charitatis, sapientiæ & pietatis, ne unus alij suo uestitu aut ornamento scandalizet, quod est contra charitatem: & ne ipse uestitus in seipso curiositatem, uanitatem, pompatiam, aut superfluitatem prætendat, quod est contra humilitatem, simplicitatem ac sapientiam, præsertim quia (ut ait Apostolus) ab omni specie mala abstinere oportet. Vitiōsa ergo atq; damnabilis est illa Christianorum nouitas, curiositas, pompa ac uanitas in uestitu, in frustillatione, in plicatione, in nimia apertione seu fissura aut breuitate, in pretiositate & superfluitate, ac ornatura aut colorum diuersitate. Omnia etenim corporalia sunt ad spiritalia ordinanda, iccirco uentum est uestibus secundum quod expedit animæ ad proficiendum in charitate & gratia dei, ad complacendum deo, ad obtinendum salutem æternam. Nec licet Christiano, uelle inaniter complacere aut delectari in uestibus, sed in uirtuosis operibus. Hinc etiam Saraceni & alij infideles, Christianos propter curiositatem, uanitatem, immoderantiamq; eorū in uestibus, uehementer derident. Præterea priniceps apostolorum beatissimus Petrus scribit, docet ac iubet in prima sua epistola, ut mulierum non sit extrinsecus capillatura aut circumdatio auri, aut uestimentorum cultus, sed ut intus in anima uirtutibus decorētur. Paulus quoq; apostolus scribit & præcipit, ut mulieres sint in habitu ornato, id est, humili ac deuoto cum uerecundia & sobrietate, ornantes se non in tortis crinibus, aut auro uel margaritis, uel ueste pretiosa. Circa quæ uerba scribunt doctores, q̄ circa uestimenta ornamentaq; corporis, contingit quinq; modis peccare. Primo in preuositate, cum dicat Gregorius: Nemo putet in usu pretiosarum uestiū deesse peccatum. Secundo, in mollitie & suauitate, quoniam tota hominis uita esse debet in poenitentia & deploratione culparum. Tertio in speciositate. Quarto in curiositate. Quinto in superfluitate. Veruntamen secundum doctores, mulieres possunt se exterius competenter ac decenter ornare, ut a suis maritis magis ac pretiose amentur, & ut uiros suos ab aliarum mulierum appetitu & adulterio abstrahāt, & propter status sui aut uiri sui decetiam. Idē dicendum uidetur de uiris, q̄ se licite possint ornare decenter ac moderate, ad complacendum suis uxoribus, ne illæ ad uiros alios afficiantur. Sed in isto ornatu profusus seruāda est moderantia, ut omnis uanitas, indecentia, curiositas, superfluitasq; uitentur. Porro quæ dā sunt feminæ, quæ cum in domo sunt cū suis maritis, se ornare non curant, sed potius dum domum egrediantur, quarum intentio non satis recta uidetur. Postremo ex dictis patet, q̄ grauiter peccent parentes, qui filijs suis aut filiabus uestes faciunt curiosas, uanas, pompaticas, pretiosas, superfluas, prouocatiuas ad turpes affectus. Et quidā parentes tam fatui sunt tamq; carnaliter amant filios suos ac filias, q̄ ante q̄ sciūt quid sit superbia, docent eos superbiam, faciendo eis uestes curiosas, pompaticas, cum tamen teneantur eos in bonis moribus informare, atq; a uanitatibus cohibere.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

Articulus XXIII. Quam grauisimum peccatum sit adulterium.

VT coniugati fidem matrimonialem sibi inuicem perfectius seruet, breuiter tanquam enorme crimē sit adulterium. Est enim ualde multipliciter mortale peccatum. Primo, cum sit fornicatio, uel illicitus concubitus cum non sua uel suo. Secundo, quia in adulterio committitur furtum, id est subtrahio rei alienae. Vir enim corporis sui potestatem non habet, sed mulier. Similiter mulier corporis sui potestatem non habet, sed uir. Dum ergo maritus corpus suum propriae coniugi subtrahit, & alteri comminā illud communicat & commiscet, furtum committit. Et idem est, si uxor corpus suum alteri praebeat quam suo marito. Et si uir aut uxor faciat istud contra uoluntatem sui conthoralis non solum occulte, sed etiam manifeste, tunc in adulterio est rapina. Tertio, quia in adulterio est fractio uoti. Vir namque & uxor sibi inuicem spondent fidelitatem, qua obligat se non alteri commisceri; & haec promissio in adulterio frangitur. Fractio autem uoti (ut multi doctores affirmant) est grauius peccatum quam periurium, & ita adulter est peior periuro, similiter adultera. Quarto, quia adulterium est directe contra iustitiam, cum sit uolatio fidelitatis, quam sibi mutuo coniugati tenentur. Quinto, quia in adulterio est sacrilegium, id est, abusus rei sacrae. In sacramento namque matrimonij uir & uxor benedicuntur ad procreandum prole, in qua cultus dei & fides Christiana augeatur. Dum ergo suis corporibus per adulterium abutuntur, sacrilegium faciunt. Sexto, quia ex adulterio cum uxore alterius, iniustus & falsus in hereditatem succedit. Item, qui alicuius coniugem cognoscit, maximam iniuriam facit eius marito, & maximam in honorationem filijs eius ac filiabus, quarum matrem facit adulteram. Facitque alteri quod sibi nequaquam uult fieri. Hinc inter peccata quae sunt in proximum, adulterium post homicidium est unum de maximis grauissimisque peccatis. Cum ergo sit tam multipliciter enormiterque mortale, summe cauendum est, ut maritus suae uxori fidelitatem inuolabiliter seruet, sicut uult sibi ab illa seruari. Itaque grauisime peccat aliqui uiri, qui adulterijs suis uxores suas contristant, affligunt, & tribulant, nec tamen desistunt.

Articulus XXXV. Quam salubre sit confiteri frequenter ac pure.

Peccatum mortale est laesio animae, imo mors eius, quia per mortale peccatum perdit anima uitam gratiae, charitatem dei & omnes uirtutes ac merita praecedentia. Unde quam diu est homo in mortali peccato, coram deo spiritaliter mortuus est. Insuper, sicut per charitatem & gratiam spiritus sancti fit anima sponsa Christi, anima & filia dei, ac haeres regni caelestis, ita per peccatum mortale fit adultera diaboli, filia perditionis, praeda inferni. Peccatum ergo maxime nocet homini. Confessio autem post baptismum est praecipuum remedium contra peccatum, quoniam in confessione uulnera animae curantur, omnia eius peccata tolluntur, uirtutes redduntur, & homo reconciliatur domino deo. Hinc saluberrimum est, frequenter atque sinceriter confiteri, praesertim quia in confessione sunt multa quae ad remissionem peccatorum cooperantur & profunt, uidelicet poenitentia, oratio & absolutio confessoris, pudor & dolor atque humilitas confidentis; & frequenter contingit, ut confitens qui sine uera contritione ac sufficienti dolore ad confitendum accessit, in sua confessione uera contritione & sufficienti dolore de suis a deo acquirat peccatis. Insuper, ex hoc quod homo raro confitetur, obliuiscit pro magna parte sua peccata, nec ponderat ea, sed induratur, ita quod dum ad confitendum accedit, uix unum de centum attendat ac memoretur. Expedit ergo ualde multoties confiteri, uidelicet in Aduertu, & in praesentibus quatuor festis aut circiter: in principio quoque ieiunij, & in bona hebdomada, atque in festis praecipuis uirginis gloriosae. Praeterea antequam homo ad confitendum accedat, primo ad confitendum se praeparet, peccata sua diligenter ad memoriam reuocando, & grauitate multitudinisque eorum prudenter pensando, deumque orando, ut digni sibi dare gratiam uerae contritionis, salubris confessionis ac integre emendationis. Deinde ad confitendum accedat corde humiliter & contrito, & confessori quasi deo loquatur, uniuersaque uitia sua distincte & plene ac integre confiteatur, cum cordiali dolore & pudore interno, quod deum infinitae dignitatis ac sanctitatis, tam frequenter, tam grauer turpiterque offendit. Tunc etiam exprimat ea quae aggrauant culpam, uidelicet tempus & loca & personas, cum quibus peccauit, tamē in generali, non nominando eas, nec aliquid dicendo, per quod possint a confessore cognosci, quantum id potest uitari. Expressere etiam debet pro posse, quae se peccauit, & utrum peccauit ex ignorantia aut fragilitate humana, an ex certa scientia & ex proposito ac usu peruerso, & an post peccatum de eo poenituit, uel an se de peccato suo iactauit. Coniugati autem specialiter confiteri debent, an in actu matrimoniali excesserunt, cognoscendo se ex concupiscentia praedominante,

DE LAVDABILI VITA CONIUGATORVM.

quia tunc esset mortale peccatum, an alio modo, sicut praehabitu est. Et an circa filios suos ac filias atque familiares & circa caeteros bene ac iuste, an iniuste ac negligenter se haberent. Item, an poenitentias sibi iniunctas bene persoluerit. Nam poenitentia quam facit homo in mortali existens peccato, non acceptatur a deo. Ideo si quis cognoscit se post confessionem suam ultimam peccasse mortaliter, antequam poenitentiam sibi iniunctam compleuit, tenetur eam reiterare & recuperare ab eo die, quo meminit mortaliter se peccasse. Postremo, quoniam peccatum est incomparabiliter peius & uilius ac fugibilis omni damno & corporali incommodo, ideo de peccatis suis debet homo summe dolere, & magis utique, quam de aliqua aduersitate aut afflictione temporali ac corporali. Et quanto peccata fuerint plura ac grauiora, tanto oportet contritionem esse maiorem. Maxime namque debet homo dolere, quod deum creatorem ac saluatorem suum, tam in finite bonum, sanctum & gloriosum, quem summe amare ac honorare tenetur, toties ac tam impudenter ac grauer offendit, eiusque benedictionis tam ingratus extitit.

Articulus XXXVI. Qualiter habere se debet homo in confitendo.

Corpus & animam, membra corporis uiresque animae a deo accepimus, ut deum per haec omnia honoremus. In primis ergo confiteatur homo, qualiter deum offendit per suos sensus exteriores. Primo, per uisum uana & inutilia libenter aspiciendo, ut choreas, spectacula, haestiludia, ludos diuersos atque similia. Et talibus consentiendo ac condelectando, fit homo particeps peccatorum illorum, atque frequenter mortaliter peccat. Item, incaute circumspectando, uiros aut feminas libidine intuendo, quod est graue peccatum, & tempore Missae ac diuini officij ista feci, diebusque sacris & festiuis. Cordis quoque superbiam, iram, concupiscentiam, uanitatem & dissolutionem frequenter ostendi per uisum, & sic alios scandalizauit, interiora uitia mea foris monstrando, & alijs uarijs modis peccauit per uisum. Insuper peccauit per auditum, uerba uana, scurrilia, mendosa, detractoria, contumeliosa, pungitiua, cantus lasciuos, inanes, amatorios, symphonias & similia libenter cum delectatione audiendo, & uerba salubria ac sermones, correptiones & informationes inuite audiui. Peccauit quoque per gustum, cibos & potus delicatos auidē cum carnali delectatione sumentes. Et per odoratum, in suauitatibus odorū carnaliter delectando. Item per tactum, propria membra aut membra & corpus aliarum personarum impudice aut libidine tangendo, & per hoc, me ipsum aliasque personas ad peccata uaria ac graua prouocando. Amplitus, peccauit per sensus interiores, uanis phantasijs, turpibus imaginationibus, illicitis cogitationibus immorando, uitiis affectuibus non resistendo, passionibus animae meae, uidelicet motus sensuales, non frangendo. Peccauit quoque multipliciter & innumerabiliter nimis per linguam, mentiendo, obloquendo, iurando & periurando, alijs conuitiando, male dicendo, uerba uana, lasciuia, friuola proferendo. Item cum uana delectatione cantando, & cantus seculares, inanes, amatorios canendo aut praecinendo. Praeterea grauer nimis peccauit contra decem praecipua. Primo, quod dominum deum creatorem meum non toto corde dilexi, nec timui, non pro posse honorauit ac colui, sed contempsi, eius praecipua non aduertendo neque implendo, & multa uana atque uilissima, carnalia & caduca ei inuicissime ac insipientissime praefereudo, sicque creaturis & rebus carnalibus magis quam deo inhæsi; & propter harum amorem deum reliqui, contempsi atque oblitus sum. Item inaniter saepe iurauit, & absque reuerentia nomen dei assumpsi ac periurauit scienter & sponte propter aliquod commodum temporale. Dies quoque festiuos non debite celebravi, nec diuinum officium pro posse audiui, imo tunc magis peccauit, quam caeteris diebus, ludendo, chorizando, potando, gyrouagando, inania intuendo, ac alia diuersa uitia committendo. Insuper, parentes meos ac superiores non debite honoravi, eis frequenter inobediens fui: quod fecerunt aut dixerunt quod mihi non placuit, facilliter & frequenter indignationem & iram contra eos concepit dure & irreuerenter eos affatus sum & aspexi; & si feci quod mihi iniunxerunt, non tamen cum debita promptitudine ac reuerentia mentis, sed cum inuentione, impatentia aut tardio. Bona eorum, labores & sudores gulose, uane, turpiterque consumpsi. Senioribus, sapientioribus, uirtuosioribus, religiosis & sacerdotibus reuerentiam decentem non impendi. Praeterea alios laesi in corpore uel in fama, aut quocumque modo percussi eos consilio uel auxilio, uel laesioni eorum pro posse meo non restiti, uel aliquos morte seu laesione optraui, uel inde gauisus sum. Item alios boni furatus sum, aut retinui, & debita male persolui, itaque alij inde damnū incurrerunt, & pariteribus meis aliqua occulte subtraxi. Peccauit quoque per uitia carnis, & per testimoniū falsum, atque per hoc damnū alijs intuli. Desideraui etiam aliquos

axorem, aut opes, & uitioſæ concupiſcentiæ non reſtitit debito modo. Sed & præceptis eccleſiæ non obediui, ſeiunando in certis tēporibus, ſicut præceptū eſt. Præterea peccati in ſeptē peccatis mortalibus. Primo per ſuperbiā, magnū me reputando, laudē & gloriā tēporalem optando, de donis & beneficiis dei inaniter gloriando, quaſi illa à me ipſo, non à deo haberē uanā complacentiā habui in me ipſo, alios ipſeui ac temere iudicauī. Et quando me laudari audīui aut noui, inaniter delectabar, quāuis falſe laudabar. Itē ſuperbiui, & aliis me prætulī ac iactaui de nobilitate, de opulentia, pulchritudine, ingenio, prudentia, eloquentia, multitudine amicorū ac propinquoꝝ atq; potentia ſeculari, aut fortitudine corporali ſeu dignitate officii. Fui quoq; ſuperbus in uerbis, me ipſum laudando, præſumptuoſe & iactanter loquendo, ſcientiā meā oſtendendo, de rebus altis libenter loquendo ut ſapiens reputarer, propria uitia excuſando, alios inordinate, inuidioſe aut mendaciter ac culando, aliis de ſpectore aut inuidioſe loquēdo. Fui itē ſuperbus in factis & operibus meis, ſuperbe eundo, & curioſe me ueſtiedo, increpantibus & informantibus me fui ingratus, moleſtus & durus atq; aliis modis diuerſis magis q̄ poſſum exprimere, per ſuperbiā deū offendi. Præterea per inuidiā deū offendi, aliis mala optando, de illoꝝ proſperitate triſtando, & de eorū aduerſis gaudento, ipſoꝝ detrahendo, & alios ad ipſoꝝ odiū inducendo, ſeu ipſos cum auerſione ac nauſea inſpiciendo, atq; de ipſis cum praua affectione cogitādo. In ſuper peccauī per irā, irrationabiliter iracendo, pro parua iniuria magnā uindictā inferendo, uel inferre optando, aut inferri procurando, & nimis exceſſiue fui ſæpe commotus, ita q; ratio mea totaliter excaecabatur, & tanq̄ brutū ac ſtultus me habui, per turbationisq; ſigna foris oſtendi, atq; per hoc alios ſcandalizaui ac perturbauī. Sed & contra irrationalia & inanimata, & contra ſuperiores meos cōmotus per iram fui, furore & impatientia ſæpiſſime plenus extitī, extra quoq; in diuerſa uitia lapſus ſum, ſcilicet in læſione & contumeliā, diffamationē ac detractionē, maledictionēq; alioꝝ, in reuelationē ſecretorū, imo in manifeſtationē eorū quæ in ſede accepi celāda, q̄d eſt mortale peccatū, niſi propter bonū cōmune manifeſtare talia oporteret. Itē in murmuratiōes, iuramenta, atq; periuria. Amplius, peccauī per auaritiā, bonatē rena ſuperflue appetendo, congregādo ac retinendo, uidelicet plus q̄ mihi ac meis neceſſe aut uilē eſt, quo ad deū ac uerā ſalutē, & filijs filiabusq; meis tēporalia cupiēdo, colligēdo, ac reſeruādo plus q̄ eorū cōditioni aut ſtatui cōgruit. Ex auaritia q̄q; in diuerſa lapſus ſum uitia, ſcilicet in dolos, furta, mēdacia, periuria, uioletias & rapinas. Et in emēdo ac uendēdo alios defraudauī, male & tarde perſolui in digētibus, mutuarē negaui, aut ſub uſura cōceſſi, alioꝝ bona optaui, ludos illicitos & lucroſos exercui, & ad eos alios q̄q; induxi, ex affectu lucrādi alijs ablata & male acq; ſita nō reſtitui, nec in piousus cōuertī. Præterea peccauī per acedia, q̄ ad dei obſequiū fui piger & negligēs, opusq; dei cū tædio & irruerētia feci. Per nitētias mihi iniūctas aut nō, aut imperſecte & abſq; cōtritione perſolui. Miſſas & alia diuina officia ac ſermocinationes, cū mihi ſatis uacauī, nō audiui, præſertim in feſtiſiuxta præceptū eccleſiæ; imo tūc intētus fui ludis, potatiōibus, truſis, alijsq; diuerſis peccatis. Valde diu manſi in lecto, ſicq; diuina neglexi, & tēpus mihi cōceſſum, infructuoſe ac uitioſe cōſumpſi. In ſup; peccauī grauiter atq; ſæpiſſime, imo q̄d die pene per gulā, cibū & potū ſuperflue capiēdo, horā comedēdi ac potādī præueniēdo, nimis diu in mēſa ſedēdo, pretioſa & delicata ſumēdo, delectationē in cibis & potibus, nō ſolā naturæ neceſſitatē querēdo, poſt prandii & cenā immoderate potaui: Vana, illicita, detractionaria uerba tēpore comēſtionis & potationis locutus ſum. Per inanē lætitiā animū relaxaui, per crapulā ad opa bona ineptū me feci, ſomnolentiā inciidi in diuinis, & tēpus diuini officij obdormiui, ad uitia carnis me prouocaui, tēpus miſerabiliter expedi, & ante refectionē cibo ac potui nō benedixi, nec poſt refectionē gratias legi. Amplius peccauī p luxuriā, cogitatiōe immūda, affectiōe laſciua, uerbis ſcurrilibus, prouocatorijs, libidinofis, fallacibus, oſculis, tactibus, amplexibus ac alijs blandimentis carnalibus, ac meretricijs geſtibus. Opere quoq; in hoc peccato exceſſi per ſimpli cem fornicationem, per meretriciū, per adulteriū, per ſtuprū, quod eſt uioleſtio uirginum; per ſacrilegium, quod eſt concubitus perſonæ religioſæ, aut in ſacris ordinibus conſtitutæ, uel cum perſonis huiusmodi. Per inceſtum, qui eſt concubitus cum perſona conſanguinea aut affini, aut legali cognatione propinqua. Aut cum propria cōiuge, modo prohibito miſcendo, ut dictum eſt, uel per peccatum contra naturam, quod fit pluribus modis, ut alibi legitur. Item non ſolum in uitioſam carnis copulam, ſed in ipſam quoque Veneream delectationem conſenſi, quorum utrunque eſt peccatum mortale. In ſuper cogitando, aſpiciendo, palpando, loquendo, tangendo, oſculando & amplectendo, in me ipſo & in alijs perſonis

perſonis ſtimulationem, inflammationemq; carnis, concupiſcentiam ſenſualitatis aut pollutionem, uitioſe ac lamentabiliter prouocaui. Et dum aliquid tale in corpore meo ſenſi, non ſtatim à talium cauſis, uidelicet oculis, tactibus, amplexibus, imaginatiōibus, aſpectibus, conſabulationibus me retraxi, ſed moroſe, periculoſe, inſipienter ac turpiter immoratus ſum talibus. Alias quoq; perſonas ad præacta peccata induxi, imo inducere plures ac plures optaui quā me ipſum. Nec ſolum peccauī ex uehementia paſſionis atq; humanæ fragilitatis, uerum etiam ex propoſito & uſu ac habitu uitioſo. Et ſubſtantiam meam taliter deuorā ui, ſicq; leuis fui ac procax in uerbis, petulans & laſciuus in oculis, inquietus in mēbris, mentis inconſtans. Præſata etiam uitia commiſi temporibus ſacris & feſtis, ut in Quadrageſima, in Aduentu, feria ſexta, die dominica, quando ſpecialiter à talibus eſt cauēdū, & cito poſtquam communicauī, & antequam pœnitentiā mihi iniūctam compleui. Item per peccatis, nō ſtatim pœnitui, ſed me de ipſis iactaui, atq; in Miſſa ac diuino officio in eccleſia ſi ſceminas libidinoſe aſpexi & concupiui, etiam maritatas ac uirgines, & earum aſpectibus me obiecti, ut ab eis appeterer ac eis placerem. Ibi eis arrisī & ſi attendi me ab eis aſpici, gloriabar, ſicq; animam meam aliorumq; animas interfeci, & infinitis ſcēditatibus ac peccatis ego uiliſſimus ſum pollutus. Hæc autem ſcripti pro memoriali, non q; aliquis debeat de iſtis in confeſſione ſe dare culpabilem, niſi in quantum conſcietia ſua redarguit eum. Cum uero quis dubitat, an in hoc uel illo culpabilis ſit, quamuis non debeat affirmare ſe eſſe culpabilem, ſed dubitanter conſiteri, de hoc ita tamen ſe debet ad emendationē & ſatisfactionem exponere, quaſi certius ſit reus, hoc nanq; ſecurius eſt.

Articulus XXXVII. Quomodo coniugati & omnes parochiani habere ſe debent circa ſuum paſtorem aut eius uicarium. Et q; oblationes ac decimas fideliter ac libenter perſoluere debent.

PAſtores ſuos & eorum uicarios parochiani diligere debent præcipue, cordialiter honorare, & obediēter audire, tanquam cuſtodes & curatos animarum ſuarum, & in ſpiritualibus rebus magiſtros ac patres. ſunt enim mediatores inter deum & ſibi comiſſos, quia orando, celebrando, docendo, hortando, corripiendo, ſacramenta miniſtrando, procurant ſalutem gregis ſibi crediti. Hinc iubet Apoſtolus: Obedite præpoſitis ueſtris, & ſubiaceſte illis: ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus ueſtris reddaturi. Et iterū ait: Rogamus uos fratres, ut noueritis eos qui præſunt uobis & monent uos, ut habeatis abundantius in charitate. Chriſtus quoq; in euangelio ait ſuis uicarijs, aliorum paſtoribus. Qui uos audit, me audit; & qui uos ſpernit, me ſpernit. Nec proni ſint parochiani ad iudicandum temerarie ſuum paſtorem aut eius uicarium, ſed facta eorum, quantum rationabiliter poſſunt inter pretentur in melius. Quod ſi euidenter culpabiles fuerint, tamen in quantum ſunt dei uicarij & prælati ac ſacerdotes & confeſſores, ſunt honorandi, & obtemperandum eſt informationibus & præceptis eorum in his, quæ ad eorum officiū pertinent. De talibus nanq; ait ſaluator: Quæcunq; dicunt uobis facite, ſecundum opera uero eorum facere nolite. In ſuper parochiani oblationes & decimas ſoluere obligantur ex diuino præcepto, & ex ordinatione eccleſiæ. Nam & ratio dicitur, ut hi qui pro bono comuni mancipati ſunt cultui dei, & ſpiritualia exhibent plebi, neceſſaria uitæ à plebe accipi ant. Oblationes ergo & decimas parochiani libentiſſime & deuote ſoluāt. Primo, quia præceptum eſt, & niſi id faciant, ſaluari non poſſunt; imo tanquam ſacrilegi damnabuntur, quoniam ea quæ tenentur ſpiritualibus patribus ſuis, miniſtris eccleſiæ, ſibi iniuſte referuant. Vnde & furti ſunt rei. Secūdo, quoniam copioſa & multiplex eſt remuneratio eorum, qui oblationes ac decimas fideliter ſoluunt. Prima eſt temporalium rerum multiplicatio. Secūda eſt ſanctas corporalis. Tertia eſt remiſſio peccatorum. Quarta eſt beatitudo & gloria regni celeſtis. Porro eorum qui decimas & oblationes non ſoluunt, quadruplex extat puni tio. Prima eſt temporalis penuria, ſeu terræ ſterilitas totalis aut partialis. Secūda eſt corporalis infirmitas. Tertia peccatorum retentio. Quarta æterna damnatio. Præterea Gregorius Papa ait: Omnis Chriſtianus curet ad Miſſarum ſolēnia aliquid deo offerre. Sed iſtud non eſt præceptum, ſi intelligatur de oblatione quotidiana exteriori, ſed conſilium: quoniam decet & ſalubre atque conſultum eſt, ut fideles quibus a deſt facultas, quotidie aliquid offerant deo ad altare tempore Miſſæ, nec de pauperibus aliquid inde, ſed corporāliter ſpiritualiterq; ditabitur.

Articulus XXXVIII. Informatio pertinens ad principes ac dominos temporales, & ad iudices, ſculteros, ſcabinos, ac cæteros in officijs conſtitutos.

OMnes potestates, praelationes, dignitates atq; officia populi Christiani, sunt seruitutes potius q̄ dominia, quoniam ordinantur ad utilitatē cōmunitatis ac subditorum, non ad propria cōmoda superiorū. Hinc summus praelatus ecclesiæ, scilicet Papa, uocat se seruū seruorū dei. Præsidentes ergo & iudices ac officia, non debent in suis præsidentis & officij querere propria cōmoda, honores & luca, sed cōmuni utilitatē ac pacē subditos, ut subditi ducant uitā prosperā & tranquillā in omni pietate atq; obsequio dei, nec unus alteri iniurietur, sed inter omnes iustitia conferuetur. Ex dictis etiā patet, q̄ præsidentes & officia, nequaquā debent se super alios per superbiam eleuare, sed potius seruos q̄ dominos subditos suos se reputare. Ideo ait scriptura: Rectore te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis. Curā illorū habe, & sic cōsidera. Itemq; quanto maior es, humiliā te in omnibus, & inuenies gratiā corā deo. Odibilis enim coram deo & hominibus est superbia. Itaq; superiores & officia nullū debent per potentia opprimere, neq; iniuste contristare siue affligere, nec spoliare, aut iniusta seruitute grauare, sed charitatiue & pie atq; humiliter ad subditos se habere, nihilominus rigorem iustitiæ cum discretione seruare & exercere, dum causa requirit. Insuper principes ac domini temporales, ceteriq; in officij constituti, ex hoc q̄ alijs præsunt, eosq; iudicare & corrigere habent, tenentur prae ceteris esse uirtuosi, iusti, honesti, prudentes, discreti & exemplares, ita ut in iudicando deum semper prae oculis habeant, & iustitiam seruent, nec propter consanguinitatem, nec propter amorem aut odiū, nec ex timore humano, neq; ex auaritia, nec propter munera à ueritate & æquitate recedant, sed omnibus rectū iudiciū faciant. Iudicare namq; est actus iustitiæ, qui dirigi debet discretione prudentiæ. Iccirco iustitia atq; prudentia precipue ad superiores & iudices officiatosq; pertinent, quorum est auaritari fugere & munera detestari, quia ut sanctus Moyses protestatur: Munera excæcant oculos etiam sapientium, & mutant uerba iustorum. Ideo quoq; superiores esse uirtuosi & iusti tenentur, quia ut sancti doctores affirmant, qui in magnis peccatis sunt, iudicare sine peccato non possunt eos, qui in minoribus sunt peccatis: imo qui in aliquo magno peccato est, iudicare non potest alium de eodem peccato, nisi forsan iudicandi necessitas immineret, & de suo peccato peniteret, confiteri ac emendare proponens. Postremo, qui alijs præsunt, debent singulariter esse timorati, & diuinum semper formidare iudiciū, cum sint à deo rigorosius examinandi atq; districtius iudicandi, quemadmodum in libro Sapientie scriptum est: Iudiciū durissimum in his qui præsunt, fiet, & Potentes potenter tormēta patietur. Hinc deuotus rex Iosaphat dixit iudicibus populi sui, Videte quid faciatis. Non enim hominum exercitibus iudicium, sed domini. Et quodcumq; iudicaueritis, in uos redundabit. Sit timor domini uobiscum, & cum diligentia cuncta facite. Non enim est apud dominum deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, neq; acceptio munerum. Pertinet quoq; ad principes & dominos temporales, ut non nisi uiros iustos atq; prudentes in officijs ponant, & si officiatos suos agnouerint uitiosos, admoneant eos ut se emendēt: quod si non emendauerint se, ab officijs suis eos deponant. Et quoniam omnem Christianum oportet esse timoratum ac humilem, nullus debet ad officia aspirare: quia hoc esset ambitio: & quia periculosum est in officijs esse, & alijs præsidere: certum est etiā q̄ qui iniusto iudicio alius damnum infert, ad restitutionem tenetur. Nec dimittitur peccatum, nisi restitutum ablatum.

Articulus XXXIX. Qualiter homo iuste habere se debet in emendo atq; uendendo.

Quari potest, An liceat aliquid carius uendere aut uilius emere quā ualeat. Et an teneatur ad restitutionem qui fecerit hoc. Ad hoc doctores ita respondent: Fraudem adhibere per uerba aut facta ad hoc, q̄ res plus pretio iusto uendatur, omnino illicitum est & peccatum: quia per hoc homo decipit proximum suum in damnum ipsius. Ideo Tullius asserit: Tollendum est à rerum contractibus omne mendacium. Si autem fraus desit, tunc de emptione & uenditione possumus loqui dupliciter. Primo secundum se, sicq; emptio & uenditio introductæ sunt pro cōmuni utilitate ementis & uendētis, dum unus indiget re alterius, & e contra. Porro quod pro cōmuni utilitate inductum est, non magis debet esse in grauamen aut damnum unius quā alterius, sed seruanda est ibi æqualitas, ut utraq; pars seruetur in deminis. Valor autem rei attenditur penes pretium quod pro ea datur. Iccirco si pretium excedat quantitatem ualoris rei, aut e contra, aufertur æqualitas iustitiæ. Hinc carius uendere aut uilius emere quā res ualeat, est secundum se iniustum atque illicitum, considerata tamen qualitate loci ac temporis, quoniam

quoniam aliquid plus ualeat in uno loco, unoq; tempore, quā in alio loco & tempore. Secundum possumus loqui de emptione & uenditione, prout per accidens cedit in utilitatē unius, & detrimentum alterius, sicut dum unus multum indiget re aliqua, & alius damnum incurrit si careat re illa: & tunc iustum pretium erit non solum iuxta ualorem rei secundum se, sed etiam iuxta damnum quod uenditor ex rei uenditione incurrit. Et sic licite potest aliquid uendi plus q̄ ualeat secundum se, non tamen plus q̄ ualeat uendenti. Si uero emptor multum iuuetur ex re alterius, & uenditor non damnificatur ex uenditione ipsius, non debet, nec sine peccato potest eam superuendere, quia utilitas quæ emptori accrescit, non est ex uendente, sed ex conditione ementis. Nullus autē uendere debet propria autoritate quod non est suum, quamuis uendere possit damnum quod patitur. Et idem dicendum est, si uenditor multum iuuetur ex re emptoris, & uenditor non damnificatur carendo re sua, quia tunc emptor non debet rem uilius emere q̄ ualeat. Iccirco illicite agunt negotiatores diuites, qui à pauperibus emunt pannos uel similia uilius, absq; proprio damno, quamquam pauperes pecunia indigentes, pro minori dent pretio, non cupiunt res suas uendere quantum ualerent. Verū tamen secundum leges humanas, licet emendo ac uendendo decipere, dummodo non ultra dimidiam iusti pretij partem hoc fiat. Lex tanque humana respicit alium finem quam lex diuina, uidelicet pacificam hominum conuersationem adiuuicem, & datur cōmunitati, in qua multi sunt imperfecti. Ideo lex humana prohibere non potest quicquid est contra iustitiam & uirtutem, sed ea quæ impediunt pacificam hominum mutuam conuersationem: Alia autem quasi licita habet non quia approbat ea, sed quia non punit ipsa, quemadmodum mere triticum & ueras. Si uero ultra dimidij pretij partem emptor & uenditor se mutuo fallant, lex humana ad restitutionem compellit fallentem. Porro lex diuina nil iniustum admittit, nec impunitum relinquit: ideo si in emptione & uenditione non feruetur æqualitas iustitiæ, ille qui plus iusto habet, tenetur ad restitutionem ei qui damnum perpeffus est, si sit notabile damnum: quod ideo dico, quoniam iustum pretium rerum, nō est semper punctualiter certum aut certitudinaliter determinatum, sed potius in quadam huminum æstimatione consistit, ita q̄ modica additio uel minoratio non uidetur tollere æqualitatem iustitiæ. In hoc tamen uniusquisq; examinet conscientiam suam, & faciat aliter ut sibi uult fieri. Præterea uenditio est iniusta propter defectum rei uenditæ, siue defectus sit in natura seu specie rei, ut si uendatur autichalcum pro auro, siue defectus sit secundum mensuram rei, ut si uendens utatur minori mensura aut fraudulenter mensuret: siue defectus sit secundum qualitatem, ut si uendat quis animal ægrum pro sano: & quemcumq; horum defectuum uenditor in re sua cognouerit, peccat uendendo, si uendat quasi res sua non situaliter defectuosa, & ad restitutionem tenetur emptori. Si autem ignorat defectum huiusmodi in re sua, non peccat uendendo, quia non intendit decipere: sed postquam cognouerit, tenetur recompensare damnum emptori. Et quod dixi de uenditore, etiam de emptore est tenendum. Venditor namq; interdum putat rem suam uiliorem esse, quā est, ut si aurum æstimet autichalcum, & si emptor hoc nō scit, tenetur id dicere uenditori: & si aliter emit, iniuste emit, atq; ad restitutionem tenetur. Insuper uenditor tenetur emptori dicere defectum seu uitium rei uenalis: alius daret ei occasionem damni siue periculi damni, si propter uitium rei nihil de pretio misueret periculi, si propter uitium rei usus eius sit impeditus aut noxius, ut si pro equo ueloci uendat equum tardum, aut domum ruinosam pro forti. Verū tamen si defectus rei sit manifestus, ut si equus sit monoculus, uel usus rei quamuis non sit utilis uenditori, potest tamen utilis esse alijs, & uenditor subtrahit de pretio quantum congruit, tunc non tenetur manifestare defectum rei uendendæ, quoniam propter defectum illum emptor forsitan uellet plus quā iustum est de pretio subtrahere, ideo uenditor licite potest suam demeritā providere, uitium reticendo. Istud dicunt doctores cōmuniter. Verū tamen mihi uidetur, q̄ etiam in hoc casu tutius atq; salubrius sit uitium rei manifestare: imo hoc mihi necesse uidetur, si emptor ex simplicitate uel inexperientia aut inaduertentia defectum rei non aduertat neq; consideret, & si uenditor hoc perpendat aliter non faceret alteri sicut uellet fieri sibi. Deinceps quæri potest, an liceat negotiando aliquid carius uendere quā emptum est. Ad hoc respondent doctores, q̄ ad negotiatores pertinet commutationibus rerum insistere. Commutatio autem est duplex, una est quasi naturalis & necessaria uitæ humanæ, per quam fit commutatio rei ad rem, uel rerum ac denariorum propter uitæ necessitatem: & talis commutatio seu uenditio non pertinet proprie ad negotiatores, sed magis ad cœconomos uel politicos, qui habent prouidere domū

Eccl. 32

Eccl. 32

Deut. 16

Sap. 5

2. Paral. 19

Deu. 32

Cicero

Job 24

Mat. 7
Tobias 4

uel ciuitati de necessarijs uitæ. Alia est commutatio denariorum ad denarios, uel quarumcunq; rerum ad denarios, non propter res necessarias uitæ, sed propter lucrum quærendi. Et hæc ad negotiatores proprie pertinet, & iuste uituperatur, si intentio negotiantis quiescat in lucro, tunc enim cupiditati deseruit. Sed si lucrum ordinetur à negotiatore ad finem necessarium aut honestum, ut ad sustentationem sujs ipsius aut pertinendum ad se, uel ad succurrendum pauperibus, uel ad bonum commune, si ciuitati aut patriæ necessaria necessaria desint, tunc negotiatio licita est, dummodo moderatum lucrum quaratur, & res carius non uendatur, quam ualeat ubi & quando uenditur. Hinc negotiatio est de numero officiorum, quæ raro & uix sine peccato fieri possunt. Propter quod ait scriptura: Negotians difficile à peccato exiit. Augustinus etiam ait: Negotiator auidus acquirendi, pro damno blasphematur, pro pretijs rerum mentiur atq; periurat. Sed hæc uitia hominis sunt, non artis, quæ sine his uitijs agi potest. Negotiator ergo ad hoc, qd absq; peccato multiplicisuiam exerceat artem, indiget gratia speciali: & nisi fuerit multum timoratus ac iustus, non euadet laqueos inimici. Sed heu multi sunt nimis timorati, qui deum præ oculis non habentes, plus dolent de damno pecuniæ, quam de peccatis & periculis animæ suæ, similes insensatis simis illis hominibus, de quibus in libro Sapientiæ legitur: Aestimauerunt lusum esse uitam nostram, & conuersationem uitæ ad lucra esse compositam, & oportere unde cunq; acquirere. Quidam namq; tam in urbibus quam in uillis, etiam in paruis rebus ac pagis ualentibus, emendo atq; uendendo, fraudes diuersas, multaq; uitia uarijs modis miserabiliter ualde committit, qui pro modico lucro animam suam habent uenalem, & peccant contra præceptum Christi, dicentis: Omnia quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis.

Ecdl. 16

Sep. 15

Ecdl. 10
Mat. 7

Articulus XL. Quibus & quando ac qualiter sit restitutio faciendâ.

Sanctus Augustinus alijq; doctores concorditer asserunt: Non dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatum. Et capitur tunc restitutio pro redditiōe rei, quæ iniuste ablata est. Est ergo necessarium ad salutem, restituere sic ablata pro posse. In aliquibus tamen, sicut in mutilatione & homicidio, non potest idem restitui neq; æquiualens: sed sufficit qd re compensetur & satisfiat, quantum possibile est, iuxta dictamen prudentiū, considerata conditione utriusq; personæ, secundum iudicium uirorum proborū. Præterea qui alium diffamauit, falsum dicendo de eo & iniuste, uidelicet ex ira aut inuidia, non ex amore iustitiæ, tenetur illi restituere famam suam, dicendo se falsè & iniuste esse locutum. Qui autem alium diffamauit, uera dicendo de eo, non tamen iuste & ordinate, sed ex mala radice & praua intentione, tenetur illi restituere famam, non ita ut dicat se falsa de illo dixisse, sed qd iniuste & inordinate de illo locutus sit. Et si non potest illi restituere famam, debet in alijs recompenfare. Porro qui alium diffamauit uera dicendo, & ex charitate uel iustitia, scilicet propter bonum commune, uel propter salutem peccantis, crimen illius ordinate prodendo, ad restitutionem famæ non obligatur. Et est ualde uitiosum, diffamare aliquem falsa dicendo, aut uera dicendo ex mala radice. Præterea, interdum non sufficit restituere simpliciter quod ablatum est, sed etiam damnum quod alter perpeffus est ex dilatione restitutionis. Et similiter, qui tempore suo debita non persoluit, tenetur creditori satisfacere de damno quod passus est ex mora persolutionis: quia si pecuniam suam habuisset, lucrum perciperet cum ea. In his tamen casibus non oportet restituere totum damnum, quod alter perpeffus est ex dilatione præfata, quia à lucro suo poterat multipliciter impediri deo restitutio damni huiusmodi faciendâ est secundum discretionem prudentium, considerata conditione personarum, & dispositione negotiorum. Si autem is cui restitutio est faciendâ, sit omnino ignotus, dandum est pro anima eius, siue obierit siue uiuat, præmissa tamen diligentia pro ipsius persona. Si uero sit mortuus cui restituendum erat, dandum est eius hæredibus & si sit multum distans aut captus, transmittendum aut deportandum est ei, si cōgrue fieri possit, alioqui referuandum est pro eo in loco securo. Amplius, dum multi alicui sua tollunt, & unus eorum illi plenam restitutionem fecit, alij non tenentur aliquid plus restituere illi, sed refundere ei qui plenam restitutionem peregit. Præterea quæri potest, an etiam illi qui non acceperunt rem alterius, teneantur ei ad restitutionem. Ad hoc respondent doctores, quod homo tenetur ad restitutionem non solum propter hoc quod rem alienam abstulit, sed etiam propter actionem iniuriosam. Idcirco quicumq; est causa iniustæ acceptionis, ad restitutionem tenetur, ut qui inducit alium ad iniustam acceptionem, præcipiendo, consentiendo, consulendo, laudando, opem præbendo, aut accipientem hospitando: uel quia non impedit acceptionem iniustam, cum possit ac debeat: uel quia occultat, dum reuelandum

uelandum est. Et quod dictum est hominem teneri ad restitutionem propter consensum, intelligendum est de consensu illius, sine cuius consensu acceptio iniusta non fieret. Similiter propter adulationem & consilium, tenetur homo ad restitutionem, dum probabiliter æstimari potest, qd ex suo cōsilio uel adulatione acceptio iniusta fuerit subsecuta. Principes quoq; ex quorū negligentia & defectu raptores aut latrones in crescunt in terra, tenentur spoliatis in terra sua ad restitutionem, quoniam redditus principum sunt quasi stipendia pro principibus instituta, ut pacem atq; iustitiam seruēt in terra. Postremo, quemadmodū contra iustitiam est, rem alienam accipere contra uoluntatem domini rei, ita iniustum est eam contra uoluntatē domini tenere, quia per hoc dominus rei impeditur ab usu eius, sicq; detentor rei facit iniuriam domino rei, quod est peccatum. Cum igitur nulli liceat in peccato manere, constat qd homo tenetur statim restituere uel dilationem rogare. Hinc etiam patet, quā culpabiles sint, præcipue diuites, qui alijs potissime indigentibus, debita non persolunt.

Articulus XL I. De ludis & iocis qualiter liciti uel illiciti sint.

Et quid fieri debeat de lucratis per ludum.

Sicut homo non potest continue corporales exercere labores, ita nec spiritualibus exercitijs potest semper insistere. Ideo sicut indiget corporali repauratione, ita & animæ recreatione. Hinc ludi & ioci si sint honesti ac moderati, & recta sunt intentione, atq; ex bona radice, nō ex cupiditate, gulositate aut simili uitio, liciti sunt. Circa quos tria præcipue sunt cauenda. Primum, ut recreatio talis non quaratur in uerbis aut factis turpibus uel nociuis. Secundum, ne grauitas & custodia cordis in nimium resoluatur per lenitates & risus atq; cachinnos. Tertium, ut ludus sit conueniens personæ, loco & tempori. Si ergo in ludo & ioco ista non obseruentur, illiciti sunt. Unde si in eis assumantur uerba aut facta turpia, aut iuramenta prohibita, seu perniciosa mendacia, tunc in ludis & iocis est mortale peccatum: Quod etiam interdum contingit propter uehementiam affectionis ad ludum, ita quod homo contra preceptum dei aut ecclesiæ ludere non recuset: Præterea quæ per ludum acquiruntur, sunt bona iniusta atq; illicita quædo ludus ipse illicitus est, præsertim si ex parte lucrantis illicitus sit: Et tunc ita illicitus est, dum ex desiderio lucrandi quis ludit. Tunc enim est ibi cupiditas, & talis ludus diebus festiuis magis extat illicitus. Cum enim illis diebus non liceat per approbata officia quicquam lucrari, nec tunc lucrandi affectum habere, minus hoc licet per huiusmodi ludos: Porro si ludus sit licitus, & ludus nō lucrū, sed moderatè recreationē intēdat, atq; indifferēs sit an lucrif an perdat; & nō lucratur, dicunt nōnulli, qd lucrū sic acquisitū, non sit illicite acquisitū. Qui autem desiderio lucri alium trahit ad ludum, uel ad continuationem ludi inducit, cum aliàs à ludo cessasset, & qui fraudulenter ludit, aut se ludi ignarum ac simplicem fingit, ad restitutionem tenetur. Non tamen restituendum est ei qui alium traxit ad ludum, aut fraudem commisit ludendo, quia recipere est indignus. Insuper ludus taxillorū seu alex specialiter uituperatur ac prohibetur, quia fortunæ innitiū, & est expoliatio proximi, multipliciterq; nociuus. Est enim in ludo illo affectus lucradi. Ecce auaritia. Secūdo est ibi uolūtas spoliandi proximi re sua. Ecce rapina. Tertio est ibi usura maxima, non solum in anno uno, sed etiā in eadē die. Quarta est ibi abūditia mēdaciōrū & otiosorū inanūq; uerborū. Quinto est ibi blasphemia dei. Sexto est ibi corruptio multiplex astantiū & intuentium ludum illū. Septimo est ibi scādā lū bonorū. Octauo ibi est contemptus præcepti ecclesiæ, quæ ludū illū prohibuit. Est etiā ibi amissio tēporis, & omissio multorū oporū bonorū. Itē prouocatio ad irā, inflamatio ad furorē, casus ad impatientiam, dissipatio propriarū facultatū, consumptio paternarū hereditatū, depauperatio filiorū. Nec potest homo per ludū illū aliquid licite lucrari, nec lucrata seruare. Et quāuis multa perdidit taxillando, nihilominus omnia quæ sic lucratus est, restituere seu in pios usus conuētere obligatur. Nec semper restituendū est amissori, nisi lucratus sit homo ab his, qui rem suam alienare nō possunt, ut sunt minores ætate & furiosi &c. uel ab his quos traxit ad ludū, uel ludendo decepit, submittendo falsos taxillos, aut ueros male ac fraudulenter iactando, aut mēdacier asserēdo qd obtinuit, aut male numerādo pecuniam. Postremo, cum ludi liciti sint pro recreatione animæ, certum est qd his qui diebus festiualibus magnos & frequentes habent labores, magis liceat ludere moderatè diebus festiuis, quā his qui pene quoti die uacant, & suas recreatiores habēt, etiam amplius quā necessarium siue expediens eis existat.

Articulus XLII. De aliquibus documentis sacræ scripturæ, pertinentibus ad omnes Christianos.

FFF 4

Qualis

Triā circa ludo
dico cauenda;

Eph. 4

Psal. 4
Ephc. 4

Ephc 5

Ephc. 6

Roma. 12

Deut. 32
Roma. 12
Rom. 13

Phil. 2
Gal. 5
Mat. 22
Gal. 6

1. Pec. 2

1. Pet. 5

1. Iohan. 3

Qualis debeat esse conuersatio cuiuslibet Christiani, Paulus apostolus in multis locis epistolarum suarum sapientissime docet, inter cetera dicens: Obsecro uos ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Veritatem autem facientes in charitate, crescimus in Christo. Hoc igitur dico & testificor in domino, ut iam non ambuletis sicut gentes ambulat, in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, quae tradiderunt semetipsas in pudicitiae in operationem immunditiae. Vos autem renouamini spiritu mentis uestrae, & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unumquodque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare diabolo. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed qui bonus est ad aedificationem, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum, Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollatur a uobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit uobis. Estote autem imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis deo patri oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominet in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet partem in regno dei. Nemo uos seducat in uerbis, sed ut filij lucis ambulate, in omni bonitate & iustitia & ueritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite committere operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Videte itaque quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Et nolite inebriari uino, in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in hymnis & psalmis, & canticis spiritualibus psallentes in cordibus uestris deo, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo patri, subiecti inuicem in timore dei. De cetero, confortamini in domino & in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Beneficite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Id ipsum inuicem sentientes, non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non uosmetipsos defendentes charissimi, sed patientes estote. Scriptum est enim: Mihi committite uiam dilectam, & ego retribuam, dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, cibum illi: si sitit, potum da illi. Noli uinci a malo, sed uince in bono malo. Reddite omnibus debita. Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Nihil agatis per contentione, neque per inanem gloriam, sed per humilitatem superiores sibi inuicem arbitantes. Non quae sua sunt singuli considerantes, sed quae aliorum. Omnia autem facite sine murmurationibus, ut sitis sine querela simplices filij dei. Et per charitatem seruite in inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis, uide te ne ab inuicem consumamini. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem iniudentes. Et si praecipue occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Insuper sacratissimus princeps apostolorum Petrus ait: Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs quae militant aduersus animam, deponentes omnem malitiam & omnem dolum & simulationes & inuidias & detractiones. Estote unanimis, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti & humiles. Sobrii estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circumit, quaerens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Iohannes quoque apostolus loquitur: Qui diligit fratrem suum, in lumine permanet. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebrae obcauerunt cor eius. Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas dei in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitae. Et mundus transiit & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in aeternum. Videte

de te qualem charitatem dedit nobis deus pater, ut filij dei nominemur & simus. In hoc cognoscimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clausit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in illo? Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerit deus, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Charissimi, si deus sic dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Si diligamus inuicem, deus manet in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit, diligo deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Haec autem est charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Ecce ex his beatissimorum Apostolorum doctrinis innotescit, quae charitativa, pia, iusta & humilis, quae mansueta, modesta & patiens, quae uita uosa, casta, timorata simplex & exemplaris debeat esse conuersatio Christianorum.

1. Iohan. 3

1. Iohan. 4

Articulus XLIII. De eadem materia ex diuina scriptura. Et quod uita electorum in hoc mundo tentationibus ac tribulationibus plena est. Et quae patienter ac fortiter habere se debeat homo in eis.

Apostolus ait: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patienter. Et rursum: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Deus namque oipotens, iustus ac sapiens, electos suos in hac uita per aduersitates, infirmitates, tetationes & tribulationes purgat a peccatis praeteritis, & liberat a praesentibus, & retrahit ac praeseruat a malis futuris. Hinc in aduersitatibus, tribulationibus ac diuinis castigationibus gaudendum est, & cum omni patientia & gratiae actione sunt tolerandae, praesertim quia praecipuum signum dilectionis dei ad hominem & praedestinationis eius est, quod hominem in hac uita corripit & castigat. Ipse etenim protestatur ac loquitur: Ego quos amo, arguo & castigo. Ideo Salomon: Disciplinam domini filii mine abijcias, & ne deficias cum ab eo corripieris. Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complaceat sibi. Et rursum ait scriptura: Beatus homo qui corripitur a domino. In reprobationem ergo dominine reprobos, quoniam ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Unde angelus Raphael dixit Tobiae: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret. Primum ergo remedium in omni tribulatione, tentatione & infirmitate ad habendum patientiam, atque ad resistendum diabolo, est considerare multiplicem fructum, salutem & utilitatem prouenientem homini ex aduersitatibus, tribulationibus & tentationibus, dummodo patienter sustineat, fortiterque tentationibus suis resistat, quia per ista (ut tactum est) purgatur a uitijs, gratiamque acquirit, in uirtutibus proficit, unigenito filio dei, beatis martyribus ac ceteris sanctis in hoc mundo multipliciter tribulatis, conformatur, a futuris supplicijs liberatur, ad coelestem beatitudinem maxime appropinquat, aeternaeque gloriae promeretur augmentum. Propterea deuota illa Sara dixit ad dominum: Hoc pro certo habet omnis qui colit te domine deus, quia uita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit. Hinc quoque sanctus apostolus Iacobus loquitur: Beatus uir qui suffert tetationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit deus diligentibus se. Et iterum: Omne gaudium existimate cum in diuersas tentationes incideritis. Secundum remedium est, ut homo in omni tribulatione & tentatione ac qualibet aduersitate diligenter autem dat passionem Christi, quae acerbissimam & ignominiosissimam mortem pro nobis perpassus est. Cum ergo seruus non sit maior domino suo, debemus & nos exemplo domini nostri Iesu Christi libenter aliquid pati. Tertium remedium est, in omni tribulatione & tetatione deum cordialiter inuocare, cum omni fiducia & perseveranter, ut gratiam patientiae & uirtutem resistendi tentationibus, ac releuamen atque continuam protectionem conferre dignetur, sicut ipse in psalmo hortatur: Inuoca me in die tribulationis, eruum te & honorificabis me. Ideo ait Apostolus: Fidelis deus, qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum. Quartum remedium est, ut homo profunde attendat, quod omnes electi dei in hoc mundo uarias ac graues tribulationes & tentationes perpassi sunt: imò co-

2. Timo. 3
Act. 10

Apo. 3
Prout. 3

Iob. 5
Deut. 32
Tob. 12

Tob. 8

Iaco. 1

Iohan. 13

Phil. 5
1. Cor. 10

Hebrae. 18
Iudith. 8

muniter quanto fuerunt magis electi & dilecti a deo, tanto plura sustinuerunt in hoc mundo, ut patet in apostolis atq; martyribus. Ideo Paulus apostolus exhortat. In disciplina perseverate. Quis enim filius quem non corrigit pater? Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri & non filii estis. Hinc ait scriptura: Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Qui autem tentationes non susceperunt in patientia & in timore dei, exterminati sunt. Quintum remedium est, sapienter advertere q; omnes tribulationes uitae praesentis quantumcumq; magnae uidentur, tamen nullius momenti sunt, comparatione infernalium tormentorum, aut etiam poenae purgatorij, a quibus per tribulationes has liberamur. Et si quis teterat a spiritu fornicationis, ita ut auertat se ab inspectu & cogitatione eorum, quae concupiscentiam pariunt, atq; ad alia salutaria se conuertat, infernalesq; poenas bene consideret ac formidet, imo eas iugi memoria cor suum respergat, & deum semper praeculis habeat. Hoc namq; omni Christiano esse debet praecipua causa uirtuose uiuendi & omnia peccata uitandi, quonia in conspectu omnipotentis dei, iudicis summi omnia intuentis, considerantis ac iudicantis cogitat, loquitur & operatur, quicquid cogitat, loquitur & operatur. Propter quod sanctus David loquitur deo: Seruauit mandata tua & testimonia tua, quia oes uiae meae in conspectu tuo. Vnde qui in praesentia altissimi, sanctissimi & superdignissimi dei, uirtuose, inique & turpiter agere audent, maximam ei irreuerentiam faciunt, ideoq; iusto dei iudicio aeternam damnationem merentur. Itaq; dum Christianis tribulationes, persecutiones, damna aut uulnera ab hominibus inferuntur, non mox ad indignationem, iram & impatientiam debent moueri, neq; inuidiam contra iniuriatores concipere aut tenere, sed aequanimiter ferre, animabus iniuriantium condolare, quia peccando se ipsos grauissime laedunt, atq; ad minus culpam eis dimittere, satisfactionem uero & poenam non nisi secundum ordinem iuris expetere. Ideo ait saluator. Diligite inimicos uestrorum, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumnantibus uos.

Psal. 118

Mat. 5
Luc. 6

Mat. 12

Eodem

Prouer. 19

Eccli. 5

Eccli. 7

Eccli. 19

Eccli. 20

Prouer. 11

Prouer. 13

Prouer. 16

Prouer. 25

Prouer. 29

Eccli. 20

Eccli. 25

Ibidem.

Articulus XLIII. Quomodo Christiani habere se inuicem debent in uerbis. Vm in Euangelio dicat Saluator, Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis, constat q; omni homini uolenti deo placere, atq; aeternam damnationem euadere, ualde necessarium sit lingua propriam refrenare. Si enim de omni uerbo otioso danda est ratio, quanto magis de uerbis mendosis, detractorijs, scurrilibus, deceptorijs, contumeliosis & nociuis. Praeterea, sicut ex uerbis charitatis, pijs, modestis & reuerenter prolatis multa bona sequuntur, ita ex uerbis irrationabilibus, pungitiuis, duris, improprietatis, derisorijs ac superbis multa mala nascuntur. Qui ergo uult inter homines amabiliter atq; pacifice conuersari, sit moderatus, pius ac circumspectus in uerbis suis, nulli prouocando, nulli detrahendo, conuiciando, superbe aut dure loquendo. Tamen parentes possunt sobolem suam seriose ac dure, dum opus est, increpare. Hinc Salomon ait: Responso mollis frangit iram, sermo durus suscitatur furor. Detrahet etiam labia procul sint a te. Dulcis eloquio, maiora reperiet. Hinc itaq; ait scriptura: Verbu dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Non litiges cum homine potente, nec cum homine linguato. Cum iracundo non facias rixam. Noli uerbosus esse in medio senio. Qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Ne iteres uerbu duri & nequam. Sapiens seipsum in uerbis amabilem facit. Insu per Salomon loquitur: Qui custodit os suu, custodit animam suam: qui autem in consideratus est ad loquendum, sentiet mala. Inter superbos semper sunt iurgia. Homo peruersus suscitatur lites, & qui alio sermone repetit separat aederaes. Sicut urbs patens & absq; murorum ambitu, ita homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Toru spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in postea. In multiloquio non deerit peccatu. Ideo rursus ait scriptura: Qui multis utitur uerbis, laedit animam suam. Multi interierunt in ore gladij, sed non sicut qui interierunt per linguam suam. Sufurro & bilinguis male dicitus, multos enim turbauit pacem habentes. Porro qui tota die potationibus & confabulationibus uacant, innumerabilia incurrunt peccata.

1. Pet. 2

Articulus XLV. Qualiter quilibet Christianus quotidie habere se debet in meditando & orando, ac audiendo diuinum officium. Quonia dominus noster Iesus Christus pro omnibus nobis crucifixus est, dignu & iustum est, & gratitudo id exigit, ut quilibet Christianus quotidie saltem semel passionem Christi recogitet, & quanta saluator mundi pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit, deuote ac diligenter attendat, & gratias ei agat. Virtutes quoque quas Christus in sua passione monstrauit, fortiter fideliterq; sequatur. Attendat

datigitur Christianus, qualiter rex caelorum, unicus filius patris aeterni uniter foruim ere ator, pro nostra redemptione factus est homo, natus ex humili ac paupere uirgine, & conuersatus est inter homines in omni paupertate, humilitate, patientia, pietate & dilectione, graues ac uarias persecutiones, detractiones, irrisiones atq; blasphemias a Iudeis perpeffus. Deinde ab eis est captus, ligatus, a lapis caesus, coisputus, oculis uelatus, iudici praesentatus, falsissime accusatus, nudatus, flagellatus, spinis coronatus, arundine caesus, blasphematus, alba ueste derisus, patibulo adiuudatus, ad mortem proprijs humeris crucem baiulans ductus, inter latrones suspensus, cum impijs deputatus, manibus & pedibus diris clauis crudelissime poenalissimeq; perfoffus, toto corpore uiolentissime distentus, turpissima & amarissima morte occisus. Haec omnia cordialiter sunt pensanda. Singulariter uero considerandum est, cum qua ardentissima charitate, summa patientia, profundissima humilitate, plenissima obedientia, pro nobis Christus ista sustinuit: iccirco Christi exemplo discamus etiam inimicos diligere, sicut ipse in cruce pendens pro crucifixoribus suis orauit: aduersa patienter tolerare, in omnibus humiles obedientesq; esse. Praeterea ad omnem pertinere Christianum, quotidie ponderare quae incerta, fallax & breuis sit uita ista, & se quotidie ad mortem disponere, atq; attendere quomodo statim post mortem oportet nos iudicari a deo, & quod horrendum sit incidere in manus dei uiuentis, & expectare ab eo sententia aeternae damnationis uel aeternae saluationis. Item sapienter pensare, quae intolerabilia & grauissima sint inferni supplicia, quae profundus, tenebrosus, horrendus ac fecitissimus sit locus infernalis: quam intolerabilissimus sit daemone aspectus, quanta desolatio, ululatio, desperatio sit in inferno: quod horribile frigus sit ibi, quae calidissimus & supercalidissimus ignis, & qualiter damnati ibi sunt a summo calore ad maximum frigus, & ecotra, in sempiternum. Cogitet unusquisq; quae graue ac intolerabile sibi esset, per unam horam iacere in fornace ardente. Quomodo igitur poterit aeternaliter sustinere infernale incendium, quod tam ineffabiliter calidius atq; poenalius est omni igne terreno? Dicunt quoq; doctores, quod damnati non tantu affliguntur ab igne illo aeterno, imo nec post diem iudicij tantum affligentur ab illo in corpore, quantum indefinenter affliguntur in mente, ex hoc quod sciunt & cogitant se in illa miseria aeternaliter permanuros. Amplius attendendum est, quae grauis & uehemens sit purgatorij poena, quae omnia mundi huius supplicia ualde excedit. Licet libentissime pati debemus ad uerba & aspera in hac uita, ut in purgatorio minorem ac breuiorem poenam sustineamus. Praeterea quilibet Christianus quotidie debet perpendere, quae magna & ineffabilis sit beatitudo & gloria sanctorum in regno caelorum, uidelicet deum sublimem & benedictu aeternaliter clare ac inuicibiliter in ueris, eius immensa bonitate atq; dulcedine sine fine ad libitum frui. De tanta felicitate aeternaliter esse securum, uidere etiam humanitatem filij dei, gloriosissimam uirginem Mariam, omnes angelos sanctos, & uniuersos beatos, patriarchas, prophetas, apostolos, martyres, confessores ac uirgines. Certum est quod quanto aliquid est pulchrius, tanto delectabilius est illud aspiceret: & quanto est dulcius, tanto iucundius est illo frui: quam inaeffabilis ergo felicitas & gloria est, deum qui prorsus infinitus pulchritudinis est, clare conspiceret, eo quae frui cuius bonitas ac dulcedo nullam habet mensuram nullumque finem. Consideret itaque quilibet Christianus, quam stultum, peruersum ac miserum sit, propter huius breuissimae ac incertissimae uitae honores, delectationes atque diuitias, aeternalem illam summam & ineffabilem beatitudinem perdere, & ultra hoc infernalem illam perpetuam calamitatem ac poenam acquirere. Insuper, quoniam omnes in seculo isto maximis periculis sumus expofiti, atque in medio laqueorum ac hostium ambulamus, & undique tentationibus implicamur, ad omnia mala ac uitia proni, & ad opera bona tardi, nec proprijs uiribus ualemus hostibus nostrae salutis resistere, neque diuina praecpta implere, immo auxilio gratiae dei incessabiliter indigemus, incerti etiam sumus an digni sumus amore an odio, & an in aeternum damnabimur, hinc debemus semper esse custoditi ac timorati, & deum frequentissime ac feruentur inuocare & exorare, ut infinitam pietatem & gratiam suam in nobis monstrare dignetur, & nos in omnibus gubernare, confortare & conseruare non cesseret, felicemq; finem concedat. Deniq; quoniam melius & salubrius est, pauca uerba orationum cum intellectu & attentione proferre, quam multa sine intellectu & aduertentia, utilius est ut indocti legant orationem dominicam, scilicet, Pater noster, & caetera in materna lingua, quam in laino. Postremo, in diuino officio, praesertim in Missa, debent Christiani cum magna reuerentia in praesentia dei stare

Iohani. 4
Gala. 4
Luc. 1
Baru. 3
Zach. 9
Mat. 27

Luc. 22
Iohani. 10
Sap. 2

Mat. 6
Luc. 6
Iha. 55
Luc. 23

Heb. 10

Eccli. 3

Mat. 8

stare, & deuote ac custodite se coram omnipotēte creatore habere, & ipsum intente ac fe-

Apo. 19

Libri de laudabili uita coniugatorum, finis,

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI INTER RELIGIOSVM ET MERCATOREM DE IVSTO PRETIO RERV, DIALOGVS.



Præcepta tri- plicia.

Mat. 7

Tobie. 4

OLITE FACERE INIQVVM IN IVDICIO & pondere, in mensura, in regula ne decipiat unusquisq;

quædam determinationes & speciales modi seruandi iustitiã in dei obsequio, hoc est quali-

Articulus primus. Quod mercatoribus & negotiatoribus necessarius sit magnus timor dei & cordis custodia, alioqui incidet multa & magna peccata. NEGOTIATOR.

sciētialiter quod libenter loquaris. RELIGIOSVS. Cum Salomon dicat Stultissimus sum uirorum, & sapientia hominum non est mecum: ego qui uehementer illo inferior sum atq;

Prouer. 30

Isa. 47 Isa. 5

1. Pet. 4

Dan. 11

Opera & negotiorum diuersitas

Communitio duplex.

Ecclesi. 26

Lucæ. 11

Articulus II. Responso religioso, qualiter mercator in suo officio habere se debeat iuste, uirtuose ac meritotie. RELIGIOSVS.

Colo. 1. Cor. 10. 1. Timod. 6

ram plena, perfecta ac gloriosa, q̄ ea adepta cor humanum plenarie quietatur ac tranquillissime contētatur intantum, q̄ nil amplius potest appetere. Præterea, sicut anima est corporis uita, sic charitas dei est spiritalis uita animæ rationalis: Ideo sicut anima recedente à corpore, corpus mox mortuū est: sic charitate dei recedente & abstracta ab anima, ipsa anima protinus spiritaliter mortua est, ita q̄ nullum actū deo acceptum ac meritorem æternæ salutis habere potest, quando sine charitate dei consistit. Deniq̄, charitas dei cum peccato mortali non potest haberi, cum deus altissimus id requirat à nobis, ut eius præcepta ex uera & spiritali dilectione infusa à spiritu sancto, id est, ex charitate dei adimpleamus, nō ex solo seruuili timore & amittere per peccatum mortale. Cuius ergo proni sumus ad uitam nostram toto corde synceriter diligamus, incomparabiliter plus q̄ nos ipsos, & cuncta creata, ita ut potius uelimus mortem & omnia damna atq̄ aduersa pati, q̄ super gloriosissimum deum offendere & amittere per peccatum mortale. Cum ergo proni sumus ad uitam, mundus quoq̄ & caro ac dæmones trahant ac incitent nos ad diuersa peccata, non potest homo diu uiuere sine peccatis mortalibus, nisi sit ualde corde custoditus in omnibus, & coram deo incessabiliter timoratus, & item quotidie diligenter considerans & perscrutans conscientiam suam, an in aliquo sit peccato mortali: quod si est, de illo confessum peniteat, ueniā deprecetur, confiteri, satisfacere ac de cætero semper uitare illud & omne aliud peccatum mortale firmiter toto corde proponat. Præterea hoc requirit diuina iustitia & charitas dei ac uera contritio, q̄ sicut deum altissimum toto corde præ cunctis & singulis incomparabiliter tenemur diligere, ita de eius iniuria & offensa, de suæ charitatis amissione, hoc est de omni peccato mortali plus doleamus q̄ de quocunque malo penali, de quocunque damno, incommodo, obprobrio temporali seu corporali: & quanto peccata fuerint grauiora & plura, tanto oportet de eis contritionē habere maiorem, ut contritio sit adæquata seu proportionata excessui. Istud in primis in tota conuersatione tua debes habere ac adimplere. Insuper in negotiationibus atq̄ mercantijs tuis debes dominum semper habere præ oculis cordis, et non optare nec quæ rerelucrum nisi moderatum ac iustum, illud etiam ordinare ad finem honestum, ut tactum est. Idcirco illicitum est carius uendere rem q̄ ualet ac uilius emere q̄ sit iustus ualor ipsius, considerando tamen qualitatem loci ac temporis & personæ: Nam aliquid plus ualet in uno loco q̄ in alio, uno quoq̄ tempore quam alio. Penfandus est item labor & sumptus, cura & periculum negotiatoris quæ habet & sustinet deferendo merces suas de loco ad locum, & iuxta horum magnitudinem ac mensuram potest res suas pretiosius uendere, seruata æquitate, ac secundum discretum iudicium uiri iusti, experti ac sapientis, & iuxta dictamen suæ conscientie timorate, non secundum inclinationem cupiditatis. Si autem unus multum indigeat re alterius, & alter sustineat damnum speciale uendendo rem illam & ea carendo, potest eam uendere carius quam ualet secundum cursum communem, non tamen plus quam ualet sibi, ita q̄ suæ in demeritum prouideat moderate: Si uero emptor re illa multum indigeat, & uenditor non incidat speciale detrimentum carendo re illa, non licet uenditori rem illam carius uendere quam ualet secundum se iuxta cursum communē. **NEGOTIATOR.** Me fateor dè religiose frater ac pater prudenter ac rationabiliter instruxisti de proposita quæstione. Veruntamen durus est hic sermo, & quomodo homo mercator in pluribus occupatus, terrenis sollicitudinibus implicatus, in medio hominum uersans & inquietus, potest eum implere? **RELIGIOSVS.** De hoc sequenti loquar articulo.

Articulus III. Quomodo negotiator in tot & tantis curis & occupationibus ac in quietudinibus suis possit corā deo manere custoditus & timoratus. **RELIGIOSVS.** **E**xempla electorum, facta iustorum, documenta sanctorum ædificare, roborare & inflammare nos debent ad agendum uiriliter in dei obsequio, ad laborandum in domo pro dei grā & salute æterna, ad resistendum ualenter omni tētationi. Ideo cū ap̄tus Iacobus in sua dixisset ep̄la: Multum ualet oratio iusti assidua: protinus introduxit exemplū de Helia propheta, dicē dō: Helias similis nobis erat, homo passibilis & mortalis, orauit q̄ dñm ut nō plueret sup̄ terrā, & nō pluit annos tres & mēses sex: & rursus orauit ut plueret, & coelum de dit pluuiam. Sic dico iam tibi: ecce in ueteri testamento multi fuerunt reges uirtuosi ac iusti, multo plus occupati regimine regni, negotijs magnis & arduis, causarum tumultibus, bellicis rebus, quam tu negotiationibus tuis: at tamen deo deuotissimi erant, & coram deo assidue circumspēcti: quorum unus rex Dauid dixit: Oculi mei semper ad dominum. Et rursus: Prouidebam dominum in cōspēctu meo semper. **Seruari**

Seruari mandata tua & testimonia tua domine, quia omnes uitæ meæ in cōspēctu tuo. **E**zechias quoq̄ rex in sua oratione locutus est deo, quæ fallere non ualebat: Memento domine quomodo ambulauerim coram te in ueritate & æquitate ac corde perfecto. Sic & Iosias rex ab infantia sua cum octo esset annorum, cepit quærere dominū: & usq̄ ad uitæ suæ terminum perseuerauit in uis uirtutum. Infra in nouo testamento multo plures tales fuerunt sancti reges & principes, sanctissimi quoq̄ episcopi in exterioribus rebus & multis & grauius causis & actibus occupati. **NEGOTIATOR.** Quomodo poterat fieri istud? **RELIGIOSVS.** Multæ sunt horæ diei & noctis. Tales ergo uiri ueraciter sapientes, certis horis quantum eis fuit possibile, ab alijs subtraxerunt se, & in locis secretis recollecterunt se coram deo, & suas conscientias discusserūt, sicq̄ deo in sanctis meditationibus, seruatis precibus, compūtionibus lachrymosis uacabant, somno parco contenti, ac sua nouissima perpendentes & deo intenti etiam in lectulis suis. Hinc nanq̄ Dauid rex dixit & scripsit in psalmis: Anticipauerunt uigilias oculi mei. Cogitauit dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar & scopebam spiritum meum: & multa similia dixit in psalmis. Sic igitur & tu cotidie age saltem aliquibus horis & profunde cōsidera nouissima tua, quæ sunt mors amara, cuius hora tibi incerta est, in qua omnia ista terrena relinques, metuendum ac districtum tuum iudicium tam in hora mortis tuæ q̄ in die nouissimo, æterna quoq̄ infernalis dānatio, & gloria illa inæstimabilis regni celestis. Nullatenus negligas quotiē diligenter reminisci, quanta pro tua salute sustinuit filius dei & gratias sis ei. Et deniq̄ si tam fetiose atq̄ assidue laborares ac sollicitus esses coram deo pro salute animæ tuæ & spiritali opulentiā gratiæ ac uirtutum, sicuti es pro terrenis diuitijs, cito tibi facilia fierent opera & exercitia uirtuosa præfata. Nonne seruens amor omnia etiam difficilia facit facilia? Si autem horis tibi uacantibus uis inutilibus ac superfluis fabulationibus, comestationibus, potationibus, iocis, ludis ac immoderatis solatijs locum ac opera dades, perdes & negliges animā tuam, præfataq̄ opera bona uidebuntur impossibilia tibi esse: Assuesce ergo cor tuum in cunctis quæ operaris frequenter ad dominum dirigere, eius sanctam præsentiam considerare ac reuereri, eius opem & gratiam totis præcordijs deprecari. **NEGOTIATOR.** Ista sine speciali gratia non arbitror fieri posse. **RELIGIOSVS.** Sicuti per hoc tamē tu nō excusaris, nisi feceris ea ad quæ teneris & sine quibus saluari nō potes: & si feceris quod tibi possibile est, deus piissimus gratiam adiutricem tibi non negabit nec subtrahet, nec enim ipse impossibilia homini iussit, nec illa requirit ab homine.

Articulus IIII. Responso ad quasdam quæstiones negotiatoris.

NEGOTIATOR.

Responde mihi quæso ad ista: primo, an uenditor peccet plus quærendo pro re sua uenali seu pro suo obsequio aut labore, quam iustum & rectum est? An etiā emptor peccet minus præbendo quam æquum est, & quando in his committitur peccatum mortale, & quando ueniale. **RELIGIOSVS.** Peccatum potissime consistit in uoluntate: propter quod sanctus asserit Augustinus: Peccatum intantum est uoluntarium, q̄ si non esset uoluntarium, non esset peccatum: ideo q̄ non licet facere, non licet uelle nec dicere: Imò nihil de ratione uitij & uirtutis, nihil de merito & demerito est in uerbis & factis, nisi in quantum uerba & facta procedūt ex interiore cordis radice bona aut mala. Sicut non solum sancti patres ac doctores præcipui Gregorius, Augustinus, Bernardus, sed & Aristoteles quoq̄ in libris disseruit Ethicorum. Quemadmodum ergo illicitum est & iniustum rem carius uendere quam ualet, ita iniustum est plus pro ea petere siue exigere quam est ualens. Et si uenditor plus de pretio petat scienter, & ex deliberatione peccat mortaliter, quoniam cupit proximum defraudare ac spoliare, sicq̄ excedit mediū ueræ iustitiæ, & agit contra charitatem & contra ius naturale, uolens facere alteri quod sibi non uult fieri: præsertim si petat notabiliter plus: quoties agit hoc, toties peccat mortaliter. Si autem plus petat non intentione nec desiderio plus accipiendi, sed ut iuxta morem loci expeditus cum emptore conueniat in pretio iusto dum unus plus præbet, sicq̄ concordant in medio, non est peccatum mortale. Veruntamen melius esset utrunque uitare & simplici uerbo secundum conscientiam petere ac præbere: consuetudo quoque plus petendi aut minus præbendi uituperabilis extat. Idem dicendum de conductibus suis operas seu labores aut uehicularum uel iumentorum. Porro si ualor rei non est punctualiter determinatus & cognitus, nec multum excedant in plus petendo seu minus præbendo, non incidunt in peccatum mortale: sed in his & alijs unū quicq̄ uigilanter perpendat iudicium

conscientiæ suæ: quoniam quicquid est contra conscientiam, ædificat ad gehennam, quia
 damnabile est. NEGOTIA. Si hæc ita se habent, quis nostrum saluus erit: siquidem omnes
 uolunt carius uedere ac uilius emere: nisi plus iusto petamus, minus iusto accipiamus. R. E.
 LIG. Vno in conuenienti dato plura sequunt. Nonne Apostolus ait: Omnes quæ sua sunt
 querunt non quæ Iesu Christi: ita cupiditas quæ omnium malorum radix est, insinuat uniuersos,
 ut comparatione iniustorum & cupidorum paucissimi iusti sint & quasi nulli absolute tamē
 loquendo nonnulli sunt iusti. Hinc ait Salomon: Peruersi difficile corriguntur, & stulti: in
 nitus est numerus. In scripturis quippe stulti uocantur omnes, qui temporalia, carnalia &
 æterna, spiritualibus, diuinis & æternalibus præferunt bonis: quia in temporalibus non est
 sapientiæ donum sed puerilitatis & insipientiæ uitium. Certe tales in comparabiliter insipie
 tiores sunt pueris, qui auro & gemis præferunt poma & pira. Iccirco quod tetigisti, quod omnes
 uolunt carius uedere & uilius emere, non est simpliciter uerum. Vnde recitat Augustinus,
 quod minus seu ioculator quidam plurimos cōuocauit: Audite inquit uerbum in quo omnes
 confitentis. Quibus ascultantibus dixit: Omnes uultis carius uendere & uilius emere. ad
 ditq; Augustinus apud eos qui uere sunt Christiani fide & opere hoc uerum non esse, cum
 sit contra iustitiam: quam si aliqui negotiatores in omnibus constant ac firmiter obser
 uarent, plus prosperarentur quā modo, essentq; facti meliores & plures ad eos pro emendis
 confluerent. NEGOTIATOR. Quid dicis de his qui res suas tempore fori pulchriores &
 meliores præferant quā sunt, ut carius uendant eas? RELIGIOSVS. Deceptores sunt
 & iniqui, atq; ad restitutionem tenentur his quos decipiunt. NEGOT. Ergo qui res suas ca
 rius uendunt, q̄ ualent, restituere obligantur id quod plus acceperunt. RELIG. Ne dubites,
 nescis quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: atq; iniuste acquisitum illi
 qui iniuste passus est damnum si superfit & sciatur quis sit: aut hæredibus eius, uel in pios
 conuertendum est usus. NEGOTIATOR. Vbi manebimus? Sed quæ uerum uendi
 tor teneatur emptori insinuare uitium seu defectum rei quæ exhibet illi uenale. RELIG.
 Vtiq; si defectus ille occultus sit & ignotus eminenti si uero manifeste apparet, ut si equus ue
 nalis esset monoculus, apparet quibusdam doctoribus quod non tenentur uerius tamen reor,
 quod si emptor ex simplicitate sua uel inaduertentia non consideret illum defectum, manife
 standus sit ei a uenditore, secundum quod fraterna exigit charitas. NEGOT. Si uenditor res sua
 est timer uiliorem q̄ est, & petat notabiliter minus q̄ ualeat. REL. Si emptor hoc sciat, debet
 uenditor in fructu, dicens: res plus ualeat q̄ petis pro ea: tamen sicut possessorem omni
 no gratis alteri dare, ita & pro pretio minore. Infra de his & consimilibus uarijs questionibus
 in summis doctorum & dictis sancti Bernardi, in scriptis quoq; Henrici de Gandauo et
 Henrici de Hassia reperire plurima potes. Aduertendum est etiam cupidis, quod Salomon
 ait: Qui abscondunt frumenta in tempore suo, quando uidelicet merito essent uendenda,
 maledicentur in populo. Benedictio autem super caput uendentium. Amplius, quauis se
 cundum leges humanas quæ dantur communitatibus in quibus maior pars hominum est
 imperfecta omnino, permittantur ementes & uendentes inuicem se decipere citra mediū
 pretij iusti, non ultra: id tamen secundum legem diuinam & in foro conscientie nullatenus
 licet. NEGOTIATOR. Quāto plus quero, tanto me ipsum magis cōturbo, affligo, & quasi
 tremulum & deiectum ne dicam diffidentem ex responsis tuis efficio: tot enim corruptio
 nes, calliditates, adinventiones, fraudes & abusiones in officio nostro inuenio, ut quid dictu
 rus, quid facturus sim nesciam. RELIGIOSVS. Extingue in te omnium horum malorum
 radicem ac fomitem auaritiam maledictam, quæ teste Apostolo est seruitus idolorum: &
 aduerte Christi doctrinam qui ait: Nolite solliciti esse in crastinum, id est, longe futurum.
 Noli sic amare & congregare terrenas diuitias, quasi non sit post hanc uitam nec providen
 tia creatoris, ne deputeris & pereas cum insipientibus illis de quibus in libro Sapientie le
 gitur: Aestimauerunt lusum esse uitam nostram, & conuersationem uitæ ad lucra esse cō
 positam, & oportere undecunq; acquirere, etiam ex iniquo.

Ecclesi
Soluti in scri
pturis qui.

Prover. 11

Ephes. 5
Mat. 5

Sap. 17

1. Tim. 6

Articulus V. An negotiator competentiam habens, possit adhuc bona consci
 entiale negotiationibus occupare. NEGOT.
 Dixisti quod negotiator cupies uitia officio suo annexa euadere ac uitare, potissime
 de corde suo extirpet auaritiā quā appellasti idololatriā & omnium uitiorum radicē.
 Nūc ergo mihi præcor declara, quid sit auaritia ista, & quā negotiator sentire debet
 se satis habere: & utrū iā sufficientiā temporalium rerum habes, possit absq; p̄cō negotiationis sua
 rā lucris interdere. REL. Aplūs ait: Habentes uelut & uestitū, his contenti simus. Nā quolūt
 diuites

diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & in desideria multa nocua & ua
 na, quæ mergunt hominem in infernum & perditionem. Saluator etiam in euangelio pro
 testatur: Quam difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnum celorum. Et denuo: Fa
 cilis inquit, est camelum transire per foramen acus, quā diuitem intrare in regnum cœ
 lorum. Quæ uerba intelligēda sunt de diuite qui diuitias amat immoderate, nec eas ad spi
 ritalem ac debitum ordinat finem. Hinc auaritia nōcupatur superfluis diuitiarum tempo
 raliū appetitus, hoc est de rebus terrenis plus quærere aut optare q̄ utiles aut necessariæ
 sunt ad uirtuose uitæ dūm, ad profectum uirtuosum spiritalemq; finem. Sed unius pluribus
 eget q̄ alius secundum qualitatem sui status seu nobilitatis ac sobolis. Cumq; his pensatis cō
 petentiam habuerit homo, debet esse contentus, seq; ad spiritualia magis conuerrere, nec
 propter mundi honorem & gloriam thesaurizare. Quod si aliqua reponere uelit, ordinet
 illa ad finem honestum: melius uero est ut iuxta Christi doctrinam, quod superest, id est, neces
 sitati seu utilitati suæ personæ & eorum quibus ipse habet providere superfluit; præter
 in eleemosynam. Præterea attendēdum, quod negotiatio multum implicat & inuoluit animū
 sollicitudinibus & inquietudinibus seculi huius timore, suspicione, distractione: propter
 quod clericis & spiritualibus prohibetur. Iccirco profus consulendum est satis habentibus
 de rebus terrenis, ut negotiatione relicta, ad uitam uirtuosam & quietam se conferat, & ad
 sollicitudinem spiritualem, ut semper ac summe solliciti sint de animarum suarum salute, il
 lam negotiationem exercendo, de qua Christus dixit in euangelio: Negotiamini dum ue
 hio. Debemus namq; donis nobis a deo collatis fructuose atq; salubriter uti ad honorem &
 gloriam dei qui unicuiq; certa & propria dedit talenta de quibus exigit & spiritualem usū
 ram, hoc est lucrum & emolumentum meritorum: ad quod designandum maledixit arbo
 ri in qua non reperit fructum. Postremo negotiatoribus frequenter contingunt graua ac
 diuersa pericula, dāna, inuasiones, læsiones & mortes in terris & super aquas, in quibus in
 comparabiliter plus pauendum est periculum animarum ex peccatis officio eorum adiu
 ctis, q̄ periculum corporum. NEGOTIATOR. Intellego quod respondes & consulis. Veruntamē
 in negotiationibus nostris deuenimur allecti magnis lucris & prosperitatibus, solatijs
 & commodis, quæ interdum celeriter, abundanter, imō & improuise nobis contingunt.
 RELIGIOSVS. Nunc ergo dic mihi quid uides ueni & accedamus turrim sublimem, ex
 qua eminus per terrarum spatia mariumq; fluuenta conspiciamus, ut inde quid negotiatori
 bus accidat speculemur.

Articulus VI. De fallaci & uana prosperitate negotiatorum
NEGOTIATOR.

Ece in arce turris hic stamus: uideo per aquas maris nauem grandem, fortem, mer
 cibus multis diuitijsq; ornata, ornatis uarijs decoratam ac splendidam, uictu
 alibus rite prouisam: cerno in ea insitiores quā plures pretiose indutos, uultibusq;
 hilares ex foris & nundinis uenientes cum maximis lucris, epulantes iocunde, can
 tantes suauiter, diuersisq; musicis instrumentis sonantes. Contemplor cœlum serenum, æ
 rem moderate quietum, uentum ad libitum sibilantem, aquas delectabiliter claras, & omnia
 nauigantibus arridere. Quid ad hæc habitatio & coartatio tua in claustro, propria liberta
 te priuata, solatijs destituta, quæ quid aliud est q̄ mortificatio cotidiana? RELIGIOSVS.
 Sustine me paululum, & indicabo tibi quod uerum est. Dic itaq; mihi quid uides paulisper
 post hæc? NEGOTIATOR. Cerno cœlum repente ac improuise nubibus operiri, tanquā
 si rex extracta sibi purpura sacco protinus induatur: ærem uideo uaporibus ac nebulis
 obscurari, ac si homo iocundus tristitij obruatur: audio uerum ualidum insonare, tempe
 statem horridam imminere, aquarum gurgites ex fundo erumpere, fluctus insurgere, un
 das in altum leuari, nauē hinc inde iactari, nautas & nauigantes hinc inde discurrere, omnes
 uehementissime uideo conturbatos, terrore repletos, pallore & mortiformi apparatu per
 fusos, merces suas & pretiosa quæcunq; ex nauī in aquas proiciunt. Sed ut intueor heu ni
 hil proficiunt nauis fluctibus operitur, evertitur, & en uniuersi merguntur: & ego ista in
 spiciendo præ horrore & compassionē quasi deficio, & pene expiro. Heu quid inconsidera
 te laudauit: quid uanitate cæcatus reputauit: O quam prosperitatem quāta calamitas est
 secuta: & nunc cum Salomone exclamare compellor: Vanitas uanitatum & omnia uani
 tas. RELIGIOSVS. Quid ad illam aduersitatem, conturbationem, terrorem, oppressio
 nem, monachos in claustro poenitentia, castigatio corporis spontanea, exercitatio uirtuo
 sa, labor salubris, abstinentia, ieiunium, uigiliæ quoq; nocturnæ, quibus adiungit: sunt pax
 CCC 3 cordis

Mat. 13

Luc. 11

Luc. 19

Ecclesi. 5

cordis, tranquillitas mentis, consolatio spiritalis, conscientia bona, contemplatio supernorum, degustatio ac prælibatio dulcis futurorum bonorum, & inchoatio nobilis uenturæ atq; æternæ felicitatis. **NEGOTIATOR.** Quamuis nos negotiatores hæc spiritalia ignoremus, attamen in hora illa tantæ aduersitatis beatos se reputamus, si cum monachis confidissent in claustris. **RELIGIOSVS.** Forsitan libenter promississent religionem se ingressuros, simul sic potuissent euadere. **NEGOTIATOR.** Spero omnino quod mercatores & alij in tanto periculo constituti, præsertim dum se cernunt mox morituros, poeniteant, & saluentur. **RELIGIOSVS.** hoc pie potes confidere. Veruntamen poenitentia talium communiter magis procedit ex seruilis timore tam imminenti interitus, q̄ æternæ damnationis, q̄ ex zelo iustitiæ ac dei amore & uera cōtritione, quæ sine charitate non potest haberi, imò ut asserit Augustinus, Raro ueraciter poenitent in extremis, qui tempore sanitatis rennuerunt conuerti. De hoc quoq; secundo libro Machabæorum euidenter recitatur exemplum de Antiocho rege gentili, qui sentiens se propter suam superbiam, blasphemiam atq; tyrannidem à deo Israël grauissime esse plagatum, ualde de suis criminibus doluit, imò promisit se legem Iudæorum assumpiturum, omnia sancta loca illoꝝ uisitaturum, templum de maximis honoraturum muneribus, & ipsos Iudæos sublimaturus in omnibus non tamen profuit ei ad gratiam & salutem, quoniam legitur ibidem: Oravit dominus scelestus, à quo non erat misericordiam consecutus. Sic & de Esau scripte Apostolus: Non inuenit poenitentia locum, quanq̄ cum lachrymis inquisisset eum. **NEGOTIATOR.** Hæc & similia possent nobis secularibus hominibus desperationē incurrere: & ubi est q̄ nobis toties prædicatur. In quacunq; hora ingemuerit peccator, pro suis peccatis, omnium iniquitatum imò non amplius recordabor. **RELIGIOSVS.** Diuina scriptura animarū nostrarum est medicina, & in diuersis locis sanctorum librorum occurrit & medetur uarijs hominum erroribus & peccatis. Aliqui autem inordinate & excessiue confidunt in misericordia dei peccando in spe, nec sua deserentes peccata. Ideo ad reprimendum illorum præsumptuosam fiduciam, scripta sunt quæ ex libro Machabæorum & epistola Pauli allegauit: quæ utiq; uera sunt, quoniam non ex charitate & uera cōtritione, sed seruilis timore iniqui illi poeniterunt. Porro quod obiecti, q̄ dñs ait, in libro Ezechielis prophete scriptū est, ne quis desperet, est intelligendū de gemitu procedente ex cordiali cōtritione. **NEGOTIATOR.** Contra hoc esse uidetur quod audisse me recoluidentes impij turbabuntur timore terribili dicentes inter se & poenitentia agentes, & præ angustia spiritus gemetes. **RELIGIOSVS.** Hoc in libro sapientia scriptum est ex persona defunctorū pro tempore futuri iudicij & statu infernalis supplicij. Sic namq; præmittitur ibi: Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos quise angustiauerūt. **NEGOTIATOR.** Ergo dānati poenitent aliquo modo, imò & præ angustia spiritus gemunt de malis suis. Sed contra hoc apparet quod sc̄tus Martinus dixit diabolo: Si te d̄ miser poeniteret malorum tuorū, ego de misericordia dei cōsuis, tibi ueniā pollicerer. Præterea, si post uitam hanc non potest quisq̄ iniquus ueniā consequi, quō uerū est q̄ beatus papa Gregorius legitur Traianum imperatorem gētilem ab inferis liberasse. **RELIGIOSVS.** Iam non ut negotiator sed ut theologus loqueris; Breuiter igitur tibi respondebo, q̄ dānati ita sunt obstinati, q̄ de suis sceleribus nullatenus poenitet, inquantū scelera sua fuerunt & sunt dei omnipotentis in honoratiua & offensiuā; sed ut eis sunt tantæ miseræ causæ: talisq; poenitentia non oritur ex zelo iustitiæ ac diuina dilectione, sed ex proprio & priuato amore, ideo non est deo accepta. Deniq; nullus per diffinitiuam sententiā condemnatus potest unq̄ liberari ab inferis præsertim de lege communiter uerū: deus omnipotens & æternus super omnem est legem. Itaq; qui in mortalibus obierunt peccatis, & tamen sc̄toꝝ uirorū meritis & precibus liberati legunt, non fuerunt per diffinitiuam sententiā condēnati, imò deus summus & gloriosus præsciens futurorū suspendit ac diffinitiuā iudicialē sententiā. **NEGOT.** De his plurima mihi occurrūt, sed prætermitto: ga ut tetigisti, forū meū transcendit. Adhuc tamen aliquid de prosperitate inferitorū loqui delectat. Etenim quis ut patuit modo, periculosum sit ualde per aquas negotiationi insistere, attamen non ita in terris. **RELIG.** Iam ergo circūspice cāpos, rura & syluas, respōdeq; mihi qd uideas.

Articulus VII. Quod sicut in aquis, ita in terris periculosum sit occupari. **NEGOT.** Ideo in aurora cœlū rosea luce perfundit, solem oriri, terrā uirescere ac florere, negotiatores adunatos cum ingenti exultatione procedere, de suis infortunij, lucris diuitijsq; cōferre, & de mox futuris proliū suarū conubijs præcitate nec potes negare magnā hanc esse prosperitatē, præsertim cū hic desin præcitate pericula

cula maris. **RELI.** Non sumus in iudicādo præcipites, sed maturi & circumspecti. Nescis qd in libro Iudicij legitur accidisse Gaal uiro potenti & adiutoribus eius, qui elucescere aurora urbem egressi, mox obuios habuerūt fortiores se atroces ac celeres hostes. Nunc ergo dic mihi quid cernis? **NEGOT.** Cerno cuneos armatorū, armatos atq; robustos raptōres, prædones, ruiteros uenientibus mercatoribus obuiare, & in modū coronæ eos circumdare, arcustendere, gladios euaginare, & super mercatores repete crudeliterq; irruere. Porro mercatores conspicio uehementer turbatos ac territos hinc inde diffugere, nec posse effugere sed capi, spoliari, separari ab inuicē, lædi, & uix posse euadere morte, insuper & grauior exactionari. Heu quid incit cūnspecte laudauit. **RELI.** Sed quia præinducta damna, pericula & aduersa nec semper nec omnibus mercatoribus accidunt, ponamus q̄ eis nulla in officijs suis prædicatō contingat aduersitatū, quid tunc tibi de uis insitioribus sententiā uidebitur? **NEGOT.** Videretur mihi insitiores optimū & prosperantissimū esse hominū genus, qui & seipos & soboles suā copiose ditaret, ac per hoc ad honores seculi huius aut officia dignitatis & ad matrimonia promoueret sublimiora, & insuper communitatibus ualde essent proficui, à remotis partibus adducendo quæ in suis territorijs non habent, & pluribus necessaria seu ualde utilia esse noscuntur. **RELI.** Quid dixit bonus ille Tobias minor ad Sarā uirtuosam coniugē suā: Filij inquit sanctorū sumus, ita coniungi, conuersari, sentire non debemus, sicut gentes incredulæ. Non igitur in iudicādo ase quamur humanā & mundanā prædentiā, quia ut ait scriptura: Prudentia carnis mors est. Sapientia quoq; huius mudi inimica est deo. Sed Christi sapientiā ac doctrinā sectemur, quemadmodū tenemur, ex exemplo Pauli qui fatetur, Non nisi spiritū huius mundi accepimus, sed spiritū qui ex deo est: Carnalis q̄pe homo nō sapit ea que sunt dei. **NEGOT.** Quid ergo secundū Christiane legis sapientiam respondendum & iudicandum est in his? **RELIG.** Totam percurrēdo scripturā nihil periculosius inuenitur, quā in hac uita ad libitum prosperari, impune peccare: Cum enim in multis offenderimus deum, nec peccata queant manere inulta, quæ in præsentī seculo non castigatur paterna pietate à deo, quid aliud imminet ei in futuro nisi æterna damnatio: Deus etenim testatus est, Ego quos amo, arguo & castigo. In libro quoq; Iudith asseritur: Omnes qui deo placuerunt, per multas tentationes & tribulationes transierunt fideles: sc̄q; & sanctus affirmat Apostolus: Omnes qui uolunt in CHRISTO pie uiuere, prosecutionem patientur. Atq; in psalmo de reprobis loquitur deus: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentiōibus suis. Præterea communiter inuenitur, quod homines ceteris ditiores ac pluribus prædentes, pluribus & enormioribus inuoluntur sceleribus. Certumq; est, q̄ honores, prælationes, præsidētiās affectare, procurare & per uanam complacentiam possidere, diabolicæ ambitionis est & profusè damnabilē: propter quod dixit beatissimus Papa Gregorius: Toties deum in ueni præire desidero, quoties hominibus præesse exopto. Et denuo: Quem modo delectat hominum iudicem esse, non delectabit in die iudicij iudicem deū uidere. Itemq;: Vnusquisq; prædēs toties ad apostasie crimē dilabitur, quoties prædēs hominibus delectatur. Ex his quid aliud sequitur, nisi quod parentes posteris suis tanto maiōres occasiones, plures materias, periculosiora in cita menta peccandi ac pereundi præparant ac relinquunt, quanto eis abundantiores diuitias thesaurizant. Hinc frequenter contingit, q̄ tales parentes eorumq; posteri se inuicem in inferno uehementissime odiunt & infestant. Postremo in uita præsentī hac non est aliquod pure & essentialiter malum, quāuis ergo insitiorū officio aliquid boni communitatēq; utile sit annexum, ex hoc tamen mala eorum non excusantur.

Articulus VIII. De peccatis negotiatorū officio cōmuniter magis annexis. **RELIGIOSVS:**

Negotiatio ex rationabilibus causis est instituta, & pro communi utilitate inuentæ: sicut cæteris bonis mala miscetur, & sicut in ipsis officijs prælatorum ac in dicum & prædētium uaria & enormia scelera adiunguntur, ita & negotiatorū: in contractibus quæ sunt perniciofa mēdaciā quæ ex suo genere sunt peccata mortalia, q̄m ex cupiditate nascūt, & ad deceptionē dñificationēq; proximi ordinant. Deinde uanæ iurationes ac impiæ peierationes quæ sunt abominanda facinora, quæ quī cōmittit ostēdit se ab omni timore atq; amore dei ac proximi, à uera q̄q; iustitiā esse penitus alienosq; & animas suas pro denario habet uenales, ac nūmū præferūt deo & ueritati: cū cōcōparant idololatriæ, suntq; peiores gētilibus. Insuper admiscēt mercatorū officio fraudes & in uerbis & factis, in simulationibus, signis & nutibus; contra q̄s sanctus loquitur Isaias: Ita, 312

2. Mach. 9

1. Tim. 12

Ezech. 13

Sap. 9

Tob. 8

Rom. 8

Apoc. 9
Iudith. 8
2. Tim. 8
Psalm. 50

Pfal. 7
Mala. 1.Leuit. 26
Prouer. 19

Eccles. 10

Fraudulenti uasa pessima sunt. Et beatus David in psalmo: Virum sanguinū & dolosum abominabitur dominus. Et Malachias propheta: Maledictus dolosus. Graues quoque ac multiplices iniquitates, & iniustitię multe in stateris, mensuris, ponderibus, in quibus omnibus consistit mortale peccatum, præsertim dum fiunt assidue, & in consuetudinem abhorrendam ueruntur. Ideo ut Moyses ac Salomon protestantur, hæc omnia abominatur altissimus, & ad restitutionem ac satisfactionē tenentur qui his & consimilibus modis proximos suos defraudant, maxime qui scienter & ex proposito aut industria agūt hæc. Hinc in ualde periculoso sunt statu, & stultissime agunt ita peccando, quoniam nunquam possunt absolui nec communicare nisi prius restituant quantum ualent. Attendant hæc qui pannos suos in obscurioribus uendūt locis, in quibus eorum color & ualor minus possunt discerni: qui farui mercatores ostendunt se esse filios tenebrarum ac socios principum inferos: & ecce omnia mala hæc ex felicissima auaritia originantur. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Auaro nihil scelestius nihil est iniquius quam amare pecuniam: Auarus enim animam suā habet uenale. Postremo negotiatores qui sæpe diu absentes sunt à domibus & uxoriibus suis, seipos & illas magnis exponunt incontinentiæ adulterię periculis, ut facile est pensare unde & mulier adultera in libro Prouerborum Salomonis fertur dixisse adultero: Veni & inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Non enim est uir in domo sua, abiit uia longissima, sacculum pecunię tulit secum, in die plenę lunę reuertitur est. Oñ in felix mercatio cui tot scelera sunt admixta, & pro lucro tereno perdit homo gratiam & salutem. Pretiosa animæ bona, ac incidit tot peccata atq; æterna tormenta. **NEGOT.** Vere insensata mercatio & commutatio deplacenda. Horum demum intelligentiā mihi largitur non tam infusa sapientia q̄ stimulat concientiā. Quid enim excusare negare uel uolo quod in me & ex me disco ac uerū esse cognosco? Præterea quia exempla fortius mouent quam uerba, precor ut etiam de negotiatoribus aliqua gesta bona & exemplaria recites, ex quibus ædificet & quæ sequat.

Articulus IX. Recitatio laudabilium exemplorū ex gestis negotiatorū. **RELIG.**

Nillus est status ecclesię tā corruptus ac uitiosus, quin in eo sint aliqui boni, electi seu uirtuosi. Idcirco de nullo est desperandum. Hinc in primo libro Vitalpatrum gloriosus refert Hieronymus, q̄ inter sanctos patres eremitas & anachoritas fuit uir nominatissimus uitæ angelicę abbas Pafnucius, qui quodam die dominum exorauit, ut sibi reuolare dignaretur cui similis esset in terra, & cum quo præmittendū esset in cœlo: moxq; astitit angelus dei dicens, cum negotiatore ueniente ad te. Exiigitur cito & perge obuiam illi. Egressus autem Pafnucius uidit negotiatorem ab Alexandria uenientem ad se, deferentem mercimonia uiginti milium solidorum, portantemq; decem saccos leguminum ad monasterium sancti Pafnucij. Cui dixit Pafnucius: Quid tibi delectatissima anima & pretiosissima margarita cū terrenis diuitijs, qui de sorte & numero sanctorum, & ad consortium pertinent angelorum? Relinque terrena terrenis, & efficere negotiator regni cœlestis. Ac ille corde compunctus, protinus acquieuit, & seruis suis præcepit ut cuncta quæ erant in manibus suis erogarent pauperibus, ipse uero secutus est sanctū Pafnucium, qui collocauit negotiatorem illum in cella, & docuit eum eremiticam uitā quā ille in cella & eremo strenue & indefesse exercuit, atq; post paucos annos perductus est ab angelis sanctis in regnum cœlorum. Insuper legitur in uita gloriosi Hieronymi, quem admodum quodam die sedente sancto Hieronymo & legente fratribus quibus præfuit, sub introitu leo rugiens: & ostendit Hieronymo pedem suum spina ac sentibus grauiter læsum: quam mox extraxit Hieronymus, & leo sanatus, deinceps mansit ibidem tanquā mitissimus agnus: cui iniunxit Hieronymus, ut asinum monasterij solitum ligna afferre cuncto diret pascentem in sylua, quod leo obedienter impleuit. Sed quadā die leone grauiter dormiente, mercatores ibi cum camelis oleū portantibus transeuntes, asinum rapuerunt. Post aliquantum uero tempus redeuntes cum asino & camelis obuium habuerunt leonem: qui terribiliter rugiens, compulit camelos ante se ire ad claustrum: sequentes autem mercatores ueniam à Hieronymo petierunt, prostrati in terram & supplicantes, ut mediam partem totius olei dignaretur accipere: quod quasi compulsus sanctus uir fecit: mercatores quoque promiserunt singulis annis tantundē olei mittere claustrum, quod fideliter & liberaliter adimplentes, magnam à deo sunt gratiam consecuti. Præterea legitur q̄ in cœnobio quodā militi sancti & deuotissimi religiosi cohabitantes quodam tempore grandē uictualium sustinerunt inopiam. Tunc in oppido quodam dominus in uisione nocturna apparuit cuidam

mercatori

mercatori ditissimo sed auaro, quiescenti in lecto, districtē præcipiens ei ac dicens: Tu hic iaces in molli strato, & serui mei fideles fame periclitantur in claustrum. Surge & necessariā mitte eis uelociter. Qui expectatus ac territus cepit cogitare de apparitiōe & iussione sibi peractis, & suspicabatur ne forsitan esset illi uisio somnialis, & distulit adimplere quod sibi fuerat iussum. Sequenti nocte dominus iterum ei apparuit, eius inobedientiā increpans uehementer, terribiliterq; comminans, q̄ nisi protinus obediret, ipse cum tota sua periret substantia. Qui ualde perterritus mane consurgens, consuluit suos amicos ac propinquos quid esset facturus, præsertim quia nesciuit ubi religiosi de quibus præceptum habuit, morarentur, nec audebat differre diutius. Itaq; de illorum consilio misit quadraginta si bene recordor camelos uictualibus abundanter onustos, ligatis in collis ipsorum uolens, ac sine ductore dimisit eos abire cum ingenti sollicitudine & magno timore. Porro cameli recto itinere intrauerunt desertum, angelosq; ductore uenerunt ad claustrum religiosorum illorū, qui ex sono nolarum audito cognito camelorum aduentu, deposuerunt allata cibaria: deinde lotis pedibus camelorum & eisdem camelis copiose refectionis, imposuerunt dorsis eorum mediam omnium quæ attulerant partem, & permiserunt reuerti, & eodem quo uenerant itinere sunt reuersi. Quarum reditum negotiator ille cum suis amicis interim expectauit, quamuis spem modicam de ipsorum habuerat reditu. Cognito autem reditu camelorum & uisa urbanitate religiosorum, qui omnium medietatem remiserant, gauisus est maxime, atq; deinceps quolibet anno quam diu uixit tantum de uictualibus misit illis quantum retinuerant sibi. Deus uero non solum gratiam magnam, sed & temporalium opum affluentiam solito copiosiore negotiatori illi concessit. **NEGOTIATOR.** Satis fecisti meæ petitioni: & sicut exercitatus intelligo, per misericordiæ opera religiosi deuote regulariterq; uiuentibus possunt diuites gratiam dei præcipue promereri. **RELIGIOSVS.** Per eleemosynas etiam alijs pauperibus datas potest hoc fieri: specialiter tamen acceptum est deo benefacere religiosi egentibus, sermocinantibus uel orantibus die ac nocte, ac celebrantibus assidue pro benefactoribus suis: Quoniam in Ecclesiastico scriptum est: Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam, etsi non ab ipso, certe à domino. Præterea ut amplius accendaris ad hæc opera pietatis ac misericordiæ, breuiter tibi pando, quia ut sancti patres & præclari doctores ecclesię Hieronymus, Augustinus ac alij concorditer protestantur, primitiæ, oblationes & decimas fideliter soluere, cultum dei augere, claustra construere, in quibus regularis obseruantia uiget, seu contribuere & cooperari ad hoc, eleemosynas liberaliter erogare, quatuor præmissis remunerantur à deo: primum est prolongatio uitæ præsentis, & hoc iustitiam qui sustentant uitam ministratium deo, meretur à deo diutius conferuari in uita. Secundum est maior prosperitas in hac uita: Et enim quia de temporalibus rebus diuinitus sibi concessis liberaliter conuidiunt deo, i. dei ministris, meretur etiā temporalium affluentiam rerum ab eo. Quia ut ait Saluator: Habenti dabitur, id est qui gratus est creatori de his quæ sibi concessit, conferetur à deo exuberanter. Tertium, opulentia spiritalis, uidelicet collatio gratiæ ac uirtutum operumq; bonorum. Quartum est beatitudo & gloria æternalis, & q̄ participes sunt omnium bonorum quæ sunt à seruis dei, quibus beneficia & eleemosynas suas impendunt. **NEGOTIATOR.** Si inuitores opulenti & ceteri Christiani ista cognoscerent & pensarent, puto q̄ ad præfata pietatis & misericordiæ opera confisterent priores.

Articulus X. Consultatio negotiatoris:

Magnam in me nunc sentio cordis fluctuationem & fortem quendam agonem, in quibus sano & sapienti consilio uehementer indigeo: quia reuera ex introductis intelligo, imò in me ipso experior fallacias huius mundi, in quietudinem & sollicitudinem negotiatoriæ, & sentio uerum esse quod disseruit Augustinus, q̄ ipsa diuitiæ iam acquisitæ atq; possessæ maioribus laboribus, timoribus, curis & inquietationibus cordis sunt plenæ, quam fuerunt labores & sollicitudines quibus sunt acquisitæ: & quicquid sit de alijs, quicquid cæteris uideatur, ego aut nō aut uix uideo quomodo possim in hoc statu in officio isto saluari. **Q.** si iuxta præhabita restituere teneor omnia fraudulenter & iniuste adeptæ, pauca ut æstimo retinebo. Amplius satis mihi apparet, quod uita religiosorum multo quietior, securior salubriorq; consistat quam conuersatio secularis, præsertim negotiatiua. Hinc ut fateor ad religionis regressum afficior & inclinor: ueruntamen multa me retrahunt inde ac terrent, uidelicet rigor conuersationis illius, nocturnæ

in otturna uigilia, abstinētia, disciplina, ieiunium & solitē libertatis priuatio. Inter hæc flu-
ctuo & quid agendum sit mihi ignoro: unum ut suspicor protinus mihi consulturus es, re-
ligionis ingressus, & forsitan eius quam tu intrasti atq; professus es, quod ne confulas ro-
go, quia nec solitudinē ualeo ferre, nec esu carniū queo carere, cilicij quoq; asperitas, qua-
litati corporis mei non conuenit.

Articulus XI. Responso religiosi ad ista.

RELIGIOSVS.

Nimis delicatus & tener es miles, nec pensas quid dixit Apostolus: Non coronatur nisi qui legitime certauerit. Et quare non recordaris quot & quatos labores, angustias, timores, pericula, afflictiones, curas & tribulationes in hoc consuetu tuo tolerasti officio pro uili, incerto tēporaliq; lucro. Præterea si tāta es teneritu dimis ut hunc breuem ac modicum pœnitētia laborem ne queas sustinere, quod post huius breuissimæ uitæ curriculum sustinebis purgatorij pœnas, ne dicā inferni supplicia, in quibus sola desperatio euadendi seu certitudo in illis perpetuū permanendi cæteras omnes quæ ibi sunt sensibiles pœnas excedit, horribilius premit, dolorosius torquet: O si de peccatis tuis ueram haberes contritionem, & quanta tibi pro eis debentur imminentiq; supplicia digne attenderes, profecto hæc omnia tibi modica uiderēt atq; facilia. O utinam saperes & intelligeres ac nouissima prouideres. Si inquam saporose cognosceres quam magna & gloriosa res, quam pretiosissima & inestimabilis merces, quam summa & deiformis nobilitas, quæ terna, secura & superdulcissima felicitas sit uerum, omnipotentem, supergloriosissimum deum in seipso clare & immediate conspiciere, & eius infinitam pulchritudinem in seipso lympe de contemplari, ac eius immensa dulcedine ad libitum frui, ac super sanctissime trinitatis gloriam omnemq; mutuam dilectionem ac complacentiā contueri, q̄ promptissime cuncta terrena despiceres, omnem pœnitentiæ satisfacionem ac rigorem subires. Sed quia adhuc spiritaliter es pusillus, & spiritales cōsolationes nondum expertus, pie es informandus, benigne fouendus, patienterq; tolerandus. Et nunc quoniam quæris consiliū qd est inquisitio de agendis, & dicis te ignorare quid potius eliges, quid aliud tibi postum consulere, nisi quod uirtus omnipotens & sapientia æternalis dei patris dominus noster Iesus Christus in euangelio legitur diuini iuueni consuluisse. Si uis, inquit, perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, & da ea pauperibus, & ueniens sequere me. Vnde & iterum dixit: Nisi quis renūtauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In his & alijs quibusdam Christi consilijs fundantur omniū tria substantialia uota religiosorum. Deniq; præ tactus diues iuuenis primo sciscitabatur à Christo: Magister bone quid faciēdo uitam æternam possidebo? Cui Christus respondit: Præcepta nostri: Si uis intrare ad uitam, serua mandata. Cui cum iuuenis respondisset, hæc omnia seruauit à iuuentute mea. Et sic ut Marcus refert euangelista Christus in uitis illum, dilexit eum, nihilominus illi consuluuit cuncta relinquere, perfectionisq; uiam assumere: quantomagis ego tibi peccatis atq; periculis negotiatorum implicito consulere habeo relinquere omnia ista in quibus peristi: enatare de fluuio in q̄ submersus es, excurrere de igne in q̄ cōbustus es, erigere te de profundo lacu in quo obrutus es, exire de rete ac laqueis inimici in quibus captus fuisti, & ad crucifixū confugere: Tu ergo uiam perfectionis amplectere, sacram religionem ingredi, ut in celis sit conuersatio tua, & in terris uitam ducas angelicam. Non sis corde diuinus, partim adhærens deo partimq; in seculo, sed toto & integro corde tuo adhæreas creatori, ut amplius nō sis solicitus quæ sunt mūdi, sed quæ dei, qualiter ei indefinenter cōplaceas, & animam tuam ei mundam, seruentem, & de die in diem magis placentem exhibeas & conserues. Offer illi te totum ac totaliter in holocaustum, qui pro te obtulit semetipsum patri oblationē & hostiā in sanctæ suauitatis odorem. Lacta cogitatum tuum in domino, & spera in deo tuo semper, per cuius gratiam omnia potes, per cuius charitatē omnia quæ contrahunt te ac perterret, dulcescent. Per cuius illuminationē salubriter considerabis ac carnes in quantis fuisti periculis, in quantis bonorū operū omissionibus atq; malorū cōmissionibus, sicq; misericordissimo deo præcordialissimas gratias ages, qui tam diu tibi pepercit. Et quoniam his qui deo grati sunt, synceriter de collatis charismatibus gratiarū datur maiora, fons gratiæ, dona gratiæ suæ augebit atq; perficiet in te, sicq; incipies sapere q̄ dulcis est dominus, q̄ bonus deus Israël his qui recto sunt corde, q̄ bonus, pius & liberalis sit dominus sperantibus in se animæ ipsam quæ renti: Et ita cum propheta cum gustu psalles in interno deuotissime dicens altissimō: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te.

Articulus XII. Responso negotiatoris.

NEGOT.
Confortati

Confortasti me pater, quia locutus es ad cor serui tui, iamq; ex uerbis tuis me sentio aliquantulum corde mutatum ac inflammatum, & seculum fastidire: sed precor te, nolime immoderatis promissionibus fallere ac blandimentis allicere: Non enim mentitur qui dixit: Quam arcta uia & angusta porta quæ ducit ad uitam: nec aliter qui fatetur ac loquitur deo: Propter uerba laborum tuorum ego custodiui uias duras. Nec illi in quorum persona idem de prompsit ac cecinit deo: Quoniam propter te mortificauit tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Itemq; Transiimus per ignem & aquā. Nōne apostolus Paulus testatus est: quoniam supra modum grauati sumus supra uires, ita ut tæderet nos uiuere. Nonne uidetis q̄ multi religionē ingressi, in anno probationis egrediuntur: nonnulli quoq; professi paulatim deficiunt uiribus: quidam uirtutibus à primo seruore deficientes: nec dubito mihi posse contingere quod accidit proximis meis. In his me plenius instrue, ne manum mittens ad aratrum & paulo post retrō aspiciens, inepior fiam regno dei quā ante fui, & plures scandalizentur in me, sacram quoq; religionem quodammodo dehonestem.

Articulus XIII. Confortatio atq; instructio negotiationis.

RELIGIOSVS.

Pudentiū est prouide agere, ordinate procedere, & quæ possunt contingere, ponderare. Veruntamen aliter agendum est in causis & rebus ciuilibus negotijsq; humanis, in quibus homines proprijs uiribus innituntur: quāuis sub prouidentia dei & aliter in causis atq; negotijs supernaturalibus ac diuinis, in quibus innitendū est maxime auxilio gratiæ & gratiosis effectibus pietatis diuine, adhibita tamē diligentia propria & cooperatione humana, iuxta quod loquitur Augustinus: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Itaq; in his quæ directe pertinent ad animarum salutem ac euāgelicorum præceptorum & consiliorum adimplerem, docet nos sacra scriptura in deo plene confidere, atq; auxilijs gratiæ eius semper inniti. Deniq; in scripturis diuersimode loquitur deus secundum diuersos status, gradus dispositionesq; hominum, imò de eodem homine loquitur uarijs modis secundum uarios hominis status, profectus & qualitates. Deus quoq; in suis electis diuersimode operatur, nunc eos piissime præueniendo per gratiam, & dulciter consolando ac ualde accedendo, nunc tales effectus suæ gratiæ subrahendo ad tempus, & exercendo per aduersa ac uaria tentamenta ut probe ipsorum fidelitatē atq; constantiā, sicq; in spiritalibus rebus ac prælijs fiant experti & apti consulere proximis suis. Luxta hæc uarietate operationis spiritus sancti & uisitacionis diuine, etiā ego iam diuersimode sum locutus, nec aliquid tibi dixi nisi quod in scripturis ueritatis habetur & in documentis continetur sanctorū. Dixi q̄ non coronatur nisi qui legitime, spiritale prosperitatē gratiæ opem, spiritale profectū, consolationē internā tibi promisi, quantum est ex parte infinitæ benignitatis & misericordiæ dei, præsupposita tamē cooperatione ac diligentia tua, quæ etiā sunt dona dei & gratiæ gratis datæ: interdū quoq; sunt effectus gratiæ gratificantis. Et quia nonnulli in principio suæ conuersionis seruantes ac diligentes, ac gratiæ dei strenue cooperantes, paulatim in sancta religione tepescunt, negligentesq; fiunt & in actibus bonis remissi: iccirco in claustris & congregationibus deuotis deficiunt aut debilitant in sensu & capite, uel ex ententionibus uicij. Porro de te pie ac probabiliter confido in dño, q̄ sicut in seculo seculari, prudēs ac diligens in tuo fuisti officio, ita in claustro esses & spiritaliter sapiens atq; sollicitus in deitatis obsequio, in conspectu diuino, imò & pro hoc ipso dhm exorares, q̄ te libenter exaudiret tam salubriter exorantē. Taliter igitur te habente inuenires, sentires & in teipso feliciter experireris uera esse omnia quæ tibi modo spopōdi, imò & multo maiora, quemadmodum dominus ac saluator admonuit & addixit: Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris. Iugū enim meū suauē est, & onus meū leue. Confide ergo in Christo, & firmiter crede promissionibus eius, & sequere eum q̄ exhortatur: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie & sequatur me. Quod si feceris, uerificabitur utiq; in te quod expressit Apostolus: Si compatimur, & conglorificabimur. Si foci sumus tribulationis, erimus & foci glorificationis & exultationis. Præterea denuo loquitur: Bene dicitus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatiōe nostra. Hinc & sanctus uir Dauid dixit ad deū in psalmo: Secundū multitudinē dolorum meorū in corde meo consolationes tuæ legitificauerunt animā meam.

Oportet

2. Timo. 3

Mat. 19
Mar. 10
Luc. 14

Luc. 14

Marc. 10

Psal. 54

Psal. 73

Psal. 90

Job 16
Psal. 42
Psal. 69

2. Cor. 1

Mat. 23

2. Cor. 1
Ibidem

Psal. 95

marum salutis ac corporum sanitatis possint consulere. Quinta causa est, communicatio siue coniunctio coniugiorum: homines namque diuersi ac plurimi pariter habitando, notitiam & amicitiam adinuicem contrahunt, sicque connubia pariter inuicem & affines mutuo fiunt, ex quo magis se diligunt, commoditatesque plurimas assequuntur. Sexta & summa causa est, ut homines uirtuosos eligibilisque conuiuant; homines quippe in urbibus simul manendo se inuicem magis considerant, instruunt & hortantur, sicque magis morigerati ac uirtuosi reduntur. In ciuitatibus quoque homines magis refrenantur a magnis excessibus, quoniam ibi facilius comprehenduntur maligni. Cumque haec sexta causa sit principalis, ad eam ordinandae sunt aliae quinque. Itaque ad principes, iudices & rectores ciuitatum pertinet prouidere ac procurare, ut haec sex bona propter quae institutae sunt ciuitates, abundant semper, & sint in ciuitatibus quibus praesunt, ut scilicet ciues amore delectabiliterque conuiuant, & de necessarijs uitae ciuitates prouideant, praesertim dum carissima aut obfessio seu impugatio ab hostibus probabiliter aut certo imminet. Ciues quoque sibihiuicem fideliter ac constanter contra hostes assistant, atque emendo, uendendo, locando ac mutuando, dando & succurrendo adinuicem iuste, pie ac charitatiue se habeant. Coniugia etiam pariter contrahant, & uirtuosae, facete ac eligibiliter pariter conuersentur. Postremo quae de causis constructionis ciuitatum praetacta sunt, de bonis ciuitatum constructoribus intelligi debent. Siquidem homines prauis ob alias causas edificauerunt ciuitates, imo secundum ueritatem sacrae scripturae, ciuitates primo edificari ceperunt a malignis hominibus propter causas peruersas. Vnde de super illud Genesis quarto: Cognouit Cain uxorem suam, quae concepit & peperit Enoch, Et edificauit Cain ciuitatem, & uocauit eam ex nomine filij sui Enoch. Dicunt doctores, quod Cain qui pessimus erat, postquam occidit innocentem & iustum fratrem suum Abel, congregauit generatos ex semine suo, & eorum auxilio ciuitatem construxit, ut in eam suis auxiliarijs ab alijs quibus iniuriabatur, protegeretur; Cain enim & eius posteritas rapinis, latrocinijs & uarijs prauitatibus insisterant, nec aliquis ante Cain ciuitatem construxit.

Gene. 4
1. Iohan. 9

Augustinus.

Scipio Africanus.

Primo libro de Ciuitate dei inquit Augustinus: Ciuitas aliud non est quam concursus hominum multitudine. Isidorus uero addit dicendo: Ciuitas est concursus hominum multitudo, societatis uinculo adunata. Quidam autem doctores clarius scribunt dicentes: Ciuitas est communicatio ciuium propter sufficienter uirtuososque uiuere: hoc est, unio & associatio hominum ad conuiuendum sufficienter ac uirtuose. Hoc autem idem est quod respublica. Vnde secundum libro de Ciuitate dei recitat Augustinus, quemadmodum nobilissimus ille Romanus Scipio Africanus in libris suis de republica scripsit ac docuit, quod sicut in cantu melodia causatur ex dissimilium uocum congrua moderatione, & ex distinctis sonis, uidelicet summis, medijs ac infimis bene temperatis fit concursus ac suauis concertus: ita ex diuersis & plurimis ac dissimilibus cohabitatoribus animorum consensu unitis, atque in unam societatem ordine conuenienti reductis, constat & fit ciuitas: quatenus sicut in cantu se habet harmonia, ita in ciuitate concordia, quae est optimum atque fortissimum uinculum omnium in ciuitate atque republica: & istud intelligendum est de uera & bona concordia, quae sine iustitia esse non potest. Hinc praefatus Scipio rempublicam esse disseuit rem populi: populum autem dixit esse non quemlibet cetum plebis, sed cetum iuris consensu & utilitatis communiione sociatum. Ex his sanctus Augustinus concludit, quod nisi in multitudine hominum sit uere concordia inter superiores & inferiores, imo & inter superiores inter se, inter inferiores quoque inter se, multitudo illa non est ueraciter ciuitas neque respublica, nec habitatores digni sunt ciues uocari. Hinc illi prudentissimi Romanorum Cato & Cicero, Scipio atque Salustius dixerunt, Romam neque ciuitatem neque rempublicam extitisse, quando in ea fuit seditio, ciuiumque per diuersa peccata corruptio atque rebellio: modicam enim discordiam & paucorum dissentio, nomen ac rationem ciuitatis & respublicae non tollit nec impedit.

Articulus III. Quales debeant esse rectores ac iudices ciuitatum.
Cuma igitur multitudo hominum uis corporaliter inter eadem moenia commoret, indigna sit nomine ciuitatis & respublicae, nisi consensu iuris & utilitatis communiione sit colligata atque concorditer & uirtuose conuiuat, certum est quod rectores ac iudices ciuitatum oporteat esse excellentes iustos, charitatiuos, stabiles ac prudentes. Primo ergo spectat ad eos, ut habeant singularem praecipuumque amore boni consensum, ut utilitate reipublicae proprijs commo dis praefertant, sicque diligentiores existant in procuratioe & promotioe ac conseruatioe pacis ac prosperitatis

prosperitatis communitatis, quam propriae utilitatis: nec solum curent ac protegant partem reipublicae, sed totam, ut scilicet solliciti sint pro omni utilitate & pace, & non solum pro quorundam. Hinc Tullius in libris de Officijs recitat, quemadmodum doctissimus ille Plato duo praecipua dedit uniuerfis ciuitatum rectoribus atque iudicibus: Primo, ut utilitatem ciuium sic optent & curent, ut ad eam ordinem cuncta quae agunt, propriorum commodorum oblitiscantur; Secundo, ut totum corpus reipublicae curent ac uententur, uniuerforum ac singulorum utilitati pro uiribus prouidendo: ne dum unam reipublicae partem tuentur, aliae negligantur: quia ex hoc dissentio oritur. Porro, ut iudices ac rectores urbium tales sint, oportet eos ab omni auaritia & acceptance personarum esse immunes. Insuper cum proprijs actus iudicum & rectorum sit alios gubernare, informare ac iudicare, necesse est eos esse eminenter prudentes ac iustos, ut iura sua agnoscant ac profunde intelligant: nec solum ad uerborum superficiem, sed principaliter ad legislatoris intentionem respiciant, sicque in omni iudicio prudenter aduertant quis sit uerus iuorum iurium, legum aut consuetudinum intellectus: deinde secundum iura sua sic intellecta, unicuique eis subiecto iustum iudicium faciant sicut tenentur, omni carnali & inordinato amore ac odio, omni quoque timore & cupiditate prorsus exclusis. Itaque ad iudices ac rectores reipublicae singulariter pertinet res istae uirtutes: amor boni communis, prudentia atque iustitia per quas respublica crescit, prosperatur & stabilitur. Hinc de antiquis Romanis loquitur Cato: Nolite putare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse: si enim sic esset, multo pulchrioris nos haberemus, armorum enim & eorum maior copia nobis est. Alia fuerunt quae illos uirtuosos magnos fecerunt, quae nobis nulla sunt: Domi industria, foris iustum impetium, animus in consulendo liber, nec delicto neque libidini obnoxius. Pro his nos habemus auaritia atque luxuriam, publice egestatem, priuatum opulentiam. Laudamus diuitias, sequimur inertiam: omnia uirtutis praemia, scilicet dignitates & officia, quae uirtuosis prudentibusque debentur, ambitio possidet. Ex his uerbis Catonis patet, quod sicut per amorem boni communis prudentiam ac iustitiam respublica proficit, prosperatur & permanet: ita per uitia his uirtutibus tribus contraria, hoc est per priuatum amorem proprii commodi seu per auaritiam & per indiscretionem seu imperitiam ac iniustitiam, respublica decrescit, turbatur, de pauperatur ac perit. Hinc Seneca protestatur, quod Romani Imperatores ac iudices, quando eorum respublica uiguit, literati fuerunt: atque ex tunc armatae militiae manum infirmatam, & ipsius principatus radicem quasi praescissam, ex quo in principibus languit uirtus literarum prudentiaque defecit. Hinc ait scriptura: Principatus sensati stabilis erit, & rursum: Ciuitates in habitabuntur per sensum prudentium.

M. T. Cicero.

Cato.

Seneca.

Ecclesi. Eodent.

Articulus IIII. Qualiter praetactae uirtutes in antiquis praecclarissimis iudicibus ac rectoribus reipublicae uiguerint.

Quinto libro de Ciuitate dei tangit Augustinus, quod in gestis Romanorum plenius legitur, quemadmodum quidam iuuenis Romanus nomine Mutius uir be Romanus obfessa a rege potente dicto Porfena, petiuit licentiam a Romanorum rectoribus egrediendi Romam & ingrediendi castra regis praefati, ut ipsum regem occideret, sicque populum suum Romanum ab obsidione & periculo liberaret. Denique obfensa licentia ad castra regis deueniens, cognito ubi rex sedebat, ad thronum eius perueniens, scribam assidentem regi pretiose uestitum regem existimans, pro rege occidit. Comprehensus autem a satellitibus regis, atque ad regis tribunal per ductus, & unde esset aut cur uenisset interrogatus respondit: Romanus sum, & ut regem hostem nostrum occiderem, ueni. Iussitque rex eum igne torqueri, ut ab eo plus negotij extorqueret. Mutius extendens manum dexteram in ignem ardentem immobiliter tenuit eam in igne. Motus rex horrore facti iussit eum ab igne dimitti. Praeterea Decius Consul Romanorum contra Latinos bellaturus, cum in uisione nocturna nouisset illum exercitum superaturum, cuius princeps deuoueret se morti: cum exercitu aduersariorum inito bello deuouit se morti, & immiscuit se exercitui aduersariorum ut occideretur ab eis, quatenus suus praualeret exercitus. Quae facta est ita. Simile recitat Augustinus de inelyto illo Atheniensium principe Theodoro: qui cum responsum audisset a dijs, illum exercitum in bello quod imminere uidebatur, cuius dux occideretur ipse Theodoros ut exercitui suo obtineret uictoriam, in habitu peregrino ac paupere hostibus se obiecit, ut primus occideretur: maluit enim mori, dummodo uinceret sui, quam uiuere eis uictis. Insuper de Marco Regulo nobilissimo principe Romanorum Tullius refert, quod cum Marcus ille contra Carthagenenses plura acerimam

Val. lib. 5. ed. 3.

bella gessisset, & tandem ab illis captus fuisset: Carthaginenses, ut suos à Romanis captos recuperarent (multa enim milia Carthaginensium à Romanis fuerant capta) inter legatos suos miserunt Marcum præfatum ad persuadendum Romanis, ut pro Marco dimitterent Carthaginenses captiuos, accepto iuramento à Marco, quod reuerteretur nisi pro ipso remitterentur ipsorum captiuus, Marcus itaque Romanam ueniens & in senatum inductus, consuluit ut ipse remitteretur, nec Carthaginensium captiuus dimitterentur, quia non expediret reipublicæ Romanorum, ut pro ipso uno iam sene ac debili parumque utili, dimitterentur tot milia captiuorum: & acquieuerunt senatores eius consilio, & ipse Carthaginensium re dicit, quãuis sciret se à Carthaginensibus atrociter occidendum. Amplius, Alexander magnus contra Porum regem Indiæ fortissime pugnans, cum iam de utriusque exercitu pars maxima corruisset, dixit ad Porum: Non decet reges sic perdere populum suum, sed oportet ut per se ipsum unum contra alium prælietur & suam ostendat uirtutem. Sic et populus tuus in una parte, & meus in altera, pugnemusque soli manu ad manum. Si occideris me, populus meus sit tuus: si præualero contra te, populus tuus sit meus, & factum est ita: præualuitque Alexander, & Porum occidit. Multa similia de gentilibus principibus, rectoribus iudicibusque legantur: & quamuis similia ac maiora de fidelibus rectoribus atque iudicibus utriusque testamenti in scriptura sacra ac libris historicis scripta sint, nihilominus sancti doctores facta gentiliu infortia recitant, ut illorum exemplo præfidentes fideles prouocentur ad meliora atque gentilibus illis erubescant inferiores, imperfectiores iniustioresque inueniri.

Articulus V. Quid sit prudentia & de actibus eius.

EX quo prudentia iudicibus atque rectoribus ciuitatum præcipue necessaria est, de ipsa prudentia quid sit, & de actibus eius, plenius clariusque est tangendum. Itaque prudentia ab Aristotele dicitur esse recta ratio agendorum: ab Augustino autem cognitio rerum appetendarum ac fugiendarum. Prudentia namque est uirtus intellectus illuminans rationem ad cognoscendum efficaciter quid uere expediat agere, & quid oporteat fugere ac uitare: inter uires eteras quas deus homini contulit, excellentissimæ sunt intellectus seu ratio & uoluntas. Porro uoluntas de se cæca est, & nisi per rationem dirigatur ac gubernetur, custodiat & refrenetur, multipliciter atque grauissime peccat & ruit in præceps, tanquam equus absque freno discurrens: nec ratio uoluntatem dirigere ualet, nisi ipsa illi iustretur prudentia. Ad euersandum igitur uirtuose, ad regendum alios fructuose, ad præfidentum atque agendum salubriter & honeste, necesse est rationem prudentia decorari. Hinc Plato rem publicam dixit beatam, quãdo à uere prudentibus gubernatur. Augustinus quoque sexto de Ciuitate dei testatur: Illi quæ uera pietate præditi sunt, si habent scientiam regendi populos, nil est felicius rebus humanis quam si deo miserante habeant potestatem. Ideo ait scriptura: Rex sapiens populi facta bilimentum est. & rursus: Multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum. Unde Salomon, ut digne ac fructuose posset populo Israël præfidere, sapientiam à domino postulauit. Ipse etiam sapientissimus Salomon dixit: Væ tibi terra, cuius rex puer est, & principes mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est, id est uirtuosus ac prudens. Et cuius principes uescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. Hinc iterum loquitur: Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti. Pretiosior est sapientia cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur, huic non ualent comparari. Dic sapientia, soror mea es, & prudentiam uoca amicam. Denique Apuleius in libro de deo Socratis ait: Si laudas uirum quia diues est, hoc fortunæ debetur: si quia fortis, ægritudine fatigabitur: si quia nobilis, non ipsum sed parentes eius laudas: si quia pulcher, pulchritudo senectute recedet: si uero laudas uirum quoniam sapiens est & bonis moribus adornatus, tunc eum ueraciter laudas, quia nec hoc ætate caducum est, nec casu pendulum, nec à progenitoribus hæreditatum. Præterea actus prudentiæ sunt, aliarum uirtutum actus dirigere, modum seruare quatenus omnia ordinate & honeste fiant in nobis. Ideo Salomon ait: Vir prudens dirigit gressus suos. Prudentia docet discretionem in cunctis tenere, & ad eam pertinet prouidere, ut opera nostra deo sint placita, nobis ipsis salubria & proximis exemplaria. Ad prudentem spectat fallere nolle nec facile falli posse, atque de rebus secundum ueritatem iudicare exterioraque bona utiliter perfectione defacili relinquat. Eius quoque est inconstantia deuitare, uel inchoatum ante perfectionem defacili relinquat. Eius quoque est inconstantia deuitare, seque in oibus rationabiliter stabiliterque habere. Ideo Seneca ait: Si prudentia amplecteris, ubique idem

Prudentia qd.

Plato, Augustinus

Sap. 6 Eodem. 3. Reg. 4 Eccles. 10

Prouer. 3

Prouer. 7 Apuleius

Prouer. 11

Seneca

idem eris. Prudentis est in prosperis magis quam in aduersis consulte agere: nec solum cogitationes noxias, sed & otiosas cauere, mentem ab inquisitione inutilium ac nimis difficultium cohibere, causam factorum inquirere, alia ex alijs conijcere: prudens namque ex apertis obscura perpendit, ex paruis magna, ex propinquis remota, ex partibus tota, ex præsentibus futura: & quando initium rei inuenit, de exitu cogitat. Prudentia quoque facit temeraria iudicia euitare, nec nimis facile credere: quia & omnibus credere leuitatis est, & nulli credere infidelitatis. Item prudentis est de dubijs non diffinire, sed suspensam tenere sententiam: salubria, ut puta beneficia dei ac Christi reminisci, & noxia ut iniurias, obliuiscunt de rantiam in loquendo tenere, quemadmodum scriptum est: Verba prudentium statera ponderabuntur: & qui moderatur labia sua prudentissimus est. Ad prudentem pertinet non esse in sensu proprio immanisium, sed docilem ac dirigibilem, nec seipsum sapientem se putare, nec sibi ipsi inaniter complacere, sed propria inipefectione perpendere: idem ait scriptura: Ne imitaris prudentiam tuam: & Væ qui sapietes estis in oculis uestris. Insuper ad prudentem pertinet interdum considerationi uacare, quemadmodum Seneca loquitur: Non semper in actibus sed interdum animo tuo requie dato: & requies ista plena sit sapientie studijs, & cogitationibus bonis. Est quoque prudentis correptiones gratanter suscipere, prout Salomon ait: Argue sapientem, & diliget te, & rursus: Qui acquiescit in increpationibus, possessor est cordis. Postremo, prudens præterita recordatur, presentia ordinat futuramque prouidet: de agendis diligenter consulit, acute inquirat, audita examinat, & his que non expediunt derelictis ad operandum ordinate procedit, atque cum congruo moderamine & ingenti cautela profert sententiam, præcipitationem & nimiam festinationem, & diosam quoque dilationem & nocuam moram pro posse semper deuitans.

Articulus VI. Quod nullus sit uere prudens, nisi uirtuosus: & qualiter homo fiat prudens, atque de impedimentis prudentiæ.

Prudencia est uirtus cardinalis: uirtutes autem tam à philosophis quam theologis conexæ dicitur, ita quod una sine alia non habetur: nullus ergo habet ueram prudentiam, nisi etiam habeat iustitiam, temperantiam, humilitatem, charitatem, patientiam, mansuetudinem cæterasque uirtutes. Quicumque ergo superbus est, auarus, luxuriosus, acediosus aut ceteris peccatis mortalibus inquinatus, uera caret prudentia. Præterea ad prudentiam pertinet bene iudicare de agendis, & de rebus & causis actibusque humanis, recte quoque consulere & apta media inuenire ad obtinendum ac obseruandum bonum intentum ac debitum finem, qui est bonum commune, pax atque prosperitas reipublice aut persone. Porro peccata passionisque anime, ut superbia, concupiscentia carnis, ira, impatientia, inuidia, auaritia, malitia, rationem excæcant, uoluntatem inficiunt, & rectum peruerunt iudicium, ita quod homo illis subiectus peruerse insipienterque iudicat, se quædo suas uitiosas inclinationes non iustitice regulas ueritatisque leges, quemadmodum homo habens gustum humoribus malis perfusum, iudicat dulce esse amarum, & oculus stans in fumo aut nebula, non lympe uidet nec de coloribus congrue iudicat. Hinc homines uitiosi & passionati non sunt uere prudentes: & hoc Aristoteles ceterisque doctores concorditer dicunt. Denique cognitio de agendis quam habent mali, est quasi mortua atque inualida ad mouendum uoluntatem ad hoc, quod cognitio bono consentiat & cognitio malo dissentiat: sed cognitio de agendis quam habet boni, puta prudentiam, non tantum illuminat intellectum, sed uita ac ualida est, & mouet uoluntatem ut appetat prosequaturque bonum ac fugiat malum. Sed his obijci potest, quod aliqui homines uitiosi uidentur ualde prudentes in dando consilia & regendo ac præfido, imò quidam doctores in iure sunt uitiosi, & nihilominus uidentur prudentes atque idonei ad regimen communis. Respondendum est, quod in prauis hominibus frequenter est aliquid simile ueræ prudentie, scilicet quædam naturalis industria aut nuda peritia ac uulpina astutia & informis cognitio legum ac iurium, ex quibus interdum procedunt actus conformes actibus prudentiæ: frequentius uero ex illis procedunt actus iniusti & communitati principibusque nocui, imò homines tales uitia sua palliant & specie boni colorant, atque ex prudentia ac iustitia se iudicare ac consilia dare coningunt, cum potius ex inuidia, cupiditate & caliditate aut simili radice iudicent ac consulant, quod expertus Assuerus rex dixit: Quidam aures principum simplices & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Insuper est tangendum qualiter homo fiat ueraciter prudens: Nunc autem de prudentia loquor prout est uirtus acquisita, & ad rectores ac iudices potissime pertinens. Virtutes au-

Ecclesi. 11

Prouer. 3 1. saie 5 Seneca.

Prouer. 9 Prouer. 15

Hester 16

tem acq̄sita generatur in homine ex multis actibus bonis multoties iteratis. Quodmodum ergo ex hoc q̄ quis frequenter refrenat & uincit concupiscētiās carnis & iracūdię motus generant in eo castitas ac māuetudo: ita ex hoc q̄ quis frequenter cōsiderat ac discernit, audit seu legit uel experit qd̄ expedit, qd̄ noceat, qd̄ sit agendū, qd̄ uitandū, qd̄ iustū, qd̄ iniustū, generat in eo prudētia, dūmodo affectū suū cōformare studeat suę cognitōi. Itaq̄ ad hoc q̄ homo fiat prudēs, oportet eū ab exterioribus occupatiōibus & inquietudinibus sepe uacare, & cōsiderationibus agendoy & actū humanoy insistere, legēdo, audiēdo, impiciēdo & experiēdo. Hinc Plato asseruit, q̄ anima quiescēdo fit prudēs. Scriptura q̄q̄ testat, q̄ q̄mi norat actū, sapiētia percipiet. Sed & Salomon loquit: Audiēs sapiēs sapiētiōr erit. Hinc in Ecclesiastico scriptū est: Vir in multis exp̄tus, cogitabit multa: & q̄ nō est exp̄tus, pauca cognoscit. atq̄ in libro Iob legit: In antiq̄s est sapiētia, & in multo tēpore prudētia. Quēadmodum autē diuersas mūdī prouincias perābulantes, multa uidēdo, audiēdo, experiēdo & cōsiderādo sūt prudētes: sic q̄ prudētissimoy uiroy libros, gesta legūt, prudētes efficiunt: propter q̄ d̄ ait scripturā: Sapiētia omniū antiq̄oy ex gr̄e sapiēs. Postremo, ex his innotescit quā sint impedimēta prudētię, siquidē impedimēta eius sunt, uniuersa peccata mortalia, & immoderata occupatio circa exteriora, uehēmēs q̄q̄ sollicitudo & occupatio circa propria cōmoda & circa domesticos, q̄ mentē impediūt a cōsideratiōibus coy quę pertinet ad bonū cōmune: potissime autē a uera prudētia impediūt actus luxurię, per quā mētē humana deprimitur, hebetat ac bestialis efficit. Similiter uitia gula, comestationes, superbię, potationes, ebrietates rationē obscurāt, animā in quināt prudentiāq̄ impediūt. Hinc ait scripturā: Fornicatio & ebrietas & uinū auferunt cor. & Salomon protestatur: Luxuriosa res uinū, & tumultuosa ebrietas: quicumq̄ his delectatur, non erit sapiēs. Auaritia quoq̄ amorem boni communis & uerā auferit prudentiā: quia quanto quis immoderātius occupatur circa proprias commōditates & facultates, tanto minus curat de utilitate, prosperitate & opulentiā reipublicę. Iccirco antiqui iudices ac rectores reipublicę non solum Christiani sed & gentiles, uniuersa hęc prudentię impedimēta diligentissime abiecerunt, summoq̄ studio intenti fuerunt prudentię, prout sequens declarat articulus.

Articulus VII. Qualiter antiqui iudices ac rectores studuerunt sapientiā, & auaritiā atq̄ intemperantiā uitauerunt.

DE uictoriosissimo illo Imperatore Iulio, qui ingeniosus ualde atq̄ egregie indolis extitit, quis paganus, legit q̄ studiosissim⁹ fuit, cui summoq̄ solis inuestigās, dies per horas & momēta diuisit, multos libros cōscripsit, & quatuor epistolas simul dictasse asserit. Pręterea teste S. Hieronymo, Ptolemęus rex Aegypti tā studiose suscipit, q̄ omniū gentiū libros habere, ac omniū nationū sapientiā dicere laborauit. Alexāder quoq̄ rex maximus ualde fuerat studiosus, & desiderio proficēdi in sciētijs maximis se periculis frequēter exposuit: semper etiā tenuit secū prudētissimos uiros, quoy cōsilijs utebatur in prelijs ac arduis causis. Deniq̄ omniū gentiū Imperatoy optimus Traianus, libris diligētissime intēdebat, & a suo magistro informabat q̄tidie, atq̄ tā seruide amaui sciētiā, q̄ magistris sui Plutarchi prudētiā suę impialī p̄tulit potestati. Insup de Christianissimo Imperatore Theodosio legit, q̄ in die exercebat in armis ac regni negotijs, & p̄ noctes libros solite intuebat, imō ad lapadē studēs, proprijs manib⁹ oleū infundebat: sequēs Platonē, q̄ interrogatus a quodā qualiter ad tantā sapientiā peruenisset, respōdit, quia de oleo plus consumpsi in lampade, q̄ de uino in cypho. De Carolo quoq̄ habetur, q̄ doctus ualde extēterit, & in studendo assiduus, libros Augustini sapius legens & nocturnis temporibus lecto quiescens, cōsiderationibus prudentię insisteret, quid reipublicę expediret solite cogitans: Cūq̄ uel aliquid menti suę occurreret, accensolumine erigens se, illud mox sc̄i p̄sit ne obliuisceretur. Sed & Iustinianus Imperator qui legūt libros cōposuit, in libris studioissimus fuit. Tantoq̄ igitur principū exemplo prouocentur & dicāt inferiori iudices ac rectores frequēter prudentię operā dare, & qd̄ expedit reipublicę, qd̄ ius exigat soleret p̄fate. Pręterea narrat Valerius, q̄ dū Scipio Africanus obtinisset Carthaginē, & multos inde obfides accepisset, inter ceteros missa est ei uirgo eximij admirabilisq̄ decoris: quā cū cognouisset desponsatā esse cuidā nobilissimo cui Carthaginēsi, uocauit parentes puellę, & reddidit eam illis intactam: Aurum quoq̄ quod pro redēptione puellę ei erat allatum, dotis nomine adiecit, ut cum illo puella suo restitueretur sponso. Ob quam continentiam, beneuolentiā liberalitatemq̄ sponso puellę corda omnium nobilium suę gentes appilcauit Romanis, Simile narrat Vegetius de Alexādro magno: quia dum ei oblata fuisset puella

Ecclesi. 18
Prouer. 1
Ecclesi. 34
Iob. 12

Ecclesi. 39
Prudentię im
pedimēta.

Osse 4
Prouer. 20

Iulius imperator.

Ptolemęus.

Alexander magnus.

Traianus.

Theodosius.

Carolus magnus.

Iustinianus imperator.

Valerius.

Vegetius.

ella pulcherrima cuidā principi desponsata, cōtinuit se ab illa, ita q̄ nec eā aspexit, sed spōn suo remisit q̄ factō, principi illū uniuersamq̄ gentē eius sibi recōciliauit. Amplius antiq̄ rectores ac iudices Romanoy auaritiā maxie deuitauerūt, malētes reipublicā eē opulētā & rē domesticā inopē, q̄ cōtrario, cōmune bonū pprio p̄ferētes. Refert nāq̄ Valer. q̄ cū gēs Aetoloy p̄ legatos suos misisset Curio cōsulī Romanoy uasa argētea magni p̄deris exq̄si taq̄ arte fabricata, q̄ legati illi retulerūt gētī suę uidisse se uasa fictilia in cōsulis mēfatiū sit eos redire cū uasis eodem, admonēs eos nō cōtinētiā q̄si paupertati succurendū putarēt. Recitat q̄q̄ de euis cōsule, q̄ dū legatī Sānitū uenissent ad eū portātes magnū p̄dus aurī, rogātes ut illud acciperet eoq̄ uterēt, q̄ in lignea scutella cōnatē solebat: dixit ad illos: Supuacue mihi auzē portastis: & Sānitibus dicite, malle me diuitibus impare q̄ diuitē fieri. Ideo p̄iosa hęc reportate, & scitote me auro nō posse corrūpi. Insup cū nobilissim⁹ ille priiceps roman⁹ Scipio accusaret de pecunia apd̄ senatū r̄ndit: Cū totā Africā uq̄ p̄tati subiecerim, nihil qd̄ meū sit de reportauī, nisi cognomē: nec me africanę gazę fecerūt auarū, imō qd̄ cōsules Romanoy in tāta paupertate domi uixerūt, ut mortuis eis sumptus funeris deesset & aliu de collatus ē. Quidā etiā Romanoy ab aratro q̄ iugera suę terrę arabā, ad sumā assumpti officia cū uictoriā obtinissent, officijs illis relictis ad priuinā paupertatē elegerūt reuerti, & obierūt in ea. Quidā q̄q̄ coy ex suis officijs fuerūt eiecti, q̄a modicū thesaurizauerūt. Si ergo gētiles iudices ac rectores intantū cōtēpserūt, ppria cōmoda, auaritiā atq̄ diuitias, q̄ten⁹ reipub. facerēt opulētā aptioresq̄ eēt ad uacādū prudētię, quāto magis Christiani iudices ac rectores sic agere debēt. Postremo, de sobrietate principū clarissimorum multa legunt. Siq̄dē potētissimus ille Impator Octauianus modicissimi ac uulgaris exstitit cibi, panē & caseū bubalinū, pisciculos ac uirides ficus māducās. Hanibal q̄q̄ Carthaginēsiū Impator bellicosissim⁹ princeps, tota die in regni negotijs se occupauit, ante noctē nō req̄escens, & de nocte surgere cōsueuit, atq̄ de bono cōmuni impij cogitare, & in crepusculo ad cōnatū p̄bit se uacantē, ciboy ac potuū oblectamenta adueniens, & somni torporē deuitās. Multa similia de sobrietate & parcitate pot⁹ excellentissimoy regū ac principū gētiliū atq̄ fidelitū sunt cōscripta, q̄y exēplis accendant rectores ac iudices ciuitatū, ne corda eorum grauentur crapula uel ebrietate, sed sobrij semper sint atq̄ idonei ad considerandum in omni causa quid uere expedit.

Art. VIII. Quod iustitia ad iudices & rectores reipublicę maxime p̄tinet.

Quemadmodum asserit Augustinus, remota iustitia qd̄ aliud sunt regna atq̄ imperia nisi magna atrociniā sic quoq̄ nisi in urbe seruet iustitia, ipsa uelut latronū spelunca, & nullus qd̄ suū est pacifice possidebit. Cū ergo iudices & rectores ad hoc constituentur, ut unūquēq̄ conseruet indēnem, & pacē cōmunitatis procurent ac tueant, oportet eos esse eminetē ac immobiliter iustos, ut nullo tēpore, nullo motiua cōtra iustitiā agāt: sed iuxta inclinātionē exigētīq̄ iustitię in oib⁹ iudicent: hoies nāq̄ confugiūt ad iudices suos tanq̄ ad iustitię regulā ac p̄conē, & sicut ad iuris patronum ac executorē. Hinc Aristoteles loquitur, q̄ iudex & princeps debet esse quasi lex uiua & aiata iustitia, quatenus sicut lux non nouit nisi lucere, & calor nō nouit nisi calefacere, sic iudex non nocet nisi iustitiā exercere ac iura seruare atq̄ defendere. Pręterea iustitia est uirtus unicuiq̄ q̄ suū est tribuēs: & ut aiūt uiri p̄fecti, iustitia est cōstans p̄p̄tateq̄ uolūtas unicuiq̄ ius suū cōseruans: atq̄ ut Tullius scribit: Primū iustitię fundamētū est, ne alicui noceat: deinde, ut cōmuni utilitati deseruiat. Hoc ergo iudices ac rectores politię indefinēter infatigabiliterq̄ obseruēt: Nā & gētiles p̄fides in obseruatione iustitię feruentissimi ac tenacissimi extiterūt, nec pprijs filijs cōtra iustitiā peccerūt. Cū em̄ Romani expulissent regē suū Tarquinij superbū, & loco regū cōsules substituisent, ac postea legatī Tarquinij laborarent pro reductione ipsius ad regnū, duoq̄ filij Furij cōsulī Romanoy occulte tractassent pro reductione Tarquinij regis, Furius cōsul hoc cognito ambos filios suos mox interfecit, pacē reipub. ac zelū iustitię amorip̄ferēs filioy. Torq̄ q̄q̄ cōsul & princeps Romanoy propriū filiū occidit, qm̄ ipso ignorāte cōtra hostes pugnauit, cum tamen ab aduersarijs fuisset prouocatus ad pugnā, eosq̄ fortissime superasset. Insup Zaleucus princeps cum legem dedisset ut adulterij reus utroq̄ oculo priuaretur, & filius eius adulteriū perpetrasset, iussit ei oculos erui: populo autē concorditer supplicāte ut parceret adq̄ lescenti, cum tamē importunitate populū uinceretur, ne derogaretur iustitię, unū oculū fecit sibi met erui, alium filio. Pręterea Charondas princeps Tyriorum cum ad sedandas populū seditiones iussisset, ut si quis cum ferro aut gladio concionem intraret, mox eodem

Val. li. 4. ca. 7

Iustitia quid

Val. li. 6. ca. 7.

gladio necaretur & ipsemet postmodum de longa rediens uia cōcionem gladio accinctus sicut uenerat introuisset, & unus astantium eum de solutione legis admonuisset, respondit: Ego illam protinus recuperabo: statimq; se proprio gladio peremit: malēs penam institutam in se subtinere, quam legem perire, cum tamē se potuerit excusare, quia ex inaduertentia legem soluit. Si ergo gentiles iudices ac rectores bonum cōmune & amorē iustitię proutulerunt, non solum diuitijs ac delicijs mundi, sed etiam proprię uitę, dilectioni quoq; & uitę charitissimorum filiorum suorum, quanto magis Christiani principes, iudices ac rectores hoc facere debent.

Articulus IX. De his quę requiruntur ad hoc qđ rectores ac iudices recte & digne ac meritorie iudicēt.

Hoc ad omnē Christifidelē primo ac maxime pertinet, & ab ipso deus id exigit, ut ex charitate dei agat omne qđ agit, atq; ad gloriā, honorem dei ordinet cuncta quę facit: propter qđ ait Apostolus: Omnia uestra in charitate fiāt, & iteꝝ: Omne qđ facitis, ad gloriā dei facite: quem ad modum enim anima est uita corporis, ita charitas dei est uita animę, sine qua charitate anima spiritualiter mortua est, ita qđ nullum actum deo placentem atq; æternę uitę meritorium habet. Itaq; ad hoc quod iudices & rectores digne ac meritorie iudicent, primo exigit ut in charitate dei existant, & ex charitate dei iudicium eorū originaliter imperialiterq; procedat, ut scilicet principaliter sic iudicent, quia deo sic placet, & quia ipse hoc exigit, & ut ipse glorificetur ex eorum iudicio, & pax cōmunitatis custodiatur. Secundo requirit ut iudices sint iustę ac uirtuosę conuersationis, ut ex zelo iustitię inclinentur ad iudicandum, nec per pētia mortalia reddantur ad iudicandum in digni. Ideo antequam iudicent alios, examinēt semetipsos an in aliquo sint mortali pētiō: & si sunt, aut iudicare non audeant, aut anteq; iudicent de suis peccatis penitent, confiteri & emendare proponant, sicq; ad iudicandum cum humilitate & dei procedant timore. Dicitur est namq; qđ iudex debet esse quasi animata iustitia & undiq; iustitia adornatus, eminenterq; iustus ac iustior ceteris. Hinc sanctus Moyses dixit ad filios Israēl: Date ex uobis uiros sapientes & gnaros, quorū conuersatio sit probata in tribubus uestris, & ponam eos uobis principes ac iudices. Item quoq; naturali ac humana prudentia præditus, ait ad Moysen: Prouide de omni plebe uiros potētes & timentes deum, in quibus sit ueritas, & qui oderunt auaritiā, & constitue ex eis qui iudicent populū omnī tēpore. Tertio requiritur, ut iudices publica autoritate fungantur, & iurisdictionem habeant super eum quē iudicāt uel ratione fori aut ratione delicti in loco eorū cōmissi: quia ut sanctus ait Gregorius: Non licet falcem mittere in messem alienam: Hoc est, non licet iudicium exercere in non subditos. Quarto exigitur ut iudices secundum statuta & ordinem iuris procedāt, & legitimū modum obseruent, secundū allegata atq; probata agendo. Hinc asserit sanctus Thomas, qđ iudex non debet in criminibus aliquem cōdemnare, nisi habeat accusatorem. Accusator quoq; personaliter debet adesse, cum Canon dicat: Per scripta nullius accusatio suscipiatur: quod de accusatore absente accusationē in scriptis mittente Thomas exponit. Hinc sicut in Actibus apostolorū habetur, preses pro Pauli apostoli defensione dixit Iudęis: Non est consuetudo Romanis aliquem condemnare hominem priusq; is qui accusatur, presentes habeat excusatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quę ei obijciuntur. Veruntamen publica diffamia & euidencia facti, id est sceleris perpetrati, locū suppleant accusatoris: sic in talibus non oportet secundum ordinē iuris præstatum procedere. Quinto requiritur, ut iudices non cedant multitudini neq; clamori multorum, iccirco per Moysen deus præcepit: Non sequaris turbam ad faciendū malum, nec in iudicio acquiesces sententię plurimorū, ut a uero deus. Sexto exigitur, ut non nimis facilliter credāt, sed causam quā nesciunt, cum omni diligentia ingrant atq; disculant, quę ad modum sanctus Iob iudex & princeps iustissimus loquitur de seipso: Causam quam ignorabam diligētiissime inuestigabam. Septimo, oportet ut iudices non sint acceptores personarū, fouendo, palpando seu audiendo unum præ alio contra iustitiā, sed ad omnes & singulos iuste ac indifferenter se habeant. Ideo Moyses præcepit iudicibus: Ita paruū audietis ut magnū, nec accipietis cuiusq; personam. Octauo exigitur ut nullo timore declinēt a recto iudicio, imō mori malint & omnia damna pati, qđ iniuste iudicare, præsertim cum omnis Christianus teneatur sic stare, qđ malit mori & omnia temporalia perdere, qđ mortaliter peccare: & qui ita nō stat in mortali pētiō est, quia nō plus diligit deum creatorem qđ seipsum & bona creata. Hinc ait scriptura: Noli querere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irumpere iniquitates, ne forte

1. Cor. 16
1. Cor. 10
Deut. 1
Exod. 18
Act. 17
Exod. 23
Iob. 19
Deut. 15
Prouer. 18
Iaco. 2
Deut. 1
Eccl. 7

forte expauescas a facie potētis. Nono requiritur, ne immoderate compatiātur alicui in iudicando, propter qđ Moyses loquitur: Pauperis non misereberis in iudicio: Non enim misere rendum est pauperibus in iudicio in præiudicium partis aduersę, neq; intarum ut derogetur ueritati & æquitati, ueruntamen iudices exhibere se debent pios egenis, desolatis miserabilibusq; personis, ut uiduis, orphanis & pupillis atq; pauperibus, audiendo & iudicādo causas eorum quantum saluo iure fieri potest. Ideo ait scriptura: In iudicādo esto illis quasi pater. Singulariter namq; iniquum est & crudele, opprimere tales. Ideo Salomon dicit: Nō facias calumniā pauperibus, neq; conteras egenum in porta. Per portam autem intelligitur locus iudicij, quia in urbium portis iudices sedere antiquitus ad iudicandū solebāt, ut facilius inuenirentur ac haberentur ab omnibus. De immisericordibus & iniustis quoq; iudicibus deus per Isaiam prophetam conquerens ait: Pupillo non iudicant, & causa uiduę non ingreditur ad eos. Decimo oportet ut auaritiā detestent & munera spernant, quę ad modum Moyses loquitur: Non accipies munera quę excæcant etiā prudentes & subuertunt uerba iustorū. In Ecclesiastico etiam loquitur: Enceniā & dona excæcant oculos iudicū, & quasi frenū in ore auertunt correptiones eorū. Hinc de auaris impijsq; iudicibus asserit Isaias ppheta: Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Refert sc̄tus bernardus de quodā iudice iusto ac magno, qđ equū accepit a quodā uiro diuite: Cumq; post paucos dies diues ille uenisset ad iudicem illum pro subuentione in causa sua, iudex respondit: Ne sciebam te causam habere apud me. Ecce equus tuus in stabulo stat, uade & recipi illi. Vnde de Tullio scripsit: Quō poteris alijs iuste dominari aut iudicare, qui proprijs cupiditatibus non dominatur: Vnde decimo oportet, ut nullas recipiant preces in præiudicij alterius partis aut æquitatis. Duodecimo exigitur, ut carnalē & inordinatū amorē ac odiū penitus deserant, qm̄ talis amor & odium peruertunt iudiciū: Propterea Cicero dixit: Exiit personā iudicis qui induit personam amici aut inimici. Hinc Aristoteles protestatur, qđ homo nō est bonus iudex sui ipsius, quia nimis amat semetipsum: nec etiam hostis sui, qm̄ odit eum. Veruntamen intelligendū est hoc de homine imperfecto: siquidē homo in uirtutibus perfectus seipsum spiritali diligēs amore & dono sapiētie illustratus, optime iudicat de seipso, nec carnali & inordinato excæcatur amore, nec odio alicuius, imō inimicos suos ueraciter diligit, & bona pro malis repēdit. Deniq; legitur qđ Cambyses rex Persarū unum iudicium suorū fecit uiuum excoriari, quoniā iudex ille quendam ex odio condēnauit: Cutem quoq; iudicis excoriati iussit sedi iudiciarię supponi, filiūq; excoriati in ea sedere, ut pēniā patris sui iugiter recordaretur, nec aliquem iudicare iniuste. Itaq; grauissime peccant qui ex irā, impatientia, indignatione aut displicentia peruertūt iudicium atq; iniustā ultionem exercent: hoc namq; est contra dei præceptum, contra fraternā charitatem, & contra iustitiā: ideo est enorme ac mortale pētiō. Iudices quippe rationem sequi tenentur, non animositate aut impatientię motum. Tertio decimo exigitur, ut uera decorentur prudentia & sufficienti iurium suorū scientia, quatenus in iudicando sapienter ac discrete procedant. Postremo iudicibus est cauendum, ne ex his quę audiunt ad iram, impatientiam aut inuidentiā prouocentur, sicq; ex impetu passionis ferant sententiā: sed corde tranquillo, maturo ac timorato est proferendum iudicium: ira autē & impatientia faciunt hominem stulto confidentem, propter qđ Salomon exhortatur: Ne sis uelox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit, & rursus affirmat: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiā suā. Ideo Iacobus ait apostolus: Sit omnis homo tardus ad iram, quoniam ira uiri iustitiā dei non operatur: Vnde mansuetudo omni prælato ac iudiciali de necessaria est.

Articulus X. Quod iudices teneantur frustratorias dilaciones & tædiosas ac non necessarias moras prescinde ac uitare.

Naturale ius est, ut unusquisq; faciat alteri qđ sibi rationabiliter uult fieri: nec alteri faciat, qđ sibi nō fieri optat: ideo in euāgelio docet accipere Christus: Quęcūq; uultis ut faciat uobis hoies, hæc eadem facite illis. Et iustus ille Tobias dixerunt: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne aliquādo alijs facias. Ad obseruantia aut iuris naturalis omnes maxime obligant: Hinc ait sc̄tus Gregorius papa: Ita nos habere debemus ad subditos nostros, sicut uellemus illos se habere ad nos, si ipsi nobis præessent. Scabi igitur ac iudices cæteri ita tenentur causas sibi propositas expedire, qualiter uellēt proprias causas expediri ab alijs, si illi ipsorū iudices essent. Peccant ergo cōtra ius naturale dū ita non agunt, sed protractiones non necessarias inserunt & innectunt. Insuper sic agendo peccant

Exod. 23
Eccl. 4
Prouer. 23
Isa. 1
Exod. 23
Eccl. 20
Isa. 1
Cicero
Eccl. 3
Prouer. 14
Iaco. 1
Mat. 7
Luc. 6
Tob. 4

peccant contra ius posituum tam canonicum q̄ civile: Etenim Bonifacius papa affirmat
 Cordinobis est, lites minuere. hoc est, causas expedire, atq; negotijs celerem terminū, quan-
 tum rationabiliter fieri potest, imponere: & ad hoc probandum possent quamplurimā au-
 toritates utriusq; iuris adijci. Ita quoq; dilatio est cōtra sanctōꝝ patrum doctrinam: Nam
 sanctus Bernardus in libro de Consideratione ad Eugenium papam dilationes istas uehe-
 menter uituperat: Sunt enim in grauamen & damnum, in laborē ac tēdium pauperē: seu etiā
 alioꝝ potissime innocentium & iustōꝝ. Præterea regula est apud omnes theologos ac iu-
 ristas, q̄ quicumq; infert alicui damnum iniuste, tenetur ei ad restitutionem: & frequenter
 non sufficit restituere simpliciter quod iniuste ablatum est, sed necessariū est ad salutem etiā
 satisfacere pro damno q̄ alter perpeffus est, carendo re sua: quam si habuisset, lucrum cum
 ea fecisset. Certūq; est, q̄ non solum infertur alicui damnū iniuste per hoc q̄ res sua sibi ab-
 strahitur, sicut in rapina & furto, sed per hoc q̄ debita sua sibi tempore præfixo nō perfol-
 uuntur, seu ea quæ ad ipsum de iure pertinent, sibi non ad iudicātur tempore debito, secun-
 dum formam atq; tenorem iuris naturalis atq; positui ab his quibus ex officio iudicare in-
 cumbit. Iudices ergo qui per dilationes & protractiones irrationabiles & iniustas, hoc est
 non necessarias sed frustratorias & uenatorias sunt alijs causa dāni, ad restitutionem dāni,
 eis coram deo tenentur, & ultra hoc grauiter peccant, alijs grauamen, tristitiam, rēdium &
 laborē irrationabiliter inducendo, imō iustū cōtristare iniuste, tam graue est p̄c̄m, ut deus
 in Ezechielē propheta enumeret hoc inter idololatriam, homicidium, uiolationē propriæ
 fororis ac similia scelera maxima. Postremo iudiciaria potestas superiorē ordinatur ad bon-
 num commune reipublice, scilicet ad mutuam amicitiam, pacem & utilitatem plebis ac ci-
 uium. Iudices igitur & rectores sua potestate iudiciali uti tenentur secundū q̄ expedit pro
 mutua amicitia, pace utilitateq; populi. Sed ex præfata dilatio oriuntur auersiones & di-
 splicitiæ, turbationes & damna in plebe, iccirco omnino uitanda est. Si autem (q̄ absq; sca-
 bini seu iudices dilationes inducerent ex mala radice, uidelicet non solū ex negligētia, dur-
 batione seu ignorantia iuris, sed ex ultionis affectu, ex impatentia, in uidentia aut dispi-
 centia alicuius, tunc esset ineffabiliter enorme ac mortale peccatum, subuersio iuris atque
 abusus iudiciariæ potestatis, & contra charitatem fraternā. Iudices ergo causas sibi propo-
 sitas, præsertim causas pauperum & religiosarum ac miserabilium personarū, celerius quo
 congruenter queunt, expediant: Ideo nāq; per Moysen deus præcepit populo Israēl: Iu-
 dices constitues in portis urbium tuarū, quatenus omnes causam habentes promptissime
 iudices inuenient celeremq; expeditionem acquirere. Salomon quoque ait: Vidisti ho-
 minē uelocem in opere suo: coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles. Iudices ergo ius-
 te atq; uelociter q̄ iustum est prosequentes, digni sunt coram regibus & principibus ap-
 parere, imō summo iudici deo altissimo certum est eos placere: & sicut iuxta Apostolum,
 Hilarem datorem diligit deus: Ita & celerem debiti solutorem ac iuris executorem uelo-
 cem, diligit altissimus. Qui autem in iudicando causas subditorum sua odia uel gratiam se-
 quuntur, iniuste indigneq; iudicant, ut ait Gregorius.

Ezech. 22

Deu. 16

Prouer. 22

1 Cor. 9

Articulus XI. Quod illi qui in magnis peccatis sunt, indigni sunt iudicare eos,
 qui in ijsdem aut in minoribus sunt peccatis.

O rdo charitatis atq; iustitiæ exigit, ut qui aliū uult purgare, iudicare aut castiga-
 re, primo purget, iudicet ac castiget se ipsum quia post deum homo tenet maxi-
 me diligere semetipsum. Indignus quoq; est esse publicus minister iustitiæ, & se-
 dere in solio æquitatis ac iuris executor existere, qui per uitā uitiosam quotidie
 iustitiam uiolat, leges diuinas transgreditur, & contra naturale ac posituum ius agit: talis
 autem est omnis homo qui præcepta dei & ecclesiæ non obseruat, qui alijs facit quæ sibi
 fieri non uult. Hinc sancti patres Ambrosius atq; Chrysostomus dicūt, q̄ illi qui sunt in ma-
 gnis seu mortalibus uitijs, indigni sunt iudicare illos qui in ijsdē aut minoribus culpis sunt:
 si iudicent illos, præsumptuose faciunt, atq; se ipsos maiori damnationi reddunt obnox-
 ios: Nam ut ait Apostolus: In quo alios iudicant, se ipsos condemnant, eadem enim faciunt.
 Ideo rursus dicit Apostolus: Qui alium iudicas, te ipsum non iudicas. Itaq; si iudices essent
 adulteri aut concubinarij, aut similibus magnis sceleribus inquinati, non liceret eis aliq̄
 iudicare seu condemnare pro furto, cum adulterium & usura ac concubinatus consuetudi-
 nalis sint multo grauiora p̄c̄a q̄ furto: quāuis secundum humanas leges minus puniant
 quā furtum: & ista ut sanctus Thomas scribit potissime uera sunt quando p̄c̄a iudicij pu-
 blica sunt: quia tunc scādalum oriretur si iudicarent: si uero occulta sūt, & iudicandi necessi-
 tas

Rom. 2

Eodem.

tas infert, possunt propter officium cum humilitate ac dei timore iudicare, dūmodo ex cor-
 de peniteant & emendationem firmam proponant. Ex his innorescit, q̄ periculosa atq; de-
 dānabilis sit uita iudicū & rectōꝝ: communitatis, qui in manifestis ac grauibus sunt pec-
 catis, ut sunt adulteri, usurarij, fornicatores, ebriosi & similes, qui profus indigni sunt præ-
 esse & iudicare, Nec in urbibus boni regiminis præesse sinuntur. Vnde de multis uirtuo-
 sis atq; prudentibus regibus ac principibus legitur, q̄ tales homines publice uitiosos ne-
 quaq; ad officia promouerunt, nec in suis reliquerūt officijs, nisi se protinus emēdassent.

Articulus XII. De uarijs causis ob quas iudices & rectores dare se debent ad
 conuersionem iustam, uirtuosam & exemplarem.

S aluator noster in euāgelio ait: Cui plus datum est, plus requiret ab eo. Itaq; iudices
 & rectores communitatū quanto sibi præ cæteris ciuibus plura atq; maiora dona
 à deo cognoscunt collata, id est maiorem prudentiā, nobilitatē, opulentia, potestatē
 & eminentiā, eo ad ampliorē perfectionem iustitiæ ac uirtutū tenentur: & quō plu-
 ra desuper bona sortiti sunt, eo plus obligantur deo esse subiecti & grati, hoc est, magis hu-
 miles, deuoti ac timorati. Præterea iudices & rectores tenentur ad uitā uirtuosam, nō solū
 in quantum sunt Christiani, sed in sup̄ ratione sui officij, q̄ sicut frequenter præfactum est,
 digne & absq; grandi periculo ac p̄c̄o exercere non ualent nisi uere iusti atq; prudentes:
 nec eadem nec maiora p̄c̄a cōmittant q̄ sunt quæ iudicant & condemnāt in alijs. Insuper
 in exordio huius tractatus ostensum est, q̄ ex prudentia, iustitiā & diligentia iudicū & rec-
 tōꝝ dependet pax, amicitia & prosperitas, uirtus & bonitas cōmunitatis: ex imprudētia
 uero iniustitia & negligentia iudicū & rectōꝝ sequuntur & oriuntur diuersa & grauiā ma-
 la & dāna ac uitia in re publica. Itaq; quāto maior fructus oritur ex uita uirtuosa ac iusto re-
 gimine iudicū ac rectōꝝ, tanto diligentius dare se debent ad conseruandū ac præsidēdū
 & iudicandū iuste & uirtuose: quanto etiā plura & maiora mala sequunt in cōmunitate ex
 eorū uita & præfata iniustitia ac negligentia, rāto feruentius uitare debent omnē iniquitatē,
 negligentiam & indifferentiā. Amplius ad idem induci debent ex consideratione ineffabi-
 lismagnitudinis, felicitatis & glorię quā à deo suscipient, si uirtuose & iuste se habeat: itēq;
 ex consideratione inestimabilis dānationis & pœnæ infernalis quā acquirunt si iniuste ui-
 uerint. Cū enī bene se habendo sint causa multiplicis boni in cōmunitate, atq; ini-
 iuste se habendo sint causa multiplicis mali in ea, constat q̄ pro omni bono q̄ in cōmunitate
 ex eis fit, premiabunt à deo: & pro omni malo quod ex ipsoꝝ iniustitia & negligentia, p̄ue-
 nit populo, punient. Deniq; ad uitā timoratā ac uirtuosam inducere debent iudices & recto-
 res consideratio metūgni ac districtissimi iudicij dei quod imminet eis, quæ admodū scri-
 ptum est in libro Sapiētia: Audite & intelligite iudices terræ, quoniā data est uobis à deo
 potestas, qui interrogabit opera uestra & cogitationes uestras scrutabit: quoniā cū essetis
 ministri regni illius, non recte iudicastis neq; custodistis legem iustitiæ, neq; secundū uolū-
 tatem dei ambulastis. Horrē de inde & cito apparebit uobis, quoniam iudicium durissimū
 in his qui præfunt, fiet. Iudices ergo & rectores quotidie profunde aduertant, quia in bre-
 uis oportebit eos præfentari ante tribunal regis ac iudicis summi, & iudicari ab eo de omni
 iudicio q̄ iudicauerunt in mūdo: & quid faciet iudex ille altissimus de iniustis iudicijs qui
 ipsas quoq; iustitias iudicabit, q̄ male iudicata re iudicabit & nil indifensum relinquet: Po-
 stremo quamuis quilibet Christianus teneatur proximis suis bonum exhibere exemplum
 & uitare ne aliquem scandalizet, unde curare debet ut bonæ sit famē, non ob propriam lau-
 dem sed ad gloriā dei, ædificationēq; proximi, quatenus deus in seruis laudetur suis & glo-
 rificetur. Iudices tamen & rectores ac omnes qui præfunt tenentur præcipue exemplares
 existere & scandala uitare: Dum etenim superiores impie uiuunt, inferiores securius pec-
 cāt, imō culpa in imitationem uehementer trahitur, quando transgressor propter potestā-
 tem suæ officij dignitatem honoratur (ut ait Gregorius) Enormiter ergo peccāt in officijs
 constituti, quia grauiā peccata committunt, cum asserat Augustinus: Qui in conspectu po-
 puli male uiuit quantum in ipso est, eos à quibus attenditur, occidit: imō tot mortibus, tot
 æternis damnationibus dignus est, quantis exempla perditionis ostendit ac præbet. Hinc
 ait Saluator: Væ homini illi per quē scandalū uenit. Et iterum: Qui scandalizauerit unum
 ex his pusillis qui in me credūt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-
 mergatur in profundum maris. Quanta ergo damnatio erit eis qui totam communitatem
 scandalizant.

Luc. 11

Sap. 8

Mat. 18
Luc. 17
Eodem.

Articulus XIII. De aliquibus documētis ad iudices ac rectores reipublicæ p̄tinētib.

Luc. 22

LEx Christi est lex totius charitatis ac pietatis. Ideo Christiani iudices & rectores, quamuis interdum propter bonum commune teneatur circa maleficos rigorem iustitiae obseruare, hoc tamen facere debent non ex crudelitate, sed ex charitate sincera & zelo iustitiae, ut iniqui in hoc seculo pro suis excessibus puniantur, sicq; purgentur, ne aeternaliter condemnentur. Iudices itaq; & rectores in reorum cruciatibus delectari non debent, sed potius condolere: possunt tamen gaudere de obseruatione iustitiae, & q; paci cõmunitatis prouideretur, & impietati finis imponitur. Præterea cū omnes prælationes, dignitates, principatus atq; officia Christianæ religionis sint quædam obsequia in bonum subditoꝝ ordinata, & ad cõmunitatis utilitatem non ad propria commoda præfidentium referenda, iccirco iudices & rectores politia superbiere non debent, nec sibiipsis inaniter complacere, aut ceteros aspernari, sed seruos ceteroꝝ se reputare, præsertim cum summus omnium Christianoꝝ pater, prælati, rector & iudex uidelicet dñs papa, seruū seruorum Christi se scribat ac nuncupet, imò quia prædictum est, q; iudicibus atq; rectoribus districtius iudicium instat q; alijs, & q; quanto pluribus præsumt, tanto maioribus periculis exponuntur & onere grauiori premuntur, atq; ad maiorem perfectionem uirtutum & plenioꝝ obseruationem iustitiae obligantur. Hinc præ cæteris hominibus debent esse timorati ac humiles, custoditi & coram deo solliciti ac deuoti, & sicut uolunt sua præcepta à subditis obseruari, sic q; multo plus debent ipsi præcepta dei & ecclesie adimplere, tempus suum fructuose expendere, diuina officia frequerare, nec solum uanam missam au dire, sed etiam quatum bono modo possunt matutinas ac uesperas & cæteras horas dum uacat eis deuote quotidie uisitare, & nequaquam potationibus & confabulationibus uanis ac uitiosis insisterent: qui enim hoc faciunt, innumerabilia uitia incidunt: nec diu uitare possunt pccã mortalia, qui non sunt solliciti uenialia uitare pccã. Postremo concubinã habere prorū dñabibile est, & quælibet incontinentia exca catiua ac induratiua est cordis humani, potissime aut adulterium grauissimum est peccatū multipliciter q; mortale: in ipso namq; est fractio uoti, id est uolatio fidelitatis quam coniugati sibi inuicem promiserunt, uidelicet ad aliam non accedere personam: fractio autem uoti secundum doctores, est grauius pccã q; periurium: sicq; adulter est peior periuro. In adulterio quoq; est sacrilegium, id est abusus rei sacrae: cum enim matrimoniu sit sacramentum ecclesie, matrimonium contrahentes consecrantur ac benedicuntur, & sic corpora eorum ad uirtutum opera deputantur & ordinantur, ut scilicet unus alteri debitum reddat, & ad hoc inuicem se cognoscant ut prolem acquirat educandam ad cultum dei, in qua prole fides & obsequium Christi augeantur. Dum ergo uir aut uxor alteri commiscetur, corpore suo abutitur, & sacrilegium crimen illabatur. Insuper in adulterio est furtum & rapina, quia ut ait Apostolus: Vir corporis sui potestatem nõ habet, sed mulier, & e contrario: Dum ergo uir alteri commiscetur, subtrahit coniugi suæ q; ei debetur: & si facit hoc clam, furtum est: si palam & uxore inuita, rapina est. Ex his elucefcit q; enorme quãq; multipliciter mortale crimẽ sit adulterium. Præterea actum est q; magnū peccatum sit alium iniuste contristare ac scandalizare: Per hoc aut q; uir uxori suæ fidem non seruat, ualde eam contristat & occasionem adulterandi præbet eidem: iccirco enormiter peccat, potissime si eam omnino expellat, causa fornicationis excepta, ob quã tamen nõ licet marito adultero uxorem pellere, cum ipse in eodem sit crimine. Deniq; in coniugatis debet esse continentia coniugalis, ut temperate inuicem se utantur, uidelicet causa reddendi debitum uel amore prolis ad dei obsequium educandæ, & tunc actus ille coniugalis nõ est pccã. Vel causa uitandi fornicationem, & si fiat causa fornicationis uitandæ in conthorali non est pccã: Si uero fiat causa fornicationis uitandæ in seipso, dicunt aliqui q; sit ueniale pccã. Porro, si uir cognoscat uxorem ex concupiscentia prædominãte, idq; tam magna, q; eam cognosceret quãuis non esset uxor sua, est mortale pccã quia nõ maritali, sed adulterio affectu eam accedit. Vnde ait sanctus Hieronymus, q; omnis amator feruentior, est adulter: & idem est, si uxor ex concupiscentia prædominãte iugatur marito. Si autem coniugati cognoscat se ex concupiscentia non prædominãte, sed infra limites matrimonij stant, ita quod non cognoscerent se nisi matrimonialiter essent iuncti, tunc est ueniale pccã. Hæc nunc breuiter tango, quia in alijs opusculis plenius ea scripsi. Postremò ad correptionem fraternam omnes Christiani tenentur, in quantum ad correptionem delinquentis est actus charitatis: Iudices aut & rectores ultra hoc tenentur ad delinquentium correptionem, in quantum correptio ista est actus iustitiae: iccirco dum uident aut sciunt aliquem excedentem & contra bonum cõmune agentem, seu alijs iniuriantẽ, debent eum corripere: filios quoq;

Sap. 6

Mich. 6

1. Cor. 7

suos & filias debent educare & in bonis moribus formare, atq; dum peccat corripere: sed q; familiam & operarios corripere obligatur, dum in uerbis aut factis excedunt, cum asserat Augustinus: Si neglexeris corripere, peior efficeris illo qui peccauit. Er ut homo fit dignus corripere alios, debet in primis corripere ac emẽdare seipsum. Porro ut Tullius protestatur: In uindicando seu corrigẽdo hæc tua lex secuta est, quæ princeps quoq; & iudex sequi debet, ut aut eum quem punit emendet, ut pœna eius cæteros meliores reddat: aut ut malis sublati, cæteri securius uiuant.

Articulus XIII. Qualiter sit consulendum.

Adiudices & rectores cõmunitatis præcipue pertinet consulere, id est, inter se ingredi & cõferre qd expediat agere, & quid uitandũ sit, alijs quoq; dare cõsiliũ .i. insinuare quid eis expediat. Ad hoc ergo q; aliquis sit bonus consiliarius, Præcipue oportet q; sit prudẽs & bene consideratiuus, multumq; prodest experientia: In cõsilijs namq; oportet uniuersa cõsiderare, & pro utraq; parte motiua adducere, & quæ maioris sunt ponderis bene attendere, atq; futura pericula præcauere, & quæ accidere ualent præuidere. Omnibus quoq; hinc inde pensatis, id q; certius & facilius atq; utilius est eligere, diffinire, agere aut uitare. Cum ergo omnia ista in consulendo sint attendenda & peragenda, teste Aristoteles dixit, q; oportet diu consultare, uidelicet cū maturitate & bona deliberatione, sed bene cõsultata uelociter exequi. Hinc præcipatio & nimia festinatio contrariatur consilio. Secũdo ad hoc q; aliq; sit bonus consiliarius, oportet q; sit iustus, ita q; non querat inaniter alicui cõplacere, nec sit adulator, nec cupiat sapiens apparere uel reputari, sed quærat bonũ commune, nec aliud q; ueritatem & æquitatẽ intendat. Oportet ergo ut consiliarij ciuitatũ sint uiri constantes, non leues, & potius cupiat bonũ cõmune q; propria cõmoda, nec ex aliqua cupiditate, rãcore aut inordinato amore à ueritate & æq; te declinet. Præterea in consulẽdo oia ordinate sunt faciendã, ut unusquisq; consiliarioꝝ suo loco & tempore libere & mature loquatur: Diligenter quoq; patienter atq; pacifice audiatur: nec aliquis suũ sentire pertinaciter defendere debet, sed q; maiori ac saniore parte consiliarioꝝ rectius utiliusq; uidetur, tenẽdum est. Cũ itaq; in consulendo indigeat homo multiplici & acuta consideratione, ualde uitandæ sunt tempore consilij ira & impatientia, clamor confusus & omnis turbatio, quia per hæc ratio exæcatur, consideratio impeditur, discordia generatur utilitasq; consilij tollitur, & bonum reipublicæ periclitatur: hinc mansuetudo cõsiliarijs necessaria est. Insuper ut Aristoteles docet, Moderatus timor facit hominem bene consiliatiuum, quoniam timor sollicitudinem ac diligentiam gignit: diligen tia autem prouidentiam causat, & facit hominem multa uitare pericula, sicq; coadiuuat ad consulendum idoneum. Præterea quã utilissimi ac saluberrimi sint cõmunitatibus, consiliarij boni, sacra scriptura copiosissime contestatur: Salomon enim effatur: Erit salus, ubi multa consilia sunt: dissipantur cogitationes, ubi non est consilium: ubi uero sunt plures cõsiliarij, confirmantur. In Ecclesiastico quoq; scriptum est: sili mi, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Hinc Tobias dixit ad filium suum: Cõsiliu semper à sapiente perquire. Nam ut Salomon loquitur: Consilia impiorum sunt fraudulẽta. Postremò, prudentia siue cõsiliu plus ualeat & expedit urbibus quã fortitudo & apparatus armorum, quemadmodum Salomon ait: Ciuitas parua & uiri pauci in ea, uenit contra eam rex magnus & uallauit eam, inuentusq; est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit eam per sapientiam suam: & dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine. Ideo rursus in libro sapientie scriptum est: Melior est sapientia quã uires, & uir prudens magis quã fortis: unde de Romanis in libro Machabæorum habetur, quod obtinuerunt omnia loca consilio suo. Tullius quoq; affirmat, parua foris sunt arma, nisi consilium domi sit: Seneca asserit, melius uincit homo consilio quã iracundia.

Articulus XV. De aliquibus documentis magistri Henrici de Hassia, pertinentibus ad bonum regimen ciuitatum.

Doctor ille præcipuus ac uirtuosus magister Henricus de Hassia, ad instantiã cõsulũ & rectorũ ac ciuũ ciuitatis Viẽnensis tractatũ de cõtractatibus cõpilauit, in quo plura inseruit documẽta ad regimen urbũ ualde utilia, inter cætera dicẽs, q; una causa caritatis siue penuriae in politijs est, ex impropositio cursu naturæ, q; deus immittit famem seu reũ caritatis in pœnã uitioꝝ populi, terræ seu cõmunitatis: & ista caritatis patienter est toleranda tanq; dei flagellũ, atq; per poenitentia placidus est deus. Aliq; causæ caritatis sunt, desideriu diuitiarũ, amor carnaliũ deliciaũ, & appetitus honoꝝ: ac otio-

Quæ regant ad hoc, q; aliq; sit bonus consiliarius

Prover. 24. Prover. 15

Eccles. 32. Tob. 4. Prover. 12

Eccles. 9

Sap. 6

1. Mach. 8

fitas plutimos. Ex desiderio namq; diuitiarum contingit, q; aliqui de bonis utilibus tanta accu- mulant ac reponunt, q; caeteri ex hoc patiuntur defectum: Multitudo quoq; uoluptuosorum ac superborum multa inutiliter ac immoderate consumptionem facit in communitate esse pau- citatem rerum uenialium, sicq; in ducit caritatem. Item ex multitudine otiosorum & impediti- one eorum quae res de loco ad locum deferre solent: & ex bellis atq; ex paucitate ac pertur- batione laborantium in rure contingere potest caristia. Veruntamen ubi & quando modo praefato contingit caristia, praesides & rectores ciuitatum succurrere possunt ac debent co- munitati uarijs modis, ut puta pretium rationale secundum exigentiam rerum quae ha- bentur, taxando fraudes mensurarum ac ponderum: puniendo diuites auaros ad uendendum superflua compellendo: mercatores ad abundantes regiones mittendo: abductores res de ciuitate uel regione prohibendo, imo diuitibus ne abductoribus uendant, iubendo: Insuper inu- tiles de ciuitate, si congrue fieri potest, eijciendo, otiosos ad labores utiles compellendo, ui- ctuq; necessarios coexercendo. Hinc potest perpendi, q; uerse ac impie agunt ciuitatum recto- res, qui tempore caristiae non procurant ut necessaria uita adducant aliunde, imo prohibent ea adduci, ut sua ad libitum possint carius uendere. Quis horum impiissimam auaritia & iniquitate ualeat estimare, qui indigentes quos toto posse releuare tenentur, indigentiores efficiunt: & ut seipsum superflue ditent, egenos ad extrema perducunt inopiam? Isti non praesunt ut bonum commune procurent, sed ut proprium bonum nequiter cum aliorum incommodo miserabiliter defectu accumulent. Penitent ergo cur homines in urbibus sub caeteris rectoribus communitatis congregent: nonne iccirco ut quilibet ciuium per diligentiam rectorum sufficientiam secundum suum statum de uita necessarios habeat, pace gaudeat, felicius uiuat? Quid namq; est politice gu- bernare nisi populum ad haec obtinenda & conseruanda dirigere? Vnde quita non regit ac praesunt, non merent dici reipublicae directores ac politicae retores, sed destructores: quos auaritia & iniustitia frequenter parit seditiones & insurrectiones populi contra ipsos. Au- diant haec impij quidam qui praesunt ut sibi provideant, qui non curant quid alij patiant, di- modo ipsi ditentur: qui sumptis muneribus, permittunt unumquemq; uendere q; care uult: q; pauperes permittunt iniquis grauari contractibus: qui fraudes mensurarum ponderumq; non puniunt: qui quoslibet auaros ac diuites necessaria uita claudere sinunt: qui statuta li- bi, non communitati utilia faciunt: qui iuxta exigentiam defectus uel abundantiae aut me- dio critatis rerum utilium, pretium rationale rebus uenialibus non imponunt: Qui non student omni industria provideere necessitatibus populi praesentibus ac futuris. Istis atq; se- milibus modis fieri solet siue augeri caristia seu fames per eos, quorum prouidentia, communis indigentia reuelari debet: quo reuera nihil detestabilius danabiliusq; consistit. Itaq; ciui- tatum praesidentes, nec propter munera, nec ex negligentia aut imperitia permittant pro- arbitrio aut cupiditate ementium atq; uenditium crescere & decrecere pretium rerum uena- lium, neq; quantificet illud ad propriam utilitatem sed communitatis. Insuper doctor iste multipliciter probat & asserit, q; emptio & uenditio reddituum ad uitam ciuitatibus & reipub- licae plurimum obest: quia, ut ait, licentia generalis emendi redditus ad tempus, otiosos q; reipub- licae inutiles extant, multiplicat pauperes grauatur, haereditates onerat & tandem alienatur auaritia quoq; ampliat, & pecuniarum facit caritiam, dum multi colligunt eam ut redditus ement ad uitam. Ideo communitatum rectores non debent sine causa multum rationabili uendere redditus tales, praesertim quia qui soluunt huiusmodi redditus, cupere solent mortem eorum quibus eos annuatim persoluunt, & gloriari dum illos obisse cognoscunt, q; est enorme & ualde mortale peccatum: quoniam unusquisq; tenetur multo plus proximum suum & uita ipsius diligere, q; omnia ista exteriora temporalia & terrena. Iudices ergo & rectores urbium nequaquam cupiant mortem illorum quibus tenentur, nec agnita illorum morte intimoratae- laentur, exclamant aut rideant, sed orent pro illis, nihilominus gaudere possunt modeste de releuamine suo aut communitatis.

Articulus XVI. Qualiter Iudaei permittendi sunt habitare inter Christianos.

Doctor praefatus in tractatu praellegato multa conscribit de cohabitatione Iu- daeorum inter Christianos, inter caetera dicens: Quando Iudaei propter scelera sua de- propria regioe expellebant, atq; in uniuersis gentium regionibus uidebant, in nul- lo populo tantam pietatem & humanitatem experiant, sicut in populo Christianos Iudaei namq; olim a gentilibus principibus tenebant captiui, grauioribus subdebantur ac fa- tigabantur laboribus q; alij homines, & nullatenus permittebant uiuere otioso ex usuris, ut nunc a quibusdam Christianorum principibus seu rectoribus male consulti uiuere permittunt. Nec olim seruasse ad

Quo pacto sit caristia succur- tendum

In malos praes- fides

Reddituum em- priones noxig- rebuspab,

adhuc in populo Christiano terrenorum contemptu, sic tenebantur: Sed ex auaritia Chri- stianorum praesidentium modus iste processit: & quoniam homines cupiunt uiuere otio- se, absq; labore omnibus necessarijs abundare, iccirco Iudaei in quibusdam Christianorum urbibus ultra modum multiplicati sunt, Christianorum bonis impinguati atq; ditati. Ve- ritatem populis Christianis electus perfecte charitatis ac pietatis, ob uarias causas per- misit sibi cohabitare Iudaeis: Primo, propter conuersionem ipsorum. Secundo, propter re- uerentiam Christi memoriam & fidei confirmationem: dum enim a Christianis quotidie inspicuntur Iudaei, qui ideo dispersi sunt, quoniam Christum occiderunt, Christiani robo- rantur in fide. Tertio, ut certissime constet sacras scripturas populo Israelitico olim traditas, integre a Christianis haberi. Quarto, propter reuerentiam patriarcharum ac prophetarum. Quinto, quia (ut ait Saluator) salus ex Iudaeis est. Christus namq; & sancti apostoli ex semine Iudaeorum sunt nati. Sexto, propter adimpletionem praecipii charitatis, q; Christianus po- pulus implet dum aduersarios suos Iudaeos sibi cohabitare permittit: tamen permittantur cohabitare per modum quo non fiat peiores, & qui liceat Christianis. Deniq; tribus modis Iudaei a Christianis teneri conseruati, uidelicet in statu laboratorum tantum, & in statu usurariorum tantum, & in statu ex utroq; permixto. Primus modus conuenientissimus est: quia si Iudaei laborarent in agris, syluis ac aquis & caeteris mechanicis operibus, facilius co- uerterentur, uexatione intellectum eis praestante: & conuersi de suis laboribus ac bonis prio- ribus licite sustentarentur a Christianis quoq; plus amarentur, eo q; cum eis ferrent onus la- borum ac reipublicae deseruirent, essentq; ciuiliores: nec sic plerumq; a furente contra eos populo Christiano occiderentur, nec tantum peccarent: quia ex otio uaria oriuntur pecca- ta. Vnde secundus modus quo Iudaei inter Christianos uiuunt, est pessimus, & saluti Iudaeo- rum summe contrarius, & Christianis praesidentibus ualde periculosus, qui ex auaritia propter pecuniam tenent & fouent Iudaeos in statu illo usurariorum damnabili. Nam ex quo Iudaei in laboribus hominum non sunt, nec cum hominibus flagellantur. Ideo sicut ait propheta: Teneat eos superbia, operati sunt iniquitate & impietate sua, & prodit quasi ex adi- pe iniquitas illorum. Atq; ex isto modo uiuendi in otio ex usuris quotidie plus & plus elo- gantur a uera salute & in dispositiones fiunt ad conuersionem. Cum enim assueti sint uiuere delicate, & non habeant nisi bona iniusta, id est, per usuram adempta, quae oia oportet eos de- ferere dum conuertuntur, ideo conuerti abhorrent. Ex his doctor praefatus concludit: Qui usurarios Iudaeos uel Christianos fouent aut defendunt propter lucrum, mortaliter pec- cant, & plurimis causa damnationis existunt. Postremo, in iure districte praecipitur, ut si- deles non sint serui aut ancillae Iudaeorum: estq; ualde dolendum, q; contra praecipitum hoc agit.

Articulus XVII. De obedientia ac reuerentia quas communitas superioribus suis tenetur.

Aristoteles ait, q; optimum in rebus est ordo. i. congrua habitudo ac ordinatio in- ter diuersa, praesertim inter superiores ac inferiores, ita ut superioribus inferior- res obediunt de bitamq; reuerentiam semper impendant, sicut unicuiq; superio- ri obediatur in licitis & honestis quantum ad illa, ad quae se eius iurisdicctio supe- rioritas ue extendit. Principi etenim terrae ut regi, duci aut comiti plus & in pluribus obe- diendum est, quam alicui ex officialibus eius. Principi quoq; militiae obediendum est ab his, quibus praesertim, in his quae ad res bellicas atq; ad suum officium pertinent. Similiter in dici- bus atq; rectoribus urbium obediendum est a ciuibus in his, quae ad illorum spectant offi- cium, ut sunt ea quae ad pacem & prosperitatem ciuium attinent. Vnicuiq; etiam patrifami- lias obediunt debent domestici eius, ut uxor, soboles & familia, prout ad singulos pertinet. Haec autem obedientia tam necessaria est, ut teste sancto Hieronymo, Nulla domus, nulla communitas sine ea diu aut bene subsistere possit. Siquidem ubi non est obedientia, non est con- cordia, sed discordia: uereq; dixit Salustius, q; sicut paruae res crescunt concordia, sic per di- scordia res maxime dilabuntur. Propter q; ait Saluator: Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur: simili ratione urbs in seipsam diuisa mox desolatur. Itaq; ut bene ac prospere stet in ciuitate, oportet ut domesticis obediatur patribus familias, & ciues iudicibus, magistratibus ac rectoribus suis: ipsiq; iudices & rectores simul cum communitate obediunt prin- cipi terrae, cui tota prouincia obediunt tenetur in his quae ad principis praesidentiam iurisdic- tionemq; pertinent. Etenim princeps terrae potissime obligatur respicere ad generalem pacem ac prosperitatem totius patriae suae, hostibus patriae resistendo, maleficos extirpando, ut unusquisq; in patria secure atq; indemniter ambulet. Vnde si princeps in his negligens

Cur Christiani Iudaeos sibi cohabitare per- mitterent

Iohan. 4

Mat. 23

Psal. 72

Mat. 23 Lucae 11

fuert, tenetur ad restitutionem his quæ in sua patria spoliantur, ut asserit sanctus Thomas: quoniam redditus principum sunt stipendia ad hoc instituta & assignata ac data, ut principes suam patriam ab incurfu hostili ac malefactoribus tueantur. Deinde, principes intendere habet ac obligatur bono communi cuiuslibet ciuitatis sibi subiectæ, & ut ciuitates domini sui inter se bene concordent sint: Iudices quoque & rectores omnesque officii iuste & prudenter sua exequenter officia, & ne impotentiores ac pauperes à potètiõibus impijs grauentur. Præterea quoniam populus Christianus non solum ciuili ac seculari, sed etiam spiritali & ecclesiastica regitur potestate, quæ tanto dignior atque sublimior est seculari potestate, quanto anima est nobilior corpore: ideo bonum commune ciuitatis ueraciter pax & prosperitas eius in hoc præfertim consistit, ut populus in cultu & honorificentia dei bene se habeat, diuina præcepta obseruet, pastoribus ac prælatis suis obediat, oblationes ac decimas fideliter prompte & deuote persoluat: In hoc quoque superiores debent se inferioribus exemplare præbere. Denique, seculari potestati esse obediedum, Chri's uerbo docuit & exemplo, dixit namque: Reddite quæ sunt cæsaris cæsari. Tributum quoque soluit pro se & pro apostolo Petro. Insuper Paulus apostolus iubet & ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, id est, omnis homo prælatis & principibus, iudicibus & rectoribus suis obediatur in his, in quibus sublimiores sunt & in quibus præcipere licite possunt: & potius ait Apostolus, Omnis anima, quam omnis homo: ad designandum quod non tantum corporis motu sed ueræ ex animo atque spontanea uoluntate obediendum sit, quod probat Apostolus dicens: Nō est enim potestas nisi à deo: quæ aut à deo sunt, ordinata sunt, id est sapienter & rationabiliter instituta: Itaque potestati resistit dei ordinationi resistit: hoc est, quod superior potestati prædentiali habenti obedire cōemnit quando non præcipit aliquid deo aut ueritati uel æquitati contrarium, nec terminos sue iurisdictionis transcendit, talis & rebellis est deo & dispositioni ac legi diuinæ. Qui autem resistunt superioribus suis ipsi sibi damnationem acquirunt: quia mortaliter peccant, & pœnam merentur æternam. Frequenter etiã in hac uita male accidit eis pro sua rebellionē, quæ ex superbia, impatientia ac discretione procedere solet, modo, quemadmodum optimum in communitate est uera obediētia, ita pessimum in ea existit rebellio. Amplius, quàm prompte ac reuerenter debeant Christiani suis principibus ac superioribus obedire, constat ex eo quod etiam gentiles suis principibus tam maxime obediunt. Legitur enim in Genesi, quod dum Pharaon rex Aegypti constituit castrissimum ac prouidissimum Ioseph præpositum super uniuersum regnum Aegypti, dixit ad eum: Absque tuo imperio nullus mouebit manum aut pedem in tota terra Aegypti, & rursum: Ad oris tui imperium cunctus obediet populus. Iubente quoque Pharaone circumductus est Ioseph, sedēs in curru per totam Aegyptum: & iuxta regis edictum, uniuersi Aegyptij coram Ioseph genu flectebant. Ex quibus ostenditur quàm uehementer obediunt Aegyptij non tantummodo suo regi, sed & officialibus suis. Legitur quoque in libro Hester, quod Assuerus rex præcepisset summo principi suo Aman, ut Mar dochæum fidelē Iudæum regalibus uestibus indueret, ac regio superponeret equo, ipsumque equum per ciuitatem deduceret atque clamaret: hoc honore dignus est, quemcumque rex uoluerit honorare: Audito præcepto Aman mox obediuit, nil contradicere audens, quamuis Mar dochæum uehementissime sperneret ac odiret. Insuper cum Ioab princeps militiæ regis David uicisset aduersarios David, nullus de exercitu Ioab audebat ire ad annuntiaandum regi David illum triumphum, nisi obtenta à Ioab licentia. Cum ergo lex Christi sit perfectissima, populus Christianus maxime obligatur suis superioribus obedire: superiores quoque debent se moderate, caute ac iuste habere in præcipiendo, nec absque rationabili causa multiplicare præcepta.

Articulus XVIII. De multis bonis quæ ciuitates consequuntur obediendo fideliter principibus & officiatis ac magistrati bus suis.

Quemadmodum decimonono libro de Ciuitate dei asserit Augustinus, optimū bonum in ciuitatibus pax est: nam & omnia bella tendunt ac ordinantur ad hoc, ut hostibus ciuitatis deuictis communitas uitam ducat pacificam: paci autem multo plus contrariatur dissensio siue rebellio contra proprium principem, quàm contra extraneos. Itaque ciuitates proprio principi obediendo merent, ut bene succedat eis in temporalibus ac spiritalibus bonis: Princeps namque qui uere & digne princeps uocatur, intendit ac nititur plebem suam à peccatis retrahere, ad uirtutes dirigere, ad pacem ac felicitatem perducere. Hinc ciues dum principi suo taliter se habent obediunt, quietem

quietem, pacem ac statum laudabilem sortiuntur, in temporalibus prosperantur, extraneis hostibus præualere merentur, & sua securius exercent officia. Multipliciter uero turbantur, sollicitantur ac metuunt dum ab ipso dissentiunt aut ei resistunt. Ideo Aristoteles loquitur, quod stultius atque iniquius agunt qui principis sui iusta aspernantur præcepta, quàm ægri qui medicorum uilipendunt consilia. Porro, si princeps irrationabilia aut iniusta præcipere, dicendum ei esse à subditis, quod beatissimus princeps apostolorum dixit principibus iudicibus: Obedire oportet magis deo quàm hominibus. Insuper, ira principis ualde uitanda est subditis, cū Salomon dicat: Sicut fremitus leonis, ita ira regis: & sicut ros super herbam, ita hilaritas eius. Et iterum ait: Sicut fremitus leonis, ita ira regis qui prouocat eum, peccat in animā suam. Indignatio regis, nunciū mortis, & uir sapiens placabit eum: quod Salomon ait de rege, de cæteris quoque principibus est intelligendum. Præterea, ira est appetitus uindictæ consurgens ex hoc, quod aliquis uidet aut percipit se aut pertinentia ad se ab aliquo uilipendi aut male tractari: ideo principes irascuntur, si eis aut pertinentias ad ipsos iruerentia aut iniuria irrogetur. Et quoniam omnes qui in principatu principis commorantur, sunt subditi ac ministri ipsius suæque gubernationi ac proximi commissi, ideo refacit principis quicunque forefacit alicui sub eius dominio habitanti: Subditi ergo cauere debent, ne suo forefaciant principem in propria eius persona uel in aliquo ad ipsum pertinentem. Postremo, fidelitas ad principem suum specialiter commendatur & multis exemplis laudatur. Cum enim rex quidam alium regem captum haberet, & die sequenti illum uellet occidere, unus militum regis uolentis illum occidere, qui miles antea seruus ac subditus natus regis illius capti fuerat, suum cupiens dominū liberare, stramenta lecti eius colligauit, & capiti ac humeris regis sui illius capti superposuit ea, percutiendoque illum cum baculo expulit eum extra palatium, quasi seruus suus fuisset. Nam & uestes serui sui induerat regem illum, & expellendo alloquebatur eum tanquam proprium seruum: ideo custodes portarum permiserunt regi illi transire, putantes quod militis seruus esset. Die sequenti cum rex ille qui alium habuit captum, inquisitione facta ueritatem huius facti cognosceret, interrogauit à consiliarijs atque nobilibus suis, qua morte puniendus esset miles & seruus suus, qui hostem suum sic dimiserunt. Cumque unus diceret, uiuos esse excorandos: alius comburendos, tertius decollandos. Rex iurauit, & dixit: Per summum deum, nulla morte, sed omni honore sunt digni, qui domino suo tam fideles fuerunt. Legitur quoque in uita Alexandri magni, quod dum unus militum Darij regis in bello ualde percussisset uulnera ferens Alexandrum regem, & milites Alexandri militem illum inuaderent, Alexander prohibuit eos, dixitque militi illi: Quis es tu d' strenue uir, & cur hoc fecisti? Respondit: seruus sum Darij regis: & ideo hoc feci, ut dominum meum facerem tuum uictorem, quo audito Alexander militem illum magnifice collaudauit, præposuitque eum suis militibus in exemplum, dicens: Talem fidelitatem decet omnem militem ac subditum exhibere suo principi: Hinc Alexander non permisit militem illum occidi, sed tenuit eum apud se & exaltauit: Cum enim princeps terræ sit publica persona, boni communis amator, procurator atque defensor præcipuus, unusquisque nobilium & officiatorum ac ministrorum ipsius cum tanta fidelitate debet principem suum diligere ac iuuare, ut pro defensione ipsius propriam uitam exponat, & mori paratus sit.

Articulus XIX. Quid agendum sit communitati, si princeps tyrannizet.

In libro de Regimine regum scribit sanctus Thomas: Curandum est si princeps in tyrannidem diuerteret, qualiter possit occurrere. Et quidem si non fuerit magnus excelsus tyrannidis, utilius est remissam tyrannidem tolerare ad tempus, quàm contra tyrannum consurgendo multis implicari periculis ipsa tyrannide grauioribus. Potest namque contingere, ut qui contra tyrannum agunt, præualere non possint: sicque prouocatus tyrannus magis desatiatur: Quod si præualere quis posset contra tyrannum, ex hoc frequenter proueniunt grauissimæ dissensiones in populo, siue dum in tyrannum insurgitur, siue post eius directionem, dum circa ordinationem principis multitudo populi separatur. Contingit quoque interdum, ut dum multitudo alicuius auxilio tyrannum expellit, ille auxiliator potestate accepta tyrannidem arripit, & timens pati ab alio quod ipse in alterum fecit, grauiori seruitute subditos opprimit: Sic enim in tyrannide grauior fieri solet posterior que præcedens. Unde in Syracusis morte Dionysij tyranni cunctis optantibus, uetula quædam quoti die exorauit, ut sanus & sibi superstes maneret: & interrogata à tyranno, cur hoc

fecerit, respondit: Cum grauem tyrannū haberemus, alium principem optauimus: quō in-
 terfecto, durior successit: sicq; dominationē eius finiri magnum putauimus: deinde te mo-
 lestiorem cepimus habere rectorem: uereor ergo q; te sublaro, deterior in locum tuum suc-
 ceder. Si autem sit intolerabilis excessus tyrannidis, quibusdam uisum est, ut ad uiros; for-
 tium uirtutem pertineat tyrannum occidere, & se pro liberatione populi periculum mortis
 exponere: sed hoc apostolicā doctrinā nō congruit: docet enim nos Petrus apostolus, nō
 solum bonis & modestis, sed etiā discipulis dñis reuenter subdi debere. Hęc est (inquit) em̄
 gratia, si propter conscientia dei sustineat quis tristitias, patiens iniuste. Vnde cū multi Ro-
 manorū imperatores persequerentur fideles tyrannice, magnaq; multitudo tam nobiliū q;
 populi Romani esset ad fidem conuersa, non resistunt illis tyrannis, sed de hoc q; morte
 pro Christo patienter tulerunt, laudantur. Vnde etiam in ueteri testamēto leguntur fuisse
 occisi qui Ioas regem Iuda, quāuis à cultu dei recedentem, interfece-
 rint. Effet quoq; multi-
 tudini & eius rectoribus periculosum, si propria præsumptione aliqui attentarent necem
 præsidentium, quāuis tyrannorum: plerunq; em̄ huiusmodi periculis magis exponunt se
 mali q; boni. Malis autē solet esse graue dominium, non minus principum inuictorum q; tyra-
 norum: quia secundum sententiam Salomonis, Dissipat impius rex sapiens. Ex huiusmodi
 ergo præsumptione magis immineret periculum reipublice: de amissione principis boni,
 q; remedium de subtractione tyranni: Ideo contra seuitiam tyrannorum non priuata præs-
 sumptione antiquorum, sed potius autoritate publica procedendum uidetur. Primo qui-
 dem, si ad ius multitudinis alicuius pertineat, sibi prouidere de principe, non iniuste ab ea-
 dem princeps institutus potest destitui uel refrenari eius potestas, si ea tyrannice abuta-
 tur: nec putanda est multitudo talis infideliter agere principem destituendo, etiam si eum
 perpetuum ei subiecit: quoniam ipse male regendo se promeruit, ut sibi pactum à subditis
 non seruetur. Sic Romani Tarquiniū regem suum eiecerunt. Sic quoque Domitianus
 Imperator ob suam tyrannidem à senatu occisus est. Si uero ad superiorem pertineat com-
 munitati de principe prouidere, expetendum est ab eo remedium contra tyrannum: quod
 si contra tyrannum haberi non posset humanum auxilium, recurrerendum esset ad regem
 omnium deum, qui est adiutor in opportunitatibus in tribulationibus: qui potest cōtyranni
 crudele in mansuetudinem uertere, & tyrannos reprobos potest per mortem auferre, &
 ad infimū gradū deicere. Sed ut hoc beneficium populus à deo consequi mereatur, debet
 à peccatis cessare, quia in ultionem peccati diuina permissione impij accipiunt principatū,
 dicente domino per Osee prophetam: Dabo tibi regem in furore meo. Et in libro Iob scri-
 bitur: Deus regnare facit hypocritā propter peccata populi. Cesset ergo culpa, ut cesset ty-
 rannorum seuitia. Hęc omnia scribit Thomas libro præfacto: quibus consonat quod in li-
 bro de Regimine principum scribit Aegidius de Roma, dicens: Si consideretur quanta bo-
 na eueniant urbibus ex hoc, q; principi suo obediunt, debent ei libenter obedire ac subdi,
 non solum si bonus uirtuosusq; fuerit, sed etiam aliquantulum tyrannizet: quā tolerabilior est
 tyrannizatio aliquantis q; malum q; ex inobedientia & resistentia cōtra principē orit. Verum
 tamē his obijci potest, q; Tullius in libris de Officijs laudat eos, qui Iulij cæsare occiderūt,
 eo q; sibi iura imperij quasi tyrānus usurpauit. Itē sctus Thomas in scripto suo super secur-
 dum librum Sententiarū commendat sententiam Iulij, dicens, q; Tullius loquitur in illo ca-
 su, quando aliquis dominū sibi per uolentia arripit nolentibus subditis uel ad consensum
 coactis, & quādo nō est recursus ad superiorē, p; quē iudiciū de inuatore fieri possit: tū em̄
 qui ppter liberationē patrie tyrannū occidit, laudat & pmissū accipit. Hęc sunt uerba Tho-
 mae: Ad hoc respondendū uidet, q; (ut idē sanctus Thomas affirmat) qui per uolentia domi-
 nū subripit, non efficit uerus dñs, nec platus, nec princeps: siccirco cū adest facultas, potest
 aliq; dominū tale repellere, nisi postmodū uerus dñs sit effectus, uel per cōsensum subdi-
 torū, uel p; superioris autoritate. Prædicta autē intelligēda sunt de tyrāno q; uere est princeps,
 quantū ad ius principandi qd stat cū malitia uitæ. Postremō inquiritur, qd agendū sit com-
 munitati, dum princeps eius intolerabiliter tyrannizet, & tamen ex natura seu heredi-
 taria successione sibi cōpetit principatus. Respondetur, q; in ecclesia dei est unus pontifex
 summus, uidelicet dñs papa, in quo est uirtusq; potestatis atq; dominij plenitudo & apex,
 hoc est tam spiritalis q; secularis potestatis: siccirco iurisdictionē & dispositionē habet su-
 per omnia regna & principatus fidelium, non solum in spiritalibus sed etiam in tempora-
 libus, dum rationalis causa requirit: Nam & imperatorē potest deponere, & reges, si uita
 eorū id mereatur, regnis suis priuare, eaq; dignis ac sufficientibus sicut quidam summi pō-
 tiffices

1 Pet. 2

4 Reg. 12

Prover. 10

Plal. 9

Osee. 13
Iob. 34

Obiectio

Responsio

tiffices fecisse legunt tradere. Hinc in Summis doctoy. habet, q; quādo uicq; princeps se cu-
 laris fuerit negligēs & inutilis circa regnū seu principatū atq; iustitiā, uel circa heresum ex-
 ticipationē, potest p; Papā depōi. Vñ Zacharias Papa depouit Ludouicū regē Frācorū, & in
 nocētiū III. Ottonē Imperatorē, & Innocētiū III. Fridericū Imperatorē. Cōitas ergo nō debet
 propria autoritate platu aut principē suū abijcere, sed potius ad pōtifficē summū recurrere, et
 ei causam in sinuare iudiciūq; committere. Rursus cū tota cōitas sub uno principe uiuēs sit q; q;
 suū corpus, ideo ciuitates eiusdē principatus debēt mutuo esse cōcederata: in bono atq;
 succurre mutuo, sicut in corpore naturali & humano unū membrū subuenit alteri. Idcir-
 co si princeps aut eius officiatū seu nobiles exercerent tyrannidē nimia, urbes abusui pote-
 statis deberent resistere, iura sua defendere, atq; oppressis aut opprimēdis succurrere: nec
 tū ob hoc deberent se à principe suo omnino auertere, nec cōtra eū inordinate procedere.

Articulus XX. De differentijs inter regem & tyrannum.

Aristoteles aliq; doctores inter regē & tyrannū distinguēs, per regē intelligit
 omnē principē iustū & piū. Per tyrannū uero, omnē principē impiū & crudelē.
 Hōr ergo prima differentia est, q; rex primo ac principaliter respicit, intendit &
 querit atq; pro posse suo procurat bonum commune totius populi sui, deinde
 querit propriū bonum tyrannus autē primo ac maxime intendit propriū bonum, uide-
 licet suas delicias, lucra & commoda, propriam libertatem atq; diuitias. Secunda differē-
 tia est, q; rex querit honestū, uidelicet opera uirtuosa honore digna, ut per ea ciues ac sub-
 ditos suos faciat uirtuosos: tyrannus uero querit pecuniam. Tercia differentia est, q; rex in
 suis actibus sequitur rationem, tyrannus autem sequitur uoluntatem & impetum irē, impa-
 tientie, animositatis aliarūq; affectionum sensualitatis. Porro, uoluntatem sequi tyranni-
 cum est, nisi uoluntas ratione regatur: ideo principum est, semper attendere an uoluntas re-
 tē rationi contorquet, aliās eam refrenent. Quarta differētia est, q; rex magis confidit pro-
 prio populo q; extraneis, & potius uult custodiri ab intraneis q; alienis: quia populo suo fuit
 charitatiuus, fidelis ac uirtuosus: tyrannus autem quoniam populo suo fuit molestus, odiosus
 atq; nociuus, magis confidit extraneis, & uult custodiri ab illis. Quinta differentia est, quia
 rex intendit subditos suos moderanter ditare, concordēs unanimesq; efficere ut inter se pa-
 cifice uiuant, & contra hostes ac impios sibi assistant: tyrannus uero studet subditos spolia-
 re & discordēs efficere, ne simul contra ipsum insurgant. Hinc per Isaiam prophetā de sty-
 rannicis dominatoribus loquitur: Quare atteritis populū meū, & facies paupē com-
 molitis, & rapina paupes: in domo uestra est? De quibus etiā per Michæā prophetā cōque-
 ritur: Comedunt carnem populi mei, & pellē eorū desuper excorauerunt. Vnde patet q; in
 quæ atq; uitandæ sint exactionēs irrationabiles & immoderate, præsertim ab egenis & cō-
 petentijs strictā habentibus. Sexta differentia est, quoniam rex & omnis iuste præsidēs angeli-
 cis potestatibus assimilatur, deo cooperat, diuinus efficitur æternaliterq; saluatur: tyrānus
 autē non solū bestijs, sed & dæmonibus conformatur, homines secū ad uitia & ad æternā da-
 mnationē trahendo, eosq; turbando, grauando, contristando, fallendo & depauperando:
 propter q; Salomon ait: Leo rugiens & ursus efuriens, princeps iniquus super populū pau-
 perem: Tyrannus nanq; & eorū fautoribus potissime cōpetit, quod itē Salomon dicit: Est
 generatio quæ pro dentibus gladios habet, & cōmandit molaribus suis ut comedat paupe-
 res de terra. Septima differentia est, q; rex est clemens in subditos suos, etiā dū offendūt, &
 fortis, uelox ac agilis cōtra extraneos hostes: tyrānus autē est crudelis in suos & desēs, igna-
 uus ac negligēs circa hostes extraneos. Itaq; rex non parciat pecuniæ pro defensione pa-
 trie suæ, nec amore delicias negligit laborare feruenter ac strenue pro bono cōmuni po-
 puli sui. Postremō, ad principē pertinet omnibus se exhibere personā reuerendā, discretā,
 grauem, maturā, non timis terribilem & seueram, nec etiā nimis familiarē. Item, urbes, castra
 ac fortalitia sui principatus conseruare, meliorare, munire, augere abq; aliorum oppressio-
 nē & iniquitatem iura quoq; dominij sui custodire, & urbibus suis fidelitatem atq; promissā
 ac rationabilia priuilegia inuolabiliter conseruare, atq; à subditis malle diligi quā time-
 ri: quamuis utrunq; necesse sit & optandum, imō tam amabilem, gratiosum & beneuolum
 exhibere se debet populo suo tēpore pacis, ut tēpore præliorū & tribulationū ei p; pte for-
 titerq; assistat. Dicit q; Aegidius de Roma, q; si rex aut princeps auarus sit & thesaurizeret,
 tyrānus est: ueruntū hoc non est sic intelligendū, quasi principibus nō liceat moderare the-
 saurizare: imō, ut Aristotele scribit, Decet principē facultatibus abundare, & bonā facere pro-
 uisionē, ut si sibi ingruerit bellū, habeat unde bellatores sustentet, ut etiā (sicut præta dñi est)

Regis & tyra-
ni differentia.

Isa. 3

Mich. 3

Prover. 12
Prover. 10

urbes, castra & fortalitia sui conferuet, emendet, auget, & pro condecetia in m-
prijis suae sobolis exhibenda, ut etiam ecclesias & cultum dei in suo auget principatu, & li-
beralitate congruam ualeat exercere, atq; pauperibus largiflue dare.

Articulus XXI. De uarijs causis quae unumquemq; principem mouere atq; ac-
cendere debent, ad hoc ut studeat semper pacem habere cum ci-
uitatibus & caeteris subditis suis.

Quemadmodum Aristoteles ait, Princeps est imago dei in terra, ideo debet esse
omnino uir diuinus, in sapientia uirtutibusq; perfectus, ut sicut sol lucet in cee-
lo & caeteris astris ac planetis splendidior est: sic princeps in toto populo suo sple-
deat uera discretione, sapientia uirtuosa, exemplariq; uita & fama honesta:
quantum etiam caeteros praecellit in potestate, dignitate ac iurisdictione, tantum eos exce-
dat sapientia omniumq; uirtutu perfectione. Perfectio autem maxime consistit in dei amo-
re: ideo princeps praeter caeteris in charitate debet esse feruentior, praesertim cum lex Christi
sit lex perfecti amoris ac sincerissimi charitatis: quod tantum gentium leges
in perfectione transcedit, tantum decet principes Christianos praeter caeteris principibus esse uir-
tuosiores, & in dei amore perfectiores. Insuper quato plura a deo dona maioraq; bona prin-
ceps suscepit, tanto plus debet deum diligere, gratias agere, & uicem ei rependere, optado
& procurando dei honoracione in omnibus. Cum igitur deus per peccata maxime offen-
datur & inhonoretur, atq; per opera uirtuosa potissime honoretur: hinc princeps primo mo-
ueri ac inflammari debet ex dei amore ac zelo honoris ipsius, ut populus suus secum habeat
pacem, ne per rebellionem & inobedientiam ac caetera uitia quae inde nascuntur, populus
suus deum offendat ac inhonoret, & ne ipse sit aliquo modo tanto causa malorum. Si enim gra-
de peccatu est inobedientiae & rebellio unius personae, quis eloqui ualeat qd enorme multi-
plexq; peccatu sit, inobedientia & rebellio & turbatio communitatis? Tantum igitur malum
princeps cum summa diligentia & ex dei amore illud iugiter uitare tenetur. Quod si commu-
nitas fuerit tantae beneuolentiae ac beneficentiae principis sui ingrata, nihilominus princeps
dei intuitu ac amore & zelo diuini honoris, agere debet ut dictum est, nec uinci debet mali-
tia, improbitate aut ingratitude subditorum, sed sua bonitate illos uincere prauitatem, seq;
tantum humiliare propter deum ad eius honorem. Hinc tertio libro Regum legitur, qd cum filij
Israël dixissent ad Roboam filium regis Salomonis: Pater tuus duro iugo grauauit nos uere
Ieu illum. Roboam rex petiuit consilium a senioribus & sapientissimis suis, quid responderet
qui dixerunt: Si clementer locutus fueris, & uerbis clementibus lenieris eos, seruient tibi omni
tempore. Unde constat qd quamuis subditi interdum peruerse & imprudenter loquantur, prin-
ceps tamen iuxta mansuetudinem se decentem, debet pia responsione illos imperitiam uin-
cere. Propterea Salomon loquitur: Responsio mollis frangit iram: sermo durus, suscitatur fu-
rem. Et itaq; ait scriptura: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Secundo ad
ista inducere principem debet amor praecipuus & syncerus, quem ad subditos suos habere
tenetur. Quamuis etenim omnem proximum diligere obligetur, subditos tamen suos tanto
specialius paternaliusq; tenetur diligere, quo amplius deo disponente suae gubernacioni
commisi sunt, & quo subditi eius sibi saepius ac promptius deseruerunt & adhuc tempore
necessitatis seruirent, etiam in arduissimis causis & usq; ad pericula mortis. Ex hoc spiritali
subditorum amore princeps summe curare prouidereq; debet, ne subditi sui ad grauiam uir-
tia, ut sunt inobedientia, rebellio & mala inde sequentia, ruant: idcirco cum omni charitate,
pietate, humilitate, discretione ac patientia illis occurrere debet, & per seipsum ac alios sa-
pientes illis consulere, ne fiant rebelles: cum tota communitas sit quasi unum corpus, cu-
ius caput est princeps, debet unumquemq; subditorum quasi proprium membrum diligere: & cur
dico quasi proprium membrum, cum iuxta Christi doctrinam, quilibet Christianus obligatus
tenetur salutem & pacem cuiuslibet proximi sui qd corporis sui uitae & exteriora omnia bo-
na. Quam ardentissime ergo & maxime tenetur optare, diligere, querere & pro uiribus pro-
curare salutem & pacem totius populi sui, atq; cuiuslibet urbis suae? Idcirco cum in saepe
bili studio ab omni rebellionem & inobedientiam eos retrahere debet, & si uideat eos duos ac
improbos, compati eis debet, nec cessare a studio reducendi illos ad pacem. Tertio ad hoc
princeps moueri debet ex debito sui officij, ex quo subiectorum paci & prosperitati intende-
re omni modo sibi possibili obligatur. Quarto ad idem inclinari principem consideratio distri-
ctionis diuini iudicij. Cum enim, ut dictum est, durissimum fiet iudicium in praesidentibus, itaq;
princeps

1. Reg. 12
2. Paral. 10

Prover. 15
Eccles. 5

Mat. 22
Marc. 12
Luc. 10

Sap. 6

principes durissime iudicabuntur a deo: ob id uehementissime debent mettere, ne per suam
indiscretionem, negligentiam aut aliam culpam sint subditis suis causa rebellionis. Multi-
plicisq; ruinae atq; periculi, sicq; omnia illorum peccata redundent in ipsos, & condemnentur
atq; aeternaliterq; puniantur pro uniuersis illis subditorum suorum peccatis. Idcirco prin-
ceps sit semper timoratus atq; sollicitus, ne incaute aut immoderate exerceat peccatis. Quia,
ut sanctus ait Gregorius, Deus interdum occulto ac iusto iudicio permittit subditos quae da-
mna incidere mala, propter superiorem suorum peccata. Quinto, princeps haec faciat propter ineffa-
bilem aeternae felicitatis mercedem qua sortietur a deo, si pro communitatis pace & felicitate la-
borauerit ita, quoniam subditorum suorum merita redundabunt in ipsum, & pro omnibus illis co-
ronabitur atq; laetabitur in aeternum. Sexto, ad idem princeps prouocet, eo qd intestina dissen-
sio atq; rebellio sit tam ineffabiliter periculosa, uitiosa, nociua, tam communitatis qd principis, prout
ante declaratum est plenius. Septimo, ad haec princeps debet accendi propter multiplicem uti-
litatem & fructum, qd etiam in hac uita consequi habet do pacem & concordiam cum subditis suis, qd ex
hoc multum amat a subditis: Amicitia autem inter exteriora bona habet primatum, cum scriptum sit
Amico fideli nulla est comparatio: & non est digna ponderatio auri uel argenti contra bonitatem si-
dei illius. Ex hoc etiam fit ei maior copia diuitiarum, & securius atq; iucundius uiuit, necessitatisq;
tempore maiorem a subditis assistentiam habet. Est etiam qd principi honor & causa fame praeclearae, qd
cum subditis pacem habet, amicitiam atq; concordiam, & hoc ipsum est alijs exemplare. Postremo, quis
princeps culpa non haberet in discordia & rebellionem ciuium contra se, nihilominus res ipsa
prima fronte speciem habet mali, multumq; culpa imputat principi, & scilicet dicitur ac detrahit
ei iudicium ut dictum est, oibus modis debet conari, ut cum urbibus suis ac subditis habeat pacem.

Articulus XXII. An expediat urbibus innouare patrias leges & consue-
tudines suas, potissime si nouae sint meliores.

Questionem hanc Aristoteles in Politicis mouet, & pro utraq; arguit partem: quod enim
immutatio seu innouatio legum expediat, hinc apparet, qd aliae leges sunt iusti-
ae atq; barbaricae, posteriores quoq; interdum sunt prudentiores principibus le-
gislatoribus, & plura considerant quae illi non considerauerunt. Insuper quae
do posteriores magistri in scientijs aliqua ueriora inueniunt qd praecedentes, dicta posteriora
seruant, & praecedentia dicta abijciunt. Ergo si posteriores rectores communitatum inueniant
aliqua utiliora ad obseruandum, uidentur leges prius ordinatae deledae. Praeterea secundum
diuersitatem locorum ac temporum, personarum ac circumstantiarum diuersa expediunt: ergo secun-
dum hoc leges sunt immutandae. Ad hanc quaestionem est respondendum, qd leges positivae hu-
manae, si uerae sint leges, legi naturali innituntur, atq; in ea fundantur, & particularia ho-
minum facta determinant: Idcirco si leges positivae sint legi naturali & rectae rationi con-
trariae, non sunt dignae leges, sed legum corruptiones & abusiones uocari. Nam ut ait Isido-
rus, Lex positiva humana debet esse honesta, ut religioni conueniat: iusta, ut secundum ra-
tionem procedat: possibilis, ut a communi populo possit impleri: loco quoq; ac tempori de-
bet congruere. Porro si leges positivae non sunt rectae rationi naturalique legi contrariae, sunt
seruandae, nec sunt facilliter immutandae, ut Aristoteles docet. Hinc Aegidius de Roma Ari-
stotelem sequens, ait: Patrias leges mutare & nouas inducere, est ciuitatibus & regno atq;
provincijs ualde periculosum, quia assuescere nouas leges inducere, est assuescere legibus
non obedire: leges etenim positivae ex consuetudine ac temporis diuturnitate magna uim
habent, atq; praecipuam efficaciam sortiuntur: quia & difficulter homines inducuntur ad
faciendum contra id quod diu est obseruatum. Unde & quauis leges positivae sint defectivae,
itaq; non plene determinant quid in particularibus quibusq; negotijs sit agendum, dato qd
occurrant leges meliores & magis sufficientes, adhuc tamen non est assuescendum nouas in-
ducere leges. Primo, quia interdum homines falluntur circa eas, ita qd meliores ac sufficientio-
res credant, quae insufficientiores sunt ac peiores: & dato qd nouae leges essent in aliquo suffici-
entiores, nihilominus leges antiquae ac patriae sunt seruandae: quia quantum ex una parte quis
prodest nouas leges dando, tantum ex alia parte nocet, consuetudinem & temporis diuturnita-
tem, per quas leges magnam uim habent, tollendo: nec est simile de legibus atq; scientijs.
Scientiae namq; tota uim suam habent ex ratione: leges autem positivae magnam efficaciam
suae partem habent ex temporis diuturnitate & assuesfactione: Ex his uerbis concludit Aegi-
dius: Decet ergo reges ac principes obseruare consuetudines bonas territorij sui, nec le-
ges patrias immutare, nisi fuerint naturali legi ac rationi contrariae. Denique, his uerbis
satis concordat responsio sancti Thomae dicens: Ipsa legis mutatio secundum se, inducit de-

Mich.

Eccles. 6

Leges non tem-
mere immutan-
das.

xxim

trimentū communis salutis: quia ad obseruantiam legis plurimū confert consuetudo: propterea lex non est mutanda, nisi ex alia parte ex eius mutatione nascatur ad minus tāta utilitas, quantum incommodū inducit eius mutatio: hoc autem nō est, nisi ualde magna & euidentissima utilitas oriatur ex legis mutatione: ut, si lex antiqua manifestam iniquitatem includat, aut multis nociua sit. Ideo iuris peritus affirmat: In rebus nouis constituendis, euidenter debet esse utilitas, ut recedatur ab eo quod diu & quū usum est. Videmus namq; q̄ ea quae contra consuetudinem sunt, quamuis sint leuiora, tamen grauiora uidentur: Consuetudo enim est quasi altera natura, facitq; hominem prompte ac delectabiliter operari. Hinc princeps non debet ciuitatibus suis leges antiquas & consuetudines approbatas infringere, aut auferre, potissime quia ex hoc etiam oriri solent dissensiones ac scandala, magna quoq; pericula tam cōmunitati q̄ principi: propter quae mala uitanda etiam aliqua bona sunt ad tempus dimittenda, illa uidelicet, quae non sunt de necessitate salutis, nec cadunt sub precepto, ut asserit Augustinus: Nam & Christus in euangelio loquitur: Vae homini per quem scandalum uenit.

Articulus XXIII. Quid uideatur agendum, dum inter principem & communitatem seu urbem aliqua oritur dissensio propter patriarum legum & consuetudinū approbatas, immutationem aut destructionem: & quomodo ad principem terree pertineat leges instituire, dare, interpretari & dispensare in eis.

Supra iam tractata sunt uarię causę, ob quas princeps studere debet, ut pacem atq; cōcordiam habeat semper cum subditis suis. Item ostensum est, q̄ utile ac salubre sit cōmunitati ac urbibus, pacem habere cum principe suo: q̄ multipliciter etiam periculosum atq; nociuū sit, tam principibus q̄ eorū urbibus, mutuo dissentire & contra se inuicem machinari. Ostensum est quoq; q̄ non expediat leges patrias immutare, nisi sint naturali legi rectę & rationi cōtrarię. Si itaq; inter principem & communitatem istis aut dissensio oritur, eo q̄ princeps ciuitatibus suis earum iura, leges aut consuetudines bonas nō seruet, non occurrit melior modus reconciliationis, q̄ ut princeps a uiris magnis ac sapientibus instruat plenarie: in primis, quemadmodū liceat & non liceat principi paternas leges consuetudinesq; mutare: deinde proponantur ipsi prudenter prędictę causę, propter quas quilibet princeps semper conari debet habere pacem cum urbibus ac subditis suis. Si milititer informetur communitas, q̄ graue & periculosum ipsi sit suo resistere principi: sicq; utraq; pars admoneatur ad pacem atq; cōcordiam, & ne aliqua eorū sit pertinax in proprio sensu, cum hoc sit maxime contra ueram prudentiam, cuius prima pars existit docilitas. Et quoniam ad prudentiam pertinent memoria pręteritorū, consideratio pręsentium & pro uidentia futurorum, exhortanda est sapienter utraq; pars, ut ad memoriam reuocet quantā damna, pericula & peccata multi principes & cōmunitates ex mutua dissensione & cōpugnatione incurrerunt: imminetia quoq; eis mala cōsiderent, ac futura provideant: nec animositatem, iram aut impatientiam sequantur, sed sana consilia audiant, caute & sine pręcipitatione proce dant, atq; iniquorum suggestiones perpendant ac fugiant. Pręterea, princeps & principales communitatis conferre & simul tractare possunt, si forte ualeant concordare: in tali colloquio ac tractatu communitas principi suo reuerenter occurrere, humiliter loqui, atq; in cunctis quantum saluo suo iure potest deferre debet, & postulare ut iura sua sibi seruentur. Princeps autem, quem prę ceteris bonitate, pietate, discretionē, charitate, sapientia ac mansuetudine pręfulgere, communitati ac subditis suis debet cum omni charitate, pietate ac discretionē occurrere, non solum ut seruis, sed etiam tanquam filiis suis, & ut populo suo sibi à deo commissio, pro quo daturus est rationem in diuino iudicio, & pro quorum salute ac pace obligatur propriam uitam exponere. Sic ergo debent se inuicem diligenter, patienter, pie & charitatiue audire & de pace tractare, omnemq; iram, turbulentiā, superbiam, ac ceteras passiones in colloquio uitare, eos quoq; à suis colloquiis consiliisq; excludere, quos uiderint sano consilio & utilibus adinventionibus, pactionibus, ordinationibus & concordationibus malitiose ac callide insidiari, & propria cōmoda sequi. Porro, si princeps ac populus eius inter se concordare nequiuerint, uidetur expediens, ut causę sue examinationem, discussionem ac determinationem committant uiris sublimibus, timoratis ac sapientibus, qui cum doctissimorū uiroꝝ informatione atq; consilio diffiniant quod est iustum: uel superiori iudici causa est committenda. Insuper, quamuis principi competat subditis suis constituere leges, non tamen licet ei hoc facere prohibitu suo: sed leges quas condit, debent naturali legi rectę & rationi esse concordēs, nec antiqua patriæ

patrię legibus bonis erunt contrarię. Amplius, leges humanę quantūcūq; sint exquisitę, tamen non possunt semper seruari secundum superficialem sensum uerborū, sed secundum intentionem legislatoris: Idcirco ad prelatos ac principes pręcipue pertinet leges interpretari siue exponere, hoc est, de clarare & iudicare qualiter sint intelligendę & quomodo sint seruandę. Et sic spectat ad eos dispensare in legibus, hoc est rigore iuris relaxare ex rationabili causa, dum obseruatio iuris ad literā esset contra intentionem legislatoris, ut dicitur doctores. Postremo ut sanctus Thomas testatur, interdū licet cuilibet etiā subditio legē interpretari & dispensare in ea: cum enim lex ordinat ad bonū cōmune, quādo in casu aliquo obseruatio legis ad literā est bono cōmuni damnosa, tunc lex non est obseruanda secundū tenorē uerborū, sed iuxta intentionem legislatoris: & si periculum ex legis obseruatione imminēs sit subitū & apertū, tunc necessitas habet dispensationē annexā, & licet cuilibet legē interpretari: ut, si ciuitas aliqua sit obsessa, & iussum sit ut nullus ciuiū portas eius aperiat, contingat autem ad uerarios in se qui aliquē ciuiū ciuitatis obsessę, ex cuius uita atq; consilio bonū ciuitatis dependeat, custosq; portę consideret, q̄ si aperuerit portā, ciuis ille effugiet, tunc custos portę licite poterit aperire, quia non facit contra intentionē legislatoris. Item, si in urbe sit iussum, ut post decimā horam noctis nullus discurrat aut clamet per plateas contingat autem incendium post horam illam in urbe, tunc lex illa iuxta tenorem uerborum seruanda non est in actibus enim negotijsq; humanis tot circumstantię & diuersitates ac uariabiles particulares occurrunt, q̄ legislator humanus in uersas pręuidere & exprimere nequit: idcirco nec legem potest statuere, quæ in nullo casu patiatur instantiam quæ in omni euentu secundū tenorē uerborū implenda sit: hinc legislatoris intentionē oportet aspiciere. Articulus XXIII. De imperfectione legis humanę.

Leges humanę ad hoc sunt institutę, ut per eas homines cohibeantur ad uitia, per quę impeditur bonū cōmunitatis, atq; ad illa opera bona inducantur, per quę bonum cōmunitatis acquiritur. Porro, bonum cōmunitatis est conuersatio hominū ad inuicē pacifica, secunda & uirtuosa: & quia hoc bonū potissime impeditur per homicidia, rapinas, furta, uiolētias læsiones & apertas iniurias ac alienę hereditatis uel possessionis inuisiones iniustas, ideo talia mala potissime prohibet lex humana: lex autem humana intendit homines facere uirtuosos ac iustos, secundum modum communitati proportio nati, hoc est, secundū q̄ homines cōmuniter fati capaces sunt atq; dispositi: & quia maior pars hominū est multū impfecta atq; ad mala uitia prona & perfectionis difficilimē capax, ideo lex humana non solum permittit aliqua parua mala, sed etiā uitia quę dā magna, ut sunt simplex fornicatio meretricia & usurā: quia si lex humana hæc omnia prohiberet, peiora committerentur peccata ex nimia hominum corruptione & incontinentiam: nec uulgus permitteret se à rectoribus cōmunitatis cohiberi ab his, sed potius contra eos insurgeret. Hinc etiam lex humana permittit in emptionibus ac uenditiōibus fieri deceptiones, dummodo ultra mediam iusti ualoris partem non fiat deceptio. Ideo quoq; dicitur lex humana ista permittere, non quia approbat ea, sed quia ea non punit: iuxta quem modum permittit ut uir occidat adulterum, quem cum coniuge sua inuenit fornicatē. Lex autem diuina cum sit perfecta, prohibet omne peccatum, & reprobatur illud ac punit, quoniam displicet deo & cōtrariatur iustitię, atq; ab æternę beatitudinis adeptiōe impedit homines. Pręterea in hoc patet imperfectio legis humanę, q̄ non infligit poenā iuxta grauitatem culpę, imò aliqua grauiora peccata deserit impunita, & min⁹ grauiora peccata grauius punit, ut patet de furto q̄ est minus peccatū, secundū doctores loquendo in generali q̄ adulterium: & tamē lex humana multo grauius punit furtum q̄ adulterium: quia per furtum pręcipue impeditur secunda ac socialis hominum uita ad inuicem. In ueteri autem testamento grauius puniebatur adulter q̄ fur: nam adulter tunc lapidabatur, id est iustibus lapidum occidebantur, fures autem quadruplum aut circiter reddiderunt.

Articulus XV. Vtrum licitum sit principibus ac iudicibus relaxare reis ac criminosis debitam poenam.

Prinicipi terree cōmissa & data est plena potestas reipublicę constitutę sub eo, tamē secundū mensurā sui principatus ac status, hoc est, quantum ad ea q̄ ad suā p̄sidentiam p̄tinēt. Hinc multa principi licet q̄ nō licet iudicibus ei subiectis. Princeps namq; potest reo poenā dimittere totaliter seu in parte prout discretiōi ac pietati suę placuerit, dum uiderit hoc bono cōmuni nō derogare, neq; reipub. eē nociuū: interdū uero non solum reus peccauit in principē, sed etiā alteri fecit damnū siue iniuriā: & tūc princeps qui est publicus

Leges nō scđ dum literę, sed iuxta mētē interpretaris sunt obseruandę

Lex humana cur uitia quę dā permittat

Leu. 24

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

publica persona, ad quam pertinet unicuique dare ius suum, & adjudicare ei quod sibi debetur, non debet nec licite potest reo poenam sic relaxare, quin compellat eum satisfacere ei in quem peccauit. Porro, si ex misericordia principis reus sumeret peccandi audaciam, aut uerisimile esset quod misericordia cōsecutus atque dimissus esset reipublice nociturus, aut dimittere non esset. Prouidendum est namque paci communitatis. Præterea cum iudex sit medius inter accusatorem & reum, inter quos habet iudicare publica autoritate, uidelicet autoritate principis sui, cuius uice fungitur, idcirco duobus modis fit ei illicitum poenam dimittere. Primo ex parte accusatoris, ad cuius ius aliquando pertinet, ut reus puniatur propter iniuriam accusatori illatam: Secundo ex parte publicæ autoritatis, qua fungitur & cui subicitur. Cum ergo subiectus sit principi suo, uti debet autoritate sibi commissâ secundum dispositionem & commissionem illius: idcirco non sine licentia aut dispositione sui principis debet reo relaxare debitam poenâ. Misericordia uero iudicis locum habet in his, quæ suo arbitrio relinquuntur, & quibus boni uiri est poenâ minuire, ut Aristoteles ait. Iudex enim quantum in se est, pronus ad misericordiam esse debet. Hęc est responsio sancti Thomæ & aliorum doctorum.

Articulus XXVI. An iudex debeat ferre sententiã contra ueritatẽ quã nouit.

VT sanctus asserit Augustinus, bonus iudex nihil facit ex suo arbitrio, sed secundum iura & leges iudicat ac procedit. Porro secundum leges ac iura procedere, est secundum proposita atque probata sententiã ferre. Quamuis ergo iudex ut singularis persona sciat aliquem innocentem, si tamen innocens ille iuridice cõuincitur, hoc est, per testes ac testimonia iudicatur, iudex secundum iuris formã habet procedere, præsertim quoniam iudici competit iudicare, non ut est priuata & particularis persona, sed in quantum fungitur publica autoritate. Ideo iudicare debet non secundum ea quæ nouit ut priuata persona, sed secundum illa quæ scit, ut persona publica: hoc est, secundum leges & iura, atque secundum ea quæ coram ipso per instrumenta & testes ac alia documenta probantur quis ut singularis persona sciat oppositum. Veruntamen ea quæ scit ut certa & singularis persona, iurare se debet laborando pro liberatione innocentis, discutendo districtè probationes inductas, uel testes informando ut cessent. Hoc doctores cõmuniter dicunt, & dñs Gulielm^{us} Antistifodensis ait in Summa sua: Quod si rex aut princeps præcipiat alicui iudici suo occidere aliquem, quem iudex scit innocentem, tunc ei iudex obedire tenetur: sic tamen, ut regi uel principi suo prius insinuet innocentem occidendi. Et si princeps in sua sententia perseueret, iudex debet parere aut officium resignare, si potest: aliter periret obedientia in hierarchia humana: quoniam inferioris non est cognoscere an sententia superioris sit iusta an non: quia si hoc posset cognoscere, posset semper in talibus casibus dicere: Prius cognoscam an superioris sententia iusta sit, sicque obedientia periret humana.

Articulus XXVII. Quare propter peccata hominũ ciuitates, regna ac principatus destruantur, grauantur aut transferuntur: sed propter uirtutes hominum stabiliuntur ac prosperantur.

Salomon ait: Iustitia, eleuat gentem: miseris facit populos, peccatum. Ex hoc doctores concludunt, quod propter uitia hominum deus sic ordinat, quod ciuitates & regna siue prouincie destruantur totaliter aut in parte, sed propter iustitias hominũ prosperant. Hinc rursus ait scriptura: Regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias, iniurias, contumelias & diuersos dolos. Omnia namque prouidentia diuinæ subiecta sunt, & uersa deus iuste disponit: unde deus per unum populũ punit peccata alterius, quæ admodum per Chaldaeos diuersa regna terrarum uastauit atque plagauit. Deinde dum cõpleta fuisset iniqtas Chaldaeorum, destruxit regnum Chaldaeorum per Persas & Medos, & illorum regnum propter eorum superbiam ac diuersa facinora destruxit per Græcos. Postmodum uero regnum Græcorum deiecit hæc queri potest: An sicut urbes & regna quæ uastantur, propter sua peccata hoc patiuntur sic ciuitates & regna quæ preualent, propter suas uirtutes uictoriam sortiantur. Ad hoc respondendum est, quod interdum sic accidit, & quandoque aliter contingit: frequenter namque in ueteri ac nouo testamento legitur deus concessisse uictoriã quibusdam principibus ac populis propter eorum uirtutes, & quoniam sperauerunt in eo, inuocaueruntque eum in prælio. Multoties quoque legitur deus populũ suũ in ueteri ac nouo testamento uastasse ac castigasse per infideles, crudelissimos atque prauissimos principes, eorumque populos, qui nequaquam propter suas preualuerunt uirtutes, sed ipsi fuerunt quasi flagellũ diuinæ iustitiæ ad uisceranda aliorum

Prouer. 14.

Ecdi. 10.

Questio pulchra.

Responsio

DE REGIMINE POLITIÆ.

aliorum peccata: Nam & deus per reprobos sæpe castigat suos electos. Hinc per Isaiã prophetam deus uocat regem Assyriorum uirgam ac baculum iugis ire. Sæpe quoque uitiosi sunt tam qui uincunt, quam qui uincuntur. Sed qui uincunt, nondum uitioꝝ suorum cumulum impleuerunt, idcirco facit eos deus preualere contra eos, quorum peccata cõpleta sunt, ita quod deus non uult amplius sustinere excessus eorum: quem admodum Ieremias dixit peruersis impijs: Iudæis: Non poterat uos dominus ultra sustinere propter malitiam istudiciorum uestrorum. Præterea deus quibusdam gentibus interdum concessit uictoriã: quia licet non fuerunt uere atque simpliciter uirtuosi, fuerunt tamen alijs gentibus meliores, & aliqualiter uirtuosi fuisse leguntur. Vnde beatus Hieronymus ait, quod deus concessit Romanis triumphum ac monarchiam, propter eorum uirtutes. Et loquitur Hieronymus de Romanis gentilibus, qui ante CHRISTI aduentum fuerunt, totique mundo imperauerunt. De hoc quinto libro de Ciuitate dei multa loquitur Augustinus, recitans qualiter Romani illi delicias atque diuitias amore reipublicæ contempserunt, & bonum commune propriis commodis, imò & uitæ propriæ prætulerunt. Veruntamen Augustinus docet illos non fuisse ueraciter uirtuosos, quoniam laudis humanæ & mundani honoris audissimè extiterunt, libertatem ac dominationem uehementer optantes. Vnde pro obtinenda monarchia grauissima bella atque innumerabilia subierunt pericula: nec æstimauerunt hoc esse peccatum, sed ad uirtutem potius pertinere.

Articulus XXVIII. De uariis causis propter quas rectores aduices ciuitatum, imò & ciues communiter conari debent, ut deuote ac religiosè personæ utriusque sexus abundent ac multiplicentur in urbibus: & ut sacerdotes atque claustrales ac ceteri ad spiritalem statum pertinentes, reformentur, & uere deuote ac spiritualiter uiuant.

Cum sapientissimus Salomon dicat, benedictione iustorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorũ subuertetur, patet quod preces & merita deuorum ac spiritualium deo placetum maxime profunt ad conseruationem, protectionem & meliorationem ciuitatum ac territoriorum. Præterea sicut in Genesi legitur, cum deus uellet subuertere Sodomam urbem magnam, Abraham patriarcha orauit pro urbe illa: & primo orauit deum ut parceret urbi illi, si in ea inuenirentur quin quaginta iusti. Responditque deus, quod faceret ita. Deinde Abraham exorauit deum, ut non subuerteret ciuitatem si essent in ea quadraginta iusti: & in hoc rursus deus ipsũ Abraham exaudiuit. Deinceps Abraham paulatim descendens, deuenit usque ad decem, deprecans deũ, ut parceret urbi, si inuenirentur in ea decem iusti. Responditque deus, dixit: Non subuertatur urbs, si in ea fuerint decem iusti: & quia in ea non erant tot iusti, subuersa est. Vnde ostenditur quantum prodest urbibus multitudo iustorum in ea, & circa eam morantium. Hinc per Ezechielẽ prophetã loquitur deus: Quæsiui uirũ qui interpererent sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni: & effudi super eam indignationem meam. Denique ut asserit Augustinus, Preces multitudinis sunt maxime efficaces: idcirco dum multi deuoti & uere religiosi concorditer inuocant deum non contemnuntur, præsertim cum dicat saluator: Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hinc itaque ciues libentissime habere debent, quod congregationes deuotæ, claustrales & ecclesiasticæ cultusque dei augentur in urbibus suis: & cooperari debent ad hoc, ut omnium bonorum quæ inde proueniunt, fiant participes. Nec putent ex hoc grauari rempublicam, imò tam in temporalibus quam in spiritualibus ac interioribus bonis crescit & prosperatur communitas inde. Tales namque deuotæ ac religiosæ personæ indefinenter diè ac nocte inuocant deum, & orant pro bono communi atque pro singulis ecclesiasticis statibus ac hominum gradibus. Insuper ad iudices ac rectores ciuitatum pertinet, ciues facere uirtuosos, ut pacifice, honeste ac iuste inuicem conuersentur: ad quod præcipue conferunt exemplaris conuersatio, deuota oratio, seruus exhortatio, sermocinatio, informatio sacerdotum & prelatorum ac spiritualium personarum, eorum potissime qui præfunt aut prædicant. Veruntamen quoniam personæ huiusmodi tantum nocent male ac scandalose uiuendo, quantum profunt bene & exemplariter conuersando; ciues & potissime superiores ac potentiores ciuitatis omnem suam diligentiam ac possibilitatem facere debent, ut religiosi qui inter eos sunt, ordines suos digne obseruent, & maxime mendicantes qui publice prædicant confessionesque audiunt. Sacerdotes quoque & canonici ac ceteri ad spiritalem statum pertinentes, uirtuose & exemplariter uiuant: & quamuis seculares non habeant iurisdictionem super spirituales, nec eos corrigere habeant per inflictionem poenarum aut per uim coactiuã eos ad

Isaiã. 10.

Iere. 44.

Prouer. 11.

Gene. 18.

Ezech. 8.

Mat. 18.

Per hoc quod religiosi subueniunt, resp. sub. no. grauantur.

KKK reformã

reformationem ac emendationem inducere possunt tamen eos ad hoc, exhortari & charitativè corripere, instanter humiliterq; mouere, & insuper industriosè practicare, ut à suis superioribus ac praelatis reformentur: atq; si opus fuerit, per rigorem iustitiæ corrigantur & emendentur. Vnde in quibusdam ciuitatibus boni regiminis non permittuntur habitare religiosi, nisi ordinem suum obseruent: nec sacerdotes & clerici audent ibidem publice uiuere scandalose. Postremo quàm multæ religiosæ personæ utriusq; sexus consueverunt in urbibus commorari, constat ex eo, quòd sanctus Hieronymus in primo libro Vitalis patrum scribit se uenisse cum suis ad ciuitatem quandam Christianam in regione Thebaidæ, in qua ciuitate habitauerunt religiosæ personæ usq; ad triginta milia: uirginum nanque monialium uiginti milia, monachorum uero decem milia extiterunt: magistratus quoque & principales ciuitatis ac reliqui ciues tam deuoti fuerunt & operibus misericordiæ tam feruenter intenti, q; per singulas portas posuerunt ministros ad obseruandum si aliquis peregrinus aut pauper ueniret, ut illum secum adducerent: cumq; aliquis talis aduenit, certatim currebant, ut unusquisq; ipsorum illum ad domum domini sui adduceret: adductum uero pater familias cum omni charitate & pietate gaudioq; susceperit, & necessaria abundantè ac gratis exhibuit. Hieronymus uero & focios eius ita hinc inde inuitantes trahabant, q; eorum pallia scindebantur. Ecce qualiter olim in Christianis etiam coniugatis ac secularibus uiguit Christiana religio, seruator charitatis dei ac Christi, operatio misericordiæ. Illos igitur imitentur Christiani temporis huius: & si non ponant ministros ad urbium portas, ad obseruandum quis peregrinorum aut pauperum ueniat, sponte tamen uenientes pie suscipiant, tractent ac hospitent gratis propter deum.

Articulus XXXIX. Quòd aliqui ciuium debeant artis bellicæ esse periti, & ad pugnandum idonei.

Circa exordium huius tractatuli tractatum est, quemadmodum una causarum propter quas homines in una colliguntur ac commemorantur ciuitate est, ut inuicem sibi assistant cõtra aduersarios suos: Dum ergo rationalis exigat causa, parati esse debent ad prælia etiam in succurrendo principi suo, & pro defensione patriæ & urbium eius ac personarum. Porro bellicum opus periculosissimum arduissimumq; cõsistit, quia circa pericula mortis, quæ omnium terribilissimum in hac uita terribilissimum est, uersatur. Hinc circa bella gerenda opus est maxima industria, experientia atq; peritiã, ut puta, quomodo sit pugnandum, qualiter bellatores sint disponendi ac ordinandi in exercitu, in itinere & in pugna: ut enim ait Vegetius in libro de Re militari, ad præualendũ in prælio, plus confert bellandi industria atq; pugnantium dispositio ordinata, quàm multitudo eorum aut fortitudo, imò inordinatus exercitus multitudoq; imperita nõ est nisi hostium uicima: itaque periculosum est illis ire ad bella, qui bellandi carent peritiã. Idcirco dum pax est & antequam instant bella, est ars bellandi discenda, ut ait Aegidius de Romanis. Nam, ut protestatur Vegetius, Nullus facere metuit, quod se bene didicisse cõsedit. De his igitur rectores ciuitatum provideant, & ipsi rectores sint in prædictis magis periti, ut tempore opportuno possint ciues inferiores de necessarijs informare, eosq; caute deducere ac prudenter disponere. Præterea sicut in libro de Regimine principum ait Aegidius, inter ciues mechanicis artibus occupatos, quidam præ alijs sunt ad pugnandum aptiores & præeligendi. Nam fabri ferrarij & carpentarij ad pugnandum sunt apti: quia ex artis suæ exercitio habent brachia ad percutiendum assueti: macellarj quoq;, quia non horrent sanguinis effusionem, cum sint assueti bruta macrare. Similiter uenatores aprorum atq; ceruorum ad bellandum sunt apti, quoniam magnæ audaciæ est inuadere aprum, & laboriosum insequi ceruum. Barbitonfores autem & textores, quantum est ex parte artis, reputantur ad pugnandum inutiles, cum nõ sint ad labores bellicos assueti. Quæ enim proportio acut ad lanceam, aut rasorij ad ensem? Hæc autem intelligenda sunt communiter sic se haberent sed interdum in aliquibus hominibus ex naturali dispositione uel exercitatione aut peritiã contingit oppositum.

Articulus XXX. De octo proprietatibus, quas bellatoribus decet inesse.

Abellatores in primis pertinet fortitudo corporalis, ut possint portare ac ferre magnitudinẽ ponderis armorum, & ut armati possint incedere ac laborare, & dum opus fuerit, currere & saltare atq; pugnare. Secundo spectat ad eos agilitas, ut tpe sibi ualeat sustinere & exercere cõtinuas motiões ac circũductiões membroꝝ, qualiter possent

possent faciliter ac grauitè uulnerari oportet ergo ut assidue se mouendo effugiant læsiones, quemadmodum signum si moueatur uix tangi poterit à sagitta. Tertio, paritatem uictus: quæ quamquam sustinere, præsertim cum nimia uentris impletio impediatur efficaciam præliandi moderata autem refectio est tenenda, si uictualia adsint. Quarto, non curare de inuenientibus locis ad iacendum, dormiendum siue pausandum, quia multoties oportet bellatores die ac nocte esse in armis. Quinto, propriæ uitæ corporali præferre iustitiã & bonum commune, paratumq; esse pro iustitiã & communi utilitate occidendi: timidi nõ sunt ad pugnam idonei. Vnde filijs Israël deus precepit, ut ante congressum unus eorum stare ante exercitum & clamaret: Quis est homo formidolosus: reuertatur, ne paucè faciat fratres suos. Hinc de optimo illo bellatore Iuda Machabæo scriptũ est: Iudas per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat. Sexto, non horrere sanguinis effusionem in bello, quando iustitiã hoc requirit, & pax aliter nequit acquiri. Septimo, habere artẽ se progredi ab hostibus, percutiendiq; hostem. Octauo, abhorreere & maxime erubescere turpẽ fugam. Ex his infert Aegidius, q; rurales sunt ad bella pedestria aptiores, quia sunt corpore fortiores & ad labores ac onera sustinenda plus assueti: urbani uero ac nobiles ad bella equestria magis sunt apti, quia equorum robor supplet in eis defectum fortitudinis corporalis. In talibus quoq; pugnis maxime prodest peritiã præliandi, & erubescencia fugiendĩ, quæ in nobilibus & urbanis magis abundant. Itaq; homines deliciosi, molles & effemina- ti non sunt apti ad bella, quoniam ualde metuunt suæ pelli. Postremo, præcipue pertinet ad bellatores, habere peritiã ad res bellicas pertinentem. Scientia namq; & exercitatio in omni negotio præstant fiduciam, & faciunt expeditum, dicente Valerio: Natura facit habilem, ars facilem, usus potentem. Hinc pugnatore in instruendi & exercitandi sunt ad incedendum simul, dum opus est, gradatim & passim, ut in suo se quilibet ordine seruet: quia si acies inordinate incedat, duo in de mala sequuntur. In una si quidem parte erit acies nimis sparsa ac perua, sicq; ab hostibus poterit facilius penetrari, debilitari, diuidi & occidi: porro in alia parte erit ualde stricta & arcta: sicq; dum unus comprimit alium, impedit illum à sua ipsius protectione ac hostium prostratione, quoniam brachia sua libere non ualet mouere. Insuper exercitandi sunt pugnatore, tam pedites quàm equestris, ad cursum ac uelocem præcursum quod ualet ad præoccupandum & obtinendum locum aptiorem, ad explorandũ facta & machinas hostium, ad apprehendendum fugientes. Veruntamen præcurrendum est caute, ne præcurrentes à suis longius separati, incidant manus hostium & percutiantur. Tertio exercendi sunt ad saltum, si forsitan foueæ occurrant aut fluuij. Præterea militares ac nobiles satis tempestiue sunt instruendi de arte & industria præliandi, & assuefaciendi se ad exercitationem armorum, ut tempore necessitatis possint rem publicam defendere, & pro iustitiã, pro fide, pro bono communi salubriter dimicare. Bellorum etenim casus & damna sunt quasi irremediabilia, secundum quod Cato dixit: In alijs negotijs si quid erratum sit, potest postea corrigi: delicta uero præliorum emendationem non capiunt, sed pœna errorem mox sequitur: quoniam imprite pugnantes aut protinus pereunt, aut in fugam uerfi tam pauidi sunt, q; raro uel nunquam audent contra suos pugnare uictores.

Articulus XXXI. De quibus materijs sit consequenter in isto bello tractandum, & de quibus non.

Vegetius in libro de re militari, atq; Aegidius de Roma illum in plurimis sequens, multipliciter docet & probat, quod quia bella sunt circa pericula mortis, ideo omnis cautela est adhibenda circa bellatores ante congressum, in congressu, & etiam bello durante. Veruntamen tota illorum doctrina de ista materia, pertinet uidetur ad corporalis uitæ conseruationem ac temporalem uictoriam: sed cum in cõparabiliter magis curandũ sit, ne anima æternaliter condemnetur, ne æterna felicitate priuet, idcirco circa bellatores summa & incõparabilis diligentiã in primis est adhibenda, ut assuetam animabus suis de necessarijs ad salutẽ provideat: hoc est, ut absq; mortali peccato accedant ad præliũ, & in charitate ac gratia dei existat ac moriant. Itaq; quoniã uiri prælegati pax aut nil scribunt de spiritali præparatiõe ad pugna, idcirco de illa deinceps potissime loqui intendo, uidelicet de his quæ ad animarum salutẽ in pugnantibus pertinent. Nihilominus principibus & omnibus militaribus ac bellatoribus, & præsertim eorũ rectoribus, ualde perutile est scire ea, q; Aegidius in libro de regimine principũ, atq; Vegetius lib. de re militari, alijsq; doctores

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

doctores scribunt de re bellica, de industrijs præliandi, de modo disponendi exercitum, & de uarijs rebus ad materiam istam spectantibus. De talibus ergo informari plenarie cupientes, ad libros præfatos remitto: quoniam ea profectus qui meum non concederit statum, sed ea magis quæ in sacra scriptura de materia ista habentur, & animarum concernunt salutem. Attamen de omnibus his in alio quodam tractatu diffusius scripsi: ideo hic non nisi pauca perstringam.

Articulus XXXII. De duplici præparatione ad bellum, & quæ bello durante cor sit eleuandum ad deum.

Quanto rationalis anima nobilior est corpore suo, & quanto æterna damnatio su gibilior, peior ac terribilior est morte corporali ac breui, tãto insipientiores sunt, qui anima non præparata, non armata, sed nuda ac debili accedunt ad prælium, quàm qui corpore nudo illud accederent. Porro sicut corporis arma sunt lo rica, gladius, thorax & galea, sic animæ arma sunt charitas dei & proximi, ceteræque uirtutes & dona spiritus sancti ac opera uirtuosa: quibus omnibus anima decoratur, uelutur, armatur, firmatur, deo chara efficitur, & hostibus suæ salutis feliciter relictatur. Absque his armis anima turpis & debilis est, deoque displicet, & à demonijs undique superatur, quousque ad æternam miseriam (quæ est mors infernalis) trahatur. Cum itaque accedentes ad prælium corporali se exponant morti, postquam nullus de lege communi redire potest ad gratiam aut ueniam promereri, qui in mortali obijt culpa, ideo bellatores ante certamen spiritaliter præparare atque armare se debent per ueram & puram confessionem, per cordialem contritionem & satisfactionem & restitutionem, ac dispositionem rerum suarum: imo ad hoc tenentur ex præcepto ecclesiæ. Quamuis namque præceptum sit, ut quilibet Christianus cõfiteatur ad minus semel in anno circa pascha, in multis tamen casibus tenentur Christiani sæpius cõfiteri, sicut cum tam grauiter infirmantur, quæ morituri ex infirmitate illa putantur: & dum per maria nauigant, in quibus pericula imminent mortis: & dum aliquod sacramentum ecclesiæ sunt sumpturi, & dum ad prælium sunt ituri. Dum autem sic præparati ad pugnam accedunt, ipsa pugna est eis ualde meritoria & plurimum actus uirtutum, uelidelicet obedientie, fortitudinis, iustitiæ, imo & charitatis, dum iustam habeant causam pugnandi, & recta sit ipsorum intentio, ut scilicet pugnent pro iustitia, pro bono communi & magis id faciant ad complendum deo & propter salutem æternam, quàm ad complacendum hominibus, aut propter temporalem honorem, laudem uel utilitatem. Amplius, qui ante bellum bene cõfessi sunt, & iuxta modum prædictum spiritaliter bene parati, securiori animo præliantur, & iucundioris sunt cordis meliorisque spei, & fortius pugnant. Insuper, bello durante, pugnatore scor suum debent semper ad deum leuare, eius adiutorium & protectionem cordialiter inuocando, & ei suas animas commendando, quænam modum de quibusdam fidelibus ac robu stis præliatoribus scriptum est: Iudas Machabæus & qui cum eo erant, manu pugnant, deum autem cordibus exorabant. Talis etiam extitit Theodosius Imperator, qui orationibus, ieiunijs ac alijs actibus deuotionis magis, quàm potestate exercitus aut uirtute armorum hostes suos prostrauit. Si quidem pugnaturus in die, tota nocte præcedere precibus infirmitat lacrymosæ. Præterea, durante prælio summe cauendum est omni pugnantem, ne contra aliquem aduersariorum rancorem concipiat aut uitiose irascatur, quantumcumque ledatur ab eo. Tunc enim esset in mortali peccato: & si taliter moreretur, æternaliter damnaretur. Omnis etenim Christianus ex diuino præcepto tenetur quemlibet hominem, quantumlibet inimicum, spiritali amore diligere & eius salutem optare. Unde pugnatore nullum debet in prælio ex rancore percutere, neque ex affectu uindictæ, sed potius ex zelo iustitiæ percutientem se repercutere: & si quem occidat, illius saluationem debet appetere: estque multum laudabile, si oret pro illo. Postremo, si quis intantum fuerit negligens animæ suæ & intimo ratus, quæ inconfessus accessit ad prælium, nec prælio imminente ualeat cõfiteri, non tamen desperet de sua salute: sed de tanta sua negligentia ac inobedientia, cæterisque peccatis cordialiter doleat, cõfiteri ac emendare proponat, si uiuus euaserit: & tunc deus piissimus eius affectum suscipiet pro effectu. Verum inestabiliter periculosum est, confessionem tam diu differre. Patet etiam ex prædictis, quæ mulierculæ impudicæ sunt ab exercitu repellendæ: deuoti uero presbyteri debent adesse ad exhortandum salubriter, & pro cõfessionibus audiendis ac celebrandis diuinis.

Articulus XXXIII. Quæ bellatores spem suam in deo ponere debent, & euentum & exitum belli ei fideliter finaliterque committere.

Omnia

DE REGIMINE POLITIÆ.

Omnia diuine prouidentie subiiciunt & ab infinita sapientia dei uniuersa prouidentie disponunt. Veruntam actus hominum specialiter curant ac moderantur a deo, nec absque præordinatione diuina prosperitates & aduersitates hominibus accidunt. Sed hoc aliqui pugnatore non aduertentes, ita in armis ac uiribus suis cõfidunt, ita de multitudine sua presumunt, quasi non esset prouidentia dei cuncta disponens: sed huius oppositum copiose ac aptissime docet sacra scriptura: nam sanctus Dauid rex ait: Non saluator rex per multam uirtutem, & gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ. Fallax equus ad salutem. Salomõ quoque testatur: Equus paratur ad diem belli, dominus autem salutem tribuet. Hinc sicut primo libro Regum habetur, Ionathas filius Saulis regis dixit armigero suo: Veni, trãseamus ad stationem incircumforum istorum Philistinorum, quia non est difficile domino saluare uel in paucis uel in multis. Cum hac fiducia Ionathas cum solo suo armigero aggrediens Philistæos, multos ex eis prostrauit. Denique Asa rex Iuda pugnaturus contra regem Aethiopiæ, in cuius exercitu fuerunt decies centena milia, totam spem suam in deo constituit, eumque inuocans dixit: Domine non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxiliaris aut in pluribus. Adiuua nos domine deus noster: in te enim & in nomine tuo habentes fiduciam ueni mus contra hanc multitudinem. Et ecce propter hanc spem Asa regis deus perterruit corda Aethiopum & fugerunt, quos persequens Asa rex interfecit. Præterea Iosaphat rex filius regis præfati cum audisset contra se conuenisse tres gentes innumerabiles atque fortissimas, ut puta Moabitas, Ammonitas ac Idumæos, ualde perterritus totum se contulit ad rogandum dominum, & populo suo indixit orationes, uigilias, inductionem ciliciorum atque ieiunium, deumque deuotissime inuocauit, dicendo: Domine deus patrum nostrorum, tu es deus in caelo, & dominaris cunctis regnis gentium, nec quisquam potest tibi resistere. In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus resistere multitudini huic quæ irruit super nos: sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, ut oculos nostros dirigamus ad te. Et propter tantam huius uirtuosi regis deuotionem ac spem, deus concessit ei uictoriam, prout secundo libro Paralipomenon legitur. Ibi etiam scriptum est, quem admodum unus propheta dixit ad Amasiam regem, qui conduxit centum milia robu storum uirorum ex Israël ad pugnam dum contra Idumæos: O rex ne egrediatur tecum exercitus Israël: non est enim dominus cum Israël. Quod si putas in robore exercitus bella cõfiteri, superari te faciet dominus ab hostibus: dei namque est adiuuare & in fugam uertere. Cuius Amasias rex acquieuit uerbis prophete, cum solo populo suo præualuit, & quadraginta milia hostium trucidauit. Multa similia leguntur in ueteri nouoque testamento: hæc tamen non ita sunt intelligenda, quasi præliaturi non debeant sibi præuidere de humano auxilio, nec facere diligentiam suam & quicquid licite possunt per humanam industriam, hoc equidem esset tentare deum: sed cum fecerint quicquid in ipsis est, nihilominus deum cordialiter inuocare, atque in ipso summe confidere debent: quoniam deus diuersimode largitur uictorias secundum merita & demerita hominum, & propter causas inter dum occultas. Hinc Ezechias rex sanctus cum audisset aduentum regis Assyriorum aduersum se, totam spem suam fixit in deo, inuocans eum continuo: & tamen fecit contra regem Assyriorum quicquid potuit humana potestate atque industria, prout quarto Regum plenius recitatur. Nam obturauit fontes & triuuium Ierusalæ, ne uenientes Assyrii inuenirent abundantiam aquarum: & murum Ierusalæ in situ raui, ac turres desuper fecit. Præterea, quibus bellatores possunt optare triumphum & eum a deo potestulare, exitum tamen belli debent finaliter deo committere, quatenus ipse ita disponat in bello, sicut est pro honore & gloria nominis sui, & ut ipse nouit amplius expedire salutem animarum eorum qui bellant. Victoria namque est de numero regum, quæ possunt salutem prodesse atque obesse. Ideo non est absolute petenda a deo, sed cum conditione explicita aut certe implicita, scilicet si & in quantum est pro dei honore & animarum salute: iuxta quæ modum possimus deum rogare pro corporis sanitate, pro damnoque euitatione. Hinc Iudas Machabæus ad prælium processurus, uerba orationis & exhortationis ita concludit: Sicut fuerit uoluntas in caelo, sic fiat. Ioab quoque princeps militiæ Dauid regis, contra gentes robustissimas pugnaturus, dixit fratri suo Abiathar: Esto uirtuosus, & pugnemus pro sanctis & populo nostro. Dominus autem quod bonum est in conspectu suo, faciet. Porro quædam sunt bona, quæ non possunt nisi prodesse ex sua natura, & necessaria sunt ad salutem, sicut uirtutes: idcirco pro talibus bonis debemus deum absolute rogare, ut conferat ea pro malis uero oppositis, scilicet pro peccatis, quæ ex se non possunt nisi obesse, orandum est absolute, ut deus tollat ea a nobis: & commissio qua homo se ita committit deo, est ualde uirtuosa, deoque placens ac meritoria, & læpe meretur triumphum.

KKK } Articulus

Mat. 9
Luc. 6

2 ap. 8
Psal. 22
Prouer. 25
1. Reg. 16
2. Paralip. 14
2. Para. 20
2. Paralip. 35
4. Reg. 19
1. Mac. 6
2. Reg. 10

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,
Articulus XXXIII. Quod cum magnanimitate & bono animo fit
pugnandum pro causa iusta.

Timor dei & mentē & corpus debilitat: magnanimitas uero totū corroborat hominē, facitq; eum & magna & ardua uiriliter aggredi. Hinc bellatores immoderatum timorē in congressu debent abijcere & magnanimitatē assumere: moderatus tamen & modicus timor bellatoribus utilis perhibetur, cū faciat hominem bene conciliatū & ad uitandū pericula cautum ac diligētē. Bellatores quoq; non debēt aduersarios suos nimis contemnere, ne improuise lædātur ab eis, dū se contra illos non muniunt nec satis custodiunt: magnanimitate ergo, non præsumptuose aut ex elatione inchoadum ac prosequendū est præliū, ut sit actus uirtutis non uitij. Cumq; pro causa rationabili præliari sit opus uirtutū, cū delectatione fieri debet: Virtutes namq; habent delectationes sibi annexas. Vnde secundū Aristotelē, signū uirtutis est, delectatio fiens in opere. Præterea pro causa iusta pugnare, est multatq; opus uirtutū, ut dictū est: idcirco est meritorium uitæ æternæ: & qui taliter pugnans occūbit, saluatur: idcirco secura lætaturq; mente pugnandum est. Propter quod ait scriptura: Vsq; ad mortē certa pro iustitia. Hinc Iudas Machabæus bellatoribus suis dixit: Accingimini, & estote filij potētis: quoniam melius est nobis mori in bello, q̄ uidere mala gentis nostre. Postremo, uniuersis pugnatoribus, principibus atq; militibus aduertendū atq; pro posse sectandū est, q̄ de uictoriosissimo illo Iuda & adiutoribus eius. Machabæorū lib. sic legitur: Surrexit Iudas Machabæus pro patre suo, & adiuuabit eū omnes fratres eius, & qui se coniunxerāt patri eius, & præliabant præliū Israel cū iustitia, & dilatauit gloriam populi sui, & induit se lorica ut gigas, & accinxit se arma bellica suauitatis, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leonem in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in uenatione. Et persecutus est iniquos, perferuas eos, & eos qui conturbabant populū suū succendit. Et repulsi sunt omnes inimici eius præ timore ipsius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt. Et perambulauit ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & nominatus est usq; ad nouissimum terrę, & in seculum memoria eius in benedictione erit. Tales atq; multi fuerunt in ueteri nouoq; testamento, quorum uirtutes & gesta cunctis bellatoribus in exemplum clarissimum proponuntur.

Articulus XXXV. Quæ requiruntur ad hoc, quod bellum sit iustum & de diligentia inquirendi, an bellum sit iustum antequam pugnatur aut succurratur.

Ad hoc q̄ bellum sit iustum, tria exiguntur secundum doctores: Primum est autoritas principis: non enim licet priuatæ personę sua autoritate bellum moueret quia ius suum in superioris sui iudicio prosequi potest ac obtinere: nec ad personam priuatam pertinet multitudinem conuocare, q̄ ad bellum requiritur. Vnde super id quod ait saluator: Omnis qui acceperit gladium, gladio peribit. loquitur Augustinus: Ille accipit gladium, qui absq; superiori & legitima potestate hoc agit. Cum ergo priuatis cura rei publicę sit commissa, in re ipsos atq; extraneos hostes tenentur reprimere q̄ sæpe per prælia fieri est necesse. Princeps quoq; seu iudex uel minister iuste occidit, lex occidit, non tu homo iudex. Secundo exigitur iusta causa, ut paternæ aut debite hereditatis adeptio, communitatis defensio, fidei seu iustitię uitio siue defensio. Tertio requiritur recta intentio, quatenus bellum ad finem ordinetur honestum ac licitum, ut ad pacem communem, ad ueram salutem, ad dei honorem. Hinc à principis bellatorumq; animo remouendæ & prorsus abijciendæ sunt nocendæ cupiditas, ulciscendæ ferocitas, implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, intentio opprimendi. Præterea constat ex his, quod denique penitus illicita, uitiosa atq; damnabilis sit illa consuetudo qua aliquo illicite læso aut occiso, mox eius propinquis se colligunt, & propria autoritate pergunt ad ulciscendū quod factum est, uel in eo qui fecit hoc, uel in propinquis ipsius: non enim sunt iudices eius qui se referunt nec propinquorum eius: ideo non secundum propriam uoluntatem, sed iuxta formam iuris debent procedere, causamq; suam iudicibus ac superioribus suis proponere, & expediendam committere. Præfatam ergo consuetudinem uitiosam principes à terris suis extirpare tenentur, quia reuera summe periculosa est atq; utriusq; partis salute omnino contraria: nam magna inter eos inuidia oritur, & quidam hinc inde improuise & imparati necē turrimo aliquando qui occidere optant ac fatagunt, occiduntur æternaliterq; damnantur.

Deniq;

DE REGIMINE POLITIÆ

334

Deniq; ad oēm pertinet Christianū implere q̄ in euangelio docet ac præcipit Christus: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderūt uos, & orate pro p̄sequētibus & calūniantibus uos. Læsus igitur & cognati eius, tenent uero & spiritali amore læsore & eius cognatos diligere ideo obligant culpā eius dimittere, debitā uero p̄cā seu satisfactionē possunt secundū tenorē ac seriem iuris exigere, ut obseruet iustitiā, & inquantū expedit aīe eius q̄ forefecit, ut in uita hac castiget, & ne alij audeant talia perpetrare, atq; ut paci reipublicę prouideatur. Insuper, cum unus multipliciter inuoluatur, comunicet seu particeps fiat peccati alterius, præsertim si ei in re iniusta assistat, cōsentiat aut succurrat, iccirco anteq̄ subditi adiuuēt principē suū in prælio, seu anteq̄ cōmunitas una aliā inuēt aut principē eius, prouide sciscitent ac pensent, an is cui succurrere uolunt, iustam habeat causam: & tunc non ex carnali amore, aut ex aduersariorū rancore aut cupiditate p̄dæ uel lucri, sed ex spiritali amore ac zelo iustitię seu ex pietate succurrant. Cū etenim nō solū sit mortale p̄c̄m quicq; charitati dei & proximi contrariatur, sed etiam quicq; directe repugnat iustitię, & tanto p̄c̄m in Christū sunt maiora, quāto pluribus nocumēta inferūt, & quāto nocumēta sunt grauiora. Quis ergo queat essari, q̄ graue p̄c̄m sit aliorū terrā iniuste inuadere, depreddari, destruere, adipisci, totā communitatē cōtra deum ac rationē turbare, infirmos pauperesq; opprimere, cōtristare, & quasi ad desperationē blasphemiamq; in ducere, iustos quoq; affligere. Præterea dñs Guilielmus Antifiodorēsis dicit, q̄ si rex aliquis iubeat populo suo expugnare aliquē, quē populus scit esse innocentē, populus obedire tenetur, postq̄ iudicatu est ab illis, quoz est in regno iudicare, uidelicet à patribus, q̄ iste debeat expugnari: alius populus non tenetur. Verūtamen mihi uidetur, q̄ si regis seu patrū aut quorūlibet aliorū iudiciū cōtineat manifestum inexcusabilem errorē, subditi obedire non obligantur, nec debēt: Alias excusarent, qui ex præcepto tyrannoz sanctos martyres occiderunt: imō & illi, qui ex præcepto superiorū suorū Christum multipliciter affixerūt ac crucifixerūt. Hinc sanctus Iohannes testatur, q̄ subditi superiori suo obedire non tenentur uno modo propter præceptum potestatis maioris in contrarium.

Articulus XXXVI. An liceat in bello uti in fidijs, & utrū liceat diebus festis pugnare.

In ueteri legitur testamēto, uidelicet in libro Iosue & in libro Iudicum, q̄ deus præcepit populo Israel ponere in fidijs urbi Hai ac filijs Beniamin. Sed cum in fidijs ordinatur ad hostium deceptionem, quos oportet diligere, mirum alicui uideri potest, qualiter liceat in bello uti in fidijs. Ideo aduertēdū q̄ dupliciter fallitur homo, siue in uerbo, siue in facto: Primo, dum ei falsum qd dicitur, aut promissio non seruat. & istud illicitu est, quia (ut in libro de Officijs ait Ambrosius) etiā inter hostes sunt pacta & fœdera obseruanda. Secundo quis fallitur, quia propositū seu cōceptū aut opus alterius ei nō p̄dit. & istud interdū est licitū. Quæ admodū em iuxta doctrinā magni & diuini Dionysij, in sapientia fidei Christianæ quædam secreta fidei incredulis occultantur, ne sancti canibus def, ita in arte rei militaris præcipuum est, ne consilia hostibus reuelent. Præterea, si bellū conuenienter differri non ualeat, licitum erit diebus festiuis iustum prælium agere: alijs pagani & impij diuersa damna inferrent iustis atq; fidelibus festis diebus. Hinc primo libro Machabæorum habetur, quæ admodū Iudæi inter se statuerunt hostibus repugnare, si die sabbati qui apud eos celebris fuit, inuaderentur ab eis: Nam & festis diebus licet propriā uitā pugnando defendere, medicis quoq; tunc licet mederi.

Articulus XXXVII. De cautelis circa bellatores & in prælijs prouide obseruandis.

Pugnaturi contra se inuicē uarias uias excogitant & callidissimas subtilitate sinuanti, quibus aduersarios suos circūuenire, deñcere ac sibi subijcere possunt: iccirco ut ait Aegidius, expedit ut dux exercitus habeat descripta itinera regionū & interualla locorū, qualitates quoq; uiarum, cōpendia, diuerticula, mōtes, paludes & flumina existentia in uis per quas ducetur exercitus, imō melius esset quod uniuersa præfata quantum possibile est, haberet depicta, & sic quasi oculis ea aspiceret, ut exercitum suū tutius duceret. Insuper cautū est habere conductores uia bene scientes, circa quos diligentia summa est adhibēda ne fallā: Nā qdā principes cū exercitibus suis legūt p̄ conductores decepti. Hinc comminanda est eis mors, si se fraudulenter habuerint, & custodes circa eos ponendi sunt. Præterea ad ducē exercitus pertinet prouidere ne cum populo suo diu incedere seu morari cogatur in locis inaquosis seu aridis, ubi ex aquæ defectu exercitui aut iumentis posset mors aut grāde periculum imminere, quemadmodum quarto libro Regū

KKK 4 legitur

Eccl. 4
1. Mac. 2

Eodem.

Ad iustitiā bel
licia requirū
tur.

Mat. 26

Mat. 5
Lucas. 6

1. Ios. 8
Iudic. 20

Mat. 7

1. Mach. 2

4. Reg. 8

legitur accidisse Iosaphat regi Iuda & Ioram regi Israel regibus Edom, qui per desertum pergentes contra Moabitas ex aqua perissent penuria, nisi deus eis miraculose subuenisset per Helisam prophetam. Amplius, aduersarii uicti non sunt nimis angustiantur atque artantur, praesertim quoad adhuc resistere ualent; quia multoties accidit quod homines aduersariibus fracti pusillanimesque effecti, cum se conspicunt nimis surgeri aut non posse euadere, resunt audaciam, magnanimes fiunt atque fortissime praestantur. Hinc Abner princeps militum regis Israel fugiens exercitum Dauid regis, dixit ad Iobab principem militiae Dauid: Quare non dicis populo, ut omittat persequi fratres suos? An ignoras quod periculosa sit desperatio? Propterea secundum doctores de materia ista scribes, dum princeps conspicit se potentiorum & suo exercitu se posse hostes includere, non sic eos includere debet ut nullam fugiendi eis aperturam relinquat, ne forsitan desperationis occasione animentur ad resistendum plurimosque occidant. Hinc ait Aegidius: Pusillanimes dum ualde formidant nec credunt se posse effugere, inuadunt alios, fiuntque prohi. Unde communiter dicitur: Qui nimis fugat timidum, uic cogit eum esse audacem. Sic & bruta communiter timet hominem: & nisi timerent ab homine ledi, raro aut nunquam inuaderent eum, nisi fame forsitan hoc facerent. Praeterea iusto dei iudicio saepe contingit, ut uictores qui hostibus suis a se uictis nimis feroces sunt, ab alijs ferociter opprimantur. Sicut in libro Iudicum Adonibezzech rex cum filijs Israel amputasset sibi manus & pedes, dixit: Septuaginta reges amputatis manuum & pedum summitatibus sub mensa mea collegerunt micas. Sicut feci, sic reddidit mihi dominus. Insu per bellatores non debent se nimis abinuicem separare, ne aduersarii improuise irruant super eos, & antequam se mutuo possint iuuare, percutiantur ab hostibus. Legitur de quodam strenuo ac prouido pugnatore, qui cum post stragem suorum impugnaretur a tribus, cernens se illis tribus non posse simul resistere, simulauit se fugere, ut illos tres abinuicem separaret: cumque unus illorum eum caeteris uelocius insequeretur, conuertens se illi subito interemit rursusque fugam arripiens, secundum illorum praecurrentem eadem calliditate occidit. Postremo, congressus cum tertio, illum etiam necauit. Iccirco qui alios insequuntur, prudenter currant, nec tatum a suis adiutoribus se elongent, ut ab eis satis tempus iuuari non queat, si indigerint. Denique aptitudo loci multum prodest ad obtinendum triumphum: Obseruanda est quoque congruentia temporis, ne dux exercitus tunc ineat praesidium, dum habitu rus esset ab opposito splendorem solis, aut uentum, pulueris seu arenas, contra suum exercitum excitat. Hinc se cum libro Regum describit, quodammodo inter exercitum Dauid & inter exercitum filij eius Absolonis commissum est praesidium in saltu, & multo plures fuerunt de exercitu Absolonis quos salus consumpsit, quam quos gladius deuorauit, ut legitur Regum secundo. Hinc ait Aegidius, quod equites melius se defendunt in campis, pedites uero in montosis atque syluestribus, Amplius, princeps & eius exercitus non facilliter credere debet uenire de parte aduersario: & permittenti assistentiam sibi facit etiam Dauid rex decepit Absolonem & eius exercitum, mittendo ad illos amicum suum Chusai, ut permitteret assistentiam illis: cuius consilio Absolon eiusque populus ac quiescentes deuicti sunt, prout secundo Regum scribitur libro. Item legitur, quod quodam tempore Francorum exercitus Longobardiam ingrediens, & ad Longobardorum tentoria tandem perueniens, inuenit ea hostibus uacua, sed oibus bonis & maxime uino plenatissimantibus; Franci Longobardos ob timorem ipsorum fugisse, ingressi tentoria repleuerunt se cibo & potu ac dormierunt. Porro, Longobardi qui callide simulauerant fugam, redeuntes & super Francos improuise ruentes penes omnes trucidauerunt. Hac calliditate aduertit Iosaphat rex Israel, cum audiret tentoria hostium suorum Syrorum hostibus uacua, sed uictualibus ac diuitijs plena esse inuenta, ut quarto Regum libro habet. Postremo Vegetius inter cautelas quibus utendum est contra hostes ponit & haec, scilicet seminare discordiam inter aduersario exercitum, quatenus inter se discordando debitorum firat ad resistendum: sed cautela ista non commendet Aegidius, asserens eam semper moribus repugnare. Verum tamen hoc modo uidetur satis resolute probatum, non enim semper illicitum est inter alios seminare discordiam, cum beatus Paulus apertus inter Pharisaeos ac Saduceos discordiam seminare legatur in Actibus apostolorum. Iccirco sciendum, quod sicut illicitum est inter bonos concordiam seminare, sic illicitum est inter male concordiam seminare eandem, ne in quod male concordiam, forsitan effectum. Ex his innouescit quanta cautela, quanta diligentia atque prudentia necessariae sint in bellis: & si hoc ita se habet in corporalibus praesidijs pro corpore uita seruanda, quanto magis in bello spirituali contra inuisibiles hostes opus est diligentia summa ad euadendum mortem aeternam miseriam, atque ad obtinendum uitam gratiae sempiternae, ad laudem & honorificentiam regis uniuersorum: adorandi, gloriosi ac omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

LIBRI DE REGIMINE POLITIAE, FINIS.

D. DYO

CARTHUSIANI DE LAUDABILI VITA VIRGINALI, LIBER VNVS, PRAEFATIO.



VIRGO COGITAT QUAE DOMINI SUNT, ut sit sancta corpore & spiritu. Haec sunt uerba apostoli Pauli in prima ad Corinthios epistola, capitulo septimo, in quo docet quantum & quare uirginitas sit matrimonio praeferenda, uidelicet quoniam coniugati non sunt tam apti ad herere ac puro corde seruire deo omnipotenti, ut uirgines. Coniugati namque circa multa sunt occupati, & carnalia ac terrena tractant negotia: suntque frequenter solliciti, qualiter sibinuicem placeant. Ipsa quoque uoluptas carnalis deprimit mentem, & a diuino amore, ab interna puritate atque a spiritualium deliciarum degustatione impedit eam. Insuper multa sunt onera annexa coniugio, & uxor sub potestate est uiri, uarijsque miserijs frequenter grauatur, per quae omnia plurimum impeditur a sincera mentis quiete & pace in deo, & a spiritali iucunditate ac libero scibili & seruido deitatis obsequio: frequenter etiam accidit, ut maritus & uxor male concordent, sicque ex discordia, lite & contentione concipiunt contra seinuicem odium graue, & taediosissimam pariter ducunt uitam, imo tanto taediosorem ac grauiorem, quanto magis inseparabilem, ita ut interdum uirius cupiat ne dicam proceret mortem alterius, aut fidem uioler conjugalem: propter uitandam ergo haec mala, uirginitas praefertur coniugio, loquendo de uirginitate prout est uirtus, per quam homo ab omni abstinet commixtione carnali, & ab ea semper abstinerere proponit, ut liberiore perfectiori animo uacet deo & exercitationi uirtutum: & persona que tali intentione uita conubium & omnem carnalem amplexum, digna est uirgo uocari atque de omni huiusmodi uirgine dixit Apostolus: Virgo cogitat quae domini sunt, id est, diuinae praecipua attendit, & qualiter possit deo placere inquirat, de rebus salubribus ac diuinis assidue meditati: & quicquid pertinet ad dei honorem propriamque salutem, quotidie diligenter aduertit & recordatur, ut sit corpore & spiritu, id est quatenus ab omni immunditia carnalium ac spiritalium caueat uitiorum, cunctisque uirtutibus decoretur & splendear coram sponso celesti, qui ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Qui quauis sit sponsus omnium fidelium uirtuosorumque animarum, specialiter tamen sponsus est uirginum, quae amore ipsius despiciunt sponsum carnales, quatenus toto cordis affectu intentae sint & unitae sponso superno, unigenito filio eius, & omni seruituti ac cultui eius, ipsum iugiter exorando, laudando, contemplanado ac diligendo, atque in actibus istis omni die proficendo.

Articulus primus. Cur dominus & saluator noster in euangelio uirginitatem docuit, consuluit & laudauit.

DEUS altissimus & aeternus olim dedit filiis Israel legem grossam & imperfectam per Moysen seruum suum, sicut & populus ille grossissimus fuit defectuosusque ualde: iccirco in lege illa non dabatur consilium de uirginitate seruanda, praesertim quia & lex illa data non fuit nisi populo Iudaeorum, in quo cultus dei conseruabatur per generationem carnalem. Deinde pater aeternus per unicum filium suum Iesum contulit euangelicam legem, perfectam & spiritalem uniuersis totius mundi nationibus promulganda, cuius legis finalis perfectio est, deum gloriosum toto corde, tota mente totisque uiribus sincere diligere. Ideo Christus prohibuit ea quae directe & omnino impediunt hominem a tali dilectione diuina, ut sunt peccata mortalia. Porro ea quae necessaria sunt ad habendam & conseruandam huiusmodi dei amorem, Christus praecipit, ut sunt humilitas, patientia, mansuetudo, misericordia, sobrietas, iustitia, prudentia, & maxime charitas proximorum, tam inimicorumque amicorum, qui omnes ex charitate amandi sunt, propter praecipuum dei, & quia ad summam trinitatis imaginem & similitudinem sunt creati, ac Christi sanguine liberati, atque aeternae felicitatis capaces. Sunt autem aliqua, quae licet non sint in seipsis praua neque illicita, tamen communitur sunt occasio uitiosorum, & multa mala eis annexa sunt, quae sunt impedimenta dilectionis diuinae, ita quod ualde difficile est in charitate dei, praesertim in spiritali & perfecto deitatis amore persistere eis qui habent talia, quae in seipsis non sunt mala, ut sunt temporales diuitiae, libertas propriae uoluntatis, atque coniugium. Ideo Christus filius dei, uirtus & sapientia summi

2. Reg. 4

Iudic. 1

1. Reg. 10

4. Reg. 14

Act. 23

1. Cor. 7

1. Cor. 7

Mat. 5

Exod. 20

Euangelicæ legis finalis perfectio

Mat. 16

Mat. 5

Mat. 19

summi patris, consuluit nobis relinquere talia, ne per occupationes & sollicitudines temporalium rerum, ac per sensualem conthoralis amorem, aut per delectationem carnalem retrahamur à spiritali amore & uirtutum profectui, atq; à puritate, quiete, pace ac stabilitate mentis à deo. Ideo filius dei, qui uenit in hunc mūdum ut faceret homines perfectos ac spiritaliter, consuluit uirginitatem, quatenus homines tanto purius, liberius atq; feruentius adhaerent ac seruiant deo, quanto plus à rebus & actibus ac delectationibus carnalibus se elōgant, & quāto plus abstracti ac liberi sunt ab inquietudinibus, rixis, molestiis, curis, displicentijs & suspitionibus malis, quæ matrimonio solent esse connexæ.

Articulus II. Quid sit uirginitas.

IN communi modo loquendi, uirgines appellant omnes personæ utriusq; sexus, quæ à carnali commixtione immunes sunt: sed talis uirginitas non est uirtus, faciēs hoīem placentem deo atq; æterna beatitudine dignū. Itaq; uirginitas quæ est uirtus, est castitas uisiofama concupiscentiam carnis refrenans, ab omni contagione corporis aliena, per quā homo firmiter pponit ppter deū ab omni uitio castitati cōtrario semp̄ cauere. Perinet igitur ad uirginē, non solum uitare carnalē coniunctionē, sed etiam refrenare concupiscentiam primam, nec consentire in delectationem carnalē neq; in opus. Insuper euitare amplexus & oscula, & oēs cōtactus ex qbus potest & solet carnalis cōcupiscentia excitari. Hinc asserit Augustinus: Uirginitas est in carne corruptibilis meditatio incorruptionis ppetuæ. i. ppositū seruādū ppetuā incorruptionē. Ad hoc em̄ ut in spiritali ac diuino amore pfereremus & pficiamus, necessarium est ut uniuersas affectiones sensitiui appetitus refrenemus, moderemur, & rationi subdam⁹ ita, ut nō afficiamur ad aliquā rē terrenā, carnalē ac tēporalē, nisi secū dū recte rationis iudiciū, & iuxta diuinoꝝ pceptoꝝ tenorē, hoc est, in quātū res tēporalis, sensibilis seu terrena utilis ac necessaria nobis est ad bene uiuē dū & cōplacendū deo, uel prout expedit ipsi rei ad obtinē dū æternā salutē. Ideo quilibet homo debet diligere alium, non carnali sed spiritali amore, hoc est, non propter propriā delectationē quā possit habere in illo, sed ad hoc utile in hac uita uirtuose se habeat, & in gratia dei ac in omni uirtute proficiat, atq; post uitam hanc breuem ad ipiscatur æternam salutem sicq; diligere proximos, præcipue spectat ad uirgines, quæ debent ab omni carnali & sensuali affectione se custodire, & in spiritali, sancta ac pura dilectione dei & proximorū q̄tū die crescere, imō uniuersa uitare quæ à sinceritate, pfectu & seruire cœlestis impediunt sponfi.

Articulus III. Laudatio sanctæ uirginitatis.

OMnis actio Christi, est nostra instructio, hoc ergo primo ostendit uirginitatem esse ual de laudabile deoq; placitā, q; ipsemet dñs de⁹ creator & legislator noster propter nos homo factus, & inter hoīes conuersans in uirginitate pmanfit, imō & familiaritates ac priuatas allocutiones sceminæ uitauit: non q; sibi potuit esse periculosum, esse familiarem atq; affabilem sceminis, sed ad nostram instructionē, ut talia caueamus. Hinc apud Iohannem habetur, Mirabantur discipuli quia eū muliere loquebat Iesus, ut puta cum muliere Samaritana. Secundo monstratur uirginitas esse ual de commēdabilis ac deo gratissima, quoniam ipse filius dei ex uirgine nasci elegit, sicq; uirginitatē in seipso & in sua dilectissima matre consecrauit & dedicauit. Conformiter præcursores suū sanctissimū Iohānem Baptistā uoluit uirginē permanere: Iohānem quoq; apostolū & euan gelistā reuocauit à nuptijs ut ferret, & fecit eum in uirginitate manere. Tertio patet idem, quā ut sancti patres testat, uirginitas est pretiosissimus incōparabilis irrecuperabilisq; thesaurus in fragili uasculo. i. in carne mortali abscōditus: Ideo est diligētissime custodiendus. Vnde sc̄tus Thomas ap̄tus dixit filio regis & sponfæ ipsius anteq; carnaliter conuenerunt Habetis carnis integritatē. i. uirginitatē, quæ est oim regula uirtutū, & fructus salutis ppetue. Uirginitas est foror angelorū, possessio oim bonorū, uictoria libidini, fidei trophæi, expugnatio dymonū & æterna securitas gaudiō. Quarto ipnotescit ineffabilis dignitas yginitaris cōsecratæ sponso cœlesti ex hoc, q; ipsa uiolādā nō est, nec per matrimoniū cōfirmatā gēda propter unius integri regni cōuersionē ad fidē Christianā. Vnde cū sc̄tus Mattheus ap̄tus Epigineam uirginē regis Aethiopiū filiā consecraffet cœlesti sponso, & rex quidā pa ganus rogaret beatū Mattheum ap̄tum ut Epigineam uirginem daret sibi in sponfam & coniugem, & ipse cum toto regno suo Christianā assumeret fidem, nō acquieuit ei sanctus Mattheus, & dixit: Quāuis bonū sit matrimoniū, tamē si q; seruoꝝ sponfam regis sui uisur paret, non solum offensam regis incureret, sed & mortē in super mereret: non quia uxore sumpisset, sed quia sponfam dñi sui inuassisset. Ita & tu rex sc̄tus Epigineā regis æterni sponfam

Virginitatem
Christus cur
consultauerit

Augustinus.

Mat. 22
Marc. 11
Luc. 1.

Gregorius.
Christ⁹ in uir
ginitate pman
sit.

Iohan. 4
Christ⁹ ex uir
gine nasci uol
uit

Virginitas the
saurus incōpa
rabilis

Potifex in fo
lenni uoto ca
stratus uisita
re non potest

Bernardus.

Virginitatis
symbolum, hy
acinthus

Virginitas cō
tra maior q; as
gelorū

Virgines re
gis æterni sūt
sponiæ

1. Timo. 1

Virginitas q
sunt cauendā

Augustinus

sam effectam & sacro uelamine consecratam, quō poteris sponfam potētioris te tollere, & tuo matrimonio copulare? Et ex isto Albertus & alij multi doctores probant & tenent, q; nec potifex papa possit dispensare in uoto castitatis solemnī. i. dare licētiam mortali ut nū nialē illam ducere coniugem. Quinto patet laus uirginitatis ex hoc, qm castitas uirginalis ponit uirginem in statu cœlesti: qm uita uirginū assimilaf uitę cœlestium ciuū: propter quod filius dei in euangelio loquitur: In resurrectione non nubent neq; nubent. i. post diē iudicij hoīes non ducent coniugia, sed erūt sicut angeli dei. Hinc asserit sanctus bernardus: Sola uirginitas in hoc mortalitatis loco & tēpore quēdā statum immortalis gloriæ repręsentat. Uirginitas instar pretiofi ac odoriferi balsami, quo corpora defunctorū incorrupta à foetore concupiscentiæ carnalium, & à corruptione turpiū operē. Sexto patet uirginitatis præconium, quoniam uirgo in clyte superat corpus proprium, & regnat in eo: & ratio sua dominatur ac præualet suæ sensualitati: sicq; sequitur Christum atq; naturæ angelicæ puritatē. Hinc uirginitas designatur per hyacinthū, qui est pulchri ac cœlestis coloris: qm uirgines mortificatēs & aspñatēs uiles carnis illecebras, cœlestē uirtū ducūt in terris: & inter homines positi, angelicam imitātur munditiam, ut sanctus differuit Cyprianus martyr, p̄sul & doctor. Vnde & sanctus pater Ambrosius: Uirginitas inquit, supergreditur conditiōnē humanæ naturę, per quā hoīes angelis conformatur: Maior tamē est uictoria uirginū q; angelorū: Angeli nāq; sine carne uiuunt, quoniam incorporei sunt: homines uero uirgines in carne triumphant. Iccirco ut gloriosus ait Hieronymus: In carne præter carnem uiuere, non humana uita est, sed cœlestis. Septimo patet idem, quoniam uita uirginum est uita nobilissima, honestissima & regalī, cum sint sponfæ regis sup̄erni. Cum enim hoc sit ex corpore & anima, & per sensitias potentias cum brutis communicet, per intellectum uero & liberā uoluntatem cum deo & angelis: iccirco uera nobilitas, perfectio, decor honestasq; hominis est, elongare atq; abstrahere se à rebus carnalibus, trāsitorijs ac terrenis, & occupare se in rebus actibusq; diuinis, spiritalibus ac æternis, hoc est, in exercitijs uirtuosis, in orationibus, meditationibus & laudibus dei, quod totum ad uirgines specialiter pertinet, quæ à scōditibus & uoluptatibus carnis se abstrahūt, ut regi omnium seculorum immortalī, inuisibili, purius obsequentur. Ideo sicut in uitjs carnis est maxima turpitudine, uilitas, brutalitas & ex cæcatio mentis ita in uita uirginali existit præcipua puritas, spiritualitas & honestas atq; illuminatio cordis: & quanto plus uirgo contemnit delectamenta carnalia propter deum, tanto copiosius promeretur dulciter inhabitari ac uisitari à spiritu sancto, dūmodo aliunde per uanitatem, elationem, negligentiam aut aliā culpā obicem nō ponat.

Articulus IIII. De his quæ uirginibus sunt uitanda ac metuenda.

Dictum est iam, q; uirginitas sancta pretiosissimus & irrecuperabilis sit thesaurus, quem porta uirgo in fragili uasculo, hoc est in corpore suo ad uitia pronot iccōne tam præclarum perdat thesaurum, necessaria sibi est diligens atque incessabilis custodia cordis, præsertim cum ipsa uirginitas tot habeat inuidiatō res & amulos qui eam corrumpere & auferre conantur, uidelicet homines lubrici, inuisibiles quoq; hostes humanæ salutis, sed & caro iugiter inclinā ad mala: oportet ergo ut uirgo semper sit custodia. Ideo primo cauere debet prauam securitatem, ex qua incustodia nascitur. Hinc uirgo non debet de uiribus suis præsumere, nec quasi certam se reputare quōd non possit corruere, præsertim cum dictum sit, quōd uirginitas supergreditur conditionem humanæ naturæ. Secundo cauenda & abhorrenda est uirginibus omnis elatio mentis & gloria uanānam etenim dictum est, quōd multipliciter uirginitas sit laudanda, quā diuina ac nobilis uirtus existat. Cauendum est igitur uirgini, ne ex app̄ehensione suæ uirginitatis extollat se ipsam aut inaniter gloriatur, uel se præferat alijs, aut meritis proprijs suam ascribat uirginitatem: imō quo uirginitas est præclarior donum dei, eo de ipsa uirgo deo plus grata ac subdita, semperq; anxia, pauida & suspecta. Si autem cœperit superbiere aut inaniter gloriari, meretur à deo relinqui ac despui, imō & in manifesta uitia labi, sicq; suā uirginitatē uel corporaliter uel spiritaliter pdere, hoc est, carne aut mēte corrūpi. Hinc loq; Augustin⁹. Quāto maius bonū extat uirginitas, tāto plus timeo ei furē superbiā, hoc est, ipsam supbiā gloriāq; inanē. Tertio uitāda ac odiēda est cūctis yginibus incōfideratio seu fatuitas cordis: uirgo nāq; sollicita debet pensare, ne quāq; sibi ad salutē sufficere suam

suam uirginitatem, nec de ea contenta, sed magis debet aduertere, q̄ nec sine charitate nec sine humilitate sua queat humilitas omnipotentis placere nec meritoria esse. Ideo uirgo aduerterat ac timeat quod Iacobus ait apostolus: Quicumq; legem non impluerit, offendit aut in uno, factus est omnium reus. Ecce quid terribilius, quid rigorosius dici ualeat. Hinc & omnium iudex Christus deus in euangelio iubet: Cū feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutilis sumus: quod debuimus facere, fecimus. Itaq; uirgo assidue suum cōsideret statum, & quid iudex ac sponsus cœlestis ab ea requirat: sicq; deuitet omne quod potest offendere summi oculis amatoris. Hinc in exordio epistolæ ad Demetriadē uirginē scribit Hieronymus: Prima uirginis cura primumq; studium sit scire uoluntatem domini sui, ac diligenter inquirere quid placeat & quid displiceat deo, quatenus secundum doctrinam Apostoli rationabile deo reddat obsequium, totiq; uitæ suæ cursum ordinet secundum diuinam scripturam. Imple ergo d̄ uirgo quod ait Apostolus: Noli altum sapere. i. magna de te sentire ac magnum te reputare, sed timeat & quod in Ecclesiastico scriptum est: Altiora te ne quaeris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. Si sita q; d̄ uirgo Christi semper sagax & prouida, quoniā in euangelio fatuæ uirgines condemnantur. Quarto uitanda est uirgini tepiditas animi & omnis pigritia, quæ uirginibus quibusdam solēt accidere, quia de prerogatiua ac merito suæ uirginitatis nimis confidunt, præsumunt & male se curæ sunt, quasi sufficiat unum mortale uitasse. Considerent ergo quod ait apostolus Iacobus: In multis offendimus omnes: & q̄ in uia dei non progredi, nec in uirtutibus crescere, sit regredi atq; deficere. & item, q̄ homo non potest diu mortalia uitare peccata, nisi fuerit diligens ad uitandum uenialia. Pensent quoq; quantum iudex ac sponsus cœlestis detestetur ac spernat cordis tepiditatem, qui in Apocalypsi comminatur ac protefitur: Vitam calidus esses aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Ideo sanctus Leo papa dixerit: Non tepidis, nec pigritia negligentiaq; torpentibus, prouenit regnum colorum: imō, ut ait Eusebius, Omnipotens deus in suo obsequio despicit negligentem, respicit in deuotum, euomit tepidum. Nempe qui piger & tepidus est, cito atq; facilliter uincit ab hostibus suæ salutis, & opus dei efficit negligēter, propterea damnationem merefit, sicut Ieremias propheta affirmat, Maledictus homo qui facit opus dei negligēter. Virgo igitur cum omni diligentia seruiat deo, & tanto feruentius adheret ac ministrat sponso cœlesti, quanto benignius ab ipso est præseruata à grauioribus uitij. Quinto uitanda est uirginibus inquinatio suæ uirginæ nobilitatis ac claritatis: Earum namq; nobilitas & claritas est ipsa uirginitas, quæ per omne mortale peccatum fœdatur & offuscatur intatum, q̄ sponso cœlesti sit in accepta, sicut ait Hieronymus: Accepta & præclara est corā deo uirginitas & pudicitia uirtus, si aliaq; fœditate culpæ non inquinet & sicut modica macula ualde deformis apparere in pretiosa ac candida ueste, sic paruū peccatum ualde dehonestat & indecens est uirgini. Sexto uitanda est uirgini uniuersa leuitas cordis & dissolutio morum, cum semp̄ debeat esse custodita & timorata, ne mente aut corpore uiolet, & ne cœlestem offendat sponsum, & ne offenso eo relinquatur ab ipso & cadat. Iuxta hūc modum multa similia uirginibus sunt uitāda, uidelicet otiositas, loquacitas, audacia, inuerecūdia, incustodia oculorum, chorisatio & discursus, contentio, impatiētia, ira & omnis gula sitas atq; diuisiō cordis, hoc est ne partim adhareant deo & partim mundo, & ne uelint placere mundanis hominibus ac simul gaudere cum Christo & cum seculo isto, sed toto corde adhærēat creatori, saluatori ac sponso superno. Conformiter uitare debent occasiones peccandi, inuiscula, familiaritates nociuas, secretas epistolas, attractus, oscula & amplexus, loca suspecta, conuenticula quoq; priuata, confabulationes inutiles & occultas, arrisus & morosas impetitiones, ludos & iocos cum personis alterius sexus, prout de his infra magis tangetur.

Articulus V. De his quæ specialiter ualent ad uirginitatis conseruationem.

Quemadmodum ea quæ in præcedenti articulo tacta sunt, existunt uirginibus specialiter fugiēda, utputa incustodia cordis, elatio, uana gloria, incōsideratio, tepiditas, cordis leuitas, dissolutio, otiositas, loquacitas, audacia, inuerecūdia, incustodia oculorum, chorisatio, discursus & cætera in fine præcedentis articuli nominata: sic horum contraria sunt uirginibus specialiter appetenda, amplectēda & conseruanda, uidelicet diligens custodia, uera & profunda humilitas, lætitia spiritalis in deo, assidua cōsideratio præceptorum, feruor & seriositas mentis, maturitas morum, refrenatio linguæ, occupatio fructuosa, uerecūdia uirginalis, euitatio suspecta culorum, chorearum & consimilium uanitatū, custoditio uisus, pudicitia & elogatio ab omni indecenti

Iaco. 3

Luc. 17

Hieronymus.

Rom. 12

Rom. 11

Ecdi. 3

Mat. 23

Iaco. 5

Apoc. 3

Eusebius

Ierc. 48

Virginibus fugiēda.

indecenti contactu, osculo & amplexu, austeritas quæ dā & rigor ad psonas alterius sexus, aspernatio munusculorum, salutationū, familiaritatum, confabulationum, arrisuum, iocorum, iudoy, secretorum, locorum, & breuiter omnium incitamentorum & occasionum libidinis. In primis ergo necessaria est uirgini peruigil, timorata atq; indefinens cordis custodia, ita ut semper ab inimicis & prauis cogitationibus illicitisq; desiderijs mentē suā præseruet, & cū tale qd̄ fenserit in corde suo uersari, mox illud abijciat et contēnat, conuertendo se ad cogitationes salutares de passione dñi nostri Iesu Christi, de rigoroso eius iudicio, de penis purgatorij ac inferni, de gaudijs q̄q; paradisi cœlestis, & de acerbitate, incertitudine ac appropinquatione incessabili mortis, de quibus omnibus debet uirgo intente ac frequenter quoti die cogitare, sicq; auxiliante deo perfacile erit ei cogitationes uanas & uitiosas affectiones abijcere: ita implebit quod Salomō exhortat: Omni custodia custodi cor tuum. Deniq; negotiatores per rura & syluas cum mercibus pretiosis pergentes, iugiter custodiunt & circumspiciunt atq; armati sunt, ne aduersarij impugnentur & spoliuntur: sic uirgo in seculo isto ne quā conuersans, & pretiosissimum uirginitatis thesaurū in fragili sui corporis uasculo deferēs, debet indefinēter esse custodita, circūspecta, sollicita spiritaliterq; armata, ne mētelædatur per prauum consensum aut cogitationem impuram, & ne corpore uioletur aut opprimatur. Nam ut ait scriptura: Si non in timore domini tenuerit se homo instanter, cito subuertetur domus sua, id est, cor suum cito fallitur ac corruiet. Insuper sponsæ & uxores quāuis suis sponis ac maritis sint infideles, atamen in illorum præsentia ab impudicitie fignis & actibus se refrenant. Cum igitur uirgines habeant sponsum cœlestem omnia intuentem, debent se incessanter in illius præsentia ab omni inhonestate, immunditia & infidelitate custodire, & ei sine cessatione fideliter adherere. Idcirco d̄ uirgo assidue cogita & aduerte sponsum cœlestem tibi esse præsentem ac omnia intuentē, & erubescite in eius præsentia & aspectu inhoneste reprehensibiliterq; habere: nec audeas eo inspiciente cogitare aut affectare seu facere quod coram honestis hominibus non auderes loqui: aut operari. Etenim uæ homini qui homines mortales aut defectuosos magis q̄ sanctum & immortalē deum ueretur. Secundo debet uirgo uerā & profundam humilitatem iugiter in se habere ac conseruare, reputādo se uilem, defectuosam, insipientem ac fragilem creaturam, non solum quoti die multipliciter grauitatq; peccantem cogitatione, affectione, uerbis & actibus atq; multorum omissionē bonorum, sed etiam in suis orationibus, actibus bonis tā defectuosam ac mente distractam, ut totum possit deo amplius displicere q̄ complacere, nisi humilitas suppleat & deus altissimus misericorditer aspiciere & acceptare dignetur: Omne quoq; bonum & omnem gratiā sibi concessam debet uirgo pietati diuinæ cū omni humilitate & gratiarum actione ascribere, ac se ipsam corā sponso æterno in omnibus accusare, & pro illuminatione ac cōfortatione spiritus sancti cū grādi, fauore ac instātia exorare. Aduertat igitur uirgo, quod sanctus ait Bernardus: Non mediocriter placet deo anima illa, in qua humilitas cōmendat uirginitatē, & uirginitas exornat humilitatē. Ideo pulchra est permixtio humilitatis & uirginitatis. Veruntamen magis necessaria est humilitas q̄ uirginitas: potest deo placere humilis homo, quāuis non uirgo non aut uirgo superbiens, imō nec beatissime Mariæ uirginis uirginitas sine humilitate deo cōplacuisse. Ideo gloriosa uirgo Maria non dixit: Quia respexit uirginitatem ancillæ suæ: sed respexit humilitatē ancillæ suæ. Nonne uerissime ait scriptura, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam: Si ergo cupis d̄ uirgo in gratia dei perseuerare ac crescere, humilitatem semper amplectere, atq; in ea proficere studesicq; adimpleas quod hortat uenerabilis ille Tobias: Superbiam nunq; in tuo consensu aut in uerbo tuo dominari permittas, quia in ipsa sumpsit initium omnis perditio. Tertio debet uirgo non uanā gloriā, sed spiritalem habere lætitiā, gloriando in deo de omni & infinita excellentia, bonitate, pietate, sapiētia, liberalitate ac beneficijs eius, & seruido eidē cum iunctitate interna, sicut ait propheta: Seruio dño in lætitia. Ap̄lus quoq; Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete. Itemq; Qui gloriat, in domino gloriatur. Debemus enim deo excelso & glorioso ex charitate feruenti cum gaudio deferuire, & in eius laudibus, orationibus & sanctis meditationibus delectari. Quarto debet uirgo uere sapiens esse, meditando in lege dei die ac nocte sicq; oleum in lāpade sua habere. i. de testimonio conscientie bonæ corā deo gaudere: nec uelle placere hominibus, nisi in deo eos edificando. Debet quoq; uirgo cōsiderare infinitam bonitatem, nobilitatem, sanctitatē, pulchritudinem ac sapientiam sponis cœlestis: & sic eius intuitu ac amore omnem carnalem sponsum despiciere, omnēq; insipientiā, uanitatē ac fatuitatem abijcere: quoniam sp̄ssi

Virginibus necessariū

Prover. 4

Ecdi. 17

Bernardus

Luc. 11

Psalm.

Mat. 23

LLL sapientes,

sapientes, pulchri ac nobiles, uolunt sponfas sibi similes, speciosas, prudētes, nobilesq; habere. Quanto magis sponfus ille cœlestis, infinite & incomparabiliter nobilis, formosus ac sapiens, uult sponfas habere prudētes & spiritaliter pulchras ac nobiles, i. uirtuosas. Quinto debet uirgo esse in omni obsequio dei seruens & seriosa ac perseverans; & quicquid agit seu agere potest ad reuerentiā sponfi cœlestis, debet pro nihilo reputare respectu infinite honorabilitatis ac dignitatis illius, qui dignus est cultu & reuerentiā in in finitum maiori, q̄ sibi ab uniuersis creaturis ualeat exhiberi. Iccirco non debet uirgo in obsequio tanti sponfi pigra ac negligens seu frigida esse, ne uideatur sponsum uilipendere adorādum: sed quicquid potest, debet feruenter humiliterq; implere: & præcordialiter tanto sponso regitari, q̄ dignatur pauperulas suas ancillas sponfus appellari ac esse.

Articulus VI. De cæteris quæ uirginibus sunt seruanda, & quæ eis sunt fugiēda, ut scilicet sint refrenatæ & moderatę in uerbis, custodię in uisus: & operosæ, nō otiosæ; maturæ, nō leues, nec curiosę in ornatu ac uestibus.

Prouer. 29

Solent fceminae esse uerbosæ ac garrulæ. Verbofitas aut in omni homine est uituperabilis, estq; insipientiæ signum, iuxta quod Salomon loquitur: Vidisti hominē uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est q̄ illius correctio. Et iterum: Stultus uerba multiplicat. Itemq; Totum spiritum suum profert stultus, sapiens autē differt & reseruat in postero. Specialiter uero uituperanda est loquacitas ista in fceminis, quæ cōmuniter sunt debilioris rationis q̄ uiri: & naturaliter debent esse ueracitæ & timidæ, ne in uerbis excedant. Hinc taciturnitas multum in fceminis uehementer laudatur, quæ admodum in Ecclesiastico legitur: Gratia super gratiam mulier pudorata & tacita. Specialissime uero & maxime uituperanda est in uirginibus uerbositas, cū uirgines debeant esse potissime ueracitæ ac pauidæ, atq; in uiros presentia taciturnæ & ab omni irrefrenatione linguæ cauētes, quia ut sapientissimus Salomon ait: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam, Qui autem inconsideratus est ad loquēdum, sentiet mala. Qui uero moderatur labia sua, prudentissimus est. Vnde de nouo protestatur: Sicut urbs patens & absq; muroꝝ ambitu, ita homo non potens in loquēdo cohibere spiritum suum. Hinc la cobuse exhortatur Apostolus: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Non enim potest homo cor suum custodire a distractione, instabilitate, uarijsq; peccatis, qui non custodit os suū a uanis, prauis & inutilibus uerbis, imō etiam ab auditione & complacentia uerborum huiusmodi: imō sicut uas non opertum impletur multis pulueribus, sic cor hominis cuius os non operit refrenatio taciturnitatis, impletur uitijs multis & magnis. Item pronitas fabulandi, est signum incauti in timoratiq; cordis: propter quod asserit beatus Bernardus: Vanus sermo, uanus conscientie in dex est, mores hominis lingua pandit: & qualis sermo profertur, talis esse animus comprobatur. Quia ex abundantia cordis os loquitur. Si ergo uirgo uis cœlestem sponsum esse cordis sui habitatorem ac possessorem, stude mentem tuam in obseruatione solenni esse diligentes ac rigorosæ. Insuper, sicut irrefrenatio linguæ, sic & incaustodia oculorum ualde nocua est cordi: & plurimas cogitationes inanes, prauas, impuras ingerit ei, sicq; mors culpæ per corporis fenestras ingreditur animam. Hinc Dauid in seipso expertus quanta crimina incidit ex incauto aspectu, orauit: Auer te oculos meos ne uideant uanitatē. Non ergo liceat imprudēter aspicere, quod non licet appetere: & si uirgo uisum suum proiecit in aliquem uirum, non tamen figat oculos suos in illum per diuturnum aspectum, sed mentem suam eleuet mox ad deum: nec imprimat suo cordi uirorum memoriam, nec alicuius mundanæ curiositatis recordationem. Iccirco in Ecclesiastico scriptum est: Noli circūspicere in uia ciuitatis. Auerte faciem tuam a muliere compta, propter speciem mulieris multi perierit, uirginem ne conspicias, ne scādalizeris in decore eius. Et sicut ista dicuntur uiris, ut cauēat morosum mulierum uirginumq; intuitum, sic mulieribus atq; uirginibus est dicendum, ut ab omni immoderato abstineant aspectu uirorum ac iuuenum. Maxime autem sic custodiendus est uisus in sacris locis & in diuino officio. Itaq; in custoditus uisus, in custodit cordis est index. Conformiter refrenandus est auditus a uerbis iniquis, detractorijs, proccatorijs & lasciujs, ab amatorijs quoque & mūdānis carminibus. Præterea uirginibus otiositas est semper uitanda, quæ fastidiū, fabulationis, nugarium ac plurimum aliorum radix est uitiorum. Iccirco de otiosis ait Psalmista: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia, operi sunt iniquitatē & impietate sua prodij

Ecc. 9

Psal. 72

prodij quasi ex adipe iniquitas ipsorum, transtulerunt in affectum cordis. Otiositas uero de cōmodis & delicijs cogitant carnis, tempus infructuose expēdunt, ludis & iocis ac risibus uacant: quæ omnia uerē cōtitioni pœnitentialiq; uitæ cōtrariāt. Virgo igitur semper intenta sit occupationi honestæ, spiritali aut corporali in corporalibus quoq; exercitijs suis, mentem suam frequenter leuet ad creatorem orando ac meditādo. Hinc sancti patres Augustinus & Ambrosius dicunt: uirgo domini domi debet manere, & operi lanæ uel orationi aut meditationi uel lectioni insistere. Ideo sanctus hortatur Hieronymus: Semper aliquid boni age, ut te diabolus iugiter bene occupatum inueniat. Otiosus enim a multis impugnat fur demonibus, occupatus ab uno. Inspicientissimum quoque est, tempus pretiosum & breue nobis concessum ad pœnitendum & fructuose uiuēdum, nō solum infructuose, sed etiā uitiose deducere. Amplius, sponfus cœlestis uult spōsas suas ab amaricibus & puellis seculi huius omnino differre, ne leues sint moribus, nec sine necessitate circumeuntes. Ideo asserit Augustinus: Dominica uirgo primitus debet strepitus ac platearum frequenti uitare, ac domi posita utilibus opibus inuigilare. Et iterum: Dominica (inquit) uirgo ab omni inuerecundo sermone ac risu debet se penitus abstinere, & cum disciplina ac silentio omnē uitā suam ornare. Et etiā uirgo garrula seu curiositate supflua, indigna est uirgo uocari. Hinc Ambrosius: Discite (inquit) uirgines nō circūcuritare alienas aedes, nō demorari in plateis, nec alijs in publico miscere sermones. Præterea, uirgo prudens spiritales diuitias & uerā uirtutū nobilitatē, non carnalem originis dignitatem debet appetitari, prout allegati sancti fatentur patres dicentes: Dominica uirgo nec sermonis iactantia, neq; diuitijs, nec generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate & spiritus paupertate Christo semper iudicia permanere. Postremo, omnis curiositas, pompa, supfluitas uestiū & ornatus inanis, uitandæ extant uirginibus similiter curiosus in cœlestis, ceruix erecta, oculosq; nutus. Propter quod loquit Augustinus: Dominica uirgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis & lætis, sed depressa ceruice & uultu in terrā demisso procedat, ne iuueniles inducat amores, & ne alijs causa perditionis existat, quāuis & ipsa peccat. Aduerte o uirgo q̄ sancti patres Hieronymus Chryostomusq; loquuntur: Si uir aut mulier, uirgo aut iuuenise ornauerit, & uultus hominum in se prouocauerit, & si nullum malum in de sequitur, tamē æternū supplicium patietur: quia uenenū præbuit, si fuisse qui biberet. Hinc beatus acissimus princeps apostolorū Petrus in sua prima iubet canonica: Mulier: non sit extrinsecus capillatura aut circūdato auri, aut in dumēti uestimentoꝝ cultus. Quocirca differuit Cyprianus: Serico & purpura induta, Christū induere nō possunt: auro & margaritis mobilibusq; ornata, ornamenta mentis & dei gratiam amiserunt. De hoc, & qualiter intelligēdum sit, plenius scripsi tractatu de uita nobilium.

Articulus VII. Adhuc de aliquibus rebus, q̄ cōseruatiuę & corroboratiuę sunt uirginitatis.

Vltra ea quæ nunc sunt tacta, adhuc multa sunt quæ uirginitatē roborat & conseruant. Primū est exemplum Iesu Christi dñi nostri, qui in seipso uirginitatē consecrauit & cōmendauit: deinde exemplū beatissimæ matris suę, & aliorū innumerabilium utriusq; sexus sc̄torū, qui in uirginitate inuolabiliter p̄māserūt: quorū multę personæ maluerunt atrocissime pati mortes, q̄ uirginitatis amittere florē: quę tamē in omni nobilitate, pulchritudine, opulentia abundabant. Secundū est sacra scriptura, potissime noui testamenti, in qua Christus & apl̄i uirginitatē ualde consulunt & cōmendant, eamq; matrimonio præferunt, quorū consilijs & doctrinis acquiescere est salubre ac sapientiale. Tertiū est cōsideratio excellentissimi atq; multiplicis premij qd uirginitati debetur, cui non solum debet essentialē præmiū beatorū, qd est beatifica uisio deitatis, sed etiam præmiū accidētale, quod aureola nominat, & aliæ quædam mercedes, prout paulo post describetur. Quartum est euitatio incommodorū & uariarū tribulationum, curarū, inquietudinū, afflictionum & seruitutum, quę matrimonio & coniugatis annexa sunt. De quibus ait Ap̄tus, q̄ tribulationem carnis habebunt huiusmodi: qui & frequenter male concordāt, atq; cūm tēdio & rancore uiuunt adinuicem: nec pro aliqua causa quantūcūq; molesta separari queunt ab inuicem, fornicatione excepta: ob quam separari possunt quantum ad thōpū, non quo ad uinculū coniugale. Quintum est ipsa nobilitas uirginitatis, quæ in se ipsa tam clara est, tam angelica, cœlestis & pura, ac multa priuilegia habet sibi cōiuncta, & q̄ solum meretur habere sponsum: quorū omnium diligens cōsideratio, ad uirginitatis amorem & cōseruationem potest & debet accendere. Sextum est multiplex fructus qui uirginitatē cōsequit, qm fructus cœlestissimus ei debet, prout infra dicit. Septimū est, q̄

I. Pe. 1

uirginibus etiā in hac uita tā copiosa grā cōdonat, & q̄ prae ceteris habet uitā trāquillā & innoctē, à multis anxietatibus, doloribus, sollicitudinibus, inquietudinibus, subiectionibus, tēdijis atq; laborib; liberā, q̄bus p̄sonę cōiugatae (præsertim feminae) sunt subiectae. Osta uū est seruens incessabilisq; oratio deo fusa, quatenus in ipso orante dignet uirginitatē cōseruare, p̄ficere, roborare: pro eadē q̄q; causa inuocare gloriosissimā uirginē Mariā ac alios sc̄tos, ad q̄s q̄s deuotionē habet maiorē, & etiā q̄s p̄priū angelū sc̄m custodē. Nonū est, rēratio nib; carnis & incōtinētię uiriliter reluctari: q̄d q̄liter fieri debeat, in sequēti p̄adet articulo.

Articulus VIII. Qualiter resistendum sit tentationibus carnis & incontinentiæ.

Singulare ac salutare propositum uirginum, diabolus per seipsum ac suos fate lites tam inuisibiles q̄ uisibiles impugnare non cessat, quibus omnibus uirgo deuota sapienter resistere debet. Primo, tanto feruentius atq; frequentius deum, beatissimam uirginem ac ceteros sanctos in auxilium inuocando, quanto acrius impugnatur. Secundo, mox resistendo principijs suggestionis iniquae ac lubricae, nec eam tenendo aut uersando in corde: sed q̄ cito sentitur, statim se inde auertēdo passionēq; Christi, resurrectionē, mortē, rigorē diuini iudicij, tormētā inferni intente ac profunde considerādo: sicq; oīa uitā abhorrendo, iuxta quod ait scriptura: Memorare nouissimā tuā, & in aeternū non peccabis. Tertio, uitāda ea quae carni sunt mollia, ipsumq; corpus p̄priū cū discretionē castigando, per asperitatē uestitus, per uigilias, disciplinas, ieiunia, delicata quoq; & superflua alimenta fugiendo pro posse. Quarto, curiose attendendo uilitatem carnis ac delectationē ipsius, nō tamē do in consideratione huiusmodi. Solēt equidē uirgines quandoq; tentari quadā curiositate experiendi oblectamenta carnalia, quae putantur maiora q̄ sunt, dum non pensant mala eis annexa: cui curiositati cum aspersione est resistendum, ne uirgo propter tam uilem delectationem, de qua constat q̄ uilis, breuis & fallax sit, uelipretiosissimū uirginitatis suę thesaurū amitteret: & diuturna, imō & sempiterna supplicia promereri. Quinto, se fortiter occupādo in exercitijs bonis, & delectationem spiritalem querendo in eis, præsertim in exoratione, laude, cultu, contemplatione & pura ac feruida dilectione sp̄s̄i celestis, sicut ait Psalmista: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sexto, cum diligentia fugiendo incitamenta & occasiones carnalium uitiorum, puta choreas, spectacula, uaniloquia, inspectiones, scurrilitates, attractus, loca priuata, amatoria uerba familiaritates incautas, arrisiones, munuscula atq; similia, de quibus prædictum est. Septimo, aperiendo alicui spiritali ac discretæ personæ proprias tentationes, etiam in sacramentali confessione idoneo sacerdoti, & utendo consilijs: quia per hoc uerfusitā demum ualde confunditur ac debilitatur. Octauo, indefinenter ac sapienter pensando presentiam dei iudicis summi, celestis sponsi, omnia intuentis ac iudicantis, & mentem assidue erigendo ad ipsum: sicq; erubescere in præsentia ac conspectu omnipotentis ac sancti turpia cogitare, foeda appetere aut uiliter se habere. Nonum est, ante impugnationem rētationum se ad eam disponere per arma uirtutum, & per præacta remedia: sicq; dum uenerint, eis confestim modis nunc dictis resistere: ne in spiritali conflictu deficere, sed cogitare q̄ gloriosum & meritorium sit in tentationibus præualere: & q̄ uile, miserum atq; damnabile sit ipsa succurrere, quia ut ait Apostolus: Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Decimum est, carnalibus amicis & cognatis uirginitatem dissuadentibus, aut coniugium consulentibus non consentire: sed intueri q̄ incompābiliter melius, dignius, salubriusq; consistat, sponso celesti unigenito filio dei, qui est infinitæ nobilitatis, speciositatis, opulentiæ, sapientiæ, sanctitatis & eminentiæ, spiritaliter desponsari, mentaliter adherere, purē ac feruenter coniungi, mūdo corde castoq; corpore deseruire, atq; ab eo celesti lumine fecundari, ac omni donospiritus sancti repleri, q̄ carnalem ac mortalem accipere sponsum.

Articulus IX. De multiplici, copioso, singulariq; præmio.

IN Apocalypsi quædā magna, specialia & gloriosa de uirginibus easq; gloria & p̄mijis ascribunt: hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Et rursus: Cantabant canticū nouū, q̄d nemo potest dicere nisi qui cū mulieribus non sunt coingnati. Hi empti sunt ex hoib; primitiæ deo & agno & c. quod totum simul dici potest de uirginibus sexus feminei, qui cum uiris non sunt inquinatē. Itaq; uirgines dicuntur sequi agnum, ut puta Christum, quocunq; ierit: quia pro eo quod eminentē & singulariter dominatē sunt concupiscentijs carnis, meruerunt præcipua quadam libertate uti cū Christo in patria: & sicut imitatē sunt Saluatorem in uia non solum per iter mandatorum, sed etiam per uiam consiliorum atque per mentis & corporis integritatem, sic specialibus gaudijs & priuilegijs magnis

conformantur ei in prima, & afferunt ei canticum laudis & gratiarum actionis pro specialibus gratia & gloria uirginitatis: q̄d nemo potest deo pro se canere & offerre, nisi cui collata est tantum diuini beneficii munus: sicq; per canticum istud insinuat aureola uirginū, id est, speciale gaudium quod pro sua uirginitate sortiuntur in coelis. Aureola nancq; uocaf specialē gaudium mentis, datum pro uictoria operis specialiter ardui, eminentis ac priuilegiati, ut sunt uirginitas, martyriū & prædicatio efficacit quibus tribus, in quantum ex charitate nascuntur, seruant aut sustinentur, debetur essentialē premium, quod est super dignissimā trinitatis uisio fructiua & clara: sed ratione difficultatis priuilegiatiq; operis ac perfecti triumphi, debetur eis aureola quæ est quoddam premium accidentale, & ornamentum premij essentialis, quod corona seu aureola nūcupat. Quæ admodum em̄ ex gaudio premij essentialis resultat quidam decor in corpore, qui gloria corporis appellatur, ita ex gaudio aureolæ existenti in mente redundat decor in corpore: sicq; aureola principalis consistit in corpore, atq; per redundantiā fulget in carne glorificata. Itaq; uirginibus debetur aureola, quia de proprio corpore specialem uictoriam ac plenam obtinet. Iccirco uiduis nō debet aureola, quia aliquando acq̄ueuerunt desiderijs carnis usq; ad operis consummationē, uirgines aut nunq̄. Nec illis duntaxat uirginibus datur aureola, quæ ad uirginitatē obseruandam astrinxerunt se uoto uel iuramento, nec etiam omnibus illis quæ usq; ad mortē manent incognitę uito, cum aliq̄e tales ante usum rationis discedant, & aliq̄e nubete aut uiro misceri pponat, quibus ab ope impediatur: sed illis uirginibus inferf pro mercede aureolæ, quæ ex charitate proponunt uirginitatē inuolabiliter obseruare, & sic manent usq; in finē. Et quamuis interdum a suo laberetur proposito, aut aliter peccarent mortaliter, non tamē priuarentur aureola, dummodo pœniteant, & in bono morerentur proposito: quia uirginitas mentis potest per pœnitentiā reparari, non autem uirginitas seu integritas corporis. Quod si aliqua omnino uiolenter opprimeretur & nullatenus consentiret, non ex hoc aureolam perderet. Studeat igitur uirgo in suæ uirginitatis proposito inflexibiliter permanere: & si (quod absit) interdum a suo proposito declinauerit, mox pœniteat, resipiscat, & in sancto perseueret intento, ut pro temporali uirginitate æternaliter gaudeat & ornetur in anima sua & corpore. Quæ admodum enim seruum factū de rosis & floribus seriosis superpositū diademati regis illud decorat, & regis exornat caput, sic aureola uirginū beatitudinē eaz; principālē efficit magis decorā, & mentem ac corpus eaz; ornabit.

Articulus X. Quod uirginitati debetur fructus centesimus in regno celesti.

Dominus noster Iesus Christus in euangelio loquitur: Semen cecidit in terrā bona, & ortū fecit fructū, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Vbi expositores fructū centesimū attribuunt & assignant continentiæ uirginali, fructū uero sexagesimum continentiæ uiduali, fructū aut tricesimum continentie coniugali. Fructus nancq; consurgit ex semine spirituale aut semē est uerbum dei. Ideo quanto quis ex auditu uerbi celestis à carnalitate recedit, & ad spiritualitatem conuertit, tato in ipso fit maior fructus ex uerbo dei. Porro, qui ex uerbis, doctrinis atq; cōsilijs Christi à ueneris totaliter abstinet, ad maiorem spiritualitatē præ ceteris in genere continentie proficit & pertingit, ut uirgines, qui ob hoc dicuntur uitam angelicam & celestem in corpore ducere, sicut ostensum est. Iccirco ascribit eis fructus centesimus, centenario nancq; totalitas ac perfectio designant. Itaq; constat ex præinductis, q̄ eidem actui meritorio diuersa merita correspondent, secundum diuersa quæ sunt in illo, quæ admodum continentie uirginali seu uirginitati correspondet & dat pro p̄mio beatifica uisio dei, in quantum ex charitate seruat: aureola uero, prout est opus quoddā p̄fectiōis hoīs ratione eminentis triumphis fructus aut, in quantum homo ex uerbo dei per uirginitatē ad præcipuam pertingit spiritualitatē, à carnalitate se abstrahēs. Deniq; sicut magis meritorium est facere bonū ex uoto q̄ sine uoto, quia qui facit bonum ex uoto, offert arborem deo simul cū fructu, & seipsum inseparabiliter obligat deo, sic etiam seruare uirginitatem aut castitatē ex uoto, magis est meritorium deoq; placitum, q̄ absq; uoto. Hinc uirgines uirginitatem ex uoto seruantes, & potissime religiosæ personæ, quæ ex uoto solenni ad custodiam se astringunt, magis merent (ceteris paribus) tamē de gaudio beatificæ uisionis, q̄ de aureola & de fructu. Veruntamen non est consultum nec tutum, personam in seculo conuersantem ad uirginitatem aut castitatem uoto se obligare, præsertim quoniā uotum frangere grauius est peccatū q̄ periurare. Itaq; uirgo ab omni carnali affectione se purget & abstrahata, boni sensuali dilectione se semper eloget, atq; in deo uniuersa desideria sua simpliciter, recolligat, indefinenterq; figat,

Aureola quid

Mar. 13
Marc. 4
Luc. 8

Psal. 36

Apoc. 6

ac saluatorem animæ tuę offendas per negligentiam & incustodiam cordis tui, ne discedat a te: Vide qualiter sponfam honesta & uxor fidelis metuit sponsum suum carnalem & matrem offendere, & si offensus fuerit, qualiter cupit, conatur & properat ei recedēdum. Sic tu, imò incomparabiliter plus metue & uerere sponsum illū cœlestē, omni carnali sponso infinite meliorem, amabiliorem & honorabiliorem offendere, ne offensus te deserat. Ipse nāq; odit iniquitatē, & omnē negligentiam a se pernaturnec in mente acediosa, pigra, incustodita habitare dignatur. Et maledictus est corā ipso, qui in eius obsequio se habet negligenter, irreuerenter, intimore, incustodite. Hoc itaq; scito, q̄ quanto plus aliquis diligit deū, tanto plus ueretur & cauet offensam & omnē in honorationē ipsius; atq; ex hoc potes pendere an diligas, si cum omni diligentia abhorres & uitas omnem offensam & irreuerentiā eius. Deniq; ut tam timorate & pure habere te ualeas, indefinenter, in omni actione tua interiore & exteriorē cōsidera & aduerte deū esse presentē, & omnia intuentē ac iudicantē: sicq; erubescere eo intente peccare, inania cogitare, illicita affectare, inutilia loqui, & tempus tibi concessum infructuose expendere: ut possis mentē tuā in sponso cœlesti defigere, & à distractiōnibus cordis te refrenare, uerbū illud sancti prophetæ Helig frequenter omni hora reuolue: Viuit dominus in cuius cōspectu sto hodie. Ad cuius saluberrimam uerbi memoriā toties mentem tuam re ducas, quoties senseris eam distractā, negligentem aut uiliter occupatā: & ita in uera cordis custodia, in stabilitate interna & in omni uirtute quotidie multū proficies. Preterea, sic fundata in saluberrima humilitate, filialiq; & casto ac sancto timore dei, stude in ceteris cunctis uirtutibus quotidiana acquirere incrementa, atq; pulcherrimā uirtutū structuram in animā tuā construere, in omni mansuetudine, paciētia, sobrietate, pietate & misericordia proficiendo, p̄sertim in charitate dei & proximorū, in omni exercitatione interna de die in diē orationibus, meditationibusq; salubribus ac laudibus dei, magis ac magis deuote, alacriter & perfecte se habeat, & iuxta doctrinā Apostoli, Nullus sermo malus de ore eius procedat, sed qui utilis est ad edificatiōem, ut det gratiam audienti. Amplius, uirgo deuota quamuis in omni loco & tempore, in omni actu, causa atq; negotio debeat cor suū ad sponsum cœlestē frequenter ac feruenter erigere, aliq; tamen horas diei ac noctis debet spiritualibus exercitiis specialiter deputare, in quibus debet orationibus, meditationibus ac laudibus dei uacare: tantamq; sanctæ deuotionis gratiam & uirtutū profectū ab omnipotēte sortiri, ut tota die coram aliis exemplarior, custoditior, mitior, syncerior, potentiorq; consistat. Insuper, quotidie certis horis, p̄sertim anteq; uadat dormitū, conscientiam suā examinet diligenter: qualiter diē & noctem expendit, quid boni omiserit, quid mali cōmiserit prudenter discutienda, & se ipsum corā iudice summo cum grandi contritione accusando, ueniamq; petendo, & emendationem in omnibus proponendo, opportunoq; tempore cōfitendo. In sanctis quoq; cogitationibus studeat obdormire: & quando euigilauerit, mentem suam mox leuet ad deū, orando ac salubria meditando: & uniuersa bona quæ agit, conetur quotidie magis deuote peragere. In cibo & potu moderantiam seruet, & in cunctis per discretiōem se regat: superioribus quoq; suis cum omni promptitudine cordis propter deū libet obediat ad proficiendū in bonis, prout inspiratio spiritus sancti docebit. In omni aduersitate, persecutione, irrisione, infirmitate, iniuria sit patiens & tranquilla, nec aliorū improbitate uincat, imo potius uincat in bono malū. Nulli faciat nisi quod sibi uult fieri, neq; alicui obloquatur, nec detrahenti consentiat: sed uerbis aut signis ostendat se uerba detrahtoria, pungitiua, discordiæ seminatiua, scurrilia, mendosa, dolosa, duplicia, aut alio modo illicita, imo & otiosa, iocosa & ludicra, ad dissolutionem & cachinnū prouocantia, omnino in uite audire ac abhorre. Postremo, quantū ad suū pertinet statū, studeat sapienter implere p̄ceptū fraternæ correptionis, increpando delinquentes cum humilitate, feruore ac serio, nec unquā peccatis consentiat alienis. In diuino autē officio sit maxime custodita, & deo totaliter stabiliterq; intenta: & semper faciat aliquid boni, ac totis uiribus regratiatur altissimorū orat assidue pro bono communi & generali, ac plena reformatione ecclesiæ in omni gradu, statu & ordine, pro uiuis & mortuis, potissime pro parentibus, propinquis, benefactoribus & commissis.

Articulus XIII. Qualiter uirgo deuota debeat mentē suā sponso cœlesti indefinenter unire, & in ipsius contemplatione amore & cultu gaudere.

Naturale est homini delectationē appetere atq; requirere: Idcirco qui spiritalis delectationes ignorat, nec cōsolationes spiritus sancti experit, ad exteriora, carnalia & mundana solatia se effundunt, & in ludis, iocis ac risibus, in cibis & potibus,

potibus, in uestitu & fabulationibus delectationē exquirunt: sicq; grauiter multipliciter peccant quotidie, nec a mortali peccato diu poterūt abstinere. Ut ergo uirgo deuota à talibus uanitatibus, leuitatibus & uilibus cōsolationibus possit se elogare & inuicē seruire, studeat in amore spōsi superni quotidie crescere, perfici & accēdi. Porro, dilectio orit ex pręuia quādā cognitiōe. Multa sunt etiā quę inuitāt mentē hominis ad amandū, uidelicet bonitas rei, pulchritudo, suauitas, sapiētia, propinquitas, beneficētia, liberalitas, pietas, similitudo, sanctitas, perfectio, & cōsimilia multa: quorū omniū cognitio diligēsq; cōsideratio monet, excitat & accēdit cor hominis ad diligendū eos, in quibus sunt illa. Ut ergo uirgo Christi in synchero ac seruēti amore sponsi cœlestis quotidie crescat, cōsidera quis, qualis & quātus sit spōsus ille cœlestis dñs Iesus Christus. Ipse enim in unitate personę est uerus deus & homo p̄fectus atq; inquantū deus, est patri æterno omnino æqualis, consubstantialis & cōæternus: imò patris & filij & spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, cōæterna maiestas. Ideo sponus cœlestis Christus sancti patris unigenitus, secundū quod deus est summa bonitas, pura ac penitus infinita, p̄ omnibus creaturis infinite incōparabiliterq; amādu, desiderādu ac mēte iugiter amplectēdu. Idcirco et ei eius amor nihil est p̄ferendū, nihil æquandū: imo ipsemet & sanctus ac spiritalis dilectio eius, infinite & incōparabiliter p̄ferēda sunt omni sponso carnali, omni sensuali affectiōi & omni delectatiōi impure, cūctisq; creatis simul acceptis. Insup, Christus secundū qd deus, est pulchritudo prorsus immēsa, & uniuersis creatis pariter sumptis infinite formosior ac delectabilior atq; iucūdiōr ad intuentū. Similiter ipse est infinita dulcedo, ita q; oim creaturarū dulcedines simul collectę, in infinitū minores sunt ipsius suauitate. Hinc ipse p̄ cūctis creatis infinite & incōparabilr dulcis est ad fruendū, & ineffabilr iucundū ac dulce est, ipsum in sua deitate clare uidere, ipsoq; frui, & ab ipso spiritalr amplectari. Insup, ipse est essentialr sapiēs, imo & sapiētia dei patris: & sapiētia eius nō est finis, nec numerus, neq; mēsurā: ideo ipse est sup oia nobilissimus ac desiderabilissimus. Cūq; regina Saba ueniret ad sinibus terrę audire sapiētiā Salomōis, nos multo plus toto cordis affectu festinare debemus ad patriā illā cœlestē, ad intelligendū clarissime atq; ad audiendū dulcissime sapiētiā filij dei. Deniq; ipse est p̄propinquissimus nobis, uidelicet creator & saluator, deus & dñs noster, q & nostrā assumpserat naturā, & factus est frater noster. Ab ipso quoq; habemus & tenemus, quod sumus ac possidemus. Propter quod ipse est benefactor noster incōparabiliter magnus & maximus, cui nihil condignū re p̄dere possumus nec unq; satis regratiari ualeamus. Insuper, ipse prorsus infinite p̄ssimus, liberā lissimusq; consistit, in omni sanctitate & perfectione incōprehensibiliter infinitus. Vnde certissime elucescit, q; ipse sit nobis summe & incōparabiliter ex omni parte ac omnifarie appērendus, amandus & cōplectēdus: quē tam uehementer, pure ac feruide affectare & amare debemus, ut cōparatione ac respectu ipsius uniuersa creata quasi pro nihilo aspiciamus ac reputemus, & iuxta documēta Apostoli, omnia ista carnalia & terrena arbitremur & aspernemur ut sterora, quatenus Christū lucremur, atq; in eius crescāmus amore & in omni gratia ac uirtute, pro qua re omnia carnalia oblectamēta libentissime contēnamus. Itaq; omnia ista frequenter ac diligenter considera, & ex eorū cōsideratiōe & deitatis amore accēdere. Ipsum quoq; sponsum cœlestē assidue ora, ut sanctā suā charitatē auget, cōseruet, inflammet & perficiat in te, & ad ipsum omni hora aspira, dicendo: O dñe Iesu Christe, quando te sup oia toto corde indefinenter amabo: qñ in tuā sanctā dilectiōe stabilis erō: Accēde animā meā tuā purissimā charitate: intellectu meū p̄ssime erudi & illustra ad cognoscendū & cōtemplandū te, q es bonitas infinita, ueritas sempiterna, sapiētia increata, uirtus omnipotēs, pulchritudo, dulcedo, felicitas, cuius nullus est finis. Tu es enī simplicissimū & perfectū, incōprehensibile & immēsum, in quo est ois perfectio, omnis nobilitas, ois excellētia sine termino & mēsurā. Purga me ab omni inordinato & priuato amore, ut in ipsum & proximorū uniuersos in te solimodo pure & feruide diligā: & qcqd expedit mihi ad cōplacendū tibi, omnē uidelicet aduersitatē & tribulationē, libētissime tolerē, & tibi quotidie magis gratior existā. Fac me omni hora in cordis puritate proficere, & ab omni impuritate uitiorū iugiter abstinere, quidiana q; peccata quidie digne deslere, quatenus in corde meo digneris indefinenter quiescere, atq; quotidie gratosus habitare: sicq; post uitā huius circuli, me digneris ad tuā deitatis beatificā uisionē ac super dilectissimā fruitionē perducere. Ad laudē & gloriam tuīp̄suis, qui es super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Libri de laudabili uita uirginali, finis.

D. Dionysii

tere 48

3. Reg. 17

3. Reg. 18
2. Paral. 8

Philipp. 7

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE LAVDABILI VITA VIDVARVM,
LIBERR VNVS.
P R A E F A T I O.

Ludith. 19



Eodem.

Ludith. 19

HO QUOD CASTITATEM AMAVERIS, ET post uirtu tuū alterum nescieris, ideo manus domini confortauit te, & ideo eris benedicta in aeternū. Hec uerba scripta sunt de inclyta, uirtuosa atq; famosa illa uidua Ludith. In quibus uerbis castitas uidualis sublimiter cōmendatur: quia per eam uidua illa electa promeruit tantū diuinitus confortari, q; potentissimū ac crudelissimū illū principē Holofernem cūctis hominibus inuincibile, uicit ac interfecit eumq; uincēdo, uniuersum populū suū Israēliticū de morte & maximis tribulationibus liberauit, & de grauissima desolatione atq; penuria ad cordialissimā consolationem ac omnīū rerū uictuū necessariarū abundantiā grandē perduxit. Hinc à pontifice suo & uniuersis sacerdotibus eius meruit hac laude extolli: Tu gloria Ierusalē, tu laetitia Israēl, tu honorificentia populi tui: quia fecisti uiriliter, & confortati est cor tuū. Insuper uidua illa Ludith per suā continentia uidualē, meruit benedictionē aeternā à deo, uidelicet multiplicē gratiā in hoc mūdo, beatitudinemq; completā in caelo. Omnes quoq; uiduæ in nouo testamento illius sequentes uestigiā, merentur desuper confortari per gratiā, uirtutes ac dona spiritus sancti, ita q; erunt aeternaliter benedictæ, laudabiles ac beatæ, dūmodo in continētia uiduali fideliter ac deuote perseuerauerint usq; in finē. Præterea, sicut clarissima illa Ludith uidua suæ merito castitatis Holoferni præualuit, sic imitatrices eius deuoræ iam uiduæ, per suā castimoniam merentur auxiliante deo præualere diabolo, Holoferne signato. Ut ergo quæ nūc uiduæ sunt, in uidualitatis suæ statu ac continētia cōstantius ac deuotius perseuerent, hæc quoq; quæ nondū suis maritis priuatæ sunt, uidualis castimoniam amorem propostionemq; concipiant (non q; suorū uirorū debeant mortē optare, hoc namq; mortale esset peccatū q; uirtū pessimū, sed sub conditione, ut puta si eos contigerit suis superuivere uiris) aliquid in præsentī tractatulo de uita & uirtutibus uiduarū, in quā tum spiritus sanctus præstiterit, scribā, etiā ali quæ uenerabiliū ac deuotarū uiduarū spirituali ac speciali amore inductus ad hoc, præsertim quia & duas habeo secundum carnem forores, nunc uiduās, in uidualitate persistere intendentes.

Articulus I. De triplici castitate, & comparatione earum adinuicem.

VNIGENITUS filius dei, dominus noster Iesus Christus, uirgo ac uirginis filius, puritatis ac castitatis doctor, amator ac copiosissimus præmiator, in euangelio loquitur: Semen cecidit in terrā bonā, & ortū fecit fructū, aliud centesimū, aliud sexagesimū, aliud tricesimū. In quibus uerbis per semen intelligitur uerbu dei, hoc est, doctrina Christi seu prædicatio salutaris. Porro, per terrā bonā intelligitur cor humanum docile, uerboq; dei obediens. Per fructū uero, intelligitur spiritualis quædam puritas, & profectus exurgens & crescens in homine ex hoc, q; uerbu dei intra se suscipit & obedit. Hæc autem spiritualitas est castitas, hoc est, continētia siue abstractio à concupiscentiis delectationibusq; carnalibus, per quas homo præcipue impeditur à contemplatione & amore diuinorū ac spiritualiū atq; celestiu. Hæc quoq; continētia triplex est: vna, qua homo uitat delectationes carnales uiciosas, diuina lege prohibitas, temperate se habens circa copulam illā carnalē eiusq; delectationē: hæc est castitas coniugalis eorū, quorū iuxta doctrinam Apostoli, honorabile extat connubiū & thorus immaculatus: quoniā fidē cōiugalem sibi inuicē seruant, & non nisi propter causas honestas ac licitas uniuertur, uidelicet desiderio prolis habendæ ad dei obsequiū educandæ, in qua fides & Christiana religio augetur: uel propter debitū reddendū, causa incontinentiæ in conthorali uitandæ. Alia est castitas, qua homo à carnalibus delectationibus se totaliter abstrahit per totū spatiū uitæ suæ propter deū, hoc est, ex dei amore ad eius honorē propter felicitatē aeternā: hæc est castitas uirginalis. Tertia est castitas, qua homo se abstrahit à uinculo maritali copulæq; carnali ad tempus & post cōparis mortē: ista est castitas uidualis. Prima castitas designatur per

Mat. 13
Luc 8

Continentia
triplex.

Heb. 13

DE LAVDABILI VITA VIRGINALI.

348

per fructū tricesimū, secunda per fructum sexagesimū, tertia per fructum centesimū. Vnde ostenditur quod castitas uidualis castitati coniugali secundum duplā præeminet quantitatē. Nam sexagenarius numerus ad trigenerium est duplus. Porro castitas uirginalis etiam uiduali continentia amplius eminet ac præfulget, quemadmodum centum plus excedit sexaginta, q; sexaginta triginta. Quamuis autem sacra scriptura & sancti doctores, loquendo de castitate uiduali, non uideantur explicite loqui de ea, nisi prout competit foemina conthorali priuatis, nihilominus castitas ista etiam uiris uxore priuatis ac continētibus cōpetit. Estq; in eis cōmendabilis, uirtuosa ac meritoria nō minus, q; in uiduis: sed quātū ad aliqd, magis. Quæadmodū ergo castitas uirginalis & cōiugalis, ita & uidualis cōuenit uiris.

Articulus II. Cur castitas uidualis in nouo testamēto commendat & consulatur.

TOTA perfectio hominis consistit in hoc, ut à rebus terrenis, temporalibus atq; carnalibus ad spiritalia, æterna ac diuina se transferat: & creaturis trāscens ac derelictis, ad deum creatorem suum se eleuet, illi adhareat, illum super omnia diligat, timeat, quærat, cogitet, cōtemplatur ac ueneretur. Hinc tota Christi doctrina in euangelio tradita ac descripta, ordinata ac tendit ad hoc, ut deo glorioso & sancto pura mēte adhareamus, eumq; toto corde amemus. Ab hac aut puritate & spiritali diuinitatis amore, atq; celestium ac spiritaliū meditatione, plurimum impeditur homo per delectationes carnales & uarias occupationes, curasq; & inquietudines statui matrimoniali coniunctas. Hinc castitas uidualis laudatur, & ab apostolo Paulo consulitur: quoniam uiduæ & etiā uiri non uxorati caste uiuent, aptiores sunt ad cordis mūditiā, ad dei amorem, ad diuinorum meditationem, ad spiritalium profectum & mētis quietem in deo, q; coniugati. Etenim mens humana tanto integrius, seruentius itemq; syncerius diligit deum, quanto eius affectio minus effunditur, occupatur & dispergitur seu partitur circa sensibilia, carnalia & caduca. Coniugati quoq; solē se inuicē carnali amore diligere, per qd à spiritali dilectione nō mediocriter impediunt. Inter dū etiā male concordāt, & contra se displicentiā grandē concipiunt: sicq; uixantur, & cum tædio pariter uiuunt, ac tandem se mutuo odiunt, per quæ oīa à deo & ab omni spiritali profectu ac gratia retrahuntur. Uidualis itaq; castitas cōmendat, non q; matrimoniu malū sit, sed q; castitas ista melior est atq; salubrior, maiore à deo mercedem suscipiens, dūmodo uiduæ in cæteris se habeant sicut tenentur, ut infra dicet. Præterea, quanto plus occupatur sollicitaturq; homo in his quæ sunt mundi & carnis, tanto minus uidualis est quomodo seruiat atq; cōplaceat deo. Ideo status uidualis rāto laudabilior est statu coniugali, quanto minus indiget occupari & sollicitari circa carnalia & mundana. Postremo, quamuis secundæ nuptiæ sint licitæ, non tamen sunt ita honestæ ut nuptiæ primæ: quia frequenter concupiscentia incitat ad eas, nec sunt tam perfecte sacramentalis ut nuptiæ primæ: quia non plene representant coniunctionem Christi atq; ecclesiæ, cum in eis sit diuisio carnis, non coniunctio unici in diuisi cum unica, sicut Christus est unicus sponsus unice suæ sponsæ ecclesiæ. Vnde in secundis nuptiis non adhibetur benedictio sicut in primis: quod tamen (ut sanctus asserit Thomas) intelligendum est, quando nuptiæ sunt secundæ tam ex parte mariti q; coniugis, uel ex parte coniugis tantum. Si enim uirgo contrahat cū illo qui aliā habuit cōiugē, nihilominus nuptiæ benedicunt. Nā quāuis Christus habeat unicā sponsam ecclesiā, in ipsa tamē ecclesia sunt plures personæ sibi spiritaliter desponsatæ, uidelicet omnes in charitate & gratia existentes. Sed anima non potest esse alterius sponsa quam Christi, quia cum dæmone fornicatur, nec cum illo habet matrimoniu spiritalē. Idcirco dum mulier secundum nubit, nuptiæ non benedicuntur propter sacramenti defectum & quantum ad hoc, magis decet mulierem non nubere secundo, q; uirum: quia in ea secundæ nuptiæ specialiter habent quandam turpitudinis speciem, eo q; careant honestate significationis in primis nuptiis exiit, qua unio Christi & ecclesiæ designatur.

Articulus III. De documentis Apostoli ad uiduas pertinentibus.

AD Timotheū scribens Apostolus, ait: Viduas honora quæ uere uiduæ sunt, id est, uidualiter uiuunt, uidelicet uirtuose secundum regulam subsequente. Si qua aut uidua filios habet seu filias aut nepotes aut neptes, præsertim sibi cohabitantes, assecrat primo domū suā regere, id est, suā familiā, scilicet filios, filias, nepotes aut neptes ceterosq; domesticos laudabiliter gubernare, instruēdo eos in bonis moribus atq; uirtutibus: & dū culpabiles sunt, increpando & corrigendo, ac corporaliter illos alendo pro posse. Dicit quoq; mutua uicē reddere parentibus, id est, parētibus suis (si uiuūt) grata existat, eos honorando & (si in digeat) necessaria pro uiribus ministrādo. Filij em̄ ac filij tenentur parentibus suis obedientiam, reuerentiam & necessariorum prouisionem dum egent

Thomas.

Tim. 5

Echko
Gal. 5
Rom. 8
mdith 8
1. Cor. 7

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

imò ut Aristoteles loquitur, deo & partibus non potest reddi æquivalens, id est, plena atq; sufficiens gratiæ actio, ac beneficiũ tantũ quantum ab illis collatũ est. Quæ aut uere uidua est, & desolata, id est, uiri solatio destituta, seu etiam filioꝝ & filiaꝝ consolatione priuata, & mundi gaudijs carens, aut à suis contempta, speret in deum, id est, diuinæ misericordiæ innitatur, & consolationem ac confortatione ab ipso requirat, mentem suã semper in deo humiliter figens, & infret obsecrationibus & orationibus die ac nocte, id est, omni tempore opportuno inuocet deum deuotissime ac seruenter, ut se à malis præseruet, à peccatis eripiat, & donis gratiæ suæ adimpleat, atq; ad sempiternã felicitate perducatur. Nam quæ in delicijs uiuit, id est, uidua quæ carnales & mundanas consolationes habet, amat ac recipit, delicate se nutriendo, in ludis, iocis, risibus ac similibus uanitatibus excedendo, uiuens mortua est quia corporaliter uiuens uita naturæ, spiritaliter mortua est in anima, carendo uita gratiæ ac uirtutum ita q; nihil deo placitũ seu uitæ æternæ meritoriu operatur, cum sit in peccato mortali. Qui enim sunt Christi, carnem suã cum uitjs & concupiscentijs crucifigunt, ut ait Apostolus. Qui iterum protestatur: Si secundũ carnẽ uixeritis, morie mini, morte utiq; damnationis æternæ. Et, Hoc præcipe uiduis d' Timothee, ut irreprensibiles sint, id est, exẽplares in omnibus, sine mortalibus peccatis uiuendo, à uenialibus quoq; pro posse diligenter cauendo. Ex hoc patet, q; ad uiduas specialiter pertinet se in omnibus mature, facete, timorate, deuote ac custodite habere, quemadmodũ scriptũ est de Iudith uidua, q; non fuit qui malũ loqueretur de ea. Insuper, in epistola ad Corinthios aliquid scribit Apostolus ad uiduas pertinens. Ibi etenim ait: Dico autẽ non nuptis & uiduis: Bonum est eis si sic permaneant, scilicet in castitate absq; uinculo coniugali; cuius causam assignat, dicendo: Mulier innupta (id est, uidua & uirgo) cogitat quæ sunt dei, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uir. Docet quoq; Apostolus, ut uiduæ adolescentiores & coniugali uinculo aptæ, quæ continere non uolunt, nubãt, ne fornicationis incidant uitium. Melius est enim nubere q; uiri, id est, q; ardore libidinis æstuate ac agitari, seu uinci & inquinari.

Articulus IIII. De diuersitate uiduarum, & q; nõ omnibus uiduis idem actus conueniunt, neq; æquale præmium pro continentia uiduali.

Viduarum quædam tam mariti q; prolis solatio sunt priuata, ita q; nec filium habent nec filiam; & istæ maiorem habent libertatem uacandi deo & actibus uirtuosis, q; illæ quæ sobolem habent, præsertim si soboles illa nondũ sit emancipata. Vidua ergo quæ filios habet aut filias, non solum tenetur ad actus statuiuiduali conuenientes, sed etiam ad quosdam actus coniugatorum, uidelicet ad opera matris. Quomodo autem pater & mater habere se debent circa sobole suam atq; familiam, in alio scripti opusculo; quæ breuitati nunc studens non repeto, nisi parum tangendo. Itaq; uidua mater sobolem suam non carnali, sed spiritali diligit semper amore; nec de exterioribus & temporalibus bonis plus appetat ei, q; expedit salutem animæ suæ, uidelicet competentiam secundũ status & conditionis suę qualitatem atq; decentiam. Non ergo immoderate occupetur, neq; superflue sollicitetur qualiter suam sobolem dicit, uel ad magna & alta promoueat; sed quanto anima est corpore dignior, tanto plus occupetur & spiritaliter sollicitetur, ne filij sui aut filij deum offendant, & ne spiritalibus ac internis diuitijs (hoc est, charitate & gratia dei, uirtutibus & donis spiritus sancti, uirtuosis & exemplaribus operibus) careant; idcirco quotidie oret fideliter ac seruenter pro eis, committatq; eos deo & prouidentia eius paternæ, ut ipse sit pater, prouisor atq; protector & rector ipsorum. Insuper hortetur eos ad opera uirtuosa, ad frequentandam ecclesiam, præsertim ne per inconuenientiam deum offendant, neq; per alias impietates, fraudes ac uanitates mundanas & si excesserint, charitative ac iuste corripiat eos, ac pro posse castiget. Deniq; immoderata illa sollicitudo pro rebus terrenis, ex carnali uenit amore, estq; à Christo prohibita, & grãde peccatũ, pacẽ & quiete mentis impediens, cor affligens, atq; superfluas occupationes, uarias distractiones & fluctuantes cogitationes in anima gignens, etiã tẽpore orationis ac diuini officij non permittens hominẽ deuota ac stabili mẽte orare, neq; salubribus meditationibus synceriter immorari, imo nec nocte quiescere. Præterea, uiduæ quædã suis priuãt maritis, dũ adhuc multum iuuenes sunt & nuptui aptæ; & istæ amplius promerent apud deũ, si eius intuitu ac amore in uiduitate permaneãt. Quæ uero suis uiris destituunt in matra ætate, minus merentur in uiduitate manẽdo; & breuiter, quãto aptiores sunt ad uitã matrimonialẽ ac secularẽ, tanto plus promerent in uiduali & humili statu perseuerãdo, ut si sint pulchrę, opulenti ac nobilitate.

DE LAVDABILI VITA VIDVARVM.

biles. Itaq; uiduæ nullã prole habẽtes, & tã in uiduali castimonia permanẽtes, amplius promerentur q; uiduæ quæ proles habet solatiũ. Aliquæ quoq; uiduæ manet in uiduitate potius intuitu & amore sobolis suæ q; dei, quæ meritũ nõ est tantũ, sicut eas quæ dei amore atq; respectu in uiduitate persistunt, ut scilicet deo purius quietiusq; deseruiãt, uacẽt ac placeãt. Deniq; sicut unusquisq; fideiũ tenetur quẽlibet proximũ spiritali amore diligere, ita tenet eũ (dũ peccat) corripere loco & tẽpore opportuno, dũmodo sibi sit spes de emendatione illius. Idcirco uidua famulos suos aut famulas si habeat, dum peccãt, pie & charitative corripiat, nõ nimis aspẽnãter & acriter. Famulis quoq; & famulabus ac operarijs bona ac debita merces est propt̃e hilariterq; soluẽda. Postremo, quicquid in isto articulo de uiduis dixi, de uiris quoq; post uxoris obitu caste propter deũ uiuentibus, est proportionalit̃ intelligẽdũ.

Articulus V. De uirtutibus atq; operibus ad uiduas, in quantum sunt uiduæ, specialiter pertinentibus.

Quonia iuxta prædicta iccirco continentia uidualis laudatur atq; cõsultur, quia per eam uaria diuini obsequij impedimenta (quæ coniugatis cõtingunt) tollunt & ordinant ad hoc, ut scemina talis deo quietius uacet, purius seruiat, liberius integritusq; adhæreat, seruentius quoq; diligit ipsum, hinc primo & maxime spectat ad uiduas, ut quantum ualent ad uerã ac spiritalẽ mentis pacẽ in deo se donet, eiq; mũdo corde deseruiat, & amorose adhæreant. Sed hoc non poterunt adimplere, nisi patientiam habeant in aduersis, nec pro uarijs euentibus se perturbent, imò deũ præ oculis habent antincedenter, sicut ait propheta: Oculi mei semper ad dominũ. Et Salomon testatũ: Nõ contristabit iustũ quicquid ei acciderit. Sicq; dei offensam semper cauentes ac formidãtes, uirtuosas cõmouiones, iræ, tristitiæ, impatientiæ, indignationis, amaritudinisq; uitabũt. Præterea, cum iuxta præmemoratã doctrinã Apostoli, uidua quæ in delicijs uiuit, mortua est, hinc secundo spectat ad uiduas, mundanas consolationes contẽnere, sensuales delectationes abijcere: cachinnationes, loquacitates, dissolutiones uitare in cibis & potibus necessitatem naturę, non uoluptatẽ gustus oprare: in uestibus quoq; lectisterniis ac somno non mollitiẽ carnis aut superflua repausatione, sed solã decentiã, indigentiaq; naturæ exquirere. Tertio spectat ad uiduas, deuotis orationibus assidue immorari, præsertim in ecclesia & tẽpore diuini officij; dein de quoq; in propria domo, & in exterioribus suis occupationibus, frequentẽ eleuare ad deũ orando ac meditando. Hinc in euãgelio scriptũ est de beatissima illa uidua Anna, q; non discebat de tẽplo, ieiunijs & orationibus seruiens deo die ac nocte. Quarto ad uiduas pertinet, ieiunijs & sanctis uigilijs ac disciplinis corpus propriũ castigare, & deo ac rationi illud subicere, sicut ait Apostolus: Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo. Vnde quẽdam modũ tacitũ est, Anna uidua ieiunijs deo cõtinuẽ deseruiuit: & de Iudith uidua legit, q; habuit super lumbos suos ciliciũ, & ieiunabat omnibus diebus uitæ suę præter sabbata & neomenias & festa domus Israẽl. Veruntũ ieiunatio & castigatio ista iunioribus uiduis magis necessaria est, in quibus caro adhuc cõtra spiritũ cõcupiscit: & debet esse discreta, ne corpus nimis debilitetur, sicq; uidua impotens fiat ad dei obsequiũ. Senioribus uero ac debilibus uiduis est consulendũ, ut ultra uires suas se nõ exerceãt in prædictis, cũ dicat Aposto. Ratiõabile (id est, discretũ) sit obsequiũ uestrũ. Quinto ad uiduas spectat, operibus misericordię pro posse insistere, pauperibus & infirmis seruire, talesq; uisitare, cõsolari ac hospitare atq; uisitare, prout Isaias propheta hortat: Frange esuriẽti panẽ tuũ, & egenos uagosq; induc in domũ tuã. Cũ uideris nudũ, operi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris. Sexto uiduarum est, ut uestibus sint incultæ, non ornatae, sed humili simplicitiq; uestitu contentæ, ne suo ornatu aliquẽ prouocent ad affectũ illicitũ: imò (ut sanctus affirmat Hieronymus) si uir aut mulier suo ornatu aspectũ hominũ in se prouocauerit, quãuis nullũ malũ inde sequatur, tamen mortaliter peccat. Hinc in Genesi scriptũ est, q; Thamar uidua deposuit uestimenta uiduitatis suæ: atq; de Iudith legitur, q; exiit se in dumento uiduitatis suæ: ex quibus probatur q; uiduis competat habitus specialis, simplex & humilis, ne quã ad lasciuia prouocans. Septimo uiduæ est, non multum exterius apparere, sed quantum possunt domi sedere, & ibi fructuose atq; salubriter occupari. Idcirco de Iudith habetur, q; in superioriibus domus suæ fecit sibi cubiculum secretum, in quo habuit oratorium, in quo cum puellis suis clausa morabatur. De uituperabilibus etiam uiduis scribit apostolus: Simul & otiosæ dicuntur circũe domos, non solũ otiosæ, sed & uerbose ac curiosè loquentes quæ non oportet. Viduæ ergo in omnibus timorata, sobria, custodita & humiles esse debent, in dei amore seruent, in eius cultu deuoræ, in ecclesia frequentes, & custoditę in uisu, Coniuiua quoq; debent

Psal. 24
Proverb. 12
1. Timo. 5
Luc 2
1. Cor. 6
Judith. 8
Rom. 12
Isai. 59
Hieronymus
Gene. 38
Judith. 10
Judith. 8
1. Timo. 5

propoffe uitare, ficq; peccata in coniugio perpetrata delere, atq; pro defuncto fatifficere uiro, & fe in omnibus exemplares ac irreprensibiles exhibere.

Articulus VI. De quibusdā documētis B. Augustini ad uiduas pertinentibus.

AD instantiā cuiusdā deuore uiduę S. Augustinus edidit libꝛe de bono uiduali, ubi inter cętera ait: Tibi sunt filij, nec ideo laudāda es quia filios habes, sed q̄a pie nutrire & ducare hos studes. Ex hoc uerbo Augustini discat uiduę sobolē habētes gloriarī nō quia filios habēt aut filias, sed glorient in dño, si eos pie enutriti. i. uirtutibus instruit, à uitij retrahūt, deo cōiungūt. In sup̄ uiduā illā admonet Augustinus, ut hoc ipsum qđ in uiduali castimonia manere elegit, nō sibi, sed deo & gr̄e eius ascribat, & ei sit grata, nec eas despiciat quę in uiduitate nō permanēt q̄a diuersa sunt dona dei, & unusquisq; donū suū habet à dño secundū Apost. Docet etiā Augusti, ut q̄cqd̄ intentionis & occupationis impēdit mulier nupta ad placendū marito, hoc uirgo ac uidua impēdat ad placendū deo: cui quāto magis placuerit, tāto beator est: quāto aut plus cogitat quę sunt mundi, tāto minus cōplacet deo. Cui omnis uidua cū omni diligētia placere conet inferiori pulchritudine mētis. i. decore uirtutū, humilitate, castitate, sapiētia, dilectiōe & spirituales delicę delicę carnalibus in uiduis succēdat, lectio, oratio, psalmus, bona cogitatio, op̄e bono, requētatio, spes uite æ ternę, eleuatio cordis ad deū & pro his omnibus gratiag: actio deo deuotissime psoluat. Absit aut à uiduis, ut cupiditate capiant diuitiag: pro cupidine nuptiag, ne in eas cordibus amor nūmi succēdat amorī mariti. Sęp̄ nāq; experti sumꝛ, in quibusdā sceminis repressa lasciuia auaritiā excreuisse. Nā sicut in sensibus corporis acutius audiūt q nō uidēt, atq; tangēdo multa discernūt, nec tāta uiuacitate tangūt & audiūt q oculorū uisū utūtur, tanq̄ ex altero conētur implere qđ non habēt ex altero, ita sęp̄ carnalis cupiditas à carnalis copulę uoluptate cohibita, maioribus uiribus in pecunię se porrigit appetitū: & illic a uerfa, huc impetu ardētiori cōuertit. In uiduis aut amor diuitiag: simul frigeat cum amore nuptiag: piusq; usus reꝛ possēssag: ad spirituales delicias ordinet, & cor accēdatur ad succurrendū egenis, nō ad ditandū auaros, qm̄ elemosinę maxime orationes adiuuāt uiduag. Ieiunia q; & uigilię, in quantū ualetudinē nō perturbāt, si in orādo, psallēdo, legēdo atq; in lege dñi meditādo assumant, in spirituales uertūtū delicias, quīs in se laboriosa uidēt, nō em̄ sunt onerosi labores amātū, sed delectāt, quę ad modū in uenāribus, acupātibus, pi scātibus & negotiātibus patet. Nā in eo qđ amat, aut nō laborat, aut ipse labor amat. Eruide quāta sit humana miseria. Nā diu delectat labor ut bestia capiat, & nō delectat labor ut de acqrat. Curandū q; est uiduis, ut studeāt eē bonę famę, nō ob propriā laudē, sed ad dei honorē, & proximog: ædificationē, ne q̄scādalizet in eis. Qui em̄ negligit famā, crudelis est. Nā proximū ledit & spiritali interdū occidit, dādo ei occasionē culpę mortalit. Vidua ergo nō tm̄ à cōcupiscentia mala ac ope uitioso, sed ab omni qđ specie mala abstineat, ne p familia ritates aut collocutiōes suscepiat, seu per similia det alijs occasionē male suspicādi ac detrahendi, uel conformia faciēdi. Propterea docet Apostolus, ut provideamus bona nō solū coram deo, sed etiā corā oibus hominibus. Si aut fecerit homo diligentia suā ad uitandū malā famā de se, & nihilominus oriat mala fama de ipso absq; suo demerito, patiens esse debet & æquanimiter ferre, imo & gaudere, qm̄ merces eius magna erit in celo, si usq; in finē perse ueret in bonis operibꝛ. Postremo, in libro ad uiduā nomine Probā, de modo orādi instruit Augustinus, ut uidua quātūcunq; sit diues, nobilis, sana, & filios ac filias habēs, nihilominus in seculo isto desolata se reputet, & renuat cōsolari nisi in deo, ppendēs se esse peregrinā & exulē in hoc mūdo, in ualle hac lachrymarū: multis etiā periculis eē exposita, & à uero pternę felicitatis solatio longe distat, imo de peruēctione ad regnū celeste incertā. Ideo cum propheta exclamet: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: id est, habitatio mea in isto exilio à cęlesti patria lōge distat ac distat. Et cū Apostolo gemēs dicat: Infelix ego homo, q̄ me liberabit de corpore mortis huius: Talis igit uidua impleat qđ ait David sanctissimus: Diuitię si affluāt, nolite cor apponere. Similiter, si delicię circūfluant ei, apponere cor nō debet, nec filios aut filias seu cognatos diligere nisi in deo, nec carnaliter cōsolari eis: sed in hoc solū gaudere, si uiderit eos deū timere & laudabiliter conuersari. Auaritiā igitur penitus spernat, cum dicat scriptura: Auaro nihil est sceleritius. Nihil est iniquius q̄ amare pecuniā: quia auarus animā suam habet uenale, quā pro minimo perdit ac uendit diabolo. Hinc iuxta Apostolum: Cupiditas est radix omniū malog: & auaritia est seruitus idolorū. Sed & Christus in euangelio loquit: Quām difficile qui pecunias habēt, intrabūt in regnū cęlorum. Et rursus: Facilius (inquit) est camelum trāire per foramen acus, quā diuitem intrare

intrare in regnum dei. In quibus uerbis per diuitem intelligitur omnis homo, qui bona terrena superflue diligit. Et hæc omnia consideranda sunt diligentissime uiduis, etiā senibus, quia in senibus auaritia crescere solet. Sperandū est ergo in domino & in paterna eius prouidentia, atq; de moderata & competenti prouisione est contendendum.

Articulus VII. An cōsulendū sit uiduis, seu etiā cōiugatis, ut uiduale castitatē deo pmittāt.

AVgustinus in libro de bono uiduali, uiduas exhortatur ut uoueat deo castimonia uiduale, duas ad hoc rationes adducēs, dicendo: Multę nuptę statim post suā coniunctionē matrimoniale uiris suis in longinqua profectis, eoz reditu expectādo, grandęq; effectę sunt: & quasi uelociter uiduatę, redeūtes maritos nec senes ipsę iam uetulę factę suscipere meruerunt. Si ergo spernētibus uel tardātibus sponsis uel peregrinantibus maritis, carnalis cōcupiscentia potuit refrenari, ne stuprū aut adulterium cōmitteretur, cur refrenari nō potest, ne sacrilegiū (id est, uoti fractio) cōmittatur? Si refrenata est concupiscentia, cū ueruer dilata, cur nō opprimitur cū frigerit amputata? Alia ratio est, quę etiā p̄tractę iam rationis est cōfirmatio. Ardentior ferunt libidinē, hoc est, maiorem patiuntur concupiscentiag: motū, quę non desperant eiusdē uoluptatē: quę autē innuptag: castitatē deo uouerint, ipsam sibi spē subtrahunt, quę fomes amoris est. Vnde facilius concupiscentia refrenatur, quę nulla expectatiōe succēditur. Ad idē probandū possunt & alię rationes referri. Primo, nā castitatē uouere est opus ual de meritoriū, cū sit actus excellentis uirtutis, quę latria appellatur, per quā homo cultū cerimoniasq; impendit deo. Insuper, quanto actus aliq; uirtuosus ex pluribus ac sublimioribus uirtutibus principat & oritur, tāto plus placet deo, & uirtuosior magisq; meritorius extat. Cū aut castitas obseruat ex uoto, tūc obseruatio castitatis nō solū procedit ex tēperātia seu castitate, sed etiā ex latria, quę est uirtus ualde sublimis, & inter uirtutes morales preclarior. Ergo ex uoto castitatē seruare, placet deo sc̄cipue, & multo plus meritoriū est, q̄ absq; uoto in castitate manere. Amplius sicut ait Anselmus: Qui aliquid boni facit ex uoto, offert deo arborē simul cū fructibus, id est, uoluntatē cū opere bono: qui uero facit bonū absq; uoto, offert deo fructū dātaxat, itē, qui aliquid uouet deo, magis se subijcit deo q̄ qui non uouet: & propriā libertatē subtrahit sibi in eo, q̄ uouet intuitu atq; amore dei, quod est uirtuosum ac meritoriū ualde. Hinc oēs religiosi promittūt deo castitatē perpetuā. Vnde Origenes quoq; super Lucā hortatur nō solū uiduas, sed etiā coniugatas, ut castitatē uiduale deo promittant, ita ut coniugate sic dicāt: Si mihi humanū aliquid cōtigerit, quod nō opto, ut sc̄licet uir meus obierit, nihil aliud faciā, nisi uidua & incontaminata perseuerabo, & hoc deo promitto. Atq; idcirco consulit Origenes coniugatis uotū hoc facere, quatenus pro bono proposito & sancta promissione meritū fortitū de dño, etiā si ante uiros suos obierint, uerunt, quīs ista sint uera, nihilominus cōtra ea obijci potest: Primo, quia talis est humana perueritas, q̄ post prohibitionē & negationem magis accenditur ad habendum quod ei negatur aut prohibetur: quod etiam in sceminis magis contingit: Vnde communiter dicitur:

Nititur in uetitum semper, cupimusq; negata.

Ergo scemina post castitatis promissionē maiori cōcupiscentia infestant, grauiusq; tentant. Sicq; periculosum uidet castitatē uouere. Rursus, uotū frāgere grauissimū peccatū est, atq; (ut sanctus asserit Thomas) magis graue q̄ periurare. Cū igit mulieres sint naturaliter molles & instabilis mētis, periculosum uidet eis, promittere castitatē quādiu in seculo manent. Deniq; Aposto. ait: Volo uiduas iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Non ergo cōsulendū est eis in castitate manere, multoq; minus illā uouere. Sed respondendū ad ista est, & ad primū dicendū, qđ quis cōmuniter ita sit, qđ nitimur in uetitū atq; illicitum, qđ proprię peruersitati relinqmur, tñ qđ dei gratia adiuuamur, tāto plus aliqd̄ euitamus, quāto magis illicitū prohibitūq; cōsistit. Idcirco pro adiutorio gratię dei, & cōtinuā cōfortatio ne spiritus sancti semper orandū est, p̄sertim post uoti emissionē. Vnde cū sanctus Augustinus dixisset, Facilius cōcupiscentia refrenat quę nulla expectatione succēditur, notabilr̄ mox subiixit: Cū tñ nisi ore tur ut superetur, ipsa illicita ardētius exoptatur. Ad secundū dicendū, qđ nisi spiritus sanctus tā pius & pronus esset ad succurrendū fragilitati & instabilitati humanę, periculosum esset castitatē promittere. Ideo nemo debet hoc facere absq; bona deliberatione & cōfidētia ac inuocatiōe diuini auxiliij, nō p̄sumēdo de proprijs uirtutibus aut meritis, cū sapiēs dicat: Nemo potest esse continēs nisi deus det: & hoc ipsum erat sapiētia, scire cuius esset hoc donū. Ad tertiū respōdendū, qđ (ut dicit doctores) Apostolus loquitur ibi de uiduis uagis ac petulantibus & lasciuis, de quibus ibidē p̄dixit: Cū luxuriatę

1. Cor. 7

Augustinus 1. Tim 7

2. Cor. 8

Psal. 119 Roma 7

Psal. 61

Eccl. 1

1. Tim. 6 Ephe. 5 Marc. 10 Mat. 19 Luc. 18

Anselmus.

Origenes.

Obiectio.

1. Tim 7 Responsio.

Augustinus.

Sap. 8

1. Tim. 5

fuerint nubere uolunt. Talibus utiq; expedit nubere: quonia' matrimoniu' non solu' est officium naturae, sed & remediū culpae. Postremo, quauis castitate uouere non cōperat propria uiduis, nisi coniugio aptis, uel saltē ad unionē carnalē non impotentibus, si tamen uidae seniores corā deo sic stent, q' quīs iuniores essent, nihilominus deo promitterent in castitate uiduali persistere, puto q' merito sanctae promissionis nō penitus priuarent, sed pro bono praemiantur affectu. Ideo cōsulo ut tale sibi propositū, talēq; cogitatū sapienter faciant & de hoc q' tēpore iunioris aetatis castitate uidualē non promiserūt, cordiātr doleāt, Articulus VIII. Quae castitas difficilior obseruetur, uirginalis an uidualis.

Hieronymus.

Aristoteles.

Thomas.

Sanctus Hieronymus in cōmendatione uiduay loquens, affirmat: Quāto maior est difficultas foeminae delectationes carnis quondā expertis, a uoluptatibus abstinere, tanto maior est merces eay. Ex hoc sequi uidetur, q' uiduis difficilior sit continere q' uirginibus, praesertim cum & Aristoteles in naturali sapientia summus magister, in libro de animalibus dicat, q' iuenculae corruptae magis appetūt maritalē complexū propter rememorationē delectationis praeteritae. Sed si hoc ita se habet, uideretur q' castitati uiduali magis q' uirginali deberetur aureola: quae tamen non debetur nisi doctoribus, martyribus atq; uirginibus, ut concorditer scribūt doctores. Ad hoc sanctus Thomas respondet, q' quantū ad aliquas uirgines maiorē sustinet difficultatē seu pugna in continendo q' uiduae, caeteris paribus. In uirginibus namq; concupiscentiā auget aliqui & accedit desiderii experiendi, quod quasi ex quadā curiositate procedit: quae sit, ut homo libentius uideat ea quae nunq' uidit. Interdū etiā in uirginibus concupiscentiā auget aestimatio maioris delectationis q' sit, inconsideratio quoq; incommodoy, quae delectationi huiusmodi adiungūt. Et quantū ad haec, in uiduis minor est continentiae difficultas & pugna: sed q' ad aliquam, maior est eis difficultas, praesertim propter expertae delectationis memoriā: & in diuersis mulieribus unū horū praedictat alteri secundū uarias dispositiones. Nā quaedā magis mouētur ex uno, quaedā ex altero. Quicquid uero sit de maiori difficultate & pugna, certū est q' maior est uictoria uirginū q' uiduay. Perfectissimū namq; atq; pulcherrimū genus uictoriae est, hosti nunquā cecidisse. Aureola autem debetur uictoriae de pugna, non pugnae sine uictoria.

Articulus IX. Quam custodite & caute in omnibus habere se debent uiduae, praesertim quae castitatem uouerunt.

Gregorius.

Sicut ait beatus Gregorius, unum peccatū suo pondere trahit ad aliud, nisi mox poenitentia deleatur. Idcirco peccata nostra dicuntur non solu' peccata, sed etiā poenitentia peccatū quonia' praedictis peccati demerito meremur a deo relinquī, atq; in aliud uitii labi. Ideo ut uiduae mereantur a deo iuari, & ab incontinentiae uitio praeseruari, oportet ut in omni conuersatione sua sint timoratae atq; sollicitae, ne deū offendant, ne gratiae eius destituantur auxilio & labātur. Ab inordinato ergo uirorum aspectu, a curioso uisitu, ab elato incessu, ac caeteris quae ad uitia prouocant carnis, eas abstinere necesse est, praecipue ab ebrietate & crapula, a dissolutiōe, familiaritate & loquacitate lasciuay: & quāto emotius peccatū est post promissionē castitatis illā non obseruare, tanto foeminae post huiusmodi uotū custoditiores debent esse. Si autē (quod absit) uirgo aut uidua post castitatis promissionē nubāt, nunq' tamen a marito debitū petere potest, sed reddere. Praeterea, quāto foeminae sunt naturaliter molliores, instabiles, magisq; attractibiles & in ratione minus uigētes, tanto plus necessaria eis est gratiosa assistentia & cōfortatio dei. Propter quod corā deo semper sollicitae esse debent, ne ipsum inhonorent, & ne ab ipso mereant relinquī, eiusq; opē & protectionē inuocare iugiter debent. Itaq; iuxta Apostolicū documentū, cū metu, timore ac tremore suā operent salutare: & ut Salomon docet, Omni custodia cor suū custodiant, cunctā foeminae leuitatē & loquacitatē uitates, pefantes se in dei praesentia & aspectu ubiq; esse & uiuere: & quicquid agunt, loquuntur, cogitant & affectant, ab omnipotenti deo domino ac iudice summo diligentissime intueri. Idcirco in summi dei praesentia erubescant se inhoneste habere: magisq; timeant, erubescant ac uenerentur uultū dei altissimi, q' aspectus humanos: & cum beatissimo Helia dicāt, Viuit dñs in cuius conspectu sto hodie: quatenus cum sancto Iob dicere queant, Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum.

Philipp. 2
Prouer. 4

3. Reg. 17
Iob 31

Articulus X. Qualiter uiduae ad perfectionē uirtutū pertingere possint ac debeant. **Q**uemadmodū sancta cātar ecclesia: Dñs deus noster omnipotēs & aeternus, cuius natura est bonitas pura ac infinita, tāte est liberalitatis, q' abū dantia suay pietatis merita supplicantū excedit & uota. Quae ergo est causa, q' nō implemur grā ei, q' uirtutibus donisq; spūs sancti nō decoramur: q' etiā nō impetrām' quidē tād gratia

gratiā perfectionem a deo ut petimus? Nunquid ex parte dei defectus est? Nō utiq; sed ex parte nostrā: quia ad gratiā dei recipiendā non praeparamus animas nostras sicut tenemur aut decet, nec cū tanta fiducia atq; instantia & affectu inuocamus deū sicut oportet: sed negligentes ac desidiosus, & post orationes ac diuini auditionē officij ad consuetas ac priuatas iniquitates & culpas negligentiasq; reuertimur: atq; tam grauius ac frequētius deū offendimus, quasi in orationibus nostris non postulassemus ab eo praeteritorum indulgentiam uitiosy: nec digne solliciti sumus corda nostra a cūctis uitijs expurgare, & in puritate stabiliter conseruare: imo si una hora paup' proficimus, alia hora tantundē aut magis deficimus. Hinc sanctissimus Isaias propheta locutus est: Ecce, non est abbreviata manus domini ut saluare non possit, neq; aggravata est auris eius ut non exaudiat: sed iniquitates uestrae diuiserunt inter deū uestrū & uos, & peccata uestra absconderunt faciē eius a uobis. Sanctificarus quoq; in utero matris suae Ieremias effatur: Peccata uestra prohibuerunt bonum a uobis. Volens ergo gratiā & uirtutes a deo acquirere, in primis curet ac studeat animā suā ab omni peccato mortali mūdare per uerā ac cordialē contritiōē, per humilē confessionē & penitentiaē satisfactionē. Idcirco per Ieremiā prophetā praecipit deus: Laua a malitia cor tuū ut salua fias. Et per Isaiā prophetā loquitur spiritus sanctus: Laua uini, mundi esto te, & auerte malū cogitationū uestray ab oculis meis. Omnia autē in confessione lauātur, quemadmodū Salomon protestatur: Qui absconderit peccata sua, non dirigitur: qui autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiā consequetur. Insuper, sicut ad suscipiendā gratiā & uirtutes, necesse est cor a peccatis purgare mortalibus, sic ad proficiendū in charitate & gratia dei, in uirtutibus ac donis spiritus sancti, oportet mentē a uenialibus custodire ac purificare peccatis. Quemadmodū enim peccata mortalia charitatē, gratiā & uirtutes extinguunt ac tollunt, sic ueniales culpe a charitatis seruore, a gratiae incremento, a profectu ac perfectione uirtutū impediunt. Ideo uolens proficere, debet in omnibus esse circumspectus atq; sollicitus, ne uenialiter peccet per cogitationes inuitiles, per uerba otiosa, per risum, iocū suū similia, aut etiā per operū omissionē bonoy. Veruntū, quonia' homo non potest uniuersa ac singula uenialia uitare peccata, idcirco de quōtidianis ac uenialibus suis culpis oportet, hominē proficere cupientē, quotidie dolere ac gemere, & ea deslere, atq; a deo ueniā postulare, emendationē proponere, & pro gratiā emendationis condigne misericordiam dei instigabiliter inuocare. Hinc namq; ait diuina scriptura: Qui spernit aut negligit modica, paulatim decidit. Itemq; Si non in timore dei tenueris te instāter, cito subuertetur domus tuā, id est, consciētia tua uelociter polluetur, & in mortalia rues peccata. Praeterea purgatio ista a peccatis & passionibus anime, est uiduis & cunctis foeminis ualde necessaria: quia (ut dicunt doctores) foeminae cōmuniter solent esse multā passionatae, & non bene sciunt se frangere, id est, motus & affectiones suas non sciūt facilliter superare: imō quales sunt, tales sunt ualde. Nam quae crudeles & iracundae seu garrulae sunt, sunt ualde crudeles, iracundae seu garrulae: quae autē sunt molles & piy, sunt nimis molles & piy, ita q' non sunt satis constantes ac iuste. Et causam huius assignant doctores, quonia' ratio (ut cōmuniter) nō est ita fortis in mulieribus sicut in uiris. Hinc bonae foeminae sunt ualde bonae, & male foeminae sunt ualde male. Et hoc scriptura manifeste testat. In Ecclesiastico siquidē scriptū est: Gratia super gratiā mulier sancta & pudorata: sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris bone species in ornamentū domus suae. In eodē quoq; scribitur libro: Omnis plaga tristitia cordis, & omnis malitia nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super irā mulieris. Commorari leoni & draconi magis placebit, q' habitare cū muliere nequā. Breuis omnis malitia ad nequitia mulieris. Quanto igitur foeminae sunt in naturalibus magis defectuose, & minus fortes in ratione, tanto plus necessaria eis est cōfortatio gratiae, & reformatio affectionū ac motuū anime. Hinc indefinēter ac feruēte inuocare debent deū piissimū, ut eas in omnibus per gratiā suā confortare, illuminare, regere ac tueri dignetur, ne ab aliquo uitioso motu irē, superbiy, impatientiy, amaritudinis, concupiscentiy, auaritiy, inuidiy aut similiū uitiosy uincatur, sed ab omnibus talibus dei auxilio praeruentur. Deniq; hoc in mulieribus praecipue cōmendabile est, q' ex naturali dispositione sunt cōmuniter ad deuotionē bene dispositae: quonia' habent cor molle ac tenes, suntq; cōpassiuae, & cito mouētur ad fletū. Nec sunt ita superbiy cōmuniter, sicut uiri, sunt etiā ut cōmuniter uerecundae ac timidae, nisi sint ualde uitiosy: & quantū ad haec, sunt bene dispositae ad humilitatē, deuotionē, charitatemq; dei. Cum itaq; uidua iuxta modū praetactū cor suū purgauerit, seq; in omnibus custodite habuerit, maximū gratiae incrementum, spirituales

Ita. 39

Iere. 5

Iere. 5
Istite. 1

Prouer. 28

Eccle. 19
Eccle. 17

Eccle. 26

Eccle. 25

consolationes, illuminationes supernas, dulcissimū gustū uirtutū à deo quotidie ac ualde frequenter recipiet nec aliquid huius mundi ei placebit, sed rota mens eius erit ad deū. Insuper, uidaa talis quicquid boni agit, ex dei amore agere debet, ad ipsius gloriam & honorem & propter æternæ felicitatis adeptionem, omni laude humana contempta & in hoc uiduæ omnesq; feminae deo optantes placere, debent esse diligentes ac circumspectæ, ut soli deo placere desiderant, & omnem inanem despiciant gloriam, præsertim cum foemine naturaliter soleant esse cupidæ laudis humanæ. Quicumq; autē cupit deo placere atq; proficere, contra illa uitia ad quæ ex naturali dispositione aut praua cōsuetudine pronior est, debet specialius, fortius, ardentiusq; pugnare, deum pro adiutorio iugiter inuocando. Amplius, uidua talis quotidie saltem semel ad locum secretum se ponat, ubi coram deo uitam suam discutiat, conscientiā suam examinet, defectus suos consideret, de se fati emendare, confiteri & satisfacere pro eis dem proponat. Anteq; pergat dormitum, reuoluat qualiter diem expendit, quid boni omisit, quid mali cōmisit, sapienter perpendat, ueniā deprecetur, & quicquid in se inuenit boni, attribuat deo: quicquid mali, attribuat sibi imē ipsi. Tunc gratias agat ex totis suis precordijs omnipotenti ac misericordissimo domino, pro omni gratia & misericordia ac beneficijs eius sup se & super homines uniuersos: sicq; signet, & cōmendet se creatori ac saluatori suo, & in bonis meditationibus obdormire conet. Cūq; euigilauerit, mox ad deū eleuet mentē suā orādō aut meditādo: & si cōmode potest, uiresq; habet, surgat de lecto, & per aliqd tēpus oratiōibus meditātiōibusq; insinat, prout deuotio suggerit & dñs dederit. In somno q; q, sicut in cibo aut potu, modū obseruet. Et ergo taliter se habuerit perseveranter, cito erit in omni uirtute perfecta: & deus sublimis ac benedictus, cuius munificentiæ est immensa, q est sol sapiētiæ, solq; iustitiæ, animā uiduæ taliter se habētis copiosissimē illustrabit, & suo diuino amore accēdet, dulcissime ac frequentissime illā uisitat, sequiabit & gratiosissime inhabitabit.

Articulus XI. De obseruantia præceptorum dei atq; ecclesiæ.

Sicut in euangelio ait saluator: In duobus præceptis (ut scilicet homo toto corde totisq; uiribus diligat deū, & proximū suū sicut seipsum) tota lex pēdet & propheta. Et istud intelligendū est de spiritali amore, ut deū summe ac principalit̄ diligam. Primo, propter immensam, purā & incōparabilē bonitatē & amabilitatē ipsius: deinde, quoniā ipse prior dilexit nos: tertio, propter uniuersā summā & innumerabilia beneficia eius, generalia & specialia: quarto, propter sua promissā, quoniā tot bona pmisit ac præparauit nobis in cœlis, si fideliter seruiuerimus ei. Porro, per proximū intelligendus est omnia homo in mundo hoc uiuens, tam inimici q̄ amici, tam infideles q̄ fideles, qui omnes spiritaliter sunt diligendi propter deū qui hoc præcepit, & cui hoc placet. Et quia ad dei imaginem sunt creati, atq; durante uita eorū in seculo isto, quantumcunq; sint uitiōsi, possunt cōuerti æternaliter q̄ saluari, idcirco tenemur spiritaliter eos diligere, id est, gratiā & misericordiā dei eis optare, ut conuertantur & salui fiant. Hinc Christus præcepit ut inimicos amemus, odiētibus nos beneficiamus, & pro calumniatoribus ac persecutoribus nostris cordialiter exoremus, ut simus filij patris cœlestis, q etiā ingratis ac impijs peccatoribus tot bona largitur, tam longanimit̄ parcat, & quosdā illos sepe inæstimabili pietate cōuertit. Quantumcunq; igit aliq; forefecerit nobis aut nostris, culpa illi ignoscere obligamur: factiā cōtionē uero seu penā exigere ex charitate ac zelo iustitiæ licet, qua secundū processum & ordinē iuris ut forefactor in uita hac pro suis puniat excessibus, ne æternaliter pereat. Unde si alicuius uiduæ maritus aut pater seu filius sit occisus, ipsa tenet occisorē illū uere spiritaliterq; diligere, & tantū ei excessum dimittere quantum ad culpā, atq; optare ipsius salutē. Nunq; ergo aliq; rancor alicuius uiduæ mentē cōmaculet aut perturbet: sed sicut ipsa uult sibi acuisi a deo ignosci, ita & ipsa qm̄ iniuriatori indulgear, ut secure in oratiōe ualeat dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib; nostris. Hinc q; p̄p̄e ite loquitur Chr̄s: Cū statis ad orandū, dimitte si qd habetis aduersus aliquē. Si em̄ nō dimiseritis, nec pater uester cœlestis dimittet uobis peccata uestra. Præterea, qui uere diligit deū, ipsum in omnibus pro posse honorat, atq; ab omnibus honorari desiderat: sicq; uoluntatē suam diuinæ subicit uoluntati, idq; agendo diuina obseruat præcepta, quemadmodū dñs noster Iesus Christus testatur: Si quis diligit me, sermones meos seruabit. Et Iohannes euāgelista: Hæc est (inquit) charitas dei, ut mandata eius custodiamus. Nemo ergo facilius p̄p̄e mat̄ deū diligere, sed diligēt̄ p̄scrutē seipsum, an uniuersa dei p̄cepta adimpleat, an superioribus suis obediat, an aduersarios inimicosq; amet: & si ita inuenit, confidat se deum diligere.

Mat. 7. & 22

1. iohan. 4.

Mat. 6 Marc. 11

Iohan. 14 1. iohan. 9

diligere. Insuper decem præcepta sunt, quorum primum est, unum colere deum. Unus est enim, solus, uerus, æternus, omnipotens deus, uniuersorum creator: qui solus est adorandus ac summo honore colendus, in quem firmissime credere, in quo plene confidere, quem sum per omnia incomparabiliter diligere, timere ac uenerari debemus, neq; inaniter per ipsum iurare, & festiuis diebus ei singulari deuotione debemus uacare. Præcepta quoq; ecclesiæ sunt seruanda sicut præcepta dei. Nam deus loquitur ad prælatos: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit.

Luc. 12

Articulus XII. Quomodo uidua habere se debet in orando ac deum laudādo.

Sicut prædictum est, præcipuum opus uiduæ est orare. Oratio autē est petitio dicentiu. i. reꝝ, quas decet peti à deo. Quocirca sciēdū, q uidua illa nobilis ac deuota noīe Proba, cui beatus Augustinus scripsit libellū de modo orādī, ab eodē Augustino informati rogauit, qd & qualiter orare deberet, præsertim cū dicitur Aplus: Quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spūs postulat pro nobis gemitib; inenarrabilibus. Ex quo apparet q; ignoremus qd debemus salubriter postulare à deo. Sed ut ibidē asserit Augustinus, hoc dixit Aplus de his rebus, quæ possunt homini p̄desse atq; obesse, quia in se indifferentia sunt, nec sunt necessaria ad salutē, quæ admodū sanitas corporis, liberatio ab aduersis, opulentiæ reꝝ. Talia nāq; non sunt absolute à deo petēda, sed cū cōditione explicita siue implicita. s. si & in quantum expediant nostræ salutē, sintq; pro honore & gloria dei. Ideo talia reꝝ concessione diuinæ prouidentit̄ pietati debemus cōmittere. Porro, alia sunt que in se & per se appetibilia sunt, & qbus nullus directe uitā male, ut sunt uirtutes & beatitudo æterna ac opa uirtuosa: & talia debemus à deo simpliciter postulare, ut. s. det nobis, cōseruet, pficiatq; in nobis p̄sua dā humilitatē, insupabilē patientiā, stabiliē māsuetudinē, dei ac proximi feruidā charitatē, ceterasq; uirtutes, & contra oēs tentationes uictoriā, quotidianū uirtutū profectū, perseverantiā sanctā, sinē beatū. Præterea, cū præparatione mentis ad deuotionem orandus ac iudicandus est deus, quæ admodū ait scriptura: Ante orationē præparātam tuā, & noli esse sicut homo tentās deum. Si em̄ locuturus est homo cum rege terreno aut principe magno, primo recolligit se, & ad loquendū prudēt̄ ac ordinate disponit se, præcogitando qualiter habere se debet in loquendo: quanto magis homo cum deo altissimi locuturus, in orationibus suis præparare se debet ad orandū deuote, distractiones atq; abijciēdo, & aliqua salubria p̄meditando, sicq; cū ingenti reuerentiā ac deuotione ad orationē tendendo: imō ut homo deuotius atq; feruentius oret, in orādō, itēq; ad orationē accēdendo, debet attēdere duo, uidelicet qualis sit deus quē orat, & qualis sit ipse orans. Penitet ergo q; deus quē orat, sit maiestatis immēse, misericordiæ infinite, dignitatis ac sanctitatis interminatæ. Cogitet quoq; propriā uilitatē, defectuositatē, fragilitatē, indigentiam, peccata qbus est ingnatus, atq; picula qbus exposit est, imō circū datus. Cū ergo deus gloriosus ac immortalis sit maiestatis immēse, cū omni reuerentiā & timore est inuocandus ac honorandus sicut ait propheta: Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore. Apostolus quoq;: Cū metu (inquit) & reuerentiā dño seruiamus. Male dicitur nāq; qui facit opus dei negligenter. Rursus, cū deus sit misericordiæ infinite, cū omni fiducia ipsum exorare debemus: quia infinitū maior est bonitas ac misericordia eius, q̄ prauitas & miseria nostra. Præterea, cū deus sit dignitatis ac sanctitatis interminatæ, inuocandus est mente ei obediēte ac pura. Nā (ut ait scriptura) Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Et in libro Sapientiæ scriptū est: Odio sunt deo impius & impietas eius. Amplius, cū tam ineffabilis sit defectuositas, uitiōsitas, uilitas, periclitatio ac indigentia nostra, cum summa humilitate, ardenti instantia, infatigabili perseverantia deum deprecari debemus, quia utiq; causa animæ nostræ cum deo est inæstimabiliter magna. Ideo sanctus affirmat Basilius: Non remisse diuinum est imploran dum auxilium, nec corde hinc inde uagante orandus est deus. Siquidem taliter orans non solum nil nō impetrat, sed etiam deum magis offendit. Corde itaq; recollecto, attento, seruenti, timorato ac humili inuocandus est dominus uniuersorum, ut sensus attendatur uerborum, & dei præsentia ac maiestas sapienter pensentur. Denique, qui sic orat, sicq; orare assuecit, in ipsis suis orationibus dulcem quandam inebriat̄ refectionem ac saporem internum sortitur à deo ac sentit in animo suo, & delectatur in exorandō, estq; frequenter delectabile sibi orationibus immorari. Est etiam dignitas magna, tam sancto ac nobili exercitio occupari. Qui enim orat regem regum, deum in comparabilis excellentiæ alioq; quē sine magna attētiōe ac reuerentiā, totaq; cordis custodia affari

Rom. 8

Eccles. 18

Phil. 4 Hebr. 10. 13 Ier. 48

Prouer. 28 Sap. 14

Basilius

Augustinus non debet homo mortalis, fragilis creatura. Hinc asserit Augustinus: Oratio tua, locutio ad deum est: quando legis libros deuotos, deus loquitur tibi: quando oras, tu loqueris deo, Chrysostrum Chrysostrum quoque: Considera, inquit, quanta sit tibi concessa felicitas, quanta gloria attributa orationibus, loqui cum deo, cum Christo miscere colloquia. Optare quoque rationabiliter uelis, quod desideras, postulare. Amplius, si bene perpēdar homo qualitatem proprii status in seculo isto, ubi in medio ambulat laqueorum, quos pauci euadunt, quotiuuilibilibus hostibus, spiritibus malignis circumdatus est, quod pronus est ad peccā dum, quod eterne damnationis periculis obfideatur, quod nescit diem neque horam, quod post uitam istam breuissimā mox ad dei iudicium deducetur. Si hæc atque similia profunde pensauerit homo, satis uidet quod necessarium sibi sit deum iugiter inuocare. Propter quod ait Apostolus: Sine intermissione ne orate. Et ipsemet in euāgelio loquitur Christus: Oportet semper orare & non deficere. Verum (ut ait Isidorus) quid prodest strepitus labiorum, ubi cor mutum est: quemadmodum enim uox sine modulatione, est quasi uox porcorum, sic oratio sine deuotione est quasi mugitus bouum. Oratio cordis est, non labiorum, neque enim uerba deprecantur deus intendit, sed orantis cor aspicit. Melius est cum silentio orare corde absque sono uocis, quam solis uerbis sine aduertentia mentis. Hinc ait sanctus Gregorius: Illam orationem deus non audit, cui ipsemet orans non attendit. Porro, tunc toto corde ad deum clamat, quando aliunde non cogitat. Oratio pura, feruens ac humilis penetrat ccelos. Oratio est oranti præsidium, animæ deuotæ subsidium, deo sacrificium, angelis sanctis solatium, dæmonibusque flagellum: atque (ut ait Gregorius) ueraciter orare, est amarus in compunctione gemitus fundere, non uerba composita resonare. Et taliter exorantem deus exaudit, quemadmodum sanctissimus Moyses contestatur: Cum quesieris dominum deum tuum, inuenies eum, si tamē toto corde quesieris eum & tota tribulatione animæ tuæ. Magna ergo est uirtus puræ orationis & cum certa spe inuocā dus est deus. Nam ut ait Iohannes Chrysostrum: Nunquam oranti beneficia denegat, qui ut orantes non deficient, sua pietate instigat. Interdum tamen postulat homo, nec tamen exauditur a deo, quia infideliter aut leniter aut non perseueranter, aut quæ suæ salutis non expediunt, postulauit. Verūtamen cum cor humanum sit ualde instabile, floræ ac fragilitate humana distractionem incurrat, fructus orationis non in peditur, cum sanctus dicat Basilius: Si debilitatus à peccato, fixe orare non potes, quantum uales te ipsum cohibeas, & deus ignoscit: quoniam non ex negligentia, sed ex fragilitate non potes ut oportet corā deo assistere. Hinc (ut scribit sanctus Thomas) conandū est, ut in principio orationis assistit deuotio & feruor ac diligentia, quia ex hoc tota oratio, sortitur uirtutem. Denique, non solum pro se, sed & pro communi bono ecclesiæ, pro pace & reformatione ipsius in omnibus, pro pace patriæ, paritibus, propinquis, committis ac beneficiis, uiuis ac mortuis, & uniuersis hominibus est orandum. Vidua ergo specialiter debet orare pro uiro suo defuncto, & pro sobole. Postremo, quāuis tam uirtuosum ac nobile opus sit orare, tamen deus laudare præstantius & magis angelicum. Deuota igitur uidua deum quotidie, imò ubertissime laudet, glorificet, bene dicat, & ei cordialiter gratias agat, quæ admodum docet Apostolus. Omne quodcunque agitis in uerbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi agite, gratias agentes deo patri per ipsum.

Judith, 9
Virtuosa ac sapiētissima uidua illa Iudith ait: Memores esse debemus, quomodo pater noster Abraham tentatus est: & per multas tribulationes probatus, amicus dei effectus est: sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Qui autem tentationes non sustulerunt in timore dei & in patientia sua, exterminati sunt & perierunt. Et nos non ulciscimur ergo nos pro his quæ patimur, sed reputātes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella domini quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram, euenisse credamus. Humiliemus igitur deo animas nostras, & in spiritu contrito & humiliato seruiamus illi, expectantes in aduersis humiliter consolationem ipsius. Ex his prudentissimæ Iudith uiduæ uerbis multiplex trahitur causa, ob quam aduersa, æquanimiter sunt ferēda, ita quod in tribulationibus, persecutiōibus, infirmitatibus, aduersitatibus quasi in omnibus diuitijs est gaudendum. Primo, quia per hæc conformatur homo electis dei, sanctis patriarchis, prophetis, apostolis ac cæteris sanctis: qui quanto electiores, deoque chariores fuerunt, tanto plura ac duriora aduersa in hoc seculo sunt perpessi. Secundo, quia aduersa propter deum hilariter sustinendo, amici dei efficiuntur, quoniam in aduersis nequaquam

ab ipso rece dimus: quemadmodum Abraham per multas tribulationes probatus, amicus dei effectus est. Tertio, quia in aduersitatibus deficientes exterminantur, id est, extra terminos & extra cœlestem patriam electorum ponuntur. Ait enim Saluator: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Quemadmodum ergo per patientiam homo possidet (id est, a peccatis præseruat, & a seruitute diaboli liberam tenet) animam suam, ita per impatentiam perdit animam suam. Ideo Salomon loquitur. Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exalcat stultitiam suam. Apostolus quoque: Patientia (inquit) uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Quarto, quoniam aduersitatibus affici & tribulationibus exerceri, est signum dilectionis dei ad nos, deus etenim ait: Ego quos amo, arguo & castigo. Si ergo desideramus amari à deo, gaudeamus in signis sui amoris, ut puta in aduersis, per quæ experimur nos diligere à domino deo nostro, qui de reprobis & inimicis suis testatur: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Hinc enim Salomon dixit: Disciplinam domini fili mi ne abicias, & ne deficias cum ab eo corripieris. Quem enim diligit deus, corripit. Quinto, quoniam istud non solum est signum amicitie dei, sed etiam quod sumus filij eius aut filie, cum dicat Apostolus: Quis est filius quem non corripit pater: quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri & non filij estis. Sexto, quia qui in aduersis fideles sunt, & propter deum constanter ac æquanimiter tolerant, non solum in futuro coronantur à deo in cœlis, sed in præsentia etiam uita multipliciter, gratiose ac dulciter consolantur ab ipso. Ideo in aduersis humiliter expectanda est consolatio à deo, ut Iudith dixit. Vnde apud Tobiam deuota illa Sara loquitur deo: Post tempestatem domine tranquillum facis, & post stertum exultationem infundis. Et rursum Hoc pro certo habet omnis qui colit te domine, quia uita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correctione fuerit, ad misericordiam peruenire licebit. Ob id etiam ait Apostolus: Sicut abundant passionem Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Septimo, quoniam per aduersitates, tribulationes & persecutiones à uitijs præteritis emundamur, & à multis præferuamur peccatis. Culpæ enim debetur pœna, iccirco per pœnas culpæ delentur. Vnde apud Tobiam legitur: Benedictum est nomen tuum deus patrum nostrorum, quia in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Octauo, per tribulationes ad gratiam dei disponimur, & dei præsentiam assistentiamque meremur, quemadmodum ipsemet ait in libro psalmorum: Cum ipso sum in tribulatione. Et iterum: Luxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Sanctus quoque Martinus dixit, quod misericordia dei in aduersis & tribulationibus maxime adest. Nono, per hæc Christo propter nos passo conformamur. Si ergo uolumus postmodum regnare cum Christo, non renuamus nunc pati cum eo, quia ut ait Apostolus: Si compatimur, & conregnabimus: si commorimur, & conuiuemus. Hinc princeps apostolorum beatissimus Petrus testatur: Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut se quemur uestigia eius. Decimo, quoniam per aduersitates & tribulationes uitæ præsentis, à futuris liberamur supplicijs: sic que tribulationum deuota humilis que perpassio, est compendiosissima ac optima uia pertingendi ad regnum cœlestem. Præterea, tam ineffabilis est patientiæ fructus, quod quamuis post hanc uitam non præmiaretur à deo, nihilominus merito patientes esse mereamur propter multa præcipua ex patientiæ uirtute nascentia. Quemadmodum enim mansuetudo est uirtus iram refrenans ac moderans, sic patientia est uirtus tristitiam reprimens, ordinans aut expellens. Tristitia autem est passio ualde nociua, non solum animam lædens, sed corpus quoque affligens, & corporalem uitam in disponens atque abbrevians. Nam Salomon Proverbiorum uigesimo quinto ait: Sicut tine nocet uestimento, ita tristitia cordi. In Ecclesiastico quoque habetur: Tristitia non des animæ tuæ. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Tristitiam longe expelle à te. Lucunditas cordis, hæc est uita hominis. Hæc autem intelligenda sunt de inordinata & seculari tristitia, qua quis dolet propter temporalia damna, uel propter lesionem siue iniuriam sibi aut suis illatam, de quibus non est immoderanter tristitiam. Est autem & alia bona tristitia, qua quis de proprijs aut proximorum peccatis, aut de dilatione cœlestis gloriæ dolet. Insuper, patientia facit hominem imperturbatum, tranquillum, iucundum, suauem. Qui autem impatiens est, frequenter turbatur, inquietatur, amaricatur, tristatur, & impetum suum sequendo irrationabiliter agit. Propter quod Salomon Proverbiorum decimo quarto asserit: Qui impatiens est, operatur stultitiam

Luc. 21
 Prouer. 15
 Heb. 10
 Apoc. 2
 Psal. 60
 Prouer. 3
 Hebr. 10, 12
 Tob. 3
 2. Cor. 1
 Tob. 3
 Psal. 50
 Psal. 33
 Rom. 8
 1. Pet. 2
 Eccles. 30

Prouer. 14

stultitiam. Aduerſitates ergo & tribulationes conſiderandæ ſunt, non ſolum ut quædam pœnalitates, ſed tanquam ſaluberrimæ medicinæ contra animarum uulnera, id eſt peccata, & tanquam præcipua dei dona ac paternæ ſuæ dilectionis indicia, & tãquam fructuofiſſima media impetrãdi gratiam ac uirtutes, & incrementum earum in ſeculo iſto, gloriã in futuro. Per aduerſa quoq; diſcit homo cognoscere ſemetipſum & propriam fragilitatẽ ac culpam, & ea quæ mundi ſunt ſpernere, futura ſupplicia conſiderare, ad deum conſugere, ad cœleſtem beatitudinem aſpirare. Propterea in tribulationibus, aduerſitatibusq; letandum eſt, & deo reſgratandum.

Articulus XIII. De remedijs contra tentationem.

Iob 7

In libro ſancti Iob ſcriptum eſt: Militia eſt uita hominis ſuper terram. quod de uirtuofis & iuſtis hominibus eſt intelligendum. Tales enim quotidie pugnant contra aciem uitiorum, contra ſuggeſtiones tentamentaq; dæmonum, contra deſideria carnis, contra uanitates mūdanas. Hinc quilibet iuſtus eſt miles dei & perſona exercitus ſui. Sed quoniam fragilis homo contra tot hoſtes animæ ſuæ, contra tot tentationes & uitia proprijs nequit uiribus reſiſtari ac præualere, ideo primum remediũ atq; conſilium eſt, in omni tentatione ad deum iugiter cõuolare, ad eius pietatem recurrere, eius auxiliũ inuocare, & propriam inſufficientiam ſemper humiliter profiteri. Secundum eſt, paſſionem Chriſti intentam mente reuoluerẽ & ſemper in mente portare, ſe quoq; in eius uulneribus occultare, ſicq; omnem oblectationem carnalem, omnem pompam ac uanitatẽ mūdnam deſpicere. Tertium eſt, conſiderare prudenter quæ, qualia & quanta ſupplicia pro uitijs inſiguntur, q; horrendum ſit in cidere in manus dei uiuentis. Quartum eſt, ponderare quanta mala faciãt peccatum homini, etiam in præſenti, q; iniuſtum & impium ſit deum offendere, diabolo conſentire, concupiſcẽtijs deſeruire. Siquidem per omne peccatum mortale ſit peccans hoſtis & aduerſarius dei, membrum ac ſeruus diaboli, iniquitatis miniſter. Quintum eſt, ſe fructuofe occupare, omnem otioſitatem uitando, ſeq; ab illicitis cogitationibus auertendo, atq; ad ſalutaria conuertendo, ut puta cogitãdo de rebus pertinentibus ad ſalutem. Sextum eſt, propriũ angelum cuſtodem & ſanctos (potiſſime uirginem glorioſam, ac eos ad quos habetur ſpecialis deuotio) inuocare ut aſint, proſe orent, tueãtur, confortent. Unde in libro beati Iob legitur: Ad aliquem ſanctorum conuerrere. Septimum eſt, ponderare q; fortiter ſancti tentationibus reſiſterunt, & eorum in hoc ſequi ueſtigia. Octauum eſt, contemplari quanta ſit in futuro beatitudo, merces & gloria eorum qui tentationibus uictorioſe reſiſtunt. Si igitur uidua concupiſcentia tentetur carnali, præ tactis utatur remedijs, cogitationibusq; immundis nullatenus immoretur: imò mox cum ſenſerit eas, ſe ab illis auertat, & paſſionem Chriſti, pœnas inferni, diſtictum iudicium dei artẽ dat: tantoq; fortius agat hoc, & præfata aſſumat remedia, quanto plus tentatur ac inſeſtatur: nec ſaueatur, quia in talibus maxime promeretur. Eſtq; ualde expediens, ut alicui perſonę ſpirituuali ac ſapienti, præſertim ſuo confeſſori, ſi talis eſt, cor ſuum aperiat, & eius informatione uertatur: quia per hoc poteſtas diaboli ualde debilitatur.

Articulus XV. De conuerſatione Chriſti in ſeculo iſto, & de paſſione ipſius, ac alijs rebus ad ſalutem ſpectantibus.

I. Iohan. 1

Quemadmodum ait Iohannes apoſtolus: Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare. Ex quo declaratur, q; omnis operatio Chriſti, eſt informatio & exemplar cuiuſlibet Chriſtiani, quoniam Chriſti uirtutes & opera ſectari debet plebs Chriſtiana. Siquidem inaniter, imò ad grauiorem ſuam damnationem Chriſtianus uocatur, qui Chriſti uirtutes non imitatur. Oportet igit unumquẽq; fidelem uirtutes & opera Chriſti diligentiffime atq; ſæpiſſime conſiderare, & in illis ſeipſum attendere an uere ſit Chriſtianus. Hoc autem in primis conſtat ac intuentũ eſt, q; tota conuerſatio Chriſti in ſeculo iſto, à natiuitate ſua ex uirgine uſq; ad mortem in cruce, omni humilitate, paupertate, manſuetudine, patientia, charitate fuit pleniffima. Deniq; cum eſſet uerus deus & patris æterni unicus filius, patri conſubſtantialis, cõæqualis & cõæternus, ex nimia charitate atq; ineffabili pietate ſua ad nos, noſtram aſſumpſit naturam, & factus eſt homo, ac pauperem uirginem elegit in matrem, & natus eſt ex ea in paruulo oppido, in uili ſtabulo, in noctis ac hyemis medio: in præſepi quoq; eſt poſitus, quia in diuerſorio illo alter ei locus apertus non fuit. Voluit etiam circuncidẽ, in templo præſentari ac baptizari ut homines alij. Prædicãdo autem Iudæis, plurimas ac grauiffimas perſecutiones, irriſiones, contumelias atq; blaſphemias ab eis perpeſſus eſt. Interdum conati ſunt

cum

eum præcipitare, aliquando lapidare, & tandem morte acerbiſſima ab ipſis occiſus eſt. Cõtemplandum eſt ergo deuotiſſime ac intente ad minus ſemel quolibet die, qualiter Chriſtus poſt cœnam ſuam nouiſſimam, in ſtante iam hora ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis, deum patrem ter rogauit: & quomodo tunc factus eſt ſudor eius ut guttæ ſanguinis, ita q; ſudorem ſanguineum ac ſanguinem uerum tam copioſe ſudauit, q; ſudor ille a corpore ſuo benediçto decurrit in terram præ nimia anxietate & anguſtia animæ ſuæ, quam anxietatem & anguſtiam ſponte propter multas cauſas aſſumpſit: & quomodo tunc ad apoſtolos dixit: Triftis eſt anima mea uſq; ad mortem: & qualiter deinceps à crudeliſſimis miniſtris pontificum ac Pilati captus eſt, ligatus, tractus, truſus, & uſq; ad Annam pontificem impetuofiſſime ductus, & ibi à ſceleratiſſimo ſeruo alapa cæſus: deinde ad Cayphã miſſus, & ibi mortis reus eſt iudicatus, blaſphematus, oculis uelatus, in faciem ſæpiſſime ac duriffime cæſus, conſputus, illuſus, & tanquam uiliſſimus ac impiffiſſimus hominum uſque ad mane tractatus. Poſtea manibus ligatis, tanquã latro & fur Pilato eſt præſentatus, falſiſſime accuſatus, ab Herode alba ueſte indutus, & inſtar ſtulti deriſus: ad Pilatum quoq; remiſſus, amariffime eſt flagellatus, ſpinis coronatus, arundine cæſus, conſputus, irriſus ac blaſphematus, purpureo indumẽto illuſus, deinde patibulo adiudicatus: & proprijs humeris crucem ſuam portans, inter larrones ad locum mortis eductus eſt: & inter illos in patibulo crucis ſuſpenſus, manibus & pedibus cum inæſtimabili dolore magnis clauis atrociffime perforatis, toto corpore uſque uenarum diſruptionem diſtentus, ſacro cruore perſuſus, grauius ſitens, aceto & felle potatus, cum impiffis reputatus, irriſus ac blaſphematus ac mortuus. Hęc omnia ac intuentia, ac ſi corporaliter inſpicerentur, & in præſentia fierent meditantis. Nec ſolum conſideranda eſt paſſio Chriſti in ſe, ſed etiam quis, qualis & quantus ſit qui iſta pro nobis ſuſtinuit, quod ſcilicet unigenitus filius dei, deus & homo, manſuetiſſimus & innocentiffimus agnus à crudeliſſimis ac ſceleratiſſimis pro noſtra æterna ſalute hæc paſſus eſt in regia urbe, in feſto præcipuo, coram tot milibus hominum, cum patientia ſumma & charitate pleniffima. Hęc cogitãdo, gratias Chriſto agamus, noſtra plangamus peccata, Chriſti patientiã, humilitatem, charitatem, ceterasq; ſectemur uirtutes. In ſuper, uida pia, omniſq; anima Chriſtiana penſet quotidie uitæ præſentis incertitudinem, uanitatẽ, fallaciã, mortis amaritudinem, diuini quoq; diſtictionem iudicij, & inexcogitabiles pœnas inferni: quã amariffima ſit deſperatio damnatorum, quanta afflictio, quanta triſtitia, dum ſe in tãtis ſciunt ſupplicijs æternaliter permãſuros. Cogitemus quã intolerabile eſſet in mundo, per unam horam in ardenti iacere fornace. Quid ergo eſt, in medio infernalis incendij æternaliter ſine ſpe euafionis iacere? Neque enim damnati tantum affligentur in corpore igne tartareo, quantum iugiter affliguntur in mente, dum cogitant ſe in illis tormentis ſine fine manſuros, ut magnus ait Albertus. Eſt quoque in inferno inæſtimabile frigus, & de ſummo calore uadunt ad maximum frigus: eſt etiam ibi grauiffimus fœtor, horrendiffimus dæmonum & omnium damnatorum aſpectus. Poſtremo penſandum eſt, quã in incomprehenſibilis ſit beatitudo & gloria electorum, deum glorioſum & ſanctum (cuius pulchritudo, dulcedo & amœnitas finem non habent) in æſtinerẽ & clare cernentium quibus nil deſt, & de tanta felicitate in æternum ſecuri ſunt. Quã miſerum ergo atque ſtultiffimum deſt, pro huius breuiſſime delicijs uitæ infernalem illam calamitatem mereri, & cœleſti felicitate priuari.

Articulus XVI. De contemplatione dei.

Contemplatio dei clara per ſpeciem in ſeipſo, in propria eius luce atq; eſſentia, eſt plena beatitudo & tota merces omnium electorũ in cœlis, ut aſſerit Auguſtinus. Nam & unigenitus filius dei loquitur deo patri: Hęc eſt uita æterna, ut cognoscãt te uerum deum, & quem miſiſti leſum Chriſtum. Hęc autem contemplatio dei in cœlis, amorofiſſima eſt & proriſ iucũ diſſima. Tota ergo perfectio noſtra in uita hæc, eſt ut cœleſti illi ac beatifficæ contemplationi dei quotidie propinquemus, proficiendo in terris in contemplatione dei amorofa per fidem & ſpeculum. Quantum uero in charitate, pia ritate, ceterisq; uirtutibus modo proficimus, tãtum in dono ſapientię creſcimus, per quod donum deum in hac uita cõtemplamur. Deniq; in uniuerſis ac ſingulis creaturis deum creatorẽ poſſumus cõtemplari. In omni etenim creatura perfectio & excellẽtia dei reſplendet. Prætereã

Mat. 16

Albertus ma
gnusCõtemplatio
Auguſtinus,

Iohan. 17

Præterea, totus mundus est quasi quædã magna domus dei. Quomodo ergo uident aliquod castrum aut habitaculũ speciosum optime edificatum, in ipso edificio & pulchritudine eius artificem laudat, eiusq; sapientiã admiratur, sic inspicendo totum mundũ & omnem magnitudinem ac pulchritudinem eius, uarias etiam creaturas, uirtutes & proprietates earũ, contemplari debemus in eis deum altissimum, quanta fit omnipotentia eius, qui opus tam magnum, tamq; diuersas creaturas in eo uno creauit imperio, unoq; uerbo. Quoniam iuxta prophetam, ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Quam immensa est sapientiã eius, qui cuncta tam optime ordinauit, tam speciose ornauit: qui soli, lunæ, planetis ac stellis omnem quam habent lucem, pulchritudinemq; impressit. Quanta est eius suauitas, à quo omnium rerum dulcedo effluxit. Itaq; quicquid perfectionis & nobilitatis, quicquid pulchritudinis atq; dulcedinis, quicquid sapientiæ, eminentiæ, felicitatis, bonitatis, desiderabilitatis & gloriæ inuenitur in uniuersis rebus creatis imperfecte, finite ac sparsim, hoc totũ eminentissime est in deo perfecte, infinite, simplicissime & coniunctissime: imò ipsemet deus omnipotens & æternus, est simplicissimũ esse, in quo est & quod est omnis perfectio, immensa nobilitas, infinita felicitas, interminabilis uirtus, sapientiã cuius non est numerus, opulentiã, pulchritudo, dulcedo cuius nullus est finis: bonitas pura, charitas plena, pietas, sanctitas, iustitiã cuius nulla est mensura. Si ergo aliquis amabilitatis aut desiderabilitatis in creaturis conspicimus, nosq; allicit, protinus cogitemus omne id in deo incomparabiliter perfectius inueniri, & ipsum præ omnibus in infinitum, amabiliorem, dulciorem ac deliciose consistere: nec aliqua occasione ab ipso cor auertamus, magis in hunc deo creatorũ q̃ creatori: imò ad ipsum mentẽ nostrã iugiter conuertamus, ipsum in omnibus & super omnia indefinenter amãtes, timentes, desiderãtes, quærentes ac uenerãtes, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Psal. 148

Libri de laudabili uita uiduarum finis.

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI EPISTOLA CONTRA AUARITIAM AD QVANDAM VIDVAM.



VENERABILI ac deuotæ personę quidam Religiosus, Sic tran sere per bona temporalia, ut nõ amittas æterna, pro salute. Charissima domina, ex quo placuit tuæ prudentię, ut aliqua exhortatoria tibi scribere, opto hoc ipsum implere. Hoc ergo in primis exhortor, ut tanto sollicitior sis de tua salute, quãto uides te esse senioreme & magis propinquare ad mortem. Qui autem sollicitus est de sua salute, uitat pro posse suo, omnia quæ sunt salutis suæ contrariã: ea quærit, apprehendit atq; exequitur, quæ sunt sibi necessaria ad salutem. Præterea ò deuota domina, cum sis iam uenerãdo senio decorata, non est necesse facere tibi exhortationem de uitã dis iocis, ludis, choreis & uanitatibus huius mundi, aut de castitate uiduali seruãda, quam per aliquot annos laudabiliter obseruasti, quãdo adhuc aptior fuisti ad contrahendũ matrimonium q̃ nunc es: sed quia nũc abundas magna ualde abundãtia temporalium rerum & copioso pecuniarum thesauro, de hoc potissime admoneda es ac informãda, q̃liter debeas ac possis fati pecunijs uirtuose ac meritorie uti, & ordinatũ ac moderatũ habere affectũ ad eas. Cũq; senes solẽt naturaliter esse auari, aliqua nunc specialiter cõtra auaritiam scribã. De cæteris aut uirtutibus & sanctis operibus ad uiduas pertinentibus, feci & mitto pietati tuæ speciale tractatulum sed ista scribo seorsum, quoniã tuam personam singulariter concernunt.

Articulus primus. Quare filius dei uenerit in hunc mundum. Dominus noster Iesus Christus in euangelio ait: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Nemo ergo potest saluari nisi uestigia Christi sequendo, hoc est, acquiescẽdo eius doctrinæ, & obediendo eius præceptis. Ideo ait apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Et ipsemet dominus Iesus Christus effatur: Si quis mihi ministrat, me sequetur. Ecce

Iohan. 14.

1. iohan. 3. iohan. 13.

secundum Augustinum, mendaciter Christus uocat, qui Christũ non imitat. Sed qd est Christũ imitari, nisi uirtuosa opa exercere quę exercuit ipse. Ideo nãq; ipse unigenitus filius patris æterni dignatus est homo fieri & cũ hoibus conuersari, ut nõ solũ uerbis, sed etiam opibus & exẽplis ostenderet nobis uia eundi ac ptingẽdi ad æternã salutẽ. Hunc uenit in mũdũ istũ, & uixit in eo in omni humilitate & maxima paupertate, ut doceret nos esse uita æternã beatissimã & gloriosissimã, cuius desiderio & amore debeamus contẽnere oia ista tẽporalia & terrena, sicq; toto cordis affectu aspirare, festinare ac tẽdere ad deliciosissimã ac diuinissimã illã uita cœlestem: nec de tẽporalib; rebus plus appetere aut tenere, q̃ utile aut necessariũ nobis est ad acquirendũ bona spiritalia ac æterna. Unde ut filius dei monstraret, q̃ uehementer impediatur hominẽ à salute abundãtia talium rerũ, ipse tantã paupertatẽ in seipso elegit ac habuit, ut testetur: Volucres cœli nidus habent, & uulpes terræ foueas: filius autẽ hois nõ habet ubi caput suum reclinet. Si ergo filius dei omnipotẽtis rex angelorũ & princeps cœlorũ, ac dñs oim creaturarũ, tantã paupertatẽ propter nostrã informãtionẽ ac salutẽ assumpsit, qd est qd homo fragilis ac mortalis peccatis ac defectibus plenus, quærit ditari aut esse desiderat diues, hoc est, superflue abundans in tẽporalibus rebus in seculo isto. Itaq; ut cognoscamus q̃ incõpabiliter præeligenda & præamãda sint bona spiritalia & diuina, cœlestia ac æterna præ oibus rebus transitorijs & terrenis, uoluit filius dei inter hoies conuersari in profundissima humilitate & perfectissima paupertate: & non solũ ut hoc cognoscamus, sed etiam ut in hoc ipsum sequendo per uerã humilitatẽ & sanctã paupertatẽ aut salte pmoderatã & competentem terrenarũ rerũ possessionẽ, pueniamus ad cœlestes diuitias, ad æternas delicias angelicorũq; honores.

1. Tim. 6. Zach. 9. Matth. 13.

Mar. 8. Luc. 9.

Articulus II. Quid sit auaritia. Sicut homo constat ex corpore & anima, sic indiget duplicibus donis, uidelicet corporalibus ac spiritalibus. Corporalia bona quibus indiget homo, sunt cibus & potus, habitaculũ & uestitus, atq; pecuniã per quã possit emere & accipere corporalia bona sibi necessaria. Pecuniã nanq; non est propter seipsam necessaria aut utilis homini, sed inquantũ per eã accipere potest necessaria suæ uitæ, aut alijs subuenire in talibus, & elemosinas facere ac cultũ dei augere. Porro, spiritalia bona hois, quibus maxie indiget homo in hac uita, sunt grã dei, uirtutes sanctæ & dona spũs sc̃i ac opa uirtuosa, sine quibus nemo potest saluari: & sicut aia hois est incõpabiliter ualidior corpore eius, sic spiritalia bona ista sunt ineffabiliter digniora & amabiliora corporalib; bonis. Nec corporalia bona sunt appetenda aut retinenda, nisi inquantũ deseruiunt homini ad uirtuose uiuendũ, atq; ad ptingẽdũ ad cœlestia & diuina in dei amore, in gratia ac donis spiritus sancti, & ad ptingendũ ad incõprehensibilia bona cœlestis patriæ æternalisq; gloriæ. Et si tẽporalia bona plus appetant aut cõpiosius referunt, hoc est auaritia, q̃ est superfluus amor pecuniæ & immoderatus appetitus rerũ tẽporaliũ, ita qd nõ minus p̃tinet ad p̃ctm auaritię, tẽporalia bona nõdũ habita superflue affectare & conuere, cõtra eã iã habita ac possessa superflue referuare nec fructuose exponere, sed plus de eis apd se retinere, cõtra sibi utile aut necesse sit ad uiuẽdũ iuste atq; deuote.

Articulus III. Quod d ughementer sacra scriptura uituperet & condẽnet auaritiam. Filius & discipulus ac minister qui facit cõtraria p̃ceptis & documẽtis patris & magistri ac dñi sui, ostẽdit se esse peruersum, inobediẽtẽ atq; rebellẽ. Cum ergo deus sit pater noster optimus ac benignissimus, magister quoq; sapientissimus ac fidelissimus, & dñs, rex ac iudex noster altissimus, qui in tota scriptura noui ac ueteris testamenti auaritiam maxime uituperauit, prohibuit ac dãnauit, quicunq; temporalia ista superflue cupit, amat, conuertit aut retinet, ostẽdit se non esse honũ filium, proficiẽtẽ discipulum ac obediẽtẽ ministrũ dei & creatoris sui, sed potius pandit se esse peruersum, inobediẽtem ac rebellẽ. Nunc igitur breuiter ac modice tangã, qd sacra scriptura contra auaritiam dicat. Ecce dñs noster Iesus Christus, deus & homo, magister & iudex noster, proprio ore in euangelio ait: Quã difficile qui pecunias habent, intrabunt in regnũ cœlorũ. Amen dico uobis, facilius est camelum transire per forãm acus q̃ diuitem intrare in regnũ cœlorũ. Verbum istud ò uenerabilis dña ualde considerãdum ac formandũ est tibi, quæ quãuis iam sis grãdẽ ueritatis, retines apud te tam multa milia florenorũ. Itẽ loquitur Christus: Væ uobis diuitibus qui habetis hic consolatiõnem uestrã. Et rursus: Nolite thesaurizare uobis in terra, sed thesaurizare uobis in celo. Vbi em est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Insuper, sanctus apostolus Paulus dicit: Qui uolunt diuites fieri, nec dubium quin etiã qui uolunt diuites esse aut sunt, incidũt in tentationẽ & laqueũ diaboli, & in desideria multa praua & inuidia, quę mergũt hominẽ in interitũ & perditionẽ. Et denuo idẽ Apostolus protestatur: Radix

Mar. 10. Luc. 18.

Luc. 6. Mat. 6.

1. Tim. 6.

Eccl. 10.

NNN omnium

Gal. 5
1. Cor. 13
Iaco. 5

omnium malorum est cupiditas. Dicit etiam quod avaritia est seruitus idolorum, & quod avari non intrabunt in regnum caelorum. Praeterea, beatus apostolus Iacobus loquitur: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miseris quae aduenient uobis. Diuitiae uestrae putrefactae sunt, uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Auro & argentum uestrum aeruginauit, & aerugo eorum in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis in ira in nouissimis diebus. In libro quoque Ecclesiastico scriptum est: Auro nihil est scelestius. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Auarus enim animi sua habet uenalem. Qui diligit auro, non iustificabitur. Haec pauca ex diuinis scripturis allego de uenerabilis domini, non quia male sentio de tua persona, sed ne occasione tantae pecuniae, quas possides, incidas laqueum inimici & avaritiae culpam, atque ut cordis tui affectus sit circa haec temporalia ordinatus, & ut eisdem uirtuose utaris.

Ecc. 10
Ecc. 31

Articulus III. Quod bona temporalia debent esse communia quantum ad usum.

Sanctus Thomas de Aquino ait: Quamuis bona temporalia sint possidentis quantum ad proprietatem, tamen quantum ad usum debent esse illorum, & illis communicanda sunt, qui indigent his quae possidenti superflui sunt: & quicquid possessori superest, consideratis decenter & grauiamine sui status, debet ad usum pio conuerti. Et istud probat Thomas ex doctrina sanctorum patrum Basilij atque Ambrosij. Ait namque sanctus pater Basilij: Si tu de diues fateris & recognoscis bona haec temporalia & exteriora tibi prouenisse a deo, an iniustus est deus, qui bona ista inaequaliter distribuit nobis? Cur tu abundas & ille mendicat, nisi ut tu consequaris merita, acquirasque premia bonae orationis & pie communitatis, hoc est, uirtuosi usus diuitiarum, pauper uero decoretur patientiae brauijs & mercede ac gloria pauperum? Et iuxta hunc sensum uerum est quod ait gloriosus abbas Bernardus: Filij hominum uani & cupidi, cur amatis terrenas diuitias, quae nec uere nec uestra sunt? Itaque constat quod deus omnipotens, creator iustus ac sapiens creauit, hominibusque communicauit, deputauit ac dedit bona terrena, quatenus unusquisque eis utatur moderate secundum exigentiam & concordantiam sui status.

Pal. 10

Articulus V. Quam periculosum sit temporalia bona retinere superflue.

Ex quo temporalia bona debent esse communia, quantum ad usum, ideo qui plus conseruat sibi ex eis, quam sibi & pertinentibus ad se utile est uel necesse ad seruandum deo & ad proficiendum in gratia atque uirtutibus, potissime in amore dei, facit iniuriam: & retinet sibi ea, quae tenentur indigentibus communicare aut in pios usus ad dei honorem expendere: imò retinet sibi ea quae non sunt sua coram deo, & facit iniuriam rei creatori cuius honorem & cultum possit augere bene utendo suis diuitijs, quam hominibus indigentibus quibus posset succurrere. Hinc ait magnus Basilij: Panis famelicis est quem tu tenes. Nudi est tunica quam in conclauis reueras. Discalceati calceus est qui apud te marcescit. Indigentium est argentum & aurum quod habes reconditum. Idcirco tot hominibus iniuriaris, quod inde succurrere posses. Hoc idem ait uenerandus pater Ambrosius, qui etiam addit: Captiuorum redemptio est pecunia quam abscondis. Hinc etiam asserit sanctus Thomas: Auaritia contrariatur iustitiae, secundum quod auaritia importat immoderatam acceptationem & reservationem diuitiarum, quas homo ultra debitum adipiscitur aut conseruat: sicque auaritia ex sua natura est peccatum mortale, quia sic spectat ad eam res aliorum retinere aut seruare, eo quod exteriora quantum ad usum communia sunt, imò sic auaritia comparatur rapinae ac furto. Hinc itaque dicunt sancti doctores Ambrosius & Basilij: Non minoris est criminis habenti quod suum est tollere, quam cum possis & habeas, in digentibus denegare. Ideo scias te tantorum bona inuadere, quatis potes nec uis praestare. Vides de dilecta ac uenerabilis domini, quam periculosum sit animae tantas pecunias apud te retinere, nec eas pie expendere, imò cum sanctus Thomas dicat, quod homo peccat quotidie plus omitendo bona quam committendo mala, sicut homines seculares qui tempus duarum aut trium horarum consumunt fabulando, iocando, ridendo, potando, non solum grauius peccat committendo haec mala, sed & ualde grauius deum offendunt, omitendo ac negligendo multa opera uirtuosa, quae facere possent & deberent intra horas illas. Idcirco timere debes ne forte non solum pecces in deum, retinendo apud te tanta temporalia bona quibus non indiges, per quas tam multa opera bona patrare posses, sed etiam quod ommissio omnium operum: talium imputabit tibi a deo.

Basilij

Articulus VI. Contra avaritiam ex dictis sanctorum patrum.

Beatus

Beatus doctor ecclesiae Augustinus disseruit: Non solum avarus est qui cupit aut rapit aliena, sed etiam ille qui cupide seruat sua. Avarus similis est inferno. Nunc sicut infernus nunquam dicit, Sufficit, quatenus cumq; deuorauerit, ita avarus non implet pecuniam. Quae est ista auaritia avaritiae, cum & beata habeat modum: tunc enim rapit, quando indiget & famelicitur & parcat praedae, cum senserint satietatem. Auaritia uero quanto plura acquirit, tanto plura desiderat. Hinc ait Innocentius papa. O insatiabilis cupiditas, igni inextinguibili similis, quis avarorum fuit unquam primo uoto contentus: cum adipiscit quod optauit, appetit ampliora. Nunquam constituit sibi finem in habitis, sed iugiter in habendis. Hoc est quod ait Gregorius: Sicut hydropticus quanto plus bibit, tanto plus sitit, ita avarus quanto plura acquirit, tanto ad acquirenda plura amplius inardescit. Avarus nunc ardet aestu cocu piscentiae atque multiplici cura custodit suae pecuniae, postmodumque ardebit igne gehene. Ex quibus constat uerum esse quod ait sanctus Iohannes Chrysostomus: Qui seruit pecuniae, praesentibus ligatur compeditibus & futuris. Qui pecunias habet, uelit nolit timori ac dolore succubit. Auaritia ita deprimit cor ad terrena, ut nequeat se eleuare synceriter ad celestia & aeterna. Nec potest anima contemplantari diuina, aut promereri gaudia sine fine mensura, nisi fuerit a peccato avaritiae expurgata. Denique, sanctus abbas Bernardus effat: Cupiditas est radix iniquitatis, cupiditas ex negligentia oritur. Nam ideo homo inhiat & inhaeret transitorijs rebus, quam negligit meditari aeterna & digne considerare futura. Ex avaritia & opulencia procedit cecitas cordis, furor animositatis, anxius labor suspicionis, crudele uenenum inuisibile, insatiabilis amor diuitiarum. Longe plus torquet suo desiderio animam, quam suo usu refrigerat eam. Insuper, uir ille profundus sensus Iohannes Climachus dicit: Avarus est uoluntarius praearicator & subannator euangelij domini nostri Iesu Christi, quoniam christus in toto euangelio uerbis & exemplis docuit terrenorum contemptum.

Auarus inferni similis

Articulus VII. Quod multa mala sequantur ex avaritia, & quae uehementer impediunt hominem a charitate & gratia dei atque a regno caelorum.

Christus in euangelio diuitias uocat spinas, quoniam uarias curas amaras, timores & suspiciones, inquietudines & occupationes animam instar spinarum penetrantes, producit in homine diuite & auro. Ideo ait sanctus Bernardus: Qui amat pecuniam, non satiat: qui diligit auro, non quietat. Non ante satiat cor hominis auro, quam corpus aura. Requisitio diuitiarum est plena laboris, eorum possessio est plena timoris, ipsarum amissio est plena doloris. Denique, beatus Ambrosius dicit: Sicut qui per insaniam mente traslati sunt, non uident res ipsas, sed imaginationum & passionum suarum phantasias, ita mens avara semel ligata uinculis cupiditatis, semper credit se aurum & argentum uidere, semper computat reditus suos, & aurum libentius intuet quam sole. Praeterea, quanta mala sequantur ex avaritia, non opus est scribere, quia experientia satis hoc edoceat. Specialiter tamen oriuntur ex ea obduratio cordis, inquietudo, uolentia, dolus, puerium, proditio, furtum, rapina, mendacium, testimonium falsum, multaque alia, ut patet ex dictis. Ecce quantis uitijs atque piculis, quatis damnationibus inuoluit hominem haec avaritia detestanda. Ipsa enim in primis priuat hominem omni uero & spiritali amore, facitque merum a charitate Christi penitus alienam: & tanquam lapis molaris cor deprimit, ut semper terrena & caduca aspiciat, cogitet & affectetur: imò efficit hominem idololatram similem, ita quod magis inhaeret auro quam deo, magis honorat pecuniam quam bonitatem aeternam, increatam & infinitam, saepius cogitat nummum quam propter creatorem sicque avaritia facit hominem seruum peccati, membrum diaboli, spiritalibus diuitijs destitutum: & priuat eum non solum felicitate aeterna, sed etiam trahit eundem ad tormenta perpetua: & sicut nunc priuat animam pace pectoris, consolationibusque spiritalibus ac internis, ita post uitam hanc priuat eam pace aeternitatis & iucunditatibus sempiternis.

Auaritia quae sequuntur

Articulus VIII. De causis seu occasionibus inducentibus ad avaritiam.

Aristoteles dicit, quod nullissima seu pecunia est quasi fideiusor ad obtinenda caetera omnia quae in hac uita solent optari aut reputari. Propter quod unus sapientium dixit: Pecunia obediunt omnia. Videmus enim quod per pecuniam acquirunt honores mundi, deliciae caeterae & delectabilia carni. Diuitibus quoque plurimi adulant, & diuites honorant ac famam acquirunt, imò & ab excellentibus uisitant ac uenerant personis. Itaque amor & complacentia honoris temporalis, laudis humanae, transitoriae famae, deliciaeque uitae & consimilium, multos trahunt ac mouent ad avaritiam, & conseruant eos in illa. Praeterea, sicut multi appetunt ista sibi metipsis, sic cupiunt ea acquirere ac relinquere posteris suis, uidelicet sobolis suae caeterisque propinquis. Idcirco amor carnalis ad proprios pueros aut cognatos, multos inducit ad avaritiam. Insuper Seneca ait: Pecunia avaritiam non extinguit, sed prouo-

car, nutrit & auget eandem. Quemadmodum enim appositio lignorum ad ignem, est nutritio & augmentatio ignis, sic pecuniarum acquisitio seu abundantia auaritiam plus accendit. Iterum, cum aurum ex sua natura habeat vim quandam lætificandi inuentem, ipsa delectatio quam aliqui habent intuendo aut cogitando suos aureos nummos, conseruat eos in auaritia. Familiaritas quoque aureorum incitat ad auaritiam. Iterum, cum senes sint naturaliter frigidi & multum indigeant, naturalis eorum frigiditas ac indigentia monet eos ad auaritiam, atque in ea tenet ipsos ligatos: imò quemadmodum aliqui ex naturali complexionibus sunt inclinati ad iram uel ad libidinem aut superbiam, ita nonnulli ex sua complexionibus etiam à iuuentute inclinati ac prouisi sunt ad auaritiam. Veruntamen, cum cætera uitia decrescant in senibus, auaritia tamen ex causa præacta crescit in ipsis.

Articulus IX. De remedijs contra auaritiam.

Auaritia non est hominibus ita cõnaturalis, sicut gula & appetitus Venereorum. Ideo à principio facilius potest uitari quàm uitia illa sed postquam auaritia inromissa est & mentem semel possedit, ualde difficile est eam superare & extirpare. Ideo nunc diligenter tãgendum est de remedijs auaritiæ, quorum primum est frequens ac diligens consideratio mortis, in qua omnia simul terrena sunt deserenda, ut ait Anselmus. Ideo sanctus Iob loquitur: Diues cum dormierit, nihil secum auferet. Apprehendet eum quasi aqua inopia. Sanctus quoque Hieronymus protestatur: Faciliter cuncta terrena contemnet, qui se semper cogitat moriturum. Et consideratio ista debet uenire specialiter inflammare ad superandum auaritiam, cum sciant se diu uiuere non posse: sicque ad istud primum remedium potest reduci, quod scribit beatus Gregorius: Auaritia (inquies) bene compescitur, si ipse status auari sollicitè consideretur. Nam cur inisset ad colligendum aut retinendum terrena, cum stare diu non possit ipse qui colligit aut retinet ea? Longa nostra desideria increpat breuis uita. In cassum multa portantur, dum prope est quod pergitur. Secundum remedium est, diligens consideratio enormitatis peccati auaritiæ in seipso: iam enim declaratum est, quod ea quæ auarus superflue optat, quærit, colligit aut referuat, non sint sua quantum ad usum: ita in auaritia includitur peccatum rapinæ & furti, ut dicit sanctus Thomas, & sic auaritia contrariatur iustitiæ & etiam liberalitati, & est non solum contra legem euangelicam ac diuinam, sed etiam contra legem naturalem, qua unusquisque tenetur alteri parcere sicut uult sibi fieri, aut sicut uellet rationabiliter fieri sibi, si esset in statu alterius. Cum ergo auaritia sit in seipso tam graue ac turpe peccatum, præsertim cum ab Apostolo appellatur idololatria, merito est penitus odienda. Tertium remedium est, diligens consideratio uitiorum omnium quæ sequuntur ex ea. Cum enim sit radix omnium malorum, quid est inter peccata quod non oriatur ex ea? Nam & superbia quæ omnium uitiorum regina & mater uocatur, frequentissime ex auaritia nascitur. Opulentia namque parit non solum animositatem, sed etiam præsumptionem, iactantiam, inanem lætitiã, imò & gulam, ex qua uitia carnis & multiplex prauitas prodeunt. Ne igitur incidat homo tot uitia, de quibus plenius est prædictum, debet omnino auaritiã detestari. Quartum remedium est, sollicita consideratio spiritualium damnorum poenaliũque malorum, quæ ex auaritia generantur. Ipsa enim (ut dictum est) priuat hominem omni gratia, cunctisque uirtutibus & omnibus septem donis spiritus sancti in uita præsentis. Deinde post uitam hanc priuat eum gloria æternali, & facit eum retrudiri in carcerem infernalem, atque perpetuo igne torqueri, tanto acrius, imò & intolerabilius, quanto in seipso enormior & immoderatio extat, & quod plura uitia oriuntur ex ea. Porro, inter septem dona spiritus sancti primum dignissimumque consistit donum sapientiæ, per quam homo contemplatur deum & spiritualia ac æterna cum gustu mentali & suauitate interna. Huic autem dono sapientiæ contrariatur specialiter auaritia: quia per eam homo præponit ista uilia & terrena deo altissimo ac rebus spiritualibus ac diuinis. Si ergo dominam diligenter ac profunde consideraueris, quæ & quanta damna ac tormenta ingerat auaritia homini, & quæ ineffabiliter & incomparabiliter damna & tormenta illa excedant omnem utilitatem temporalem & delectationem carnalem, quas bona terrena possunt conferre auaro, non erit tibi difficile terrena despiciere, pecunias pro nihilo reputare, superflua in pios usus expendere. Quintum remedium est, formidolosa & quotidiana consideratio metuenti cõsuetudinis iudicij, quod restat auaris, qui à iudice summo precipue cõfundentur, quæ admodum ait propheta: uidebunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit

posuit deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. Ideo dicit auari in die iudicij: Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Trãsierunt oia illa sicut umbra. Tunc iudex supremus dicit specialissime auaris diuitibus: Ite male dicit in ignem æternum. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare sitiuui, & non dedistis mihi potum in uisum eram, & non cooperuistis me peregrinus fui, & non collegistis me. Sextum remedium est, ut homo discat & incipiat contempleri diuina, amare cœlestia, & toto cordis affectu applicare se deo, ad hæerendum ei qui est uniuersus & singulis penitus infinite melior & amabilior, dulcior, pulchrior, deliciofior. Tunc enim comparatione tam summi infinitique boni, uilescunt homini omnia ista terrena, caduca & uilia. Septimum est, sperare in deo tanquam in fidelissimo ac benignissimo patre, & in paterna ac infallibili prouidentia eius, qua non solum hominibus, sed etiam auibus cœli & bestijs terræ necessaria uitæ largitur, prout Christus in euangelio docet: Nolite in gressu solliciti esse in crastinum. Octauum est, despiciere humanum honorem, laudem, famam & gloria tẽporalem, quæ quosdam alliciunt ad tẽporalium diuitiarum amorem. Nonum remedium est, consideratio scripturarum sanctarum, quæ auaritiam reprobandam, & quid contra eam agendum sit, manifestant, ut cum in euangelio ait saluator: Ne solliciti sitis animarum uestrarum quid manducetis, neque corpori uestro quod induamini. Respiciete uolatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit eas: quanto magis pascet uos modice fidei. Sic enim pater cœlestis quæ his oibus indigetis. Quærite ergo primo regnum dei & iustitiã eius, & hæc oia adhiçient uobis. Itẽ cum ait Apostolus, habentes uictum & quibus regamur, his contemti sumus. Quæ admodum enim stultus uiator est, quod aliqui pagen locum portat super se onera grauiã, sibi non necessaria, imò & ualde impediencia eum à processu, ita auarus est fatuus, qui pecunias & cetera tẽporalia supflue congregat aut referuat: quia per talia maxime retardat à uirtuosis opibus, & diuersis se inuoluit laqueis, cum sit difficile pecunias multas habere, nec eas in ordine amare, sed uirtuose expendere, præsertim cum dicat Saluator: Beati paupes spiritu, quoniam uestrum est regnum cœlorum. Unde rursus ait scriptura: Beatus uir qui in uertus est sine macula, quod post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. Hinc itẽ ait propheta: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniam cum interierit, non sumet oia, neque descendet cum eo gloria eius. Et itẽ: Nihil (inquit) inueniunt oes uiri diuitiarum in manibus suis. Decimum remedium est, consideratio paupertatis extreme dñi nostri Iesu Christi, quæ ab utero matris usque ad patibulum crucis paupertate elegit, & in maxima paupertate permansit. Cum ergo non sit seruus maior dño suo, nonne puer sum est ut Christianus uelit esse locuples in hoc mundo? Propterea dicit sanctus Bernardus: Magna abusus & magna nimis, ut diues fieri uelit uilis uermiculus, pro quo pauper dignatus est fieri dñs maiestatis.

Articulus X. Consilium eius qui hæc scribit.

Iam d uenerabilis dña multa contra auaritiã sunt scripta, & remedia contra eam sunt tractata, ex quibus potes elicere quod agere debeas. Nec ideo scripsi hæc, quasi sententiã aut innuere uelim alicui quod sis auara. Non enim pertinet ad me ita iudicare aut sentire de te, sed ut auaritiã diligentius uitas, & pecunias tuas uirtuose ac laudabiliter expendas. Alioquin non posses de auaritia excusari, neque grauisimam dñationem euadere, sicut ostensum est ex uerbis sanctorum & ex scripturis diuinis. Si enim ueraciter uis saluari, oportet te superflua diuitiarum tuarum pie expendere. Præsertim, Christus in euangelio docuit duplicem uiam contra auaritiã: Prima est uia consiliorum, ad quã pertinet uniuersa terrena relinquere, nec aliquid penitus sibi met referuare, sed in perfecta paupertate deo seruire, ut faciunt uiri religiosi. De qua uia loquitur filius dei: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Itẽque: Qui non renuntiat oibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Sed hæc uia tibi dña forsitan non placet propter senium tuum & alias causas. Est ergo alia uia mandatorum, de qua ait Saluator: Quod superest, date elemosinã, hoc est, de his quæ uobis superfluum, facite opera misericordie, atque in pios usus expendite illa. Et dicuntur illa superflua homini, quæ non sunt ei necessaria per respectum ad spiritualia bona, considerata honestate & condecencia status sui & domesticorum suorum. De hac uia rursus differuit Christus: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cõ defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Insup, de hac uita scribit apostolus Paulus ad Timotheum: Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo: Diuites fieri in operibus bonis, facillè tribuere, communicare, ut apprehendant ueram uitã. Item ad hæc uiam contra auaritiã pertinet, quod dicit uenerabilis ille Tobias: Quomodo potueris, ita esto misericors, si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum

tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Itaq; uenerabilis domina, si paruitatis meae consilium placet prudentiae tuae, consulo ut exonerer teipsam ordinate & citius quomodo conuenienter poteris a pecunijs, referuando tibi competentiam bonam ac sufficentiam, assignando quoq; cognatis tuis rationabilem summam ex uera charitate, non ut eos immoderate dites aut eleues in seculo isto, sed iuxta mensuram & conditionem parentelae ac status onerisq; eorum. Si uero ex carnali amore ditares & eleuares eos in uita ista superflue, omnia peccata eorum ex tali ditatione & eleuatione eorum sequentia, imputantur tibi a deo & simul cum eis damnaberis. Ipsi quoq; in inferno aeternaliter male dicerent tibi, & damnationem suam tibi cum maximo odio imputarent, sicut de hoc leguntur multa exempla authentica. Residuum uero tuam pecuniam eroges in usus pios, succurrendo pauperibus, & coenobia collapsa & deformata recuperando pro posse tuo. Praeterea, cum inter omnia opera pietatis piissimum sit, cultum dei augere & uitam uere religiosam fundare, consulo ut cum abundans pecunijs, ordines competentem ac rationabilem summam pecuniae ad fundandum monasterium approbati & reformati ordinis, ad laudem & gloriam dei omnipotentis, atq; ad aedificationem & salutem animarum multarum, pro te ipsa & pro salute mariti tui defuncti, & parentum utriusq; & pro ceteris pro quibus optas, ut sis particeps omnium honorum operum quae unq; prouenirent ex tali fundatione, & quae fierent in ipso monasterio. Hoc enim gloriosissimum tibi esset coram deo & omnibus sanctis eius, atq; ex tunc deinceps uitas in magna quiete, insistendo deuotioni & orationibus sanctis, secundum quod plenius scripsi tibi in praefato tractatulo de laudabili uiduarum uita, Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, A M E N.

EPISTOLAE CONTRA AVARITIAM AD Q. VANDAM VIDVAM, FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, IESV ET SENIS, DIALOGVS.

E INDIGNERIS QVAESO BONE IESV, SI loquar ad te dederis deum meum, cum sim puluis & cinis.



IESV S. Quis enim es tu? SENEX. In ueteratus dierum malorum, corrosus per uermes infinitos in conscientia, conculcatus per bestiales delectationes a iuuetute mea & usq; ad senectam & senium. Curuatus & pressus grandi criminum sarcina, qui gratiam tuam in primo aetatis uigore neglexi & repuli, abutens donis tuis & talentis summi patris familias. IESV S. Noli desperare, si tamen iam in fine dierum tuorum te mihi offerre uis ex animo pro poenitentia in sacrificiis uespertinis. Na indulgentiam meam nulla peccatorum, nulla flagitiorum, nulla scelerum quantumcumq; multiplicatorum enormitas supare ualet, quod poenitentiam meam parcedo maxime & miserando manifesto. Nullum poenitentem de praeteritis damno, si bonus ex malo extremo fuerit repertus. SENEX. Etiam dulcia cordi meo eloquia tua. Suscipe igitur pie Iesu propter nimiam pietatem tuam feces tristis & morbidae senectutis meae, concedens pariter & mihi gratiam tuam, ut in ea qualemcumq; poenitentiam agere ualeam, quam mille ratio tua continuet usq; ad mortem. IESV S. Talis mihi crede, talis est erga homines misericordia mea, quia nunq; sperno poenitentiam, si mihi sincere & simpliciter offeratur, etiam si usq; ad ultimam, si ita res accadat, senectutem, & ad summum quis peruenerit malorum, & inde tamen uelit reuerti ad uirtutis uiam, suscipio libenter & gratanter amplector: & facio oia, quatenus eum ad priorē statum reuocem. Sed unum est quod totis mentis & corporis uiribus fugiendum est, scilicet procrastinatio emendationis & poenitentiae: quia ego qui poenitentiam ueniam spopondi, peccatum diem crastinum non promisi. Et licet ueniam promiserim delinquenti, non tamen spopondi, ut

ut ei dare uoluntatem poenitendi, quemadmodum nemini de die tempus peccandi. Immittit namq; diabolus logioris uitae securitatem, ut inferat perditionem. Nec dinumerari possunt quatos haec inanis umbra deceperit. Quotidie expauescendus & praenunciendus est dies transitus nostri, & commigrationis incerta hora praenuncienda. Odibile est apud deum quando homo sub fiducia poenitentiae referuare in senectute liberius peccat. In morte uero peccatores acrius puniuntur quanto diutius tolerauit quod punire poterat. Saepe recogitando tracta, quod maledictus omnis qui peccat in spe. Opus est ergo ut sibi homo quotidiano actu prouideat & procuret bonam commutationem: deinde stultissimum est salutis negotium procrastinatione continua suspendere, atq; uoce coruina per cras cras, qua omnis fallitur aetas uitae emendationem protelare eunde,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit. SENEX. Heu haec sapere & intelligere nolui cum essem iuuenis & fortis robore: nunc autem in hac fragili aetate senectutis meae quomodo dignos poenitentiae fructus facere poteris? IESV S. Non longitudine temporum, sed affectus sinceritate poenitudo pensatur. An non recolis quod latro ille qui pendebat in cruce, non eguit prolixitate temporis ut in regnum paradisi mereretur, sed tantum ei spatium suffecit quantum expendi potuit donec unum proferret sermonem, ita ut in tra momentum temporis totius uitae sceleribus absolutus, praecedere ad paradysum etiam apostolos mereretur. De tuis itaq; ne dubites offensis. Obliviscere ego omnium, dummodo tu malae uoluntatum & male consuetudinis obliuisci uelis: Nam parcere ego proptus sum, atq; poenitentibus ueniam donare libenter, tantum si peccator poeniteat, nec ultra poenitentiam committat. Na labor sine fructu est & spes uanissima ualde, sic peccata committere & plangere, ut tamen non desinat peccare: Talis enim subannator & irrisor est deus nec capit huiusmodi ueniam, sed prouocat iram quoniam non diluit sed dilatat criminum gesta. Noli ergo tu sic facere, sed & peccasse poeniteat, & iam amplius peccare desiste. SENEX. Scio quia optimus modus poenitentiae est, a peccato quiescere uel cessare. IESV S. Maxima est uitae utilitas poenitentiae & spes conuersionis in aemulorum filius prodigus & luxuriosus prioris gloriae recepit statum, quem senior frater habebat per innocentiam, imo ex conuersione hic etiam amplius meruit. Audi itaq; quomodo senior frater dixit patri suo: Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam dedisti mihi haecum de capris ut cum amicis meis epularer: cum autem filius tuus hic uenit, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, occidisti ei uitulum saginatum. Quomodo ergo non uidetur amplius consecutus qui per poenitentiam rediit, cum ille haecum nunquam accepit, huic uitulum sit occisus saginatus? Non ergo te terreat tuorum magnitudo peccatorum: multo enim magis ego sum miserator quam tu peccator. Tua iniquitas magna quidem, mea autem misericordia infinita. Quanto enim superior est deus homine, tanto tua malitia inferior est mea bonitate. Quid namq; delinqueret homo quod non in indulget deus factus homo? si tu homo peccator es, ego sum agnus dei qui tollo peccata mundi, qui non ueni uocare iustos, sed peccatores: & paratus sum saluare clementiam quos non possum saluare iustitia. Deniq; plus in me misericordiae & dilectionis reperies quam spectare auderes aut optare: placatum tibi me inuenies, si te cum gemitu reum & me pium dominum ex animo fatearis. Nulla melodia suauior mihi est, quam ut peccator uocem lachrymis aspergat frangatq; suspirijs. Omnis peccator in poenitentia ducem habet gemitum: quia & bonum quod oportuit non fecit, & malum quod non oportuit, fecit. Recole autem semper, quod sero quaeruntur salutis remedia cum mortis imminet periculum: quia qui hic tempus congruum poenitentiae perdit, frustra ante regni ianuam cum precibus uenit. Hinc etenim uas electionis Paulus ait: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Sed heu nemo quam bene uiuat sed quandiu, curaticum omnibus possit contingere ut bene uiuant, ut diu nulli. Quid autem est diu uiuere nisi diu torqueri? Et quanto quis diutius in hac uita fuerit, tanto maiori oneratur sarcina peccatorum. Cogita attente, quod sic est uita ista quasi homo in domo aliena: nescit quia die uel qua hora dicatur ei, Veni foras: quia non est tua domus in qua es. Homo namq; uitae commodatus non donatus. SENEX. O quam prudens ille qui nunc castigat corpus suum per poenitentiam, ut in hora mortis suae ualeat habere certam confidentiam. Quis talis nunc nititur esse in uita qualiter optat inueniri in morte? Qui nunc discit mori mundo, ut tunc uiuere incipiat in caelo: Qui nunc discit omnia contemneret, ut tunc possit libere ad te regem gloriae aeternae pergere. IESV S. Vera sapientia est uita laudabilis, & apud deum pura mens, cogitas semper qualis uita non quata sit, sapiens sic studet dies implere transitorios, ut in uita futura dies eternitatis mereat inuenire. Bonum siquidem bene uiuere,

NNN 4 melius

Gen. 18

Danie. 13

Psal. 149

Ezech. 18

Psal. 118

Hier. 18

Quidius,

Mat. 3

Luc. 16

Iere. 23

Luc. 15

Iohan. 8

A. B. 9

Mat. 25

Iohan. 11

1. Cor. 9

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

melius bene mori. Sed homo non bene moritur, qui non bene uixit. Sunt pleriq; qui nolentes bene uiuere, nec ad uirtutes conuerti, desiderant tamen bene mori, quosq; finis interitus, Eorum enim est finis deputatus igni, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Volūt mecum regnare, sed non compati; omnes me frui, sed non imitari. Ego caput omnium, caput meum sursum leuare nolui, nisi per tribulationes; non ergo speres uiam molliorem uia qua pręcessi, sequaris; si enim à uestigio meo aberraueris, peribis. Putas'ne q; aliquis in pręsentia uita gaudeat & in futura? Nimis delicatus es si utruq; pręsumis, uti seculo, & frui deo; pręsentis mudi delicias capere, & nihilominus cęlestis glorię diuitias obtinere. Audi qd dictum sit illi diuiti in euangelio, qui cruciabatur in flamma, & lingua ardentis refrigeriũ postulabat: Fili recordare, q̄ recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. O quam dissimile pręmium: Cumulus enim deliciarum in cumulum miserię; transiturus est, quorum angustias ille impatientius sustinebit, qui diutius & delicatius huius uitę desiderabilibus astueuit. Non ergo affectes delicias quę sine ad in finibilem mortem perducunt. Sic tibi asperitas uitę solatium, quę uiuentes deo acceptos facit & securissimos morientes. Nullus deliciosus & diues moritur, qui in exitu huius uitę non desideret fuisse pauperissimus. Subtraha ergo & furare tibi aliquid singulis diebus de huius mudi uoluptatibus. Ingredere nouam penitentię uiam. Nec tibi uideatur auferum, si ea prudenter omittis, quę inani ter placuerunt. Florem tuę iuuentutis immola si in mundo; saltem feces senectutis immoles altissimo, & residuo breuis ac misericordię uitę tuę tempore regnum eme æternum. Eleemosynis proprię manus tibi scalam & ascensorium erige ad illam supernorum ciuiũ mansionem, in qua est pax æterna, quies impermutabilis, gaudiũ quod nõ deficit, lumen quod non extinguitur, gloria quę non transit, SENECA. Eia Iesu bone hanc gloriam mihi pręstare & pręparare digneris, Amen.

Finis huius dialogi.

DE IVDICIO MORTIS ET VARIIS CASIBVS EIVS,

L Ex metuenda premit mortalibus omnibus una,
Mors cita, sed dubia nec metuenda uenit,
Circuit & surgens sol, uitam pręstet & idem,
Cum cadit annihilat quod nihil ante fuit,
Sic dat, sic retrahit, iterum trahit atq; retraxit
Omnia sol gyrans, quod dedit ipse trahit,
Ex utero natis posita est lex ire, sed esse
Certos sub sole perpetuare nihil,
Ex utero natis pe detentim calle sub ipso
Subdola mors comes est, nos laqueare student,
Passibus inuigilat nostris mors omnia rodens,
Nec finit esse diu quicquid in orbe fuit,
Cottidie cadimus uiuentes, fila sororum
Atropos arrumpens æmula sæpe terit,
Altera natura mors est, mors altera casu,
Mille modis mortis unica uita gerit,
Pulsibus innumeris agitatur ut æquore puppis,
Sic rapitur uarijs uita agitata malis,
Fluctibus aut morbo, seu flammis, strage, ueneno,
Mare, fames, calidum, frigora, cura, nocent,
Ergo quis in tantis possit cras dicere uiuam,
Cum uideat quoties mors male uisa ferit,
Non licet ut uideo uanę confidere uitę,
In qua nulla fides est, nisi certa mori,
Finge q; aspicias morientem, sed fremenatq;
Consimili pœnæ te uocat una dies,
Finge q; aspicias corrosam uermibus; ecce
Consimili dente te petit illa lues,
Immo tremenda lues breuiatio tota dierum,
Qua labor idem unus te premet atq; dolor.
Ortum

DE IVDICIO MORTIS ET VARIIS CASIBVS EIVS,

Ortum quęq; suum repetunt terramq; sequuntur,
Flos fluit, umbra fugit, omnia nata cadunt,
Nil reputo longum dubius quod terminus angit,
Craffina forte dies est mihi sola dies,
Est breuis illa dies hodie, quia forte dierum
Est mihi meta dies, heu metuenda dies,
Atq; horrenda dies, quia tunc mihi meta merendi
Clauditur, illa dies læta ne dira dies,
Proh quicunq; dies sibi longos æstimat, errat
Nulli est tota dies uiuere iuta dies,
Frustra dico dies sit, mentio nulla dierum,
Cum stet nulla dies una nec hora quies,
Ut placet in longum uitę spem temporis auge,
Ex nihilo nihilum mox erit atq; nihil,
Mille fuere uiri, mille mi, millia mille,
Corpus humo putruit, nomine fama caret,
Sed supereff meritis mercedem fumere dignam,
Optima pro meritis & uitiosa pati,
Aspice iudicium meruendum iudice tanto,
Qui notat & ueniet illa tremenda dies,
Ergo time, metue, te construe, dirige mentem,
Viue mori pręsto, debita ferre para,
Dum licet & spatium uitę datur, ista relinque,
Pro patria cęli qua sine fine dies,
Non est illa dies cursus ut ista dies,
Est deus illa dies ultima nostra quies,

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, IESV ET PVERI DIALOGVS,

PRAEFATIO.



COMPLEXANS Iesus paruulos imposuit manus super illos, & benedicebat eos. In his uerbis d̄ puer, d̄ bonę indolis fili, diligensq; scholaris, euangelica tibi pandit historia, q̄ uehementer atq; pręcipue diligam pueros puritate ornatos, pueros innocentes, studiosos ac dociles, non in sciētis tantum, sed in uirtutibus quoq; quotidie proficiētes. Nempe quid corporalis ille amplexus signauit, nisi diuinum ac spiritalem amorem, quo talium mētes amplector, stringo, deosculor, ac intime unio mihi. Nec enim ambigere debes, quin pueros ac paruulos illos, quos brachijs amplectabar, facialiter etiã fuerim osculatus. Insuper q; illoꝝ capitibus imposui manus id designauit, q; talium sum protector, roburq; supernę uirtutis eorũ cordibus desuper mitto, gratio se infundo, affectuose cõmunico, imo delicia mee sunt esse cum huiuscemodi filijs hominũ. Nec opineris me minus libenter esse in medio talium puerorum, q̄ in medio angelorũ sanctorum. Etenim angeli sancti sine resistantia & labore, sine difficultate, impugnatione, periculo ac timore mihi intenti sunt, me gaudiose inspiciunt, meq; feliciter perfruuntur cũ securitate æterna & contentione plenaria. Porro hi pueri ætatẽ moribus transcēdentes cũ ingētil labore, cum frequentanti pauore, cum temptationũ periculo, scientię incremento, uirtutũ profectui uacant, sub uirga consistunt, discipulinã suscipiunt, quatenus tẽpore opportuno ad deitatis obsequia, ad uitam religiosam, ad deuorũ fraternitatis conuictum sint aptiores. Merito igitur in ipsi delector, eorum studijs condecor, inter ipsos libenter delicioseq; commoror. Nonne pius parens, benigna mater tenellis filioliis magis afficitur, plus condoleat, diligentius

Mat. 23
a. Tessa. 1

Luc. 16

Mar. 16

Proct. 33

gen tius prouidet dulciusq; blanditur. Sic ego pueris istis. De quibus olim per Itala pre dixit: Ecce ego & pueri mei. Propterea uolo d pueri uos in unis in persona omnium uestra in sua simplicitate ac innocentia mihi confidendi loquatur, mentis lux desideria & conce pius coram me sinceriter fateatur, quatenus ad omnium uestrum informatione ei respon deam. Ego quippe per Salomone testatus sum: Cum simplicibus sermone meo. Et in deum per Psalmistam: Innocentes & recti adhaerunt mihi. Et quemadmodum oblatos mihi paruulos benedixi, ita & uobis benedicere sum paratus. Verum benedictio mea charisima tum est diuinorum collatio & multiplicatio eorumdem.

Articulus I. Qualiter puer scholaris mentem suam coram domino Iesu Christo effundat.

Quam dulciter domine ac saluator allocu' es nos pueros, paruulos & pusillos, paru' scientia, uirtutis permo dice. Quomodo autem alloqui te auderem, quali ter te interrogare praesumerem, nisi tu ipse istud iuberetis, nosq; tam dignanter ti bi alliceret, ac tuum ad nostram paru' uirtutem amore praecipuum tam euidenter ac spe cialiter demonstrares. Itaq; quia ad frequentandū ad locū hunc a nostris sumus parentibus destinati, precor in primis doceri qualiter copiosius itemq; compendiosius proficere omni die poterimus. IESVS. Scio & cerno, quia puer ingeniosus es tu, & fortiter es animā bonā, hinc tibi hilariter respondebo idq; protestor recte dixisse Platonem, Anima quiescēdo sit prudens. Cui concordat quod in Ecclesiastico legitur: Qui minoratur actu, percipiet sapiē tiam. Tu ergo si compendiose proficere cupis, ab exterioribus occupationibus non neces sarijs neq; uilibus abstine, ab incedentibus ludis, iocis, scurrilibus & trifus quiesce. Cumq; lux gratia naturale lumen ingenij irradiet, perficiat & confortet, ad hoc primo atq; possi me satage, ut mens tua luce gratia deoretur, sicq; a spiritu sancto in cunctis iuuari ac diri gi mereatur. Ad quod in primis requiritur, ut ab omni mortali caueas culpa: hinc praua fu ge consortia, studiosum & exemplarē habeto consociū, lectiones tuas silenter ac diligēter aduerte, auditas resume cum socio, reuolue in animo, memoriae imprime, & quod nō intel ligis ab intelligentioribus sciscitare, loquacitate quoq; ac otiositate prorsus deuita, in omni refectione sobrius esto, tempus tuum fructuose expēde, correptionē & correctionē gratatē amplectere: sicq; imple istud quod in Ecclesiastico scriptū est: Auris bona cū omni conu'pescencia audit sapientiam. Nec ita intentus sis studio, ut non certis & congruis ho ris, orationibus ac laudibus dei insistas: imo ad omnipotentis cultū, laudē & gloria uniuersum studiū tuum referas, saepe ordines, oresq; deuote frequenter, neq; nullatenus negligas creatoris tui implere praecēpta. Ecclesiae item mādat obtempera, alioqui peccares mortā liter, ac studij tui amitteres fructū. Etenim ingrātū & inobsequiū est spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris. PVER. Quis dō domine ac saluator in pueritia, in adolefcentia sua poterit omnia ista implere inter tot iuuenes, uagos indomitosq; scholares, qui & eos irridēt qui se ab eorū societate elongant. IESVS. Nequaquā existimes me alicui im possible praecipuisse, aut impossibile quid a quoquam exigere. Deniq; gratia opem, chari tatis feruorē, deuotionisq; spiritū, quibus omnino iussa implentur facilliter ac iucunde omni bus praebent, cunctis quantū in me est, dare paratus existo. Verum tamen fateor prauā, lasciuam, indomitā societate periculosissimā esse, uehementer nocere, plurimos quoq; ad ado lefcentia uitiam miserabiliter dānabiliterq; pertrahere. Vix ne & tu tale quid patiaris, salu bre tibi presto consiliū, sicut & supra iam tetigi praua in quibus fuge consortia, studiosum, castū ac sobriū habeto cōsociū, cuius anima sit secundū animā tuā. Praeterea in hac urbe ubi frequentas, cōgregatio est deuotoꝝ uiroꝝ, qui charitatiue atq; concorditer cōmanentes, non immerito fratres ac clerici appellantur, qui infatigabili charitate pueros frequentes salubriter exhortantur, ad uirtutes trahere moluntur, ad mundi contemptū, ad sanctae re ligionis ingressum inducere nituntur: hos te assidue uolo inuisere, ipsosq; uti consilijs, ac quiescere monitis, obtemperare doctrinis. Nempe & ipsi cōgregationes habent scholarū, ipso rum directioni subiectas, quā aliquā ingredi non omitas, si periculosa abhorres consor tia, si exemplarem ac studiosam societatem affectas. Non enim minus confert ac prodest so cietas uirtuosa. PVER. Plene ac saluberrime dō domine respondi. Attamen graue mihi ad huc est, innatam libertatem instar illorum relinquere, charā societate deferere, habitumq; ferre abiectum, ac dissimiliter alijs ire uestitum, imō & sociorum patere derisui, ac tandem relictis parentela ac patria, congregationem aut monasterium introire, prout fratres isti hortantur scholares.

Articulus

Articulus II. Exhortatio Iesu Christi ad mundi contemptū ac conuersionē deuotā. IESVS. **N**ondū attendis charissime fili q̄ preclax donū, q̄ praecipuum bonū sit innocentia ipsa incorruptio carnis, integritas mentis, puritas baptismalis: quae omnia in seculo remanendo & inter lasciuientes iuuenes cōmorando celeriter perdes: Certe, ut ait scriptura: Omnis ponderatio non est digna animae continentis. Inconu pto quoq; facit esse proximū deo. Porro in maleuolā animā non introibit sapientia, nec ha bitabit in corpore subdito peccatis. Ipsa demū affu'efactio bona, exercitatio uirtuosa in pue ritia inchoata, aptificat hominē ad uitā deuotā in iuuentute ac senio, quemadmodū & uita uirtuosa in puritāe annis incepta hominē efficit ineptiore ad conuersionē timoratā in pro gressiore aetate ac senectute, quemadmodū Salomon est locutus: Adolefscens iuxta uia suā, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Et consonat illud, Quod noua testa capit, inueterata sapit. Consuetudo namq; seu habitus ad sibi consimiles trahit actus. Vtilissimū ergo saluber rimūq; consistit in pueritia studere uirtutibus, libertatē frenare, mentē deo subiectā tene re, nec huic seculo conformari. PVER. Quid est ergo quod dicitur: Angelicus iuuenis seni bus sathanizat in annis. Itemq;, Qui non est expertus pauca recognoscit. IESVS. Versiculus ille iure uituperatur, imō falsus ostenditur, si uniuersaliter seu regulariter intelligatur, quā uis interdū ita contingat. Frequenter tamen accidere fateor, q̄ iuuenes egregie in dōlis, & quantū ad naturalia suo modo angelici, qui in pueritia non satagunt dona naturae in se per ficere per munera gratiae & exercitationē uirtutū, quanto diutius uiuunt, tanto uitiōsiores atq; carnaliores reddantur, eo q̄ in genitis dei beneficijs abutātur, & quo per naturalia am plius placēt mūdānis hoibus, eo plus ad uitia alliciūt ab illis. Deniq; sciētia sicut & experie tia multiplex est. Et sicut bonū est in bonis esse expertū, sic prauū est per efficientiā prauita tis expertum esse in malis. Iuuenibus quoq; & senibus ingens consistit letitia in pueritia & adolefcentia non pueritiam carnaliter & inaniter, sed mature, deuote spiritaliter quixisse. Praeterea adolefcentiā florē creatoris obsequio dedicare, mercedē cum sacratissimo Iohan ne Baptista mererur, ac inter sanctos thronū sortitur. Insuper non perpēdis q̄ grandis sup naturalisq; dignitas in baptismo sit tibi cōcessa, in quo sine dubio factus es adoptiuus filius dei, innocentia ueste amictus, supernaturalibus gratia charismatibus decoratus. Ibi quip pe ex dei bonitate, meritis saluatoris infusa sunt anima tuae gratia gratum faciens, uirtutes theologice, septē dona spiritus sancti, ac caeterae uirtutes gratuite charitati annexit: q̄ in bi facta est anima tua dei creatoris sui sponsa, filia & amica. Nunquid parū est praestantissi ma dona haec peccando amittere, ac mundi amore & propriē libertatis affectione tam gra ue detrimentum incurere, amissaq; adoptiua dei filiatione, gratia & amore, diaboli fieri ser uum, membrū ac filiū? Intuere pro uiribus quanta sit inter haec differentia atq; distantia, q̄ magna sit utilitas animae peccatricis, q̄ foeda sit seruitus ista dāmonis & peccati, seruire dā monibus & peccatis. PVER. Parce & condescende dō domine exiguitati intelligentiae meae. Quāuis enim uerba iam introducta plene capere ac penetrare non ualeā, tamen, ni fallor, aliquantulū ea intelligo, atq; ex ipsis non mediocriter moueor & instigor cuncta pueritiae & adolefcentiae uitia abhorre, nec minus uirtutum q̄ scientiae incrementis studere, deuo torumq; fratrum hortamenta sectari, iuniorum etiam fratrum scholarium contubernio so cietari. Ut autem ad ista ualidius incalescam, precor dō domine ut sapientialia ac deuotissima uerba quae nunc tetigisti magis q̄ expressisti, digneris clarius prosequi, ac diffusius pertra ctare. IESVS. Ego qui exterius loquor ad excitandum, interius ungo ac moueo ad consen tendum, & nunc quod pie postulas adimplebo, ut fortius accendaris, ac in salubri propo sito roboreris.

Articulus III. De uarijs motiuis quibus inducendi sunt scholares, praesertim pueri adhuc innocentes, ad diligentem profectum scientiae ac uirtutum, ad conuersionem quoq; perfectam.

IESVS.

Praecedenti articulo multa iam tetigi tibi motiua, ad detestandum ac euitandū secu liuanitates, intimatorosq; sodalium prauitates, atq; ad arripiendum spiritalis con uersionis exordia, ac deuotorum scholarium studiosorumq; pueroꝝ cōfortia. Primum est, ne pretiosa innocentiae donum baptismatis gratiam, irreuerabilem uirginitatem, ac supernaturalia charismata gratiae gratum facientis, theologiarum caetera rumq; uirtutum infusarum, atq; donorum spiritus sancti tibi in baptisate praestitoꝝ amittas. Per haec etenim anima tua ineffabiliter decoratur, angelicis mentibus conformatur, ad promerendū uitam aeternam idonea redditur, sole & cunctis planetis atq; syderibus caeli pulchrior

Ita. 8

Prouer. 2
Mar. 18
Marc. 10

Sap. 8

Ecclesi. 10

Ecclesi. 10

Ecclesi. 26
Sap. 4

Prouer. 21

Roma. 12
Ecclesi. 34

Mat. 1

Ephes. 1

pulchrior splendidioreq; efficitur, & tu ipse quasi angelus dei confititur, quando in istis permaneris supernaturalibus ornamentis. PVER. Vnde hoc innotescit, qd tam diuina præclaræq; gratiæ munera in baptisimatis fonte donantur? Præterea ut in scholis iam didici, dona spiritus sancti sunt sapientia, scientia, intellectus, consiliū, fortitudo, pietas, timor. Si ergo sapientia & scientia animæ in baptismo infusæ sunt, quid necesse est mihi pro eis adipsas studere? Rursus quid prodest animæ dona ista conferri ante usum rationis, antequam uti valeat & quicquam mereri? IESVS. Puer es & pueriliter quæris: ueruntamen non adeo pueriliter, quin ex interrogatiōibus istis patescat bonitas tui ingenii, capacitasq; eiusdem. Hinc tibi respondeo, qd infantuli in baptismo ab originali purgantur peccato, & de filiis iræ filij gratiæ efficiuntur, ac in statu ponuntur salutis. Vnde si ante adultam decedat ætatem confestim saluantur: quæ omnia certum est sine præfatis charismatibus gratiæ fieri non ualere. Propter quod infantes non baptizati excluduntur à regno, & in deputato sibi ponuntur lymbo, pœnæ damni, hoc est beatificæ uisionis carentiam sustinentes. Hinc demum ante adultam ætatem rationisq; usum his supernaturalibus donis indigent pueri. Porro sapientia & scientia, quæ in baptisimato infunduntur, à sapientia naturali & scientia acquisita scholastica realiter distinguunt, & in his hac responsione breuiloqua esto contentus, quia materia pro nunc tuum transcendit ingenium, atq; à principali abducit proposito. PVER. Quoniam pueriliter interrogavi, plus sciscitari non audeo: nec hoc mihi ut confido nocebit, præsertim quia & me non interrogante, tu domine nihilominus nostri quid expediat mihi audire. IESVS. Hoc plane nõ pueriliter, sed sapienter effariss: nec absolute prohibeo tibi loqui & quærere, sed ut modestiam discas ac serues persuado. PVER. Si tanta est innocentium puerorum opulentia ac ornatus in supernaturalibus donis, & si rærum eis periculum imminet ex peccato, mix: qd à suis parētib; ac magistris non diligentius, frequentius ac seriosius instruuntur, auisantur & custodiuntur ne peccent, & ne peccando tam maxima incurant patianturq; damna. IESVS. Prudenter hoc loqueris, & merito ammiraris: nam & parentes ac magistri ad hoc tenentur, sed qui seipos non custodiunt, nec spiritaliter, sed carnaliter diligunt se & suos: aut temporalia lucra potius q̄ spiritalia quærunt emolumenta: quid mix: si pueros taliter negligunt informare, auisare & custodire? Imo hoc potius de multis parentibus est mirandū, ac uehementer descendū, qd sobole suā adhuc uix cō potem rationis enutriunt, non utiq; in disciplina & timore domini, sed potius in pessimali libertate, & anteq̄ pueri sciant quid existit superbia, docent eos superbiā. PVER. Nunc cetera d' domine, si placet, prosequere. IESVS. Secundū motiū ad istud induciturum asseruisse, qd ipsa assuefactio ad uirtutes in pueritia cœpta, deinde per totam uitam atq; in senio efficit hominem ad exercitia uirtuosa, ac spiritali profectū magis idoneū. Quemadmodū enim difficile est consuetudine relinquere, ita per facile est ea continuare: scilicet de uirtute in uirtute cōscendere, ac tandē perfectionis fastigiū adipisci. Virtutes quippe ex sua natura suaves sunt, & earū exercitijs occupari & inhærere naturaliter delectabile extrat. Difficultas uero quæ in earum exercitatione sentitur, ex humana corruptione passionumq; uehementia oritur. Hinc pueri cæteris paribus ad omne bonum sunt magis apti, conuertibiliores, spiritalisq; profectus capaciores, ac postmodum minus tentantur, saltem tentatione quæ est ab intra, quæ inter dū deo sic permittente forinsecus à dæmonibus grauius impugnantur. Hinc maxime expedit, ut pueri in sua pueritia conuertantur, uirtutum exercitijs assuecant, atq; in sancta deuotione enutriantur. Tertium motiuum ad hoc inducens esse disserui, ne à summa supernaturaliq; dignitate ad uilissimam corruas feceditatem, ad ignobilissimam feruinitatem, ad æternæ perditionis cladem ac foueā. Nempe ut dixi per supernaturalia dona tibi in baptisimato impartita, facta est anima tua sui creatoris saluatorisq; filia, sponsa, amica & heres: quæ omnia peccando mortaliter non solum amittit, sed insuper prædicta uilissima istis contraria promeretur ac recipit. Etenim peccado mortaliter fit diaboli sponsa, seu magis adultera, proles ac focia, dei inimica, creatori odibilis, & omni beneficio eius indigna, in tantum ut homo sic peccas proflus in dignus sit pane quo uescitur, & omni obsequio creaturæ, indignus terram calcare, aërem respirare, & omni bestia uilior: imo ut Aristoteles quoq; testatus est omni bruto decies milies peior: sicq; æterna felicitate iuste priuatur, ac insuper infernalibus incendijs ac tormētis in perpetuum traditur, immergitur, cruciatur. PVER. Istam dñe uehementer me terrent, ualētē cōpungunt, & ad obtemperandū salutaribus hortamentis ualde instigant, imo in admirationē conuertunt, qd aliquis hæc perpendens audeat peccare. Præterea si homo per unū peccatū mortale perdit tot bona, incurrit tot mala, quid inuenit

net eis qui peccatis peccata adhiñunt, ac multis mortalibus quotidie inquinantur? IESVS. Ne ergo & tibi sic accidar, nõ tardes cōuertit ad dominū. PVER. Ecce mi dñe mundū intēdo relinquere, religionē intrare, aut inter fratres deuotos tibi seruire. Vex: nec scientia, nec grate, nec corporis robore ad hoc aduac aptus cōsisto. Interim ergo intēdo ad uniuersale studiū pergere, philosophiæ operā dare, in naturalibus sciētijs diligēter proficere, potissime, quoniam ut audiui sine huiuscemodi eruditione sacram intelligere scripturam non poterō. Insuper aliqui dicunt qd scholaris scholis à suis parentibus mācipatus, suis lectionibus potius q̄ diuinis obsequijs debet intendere, alioqui esse culpabilis. IESVS. Ad hæc sequenti articulo plenarie respondebo.

Articulus III. An consulendum sit puero iam deuoto, & in particularibus scholis comperenter instructo ad uniuersale studium proficisci. IESVS.

Vniuersalia studia, quæ & uniuersitates uocantur, rationabiliter atq; pro multis utilibus ac necessarijs causis sunt instituta: suntq; ueluti oculi quidam in corpore mystico militantis ecclesiæ, quorum est erroribus contra fidem resistere. Et si in eis sic uiueretur, sicut requiritur ad salutem: & statuta eis præfixa, obseruarentur ab ipsis, min' periculosum esset pueris deuotis & castis stare in illis. Verum sicut in alijs ecclesiæ statibus, gradibus ac ordinibus multiplex ac deflexa uiget & regnat deformitas ac ruina, ita in uniuersitatibus illis, ita ut nõ mediocriter periculosum sit pueris castis ac deuotis illis se fociare. Heu q̄ miserabiliter atq; celeriter supplantantur, seducuntur, inquinantur ibidem. Sit atq; puer in particularibus scholis factus sit congruus, consultus, tutus, salubrius ei censetur religionem aut deuotam fraternitatis cōgregationem intrare, q̄ desidio maioris scientiæ id differre & uniuersitatem accedere. Nempe si in congregatione seu claustro studiosus capaxq; fuerit, mentis quoq; puritati ac in desinenti uirtutum incrementum digne studuerit, infra breue tempus ad clariorem pertinet intelligentiā scripturarū, ad abundantiorē spiritalium ac salutarium & diuinorum notitiā, q̄ in studijs illis per tempus longæuum. Ad hanc quippe salubrem scientiam plus confert unctio in secreto, quam disputatio in publico: diuina illuminatio, quam humana instructio: mūditia cordis, quam argumentatio oris: seruens oratio, quam clamorosa contentio: quies silentiū, quam abundantia uerbi. Hinc quidam sanctorum uiuētes in studijs, plurimos per abrupta incidere uirtutum, per incensa libidinum, per corruptiones mentis & corporis inde fugerunt, & sacra religionem ingressi sunt. Nonnulli demum sanctorum religionē professi, testati sunt se carnalium amicorum persuasionibus fuisse pene deceptos, per hoc qd quasi consenserant ad tale studium proficisci, retuleruntq; gratias deo, qui eos inde retraxit, & ad monasticam uitā perduxit. De hoc in legendis sanctorum Aegidij, Benedicti, Bernardi poteris informari. Præterea quando deputatus es scholis ad frequentandum, sic debes deuotionis actibus, orationi, missarum auditioni, consimilibusq; uacare, ut id propter quod missus es nõ omittas. Veruntamen spiritui sancto legem nequit præfigere homo, nec gratiæ eius libertas ordinatione constringitur aut arratur humana. Idcirco si quis speciali deuotione trahatur, atq; à spiritu sancto agatur ad exercitia quæq; deuotionis, meritorie operatur. Et huic aliu de gratioso supplebitur, quod in scholasticis omisisse uidetur, auxilianteq; gratia, paulo post seu altera uice plus proficiet una die, q̄ alter in multis. PVER. Ex responsione hac comperidole his quæ proposui satisfactum ac clare responsum intelligo. Sed quid de his qui beneficiati horas canonicas legere negligunt, ne à studio impediuntur, uel certe ne à studio retrahantur resignare beneficium eligunt? IESVS. Ex uerbis præhabitis patet ad istud responso: Cum enim sit præceptum ecclesiæ, ut beneficiati quotidie horas legant canonicas, innotescit hoc sine mortali uitio non omitti, imò nec unam aut minimam horarum illarum sine mortali omitterent culpā. Ergo quocumq; die septem horas illas legere negligunt, septies peccant mortaliter, aut unum peccatum septupliciter mortale incidere comprobantur. Hinc consultius agunt qui beneficia resignare proponunt, ne damnabiliter peccent horas non persoluendo, quam qui retento beneficio horas audent omittere. Veruntamen sicut præterigi, si scholaris beneficiatus horas quotidie legat distincte atq; deuote, quamuis aliquantulo tempore retrahatur à studio, tamen suæ deuotionis ac iustitiæ merito confortabitur auxilio gratiæ, & supplebitur aliu de, suffraganteq; spiritu sancto plus proficiet relictuo tempore, quam si horis omisissis, tota die studio sit intentus. PVER. Ecce mi domine

ne tibi seruire & tuo obsequio mancipari propono, sed prius repatriare, parentes uisitare ac eorum consensum procurare intendo, aut si tibi sic complaceret cum ipsis ad eorum ac pluri-
 timorum ædificationem manerem. **IESVS.** Tentator pueros bonæ uoluntatis uariis modis decipere nititur, & quos per euidentia mala nequit retrahere, sub specie boni supplantare conatur, ac per hoc pueros multos diabolicæ ignaros uersutia sefellit ac uicit. Ignoras quod in euangelio recitor respondisse ad adolescenti mihi dicenti: Domine sequar te, sed prius per-
 mitte me renuntiare his quæ domi sunt. Alteri quæ qui ait: Domine sequar te, sed prius per-
 mitte me sepelire patrem meum & matrem. Nonne primo horum respondit: Nemo potest manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. Alteri uero: Dimitte mor-
 tuos sepelire mortuos suos. Nondum considerasti quod facilliter ac confestim puerilis animus p-
 parentum ac propinquorum, seculariumque consortium blandimenta, persuasiones, appara-
 tus, communicationem, promissa ac alias diuersas attractiones flectatur, fallatur ac subuer-
 tatur. Et quomodo tu adhuc puer præsumis te à peruersis non subuertendum, ædificatur-
 rumque illos, & non potius scandalizandum ac superandum ab eis? **PVER.** Intelligo ista, ta-
 men ut quod uerum est fatear, adhuc mihi difficile est parentes & propinquos ac socios pa-
 triamque omnino relinquere. **IESVS.** Ad istud libenti promptoque animo peragendum, mul-
 ta te debent inducere, de quibus quamuis iam supra aliqua dixerim, sequenti tamen articu-
 lo inde diffusius loquar.

Articulus V. Exhortatio ad carnalium parentum & propinquorum atque sode-
 lium, natalisque soli derelictionem propter deum. **IESVS.**

DVRUS es ualde o puer, si nec amor diuinus te trahit, nec celestis promissio allicit,
 neque comminatio summi iudicis terret, nec timor æterni supplicii à periculis quæ
 peccatis te retrahit, nec ratio instruit, neque exempla accendunt. Si ut teneris deum
 creatorem tuum toto diligis corde, cur tibi molestum est ei soli totius præcordia
 adherere, tota diligentia deseruire, toto conatu intendere, sicque uacare, & uidere, sentire &
 experiri, quod incomprehensibiliter dulcis est dominus, quod infinite bonus ac suauis sit deus, quam
 magna & immensa sit multitudo dulcedinis eius, quæ gustata desipit omnis caro, atque per-
 facile est carnalia aspernari solatia? Experimetaliter quoque patet quod uerissime locutus sum
 Iugum meum suauis est, & onus meum leue. Insuper si quemadmodum obligaris paren-
 tes, propinquos, socios & amicos spiritualiter amas, debes eis super omnia æternam desidera-
 re salutem, gratiam etiam & uirtutes in uita præsentis, per quas tantam beatitudinem mere-
 antur, ac talem te exhibere, ut sis magis idoneus illis ad hæc obtinenda, cooperari & suffra-
 gari: quod fiet si dei intuitu ac amore carnalem eis tuam præsentiam subtrahas, carnalis
 solatia deneges, mundanam solietatem præcipias, atque in sacra religione seu deuota fraterni-
 tate omnipotentis perfectam offeras seruitutem, in spiritali charitate ac omni uirtute, in pu-
 ritate interna contemplatiuaque uita quotidianum sortiaris profectum, sicque pro teipso, pro
 communi bono totius ecclesiæ, pro uiuis ac mortuis, specialiter quoque pro tuis propinquis,
 benefactoribus & amicis ac sociis incessabiliter & affectuosissime inuoces & implores ui-
 scera misericordiæ dei tui. Præterea merito te deberet allicere promissio euangelica & ce-
 lestis quo dixi: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut agrum
 propter me, centuplum accipiet, & uitam æternam possidet. Itemque, Vos qui secuti estis
 me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super
 sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Hæc namque promissio non tantum apostolis, sed cum
 ceteris etiam uniuersa temporalia & terrena propter deum deserentibus, ac uita religioſam ductibus
 noscitur facta. Et rursus, Si uis perfectus esse, uende omnia tua & da pauperibus, & habebis
 thesaurum in cælis. Quis non libenter expedit, relinquat, distribuatur poma & pira, imolu-
 tum & stercora, quatenus pro eisdem recipiat aurum & pretiosissimas gemmas in quanti-
 tate & copia magna? Quid sunt omnia ista terrena, transitoria & caduca cõparatione æter-
 norum spiritualiumque bonorum, præsertim respectu summi, incircumscripti & incommu-
 tabilis boni, nisi uilissimum lutum & sterquilinum foedum? Hinc in uniuersis amatoribus
 mundi puerilitatis uitium regnat, stultitia, imò insania dominatur, quoniam carnalia
 & terrena, uana & deceptoria, bonis præferunt sempiternis, creaturam creatori, carnem
 spiritui, carnis spurcitiâs, mundi diuitias fallaces, umbraticosque honores charissimis
 tibus gratiæ, donis gloriæ, felicitati plenissimæ, æterna securitate uallatæ. Amplius
 merito perterere te debet quod proprio ore de promptis: Qui non renuntiat omnibus quæ
 possidet,

Mat. 9
Luc. 9

Mat. 3

Deut. 4
Mat. 23
Mat. 24
Luc. 10
1. Pet. 2
Psal. 30
Mat. 11

Mat. 19
Luc. 11

Mat. 28

Luc. 14

possidet, non potest me esse discipulus. Et denuo: Qui plus amat patrem aut matrem quam
 me non est me dignus. Ista & consimilia ad comminationem spectant. Denique in euangelio
 sum locutus: Nolite uobis patrem uocare super terram, unus est enim pater uester in celo.
 Hinc sanctus uir Euagrius eremita dicenti sibi, defunctus est pater tuus? respondit: Cessa
 blasphemare. Meus etenim pater est immortalis, ut puta deus creator. An magis afficeris pa-
 tris carnis quam patri spirituum? Mirum præterea si non terret neque à mundo & carnalibus homini-
 bus, reuocat te diuini rigor iudicij, acerbitas gehennalis incendij, imò uniuersitas inexpli-
 cabilius intolerabiliusque pœnæ inferni, cum & facialis intuitus unius diaboli non immeri-
 to dicatur excedere omne præsentis uitæ tormentum. Cum demum sine dubio tam pauendum
 sit diuinum illud iudicium, ut sanctus Iob dixerit ac supplicauerit deo: Quis mihi tribuat ut in
 inferno protegas me, & abscondas me donec pertrahat furor tuus, & constituas mihi tem-
 pus in quo recorderis mei. An ne itidem te perterret paucitas horum qui saluantur in mun-
 do, ex quibus de multis saluatur uix unus? Quis audeat ire per pontem, in cuius pertransi-
 tione de decem uix unus ruinat & submersioem euadit? Qualiter ergo inter seculares ar-
 bitraris te, non solum non ruiturum ac subuertendum, sed ipsos quoque perducturum ad por-
 tum? Nescis quod amicitia huius mundi inimica est deo: ideoque qui uoluerit huius mundi esse
 amicus, inimicus dei constituetur. Et iterum quod ait scriptura: Quia omne quod est in mun-
 do, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Propter quod
 sanctus hortatur Iohannes: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia si
 quis diligit mundum non est charitas dei in eo. Quid euidentius, quid terribilius dici potest?
 Itaque ratio te conuincit & docet quod incomparabiliter salubrius eligibilisque consistat mun-
 dum deserere, parentes & propinquos relinquere, religionem intrare, quam sub specie boni per-
 ruculosius suggestionibus præbere assensum. Ad idem te moueat, inflammare, perducatur
 ipsius exemplum, quoniam à regalibus sedibus descendit in mundum, de sinu patris descen-
 dit in uterum uirginis. Et cum omnium dominus essem, elegi in maxima paupertate ac sum-
 ma humilitate, in omni obedientiali subiectione & abiectione atque multiplici persecutione
 conuersari in seculo isto, ab utero matris usque ad patibulum crucis. In omnibus quoque elegi
 quod carni molestius est. Omnem item sensualem & carnalem affectionem docui extirpa-
 dam: & in his innumerabilia milia sanctorum religiosorum per euangelicorum obseruan-
 tiam consiliorum mea sunt imitati uestigia, imò usque in præsens multi adolescentes nobiles,
 locupletes ac docti intuitu mei uitam religiosam arripiunt, spretoque seculo regnum metæ-
 tur cælorum breui compendio, atque in breuissimo uitæ huius curriculo promerentur ac adi-
 piscuntur beatitudinem sempiternam. Aduerte quod in uita sancti Pachumij de electo ac
 deuoto fertur Theodoro puero: Theodorus adolescens quatuordecim ferè annos, claris
 ac diuitibus oriundus parentibus, cernens in quadam solemnitate domum suam amplam ual-
 de & splendidam, cunctis opibus abundantem, compunctus corde intra se dixit: Quid tibi
 proderit infelix Theodore, si totum mundum lucratus fueris, & temporalibus utens usque
 quæque diuitijs, ab illis æternis & immortalibus bonis imperpetuum excludaris? Nullus enim
 potest presentibus diuitijs ac delicijs perfrui, & perentis gloriæ præmia promereri. Super
 his ergo fortiter ingemiscens, procidit in faciem cum lachrymis orans: Omnipotens deus
 tuus quod nihil seculi huius tuo amori prepono, in tua ergo uoluntate me obsecro dirige, &
 miseram animam meam illumina, ne in æternam mortem contenebrata peccatis obdormiat,
 sed redempta munere tuo, per omnia te collaudet, ueneretur & glorificet. Audi præterea
 quid uir sanctus Epicticus martyr illustri, speciosissimo ac opulentissimo adolescenti Astio-
 ni disseruit: Veni mihi nate, & respice ea quæ in hoc mundo uidentur, quoniam transitoria sunt,
 ea uero quæ deus præparauit seruatoribus suis manent in sempiternum. Denique pater tuus
 iste uisibilis & carnalis non est uerus pater, sed deus omnipotens uerus est pater tuus, mater
 uero tua est sancta ecclesia. Huius igitur matris ubera suge, eius ammonitiõibus acquiesce:
 sed & uerum patrem nostrum audi dicentem: Exi de terra tua & cognatione tua, & ueni in
 terram quam monstrauero tibi, in terram uiuentium, in regionem sanctorum. **PVER.** Tot
 & tantis persuasiõibus admonitus & conuictus merito acquiescere debeo, & in spe mis-
 ricordiæ tuæ spiritalem militiam assumere nunc propono. Verum quia infirmus atque infa-
 bilis est animus adolescentis, deprecor te in hoc ipso proposito roborari, & qualiter tenta-
 tionibus diaboli, carnis ac mundi resistere interim debeam informari. **IESVS.** Pater est ista pe-
 nitio ac salubris affectio, quibus satisfacere uolo.

Mat. 10
Mat. 23

Iob. 14

Iaco. 4
1. Iohan. 2

Eodem

Iohan. 1

Deut. 31

Gen. 18

Articulus VI. Confirmatio salubris propositi.

IESVS.

OOO 2

Considera

Considera diuerfitates retributionum ac finium hominum electorum ac reproborum, & de hoc edificare atq; in bono te figere debet exemplū quod in Vitaparrum narratur de quadam deuotissima uirgine, quę in filiali ac sancto dei timore ualde profecerat. Cuius cum parentes fuissent defuncti, cepit cogitare in lectulo suo, cuius potissime uitam uellet imitari, patris sui aut matris, quorum uita fuit prorsus dissimilis. Si quidem pater eius erat uir bonus & simplex, pecora sua pascens, assiduis infirmitatibus pressus, in quibus & patiens fuit, deo subiectus & gratias agens. Porro mater ipsius garrula fuit, comestationibus & potationibus uacans, coniugalemq; fidem transgrediens, ac in omnibus his continua sanitate ac prosperitate exultans. Marito autē suo defuncto, uitis carnis sine freno exposuit se. Cumq; illa taliter cogitaret, & matrem suam sequi quasi desideraret, apparuit ei pater suus quasi indignans, duxitq; eam in spiritu ad amcenissima loca sanctorum, deinde ad loca teterrima damnatorum, in quibus cōpexit matrem suā uelut de infernali fornace erumpere & exire, in medio quoq; sulphurei ignis astantissimiq; incēdij cruciari. Quę uisa filia sua miserabilissime exclamauit: Miserere mei d' filia mea, recorde dare nunc qualiter in utero meo nouē mensibus te gestauit, recorde quomodo proprijs meis uerbibus te lactauit, uide quantam cremationem, calamitatem & afflictionē pro delectationibus meis breuib; & obscenis recipio. Extende d' filia manum tuā, & extrahē me de his pœnis. His auditis & uisis uirgo illa redijt ad se, & compuncta ac territa uehementer, rigoram deinceps ac deuotissimam duxit uitam. Deniq; si istud non satiste moueret, moueat & compungat te ualde quod in euangelio recitauit de Lazaro hulceroso ac diuie epulor, perpende qualiter anima Lazari mox ut de corpore egressa, ab angelis in sinum Abrahamę sit portata, diuitis uero anima infernalibus flammis sit tradita. Vide quanta sit inter remunerationes istas diuerfitas. Intuere quomodo dissolutum sit cor damnati, cor quoque saluati. Quinam saperes & intelligeres, quanta angustia & pressura, quanta desolatio, quam amarissima desperatio, quam pœnalis timor, mœror ac dolor impleant, penetrent, æternaliterq; possideant reprobos ac damnatos, quam in æstimabiliter affliguntur sulphurei ignis ardore. Veruntamen non tantum affliguntur, nec postmodum in resumtis corporibus affliguntur ipso infernali calore ac frigore, quantum ex sua desperatione cruciantur in mente, certi q; in toto ac tantis tormentis sine omni spe uenię æternaliter tenebuntur. Hoc premit ac deprimit, angustat, corrodit, dilaniat, & inexcogitabiliter grauatur, trāssigit, excruciat mentes miserimorum illorum, ita quod uellent se prorsus nō esse, & in nihilum redigi posse. Hinc Dauid rex patriarcha & propheta filium suum Absalonem sciēs in grauissimis expirasse peccatis, acerbissimis quoque deputatum inferni supplicij, amarissime defleuit eundem dicendo: Absalon fili mi, fili mi Absalon. Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Absalon fili mi Absalon. Contemplare quā intolerabile tibi esset uia die, imo uel una hora corpore nudo iacere in medio ardentissimi cilibani. Quomodo ergo poteris sustinere ardorem, & pœnas purgatorij multis diebus aut annis præsertim inferni, sine fine duratiōis, & absq; spe liberationis, cum utique non solum inferni, sed purgatorij quoq; tormenta sua acerbitate excedant uniuersa huius uitę supplicia: quamuis in manifestissimas pœnas martyres sancti tolerasse leguntur? PVER. Hęc uehementer me terrent, cum & uno anno aut mense in molli lecto in desinenter iacere mihi intolerabile uideretur, & ualde esset pœnale. IESVS. Quanto intolerabilius tibi esset uno mense aut anno in medio uenenatissimorum ac monstrosissimorum animalium, basiliscorum, draconum, bufonum nudum iacere, atq; ab illis constringi, deo sculari, ac eorum spiribus inuolui. PVER. Sola horum imaginatio horrore me concutit. IESVS. Quomodo ergo ad illud genus uitę te audes exponere, in quo uix unus de centum sine mortalibus ueratur peccatis? PVER. Eligenda est uia securior, & maxime miror, quod credentes ista tam parum ponderant ac formidant. IESVS. Excæcat eos iporum malitia, potissime consuetudo iniqua, quę est uelut grauissima moles superposita monumento, qua premitur anima, ita ut nec resurgat, neq; respiciat ad deum. Etenim peccata quamuis ingentia & horrenda, tamen dum in consuetudinem cōuertuntur, parua uidentur aut nulla. Alia huius ratio est longanimis expectatio pietatis diuinę, ultionē culpę diu ac misericorditer differēs, sicut & Salomon protestatur: Quianō cito profertur contra malos iudicium: absq; ullo timore filij hominū perpetrāt mala. Tertriatio est, occupatio atq; dispersio cordis multa & magna circa negotia alia. Quarta, spe

Luc. 15

Iosue. 7
Deut. 32

1. R. 22. 18

Eccle. 8

seu magis præsumptio immoderata de misericordia dei & de penitentia saltem in fine habenda, cum tamen de mille uix unus in fine uera contritione peniteat, qui usq; tunc in uitis manfit. Hos ergo reprehēdit Apostolus dicens: Existimas d' homo qui impie agis, q; tu est fugies iudicium dei? An diuitias bonitatis dei, & patientię & longanimitatis eius contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit? Secundum duritiā uero tuā & impœnitens cor tuū thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij dei. Quinta est, multitudo scandalose ac uitiose uiuentium, qui insipientes ad consimilia trahunt, præsertim in exemplaris, praua & negligens prælatorum ac præfidentium uita, quemadmodum Ieremias locutus est: Quia stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, ideo omnis grex eorum dissipatus est. Et hęc modo præcipua causa est huius tam miserabilissimę ac damnabilissimę ruine ac deformationis ecclesię in omni pene statu, gradu ac ordine eius: Quod si in collegijs disciplina uigeret, & præfules & archidiaconi consisterent timorati, ac iuxta iuris tenorem uisitarent presbyteros, non tam periculosum ac dissuadēdum esset canonicorum & curatorum assumere statum ac uitam. Deniq; quanto quis copiosus illustratur a spiritu sancto, tanto plus admiratur ac dolet, q; homines qui sciunt se mortuos ac iudicandos a deo, atq; finaliter æternę damnationi aut perpetuę felicitati adiudicandos, tam intimore ac damnabiliter uiuere audent. Propterea multi a morte resuscitati, & ipsas pœnas experti aut certe intuiti, super hoc ineffabiliter admirati fuerunt, ac deinceps rigorosissimam uitam duxerunt. Quidam uero huiusmodi pœnas in sola imaginaria uisione intuiti spiritualiterq; perpesti, super hac intensissime sunt mirati, & deinde in omni rigore ac iustitia conuersati. PVER. Horum consideratio diligens formidinem incutit, & ad seruendum tibi, ad relinquendum mundum hunc nequam ex timore inducit: sed quoniam sine charitate nil meritorium, nil deo acceptum esse iam didici, precor te d' domine ut de his quoq; aliquid tangas, quę ad peragendum ista ex uera charitate excitant & instigant. IESVS. Ti mor iste imperfectus quibus nondū mundus est mortuus, & suos adhuc sensualiter amat, in primis ualde necessarius perhibetur. Porro, quia opposita iuxta se posita euidentius innotescunt, super est ut tactis his quę ad finalem spectant retributionem prauor, & ad æternam calamitatem iporum, aliquid tibi tangam de perpetua ac finali mercede & gloria iustorum & electorum. De quibus affirmo, q; iporum beatitudo atq; iucunditas, magnitudi ne & multitudine inenarrabiliter excedit & uincit omnem calamitatem & afflictionem reproborum ac damnatorum. Deus namq; infinite bonus & clemēs, cuius miserationes sunt super omnia opera eius, supra condignum remunerat, & citra condignū punit ac damnat. Attende ergo pro posse & diligēter imaginare, q; indicibiliter affligeris, si in æstuantissima fornace nudus iaceres, qualiter te hinc inde iactares, sicq; ex opposito contemplare, q; ingēti & inestimabili gaudio plenti sint beatissimi ciues paradisi cœlestis. Nec mirum, quoniam immediate, clare ac facialiter illum conspiciunt, illoq; beatifice perfruuntur, qui essentialiter & incircumscriptibiliter pulcher est & superpulcherrimus, ipsa pulchritudo perfectionaliter infinita, a cuius spectositate, amœnitate & gloria omnis decor creatus deficit infinite. Ipse item est interminabiliter suauis, & omni menti creatę conuenientissimus, cuius respectu omnis dulcedo creata est tanquam pūctum uel ut momentū, imo ut nihilum. Intuere pro uerbis q; deliciosum ac dulce, q; beatum ac delectabile sit hoc super beatissimum obiectum in seipso clare & immediate conspiciere, atq; ad libitum frui eodem. Et certe hoc essentialiter ac principale præmium & gaudium omnium beatorum. Accidentale uero præmium eorundem consistit in clara cognitione, pura dilectione, ordinatissima quoq; utentia humani tatis filij dei, gloriosissimę uirginis matris eius ac omnium beatorum, totiusq; ordinis ueritatis. Nec debes ambigere, quin taliter intueri utum seu etiam in finium ciuem regni cœlestis, omnia superet gaudia uitę præsentis. De his in plurimis libris multa uere & catholice scripta inuenire ac legere poteris. O q; gloriosum & iucū dissimum erit glorificato corpore beatificę anime in celo empyreo inter sanctos dei securissime cōmorari, deum excelsum & gloriosum feruentissime sine cessatione diligere, amorosissime intra se stringere, deuotissime collaudare. Certe non tantū excedit totum aquę elemētum minimam guttam, quantum gaudium illud excedit cuncta gaudia huius mundi. PVER. Nunc inflammatū est cor meū, & liquefacta est anima mea: affidit mens mea uniuersa carnalia & terrenas sed & modo clare aduerto & lymphi de cerno, quā excæcati, insensati ac miseri & prorsus miserissimi sint, qui amore temporalium rerum, carnalium deliciarum, transitoriorum honorum, tanta se priuant felicitate, ac infernalē sibi calamitatem mercantur. IESVS. Oportet te pure & su-

Rom. 8

Iete. 10

Psal. 144

Psal. 72
Cant. 5

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Dent. 6
Mat. 22
Marc. 12
Luc. 10

per omnia deum diligere: ideo quamuis ob tantam miseriam euadendam, atq; ob tantam beatitudinem promerendam debeas deo seruire, principalissime tamen id facere debes ex puro suæ infinitæ bonitatis amore, & ob suam dignitatem, sanctitatem ac honorabilitatem inmensam, sicq; teipsum & omnia tua, omne meritum ac præmium tuum finaliter referre ad deum. PVER. Firmiter nunc propono sic facere: sed quoniam puer sum & multis tentationibus ac impedimentis expositus, desidero contra ea muniri, & qualiter illis resistere debeam, edoceri.

Articulus VII. Qualiter tentationibus sit resistendum.

IESVS

Iaco. 4

Ephe. 6

Iaco. 1

Tentationis remedia septē. P sal. 17

Iere. 38

Secundū remedium.

Ecc. 7

111.

1111.

v.

Tentationum remedijs in diuersis codicibus plurima discere potes: sed quantum ad præsens tibi ac consimilibus tui sufficere potest, aliqua breuiter tangam. Ait quippe apostolus Iacobus: Resistite diabolo, & fugiet à uobis. Oportet ergo diabolo ac tentationibus reluctari: sed quomodo & per quæ sciscitaris. Quocirca in primis agnosce nomine tentationis intelligi posse omnem inclinationem, suggestionem, instigationem ad peccandum, siue ab intra fit, puta à carne, siue à mundo, id est à mundanis & iniquis hominibus, seu à mundi obiectis & concupiscibilibus rebus seculi huius, ut sunt diuitiæ, deliciae & honores, exteriores ornatus, iocis, ludii, conuiuia: siue ab immundis spiritibus qui nos callidius tentant, ac riuus indefinitiusq; impugnant, ut dicat Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est non tantum nec principaliter est nobis confictus aduersus propriam carnem hominesq; carnales, scilicet contra spiritalia nequitiae in cœlestibus, hoc est contra spiritalia & inuisibilia agmina atq; certamina demonum in aëreo caelo uagantium. Insuper nomine tentationis potest quæcumq; aduersitas, tribulatio, infirmitas, persecutio designari. Vnde Iacobus apostolus: Omne gaudium existimate fratres, cum in uariis tentationibus incideritis. In quibus per patientiam uincit homo, omnia talia pro suis peccatis æquanimiter tolerando, Christi quoq; passionē persando, & se ei pro uiribus conformando. Nunc autē de tentatione primo modo accepta sit potissime sermo. Itaq; quæ docunq; & cubicunq; senseris te tali tentatione pulsari, mox in uoca deum & lauda eum, ut erueri te dignetur, iuxta illud Psalmistę: Laudans in uocabo domini, & ab inimicis meis saluus ero. Atq; ut exaudiri merearis, humilia temetipsum, non confidēs atq; præsumens de uiribus eius aut proprijs meritis, sed in misericordia, charitate & omnipotentia dei tora tua consistat fiducia: Non enim deserit bonus deus sperantē in se, prout per Ieremiam testatus est: Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam. Debes quoq; quotidie imo frequenter omni die inuocare, laudare, honorare sacratissimam uirginem Mariam dignissimam, & sanctum angelum tuum custodem. Secundum remedium est diligenter attendere tua nouissima, hoc est mortis acerbitatem & pericula ei annexa, diuini quoq; distractionem iudicij, amarissimas etiam inferni ac purgatorij penas, ineffabilia item gaudia regni cœlestis. Horum attentata ac frequens consideratio ab omni reuocata transgressione, ab illicito quoq; consensu in omni tentatione, quæ ad modum scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Hæc ergo in omni tentatione aduerte, potissime ut uerearis peccare. Tertium remedium est dominicę passionis recordatio amorosa: ideo dum tentaris, protinus diligenter re cogita, quæ quanta & qualia pro tua salute pertulerit filius dei, cuius saluissimam passionem debes recolere ad compatiendum, ad imitandum, ad gratulandum, ad admirandum, ad inflammandum, ad regratiandum, ad contemplandum: nec ullum est exercitium tibi magis proficuum ad extirpandum peccata, ad tentamenta uincenda, ad proficiendum in omni uirtute, in mundi contemptu, & ad religionis ingressum, quam taliter meditari passionem unigeniti filij dei. Quartum est consideratio penitentię maiestatis diuine. Certum est, qd pugiles ac milites in præsentia regum suorum assantiumq; turbarum fortissime suis aduersarijs reluctantur: quanto magis tu qui scis deum omnipotentem ubiq; esse præsentem, & omnia clarissime intuentem, debes te in omnibus coram eo reuerenter habere, timoratus consistere, aduersarijs tuę salutis strenue repugnare, & erubescere uinci ab eis. Quintum est hostium tuorum qualitatem & intentionē perpendere. Hostes quippe inuisibiles animę tuę crudelissimi fraudulentissimiq; consistunt, nec aliud querunt, intendunt aut machinantur, nisi te à deo tuo omnino auertere, charismatibus gratiæ eius priuare, uulneribus uitioꝝ perfodere, teq; cum ipsis æternę damnationi inuoluere. Si ergo hæc nosti, nonne stultissimus es & penitus insensatus, qd tam pessimorum persuasionibus hostium cre-

IESV ET PVERI DIALOGVS.

358

dis & acquiescis. Iccirco dum tentari te sentis, dum in te impia susurrria expetitis, dic tentatori uade miser, scio quid queras, quid intēdas, quid machineris. Si ab horrerē progredi cū latrone ad syluam, quantumlibet blandiretur & prospera polliceretur, ne me corporaliter trucidaret: quanto magis debeat abhorreere tibi cōsentium præbere, qui mihi desideras æternę damnationis infligere mortem: Sextum est, exitum tentationis pensare, ut puta quantum incurrat homo tentationi cōsentiendo, q̄ multa quoq; & maxima bona a dipiscat tentationibus uiriliter resistendo ac p̄ualēdo: quia per hoc efficitur miles & pugil dei, inclytus triumphator, dignus in cœlo æternaliter coronari, imō & alios sustentare & confortare, summoq; iudici in throno glorię confidere, sicut in Apocalypsi promisi: Qui uicerit, facia illū colūna in tēplo meo. Itēq; Qui uicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego uici, & sedi cū p̄re meo in throno ei. Multa his cōsimilia possem tibi pponere cōtra tētaōes remedia uerē hæc tibi in hac ætate istoq; statu arbitror posse sufficere. Postremo, qd adhuc in adolēscētię flore atq; inter scholares in seculo cōuersaris, oportet te cōtra ueneroꝝ deceptiōes & laq̄os specialiter esse munitū, custoditū ac puidū, nec solū à demonū incitamentis, sed à prauorum pueroꝝ seductionibus præcauere, occisiones talū uitiorum uitare, praua consortia, lasciuia colloquia, amplexus & oscula, & quicquid prouocatum est concupiscētię malę, fugere te oportet, deum quoq; ac beatissimam uirginem quotidie inuocare pro præseruatione à tāta ruina. PVER. His remedijs & medelis, hæc custodia & cautela uti propono, & tuam pietatem ijs p̄cor dijs rogo, ut indefinenter gratiose mihi assistere ac subuenire digneris ad implendum hæc omnia. Interim quoniam protēstatus es pueros bonos specialiter te amare, laudis rei causam discere cupio.

Articulus VIII. De laudabilibus moribus pueroꝝ, & cur specialiter diliguntur à deo.

IESVS

Diligit deus uniuersa quæ condidit, & nihil odit eorum quæ fecit, præsertim intellectualem & rationalem naturam æternę felicitatis capacem, quam & in damnatis diligit & conseruat, quantum ad id quod substantialiter est atque ab ipso habet. Hinc sæpius in prophetis plebs incredula & iniqua nomine filię ac uirginis designatur, ut cum per Isaiam loquitur spiritus sanctus: Se de in puluere uirgo filia Babylonis: Natura quippe in se & secundum se considerata est pura ut uirgo, atq; amabilis ueluti filia: ueruntamen natura humana per dona gratię multo amabilior mihi est. Hinc ut tactum est supra, pueri puritate ornati donisq; gratię decorati, specialiter mihi extant amabiles & dilecti, potissime qui in innocentia perseuerāt, scientiæ quoq; ac uirtutū studio sunt intenti. Deniq; pueri naturalem quandam habent amabilitatem, per morum suorum ac laudabilium proprietatum ingenitam bonitatem. Vnde testatus sum: Nisi conuerfi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Itaq; multæ sunt laudabiles pueroꝝ etiam nondum adultæ ætatis proprietates ac mores. Prima ipsorum proprietates est quod se inuicem naturaliter diligunt: Ex qua oritur & consurgit secunda, quod libet simul consuetis horis conueniunt. Hinc nascitur tertia, quod sunt inuicem compassiui: & si unus eorum percutiatur aut ploret, condolent aliq. Quarta, qd pariter existentes ludunt, solatiuntur leuiscantq; se inuicem. Quinta, quod non iniuriantur neq; ledunt se mutuo. Sexta, qd cito plorant. Septima quod & læsi cito placentur. Octaua, quod illatę iniurię celeriter obliuiscuntur, nec inferunt ultionem. Nona, quod omnes uirōs nominant patres, omnesq; feminas matres. Decima, quod ex mutuo aspectu utriusq; sexus pueri non libidinose concupiscunt, nec impie delectantur. Vndecima, quod à fraude & dolo sunt alieni, non aliud cogitantes & aliud proferentes. Duodecima, quod parentibus suis obediunt. Tertiadecima, quod ad uirgam expaunt. Quartadecima, quod se inuicem non iudicāt nec contemnit. Quintadecima, quod ad proficiendum quotidie disponuntur habilioresq; fiunt. Has proprietates pueris naturaliter ac imperfecte inexistentes, tu fatage per dona gratiæ habere meritorie ac perfecte. Itaque primo ac maxime charitatem habe ad creatorem, tanquam ad spiritalem, principalem, fidelissimum, benignissimum ac optimum patrem, tibi de omnibus necessarijs tam in naturalibus q̄ in gratuitis prouidentem, qui tibi tribuit intellectum, & quicqd habes & es largitus est tibi, sine cuius indefinēti conseruatione nec ad momentum posses subsistere aut durare. Qui cum sit uniuersoꝝ deus ac dominus, ac penitus infinitæ excellentię princeps & rex, nihilominus à te pater appellari dignat, imō & patre nuncupari se iubet, ut cognoscas bonitatem & beneuolentię eius ad te, curā & prouidentia eius

Apoc. 3 Eodent.

vii

Sup. ii

Ira. 47

Mat. 18 Ibidem.

Pueroꝝ p̄dā prietas ac mores

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

eius circa te, professionemque eius super te, & quam paratus sit tibi liberaliter ac paternaliter subuenire: sicque filialiter diligas eum, & totis uiribus eum honores, atque ex charitate castum, sanctum & filialem timorem ad ipsum concipias, summe formidans ne ipsum offendendo abiciaris & relinquiris ab ipso. Denique, quæ & quanta unigenitus dei patris ipso patre uolente pro te ac tua salute fecit ac pertulit, deuota gratiaque mente quotidie pensa, in tuere, recogita. Insuper ad omnem hominem uisitorem, precipue ad tuos superiores, ad cõscholasticos, confratres, con domesticos, commensales, synceram ac spiritalem semper gere dilectionem. Nulli unquam inuideas, neminem odias, proximorum salubri prosperitate ac spiritali profectu congratulare, de ipsorum aduersitate & culpa condolens esto, contentionem profus deuota. Pacificus esto & cõcors cum tuis in bonis, nulli in malo consentias, nec alicuius intuitu aut amore, timore, comminatione, blãdimentis, exemplis, illicita agas: imò quantum ad tuam spectat mensuram, increpa delinquentes, ac alios pro posse ad meliora inducere stude. Esto exemplaris in omnibus, maturus, nõ leuis in moribus. Disce a me, quia mitis sum & humilis corde: diabolicam elationem totius perditionis originem, totius gratiæ inimicam præcordialiter horre, fuge, conculca. Quicquid boni in donis naturæ aut gratiæ in te fuerit, deo semper cum omni gratiarum actione & humilitate ascribe, eumque rugiter ora, ut te in bonis conseruet, custodiat, perficiat & consummet. Insuper secundam illam puerorum laudabilem proprietatem sectare, & meritorie comple, ut inter deuotos & innocentes, inter bonos studiososque pueros libenter consistas, utiliter conseras, quod melius scis, libenter communices alijs: quod ignoras, humiliter disce, inquire, auisculta. Ecce enim quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Tertiam quoque illorum proprietatem sectando & in melius commutando, sis compassiuus, & flentibus pro posse consolatorius, ad opera misericordie tam spiritalia quam corporalia assuescens, ut cum sancto Iob dicere queas: Ab infantia creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. Hinc defectuosis, rudioribus, grauibus & infirmis, pietatis compassionem impende, eos pie supporta ac adiuua. Amplius, quartam illorum proprietatem sequendo, moderato solatio uti poteris tempore opportuno, quatenus nemo te habeat ut agrestem, ac deinceps ad spiritalia atque scholastica exercitia aptior robustiorque consistas. Verum huiusmodi ludum siue solatium nequaquam in uerbis scurrilibus aut indecentibus factis admittas, nec modum excedas. Eos quoque quos uideris in ordinato mœre oppressos, lætificare in deo coneris, atque in cunctis actibus bonis exulta, iuxta quod scriptum est: Gaude in domino semper, & seruite domino in lætitia. Præterea quintam illorum proprietatem salubriter imitando, uide ne alicui iniuriam inferas, nec alicui lædas, neminem male habendo te scandalizes. Innocens est, qui nemini, id est, nec sibi nec alijs nocet, nec solum non nocet, sed & prodest pro posse. Miserere animæ tuæ placens deo. Charitas quippe incipit a seipsa, id est proprio suo obiecto: & qui sibi nequam est, cui bonus erit? Peccatum est autem maximum nocuum laesioque grauissima, imò & mors peccantis: quoniam homo per malitiam occidit animam suam. Sextam puerorum proprietatem sequendo, cõsolabriter plora, & tua in primis peccata deplora, deinde & proximorum. In recordatio ne quoque eorum quæ pro te passus sum, ex pia luge compassionem. Sed & septimam illorum proprietatem sequendo facilliter esto placabilis, imò antequam a te uenia postuletur, iniuriam ei indulge. Bonum pro malo repende, pro aduersarijs ora, cum & populo Iudæorum, cui poena talionis uidebatur permissa, iusserit deus: Non quæras ultionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Noli ergo obmutescere nec uinci a malo, sed uince in bono malo. Tua humilitate, mansuetudine, patientia, obedientia, charitate, aliorum elationem, iram, duritiam, inobedientiam, inuidiam & rancorem uince, confunde, extirpa: & sic octauam quoque puerorum proprietatem adimple. Nonno, in ista puerorum omnes uiros & seniores dilige itaque patres, mulieres uero spiritali amore ut genitrices. Hinc neminem temere iudices nec contemnas, sed tanquam ad summam trinitatis imaginem similitudinemque productos ac Christi sanguine liberatos honora homines omnes. Decimam demum puerorum proprietatem sequendo, nullam formæ sexus personam incaute aspicias, libidinose ames aut appetas: siccirco in uisu sis custoditus, & noli circūspicere in plateis. In ecclesijs etiam & in diuinis obsequijs oculos cordis ad deum tene erectos, nec ea quæ distrahunt mentem, quæ uanitatem & leuitatem inducunt, attendas. Undecimo, cum pueris syncerus & simplex, ab omni dolo & fraudulentiæ alienus, ab omni fictione, simulatione, duplicitate, hypocrisis expers, esto uerax in uerbis, in promissis fidelis, in locutionibus moderatus. Etenim os quod mœtatur, occidit animam

1. Timo. 4
Tir. 2
Mar. 11

Phil. 113

Iob. 31

Philip. 4
Phil. 99

Eccli. 30
Eccli. 14

Leui. 19
Rom. 12

Sep. 1

IESV ET PVERI DIALOGVS.

359

animam: & sicut urbs patens & absque muro ambitu, ita homo qui non potest in loquendo prohibere spiritum suum. Qui autem sophistice loquitur, odibilis est. Simulatores quoque & callidi prouocant contra se iram dei. Sed & contra hypocrisim in euangelio specialissime ac terribilissime sum locutus. Duodecimo, ad similitudinem puerorum patribus tuis & prælatibus, magistris ac doctoribus esto obediens, imò & gratus: siquidem deo, magistris ac parentibus non potest reddi æquiualens. Obedia uero in pueris & iuuenibus præcipue commendatur, atque ut scriptum est Regum primo, melior est obedientia quam uictima: imò quasi idololatriæ scelus est acquiescere nollet: & anima quæ per superbiam aut contumaciã uel rebellionem aliquid commiserit, de populo suo peribit. Tertio decimo cum pueris bonis uirgam time, & sic malum deuota: Quod si culpabilis fueris, disciplinã æquanimiter suscipe, correptionem & correctionem amplectere, nec te ipsum incaute excuses, sed maioris tuorum iudicio acquiesce, con filijsque consenti & mandatis obtempera. Sicque quod Salomon docuit, imple: Fili mi inquit, disciplinã dñi ne abicias, & ne deficias cum ab eo corripieris: Quæ enim diligit dñs, corrigit. Qui autem corripientem se dura ceruice contemnit, repentinus ei supueniet interitus: qui uero acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Quarto decimo, ex plo puerorum disce nõ iudicare nec spernere quenquam insipienter, sed potius proprijs culpis defectuositatibusque rite ac pöderose pensatis, te ipsum aspernari, desistere, dijudicare ac humiliare in oibus. Nihilominus iniquos, carnales, ambiciosos & uanos seculi amatores, secudum tales sunt, potes in gñali infestatos ac miseros iudicare, sicut de uiro iusto in psalmo asseritur: Ad nihil de ductus est in cõspectu eius malignus: quatenus talium uitia magis abhorreas, nec huic seculo conformeris, certus quod deus oipotens dissipet ossa eorum qui hoibus placent. Propter quod differuit apertus: An quero hominibus placere? Si adhuc hoibus placere Christi seruis non esse. Quinto decimo demum puerorum proprietatem sic imitare, ut quotidie fatagas splendori scientiæ, uirtutũ munditiæ, interiori profectui uehementius propinquare, ad pfectiora descendere, neque innatã capacitatem & habilitatem ac inclinationem ad sapientiam lucem & spiritalẽ profectum per opa tenebrarum & habitus uitiosos inquinametasque carnis diminuas, lædas, obsecures: imò per lumina gratiæ ac uirtutũ, per dona spūs sancti, per uirtutũ munditiã auge, orna ac perfice. PVER. O dñe quæ cõpeditose ac gratiose modo me docuisti qualiter laudabiles puerorum proprietates debeam meritorie sequi, & per gratiã has formare atque in melius cõmutare. Hinc super hac informatione toto tibi regrator corde, & iuxta exhortationes præhabitas, ad seruiendum tibi pfecte, intendo nunc firmiter religionem seu deuotã cõgregationem fratrum intrare: deprecor ut nunc cõpendiose me edocere digneris, quæ tibi ualeat tibi efficacia ministerare, citiusque proficere, & tibi cõplacitius uiuere, ac uerã pfectionem cõpeditosius adipisci. IESVS. Haberi dabit & abundabit: quoniam itaque admonitionibus & doctrinis nunc introductis obtemperare paratus consistis, huic tuæ salubri ac sapientiali petitioni satisfacere nõ tar dabo.

Sep. 1
Eccli. 37
Iob. 35

1. Reg. 15

Prouerb. 11

Prouerb. 2

Prouerb. 26

Psal. 14

Rom. 12

Psal. 52

Mat. 13

Lu. 15

Articulus IX. Qualiter in religione & scã cõgregatione possit quæ cõpendiosius proficere & ad pfectionem ptingere. IESVS. In primis agnosce, quod mater, auriga, directio ac magistra uirtutum extat discretio, quæ docet in omnibus modum seruire, ordinate procedere, ac media ad finem recte dirigere, ut unumquodque agendum agatur suo loco ac tẽpore, recta intentione ac moderate. Sic itaque cum discretione oia age, & secundum exigentiã ac tenorem religionis seu uocationis quam assumpseris, digne deo uiuere stude. Denique quia in primis agendum est ad quod homo tenetur, ad hoc ab initio conuersionis præcipue stude, ut ea ad que teneris, quotidie magis reuerenter ac deuote, magis attente, seruide ac pfecte efficias, nec ex cõsuetudine agendi superficialius, cursorius, intimatorius facias ea, sed quo frequentius eo seruentius. Sic igitur peculiãres & priuatas orationes cum grandi studio deuotione effundere & offerre, ut in primis sollicitus sis horas canonicas & horas de domina cum omni attentione, custodia & seruire persoluere: sic & cum sacerdos extiteris, satage omni die magis pfecte, reuerenter, pure ac contemplatiue celebrare celebrationis interesse. Rursus, quoniam tria deo sollemniter in monastica professione uouentur, uidelicet paupertas, castitas, obedientia, quorum maior est obedientia, hæc uota ab exordio usque in finem fideliter imple, obedientiam specialissime. Insuper quia in claustro & congregatione deuota construenda est machina magna uirtutum, turris perfectionis, sapientiæ domus, ualde necesse est machinam istam habere firmam, profundam ac stabile fundamentum, quod utique est sancta, præclara & profunda humilitas ac dei timor salubris & ingens. Ecce quo affectuosius cupis proficere, cõpeditosius perficere, gloriosius coronari, tanto in primis humilior ac timorator in deum

nentes

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

nenter esse cura, conare, perfiste nec ullū unq̄ statum elationis uanæ gloriæ motum pericu-
losæ ac stultæ securitatis, blandimentum, susurrum ue admittas: imò in hoc saluberrimo
fundamēto quotidie stabiliti ac roborari festines ac enitaris. Deniq̄ hoc agnosce, q̄ cū cha-
ritas sit summa & præclarissima uirtus, in cuius actu consistit humana perfectio: hinc non
solum diuinæ præcepta cuncta, sed uniuersa quoq̄ euāgelica consilia ordinantur ac tendū-
ad hoc, q̄ præceptum illud charitatis diuinæ quo deus iubetur diligi toto corde, tota men-
te totaq̄ anima & fortitudine tota, impleatur perfecte, prout in uita præsentis existit possibi-
le. Hinc omnia exercitia tua & opera ad diuinæ dilectionis quotidianū assiduūq̄ profectū
ac ueram eius perfectionem refer ac ordina: quod qualiter sit agēdum, alio tēpore discēs.
Amplius quoniam animæ passiones, nisi diligenter reprimant ac fortiter refrenentur, cha-
ritatis profectum impediunt, imò & ipsam prorsus tollunt aut multum debilitant, oportet
te uigilantissime passionum refrenationi, affectionum reformationi sensitiuæq̄ partis ordi-
nationi intendere, ut sit caro subiecta spiritui, sensualitas rationi, ratio deo, sicq̄ omnia sint
ordinata & simplificada in te. Porro passiones animæ per uirtutes refrenantur ac moderantur
morales, ut ira per mitatem, tristitia per patientiā, concupiscentia per castitatem, gula per
sobrietatem, sicq̄ de cæteris. His igitur stude uirtutibus & profectui ac perfectioni earum.
Præterea noueris, q̄ sicut charitas dei origo & causa est omnis boni, sic priuatus ac impro-
bus amor sui, origo & causa est mali. Per eandem aut charitatem habitualement diligat homo
deum & seipsum ac cætera quæ ex charitate sunt diligenda: quoniam bonitas dei altissima
est causa & ratio diligendi cætera omnia. Vt ergo breui compendio in omni crescas uirtute,
uirtutumq̄ apicem atq̄ monasticam perfectionem celeriter apprehendas, dilige teipsum
sincere ac solum in deo. Hoc aut est seipsum in deo solum ac sincere diligere, ipsum domi-
num deum super omnia desiderare, & cuncta quæ sibi necessaria siue accommoda sunt, ad
complacendum deo, ad unionem cum ipso ad perfectam dilectionem ipsius, ad obtinendū
beatificam eius fructuionem cordialiter affectare, libet̄ suscipere, patienter ac gaudenter
perferre, ut puta aspera & aduersa, carnis castigationem, suū ipsius humiliationem, increpa-
tionem, correctionem, obprobria & contemptus, moderatum ac sobrium uictum, abstinen-
tias, ieiunia, uigilias, disciplinam, solitudinem, silentium, per uigilem ac frequentem conscie-
tiæ discussione. Istud est seipsum salubriter mortificare, uictoraliter superare, strenue abne-
gare. Qui ista impleuerit in aduersitate, persecutione, infirmitate, accusatione, deiectione,
erit tranquillus & gaudet̄ in deo ac gratias ei agens. In his cætera uirtualiter continent, ut
esse obsequiosum, pacificū, exēplarem. PVER. Ista d̄ dñe terrent me, & ardua nimis uident,
presertim cū homo naturaliter amet seipsum ac sui honorem, suis quoq̄ resistat contrarijs.
IESVS. Quodāmodo uestris dicis: Nā & arta est uia salutis, & Psalmista loquit̄ deo: Propter
uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Paulus quoq̄ fatetur: Per multas tribulatio-
nes oportet nos intrare in regnū cælorum. Sed & ego proprio ore testatus sum: Regnum cœ-
lorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nihilominus uestris est quod denuofassus sum. Ve-
nite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meū su-
per uos: iugum enim meum suauē est, & onus meum leue. Vestr̄ idem iugū & iter salutis quod
laboriosum ac durum est pusillis & imperfectis seruiliterq̄ timentibus & incipientibus, in
quibus fortiter remanēt in dultorū reliquijs uitijs, ut puta p̄nitas ad peccandū inclinatioq̄,
peccādi ex usu priorū, atq̄ debilitas resistendi peccatis ac tētamētis, mitefcit, dulcescit, ac
leue efficit̄ seruent̄ amantibus & perfectis, & q̄ dulcis sit deus gustātibus, strenue quoq̄
proficientibus. Deniq̄ quia ad supernaturalem beatitudinem creatus est homo, supernatu-
ralem contuli ei legem, ut medium fini proportionetur: & ne de difficultate implendi hęc
legem causetur, supernaturalia auxilia adimplēdi eandem donauit hominibus, ut puta cha-
riſſimata gratias, uirtutes inſulas, dona spiritus sancti, cōsolatiōes internas, exēpla sanctoꝝ
illuminationes supernas, cōtēplationes cœlestes, ac uarias futuræ felicitatis prælibationes.
Hęc omnia adhuc indefinenter paratus sum tibi & cunctis ea poscētibus, scēq̄ ad ea præpa-
rantibus, quod in ipsis est faciendo largiri: imò & frequēter non rogatus pruenio. Verum
tamen scito, q̄ nullum uitium proprie loquendo sit naturale, præsertim quo ad statum na-
turæ institutæ: ac integræ, quāuis quo ad statum naturæ corruptæ, uitium aliquo modo na-
turale dicatur: sed hoc plenius explanare, alterius est speculationis. Porro id quæro à te, ut
dicas in quo putes hoc quod dixi de priuati amoris extirpatione, quod præcipue arduum
arbitraris, excedere ea ad quæ omnes Christiani tenentur. PVER. Nunquid omnes fideles
tenentur obprobria & contemptus æquanimiter tolerare, in aduersis gaudere, iniurias gra-

Exod. 10
Deut. 6
Mar. 22
Luc. 19

Mat. 7
Phil. 16
Act. 14
Mar. 4
Luc. 18

IESV ET PVERI DIALOGVS.

tis dimittere, scēq̄ in oibus humiliare, & malle subesse q̄ præesse: IESVS. Nōne in euāgelio lo-
quor: beati estis cū male dixerint uobis hoies & p̄secuti uos fuerint, & dixerint omne malū ad-
uersum uos mētientes, p̄pter me. Gaudete in illa hora & exultate, qm̄ merces uſra copiosa est
in cœlis. Itēq̄: Diligite inimicos uſros, b̄ſfacite his q̄ oderūt uos, & orate pro p̄ſequentibus &
calūniantibus uos. PVER. Ista & cōſimilia putamus esse cōſilia, nō p̄cepta. IESVS. Nescis q̄
odiu sit mortale p̄ctm̄, nec simul cū charitate poſſitneſſe? Nō igit̄ licet alicui queſq̄ ſuis inimi-
cū diſſe, p̄ſertim cū rursus p̄ceperim: Dimitte ſi qd̄ habetis ad uerſus aliquē, ut & pater ue-
ſter cœleſtis dimittat uobis p̄ctā ueſtra. Quod ſi nō dimiſeritis, nec pater ueſter celeſtis dimit-
ter uobis. Deniq̄, nō religioſis duntaxat ſed & uniuerſis chriſtifiſidelibus ſcripſit ḡn̄alis, ſumm̄
ac plenius uicarius meus archiapoſtolus Petrus. Hęc eſt gr̄a, ſi propter cōſcientiā dei ſuſtinet̄
quis triſtitias patiēſ iniuſte. Quæ eſt em̄ gr̄a, ſi peccātes & colophizati ſuffertis: ſi aut̄ b̄ſfa-
cientes ſuſtinetis, hęc eſt gr̄a apud deū. In hoc em̄ uocati eſtis. Eſtote unanimes, cōpatientes
fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti humiles, nō reddētes malū pro malo, ſed cōtra-
rio b̄n̄dicētes, q̄a in hoc eſtis uocati. Multa his ſimilia ſcribit uniuerſis ſi delibus ap̄ſtus Paulus,
PVER. Omī dñe, q̄ pauci ſaluam ſi ad hęc cuncti tenent̄ credētes. IESVS. Nescis q̄ in euāgelio
dixit: O q̄ anguſta porta & arta uia q̄ ducit ad uitā, & pauci inueniūt̄ eā: PVER. Vt uideo peri-
culoſum eſt manere in ſeculo. IESVS. Plane ſic eſt: attamē præinducta altiori mō ſp̄cēt̄ ad re-
ligioſos q̄ ad ſeculares: nihilomin̄ in hoc miſerabiliſſimo ſtatu ecclēſiæ, in q̄ in ſuperiorib̄ & pla-
tis pauca ac nulla eſt obſeruantia p̄ceptoꝝ cœleſtiū, decretoꝝ q̄q̄ ac canonū patrū ſanctoꝝ,
periculoſiſſimū eſt in ſeculo remanere. Nēpe ſi cæcus cæco ducatū p̄beat, ambo in foueam
cadūt: quāq̄ paſtor ſummus, deus oipotēs, ouē prædeſtinatā nō deſerat. PVER. Ecce mi dñe
ego iā prætoſum hunc mudū inueni dū relinq̄re, & ſanctā religioē ſeu deuote fraternitatis
cōgregationē intrare, atq̄ de omni hac tua gratioſa inſtructione ac pia allocutione totis tibi
p̄cor dñs gratias ago. Tantū tibi iugiter mecū gratia tua. IESVS. Ego qd̄ in me eſt facere, nō
deſiſſi. Tu uero in deſicēter eſto ſollicitus, cuſtoditus ac timoratus, in charitate proficiēs, ad
laudē & gloriā oipotētis, q̄ eſt ſup̄ oia deus ſublimis & benedictus, Amen. FINIS.

Mat. 5
Luc. 6
Mat. 5
Luc. 6
1. Pet. 2
1. Pet. 3
Roma. 15
Philip. 4

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, EPISTOLA ET REVELATIO MISSA EXECVTO-
ribus testamenti uenerabilis piæ memorię dñi ac magistri Iohānis de Louanio, utriuſq̄
iuris doctoris eximij, ſepulti in medio choro Carthuſiē, in Ruremunda.



Nimam cooperari ſaluationi, atq̄ diuini cultus augmento intēdere, pro ſalutē.
Ruerēdi ac præ dilecti dñi & magiſtri, aliqd̄ ſapiētis ueſtre inſinuare cōpellor,
qd̄ quātū in me eſt, abſcōdere mallē, niſi amor dei ac proximi, ſingularisq̄ ratio
inſra tãgēda, cōmiſſio q̄q̄ uenerabilis Prioris noſtri aliud efflaguaret. Vestr̄ qm̄
qd̄ ſcripturus ſum, poſſet alicui fortaffe in dubiū uerti, res ipſa articulatim cir-
cuſtationaliterq̄ promēda eſt, ſigna inſup̄ credulitatis ad dēda cenſent̄. Sed ueſtor ne uanitā-
tis arguar̄ occulta pandēdo, cū ſc̄ias teſteſ. Secretū meū mihi. Nihilominus animar̄ qd̄ loquit̄
Chriſtus: Quæ auditis in aure prædicatē ſup̄ tēctā. Deniq̄ iuxta doctōres, dona gratiæ gr̄a-
tis data: ad alioꝝ utilitatē danſ & ordināſ, proteſtātē Aplo: Vnicuiq̄ dat̄ manifeſtatio ſp̄us ad
utilitatē. Sed & dona huiuſmodi bonis malisq̄ cōmuniā ſunt, cū & propheticā gr̄a data ſit Ba-
laam, apoſtolatusq̄ Iudę, ad duodecim eloquēte: Nōne uos duodecim elegi, & unus ex uobis
diabolus eſt: Itaq̄ nō ſunt ſemp̄ meliores in q̄bus h̄m̄oi gr̄e magis abundāt, p̄ſertim cū de be-
atiſſimo Iohāne, q̄ ut Chriſt̄ diſſeruit, inter natos mulierū maior nō ſurrexit, in euāgelio ſcriptū
ſit Iohānes qd̄ ſignū nullū ſecit. Hęc iccirco tetigerim, ne uidear iactare meipſum, atq̄ hoc
ipſo ſidē conſtituere me in dignū, ſicq̄ intentū fruſtr̄ effectū. Præterea quæ narraſbo, poterā
quidē in tertia p̄ſona quaſi de alio recitare, qd̄ maiorē plane humilitatē prætereret: ſicq̄ egif-
ſem, ſi hoc æque certitudinē roboraret ſed qm̄ uifa auditis ſunt certiora, & p̄ſonaliter quæ q̄s
p̄ſonaliter uider̄ multo utiq̄ certius refer̄ q̄ quæ relatione didicit alioꝝ, hinc clariffime loq̄r̄,
teſtēq̄ in uoco eum q̄ per Ieremiā eſſat: Ego ſum iudex & teſtis: de q̄ itē ſct̄us Iob̄: Ecce, inq̄r̄,
in cœlo eſt teſtis meus, & cōſcius meus in excelsis. Itaq̄ materia deſcribēda eſt iſta: In medio
thori noſtri, ut ſc̄itis, iacet ſepultus piæ memoriæ magiſter Iohānes de Louanio, iamq̄ tēpus
quinq̄ annoꝝ effluxit, ex quo de ſeculo hoc emigrauit. Porro tribus annis à die ſui obit̄ euo-
lutiā

1. Jo. 14
Mat. 10
1. Cor. 12
Nume. 12
Iohan. 6
Mat. 11
Hier. 19
Job. 6

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

luis, dñ in die anniuersarij ei⁹ officij defunctorꝝ in choro nostro legeret. p. eo, cōtigit qd sub-
iūgo: In matutinali officio cū profato magistro Iohāne legerem parte ultimā officij defun-
ctorꝝ quā Exultabūt uocamus, iāq; cāticū Zacharię. Bñ dñctus dñs deus Israēl, esset inceptū, re-
pente uidi in plena uigilia corporalibus oculis ignē grandē, horribilē, instar feretri formatū,
spissū & rebeū sup magistri Iohānis sepulchrū qđ de aere uenientē, & circa ac extra fenestrā
uitreā mihi tūc directē oppositā, atq; ad latus predicti sepulchri in pariete alte sitā apparentē,
Quo igne uiso admirās, imō aliq̄lter territus dixi fratri tūc ppe me stāti: Vide, uide: qđ oculos
erigēte, nec quicq; eius qđ sibi ondi uidentē, mox intellexi mysteriū latere, illūq; ignē signare
supplicij qđ p̄fati magistri spūstorqueret. Māst demū ignis ille in loco p̄scripto fixus nō
multū diu, sed tanto circiter tēpore, qđ unus psalmus mediocriter lōgus posset p̄ferri, & subito
ex oculis euauit admirantis. Finitis matutinis nō parē afficiebar, alterabar & flebā, nil tamen
certi cognoui an p̄gnarrati magistri aīa esset dānata, an remediabilibus deputata tormētis: &
inter hęc duo fluctuabāt, nēpe ex una parte oriebat mihi spes bona, qđ hñoi apparitiones ta-
liter factę solent qđ boni portē dere: ex alia parte uerēbar oppositū, attendēdo pluralitē be-
neficiōꝝ, practicas, pecunias p̄ inducti defuncti. Vnde nō multo plus qđ ante pro p̄fato
defuncto orauī, qđ nil certi cognoui, qđ a prima die quo apud nos fuit sepultus, pro ipso ora-
re nusq; cessauerim: & hęc fortassis una causā est, cur mihi p̄ ceteris fratrib⁹ meis me mul-
to melioribus sunt ostēsa. At uero anno sequēti immediate post annum qđ qđ retuli uidi, rursus
eadē hora qua supra cū p̄narratū officij pro p̄fato defuncto legeremus, uidi quasi spe-
cie ignis circa fenestrā p̄dictę fenestrę proximā, atq; altari qđ corpus saluatoris reuerat ma-
gis propinquā, istius ignis species a p̄fato igne uidebat differre, qđ p̄ modū albę & tenuis
flāmę apparuit. Sed ex hac apparitiōe denuo nil certi cognoui, nisi qđ plus qđ ante sperari de
meliori, qđ itē p̄na dicti magistri esset nō minime mitigata. Postremo, hoc anno eadē hora qđ
& ante, cū pro p̄fato defuncto pars officij defunctorꝝ p̄nominata inciperet, accidit
mihi aliqd plus qđ duo superius recitata, qđ utiq; inuitissime, imō pro nulla re panderē, nisi ma-
gnitudo causę exigeret, ipsaq; res salutē cōcerneret aīay, & potissime qđ hñoi reuelationes
fieri solent ut manifestent. Itaq; cū candelę accēse dicti defuncti supponerent sepulchro, in-
ciperetq; psalmus, Miserere mei deus, statim recordabar defuncti p̄fati, pponēs oculos ad
p̄fata loca dirigere, si forte itē: qđ uiderē: uixq; hoc ipsum mēte cōcepi, & ecce subito ue-
ni ad tantā mētis alienationē & abstractionē, qđ simile uel æq̄le caro cōtigit mihi: Tantā qđē,
qđ nec oculos aperire, nec cū ceteris uerba psalmodię p̄ferre, nec ut aliq; sup pedes stare uale-
bā: uñ nec exterioribus oculis quicq; ut ante uidebā, sed nec imaginariā hñoi uisionē, sed in-
tellectuālē dūtaxat. In qua utiq; plus qđ scribere queo aut audeo, sup benignissimus deus mihi
suo idignissimo seruulo ostēdebat, p̄sertim qđ subtilia, imp̄ferabilia & occulta sunt ei⁹ iudicia,
maximāq; mihi infudit de p̄dicti magistri Iohannis saluatione, i. nō dānatione fidutiā, & qđ
p̄missū esset fideliter ac instāter orare pro ipso: qđ etiā negligēter ac dānabiliter, imō & infideliter
se haberēt executores testamēti p̄dicti magistri, nō exponēdo debito modo eius pecunias
ad aīę eius salutē. Pręterea id cognoui, qđ utiq; multa bona puncta in p̄fato magistro fue-
rūt, qđq; delectationibus gustus & tactus instar multorꝝ, nō fuerit de ditus, sed laboriosus in li-
bris ac plurimū studiosus, cōmune bonū ecclesię diligēs ac pmouere desiderās, pecunias etiā
suas ad spiritalia ordinās. Hinc deus, cui⁹ iudicia abyssus multa, uolēs p̄fato misereri magistro,
priuauit eū in hoc mūdo honore disposito ac statu magnifico, ad qđ p̄fatus magister aliq; nō
parē culpabiliter ut timendū est, aspirauit. Insup tulit eū de medio, & ut cōfiderē dicere
possum, deus sublimis, bñ dñctus, sapiēs in finiteq; bon⁹ ex sua immēsa clemētia de ditō ma-
gistro in ultima sua ægritudine gratiā uerę cōtritionis: & sicut ante tardissimus sui ad hoc cre-
dendū, ita nūc firmissime credo & teneo. Nec tamē ob hoc quisq; pluralitate bñficiōꝝ gaudē
pecuniarūq; thesauros colligēs, uana imoderataq; spe fallat se ipsū, cū scriptū sit: Nihil iniquo
qđ amare pecuniā: Avaro nihil sceleratius, hic em aīam suā habet uenale. Amplius, una hirudo
nō facit uerū: Nec paucorꝝ priuilegia in regulā sunt trahēda. Hęc uenerādi dñi uestris reuerē-
tiss scripsi, qm̄ executores dicti magistri & c. habeatis uos charitatiue, pie ac diligēter, quā ad-
modū ipse etiā moriēs cōfidebat de uobis, defuncti p̄cipui estis & c. Deinde hortabat in epl
stola frater Dionysius, p̄sertim ut cū effectu intēderēt executioni de fundatione ac dotatione
monasterij in honore beatissimi Hieronymi in tra oppidū Ruremū de hñ. & edificandi iuxta mētē
ac ultimā uoluntatē ipsius testatoris, qđ & postea citius curauerūt adimplere, monasteriū re-
gulariū cōstruētēs ad honore gloriosi Hieronymi presbyteri ac p̄nitentiā uita p̄clarī pri-
uicerni, ipsiq; fratri Dionysio pro sua admonitiōe ipsis sic facta gr̄as immēsas reddiderūt.

F I N I S.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHUSIANI, DE REFORMATIONE CLAV-
stralium Liber Vnus, ac alia quędam ad uitam mona-
sticam potissimum pertinentia.



Regnum mundi & omnē ornatum seculi contempsi propter amorem domi-
ni mei Iesu Christi. Quem uidi, quem amauī, in quem credidi, quem dilexi.
& Dimissa sunt ei peccata multa, Quoniam dilexit multū. Orator
Largire nobis domine clementissime pater, quod sicut beata Maria Magdale-
na dominum nostrum IESVM Christum super omnia diligendo, suorum
obtinuit ueniam peccaminum: ita nobis apud tuam misericordiam, sempiter-
nam impetret beatitudinem.

PPP Vene-

Pfal. 17

Pfal. 171

Eccl. 10
Ibidem.

Venerabili ac religioso patri, D. Petro Vassoris, dom^o Carthusianorū in Valle Regali prope Gandauū Pri-
ri, atq; prouincia Theutonig moderatori ac uisitati praecepto, F. Theodorici Loer à Stra-
tis, dom^o Colonieſis eiusdē ordinis monach^o & humilis Vicari^o, ppetuā felicitatē.



HAVD obsecrum tibi est uir praclarissime, q; nedū plurimus in D. Dionysii nostri erudi-
tionem adfectus me huc pellexerit, ut optatē opera illius omnibus cōmunicanda, uen-
eriam multorū honestissimis suasionibus, imō patrū nostri g'nalīs Capituli decreto com-
muni eō adactus sum, quatenus hanc prouinciā euulgandorū librōrū subirem. Licet autē
tem hic non ignorauerim me ingenio & doctrina plurimus, imō ferme omnibus nostris
professionis uiris eruditissimis inferiorē, quibus huius nostri p'ris exornandi facultas po-
tius demāanda erat q̄ mihi, ut opera eius exquisitiora & cultiora in lucē edēda studijs & laboribus eni-
terentur, malui tū ego in hac parte experiri uires meas, q̄ inanes prætendere excusationes, sperans eū mi-
hi in tam sancto opere non defuturū, cuius spūs instinctu actum credo, ut hoc munus mihi, licet omni-
um minimo cōmitteretur: ceu deus in hac re stulta mūdi eligere uoluisset, ut sapientes quosdā confunde-
ret, q̄ minus ad tā piū opus affectū uideri poterāt. Ego interim multa fiducia huius negotij labores susce-
pturus, satis rebar esse, si praclarorū theologorū ac phīa utriusq; professorū, praesidio, his libris lucē excipi-
endi abs me occasio praefaret, etiā si sub opere succūberem: nihil subdubitās, quin & nri ordinis p'cepta
manū labrū porrecturi essent, ut & ipsi pios meos conatus pro sua uirtuti iuuaret, q̄ cerneret me huius
negotio licet bene affectū, minus tū sufficere nē, scietes se in hoc haud paruū deo prestare obsequiū, & ubi
dies peruersorū huius ferrei seculi haereticorū libri in uulgu spargūtur, q̄bus simplicibus & minus cauta
imponat, adeo ut à Chrīana etiā religione detrearetur & deturbetur. Ipsi interim unā eduerso insurgētes
opponamus nos murū pro domo Israhel, quaten^o libros sanctae eruditionis, & ex q̄bus oēs in fide bonitq;
morib^o institui poterūt, atq; in uita Chrīana & sanctae R. o. ecclesiae unitate corroborari, oibus legēdos ex-
ponamus, hac spe fretus, cepti profecto nō segniter agere, ut p'ter cōmentarios ips^o auctoris in sacra li-
teras, q̄ passim multi excudūtur, minorū operū eius certos collegerim Tomos, in q̄bus oīs generis doctri-
nam saluberrimā p̄i quicq; lectores offendēt, & potissime eā quae ad salutiferā nostrae fidei rationem spe-
ctat & toti^o humanae uitae institutionē, ut utriusq; Tomi elēchus habet, & opa ipsa ostēdent. Qui libri
si his legēdi sint, q̄ ex eis meliores fieri poterint, & imō tū ex eis nō pauca tibi q̄ gratia fore, potissimum
De statu monastico & regulari, illiusq; formatione, deformatione & reformatione. Cuiusmodi est liber
un^o de Claustraliū reformatione, itē alius p̄cipue, Quō moniales ad pristinae obseruatiōe uitā reducendū
sunt. Praeterea de iudiciā corripēdi q̄ ordine. Insup de exēplis ac documētis auctōriū, demū de laudib^o
nostrī ordinis Carthusiensis. Itē de uita solitaria, rursum de uita & sine solitarij amplij^o de uita inclusae & re-
tationū remedijs. Quāuis autē null^o tāti patris liber sit spernēda auctoritas, neq; q̄ doctissimis cōmū
mauissimisq; theologis probetur oēs, puraui tū hocce forsā magis ad tuū facere animū, quatenus (uelut
in parocmia dicit) tractēt fabrilis fabri, tu religiosorū antistes malis de regulari disciplina legere, q̄ in te
expus sis arq; alios docueris. Quid em̄ tibi gratius esse poterit q̄ hęc doctrina, quā nedū ante multos iam
annos amplexus es, sed & adeo in ea p̄fecisti, ut uita & exēplo cōprobaueris te ceteris nri instituti mona-
chis iure optimo lōge praefereudū. quāobrē diuina grā actū sit, ut digne factus cēseris tu caput uir^o pro-
uincia, eū multis iā annis ad dei honorē nrae religionis profectū cū digna laude rexitit, & adeo qdē, ut
ne purē eloquentissimū licet praconē uerbis allequi posse quae in laude tuā dicēda erāt. Quāuis itaq; tri-
pū sit, Ne laudaueris utiq; in uita sua, nō possum tū penitus subtricare, quin obiter alios cōmonefaciā lau-
dabilissimae uirae uirae, quatenus auditis opib^o uis bonis, glorificēt patre nri qui in caelis est, & operari
terris hac oia quae sūt in oibus ad gloriā & honorē nris sui altissimi. Quis equidē homo profan^o audita
te uir^o ex imitae uirtutis, oigenatē eruditione praeditū, illusterrimi principis Philippi archiducis Austriae, p̄-
gisq; postmodū Castelle, genitoris Caroli semp. Augusti Romanorū imperatoris nostri, hoc noīe V. olim p̄-
dagogū & praepetore domesticū, p̄p̄is seculi pariter & diuicis atq; delicis uirtutibus spreis, horridā pau-
peretate delēgisse uita, nō aiabitur ut eligat in domo dñi magis esse, q̄ habitare in tabernaculis p̄fectorū. Audi-
entes q̄q; monachi ordinis nri, quāta tuis exēpla p̄bueris in Valle Regali prope Gandauū, ubi instituta nra
cōplexus, sicuti in cerna sup. candelabrū posita emicuitit, & mulabūt te cuestigio. Si q̄ppe religione nri
spectes, nemo te uno de uotior & cōpunctior corde, atq; diuinoq; feruētior cōtēplator: si urbanitatē so-
ris, nihil bonorū morū in te desiderari poterit, qui oib^o amabilis, cūctisq; admirabilis uideat. Vnde actū
est ut mox ubi sedes Priorat^o uacasset, unanimi cōsensu te unū sibi monachi p̄fecissent Priorē ac prelatū,
humilē, pudicū, castū, modestū, oīsq; uirtutis exēplar. Vix inter hęc uideo q̄ uerissima sit Chrī regula, nos
apud deū & hoies exalēdos, q̄ se humiliauerint in oib^o. Nā ubi tu in hac p̄fectura remetipsum ita geris,
ac tibi unī à sapiēte dicit^o sit: Quāto maior es, humiliā te in oibus. En uir ad sublimia nat^o, in sublime etiā
inuitus raperis. Porro q̄ in paucos fuisse fidelis, unicā gubernādo domū, sup. multa cōstitutus es: nepe in ca-
put & praecipuū prouincia totius moderatorē fact^o, eo q̄ talentū tibi creditū nō sub terra foderis, sed cū
uifera retuleris, eo q̄ attendens gregi, in q̄ te spūllantus posuit gubernatorē, officij tācum cū laude exol-
ueris. Te q̄ proinde cūcti q̄q; multa obseruatiā suspiciūt patrē unice colendū & amandū. Nā in hanc uisq;
tuā canitē uenerandā, gratēq; decrepitā tāto ueris gubernaculoq; moderamine, ut cū Paulo cēserat oib^o
bus oia fact^o: q̄ est utriusq; sit necessariū, teste Au. Augustino, magis tū amari optas à subditis q̄ timeri, ita
tū qd uirga discipline tuę sit uirga cgratis. Sed q̄ rapior in tuis laudibus q̄ quidē nri Dionysii libros com-
mendādos in sumptū, potissimū duos hocce operū minorū Tomos, in quos tū q̄ nō oia minora opa co-
gere potuimus, nisi in immēsum in tractabileq; ex cōferece debuisset opus, nō pauca tertio referuimus
Tomo, opportune edēda, modō deus cōcepta nra secūdet, ne uel tēpus, uel etiā facultas q̄ min^o fiat in cas-
sa sit. In qua re tu pater oim praclarissime, plurimū mihi interpellādas eras, ut tuo p̄cinoio op^o tā factū
& utile ad finē urgeat, qui undiq; nedū potēssimis amicis stipat^o secularib^o & moderator p̄uicū uir^o
praecipua, sed & patri nro reuerēdo nō immerito oim charissimus, facile poteris quicq; uelis. Dñs Iesus
V.P.T. q̄ diuinitissime tue ac in columē, cui me totū dedico, Colonig ex monasterio nro, natali S. Barbae. 1571
D. Diony

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE REFORMATIONE CLAUSTRALIVM.
LIBER VNVS.
PRAEFATIO.



MNIA HONESTE ET SECVNDVM OR-
dinem fiant in uobis. Quemadmodum ait beatus Isido-
rus, honestum dicitur quasi status honoris, honor autem
debetur uirtuti: iccirco honestum uocatur, quod honore
est dignum. Ex hoc sanctus Thomas Secunda secundae
quæstione concludit, q̄ omne uirtuosum sit honestum.
Hortatur ergo diuinus Apostolus, ut omnia nostra fiant
honeste, id est, uirtuose, quatenus uniuersa quæ agimus,
procedant ex diuino amore, ex uera deuotione, ex recta
& prouida ratione. Porro quod dicitur, secundum ordi-
nem, quamuis multipliciter possit exponi, tamen hoc lo-
co per ordinem intelligo obseruantiam regularem in cō-
uersatione claustrali, in qua omnia ordinatissime fieri de-
bent iuxta statuta & regulas patrum sanctorum. Propter quod claustralis religio antono-
matice dicitur ordo, ab ordinando: quoniam secundum ordinationes à patribus beatissi-
mis institutas, claustrales in omnibus uiuere habent, iuxta quod in prouerbijs Salomon lo-
quitur: Non transgre diaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Cōuersatio quip-
pe monastica debet omnino esse angelica. Propterea, sicut in angelis nullus angelicorum
spirituum aliquid agere praesumit ultra legem sibi diuinitus praestitam, ut libro de Ange-
lica Hierarchia seraphicus Dionysius scribit: Sic claustrales seu monachi contraregulam
sibi à patribus latam nil agere debent: Claustrum namq; à claudendo nomen sortitum est,
quoniam habitates in eo ab omni inordinatione mundana debent esse seclusi, atq; à secula-
rium inuolutionibus separati, tanquam in summi omnipotentisq; dei praesentia constituti,
& maiestati gloriae eius intenti, quemadmodum anagogicus ille Dauid de eis cecinit deo:
Abscōdes, inquires, eos in abscondito uultus tui à conturbatione hominum. Proteges eos
in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Itaq; quāuis ad omnem Christianum per-
tinet honeste & ordinate se in cunctis habere, secundum euangelicā legem ac diuina pra-
cepta uiuendo, istud nihilominus tanto singularius atque sublimius ad monachos spectat,
quanto ex sua professione ad plura & altiora ac perfectiora tenentur. Vt enim quinto Ec-
clesiasticę hierarchiæ capite Dionysius tangit, monachi à quibusdam per excellentiam cul-
tores & famuli dei uocantur, quia se totos ad diuina obligauerūt obsequia. Hęc procemia-
liter tacta sint: nunc uero causam scripti huius breuiter tangam. Complacuit namq; pater-
nitati tuæ reuerende domine pater, quifamosi atq; in temporalibus opulentissimi cenobij
abbas es, ut de concernentibus reformationem uitae claustralis, quae in monasterio tuo in
aliquibus uideretur collapsa, aliqua tuae prouidentiae scribam: quod libens & letus ac cepto
atq; incipio, immensam adorandi paraclēti pietatem exorās, ut me taliter scribere praestet,
ea quoq; quae scripsero cordi tuo sic sapere cōnet, quatenus tam praecleari cenobij reformatio
concupita adimplatur effectum.

Articulus primus. Qualis debeat esse conuersatio monachorum.

Christus in euangelio ait: Estote perfecti, sicut & pater uester cōlestis perfectus
est. Denique, perfectio hominis in actu uirtutum consistit. Cum igitur uniuersa-
rum uirtutum imperatrix, uerex imō & finis sit charitas dei, dicente Apostolo:
Finis precepti est charitas de corde puro. Et rursus: Plenitudo legis est dilectio.
Item quae si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, nihil
sum. Vnde & ipsemet Christus testatur: Primum & maximum mandatum est, diliges de-
um tuum ex toto corde tuo &c. Hinc perfectio uitae humanae in actu diuinae cha-
ritatis essentialiter sita est, utputa in actuali dilectione dei, imō realiter est ipsa dei dilectio
para, feruens & plena, quantum huic uitae existit possibile. Propterea uniuersa quae Chrī-
stus docuit, consuluit & praecipit, ad hoc finaliter ordinauit, ut deum toto corde, tota men-
te
PPP 2 te

1. Cor. 14

Prover. 14

Psalm. 30

monachi, cultores & famuli dei dicit

Mat. 5

1. Tim. 1
Rom. 15
1. Cor. 13

Mat. 22
Deut. 6
Mat. 22
Luc. 10
Gal. 3
Mat. 22

te, tota uirtute tota que anima diligamus. Vnde in Enchiridio Augustinus fatetur, quod omnium euangelicorum consiliorum & preceptorum finis est, ut preceptum illud altissimum de amando deum perfecte adimpleamus: Charitati namque diuinae aliqua directe & penitus contrariantur, & illa Christus per precepta prohibuit, ut sunt peccata mortalia: aliqua uero impediunt hominem a profectu seruioris & perfectione charitatis, ut sunt temporales diuitiae, carnales deliciae & mundani honores, uoluntatesque propriae, & de talibus euitandis, despiciendis & abiciens Christus dedit consilia. Quomodo ergo laicorum & secularium est omnia deuitare quae charitati contrariantur: sic religiosorum est cuncta fugere atque despiciere quae distrahant, impediunt seu elongant mentem a proficiendo in charitate diuina. Itaque monachorum est transitoria cuncta contemnere, & toto mentis conatu cum indefinente cordis custodia ad diuini amoris incrementum ac perfectionem ascendere, ad coelestem contemplationem oculos interiores erigere, omnem animae affectionem in deo simpliciter ac fingere. Hinc quinto capite Ecclesiasticae hierarchiae Dionysius asserit: In monachis esse debet sollicitudo interna, pro proprii cordis pura & incessanti custodia, mentisque eleuatio ad superna: Quia ipsorum est deo semper uniri, & corde ad coelestia adunari, ut ad nihil terrenum inclinetur affectus eorum: ab omnibus enim carnalibus appetitibus debent esse purgati, quoniam omnibus secularibus conuersationibus & phantasiis renuntiant, ut deo in uera & intima simplicitate ac sinceritate deseruiant, omni fictione, simulatione & duplicitate abiectis. Denique circa haec beatissimi Dionysii uerba scribit Albertus magnus, quod monachorum est renuntiare non solum secularibus rebus, quantum ad possessionem seu ademptionem earum, sed & cogitationibus affectionibusque earum, ut non sit eis pro temporalibus aut uitae necessarijs cura, quatenus puro ac libero mentis ascensu ferantur in deum, & in eo quiescant. Postremo id aduertendum, quod ista dicuntur de monachis quantum ad supremum gradum & statum eorum, uidelicet quo ad summum quod conuenit eis in uita praesenti, non tamen omnes monachi tenentur esse ita perfecti: sed ad perfectionem tendere obligantur per quoridiana exercitia uirtuosa, iuxta tenore regulae, & secundum exigentiam suae professionis.

Articulus II. De tribus principalibus Christi consilijs, in quibus fundantur tria uota religiosorum, quae sunt de essentia cuiuslibet religionis.

*Tripletum fuit
que a diuina
charitate impe-
ditur*

Sicut praetactum est, illa Christus uitare consuluit, per quorum amorem, curam & occupationem homo a diuina charitate retardatur ac impeditur. Horum autem triplex est genus: Nam quae dā illorum sunt penitus extra nos, ut bona terrena: quaedam uero illorum sunt aliquo modo nobis coniuncta, uidelicet carnis propinquitas seu communione aut propagatione, sicut cognati, uxor & proles. Porro alia sunt intra nos, ut puta propriae uoluntatis libertas. Primo ergo fundamentum totius uerae religionis consuluit Christus omnium terrenarum rerum seu diuitiarum aut possessionum abiectionem, hoc est uoluntariam paupertatem, dicendo Matthaei decimo nono: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quae habes, & da pauperibus, & uenies sequere me, & habebis thesaurum in caelo. Secundo consuluit Christus perpetuam castitatem atque carnalium affectionum extirpationem, apud Lucam dicens: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & fratres & sorores, & uxorem & filios, non potest meus esse discipulus: Hi enim sunt odiendi, non secundum id quod sunt, sed in quantum in uia dei nobis obfistunt, & in quantum amor carnalis diuinam impedit charitatem. Tertio Christus consuluit suuissimum seu propriae uoluntatis abnegationem: Nam praeter allegata uerba Lucae euangelista adiunxit: Adhuc autem est anima tua: apud Matthaeum quoque decimosexto loquitur: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. In his tribus consilijs fundantur tria uota religiosorum, nempe in primo fundatur uotum paupertatis: in secundo, uotum castitatis: in tertio, uotum obedientiae. Insuper generalis ratio horum trium consiliorum est: Certum est enim, quod cor humanum tanto integrius atque intensius fertur & afficitur circa unum, quanto plus a multis reuocatur, recolligitur siue abstrahitur: Nam uirtus unita fortior est quam dispersa: Estque uerbum commune: Plus minus intentus minor est ad singula sensus: Propterea Augustinus disseruit: Impar quisque inuenitur

Luc. 14.

Augustinus.

inuenitur ad singula, dum infusa mente diuiditur ad plura. Et iterum: Nequaquam homo in uniuersum operis ratione colligitur, dum mens eius per diuersa partitur. Consuluit ergo aeterna, increata & infinita sapientia dei Christus Saluator, ut ab omnibus praeductis nostrum abstrahamus affectum, quatenus toto corde moueamur in deum, & accedamus, statiliamur ac perseueremus in eo. Praeterea specialis ratio primi consilij est, quia temporalium rerum & diuitiarum possessio mentem hominis a diuino amore multipliciter impedit ac retardat: ex huiusmodi siquidem possessione generatur in homine inordinatus & superfluitas amor ad eos, qui auaritia appellatur, quae ab Apostolo idolorum seruitus dicitur, multaque uitia ex auaritia oriuntur. Multiplex etiam cura & occupatio ex rerum possessione sequuntur. Et apud Marcum ait Saluator, quod diuitiarum deceptio uerbum dei in homine fructificare non sinit. Praeterea quam uehementer Venerea dilectio animum hominis a diuinae charitatis perfectione praepedit, non est opus demonstrare. Propria quoque uoluntas innumerabilium uitiorum origo est, nisi per superiorē refrenetur ac dirigatur. Idcirco religiosorum est, ut spiritali patri per obedientiae uotum se subdant, cuius informationi ac iussioni obtemperent exemplo Christi, qui non propriam sed patris uenit facere uoluntatem, cui obediens factus est usque ad mortem. Vnde & religiosus cum Christo dicere debet suo superiori: Patrem in manus tuas commendo spiritum meum.

1. Cor. 1.

Gal. 5.

Marc. 4.

*Ioan. 5.
Philip. 3.*

Articulus III. De diffinitionibus monachi secundum Climachum.

Iohannes Climachus abbas montis Synai, cui alius abbas sic scripsit: Super mirabili quali angelo patri patrum & doctore super excellenti. Hinc inquam Climachus in libro suo quinque diffinitiones seu potius notificationes monachi ponit, quarum prima est haec: Monachus est, qui solum quae dei sunt agit, cogitat, loquitur, Christo unitus omni tempore, loco & negotio. Haec descriptio datur de monacho secundum completam monasticam uitae perfectionem: quia ad hoc ordinatur & tendit institutio regularis atque professio monachalis, ut monachus quantum possibile est in hac uita, transcendat & deserat in uita carnalia, transitoria & mundana, omnes suas actiones, cogitationes, affectiones & locutiones secundum legem diuinam & regulae suae aut statutorum tenorem dirigens & disponens, sicut solum quae dei sunt, id est quae deo sunt placita ac diuina, agit, cogitat, loquitur, Christo unitus actualiter aut saltem habitualiter in omni loco, tempore atque negotio, quoniam taliter se habendo non peccat: & quamuis uenialia, non tamen mortalia conuersationi suae miscetur. Denique, quamuis non sit possibile fragilitati humanae in uita praesenti actualiter deo uniri, in omni loco, tempore & negotio, propter instabilitatem cordis humani, ad hoc tamen quotidie conari & tendere debet monachus, ut auxiliata gratia dei in omni loco, tempore & negotio actualiter intentus & unitus sit deo, quantum possibile est per meditationem, contemplationem & dilectionem dei, & rerum diuinarum, spiritualium atque coelestium, distractionibus & euagationibus suae mentis uiriliter ac sollicitate resistendo, praesertim tempore orationis ac diuini officij: Mentem quoque suam ubique & in omni actu frequenter ad deum leuando, per meditationem, aspirationem, compunctionem & orationem internam, tam in mensa quam in uia ac lecto & labore, studio atque colloquio: & ad hoc debet sibi consuetudinem optimam facere: qua ad eam, erit sibi hoc ipsum ualde facile & iucundum, imò dulcissimum: hoc quippe agendo, sentiet saepe intrinsecus suauissimam consolationem a deo, saluberrimamque compunctionem, & seruidam inflammationem in eo. Ut autem ad hanc consuetudinem sanctam perueniat, pro continuo adiutorio gratiae dei creatorem suum instanter exoret. Praeterea secunda descriptio monachi a Climacho posita, haec est: Monachus est uiolentia naturae indefinens, & custodia sensuum indeficiens: in qua descriptione abstractum ponitur pro concreto, ut sit sensus: Monachus est uiolentior indefinens suuissimus. Cum enim dicat Saluator: Regnum caelorum uim patitur, & uiolenter irapiunt illud, id est, qui sibi ipsi salubrem uiolentiam inferunt, superando inordinatos affectus & uincendo seipsum, regnum caeleste merentur: Arta namque est uia angustaeque porta quae ducit ad uitam beatam. Hinc constat, quod quanto monachus praeter ceteris magis abneget seipsum ac propriae uoluntati renuntiauit, tanto plus tenetur superare naturam suam in omnibus, proprias libertates & concupiscentias abiciens, omnemque iram, impatientiam, pigritiam, uanam laetitiam, animositatem & carnaliter penitus euellendo, quod est in principio non parum difficile, sed tempore procedente & deo auxiliante fit facile. Insuper dicitur monachus custodia sensuum indeficiens, id est, in deficientes custos sensuum suos

*Monachi noti
ficationes
quinque*

Secunda monachi descriptio

Marc. 11

Lu. 16

Marc. 7

Tertia

interiorum & exteriorum, oculos, aures, gustum, tactum, olfactum iugiter refrenando & gubernando, ne per eos hauriat animæ mortem: inutiles quoque imaginationes ac phantasticas apprehensiones & occupationes uitando. Amplius, tertia descriptio est: Monachus est sanctificatum corpus, expurgatum os & illuminata mens: in qua descriptione ponitur pars pro toto, ut sit sensus: Monachus est homo habens corpus diuino cultui consecratum, & à carnalibus in quinentis mundatum: habens etiam os à uerbis illicitis parum ac sancto silentio decoratum, mentem quoque illuminatam à deo, ad contemplandum cœlestia & æterna. Quarta descriptio est: Monachus est mœres & dolens anima indefinente mortis memoria: in qua rursus descriptione ponit principalis pars hominis pro homine ipso. Ad monachum equidem pertinet esse in quotidiano mœre & dolore: primo propter sui ipsius & aliorum peccata, ut non solum sua sed & totius mundi mala deplangat, & pro omnium saluatione sæpissime ac fidelissime deprecetur: Secundo desiderio regni cœlestis, ut cum Psalmista decantet: Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Item: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Atque cum Paulo apostolo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tertio, ex compassione Christi, omnia que Christus pro nostra salute fecit & pertulit, cordialiter reuoluendo. Interdum uero qui uerissime monachus est, lacrymatur ex abundantia spiritalis lætitiæ, & ex incōparabili atque dulcissima complacentia dei, quia supergratiosissimus & superamoenissimus deus complacet sibi in contemplatione theōrica, qua rapitur ad superna. Debet autem monachus uitæ huius breuitatem & mortem incessabiliter propinquantem indefinenter pendere. Postremo quinta descriptio est: Monachus est ordo & consistentia incorporalium in corpore materiali & fordido consummatus, ubi rursus abstractum & substantium concretum & adiectiue sumendum est, ut puta ordo pro ordinatus uel ordinato uel ordinata, & consistentia pro consistens, ut sit sensus: Monachus est ordo & consistentia incorporaliū, id est, homo ordinatus & consistens in statum angelorum in corpore materiali ac fordido: quia in carne nō carnaliter sed spiritaliter uiuere debet, atque angelicam ducere uitam in terris, laudibus, orationibus & contemplationibus dei iugiter insistendo, ut illud Apostoli dicere queat: Nostra conuersatio in cœlis est. Hæc de præinductis descriptionibus monachi teigi, non secundum scholasticam subtilitatem, sed secundum monasticam simplicitatem, ut ad præmemoratas monachalis uitæ perfectiones quilibet monachus fideliter properet. Qui autem de his descriptionibus scholastice uellet inquirere, haberet in eis aliqua supplendo adijcere, & quomodo multiplex sit descriptio declarare, quod non est speculationis præsentis.

Quarta

Monachus in quotidiano mœre esse debet
Psal. 41
Psal. 119
Roma. 7

Quinta

Phil. 4

Articulus IIII. De uarijs considerationibus & motiuis, quæ abbates & superiores monachorum inducere debent ad reformationem monasteriorum atque sollicitam gubernationem monachorum suorum.

Quanto alicui imminet maius periculum, maius damnum grauiorque damnatio de negligentia & impia uita sua, tanto (nisi omnino amens & cæcus sit) mente sollicitior esse debet, ut diligenter & iuste se habeat. Porro quo prælati altioris est prælationis & dignitatis, & quo pluribus præest, quanto etiam districtius ac damnabilius peccat, si negligenter & inique se habeat. Nunc ergo patres monachorum aduertant, præcipue abbates ordinis beatissimi Benedicti, quorum uni præcipuo specialiter hæc scribuntur, quam seruentes, iusti & diligentes esse sint obligati in regendo seipos & sibi commissos, in corrigendo peccata, in reformando collapsa, in conseruando & perficiendo quæ bona sunt. Ait enim in regula sua uir sanctissimus re & nomine Benedictus: Sciat abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid in ouibus suis Christus minus utilitatis poterit inuenire. Et denuo: Meminisse debet abbas, quia cui plus committitur, plus ab eo diuinitus exigitur: sciatque quam difficilem & arduam rem susceperit, ut puta regere animas, ut unum quemque secundum suam capacitatem & indigentiam instruat, corripiat & emendat ante omnia, ne dissimulans aut paruipendens animarum sibi commissarum salutem, maiorem gerat solitudinem de rebus transitorijs & terrenis, quam spiritalibus & internis sed semper cogiter, quod animas suscepit regendas, de quibus redditurus est rationem, & quantum sub cura sua habere se nouerit numerum fratrum: Agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est rationem altissimo, addita sine dubio & animæ suæ ratione: & ita timens semper futuram Christi discussionem reddatur

Benedictus in regula

Luce. 12

Hebr. 13

Sup. 6

Hieronymus

Luce. 12
Deu. 6
Mat. 23
Gal. 3
Eph. 4
1. Tim. 6

Sup. 8
Hebr. 13
1. Pet. 4
Luce. 16

reddatur sollicitus: & dum admonitionibus suis emendationem alijs administrat, ipse efficitur à uitijs emendatus. Itaque primo inducere debet quemcumque abbatem ac præsentem ad diligentissimam sui ac suorum reformationem, gubernationem atque indefinente ac formidolosam custodiam, magnitudo & uelut immetas quædam sui periculi, sui peccati ac damni infernalis & æternalis supplicij, nisi fecerit quod in se est, id est debitum officij sui impleuerit: Quicquid etenim uitio sitis in subditis fuerit, ei imputatur, nisi debitam diligentiam pro illorum emendatione effecerit. Vnde in libro Sapientiæ sapientissime ac terribiliter aliorum prælati ac iudices admonentur, dum dicitur: Audite qui præestis populis, quoniam data est uobis à deo potestas, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes uestras scrutabitur: cito & horrende apparebit uobis, quia non recte iudicatis: iudicium nanque durissimum in his qui præsumunt, & potentes potenter tormenta patientur. Hinc quoque beatus Hieronymus in regula sua capite septimo scribit abbatissæ Eustachio, quod & cuiuslibet abbati non minus est attendendum: Attende, inquit, diligenter, quam grauis tibi imponitur sarcina, quæ de subditorum animabus atque corporibus, de uerbis ac moribus obligatis apud diuinum examen. Caue quæso, ne de te etiam leuis suspicio in malo possit oriri: ne dispergas quos saluare teneris. Sic ordinata & discreta præcepta subditis proferas, ut etiam deprauata superbaque mentes animentur ad obedientiæ semitas: sic dulcis ac mitis sit sermo, ut non duritiei furorem suscitet, sed frangat exortum. Veruntamen uitia uitelliter in primordio excidantur: nil quippe periculosius in rectore, quam uana humilitas & negligentia ad corrigendum superbos proteruosque subditos. Hinc rursus in regula sua capite decimo quarto sanctissimus ait Hieronymus: Caue quæso qui præes, ne ex regendi officio eleueris ad alta, & agas illicite & subditorum scandalizatiua. Attende frequenter, & stilo ferreo in corde conscribe, quod CHRISTVS in cena nouissima dixit discipulis: Qui maior est in uobis, fiat ut minor: & qui præcessor est, sit sicut ministrator. Disce igitur à magistro tuo Iesu officium tibi impositum, Ne in eo limites traditæ tibi potestatis excedas. Certe non efficeris dominus, sed minister: unus enim est dominus. Et si reliqui fratres tibi ut administratori & uicario CHRISTI Iohediunt, ob id non est tibi data potestas, ut inter fratres & filios hunc eleues, hunc deprimas sicut uelis, sed quid tibi iniungat à CHRISTO institutore regimini, diligenter attende: Omnium enim rerum monasterij & fratrum sollicitudo & prouidentia in administratione tibi iniungitur, ut ceteris dormientibus te deceat noctes crebras infomes peragere, pro utilibus & necessarijs domui prouidentis. Ita que non tantum tibi honor, quantum onus imponitur: & si feceris sicut decet, præmium maximum consequeris. Deinceps scribit felix & gloriosus Hieronymus: Non tibi obsecro bladiaris de domini pietate, qui tam diu peccatores sustinet in peccatis: Nam etsi diuturna sit expectatio, non minus formidandum de uindicta: qui tanto durior erit, quanto longius tempus in sustinendo præcessit. Iccirca si aliter egeris quam teneris, periculum ex parte: nec ideo minus, si statim diuinum non incurras iudicium: dominus enim tuus, qui te suis ouibus administratorem, & in sua posuit uinea te custodem, à te uult de singulis etiam occultis exigere rationem. Et si quid eum defraudaueris, te diabolus tradet, & in carcere infernali poni iubebit, ubi æternus est fletus & dentium stridor, ut sustineas quicquid doloris & pœne potest excogitari, quousque debitum uniuersum reddideris. Sed si forte de restituendo debito confidis, d te fatuum: nam pro minimo quoque delicto non habent unde restituant homines simul uniuersum nisi ipse remittere uelit, cui est restitutio facienda. Felices itaque magis: securi sunt qui subsunt quam qui præsumunt: Nam & quanto altior est ascensus, tanto durior est descensus. Ex his concludit Hieronymus: Hæc ideo dixerim, ut aduertas qui præfides, quantis sis periculis expositus, & quanta te prouidentia oporteat ambulare in uia dei, ne capiaris ab inimicis & pereas, cum tibi commissis. Præterea abbatem & quemlibet præfidentem ad agendum iuste ac feruide iuxta præhabita prouocare debet ineffabilis magnitudo gloriæ sibi diuinitus conferendæ, si condigne peregerit debitum sui à dimplendo officium: etenim quo maior erit sua damnatio, tam in proprijs quam pro subditos peccatis, si fuerit negligens, eo maior erit ipsius beatitudo, merces & gloria, tam pro proprijs quam pro subditos meritis atque uirtutibus, si fuerit iustus ac diligens. Quæ admodum enim subditos demerita in negligentem, sic eorundem merita in diligentem redundat prælati. Insuper ad idem inducere debet præfidentem amor Christi & pretium sanguinitus, & omnia quæ unigenitus dei pro hominibus fecit pertulitque salute: non enim negligere de-

Berol. 1
Sep. 3

bet praelatus oues sibi commissas, pro quare saluatione incarnatus, in mundo conuersatus, atq; amarissima morte occisus est dei filius uerus deus. Hinc deuotissim' ille abbas sanctus Bernardus timore coccussus exclamatorie dixit: Heu me miser, quo me uertā, si pretiosum istud depositū, utputa gregē mihi commissum, pro quo pretiosissimus ille sanguis effusus est, custodiero negligēter. Deniq; ad idem inducatur qui preest ex amore fraterno atq; paterno spiritaliū filioꝝ suoꝝ, quoꝝ condemnationi æternæ, quæ eis horribiliter imminet, si irregulariter uiuāt, cordialissime compati obuiareq; debet, incomparabiliterq; utiq; magis q̄ corporali eoz læsioni damnoq; temporalī. Potissime autē induci debet ad hæc abbas & præfidens ex sincerissimo dei amore & zelo diuini honoris, cum deus sublimis & benedictus sit uniuersis & singulis infinite melior, amabilior & honorabilior. Postremo quo præfuditis suis abbas & præfidens maiora & plura à deo sortitus est bona & dona, tanto gratior & pro diuini cultus augmento sollicitior esse debet: imo & quo maior fructus ex iusta conuersatione abbatis & præfidentis exoritur: quo item maior ruina ex eius negligentia nascitur, eo diligentior esse tenetur ad bona agenda itemq; ad mala cauenda.

Articulus V. Exhortatio ad abbates & præfidentes.

Ierc. 10

ECclesiastici X. legitur: Secundū iudicē populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Ex his uerbis sancti patres concludūt, q̄ præcipua causa ruinæ subditoꝝ est negligentia atq; peruersitas prælatorū, sub quorū præfidentia uel uirtuosa subditoꝝ conuersatio cadit & perit, uel eoz qui dudū iam lapsi sunt, deformatio ac ruina, durat ac perseverat. Hinc apud Ieremiā scribitur: Quia stulte egerunt pastores, & domini non exquisierunt, propterea omnis grex eoz dissipatus est. Ad hoc possent quasi innumerabilia ex scriptura canonica & dictis sanctoz testimonia introduci. Merito ergo sanctus pater Benedictus in regula sua tam uerbum tamq; affectuosissime exhortatur abbates dicendo: Abbas qui preesse monasterio dignus est, semper ministris debet quod dicitur, & nomen maioribus factis implere. Ideo abbas extra præceptū domini nihil debet docere, cōstituere, iubere aut agere, sciens quia & suæ doctrinæ ac uitæ atq; discipuloꝝ seu monachoꝝ suoꝝ obedientiæ, in tremendo dei iudicio facienda erit discussio. Hinc itez ait: Ergo cum aliquis suscipit nomen abbatis, duplici debet doctrina suis præesse discipulis, & omnia opera bona ac sancta, factis amplius q̄ uerbis ostendere, ut bonis discipulis mandata domini uerbis proponat, duris uero corde & simplicioribus diuina præcepta factis suis demonstrat, ne alijs prædicans ipse reprobus inueniatur. Insuper dicit: In doctrina abbas apostolicā semper debet obseruare formā illā qua dicit Apostolus: Argue, obsecra, increpa, miscende terroribus blandas quoniā in disciplinatos & inquietos durius debet arguere: obediētes autē & mites ac paciētes, ut in melius proficiant obsecraret neq; dissimulet peccata delinquentium, sed mox ut ceperint oriri, radicitus ea ut præualet amputet. Nec ab abbate persona in monasterio discernatur, nec unus plus ametur ab eo q̄ alius, nisi quæ actibus & obediētia uiderit meliorē. Adhuc idē dei electus beatissimus Benedictus hortat: Omni sollicitudine curā gerat abbas circa fratres delinquentes: Quia non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Et ideo omnino habere se debet abbas ut sapiens medicus, atq; immittere quasi occultos consiliatores, uidelicet fratres sapientiores & leniores, qui quasi secrete consolentur & instruant fratres fluctuantem, ac reuocet eum ad humilitatis satisfactionē, ne absorbeat abundantiori tristitia, sed charitas confirmetur in eo secundū Apostolū, & oretur pro illo ab omnibus: Magnopere enim sollicitudinem gerere debet abbas, & omni sagacitate ac industria curare, ne aliqua de ouibus sibi creditis perdat. Nouerit enim infirmos, susceperit se curā animarū. Idcirco pastoris boni imite exemplū, qui relictis nonagintanoue ouibus in montibus, abiit querere illā quæ perierat ouiculus infirmitati intantū compassus est, ut eam sacris suis humeris dignaretur imponere, sicq; reportare ad gregē. Præterea sciens illuminatissimus & discretissimus pater Benedictus totā congregationis salutē, & claustrū statū laudabilē ex regimine dependere abbatis, denuo uigilantissime admonet, dicens: Abbas cogitet semper quale onus suscipit, & cui redditurus est rationē uillicatiōis suæ, sciatq; oportere se prodesse fratribus potius q̄ præesse. Oportet ergo eū eē doctū in lege diuina, ut sciat unde proferat noua & uetera: castū, sobriū, humiliē, misericordē, ut & ipse misericordiā consequatur. Oderit uitā, diligit fratres: in ipsa autem correptione prudenter se habeat: & ne cupid nimis: ne, dum cupit eradere & eruginē, uas fragatur, suamq; propriā fragilitatē semper attendat, atq; meminerit calami quā statū nō conserendū. In quibus non dicimus ut uitā nutrirī permittat, sed cum discretione & charitate amputet

1. Cor. 9

2. Timo. 4

Mat. 9

Mat. 23

Luc. 9

1. Cor. 4

Mat. 18

Luc. 15

Luc. 16

Mat. 13

1. Iohan. 4

amputet ea, prout uiderit euiq; expedire, & studeat plus amari quā timeri. Non sit turbulentus aut anxius, uel obstinatus aut excessiuus, neque zelotypus aut nimis suspiciosus: quia sic nunquam quiesceret. In suis imperijs sit prouidus & consideratus: sitq; seruens & discretus in omnibus. Postremo compendiosissime ait: Abbas non conturbet gregem sibi commissum, nec quasi libera agens potestate aliquid iniuste disponat, sed cogitet semper quia de omnibus iudicijs atq; operibus suis deo redditurus est rationem. Deniq; cur abbas magis conari debet ut diligatur q̄ ut timeat, Hugo super regulā Augustini ostendit, dicendo: Quia prælatus quanto plus diligitur, tanto libentius auditur: Et magis placet deo illa seruitus quæ ex uoluntate & amore fit, quā illa quæ fit ex timore: propterea dulcis magister suis discipulis loquitur: Iam nō dicā uos seruos sed amicos: Non enim uult deus ut eū timeamus timore seruili, ut serui dominū, sed ut eū diligamus ut filij patrē, & ut præcepta eius faciamus non timore pœnæ, sed amore iustitiæ. Itaq; ex præinductis colligitur, q̄ quanto maioris autoritatis & prælationis est abbas, tanto oportet eum esse sollicitiorem, humiliorem & exemplariorem, quatenus sicut alios præcedit ordine, ita & sanctitate, ut eius exemplo discant subditi quomodo uiuere debeant: Quoniā abbas est uelut signum in quod fratrum oculi diriguntur: unde ex eo uel scandalizantur uel edificantur. Ideo loquitur Augustinus in regula: Circa omnes semetipsum bonorum operum præbeat exemplum: corripit inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes. Hinc de sanctissimo abbate Pachumio, cui angelus de cœlo regulam monachorum in tabulis scriptam attulit, legitur, q̄ districtiōi regulæ seipsum in omnibus subdidit. Vnde & ipse Pachumius dixit: Nos ipsi quæ alijs præcipimus cum ingenti sollicitudine adimplemus.

1. Iohan. 15

1. Timo. 4
Titim 2

Articulus VI. Quam periculosa sit uita religiosorum negligentē irregulariterq; uiuentium.

Quanto quis perfectius uiuere obligatur, tanto uitiosior est conuersatio eius, si, ut tenetur, uiuere non conetur: sicq; de die in diem magis ac magis in anima excæcatur, induratur, totusq; insensibilis ad diuina & carnalis efficitur, intantum, ut nec propria peccata sentiat uel attendat, neq; æternæ damnationis pericula sibi quotidie propinquantia expauescat, sed uane & intimore se habet: & hoc iusto dei contigit iudicio: Quoniā peccata nostra non solum sunt peccata, sed etiam pœna peccati præcedenti namq; peccato meremur cadere in sequens, quando de præcedenti peccato statim non poenitemus. Ideo ait Gregorius: Peccatum quod per poenitentiam non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Itaq; quanto religiosi & monachi altioris & perfectioris sunt ordinis, tantō grauioribus multiplicioribusq; quotidie inuoluuntur peccatis, si ad obseruantia regularē non fuerint diligentes. Merito ergo fatetur sanctus Augustinus: Sicut non uidi meliores his qui in claustris profecerūt, ita nō uidi deteriores his qui in claustris uirtuose se habere non studeverunt. Imō ut rursus Hieronymus in regula sua testatur: Sine spiritali charitate, quæ utiq; sine humilitate, mansuetudine, patientia, iustitia alijsq; uirtutibus non habetur, claustra sunt tartara: & habitantes in eis, sunt demones: cum charitate uero sunt paradisi in terris, & habitatores sunt angeli. Præterea sicut præ habitum est, religiosi ad castitatem, paupertatem & obediētiā cum uoto se obligant: Votū autem secundum Thomā in secunda secundæ magis obligat q̄ iuramentum, & maxime uotum solenne, quale est uotum monachoꝝ: Monachi ergo qui propriū habent aut incontinenter seu inobedienter uiuunt, contra uota sua quotidie enormiter peccant, & per iuris peiores redduntur: imō in quolibet actu quo proprietate utuntur uel contra aliquod uotoꝝ suoꝝ agunt, grauius crimen incurrit, q̄ sit ipsum periurium, sicut doctores concorditer scribūt, uidelicet sanctus Thomas, Petrus de Tharēstasia, Alexander de Hales, & alij uiri doctissimi ac deuoti. Insuper secundū Augustinū, Qui ad uitandū peccata uenialia non extat sollicitus, nequā diu esse sine peccatis mortalibus potest: Nam & diuina ait scriptura: Si non in timore domini tenueris te in stante, cito subuertetur domus tua, id est mens seu consciētia tua per peccatū mortale repente deicietur. Quamuis autē multa contineantur in regulis aut statutis religiosoz, ad quæ non tenentur de necessitate præcepti, ita q̄ statim mortaliter peccēt quādo in aliquo illoꝝ fuerint negligētes, ut est obseruatio silētiū, surgere alacriter ad matutinas, otiositates uitare, inutiliter hinc inde discurrere atq; similia: ueruntū cōsuetudo exceētū seu assiduitas delinquētū diu in istis, & nō curare nec emēdare, nō potest à mortali excusari peccato. Propterea religiosi deformati, in quibus parua aut nulla est rigoris aut disciplinæ obseruātia, q̄ carnalē uiuūt, & mūdānis uanitatibus pleni sunt, otiositati & loq̄citatī uacantes, innumē

Eccl. 17

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

innumerabilia prorsus incidunt uitia, non uenialia solū sed & mortalia quoque: imò tota uita eorū est quasi quoddā peccare continuū, præsertim quia & hæc ipsa bona quæ agere uidentur, tam negligenter, irreuerenter & tepide, tam inordinate atq; in debite agunt, ut magis sit offensiuū dei q̄ honoratiuū ac reconciliatiuum ipsius. Tales enim qui in fecibus suis iugiter manent, qualiter consentunt, qualiter celebrant, qui se in nullo emendant: imò de multis quæ mortalia sunt, nullā sibi conscientiam facere comprobantur: Porro q̄ uera sint hæc ex uerbis patrū sanctiorū facile est probare: dicit enim abbas ille doctissimus & deuotus Eusebius Emisenus in Homilijs suis ad monachos: Ait quodam loco beatus Apostolus: Videte uocationē uestrā fratres. Quapropter & nos dilectissimi uideamus uocationē nostrā: Non enim prodest ad locū hunc claustralē uenisse, si tales hic sumus, quales in seculo fuimus: nā ut ait scriptura: Qui multa promittunt, necesse est ut multa rependantur ab eis. Quid em̄ nobis habitatio claustralis prodest, quando tyrannico dominatu in nobis malitia regnat, quā do ira superere quitat, quando maiorē merū in nobis humanus oculus q̄ diuinus indicit, quā domos claustrales qui extra mundū esse nos credimus, mundū intra nos per uarias uanitates & iniquitates clausum tenemus: Ideo q̄ uidete uocationē uestrā fratres: Venire quidem ad claustrū summæ perfectionis exordiuū est: sed nō perfecte in monasterio uiuere, summa damnatio est. Itaq; ait: Haber hoc infelix consuetudo peccādi, ut quanto amplius quis peccauerit, tanto minus peccata ipsa intelligat, & tanto plus eum peccare delectet, ut eueniat illi quod ait propheta: Non est deus in conspectu eius: Auferuntur iudicia tua à facie eius: Etenim quando subreptit peccandi delectatio, statim diem futuri iudicij abscondit obliuio: E contra, quanto quis sollicitior circa se fuerit, tanto plus metuit, sicut ait scriptura: Sapiens timendo declinat à malo. Sapiens ergo in compunctione semper est & in metu: & sicut de præteritis malis pœnitet ac suspirat, ita de futuris periculis per uigili sollicitudine contremiscit. Rursus testatur: Id professio nostra à nobis requirit, ut contra proprias concupiscentias & reprobas uoluntates, sed & contra omnem animositate, carnalitate atq; acedia iugiter pugnemus: Certumq; est, q̄ nisi quotidie hæc implere, uniuersasq; passiones & inobedientias quotidie uiriliter eradicare conemur, multo peiores in claustro effimur, q̄ eramus in seculo: & sunt nouissima nostra peiora prioribus. Præterea sanctus Cæsarius præsul in Homilijs suis ad monachos loquitur: Sicut nauis postea q̄ de pelagi fluctibus euaserit, sin portu sentinata seu custodiata non fuerit, de minutis guttis impletur ac mergitur: Sic & monachus de uicis huius mundi criminibus, quasi periculosis fluctibus cum ad portum monasterij aduenierit: si sibi subrepentia minuta & quotidiana peccata de animæ suæ sentina ex haurire neglexerit, in ipso portu monasterij crimen incurrit naufragij. Sed dicit aliquis, Quomodo potest anima à peccatis minutis & paruis quotidie emundari? Potest utiq; orando, ieiunando, uigilando, uerā humilitatem, uerā charitatem, ueramq; obedientiā exhibēdo. Iterum ait hic sanctus: Cum summa humilitate & ingenti sollicitudine ad monemus, ut non solum peccata criminalia caueamus, sed & paruas negligentias quotidie quasi uenena diaboli respuamus. Sunt enim nonnulli, qui post religionis professionē nimia securitate solui tur: & impletur in eis sententia qua dicitur: Vtinam calidus esset aut frigidus: nunc autem quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Hoc est, melius tibi esset aut in seculo remansisse, aut in monasterio esse feruentem: nunc autē quia & de seculo recessisti, & tamen ex negligentia tua spiritalē feruorē non apprehēdisti, tepidus factus, ex ore domini euomeris. Insuper dicit: Sicut gaudendū est de monacho qui ad monasteriū ueniens, mansuetudinē, humilitatē, patientiā, mitis humilitatē exhibuit: ita lugendū est de illo, qui corpore tantū exisse uidetur de seculo, corde autem in mūdo mansisse probatur: qui pro humilitate profert superbiam, pro patientia iracundiā, pro obedientia contemptū, pro charitatis dulcedine uenenam malitiæ. Talibus competit illa beati Petri apostoli uera & multum timenda sententia: Melius illis fuerat non cognoscere uia iustitiæ, q̄ post cognitionē reuerti retrorsum. Et rursus: Canis reuersus ad uomitum suū, & fus lota in uolubro luti. Non est tamen de talibus desperandū, quoniā potens est deus scintillā compunctionis in eis accēdere, omnemq; seculi uoluptatem ac uanitatem quasi spinas tribulosq; malitiæ salubri igne consumere: de quo igne loquitur Christus: Ignem ueni mittere in terrā. Postremo testatur: Qui sola capitalia crimina cogitat, & contra ipsa tantum pugnare contendit, atq; de paruis peccatis patiam aut nullā sollicitudinē gerit, non minus incurrit periculū, q̄ si maiora committeret crimina. Non ergo parvipendamus peccata nostra quia minuta sunt, sed timeamus quia multa sunt. Nam & pluiarum guttæ minutæ sunt, sed quoniam plures sunt flumina implent, domosq;

1. Cor. 1

Phil. 9

Prover. 14

Apoc. 2

1. Pet. 3
Prover. 16

Luc. 13

DE REFORMATIONE CLAVSTRALIVM.

domosq; subruūt, atq; interdū impetu suo etiā montes trahūt. Hinc scriptum est: Qui spernit modica, paulatim decidit. & cetera: Delicta q̄ intelligit: Quis em̄ dinumerare ualet peccata, quæ quasi parua & nulla reputantur à nobis, cū tamen scriptura diuina grauitate nos pro illis puniēdos testet. Ideo iuxta Salomonis sententiā, Omni custodia custodiamus cor nostrum, ut si minuta peccata ad integrum uitare non possumus, saltem tardius & rari⁹ ab eis præueniamur: quotiesq; uicti fuerimus, purgare illa suspirijs atq; gemitib⁹ cum dei adiutorio festinemus. Hinc sanctus Pachymius in Regula sua ait: Acstimant fratres, quod traditiones quas dixerūt, humanæ sint: & nesciūt q̄ pro contemptu & minimi mādant, magna negligentes pericula maneant.

Eccl. 19.
Plalm. 18.

Prover. 4.

Articulus VII. Exhortatio religiosorum qui lapsi sunt, ad reformationē, præsertim propter mirabilem spiritalis & uirtuosæ uitæ dulcedinē.

Cum ergo tā piculo fissimū, tamq; dānabilissimum sit, esse in ordine & regulā ordinis nō seruare, merito religiosi q̄ stant, cauere debēt ne cadāt. Porro q̄ lapsi sunt, festinare debēt ut surgāt, & suę reformationi sp̄te ac propt̄e cōsentiant, ut nō solum & tantā damnationē euadāt, sed etiā ut ineffabilē beatitudinē sortiant, p̄sertim cum sifecerint hoc, participes erunt omnium meritorū atq; celestium præmiorum successorū suorum, quibus uiam salutis parauerint & saluationis causam præbuerint. Sed forsitan terrentur propter regularis uitæ rigorem, & quia difficile est consuetam relinquere. Veruntamen in hoc ueram informationem & cōsolationem ac animationē recipiant. Quamuis enim in principio sit difficultas, tamen si ad modicū tempus uiriliter egerint & constanter processerint, protinus supernā cōsolationem experientur, & diuinam ac spiritalē dulcedinem sentient, dum scilicet cœperint diuino amore accēdi, in uirtutibus radicari, ac de super illustrari ad considerandam uanitatem & incertitudinem uitæ præsentis, periculā impiorum, distractionem diuini iudicij, acerbiter inferni, inestimabilem felicitatem celestis palatii: & quanta sit amatoꝝ huius mundi fatuitas, quanta excecatio eorum qui suæ reformationi resistunt, qui esse sub iugo diaboli & seruitute peccati non uerentur, q̄ propter hæc caduca & uilia perdunt bona cœlestia & æterna. Cum itaq; cœperint ista atē dere & gustare, & mente tranquillata ac serenata in deo quiescere, cordialissime de sua reformatione gaudebunt, infinitasq; deo gratias agent, quod ad reformationis gratiam tam misericordissime eos perduxit. Præterea spes præmij minuit uim flagelli, ut in libro Sapientiæ legitur: Bonorum laborum gloriosus est fructus. Quamuis ergo in principio seu deinceps sit labor & difficultas, tamen consideratio multiplicis & ineffabilis fructus laboris illius faciet illum laborem æquanimiter ferri atq; cum gaudio sustineri, & nonne incomparabiliter melius est iam ad modicum tempus propter deum in eius obsequio laborare, sicq; pro mala euadere & tot bona acquirere, quam nunc infeliciter gloriari & desiderijs consentire, at que pro hoc tot mala incurere & tot bona amittere? Hinc sanctus Benedictus ait in Regula sua: Constituenda est à nobis dominici schola seruitij, in qua institutione nil asperum, nihilq; graue constituturos nos speramus: sed & si quid paululū restrictius, dictante æquitate ratione, propter emendationem uitiorum & cōseruationem charitatis processerit, nō illico pauore perterritus refugas uia salutis, quæ non est nisi angusto initio incipiendā processu uero conuersationis & fidei dilataro corde, inenarrabili dilectionis dulcedine curritur uia mandatorum dei: ut ab eius magisterio nunquam discedentes, in eius doctrina usq; ad mortem in monasterio perseverantes, passionibus CHRISTI per patientiam communis cemus, ut regni eius mereamur esse confortes. Insuper asserit: Dum duodecim gradus humilitatis ascendit monachus, mox ad charitatem dei perueniet illam, quæ perfecta existens, foras mittit timorem: per quam uniuersa quæ prius non sine formidine obfernebat, iam absq; ullo labore uelut naturaliter ex consuetudine incipiet custodire, non timore gehennæ, sed CHRISTI amore & delectatione uirtutum. Hinc quoq; sanctus Cæsarius episcopus loquitur: Orationi & psalmodiæ insistere, lectioni uacare, uigilijs, ieiunijs, ceterisq; exercitijs uirtuosis inherere, q̄ usq; in cōsuetudinē uertatur, laboriosa esse uidentur cū uero in consuetudinē uersa sunt, & nō humanis uirib⁹, sed auxilio græ dei impleri credunt, non duræ laboriosa, sed leuia atq; suauia sentiuntur, quæ admodū dñs ait: Iugū meū suauē est & onus meum leue. Deniq; cū gaudiū seu delectatio oriatur ex unione potētis animæ cū obiecto cōueniēti, & p̄stātissimū uires atq; sint intellect⁹ & uolūtas, de⁹ q̄ sit obiectum infiniq; excellētē in oī bonitate, dulcedine, pulchritudine, sapientia, om̄iq; opulētia & p̄fectione, certū est quod anima uirtuosa in unione, qua deo quotidie iungitur per cōtemplationē

1. Cor. 10.

Sapient. 2.

Matth. 11.

hæc

nem & dilectione, per orationem, psalmodiam, lectionem ac ceteros actus uirtutum, uehementer & summe delectetur in deo, ita ut nil ei sit dulcius, quam in diuini iugiter occupari. Quælibet quoque uirtus habet delectationem propriam sibi annexam: id quod quum fuerit quis in uirtutibus roboratus, delectabiliter ualde exercet actus uirtutum. Deus etiã quosdam gratiosissime præuenit, implet, consolatur, accedit, ita ut uniuersa quæ dei & ordinis sunt, promptissime quasi currendo uolandoque impleant. Non ergo sint monachi collapsi ad suã reformationem tardi aut timidi; & illis libertatibus, uanitatibus ac delectationibus, quibus nihil periculosius, nihil nocentius, nihil damnabilius eis est, libentissime careant, professio- niq; suæ satisfacere non morentur, & patrum suorum sanctorum non differant sequi uentura, si cum illis beatificari optant in patria.

Articulus VIII. An liceat monachis habere propriũ aut peculium, & quid nomine peculij designetur.

Primo uidentur quid dicatur peculium, siquidem ignorantes uim terminorum facile decipiuntur. Itaq; Brito sic ait: Peculium dicitur pecunia de pecudibus habitata, uel, ut uerius dicit Hugutio: Peculium est paruus citra matrimonium census, positus in potestate filij aut serui. & super peculium non habet pater familias potestatem, sed tantũ ille cuius est, & adeo propriũ est peculium, quod licet de eo facere filio quicquid uult præter patris uoluntatẽ. Porro si ita accipiatur peculium, quæstio ista magnam non habet difficultatẽ, quod enim religiosus habere nil licite possit ad se sibi propriũ, ut de eo sibi facere liceat quicquid uoluerit, etiam præter sui spiritualis uoluntatẽ patris, apud sapientes certissimum est. Item non refert quo ad difficultatẽ præsentẽ, utrum peculium (quod quidã religiosi habere se licite arbitrantur) sit de pecoribus aut de blado seu uino aut aliud. Oportet ergo de significatione peculij plenius loqui. Itaq; in Tractatu de expositione uocabulorum iuris, satis plene continetur, quo legitur: Peculium clericorum est patrimonium clericorum, peculium namq; matrimonium appellatur. Stricto tamen modo, & ut communiter seu usualiter dicitur, peculium est filioꝝ & seruoꝝ, quod pater filio & dñs seruo concedit. Sicq; peculium isto modo est pusilla substantia à rationibus separata, seu substantia patris aut dñi data siue pmissa seruo aut filio. Dicit autem peculium à pecunia, totũ enim quod homines habent, pecunia appellatur. Pecunia q; q; à pecudibus nomine sortit, quoniam quicquid antiqui habebant in pecoribus consistebat. Pecora quippe erant eorum diuitiã secundũ Augustini libro de doctrina, Christiana. Peculioꝝ uero aliud est profectiuũ, aliud aduentiuũ. Profectiuũ dicitur, quicquid ex rebus patris aut dñi proficiscitur, & filio aut seruo dat ut in eo negotietur: & est patris aut dñi, quo ad proprietatẽ filij aut uel serui, quantum ad usufructũ. Aduentiuũ autem peculium nuncupatur, quod filio ab auo paterno seu materno aduenit, uel ab altero, uel ex propria fortuna, ut ex testamẽtis agnatoꝝ uel cognatorũ, & quod sic filio aduenit, est ipsius quo ad proprietatẽ patris autẽ, quantum ad usufructum. Sic & in clericis dici potest, ut peculium profectiuũ clericorum sit, quod de bono ecclesiæ procedit, uel ecclesiæ contemplatione acquiratur aduentiuũ autem, quod acquiritur ex opã, uel aliã prouenit intuitu personarũ. Insuper, peculioꝝ aliud est castrensẽ, aliud quasi castrensẽ. Castrensẽ dicitur, quicquid filius in castris militatẽ acquirat: & illud est filij pleno iure tã quo ad proprietatẽ, q; quo ad usufructũ, sed quasi castrensẽ peculium noiat, quod aduocati in causis, quibus patrocinium præstãt, uel magistri in scholis acquirunt. His consonant quæ in Summis doctorũ, theologoꝝ ac iuristarũ de peculio conscribunt. Itaq; quæstione qua querit, an monachis liceat habere peculium, sumendum est peculium profectiuũ, non aduentiuũ: quoniam monachis nequaquam licet proprietatẽ habere substantiã sibi à superioribus assignatã, sed usus eis conceditur. Et quod hic de monachis scribo, de omnibus personis religiosis, quæ se uoto ad tria substantia ordinũ obligauerunt, cuiuscũque sint sex, intelligo. Itaq; religiosos quidã sunt de stricta obseruantiã, q; peculium nec habent, nec licet habere se sentiunt alij sunt penitus deformati, lapsi & obtebrati, qui de proprietate conscientia sibi nõ faciunt, sed propria habent, habere plus cupiunt, & licite habere se putant aut fingunt, quæ oppositũ scire & audire continent, aut certe non curant. Porro alij medio modo se habere uident, q; habentes peculium, de proprietatis uitio se excusant, dicentes se habere nõ propria, sed appropriata, q; de licentiã abbatis aut superioris talia habent, sed q; ad resignandũ iuxta superioris præceptũ assentunt præparatos. Deniq; quidã doctores conantur tales religiosos à proprietatis uitio excusare, dummodo superioribus suis nihil occultet, nec sibi concessis abutatur, & ad præactã parati sint resignationẽ. Nunc ergo diligenter inquirendũ & ostendendũ est, quid in hac quæstione ueritas dicat. Itaq; quod hinc peculium sit religiosi illicitũ, & sancti religioũ uehementer contrariũ, imò religiosi statim atq; monachi

Peculium duplex.

religiosi multiplices.

uitæ lamẽtabiliter destructiuũ, & contra sanctissimos patrũ q; ordines instituerit, intentione, doctrinã & prohibitionẽ, iã quantum fons sapientiæ uerbu dei in excelis præstitit, demonstrabo. Et primo, quod sit contra scripturã canonicã, i. contra Christi cõsilia in euãgelica lege contenta: Secundo, quod sit contra decreta generalium concilioꝝ: Tertio, quod sit contra decreta summorum pontificum: Quarto, quod sit contra intentiones & præcepta patrum sanctorum qui ordines instituerunt: Quinto, quod sit contra doctores scholasticos.

Articulus IX. Quod religiosum habere peculium aut proprium, sit contra euãgelicã Christi cõsilia.

De religiosis administratione pro bono comuni cœnobij non habentibus, intelligenda sunt introducta, ut infra clarius innotescet. Præterea secundũ expositores catholicos, Christus in euangelio duodecim dedit cõsilia: quorũ primũ est, de uoluntaria paupertate, qua omnia relinquunt, ut deo liberius perfectiusque uacetur. Hoc autem cõsiliũ Christus in pluribus euangelij locis proposuit, præsertim Matth. 19 ubi dixit: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus &c. Itẽ q; Luc. 14. Qui nõ renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Præterea quæ in his uerbis sensum intenderit Christus, & quod intelligenda sint ea, nec certius nec uerius scire ua-lemus, nisi ex uerbis & factis eorũ, quos spiritu sancto plenissimos fuisse nõ dubitamus, uidelicet apostoloꝝ, & eorũ qui cũ apostolis cõuersati noscunt. Deinde ex dictis & factis sanctissimorũ uiroꝝ & patrũ qui ordines instituerunt, ut puta Hieronymi, Augustini, Basilij, Antonij, Pachomij, Benedicti atq; similium: deinceps ex cõuentis & expositioibus fidelissimorũ expositoꝝ. Itaq; quod Christi intentio fuit, in uerbis præactis perfectã cõsulere paupertatẽ, omne peculium excludentẽ, primo cõstat ex eo, quod sicut in Actibus apost. describitur: Misso in die pẽtēcostes spiritu sancto, & quibusdam milibus Iudæoꝝ ad fidẽ cõuersis, statim uniuersi illi cõ- clesie primitiua fideles uitã ducere inceperunt: nec quisq; illorũ aliquid propriũ possidebat, sed erant eis cuncta cõmunia: Quod eos ex informatiõne apostoloꝝ, potius autem ex monitiõne spiritus sancti fecisse dubitare non licet, eo quod Christus talẽ paupertatẽ docuerit. Nec quisq; illorũ cui administratiõ cõmissa nõ fuit, peculium habuit, sed omne pretiũ quod pro rebus quas uendidi sumpsi, ante apostoloꝝ posuit pedes, diuidebatq; singulis per eos quibus apostoli cõmiserunt administratiõẽ illã, prout cuiq; necessariũ fuit. Amplius, beatus Dionysius, quibus ordinẽ nullũ fundauit, tñ v. cap. Ecclesiasticę Hierarchie ritũ cõsecratiõis monachoꝝ, quo in primitiua ecclesia consecrabantur describit atq; exponens, apertissime docet, quod monachi ab omni re temporalĩ, ab omni sollicitudine seculari, ab omni terrena affectiõne & occupatione debent esse nudĩ, liberi & abstracti: quod quod longe sit à monachis rem peculiarẽ habentibus, intel- ligent luce clarius innotescit. Et quis pie mentis potest ambigere, doctorẽ illũ altissimũ, di- uinũ Dionysiu de hac re nõ solũ à spiritu sancto, sed etiã à magistro suo Paulo apostolo atq; sancto Hierotheo, ut Dionysius personaliter sæpius innuit, fuisse instructũ. Deinde patres sanctissimi atq; doctissimi, qui ordines instituerunt monachoꝝ, q; regulas conscripserunt, certissime credendi sunt clarissime intellexisse ex inspiratione diuina, quo sensu Christus uolũtatiã consuluerit paupertatẽ: & ipsi secundũ eundẽ sensum quo Christus illam consuluit, eandẽ strictissime præceperunt his, qui se ad ordinis obseruantia uoto constringunt spontaneo. Præfati uero patres in regulis suis paupertatẽ sic monachis præceperunt, quod peculium profectiuũ prohibuerunt, ita quod quidam eorum, potissime Augustinus & Benedictus, expresse & nominatim illud prohibuisse monstrantur: quod quia infra diligenter ac lymphide ostendetur, nunc supponatur. At uero idem ex catholicorum dictis expositoꝝ abundantissime potest deduci: Si quidem super illud Matth. 23. Si uis perfectus esse, &c. Beda, Rabanus, Albertus, Nicolaus de Gorra & alij dicunt, Quod in uoluntaria paupertate consistit perfectiõ dispositiõ: quia per omnium temporalium abiectiõẽ auferitur cura eorũ, quæ dilectiõ- nis dei impediunt animum. Vnde & Origenes ait ibidem: Non est intelligendum, quod in ipso tempore quo quis bona sua tradidit pauperibus, fiat perfectus: sed quod ex illa die incipiat in eo speculatio dei, adducẽs eum ad omnes uirtutes. Theophilus quoq; scribit illo in loco: Christus dicendo uende omnia, summam paupertatẽ consuluit: quid enim restiterit, illius seruus est, scilicet ille qui alia uendidit: Summa uero paupertas, repugnat peculio. Deniq; cõ- sicut ostensum est) Christus paupertatẽ consuluerit, ne per curã & occupationẽ circa rem temporalem ac propria prouisiõẽ impediatur homo à perfectiõne charitatis diuinæ, à qua perfectiõne religiosus plurimũ impeditur habẽdo peculium: quia ex eo, ut infra patebit, multa & grauiã sæpiissime uitia oriuntur, prout experientia docet, & uiri prudentes multipliciter probauerunt, rite concludit & uere elicitur, Quod Christus euãgelicã paupertatẽ ita con-

Eccl. 1

Christi cõsilia duodecim,

AA. 2 Act. 4.

Matth. 23

Origenes.

Theophilus.

QQQ suluit,

fuit, q̄ intentio eius fuit peculiū profus excludere. Hoc quippe se ita habere cōiunctur tam ex perfectissima dilectione Christi ad nos, q̄ ex summa sapientia eius, qua orientia charitatis impedimenta pr̄uidit, & uitanda esse consulere uoluit. Qui enim alicui pr̄stat consiliū, quo eum plus diligit, & quid ei magis expediat clarius conspiciat, eo dat ei consiliū magis proficiū. Cum ergo multo utilius, uultus atq; salubrius sit paupertate absq; peculio obseruare, certū est Christi utputa dei sapientia, talē paupertate in consulendo intendisse, & dei perfecta sunt opera secundū scripturā. Atq; ut asserit Augustinus, ideo Christus prohibuit te iurare, quia noluit te super ripā ambulare, ne pes tuus in angusto positus labatur in pr̄ceptis: Cum tamen iurare non sit illicitū in se, sed quia usus iurandi est periculosus. Multo plus o monache Christus non uult peculiū te habere, ne affectus tuus tantā habeat occasionē & incitamentū ruinæ: imō uult te libere esse ab omni temporalī uisio. Hinc pr̄alle gati expositores loco quo supra, testantur: Quōd consiliū paupertatis includit contemptū diuitiarū affectu: Quonia ualde difficile est, quin habens diuitias siue pecunias, amore earū aut detineatur aut distrahatur & impediatur à perfecto dei amore, ne Christi libere & expedite sequat. Nam qui diuitijs implicatur, pedes suos mittit in rete ne possit corā deo ambulare perfectus. Quia diuitiæ uisiosiores sunt uisio, & uix euellitur animus occupatus ab eis. Rursus, super illud Lucæ: Qui non renuntiat omnibus, expositores conscribunt: Ideo dicit omnibus, q̄ integra debet esse renūtiatio, quantū ad sua, & quantū ad suos, & quantū ad se. Similiter sup illud in Luca: Bonū est sal, dicunt: Eū q̄ uult esse discipulus Christi, oportet omnibus renūtiare, ne per amorē temporalī euanescat: quēadmodū sal bonū est in se anteq̄ euanescat: q̄d si euanuerit, ad nihil est utile: ita de monacho propriū peculiū ue habente.

Articulus X. Q. monachū habere propriū aut peculiū, sit cōtra decreta ḡnālī cōcilij. **V**niuersaliū synodoy intentio ab exordio fuit, & uix quid ad fidei rectitudinem & Christianæ uitæ ueritatē pertinet, conseruare & cōsummāre: uel si opus fuerit, reformare, ut omnia fiat in dei ecclesia ordinate. Itaq; q̄ monachi soli deo debeant esse intenti mundoy mortui, & ab omni carnali ac seculari solitudine liberi & abstracti, propriū nil habendo & omne terrenū penitus abdicādo, innotescit ex his, quæ in gestis primi atq; sanctissimi Niceni concilij trecentoy decē & octo episcopoy scribuntur, & partim in Decreto causa 16. q. 1. continetur. Sic etenim in gestis illius synodi legitur: Placuit omnibus residētib; in sancta synodo Nicena, ut monachoy conuersatio ab omnibus discrepet, discreta sit & abstracta: Monachus enim Græce, Latine dicitur singularis. Vnde monachū per omnia oportet singulariter agere. i. ab uibus exterioribus seipm abstrahere, cunctisq; abdicatis soli deo uiuere, intendere & uacare, ut glossa testant. Insuper Eugenius Papa in generali concilio: Placuit, inquit, cōmuni nostro concilio, ut nullus monachoy pro lucro terreno de monasterio nefandissimo ausu p̄sumat exire, nec quibuscūq; se negotijs implicare. Sit claustru suo contentus: qm̄ sicut piscis sine aqua caret uita, ita sine monasterio monachus. Se deat itaq; solitarius & taceat, quonia mūdo mortuus est, deo aut uiuit. Agnoscat nomē suū. Monos siqdē Græce, Latine dicit unus: & achos Græce, Latine dicitur tristis: unde dicitur monachus. i. unus tristis. Se deat igitur tristis & officio suo uacet, Hinc secundū Hieronymū, officij monachi est lugere, utputa propria & aliorum peccata, Amplius Alexander Papa II. sic ait: Iuxta Chalcedonēsis optimi tenorē concilij monachis ad normā sancti Benedicti intra claustrum morari pr̄cipimus, uicos & ciuitates peragere prohibemus, quatenus utiq; iuxta regulę suę censurā ab omnibus absoluti, & ab omni proprietate totaliter expediti, deo conscientia pura uacēt. Hinc in sacro Chalcedonēsi cōcilio legitur: Monachos placet nobis quieti operā dare, ieiunia obseruare oratiōibusq; uacare, & nullo seculari actioni se implicare, imō utiq; à se cūcta abdicare terrena. Porro, q̄ pr̄cipit hęc dicant, cōstat ex eo qd̄ subdit: Pr̄tereūtes uero hęc, de cernimus extra cōmunionem esse, ne nomen dñi blasphemet. Postremo, de his in Lateranēsi cōcilio plenius atq; expressius scribitur, cuius decreta in sequenti ponentur articulo: nam quidā decreta illa ascribunt summo pontifici, quidā synodo generali, & utrunq; secundū bonum intellectū uerificatur.

Articulus XI. Quōd monachum habere proprium aut peculium, sit contra decretales summorum pontificum.

Tertio decretaliū Titulo De statu monachoy & canonicoy regulariy, cap. Monachi, habet ex determinatione Lateranēsis cōcilij: Monachi nequaquam habere permittat peculiū. i. aliqd̄ eis propriū: q̄ uero peculiū habuerit, nisi ei ab abbate pro administratione fuerit iniuncta pmissum, à cōione altaris remoueat: & q̄ extremū in peculiū

1. Cor. 1
Deut. 28
Mat. 5

Dialectice uisio
uiscosiores.
Luc. 14

Eod. 10.

Ad. 4

uobis q̄
singularis.

Threnoy
solus.
& x̄i, tristitia.

1. Tim. 6

in peculio fuerit inuētus, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat sepulturā: quod etiā de uniuersis religiosis pr̄cipimus obseruari. Abbas uero qui ista non impleuerit diligenter, officij sui iacturā se nouerit incursum. Dicitur quoq; in eodē concilio: Monachi p̄ pretio non recipiatur in monasterio: si quis aut exactus pro sua receptiōe aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendatis uero qui eū receperit, officij sui suspensione multet. Hęc & alia multa ibidē habentur. Et in Clemētis cap. Ne in agro dñico, Titulo de statu monachoy. Deniq; infra in Decretalibus eodē tit. cap. Cū ad monasteriū, Innocētius III. Papa ait: Prohibemus districte in uirtute obediētię sub attestatiōe diuini iudicij, ne qs̄ monachoy propriū aliquo modo possideat: Et si quis habuerit propriū aliqd̄ in cōtinenti resignet: si uero post hęc proprietatē aliquā qs̄ habere fuerit deprehensus, regulari monitiōe pmissa de monasterio expellatur, neq; ulterius recipiat nisi poeniteat secūdu monasticā disciplinā.

Q. si proprietates apud quenq̄ fuerint inuenta in morte, cū eo in signū perditionis extra cœmeteriū in sterquilinio subterretur, sicut beatus Gregorius in dialogo se narrat fecisse. Vñ si quicq; alicui fuerit specialiter destinātū, nō p̄sumat illud accipere: sed abbati seu priori uel cellario assignetur: nec abbas q̄ super habendo proprio possit cū aliquo dispēsare, quonia abdicatio proprietatis sicut & custodia castitatis a deo est annexa regulę monachali, ut cōtra eā etiā nec summus p̄trefex possit licentiā indulgere. Pr̄terea Clemēs Papa sanctissimus in epistola III. & habet in Decreto causa duodecima ait: Dilectissimis fratrib; & cōdiscipulis Hierosolymitanis cū charissimo fratre & cōepiscopo Iacobo habitātib; salutē. Cōmunis uita omnibus, scilicet clericis necessaria est, & maxime his q̄ deo irreprehēnsibiliter militare cupiūt, & uitā apostoloy & discipuloy eoy imitari uolūt. Amplius S. Gregorius Papa Augustino Angloy scribit episcopo: Quonia tua fraternitas monasterij regulę seruida, seorsum fieri nō debet à clericis suis, in ecclesia Angloy hęc debet institui & cōuersationē, quæ in initio fuit in patribus nostris, in q̄bus nullus propria habuit, sed erat illis cūcta cōmunia. Quicquid uero necessitatibus superest, in causis pijs & religiosis erogandū est. Christo dicēte: Quod superest, date eleemosynā, & omnia munda sunt uobis. Si uero qs̄ dicat: Hęc atq; similia esse per dispensationē sublata & immutata. Vex̄ dicit, quantū ad clericos, q̄ se p̄ uotiū religiōis nō astrinxerit ad paupertatē, ut sunt canonici seculares: sed quantum ad monachos, non solū non reuocata sed & districte sunt innouata, & itē itē q̄ pr̄cepta. Vnde Urbanus Papa: Quicunq; uestrū cōmune uita suscepit, & uouit se propriū nil habere, uideat ne pollicitationē suā faciat irritā: sed qd̄ deo pollicitus est, fideliter impleat, ne damnationē sibi acq̄rat: Qm̄ melius est nō uouere, q̄ uora nō perficere. Gregorius quoq; Felici scribit episcopo: Vbi cunq; religiosę personę inuētæ fuerint, districte atq; canonicè uiuant. Et secundū Gratianū, ad regulare uitam cogendæ sunt, si resistant.

Articulus XII. Quam diligenter & inuolabiliter obseruanda sint generaliy conciliorum atq; summorum decreta pontificum.

Hilarius Papa ait: Nulli fas sit sine status sui periculo diuinas cōstitutiones uel apostolicę sedis decreta temerare: Quonia nos qui summi sacerdotij administramus officia, transgressionis culpa respiciet, si in causa dei defides inuēti fuerimus. Qui meminimus, qualiter deus comminetur negligentię sacerdotum. Siquidem maiori reatu delinquit, qui honore fruitur potiori: & grauiora facit uitia delinquentiū sub limitas peccantium. Deniq; Leo Papa scribit Anatolio p̄suli: Quæ ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione uariantur: nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonū commune sunt pr̄fixa: Sed manentibus terminis quos constituerunt patres, nemo usurpet illicitū: sed unusquisq; prout poterit, in latitudine se exerceat charitatis. Insuper Damasus Papa scribit: Violatores sacroy canonū grauitē à sanctis patribus iudicantur, & à spiritu sancto, cuius instinctu editi sunt, damnant: quonia spiritū sanctum blasphemare noscuntur, qui contra eodē canones non necessitate cōpulsī, sed libenter aut proterue aliquid agunt. Pr̄terea Zosimus Papa faterur: Contra statuta patrū aliquid cōdere uel mutare, nec huius, scilicet apostolicę sedis potest auctoritas. Marcellus q̄q; Papa effatur: Nequaquā qd̄ contra constitutionē sanctoy patrū factū fuerit stabit. Hinc Hormisda Papa testatur: Prima salus est, rectæ fidei regulā custodire, & à constitutis patrū nullatenus deuiare. Adhuc autē & Hadrianus Papa: Generali, inquit, decreto constituitur, ut execrandus & anathema sit, & uelut pr̄uaricator fidei catholicę apud deū semp̄ reus existat, quicunq; decreta Romanoy pontificū in aliquo crediderit uel permiserit uiolanda. Insuper Gregorius Papa disseruit: Hac consona sanctis patribus diffinitione sancimus, ut qui

Proprietatis ab
aliquo, regulę
monachali annexa.

Ad. 4
Lu. 14

Ion. 2

Deut. 19
Deut. 27
Proter. 22

facris obedire canonibus nescit, nec sacris ministrare altaribus, nec communionē accipere dignus sit. Præterea Leo III. affirmat: Ideo dno permittente pastores hominū sumus esse cū, ut quod patres nostri statuerunt, minime excedere debeamus: Contra eorū quippe saluerrima agimus instituta, si, quod ipsi diuino statuerūt consulti, inta cū non cōseruamus, Vniuersæ autoritates istæ etiā in Decreto habentur causa 27. q. 1. Et in eadē causa q. 2. Leo Papa Martino Augusto: Dispensatio, inquit, nobis est creditā & ad nostrum tendit creatū, si paternarum regulæ sanctionum nobis consentientibus uel negligentibus uiolentur. Itē Gregorius: Institutionis nostræ decreta sine ulla constitutum refragatione seruari, nec à quocūq; pontificū in toto uel in parte quacunq; occasione cōuelli decreuimus uel mutari. Idem quoq; Vigilio Arelatēsi scribens episcopo: Curandū est ait, ut quæ pro quiete religiois cōuersionis sunt ordinata, nec dissimulatio negligere, nec præsumptio aliqua ualeat perturbare: sicut hoc, quod ratio exigebat, utiliter obtinuit diffiniri: ita quod diffinitū est, nō debet uiolari. Porro hæc omnia secundū Gratianū sunt intelligēda, nisi occurrat rationabilis causa mutandi seu dispensandi in his quæ cadunt sub dispensatione. Rationabilis autē causa dispensandi est, ugens necessitas aut uera & manifesta utilitas, prout Leo Papa & Gelasius pontifex summus, cæteri q; doctores & patres concorditer asserunt.

Articulus XIII. Contra quosdam, peculium monachorum periculose & imperite excusantes.

Quemadmodū quidam doctor in tractatu suo de ista materia recitat, nonnulli doctores excusant peculium monachorū & monialium à uitio proprietatis, dūmodo superioribus suis, uidelicet abbati aut abbatissæ nil celerent, & ad redendum seu dimittendū paratæ sint iuxta superiorū uoluntatē, nihilq; recipiāt uel expendant sine illorū licentia. Deniq; ad ea quæ supra inducta sunt ex concilio Lateranensī & constitutione dñi Papæ, respondent: Quod prohibitio illa de habēdo peculio aut proprio, intelligenda sit, q; monachus non debet aliquid possidere aut habere peculii nomine proprio: Non autē ibi prohibet monachus aliquid possidere nomine abbatis, & de expressa permissione ipsius. Similiter dicunt, q; cū monacho non potest dispēsari ut habeat proprietatē nomine suo: sed potest cū eo dispēsari, ut habeat aliquid peculii nomine abbatis aut monasterij. Istud uidetur inconsideratissime dictū: in ipso namq; concilio Lateranensī decreto, peculii luce clarius monachis administrationē communē non habentibus prohibetur: Et abbati sub pœna absolutionis à suo officio districte præcipitur, ut non permittat aliquē monachorum suorū habere peculii, nisi ratione administrationis: q; item habentes peculii & morientes in eo, secundū determinationē cōcilij puniat. Quomodo ergo monachus nomine abbatis potest habere peculii, cum abbati prorsus prohibitū sit peculii monacho dare, imò & permittere ut habeat illud: Præterea quæro ab illis peculij monachorū excusatorib; quomodo intelligunt id quod dicunt, monachū nomine abbatis posse habere peculii. Si nāq; ita intelligāt, nomine abbatis, id est ex parte seu concessione uel licentia abbatis, ita patuit q; hoc prohibitū sit abbati hoc ipsum concedere, licentia sue permittere: si autē intelligāt, nomine abbatis, id est inquantū est abbas uel repræsentat abbatē, constat hoc fatuū rursū dignum esse. Siquidē simplex monachus non est abbas, nec repræsentat eum in aliqua publica administratione, peculio seu pecunijs indigente. Et loquor nunc de monacho in monasterio sub cura abbatis uiuētē: q; de monacho ad studiū missō uel pro alia ratione ab illi causa ab abbate emissō, aliud est. Præterea abbas dare uel licentia nō potest monacho istud, cuius monachus non est capax, & quod uoto suo, imò essentia religionis repugnat. Iam autem in præinductis ostensum est & infra plenius ostendetur, q; habere peculii, impugnat uoto paupertatis, & paupertati monasticæ, quæ est de religionis essentia. At uero monachi tenentur ad paupertatē eo modo & sensu, quo sancti patres qui ordines instituerūt, monachos ad paupertatē obligare intenderunt: Præcepta etem prælatorū obligant subditos non tam secundū formā superficialē uerborū, q; secundū intentionē præcipientium, quæ est formale in præcepto secundū Alexandrū de Hales, Thomā, Albertū, Bonaueram aliosq; concorditer. Certum est autem omni homini ueraciter illuminato, q; patres sanctissimi ordinum institutores peculium monachis non admiserunt, nec admittent si monachi id petissent, sed penitus prohibuissent, imò & nominatim atq; clarissime prohibuerunt, ut infra ex uerbis & regulis Hieronymi, Augustini & Benedicti patebit: nō ergo nomine uel pmissu abbatis licet monacho habere peculii. Adhuc autē in omni pcepto superiorū cōsideranda est ratio pcepti: sed presciti q; monachis proprietatē tā distinctissime phibuerūt, nō ideo hoc egerūt, quia

Monachi non possunt habere peculium, quod intelligendum.

quia proprietates seu rerum possessio sit mala in se, sed quia ex usu, amore & occupatione rebus propriis seu diuitiis impeditur homo à perfectione diuini amoris, atq; à libera & quieta unione mentis suæ cū deo. Sed siue monachus habeat peculii aut propriū nomine suo siue nomine abbatis, certissimū est eū occupatione, usu, amore, cura & uaria occasione peculij sui multipliciter impedi ad spiritali profectu, & charitatis seruore contēplationisq; puritate, otio & quiete. Elucēcit itaq; præceptū de paupertate seruanda & peculio non habēdo sic monachos obligare, q; nomine abbatis suorū non licite queat peculii habere aut propriū. Præterea secundū doctores præcipuos, specialiter secundū Thomā & eū sequentes: Quamdo in lege aut in pcepto clare exprimit intentio legislatoris seu pceptoris, nō potest dispensari cōtra legē aut pceptū, lege illa seu pcepto manētē. Cuius ratio patet ex dictis Gulielmi Parisiensis, Raymūdi & aliorū qui dicūt, q; quāuis dispensatio uideat esse cōtra uerba legis aut pcepti: non tamē est contra mentē seu intentionē legislatoris uel pceptoris, q; utiq; cōtra urgentē necessitatē aut uerā utilitatē præcipere nil intēdit. Cū ergo in præallegato decreto Lateranensī cōcilij clarissime exprimat intentio patrū de cōsilio prohibentiū illud peculii, ut patet ab abbates permitūt monachos suos habere peculii, certum est q; abbatibus nō licet oppositū, ut si monachi nomine abbatū habeant peculii. Rursus, cū in præallegato synodali decreto contineat, q; monachis nō nisi ratione administrationis pro bono cōmuni eis iniuncto liceat habere peculii, consequēs est, ut aliis id nullatenus liceat. Deniq; statui monachorū omnino repugnat, ut quilibet eorū manēdo in claustro sui ipsius habeat in temporalibus administrationē & curā: quia per hoc innumerabilia sibi acciderent impedimēta spiritalis profectus: est q; contra intentionem patrum sanctorum, qui præceperunt, ut sub priorē claustrū communem habeat curā, administrationem & prouidentiam monachorum, præsertim in claustro de gentiū. Et quamuis forte in aliquo casu excogitabili posset ad tempus aliter expedire, propter hoc nō est cōmuni regulis, legibus & pceptis cōtradiciendū aut derogandū. Amplius, cū prima mater dispensationis sit ugens necessitas, deinde uera eū densq; utilitas, at tēdat qui monachis præest, quid eum cogat ad dandum peculium monachis suis, & quæ eis utilitas in de proueniat: imò si diligētē pensauerit, uidebit q; multiplex inutilitas ac ruina monachis ex peculio generetur, & q; si bi non sit necesse illud cōcedere, sed ex negligentia, consuetudine praua & aliis causis non bonis introductū est peculii monachorū. At uero secundū dñm Gulielmū Antiodorensem, quē Albertus super Sententijs uocat magnū doctore, in Summa sua: religiosi seu monachi nō solū tenentur ad uiam meliorem, sed etiā securiorem: Cum ergo securius sit monacho carere peculio, tenetur illo carere. Itē secundū Augustinū, qui se cōmittit discrimini peccat mortaliter: Cū ergo doctores deuotiores & uiri religiosiores cōmuniter reproben peculii monachorū, quāuis aliqui illud alio quo modo exculent, uidentur se ad minus discrimini cōmittere monachi habētes peculii. Rursus, quāuis monachi non teneant esse perfecti, tenentur tamen quotidie ad perfectionē tendere & conari. Sed uidemus ad oculū, q; religiosi habētes peculii non solū proficiunt, imò de die in diē magis ac magis declinant & ruunt. Præterea secundū Hieronymū, Cassianū & alios, imò sicut experientia quotidie docet, nisi amor habēdi fuerit de cordibus monachorū funditus eradicatus, frequētē magis crescit & inflāmat in eis circa parua & minima, q; in multis secularibus circa maiora & plura: periculosissimū ergo est monachis habere peculii, etiā si aliunde non esset eis prohibitū. Amplius, ut in Genesi habetur, sensus & cogitatio cordis humani prona sunt in malū ab adolescentia sua: non ergo expedit circa peculii monachorū loqui remisse, illudq; colorare, & quodammodo excusare: quia ex hoc religiosi ad peculii prona capiunt occasione magnæ ruinæ, audaciāq; se excusandi, etiā multo plus q; ab aliquo doctore notabili excusentur. Præterea in præallegato decretali summi pontificis prohibetur sub attestatione diuini iudicij, ne quis monachorū propriū aliquo modo possideat: ergo nec nomine abbatis hoc potest, præsertim cum dominus Papa diffinit, nō licere abbatibus, imò nec summo pontifici, q; dispenset super habenda proprietate cum aliquo monacho. Si uero quis religiosus peculii habens, respondeat se non habere propriū sed apud propriatū: dicendū est ei, q; etiā appropriatio talis est uere illicita, & uoto paupertatis repugnans, intentioni quoq; sanctorū patrū qui ordines instituerunt cōtraria, & multorū uiriorū occasio, ac spiritalē profectū uehementē impediēs. Vnde nō dubiū, quin intentio gñalis cōcilij fuit eā prohibere: generalitū nepe conciliorū, quæ dirigunt à spiritu sancto, intentio est illi cōtra condēnare, cōtra p reformare, & ea quæ delinquēdi præbent fomentū & speciem habēt malū, auferre. Veruntamen agnoscendū, q; est quedā proprietates ciuiliū q; ad dominiū rei &

Gene.s

Glo. & tex. in ca. secundo, extra, de sta. monachorum.

Concillii intertio.

usum, quia quis absolute dicere potest, Hoc est meū alia est proprietas peculiaris, qua aliqd concedit alicui ad usum, remanēte principali proprietate seu dominio apud alia personam seu cōmunitatē. Et quāvis prima proprietas magis repugnet uoto pauptatis q̄ ista secūda, tñ q̄ ista rei repugnat, ut patuit & patebit. Si aut̄ rursus quis monachoz talit̄ dicat: Necessitas me cōpellit habere peculium, quoniā abbas aut subprior meus de necessarijs nō puidet mihi, non dādo mihi peculium, per q̄d de necessarijs prouideā mihi. Forſan ſi talis rogaret humiliter ſuū ſuperiōrē ut alicui administrationē cōmune haberēt cōmitteret prouisionē ipsius, forſitan ſuperior acquieſceret petitioni ipsius. Vel ſi quis uidet ſe non poſſe eſſe ſecurum in clauſtro aut ordine quo eſt, pergere potest ubi uiuat ſecurius, ſeu aliquo modo potest ſuā prouiderē ſaluti. Poſtremo, & id mihi obijci poteſt, quia tā diſtictē cōtra peculium monachoz ſcribēdo, quaſi innumerabiles diuerſaz religionū perſonas in ſtatu damnationis conſtituo, fateor cōſideratio iſta aliq̄s terruit, & ad ſcribendū de iſta materia nimis remiſſe induxit. Quid igitur reſpondebo? Vtiq; pro præſenti aliu d pro reſponſione non occurrat, niſi q̄ zelo dei & ſanctę religionis hæc ſcribo, atq; in genere loquor, & uiam ſecuriorē oſtendo. An uero aliqua religioſa perſona habentes peculium ſecundum modum quem quidam doctores excuſant, excuſentur in ſpeciali ex aliqua cauſa occulta, ſecūdam q̄ aliqua ſunt mortalia in genere, quæ tamen in ſpecie excuſantur à peccato mortali, propter actus modicitatem uel ſubreptionem, hoc ego interim diuino committo iudicio ſecurior autem uia amplectenda eſt religioſa.

Articulus XIII. Quod habere peculium ſit contra intentionem & iuſſionem patrum ſanctorum, qui ordines inſtituerunt.

Quoniā abbas ille non parę autoritatis, cui ſpecialiter iſta ſcribuntur, eſt ordinis S. Benedicti, ideo ex eiufdē beatiffimi regula Benedicti ad demonſtrationē propoſiti ſumā exordia. Ait itaq; in ſua regula Benedicti: Præcipue hoc uitū q̄ proprietatis radicit̄ de monaſterio amputet̄, ne quis præſumat aliquid dare uel accipere ſine iuſſione abbatis, neq; habere propriū, nullā omnino rem, neq; codicē, neq; tabulas, neq; graphiū, ſed nihil omnino, quippe quibus nec corpora ſua nec uoluntates licet habere in propria poteſtate, ſed omnia neceſſaria à patre monaſterij ſperare oportet, omniaq; ſint omnibus cōmuniā nec quicq; aliquid ſuū eſſe dicat aut præſumat. Quod ſi quicq; hoc neceſſario uitio deprehēſus fuerit delectari, admoneat ſemel & iteſi non emēdauit, correctioni ſubiaceat. Itē ait in Regula: Nullatenus liceat monacho nec à parētib; ſuis, neq; à quocq; hominū, nec ſibi inuicem literas uel eulogias uel quælibet munuſcula dare uel accipere, ſine iuſſione abbatis ſui. Quod ſi etiam à parentibus ſuis quicquam ei directum fuerit, non præſumat ſuſcipere illud, niſi primo indicatum fuerit abbat̄. Quod ſi ſuſcepit ſuſcipi, in abbatis ſit poteſtate, cui iubeat illud dare. Et ne contriſtetur frater cui directū fuerit, ne occaſio detur diabolo. Qui aliter præſumpſerit, diſciplinæ regulari ſubiaceat. Inſuper dicit in Regula: Stramenta, lectorum ſufficiant, matta, ſagū, lena & capitale: quæ tamen lecta frequenter ab abbate ſcrutanda ſunt, propter opus peculiare, ne inueniantur: & ſi apud alium inuentum fuerit quod ab abbate non acceperit, grauiſſimæ ſubiaceat diſciplinæ. Et ut hoc uitium peculiare radicitus amputetur, dentur ab abbate omnia quę neceſſaria ſunt, id eſt tunica, cuculla, pedules, caligæ, brachię, cultellus, graphium, acus, mappula, tabula, uel omnis excuſatio auferatur neceſſitatis: à quo tamen abbate ſemper conſideretur illa ſententia actuum Apoſtolorum, Quia dabatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Ex his uerbis ſancti Benedicti præcipui legiſlatoris, patris & inſtitutoris monachorum probatur, quā diligentiſſime ac diſtictiſſime prohibuit monachis ſuis omne proprium atq; peculium, in tantum ut nec tabulam neque graphium permitteret haberi ut proprium. Quo igitur pacto putandum eſt, quod pecunias, prædia aut ſimilia permiſiſſet ut peculium à monachis ſuis haberi. Denique peculium nominatum & expreſſe prohibuit, non igitur licet abbatibus ſui ordinis contra præceptum hoc agere aut diſpenſare, dādo peculium, cum ſubiecti ſint regulæ illi & præcepto ſeu legi, non ſupra illa, nec à poteſtate ſuperiori puta papæ li permiſſa, ſed potius manifeſte prohibita eſt eis diſpenſandi poteſtas de dādo peculium, ut iam abundāter de ductum eſt. Rurſus, ex hoc q̄ rem alicui monacho miſſam, uoluit ſanctus Benedictus potius alteri dari q̄ illi, cōcluditur q̄ ſerioſe & integre uolebar omnē à ſuis proprietatē peculiiq; excludere. Propterea beatus Baſilius, quē Benedictus in Regula ſua ſanctū ſuū patrē appellat, dicit in Regula ſua: Hic q̄d eſt habere aliqd propriū, cōtrariū eſt q̄d in Actib; apoſtolor; habet: Erāt illis oia cōia. vnde cōcludit: Si quis inter fratres aliqd ſuū eſſe dicit,

Act. 4

Eodem

dicit, abſq; dubio alienum ſe facit ab electis dei & charitate Chriſti. Sanctus uero Hieronymus in Regula ſua de hac materia pleniffime & ſapientiſſime ſcribit dicendo: Aedificata tuus ille in zabulo, q̄ in uita apoſtolica & religionis propoſito tēporales appetit diuitias. Hic attendite diligenter. Hic periculum omne eſt. hic interitus, hic mors æterna. Qui iam omnibus quæ habebant renuntiauerunt, concurrentes ad imitandum pauperem Chriſtū, qui non habuit ubi caput ſuum reclinarēt, hi ex uoto promiſerūt nihil temporale, nihil terrenum habere præter ipſum ſolum Ieſum Chriſtum, ſed nec etiam appetere quæ iam dimiſerunt. Hinc Chriſtus mandauit apoſtolis, non portare ſacculum neq; peram, ut ex hoc intelligant ſectatores uitæ eorum, q̄ nihil proprium in monaſterio licet habere, certe non tunicam, quæ ex neceſſitate portatur: non caligam, nec aliquid minimum quodcunq; ita & uos chariffimi. Et ſi liceat habere aliqua tēporalia ad uictū & tegumentū, quæ duo ſufficiūt Chriſtiano, nihil horum alicuius ſit ueſtrum, ſed commune ſit omne, etiam minimum. Inſuper in Regula ſua ait Hieronymus: Itaq; obteſtor uos omnes & ſingulos coram deo & Ieſu Chriſto, qui iudicaturus eſt omnes, ut aurum & argentum & pecunia cito pertransiens, nulla ratione cor ueſtrum ſeducat, retinendo apud ſe quantumcunq; minimum temporale ultra ea quæ ex neceſſitate portantur: nec tamen hoc niſi ex licentia ſuperioris. Nudus Ieſus nudos quaerit ſectatores. Quod ſi ipſum ſequi temporale aliquid appetendo uolueris, oneratus grauedine nudum ſequi non poteris. Hinc dicuntur beati pauperes ſpiritu, uſciatur q̄ non ſufficit cuncta temporalia in mundo relinquēdo ad clauſtrum accedere, ſi mens miſerrima appetit quæ reliquit. Melius eſt in ſeculo cum alijs diuitibus temporalibus rebus inſiſtere, q̄ in monaſterio eas appetere. Propter quod uolo, horror & monco uos chariffimi, ut hæc perpetua in ueſtro monaſterio obſeruatō maneat, q̄ nullus omnino tan gere aut aequaliter retinere audeat per horam, cenſum aut obolum ſeu aliud quodcunq; minimum, quāq; à ſorore aut matre mittatur. Rurſus ait ſanctiſſimus iſte Hieronymus: Sic ſponſum Ieſum aſtringite mentibus mundis à terrenorum contagione: quoniā ſecum in habitatione nihil permittit eſſe terrenum; ſic ſic proijcite peras, ut neq; maſcupia ex latere pendeat, neq; opus ſit clauibus, ut iam ex ipsis monſtratur exteriorum iudicijs, q̄ nihil habetur extrinſecum præter Ieſum: q̄ nihil eſt clauſum, quod eſt deditum uſibus hominum. Præterea de hac religioſorum cōmunitate & paupertate etiam in regula ſancti Auguſtini notabilia continentur intantum, ut etiam ueſtes in uno loco cōmuni ſub uno cuſtode uel pluribus iubeatur haberi, ne aliqua ueſtis potius uideatur eſſe unius q̄ alterius. Vbi & inter cætera ſcribitur: Nullus ueſtrum ſibi aliquid operetur, ſed omnia opera ueſtra in cōmuni ſiant, maiori ſtudio & frequentiori alacritate, q̄ ſi uobis ſingulis faceretis propria: Charitas enim quæ non quaerit quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quia cōmunia proprijs, non propria cōmuniſ; anteponit. Hinc in principio regulæ ſuæ hortatur: Ante omnia ſituobis cor unum & anima una in domino, & non dicatis aliquid proprium, ſed ſint uobis omnia cōmunia. Quod autem Auguſtinus per hæc peculium uelit excludere, cōſtat ex his quæ in ſermone ad Samnitanum diſſeruit, dicens: Rem peculiarem omnino fuge. Vide quanti & quales de hoc peſtifero morbo peculiaritatis perierūt: de peculiaritatis nanq; ra dice oriuntur hæc uitia, ſuperbia, inobedientia, auaritia, uana gloria, uoracitas, mendacium, loquacitas atq; luxuria. Inſertq; Auguſtinus: Illum morbum habendi peculium uoco morbum peſtiferum & illecebroſum, quem te oportet relinquere, ſi non uis beatitudinem ſempiternam amittere. Hinc quidem notabiliter ait: Væ uobis monachis qui diuites eſſe cupitis in pecunijs, & per hoc regnum cœlorum amittitis. Qui ſponte uouisti deo obſeruare normam patrum ſanctorum, quorum exemplo radicari in regno cœlorum, modo per cupiditatem & ſecularibus negotijs dediti intrabitis ignem æternum. Neſcio quomodo contra proprietatem & peculium monachorum aliquid clarius, diſtictius aut ſerius dici poſſit, q̄ hi patres ſanctiſſimi contra illa locuti ſunt & ſcripſerūt. Quid ergo querimus euasione deſipientes noſiſpos, ut æternaliter pereamus?

Articulus XV. Quod monachū habere peculium, ſit cōtra doctores ſcholasticos
Super materia hac legi tractatum cuiuſdam doctoris inſtologia, quem noui, eoq; tempore quo in Colonia ſtudi, ſuit Cancellarius uniuerſitatis illius: eratq; doctor ille nomine Theodoricus de Monasterio, uir uita, ſcientia atq; faci dia clarus, ſed & præcipue mitis & pius. Itaq; in ſuo tractatu capite ſeptimo oſtendens quæ perſone religioſæ ſint in dubitatē proprietarię, aliquas ponit conſuſiones, quarum prima eſt iſta: Monachus aut monialis habens pecuniam aut aliam rem ſine permiſſione ſui ſuperioris,

Luc. 9

Luc. 10

Act. 4

Plat. 9

Mat. 5

D. Theoderici de Monasterio conſuſiones

propriarius est censendus. Secunda conclusio est: Persona religiosa habens pecuniam aut aliud peculium, quod superiori suo occultat uel occultare proponit, proprietaria est censenda. Tertia conclusio: Persona religiosa habens pecuniam aut aliam rem quam non uult dimittere ad requisitionem sui superioris, est proprietaria. Quarta conclusio: Personae religiosae cogentes superiorem suum per se aut per alios ad hoc quod det eis licentiam habendi peculium, proprietariae sunt dicendae. Quinta conclusio: Superior non potest licite pro sua libito uoluntatis tradere conuentualibus suis peculium siue pecuniam, illis praesertim qui non habent administrationem siue officium in conuentu, quod officium sine pecunijs exercere non possunt, quoniam hoc est superiori prohibitum per iura canonica, ut patuit supra. Sexta conclusio: Quando superior transgrediendo praecipua & statuta papalia assignat alicui peculium, ipse quidem grauer peccat: & recipiens tale peculium similiter peccat, & proprietarius est censendus, quoniam habet peculium contra prohibitionem papae, qui est siue per abbatem & abbatissam, praepositum & priorem, cui etiam magis obedire tenetur personae religiosae quam alicui praedictorum seu aliorum. Haec conclusionum probatio & declarationem dimitto, quonia conclusiones istae apud intelligentes per se notae & certae sunt. Has quoque conclusiones ait doctor praefatus a duobus theologicis doctoribus egregijs & deuotissimis, qui & ordinis sancti Benedicti fuerunt, approbatas & positas.

Papae magis obediunt tenent religiosi quam suis superioribus

Articulus XVI. De uitijs monachorum quae ex peculio & proprietate sequuntur, et quomodo proprietates sine usu minus noceret quam usus absque proprietate.

Proprietate quae mala sequatur

Doctor praefatus in suo tractatu capitulo quarto ait: Si scire delectat quare proprietates siue peculium tam rigore prohibetur, attendite uitia quae inde sequuntur: Quae prudentissimi, expertissimi ac deuotissimi uiri, qui religiones instituerunt, considerauerunt, & per experientiam etiam didicerunt: considerauerunt enim quod ex proprietate sine peculio tam ex uenosa radice multa peccata proueniunt, ut puta contumacia, superbia, contentio, partialitas, auaritia, uana gloria, inuidia, mendacium, iuxuria, occupatio, infructuosa cura, superflua multiplex dissolutio, uaria mentis distractio, acedia negligensque diuini officij perfolutio atque similia: Quoniam abundantes in peculio, ad resistendum suis superioribus sunt audaces, nec disciplinam & correptionem patienter suscipiunt, partialitates efficiunt, & interdum comestationibus & ebrietatibus uacant, ex quibus ad uitia carnis labuntur, & uotum suum de castitate seruanda, sceleratissime frangunt, sicque ad diuina fiunt pigri & acediosi, opusque dei negligenter perfolunt, atque innumerabiles defectuositates damnabiliter incidunt, non obseruantes silentium, & saepe neque ieiunium, nec ad commune refectorium ueniunt, sicque quotidie magis excaecantur & obdurantur. Contingit quoque frequenter, quod habentium peculium unus multo plus habet quam alius: quod non uideretur consonare iustitiae, cum bona monasterij extent communia: tamen secundum iustitiam unicuique secundum indigentiam suam est tribuendum. Cum ergo tot uitiorum peculij sit origo, iustissimum ualdeque necessarium est, ut religiosis secundum decreta conciliorum & decreta summos pontificum sanctorumque patrum regulas penitus auferatur. Et si religiosi libenter permitterent se a corporali purgari ueneno, incomparabiliter libentius debent habere, ut ab hoc spiritali ueneno, aeternam damnationem inducente, purgentur. Insuper probat hic doctor, quod magis nocet religioso habere usum peculij sine proprietate ciuili, quam habere proprietatem sine usu: Proprietas namque in se non est peccatum, nec ad peccatum inducit, nisi per usum rei. Eius exemplum est, quod puero uel furioso non noceret proprium habere cultellum, dummodo non haberet libertatem & facultatem utendi illo cultello: sed habere libertatem utendi ad placitum communi cultello, esset furioso seu puero ualde periculosum. Quomodo ergo stultum & derisibile esset, si quis pater familias prohiberet filio suo habere proprium cultellum, ne cum illo se laederet, nihilominus daret sibi licentiam utendi ad placitum communi cultello domus: sic stultum uidetur & derisibile, si pater spiritalis filio suo spiritali prohibeat possidere aliquod proprium, & nihilominus assignat ei aliquam portionem de communibus bonis conuentus, conceditque ei usum illius portionis: Quia libertas utendi illa portione est sibi magis periculosa, quam esset ei proprietates eiusdem portionis sine utendi licentia: quoniam usus propter quem uitandam sancti patres prohibuerunt proprietatem, est propinquior libertati utendi quam proprietati possidendi: imo quantum ad progressum de malo in malum, parum aut nihil refert an habeatur usus sine proprietate uel cum proprietate. Praeterea quod amplius est, facile est considerare, quod monachi habentes peculium saepe immoderantius illo utuntur, quam seculares & coniugati proprijs rebus: Coniugati quippe ob curam status sui

annexam

annexam, rebus suis frequenter satis moderate multumque parce utuntur: monachi uero habentes peculium, quia huiusmodi cura & onere non grauantur, nec quod restat eis, in haereditatem suis relinquere possunt, rebus sibi concessis ualde multoties immoderate profusius utuntur.

Articulus XVII. Quod ex dictis praefati doctoris sequitur, peculium monachorum esse illicitum.

Sicut paulo ante inductum est, doctor praedictus inter cetera ponit has duas conclusiones: Superior non potest pro libito suo suis conuentualibus tradere pecuniam siue peculium, illis praesertim qui administrationem pecunia indigentem non habent. Item, Quando superior transgrediendo praecipua & statuta papalia, assignat alicui peculium, grauer peccat: recipiens quoque peculium grauer peccat, & proprietarius est censendus. Cui ergo in superioribus sit ostensum, quod superior conuentuali tradendo peculium non habenti officium quod sine pecunia exerceri non potest, nec in itinere posito uel ad studium misso, sed in claustro degenti, agat contra decreta synodalia, & contra statuta papalia, itemque contra sanctorum patrum qui ordines instituerunt, intentionem, regulas et praecipua, concluditur quod enormiter peccet, & recipiens a proprietarijs peccato non excusetur, praesertim cum doctor iste in suo tractatu capitulo nono affirmet: Sancti patres qui religiones instituerunt, talem modum uiuendi nullo modo uolebant in monasterijs suis admittere, sed toto conatu excluderunt tanquam plenum periculum. Palam est autem quod praecipua maiorum obligant subiectos secundum intentionem maiorum. Verum tamen doctor iste consequenter uidetur satis remisse loqui de ista materia, imo remissius quam uere religiosis placet atque, ut intellexi, etiam quibusdam doctoribus secularibus, oculatis theologis non placet, quantum ad hoc, eius tractatus. Videtur tamen mihi quod doctor iste possit in hoc aequaliter excusari: quia in talibus loquitur magis recitativae, dicta scilicet aliorum narrando uel opinativae, quam assertivae: Nec immerito eum excuso, cum & ipse in suo tractatu tam reuerenter & fauorabiliter scribat de ordine Carthusiensium undecimo capite dicens: Insuper attendite quod ille religiosissimus ordo Carthusiensium ab exordio suo usque in hunc diem inconcusse seruauit modum habendi omnia in communi: & per illum modum profecit in spiritualibus & in temporalibus: aliae uero religiones quo ad conuentus innumerabiles per peculium defecerunt & quotidie magis decrescunt in spiritualibus & temporalibus, ut flebilis experientia docet. Insuper scribit: Saepa accidit, quod aliqui conuentus ordinis Carthusiensis per sterilitates aut bella aut alia infortunia depauperantur, non tamen modum uiuendi de communi dimittunt, sed ipsum firmiter tenent quacunque paupertate non obstant. Alia quoque laudabilia scribit de ordine Carthusiensium, & tandem subiungit: Nemo egre ferat, quod speciale facio mentionem de ordine Carthusiensium: nam hoc ideo facio, quoniam propter regularem uitam & disciplinam in eo uigentes, ipse est recte regula & mensura aliarum religionum. Quoniam teste Philosopho decimo Metaphysicae, primum in unoquoque genere, primum scilicet in perfectione, est mensura aliorum in eodem genere. Haec doctor praefatus. Fateor apud quosdam religiosos quasi proprium esse, monachus habens obolum, non ualet obolum.

Ordinis Carthusiensis laus

Ordo Carthusiensis, regula aliorum religionum

Articulus XVIII. Quod monachorum ordinis sancti Benedicti & aliorum communiter, demptis solitariam uitam agentibus, debeat esse mensura communis cum lectione ad refectorium.

Sanctus Benedictus ait in regula sua: Ad horam refectiois qui ante uersum non occurrerit, ut omnes simul dicant uersum & orent & simul accedant ad mensam: qui ergo per negligentiam suam aut uitium non occurrerit, usque ad secundam uicem, propter hoc corripatur: si denuo non emendauerit, non permittatur ad communis mensae refectioem, sed sequestretur a consortio omnium reficiatur solus, ablata ei portione sui uini usque ad satisfactionem & emendationem. Similiter patitur, qui non fuerit presens ad uersum qui post cibum dicitur. Et nullus praesumat ante statutam horam aut postea quicquam cibi aut potus accipere. Iterum ait: Qui pro culpis leuibus excommunicatur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant usque ad iustionem abbatis. Ex his constat, quam seriose & feruide beatissimus pater Benedictus uoluit monachos suae religionis ad unam refici mensam, & simul accedere simulque exurgere. Nam & a communi mensa separari, excommunicatio quae dicitur secum, & tanquam poena pro culpa infligit. Denique de lectione refectorij

facit

facit specialem mentionem: & uult, qd talis legat ad mensam, qui sua lectione possit a discipulis edentes. Considerandum uero est, qd periculosum esset frequenter a mensa communi se sine rationabili causa subtrahere: Nec tamen poenam pro hoc praefixam atq; iniunctam in regula subire & adimplere. Praeterea in regula sancti Basilij sic habetur: Cum necesse sit omnes uenire ad horam prandij: si quis remanet absens, & post prandium uenit, quid faciat? Respondet sanctus Basilius: Si necessitate loci uel operis remanserit absens a mensa communi, examinabit & agnoscat quae praestitit: si uero cum posset occurrere non satis egit ut ueniret, fateatur culpam negligentiae suae, & maneat absq; cibo usq; ad illam horam qua conuenitur ad cibum in postea diem. Ecce qd districte ille sanctus Basilius instituit fratres uenire ad refectorij simul: qd item dire non uenientes puniuit. Augustinus quoq; ait in regula sua: Cum acceditis ad mensam, quousq; inde surgatis, quod uobis legitur, sine tumultu audite, ne sole fauces sumant cibum, sed & aures eliciat dei uerbu. Hieronymus etiam scribit in regula sua: Vt semper pro posse oretis, dum corpus reficitur cibo, saturant animae lectione: non est fas etiam secularibus simul cibum terere, & inania uerba ructare. Hora refectio nis mens unius cuiusq; sobria intenta sit dulcedini uerbi dei. Postremo ex priuatis & separatis religiosorum refectio nibus atq; conuiuijs multa & magna ac periculosa uitia oriunt, uidelicet ingurgitatio, loquacitas, dissolutio, saturitas, delectatio sensualis, coelatio carnalis: ex quibus sequitur concupiscentia & inflammatio corporis, fastidij diuinoꝝ, somnolentia, scurritas, leuitas, perditio temporis infructuosa, imo & uitiosa atq; in deuota & negligens per solutio operis dei, quod solu maledictionem meretur, sanctissimo Ieremia dicente: Maledictus qui facit opus dei negligenter. Omnino ergo curet religiosus iuxta regulae suae tenorem ad communem pergere mensam: quia & hoc fraternam fouet dilectionem, & suspiciones abscondit finitras: Oppositum uero tanq; detestabilem consuetudinem fugiat.

Articulus XIX. De sobrietate, silentio & alacritate in dei obsequio conseruandis.

Beatus Benedictus in regula: Remoueat, inquit, pra omnibus crapula, ut nunq subripiat monacho in digeries: quia nihil sic contrariu est omni Christiano ut crapula, sicut ait Saluator: Videte ne grauetur corda uestra crapula uel ebrietate aut curis seculi huius. Item ait: Legimus uinum omnino monachorum non esse: tamet quia temporibus nostris hoc monachis persuaderi non potest, saltu uel hoc consentiamus, ut non usq; ad satietatem bibamus sed parcius: quoniam uinum apostatare facit etiam sapientes. Porro de obseruatione silentij scribit: Omni tempore silentio studere debent monachi, maxime tamen nocturnis horis: & post completorium nulli sit loquendi licentia. Faciamus quod ait propheta: Dixi custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Unde si a bonis eloquijs interdum propter taciturnitatem tacendum est, quanto magis a uerbis malis: scurrilitates autem & uerba inania in risum mouentia, aeterna clausura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus. Praeterea dicit: Ad horam diuini officij mox cum auditum fuerit signum, summa cum festinatione & alacritate curra, omni tamen tempore maturitate seruata: & operi dei nil praeponat. Orationum fit id quod dicit: nec aliud quid ibi agat. Omnes superuenientes hospites tanq; implemet Christus suscipiant: quia ipse dicitur: Hospes sui, & non collegistis me. Ait iterum Benedictus: Hanc regulam uolumus saepe in congregatione legi, ne quis fratrum de ignorantia se excuset.

Articulus XX. Contra irreligiosos religiosos, ex dictis sancti Bernardi.

Ostor praecipuus monachorum beatus Bernardus ait: Video quod magis doleo, post spretam seculi pompam, nonnullos in schola humilitatis, hoc est in claustro, superbia magis addiscere, ac sub alis mitis humilistq; magistris, grauius infollescere, & magis impatientes fieri in claustro, qd fuissent in seculo: quodq; magis peruersum est, pleriq; in domo dei non patiunt se haberi contemptui. Video & alios, quod non sine dolore uideri debet, post aggressam Christi militiam, rursus secularibus implicari negotijs, rursus cupiditatibus terrenis immergi, cum magna cura erigere muros, & negligere mores. Ita ne mundum sibi, & se mundo crucifixerunt: Nec aliunde haec omnia mala contingunt, nisi quia illa quam mundus deserendus est, humilitate derelinquentes, denuo facta sectantur secularium, efficiuntur canes reuersi ad uomitum. Nullus ordo recipit quippiam inordinatu: quod uero inordinatum est, ordo non est. Unde non aduersus hominem, sed pro ordine disputare putandus ero, si non ordinem in hominibus, sed hominum

Quae uitia priuatis religiosorum refectio nes sequantur

Ter. 48

Luc. 11

Monachi uini non bibant

Eccl. 19 Silentiū maxie monachis obseruandum Phil. 18

Mat. 27

Gal. 6

Promer. 16 1 Pet. 3

uita reprehendero. Dicitur & ueraciter creditur, sanctos patres uitam monachorum instituisse, & ut in ea plures saluarentur, usq; ad infirmos regulae temperasse rigorem. Ab his autem ut eos credam tantas quantas uideo in plerisq; monasterijs uanitates ac superfluitates praecipisse aut concessisse. Miror etenim, unde inter monachos tanta intemperantia in comestationibus & ebrietatibus, in uestimentis & lectisternijs, & construendis aedificijs & equitaturis infollescere potuit: quatenus ubi haec studiosius, uoluptuosius atq; effusius sunt, ibi ordo melius teneri dicatur: Ecce enim paritas reputatur auaritia: sobrietas, austeritas creditur: silentium, tristitia iudicatur. E contra, remissio discretio creditur: effusio, liberalitas: loquacitas, affabilitas: cachinnatio, iucunditas: mollities uestimentoꝝ, & equorum fastus, honestas: lectoꝝ, superfluus cultus, munditia: cumq; haec alterutru impeditus, charitas appellat. Ista charitas destruit charitatem: haec discretio, discretionem confundit: talis misericordia crudelitate plena est, qua uidelicet ita corpori seruit, ut animam iugulet. Quae etenim charitas est, carne diligere & spiritu negligere? Quae discretio, totu dare corpori, & animae nihil? Quae misericordia ancilla reficere, & domina interficere? Nemo pro humilissimo di misericordia putet se consequi misericordiam, quae misericordibus promittit. Bona misericordia, misereri animae tuae: nec potest misericordiam non mereri, qua fit ut placeas deo: aliam non est misericordia, sed crudelitas: non est charitas, sed iniquitas: non est discretio, sed confusio inutilis, carnis concupiscentijs inserruire, & animae excolendis uirtutibus nullam operam dare. Quis in principio, cum ordo cecepit monasticus, ad tantam crederet monachos in uertia deuenire? O quantum distamus ab his, qui in diebus fuerunt Antonij: Si quidem illi cum se inuicem per tempus ex charitate inuiderent, tanta ab inuicem aueritate panem animae sumebant, ut corporis cibo penitus oblit, diem plerumq; torum ieiunis uentibus sed non mentibus transigerent. Et hic erat reclusus ordo, quando digniori parti scilicet animae, prius inferuie barur. Haec summa discretio. Haec charitas uera, ubi aia, quae amore Christus mortuus est, tanta sollicitudine refocillabant. Nobis autem conuenientibus in unum, ut uerbis Apostoli utar, iam non est dominica cenam manducare. Panem quippe caelestem nemo est qui requirat, nemo qui tribuat. Nihil de scripturis, nihil de salute agitur animae, sed nugae & risus & uerba proferuntur in uentum. Inter prandendum quantum fauces dapibus, tantum aures percantur rumoribus: quibus totus intentus, modum nescias in edendo. Interim autem ferula ferculis apponitur: pro solis carnibus a quibus abstinetur, grandia corpora pisciū duplicantur. Cumq; prioribus fueris satiat, si sequentia attigeris, uideberis tibi nondum gustasse pisces: Tanta quippe accuratione & arte cocorum cuncta parant, ut quatuor aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediatur nouissima, nec satietas minuat appetitu. Transiit meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit quot modis, ut caetera taceam, sola oua uersantur & uexantur: quanto studio eueruntur & subuertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur: & nunc friza, nunc assa, nunc farsa, nunc mixtim, nunc figillatim, sicq; stomachus obruitur magis qd reficitur, iam uero de aequo potu quid dicam? Quando nec uinum aquatum admittitur, & fortiora uina praeliguntur, imo & uina delibata melle, pigmentorum resperfa pulueribus, quod ad nihil aliud ualere uideo, nisi ut uel amplius uel delectabilius potetur: sed cum uenae uino fuerint ingurgitatae, toto in capite palpitantes Sic surgenti a mensa quid aliud libet nisi dormire? Si autem ad uigilias surgere cogis in digestum, non cantum, sed plantum potius extorquetibus. Cum uero ad lectum uenero requisitus, incommo dum plango, non crapulae excessum, sed qd manducare non queo. Quid de ipso monastico habitu dicam, in quo non calor sed color requiritur, magisq; cultui uestimiq; uirtutum in fittitur: Quae ritur ad induendu, non quod utilius, sed quod subtilius inuenitur: non quod repellat frigus, sed quod superbire compellat: non deniq; iuxta regula manducari potest, sed uenustius, imo uaniosius etari. Heu me miserum, quae eumq; monachum, cui ad huc uiuo uidere contigit ad ista deuenisse ordinem monachale, quo nullus in terra familiar angelicis fuit ordinibus: rursi iam sumus exterius, & de regno dei quod intra nos est, non curates, relicti ueris, aeternis ac spiritalibus bonis, fors quae rimus uanam consolationem. De uanitatibus & insanis falsis ac iam religionis antiquae non solum uirtute amissimus, sed nec speciem tenemus. Miles & monachus ex eode partuntur panno sibi culcullam & chlamydem: & habitus noster, qui esse solebat humilitatis insigne, iam a monachis nostri temporis in signum gestatur superbiae: sicque exterior superfluitas & curiositas, interioris uanitatis indicium est. Mollia uestimenta, animi molliem indicant. Non tantum curaretur corporum cultus, nisi prius neglecta fuisset mens

In monachis luxum

Mat. 5

Eccl. 10

1 Cor. 11

Monachos uini nostri repositus luxum

Luc. 17

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

Cere. 17

Bernardus

Apor. 9

mens ineulta uirtutibus. Væ semel & uæ iterum religiosis superbis, qui Christi humilitatē non sequuntur. Duplici contritione conteruntur qui huiusmodi sunt: quia & hic pro temporali gloria temporaliter se affligit, & pro interiori sua superbia in futuro ad æterna supplicia pertrahuntur. Insuper sanctissimus iste Bernardus contra negligentiam ait abbas: Miror cum regula dicat ad magistrū pertinere quicquid a discipulis delinquitur, quomodo abbas nostri talia fieri patiatur: nisi forte si a deo dicere, nemo confidenter reprehēdit in quo se esse irreprehensibilem non confidit: Siquidem humanitatis est omnium, unde sibi quisq; indulget, alijs non uehementer irasci. Dicam dicā, præsumptuosus dicar: sed uerum dicam. Quomodo lux mundi obtenebrata est? Quomodo sal terræ infatuatum est? Quæ enim, ut cætera taceam, species humilitatis est, cum tāta pompa & equitatura incedere, tantis hominum stipari obsequijs: Hęc pauca ex dictis magni & diuini Bernardi, de his multa saluberrime conscribentis sunt sumptat: quæ dignanter ab his quos concernunt, cupio legi, ut præ oculis deum habentes, uitæq; huius breuitatem pēfantes, iuxta sanctorum patrum doctrinas ac regulas se emendent.

Articulus XXI. De modo quo qui præ est seu abbas, procedere debet ad reformationem claustrī seu gregis sibi commissi.

Quoniam sine auxilio gratiæ dei nil meritorie agere possumus, imò nec cogitare, quo maior res est reformatio communitatis, eo amplius dependet a deo, & tanto plus necessarium est speciale subsidium directionis & cooperationis spiritus sancti. Abbas ergo siue superior debet profundissime coram deo, propriam insufficientiam ex totis præcordijs confitens, adiutoriumq; diuini lachrymose, affectuosissime & indefinenter exorans, ut se illuminet, dirigat & confortet ad exhortandum salubriter, ad agendum exemplariter, ad consummandum feliciter, subditorumq; corda dignetur misericordissime inueniri, mollificare & aperire ad audiendum & consentiendum ac perficiendum quod eis suadet & dicitur, & ad quod tenentur. Porro, si abbas uiderit se proficere, ne quaquam inaniter gloriatur, sed deo humilime regratietur, totumq; pietati cōscribat diuinis, ex intimo corde, ut deo semper gratus ac subiectus cōsistat, & ipsum semper in cunctis glorificet. Secundo, quia ut sanctus Dionysius docet, Prælati tantæ debet esse perfectionis & gratiæ, ut ex plenitudine sua subditis suis communicet: Et plus est docere exemplo seu factis quæ uerbis duntaxat: Prædicatio quoq; illius non reputatur, cuius uita despicitur. Hinc superior debet seipsum in omnibus exemplarem subditis exhibere, & uitam honorabilem imitabilemque præbere, ne ei dicatur, Medice cura te ipsum. De hoc superior multa sunt alle gata ex regula Benedicti, qualē se debeat abbas exhibere coram deo & monachis. Abbas ergo ex dei amore & zelo salutis fraternaliter humiliet seipsum, & subditis suis se humiliter applicet, affabile reddat, amorosum ostēdat, & tam uerbis quæ factis prouocet eos ad uiam salutis. Hinc ad Timotheum scribit Apostolus: Esto exemplū fidelium in uerbo, in cōuersatione, in charitate: Prælati namque est quasi signum, in quod subditorum oculi dirigitur: Atq; ut de nequa protestatur, Nil intantum inducit subditos ad uirtutes, ut exemplaris uita maior. Tertio, abbas seu præficus considerare debet eos qui meliores uidentur esse uoluntatis ad reformationē, & illos alliciat sibi & astringat ac roborat, & tam per se quæ per illos procedat ad exhortationē aliorum: seorsum & secrete, & primo illos, de quibus est sibi maior spes quæ debeant consentire: qui si statim non consenserint, patientiam habeat: nec irascat, sed oret pro eis nec cesset. Præcipue quoque labore inducere seniores ad consentiendum reformationi qui merito tanto libentius consentire debent, quo se uident uiciniores ad mortem, & quo deus eis pepercit diutius: Senioribus quippe consentientibus, iunioribus facilius inducitur & minus audent resistere. Deinde superior incipiat subditos, & abbas conuentum generaliter, piissime atq; dulcissime exhortari ad emendationem, ad uirtutes, ad professionis impletionem: legatq; abbas monachis aliqua uerba ex regula quam sunt professi, potissime ea quæ pertinent ad tria uota omni religioni substantialia, & exponat eis quæ periculosum atq; damnabile sit uotum in professione factū non satisficere. Præterea, si abbas uiderit sibi necessarium esse, uocet ad se aliquos uitros religiosos, timoratos & sapientes, præsertim abbates ordinis sui, qui cum ipso admoneant monachos ad reformationem, & consilio atq; auxilio sibi assistant: Si autem aliqui essent ita rebelles & duri, quæ abbas uideret se maiori & posteriori indigere auxilio, posset episcopi sui aduocare subsidium, maxime si sciret episcopum ex corde uelle succurrere, & nec precibus neq; muneribus flecti debere. Si uero hoc timet, impetret

Luc. 4

Prælati subditorum uigilans scopus est

Superioris siue abbatis officium

Rebelles quo pacto corrigendi

DE REFORMATIONE MONIALIUM, DIALOGVS. 375

impetret aliquos deum timentes atq; idoneos, quibus episcopus uicē & autoritatē suā cōmittat: Qui uenientes fideliter asstent & cooperent abbati. Deniq; teste Dionysio, à distanti ita distans non fit motus, nisi per medium: & de uno extremo non uenit ad aliud nisi medium peranseundo: Nemo quoque repente fit summus, & paulatim longius itur: Hinc abbas omnia discretissimo atq; piissimo moderamine agat, nō statim in principio totū ordinis rigorem monachis imponendo, sed infirmitatibus inspectis: condescendat, eosq; paulatim ad perfectionem trahere enitatur, ita ut in primis ad obseruantiam substantialium inducant, deinde perdetentim ad alia. Etq; quia qui timet deum nihil negligit, atq; amanti nihil difficile est, hinc abbas seu quicumq; superior magis conetur sibi commissos inducere ad dei timorē & amoris spiritualis feruorem, quæ ad exteriores obseruantias rigorosas: Nepe cum ceperint deum timere, atq; diligere, spiritualisq; uitæ suauitatē aliquatiter degustare, ex seipsis mouebunt ad obseruantiam eorum quæ ordinis sunt, & pro salute sicut solliciti. Vnde nonnulli uolentes alios reformare, magis destruit eos, quia in discrete procedit, & ab exteriori rigore corporalique obseruantia sumunt exordium: sicq; subditi instar rei quæ uiolenter mouetur, trahunt, cogunt & tribulant: nec tamen proficiunt quia non habent intra se principium motionis ad bonū, ut puta timorem dei aut charitatem. Præterea reformatione incepta potest abbas aliquos sui ordinis monachos multū deuotos & exēplares ex aliquo alio cenobio impetrare, qui ad tempus in suo sint claustro, ut monachis suis nondū exercitatis in obseruantijs ordinis, ostendat uerbis & factis modum monasticæ conuersationis, formam spiritualis profectus, exercitium deuotionis internæ regularisq; obseruantiam disciplinæ. Gregem etiam reformatum abbas cum diligentia summa custodiat ne reciduat: sed & regulam suæ professionis frequentissime legat, ut sciat quomodo eum oporteat in omnibus loqui & operari, & perseueret fortissime usq; in finem, in uocetq; quotidie beatissimā uirginem Mariam in adiutricē, & ceteros sanctos, eos præcipue ad quos magis afficitur, & ordinis sui institutorem, ut sanctum Benedictum uel alium, si est canonizatus: ut & ipse tādē post huius uitæ decursum, sanctorum mereatur cœtibus adunari, & tanto gloriosius coronari, quo plures per eum fuerint reformati. Ad laudem & gloriā omnipotentis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, A M E N.

Libri de reformatione claustralium, finis.

D. DIONYSIA RICKEL CARTHVSIANI, DE REFORMATIONE MONIALIUM, DIALOGVS. PRAEFATIO.



RESPONSI: APERI MIHI SOROR MEA spōsa. Te alloquor & exhortor ò monialis, quæ in tua professione consecrata, oblata & desponsata es mihi, ut præter & extra me nullum aspicias amatorem, & solenni uoto te obligasti adhærere & seruire mihi inuolabiliter usq; ad mortem in uera paupertate, in sancta mētis & corporis castitate, atq; in spontanea obedientia: & quamuis uota ista non impleas, tamen sororem te uoco & sponfam: sororem, propter communionem naturæ humanæ in me & te: sponfam quoq; propter spiritalem desponsationem qua desponsata & dedicata es mihi et meis mancipata obsequijs, iuxta tenorem regulæ tuæ: et etiam ideo, quatenus tam amoro- siter dulcibus nominibus nominata à me accendaris meo diuino amore atq; celerius conuertaris ad me tuum creatorem, saluatorem ac sponsum. MONIALIS. Magna fateor et inestimabiliter magna est ista dignatio, quæ tu domine Iesu christe unigenitus dei patris, æterno patri æqualis, uerus deus et homo in unitate personæ dignaris me fragilem creaturam uocare tuam sororem ac sponfam: tantæ quoque dignationi teneor esse grata. Veruntamen hoc contristat me et affligit, quæ asseris me non implere uota quæ tibi in professione mea promisi. Ecce enim, nonne in claustro maneo, habitum mei ordinis porto, chorum die ac nocte ui- sito, horas persoluo canonicas, abbatissæ meæ obediō, nec aliquid habeo nisi de uoluntate RRR ipsius

Eccl. 7 Ad dei timorē inducendi res giofi

Aliunde aduocandos, qui monasticæ uitæ exemplū præbeāt

1. Tim. 3

Carit. 5

Sap. 9
Eph. 4

ipsum nec uirum cognosco. Nunquid parua aut nulla uidentur tibi hæc omnia? Nunquid rãtus labor erit inutilis, cū tamē dicat scriptura: Bonorũ labor gloriofus est fructus. CHRISTVS. Quoniã emollitũ & compunctũ est cor tuum ex dignatione mea & amorosa uocatione qua te nominauit sororem & spõsam deo: nãt amplius inflammis charitate bonitatis ac dulcedinis meæ diuinæ ac infinitæ, uolo te consequenter sub nomine sponse bonitatis ac hortari, & uolo ut tu sub nomine sponse respondeas mihi. SPONSA. Hoc facere non audeam, nisi tu ipse ð gratiosissime sponse præciperes. Non ergo præsumptione sed obedientie ascribatur, q̃ te nominò sponsam meam, & me spõsam tuam. SPONSVS. Ita fiat: Sed respõdere tibi nunc uolo super hoc q̃ dicis te contristatam atque afflictam, eo q̃ dico te tua uota mihi promissa non adimplere: & probo tibi, q̃ nullum eorũ quæ modo dixisti te obseruare, obserues eo modo quo obligaris. SPONSA. Dixi in primis, q̃ in claustro maneo, quod patet ad oculum. SPONSVS. Corporaliter manes in claustro, sed mēte uagaris per mundum, & mundum quem corporaliter reliquisti, intra te habes claustrum, uana & secularia cogitando ac appetendo. Interdum quoque exis de claustro & uisitas tuos propinquos, & quæris mundana solatia: sæpius quoque optas exire, cum tamen deberes in claustro sub perpetua clausura manere, atq̃ implere quod spiritus sanctus per prophetam loquutus est tibi: Audi filia & uide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, SPONSA. Multa obijcis mihi, & in multis accusas me, quæ negare non possum nec audio, quoniam omnia nuda & aperta sunt oculis tuis, & cordium intueris secreta. Sed unum dixisti quod admiror & horreo, quod & ualde difficile mihi esse uidetur: Nam dicis q̃ deberem in claustro sub perpetua clausura manere, quod non habetur in regula. Et cur moniales potius essent sic clausæ, quàm monachi existentes ordinis eiusdem cum ipsis? Aliquos tamen monachos clausos esse cognosco, ut Carthusienses: iccirco nec miror, q̃ moniales ordinis Carthusiensis sint clausæ. Veruntamen & ipsi Carthusienses ex speciali suorum superiorum licentia aliquando exeunt & uisitant suos. SPONSVS. Ad hæc tibi respõdebo plenarie in sequenti articulo.

Psal. 44
Hebræo. 4

Articulus primus. Quod uniuersæ moniales debeant permanere sub perpetua monasterij sui clausura.

SPONSVS.

Hoc scias, q̃ unusquisq̃ fidelis & Christianus tam religiosus q̃ secularis, magister nerum summo pontifici obedire q̃ alicui inferiori prælato in omni casu siue exceptione, sicut & doctores catholici super secũdũ Sententiarum describunt. Nunc ergo aduerte quid uicarius meus Bonifacius octauus p̃t̃ifex summus sexto Decretalium ordinasse ac præcepisse legatur: Cupientes salubriter providere periculoso ac detestabili statui quarundam monialium, quæ laxatis habenis honestatis & impudenter abiectis monachali modestia ac uerecundia sui sexus, nonnunq̃ discurrunt extra monasteria sua per habitacula secularium hominum, & frequenter infra monasteria sua admittunt personas suspectas, in grauem offensam illius cui suam integritatem uoluntate spontanea deuouerunt, & in religionis obprobrium ac scandalum plurimorum: præfenti constitutione perpetue irrefragabiliter ualitura sancimus, uniuersas & singulas moniales præfentes atq̃ futuras, cuiuscunque sint ordinis, debere manere sub perpetua monasterij sui clausura, nisi tali ac tanto morbo aliqua earum laboraret, quod non posset cum alijs absque graui periculo aut scandalo commorari. Nulli etiam inhonestæ personæ nec honestæ pateat accessus ad moniales sine speciali licentia superioris, & nisi fuerit manifesta & rationabilis causa, deo tenus moniales sic separatæ omnino à publicis ac mundanis conspectibus, ualeant deo seruire liberius, & custodire ei diligentius corda sua & corpora in omni sanctimoniam, omni oportunitate lasciuendi sublata. Consideras ne in his uerbis, q̃ statum ac usum monialium exeuntium claustra sua pontifex summus uocat periculosum ac detestandum, atq̃ q̃ moniales sic exeuntes laxant habenas honestatis. i. contra frenũ ac uirtutẽ honestatis debite agunt, ac impudenter abijciunt religiosam modestiã ac uerecundiã ad sexũ femininum præcipue pertinentẽ: q̃ itẽ per hoc offendunt grauius deum & me spõsam celestẽ, cui uoluntarie promiserũt suã integritatẽ & castitatẽ: q̃ etiã exitus talis cedit in obprobriũ sanctæ religionis & in scandalum plurimorũ: Si igitur credis me in euangelio uere dixisse

De stat. regu.
c. unico lib. vi.

Vz

Luce. 17
Matth. 5

Vz homini per quem scandalum uenit, & rursus: Quicumq̃ scandalizauerit unum de pusillis istis quin me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Si ergo tam graue atq̃ damnabile est scandalizare unum pusillum, q̃ uisiosum ac damnabile puras esse plurimos scandalizare: Inuere itaq̃ q̃ multipliciter exitus ille de claustro uituperet & offensiuus sit dei. SPONSA. Considero ista, & terreo ac contristor. SPONSVS. Cur ex dictis tereris & contristaris? SPONSA. Partim ob hoc, quia frequenter peccasse me uideo, & grauia meruisse tormenta, quia tam sæpe & sine necessitate exiui: magis tamen ob hoc, quia res ardua est & multum difficilis, sub perpetua hac clausura manere. SPONSVS. O mulier mala, cur tibi uidetur ita difficile semper in claustro manere, nisi quoniam diligis mundum & ea quæ mundi sunt? nec desideria cordis tui sigis in me, sicut tua requirit professio? Propinquos quoq̃ & amicos tuos seculares diligis non pura & spiritali, sed potius sensuali affectione. Porro, si toto corde diligeres me, & uere deuota ac spiritalis esses & diligens in custodia cordis tui, ac feruida ad proficiendũ in omni uirtute prout pertinet ad omnẽ religiosam personam, tũ nihil amplius abhorreret q̃ de claustro exire, & iucundissimum tibi esset in claustro semper manere: quia sentiret quotidie spiritalia delicias, & experientia propria te doceret q̃ uere dulcissimũ sit ac salubre, deo pura mente uacare, & cum tranquilla ac bona conscientia ei esse unitum, & occupari in orationibus, laudibus ac contemplationibus dei, atq̃ in ternis, spiritalibus ac mundissimis amplexibus, consolationibus, illuminationibus & uisitationibus spõsi celestis frui & recreari: quibus gustatis, mūdus & ea quæ mundi sunt, uniuersa solatia uana, carnalia gaudia ac oia impediamenta spiritalis profectus, & diuini amoris atq̃ internæ deuotionis & puritatis uertentẽ tibi in nauis & horrorem ac tædium. SPONSA. Hæc uera esse credo ac fateor: sed quis potest ad istã perfectionem uenire? SPONSVS. Non uides q̃ multæ sint adhuc uere deuotæ moniales, præsertim Regularissæ in partibus istis, & quædam Clarissæ, quæ in sua clausura perpetua libentissime manent, & spiritalibus consolationibus coelitus refouent, quibus tã molestũ esset suã clausurã exire, q̃ graue est tibi in claustro semper manere. Si ergo uis mihi ac gesce re, docebo te breuiter, qualiter mea gratia adiuuãte, possis ad præactã p̃fectionẽ peringere, & in clausura cũ gaudio perseverare. SPONSA. Obtẽperare tibi intendo: sed scire desidero, an he ante præinductam constitutionem Bonifacij papæ erant moniales reclusæ uel ad clausurã p̃petuam obligatæ: & cur in regulis patrũ sanctorũ non sit mētio de ista clausura: cur etiã monialibus magis q̃ monachis iniungitur hæc clausura: & item, qualiter res ad hoc deuenit, q̃ moniales iam passim & quasi ubiq̃ exeũt claustrũ frequenter ac pro facili causa? SPONSVS. Multa interrogas satis utiliter: quis partim scemina curiositate, ad q̃ oia tibi in sequenti articulo ac postea respondebo.

Articulus II. Quod moniales à principio suæ institutionis fuerũt clausæ, & de causis huius clausuræ, & qualiter ad uiolationem clausuræ istius sint lapsæ.

Sancti patres beatissimi institutores ordinum diuersorũ, Antonius, Pachymius, Basilus, Augustinus, benedictus, Frãciscus, Dominicus & alij qdã, regulas suas primo instituerũt pro uiris & monachis, nõ pro monialibus: iccirco in regulis patrũ illoꝝ non fit mentio de monialiabus nec de earũ clausuris. Postmodũ uero coeperunt nõ solum uiri, sed etiã puellæ ac uirgines assumere ordines à sanctis patribus institutos: & tũ religiosi patres rectores monialium ordinis sui, fecerũt quasdã speciales ordinationes p̃tinetes ad gubernationẽ monialiũ salutarẽ, inter quas ordinationes una de principalioribus fuit, q̃ clausuræ essent. Aliq̃ uero patres sancti regulas suas primo & directe instituerũt pro monialibus, ut gloriosus Hieronymus: & in illoꝝ regulis cõtinet de monialiũ clausura p̃petua, ut manifeste patet in beati Hieronymi regula. Porro, Bonifacius papa qui iussit moniales esse iugiter clausas, nõ diu defunctus est: ideo constat, q̃ multis & diuturnis tẽporibus ante ipsum moniales fuerũt clausæ, sed p̃ aliquot annos ante ipsum Bonifaciũ fuerunt lapsæ à sua clausura, sicut & modo sunt, ideo dedit gñale mandatũ, ut uniuersæ moniales sint clausæ: qdã mãdatũ fuit renouatio ac cõfirmatio ordinationis patrũ sc̃toꝝ de clausura monialiũ. Et q̃a p̃ceptũ summi pontificis maxime ligat, ideo post constitutionem illã Bonifacij papæ, magis obligatæ sunt moniales ad clausurã q̃ ante. Quæ admodũ aut ex negligentia superiorũ suorũ atq̃ ex propria fragilitate & pueritate lapsæ sunt, & paulatim deuolutæ ad transgressiõnẽ uororũ suorũ & aliarũ obseruatiarũ multarũ ad quas tenent, sic ad uiolationẽ suæ clausuræ miserabiliter deuenerũt & corruerũt. Insuper cur monialibus magis q̃ monachis gñaliter iussa est clausura p̃petua, facile est p̃sare, quia uidelicet scemina sunt specialiter ac naturaliter mul-

1. Iohan. 2

Cur moniali-
bus magis q̃
monachis iniũ-
cta sit clausura

rum instabiles, fragiles, molles ac debiles ratione ideo periculosissimū est monialibus inter seculares homines, præcipue inter viros apparere & conuersari, ipsosq; inspicere, alloqui & audire: nec solum monialibus, sed & uiris hoc ipsum periculosum est ualde, quod totum experientia pro dolor frequenter edocuit & quotidie monstrat. Nec aliqua lingua potest exprimere, quanta peccata & scandala orta sint atq; assidue oriuntur ex hoc, q̄ moniales claustra sua egrediuntur & personas uisitant seculares, uiros quoq; permittunt ingredi sua claustra, & loquuntur cum ipsis. Utinam tumentes uteri & argumenta currentia super terram non demonstrarent hoc ipsum. Præterea moniales specialiter consecratae sunt, benedictæ & oblatae sponso celesti, ideo oculos suos debent auertere ab omni alio amatore, & omnē occasionem infidelitatis & uiolationis uitare. Certum est quoq; q̄ multo indecētius sit mulieres ac uirgines in publico apparere, q̄ uiros. SPONSA. Ad omnia que interrogauit intelligo mihi esse responsum, nec potest his contradicere ideo precor edoceri, qualiter possim ad tantam spiritualitatem & deuotionem atq; internam consolationem pertinere, ut nūquā desiderē claustrū exire nec personā uiri aspiciere, sed toto corde in celesti sponso quiescā. SPONSVS. De hoc te libenter docebo: sed prius uolo te clarius informare de causis præfatæ claustræ, & de proprietatibus foeminae, ut cognoscas teipsam, sicq; humilior fias, & scias q̄ necessaria sit monialibus hæc claustra, & uiros uitare colloq̄, consortia & aspectū.

Articulus III. Quam necessaria & fructuosa sit monialibus claustra perpetua. SPONSVS.

Fidelis & prudens seruus meus Hieronymus cum centū esset annorum, scripsit regulā monialibus ordinis sui, in qua t̄git qualis cōmuniter sit naturalis dispositio mulieris, & ait: De billis est nimium sexus que geritis, fragilis ac mobilis, si suo relinquat arbitrio: & quāuis uirtuosus sit animus mulieris, tamen nisi regatur, nisi dirigatur continue, cito deiecit à sancto proposito. Ideo mulieri quibus religiose non sit stricta familiaritas nec incauta collatio cū patre spirituali. Vere non tacebo infelicē miserā mulieris conditionis subseruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ponatur ori: si præbeatur loquēdi uidendiq; copia, statim libido carnis de spirituali nascitur charitate. Ideo horror charissimæ filia, ut quæ Christo desponsatæ estis spirituali coniugio, cui uouistis omnem fidelitatem castitatis, & nullum amatore cognoscere præter ipsum, ut queratis effugere intuitū faciei cuiuslibet uiri, quibus ornatus sit sanctitate, etiam si æqualis sit sancto Iohanni baptistæ in meritis. Credatis experto. Nihil periculosius est uiro q̄ mulier, & mulieri q̄ uir, uterq; pignis, uterq; palea. Dicam audacter. Proh dolor, dei tēpla, uasa spiritus sancti & ædificia deo dicata, sunt prostibula, nisi diligenti seruentur custodia: & aufertur tam nobile depositum, tam pretiosus thesaurus, & heu irrecuperabile deus uirginitatis aufertur, si incessabilis insidiator diabolus ualet insigere intuitum per tenuem rimulam alicuius dilectionis inceptæ: ideo omni custodia cor seruetur. Credite mihi, turba sacerdotum aure ligiosorum circūuentium seu circūuentium, omnē sanctitatem expellit à consortio mulieris. Ideo si sacerdos circa aliquā fororū uidetur inepta familiaritate astringi, nō sinatur oriri q̄d non sine magno scandalo remoueri potest exortum. Corripiatur à superiori: si correptus ab inceptis non cessat, remoueatur quātūmcūq; utilis uideatur. Impudici pedes limina monasterij nunq̄ terant. Lingua uiri ignita sagitta diaboli est mulieri. Labia uiri, uenena mulieribus præbet, per q̄ diabolus uulnerat mulieris cor mulieris sagittis tērationū. Vir cuiuscūq; conditionis existat, aut nūq̄ appareat corā uobis, aut uisus terreat uisum uestrū uelut horridū monstrū. Propterea uolo ut si cū uiro omnino loqui oporteat uelū in fenestrali tractū abscondat faciem unius ab alio, nec liceat uideri quod concupisci nō licet. Sanctus David uidēdo capitur, & tota scriptura testatur, q̄ uictoria non speratur in isto certamine nisi ex fuga. Secreta uerba suspitione non carent. Iccirco præcipio ut nulla fororū loquatur alii cui extraneo sine præsentia abbatis aut fororū. Inter uos nunq̄ habeatur mentio de uiro, si possibile est. Ultra quā creditur exultat diabolus, si in corde foemineo uiget memoria uiri. Proh dolor, infelix cōditio sexus uestri: sanctior mulier si uiro adhæreat quātūmcūq; spirituali affectu, inclinatur tandē ad nefas, si in uiro uirtus deficit. Infortunatissimū gen^o mulieris. Hamo capiūt ut pisces, ad macellū conducūt ut bestia, præter sunt & ficticia cupiūt, subornata yba deponcūt, fabulas nō fastidiūt. Credite charissimæ, credite seni pene oia exporior: nō possunt iugiter claudi sensus nostri exteriores in tumultibus hominum. Ideo solum in silentio & quiete uitant cogitationes peruersæ: propterea horror ut non nisi sanctarum mētium uerba audire uelitis. Tam raro coram uobis uir appareat, tam raro inter uos mentio habeatur de uiro, ut puellæ uestræ pene uirilem sexum ignorent sic consortia hominum

Prover. 4

2. Reg. 11

num fugite, ut ad uos nequaquam perueniat quicquid agatur in seculo. Solus sponso uester Iesus Christus constringatur & fruatur à uobis strictis amplexibus: solē cum solo sponso loquamini lectionibus sacris, orationibus laudibusq; deuotis, aut meditationibus sanctis: zelotypus ualde est sponso uester, nullatenus uult sponfas suas uenire in publicum, ne cōcupiscantur ab amatoribus seculi, & ne ipsæ concupiscant ea quæ mundi sunt. Semper uult solus sponso uiri, neminem uult admittere ad solatiū. Quod si alium quæritis amatore, statim recedit protinusq; dissoluit omne spiritale coniugiū. Iccirco in monasterio uro quasi in thalamo maneat cū sponso. Extra monasterij limitē nulli uestrū liceat ire: hæc lex, hæc norma, hæc summa pfectio sit oibus uobis, ut q̄ semel intrauerit, post pfectionē nūq̄ pmitat exire. Hæc oia scētus Hieronymus scribit in Regula sua. Et quāuis specialiter scripserit ea monialibus ordinis sui, nihilominus ad oēs pertinent moniales. Ex eis patet q̄ utilis & necessaria sit claustra perpetua monialibus uniuersis, & quāta existat fragilitas sexus foeminae, & q̄ defectuosæ sint proprietates foeminarum communiter ex natura, quæ tamen per gratiā dei & uirtutes reformari possunt ac perfici. SPONSA. Documentis & assertionibus t̄ antiqui sancti & experti uiri Hieronymi est credendum nec dubito quin magni sit meriti apud deū, pro eius amore in claustra perpetua permanere. Sed moniales conuertat exire & libertate sua gaudere, atq; interdum mundanis consolationibus recreari, qualiter poterunt ad hoc induci ut permittat se claudi, & quomodo poterit ad tantam spiritualitatem ac perfectionē pertinere, ut nō cupiat de claustrō exire? SPONSVS. Ad hæc tibi in sequenti articulo rēdebo.

Articulus IIII. Qualiter inducendæ sint moniales ad claustrā & ad obseruantiam regulæ sicut professæ sunt & tenentur. SPONSVS

Sicut tacitum est, proprietates foeminae communiter est appetere prohibita & negata: iccirco cum fuerint cōsuetudinibus prauis infectæ & deformatae, ualde difficile reformatur: nec in formationibus rationabilibus facilliter acquiescunt, sed reclamant, plorat, & suis carnalibus conquerunt amicis. Verūtamen quia oipotenti deo facile est corda ipsarū illuminare, cōpungere, & emollire, cōuertere, in primis orādū est pro eis seruide & instanter, deinde admonendæ & instruendæ sunt pie & seriose, ut bene considerent quid deo in sua pessione promiserunt: q̄ enormiter peccent q̄tidie cōtra suā pfectionē agēdo ac regulā in multis transgrediēdo, & q̄ grauissimā p hoc dānationē promereant: Iccirco perpendant rigorē diuini iudicij, & breuitatē atq; incertitudinem uitæ præsentis, & q̄ graue ac intolerabile eis erit æternaliter claudi, torqueri & uri in carcere infernali, q̄ modo nō uolūt per modicū tēpus propter deū manere intra claustrā cœnobij. Insuper exhortandæ sunt, ut sapienter aduertant q̄ ineffabiliter magnā gloriā merent, si sponte in sua claustra & obseruatiā regulari manerēt: quātū q̄tidie crescerēt in omni uirtute, dono & gratia spūs sc̄i: q̄ dulciter uisitentur & consolentur à sponso celesti, ita q̄ desuper illustratae maxie abhorrent exitum de claustra, & omnē dei offensam ac regulæ transgressionem, potissime in his q̄ sunt contra tria uota omni religioni claustrali substantia. Si autē non acquieuerint his & consimilibus exhortationibus p̄ns, cōpellendæ sunt à superioribus suis per uiam rigoris, per debitas poenas ecclesiasticas, uel censuras ad obseruantia sui ordinis & claustrum. Propinq̄ quoq; & fautores earū informandi sunt seorsum prudenter de periculositate status monialium attinentiū eis. SPONSA. Boni essent isti processus, sed maiores ac uisitatores nostri ad deformationem sunt lapsi, & uiuunt sicut & nos. SPONSVS. Maioribus prælati archiepiscopi atq; episcopi iussu est in constitutione Bonifacij papæ præallegata, reformationi monialium operā dare: uerū circa hoc eandē facere potes obiectionē. SPONSA. Quid igit restat? SPONSVS. Deficiente humano auxilio ad diuinū oportet cōfugere. Monialis itaq; cupiens iuxta regulā suā ducere uitam salubrē, si hoc in monasterio proprio deformato agere neq; ingrediatur aliud claustrū ordinis sui, in quo regularis obseruatiā uiget: & si tale inuenire nequieuerit, intret cœnobium alterius ordinis, in quo uirtuosa est uita: & si hoc sine dispensatione facere prohibetur, dispensationē per ueros amicos adipisci conet. Interim uero inter suas conforores conuertetur melius quo potest, offerendo omnipotenti promptum affectū pro opere, & dolendo de eo quod opere nō potest implere. Id quoq; quod ei à spiritali matre conceditur, habeat non ut proprium, neq; ut dña rei illius, sed tanq̄ sibi aliquo modo appropriatū pro sua sustentatione, & tanq̄ procuratrix sui ipsius de licentia superioris, & re illa utatur moderate ac sobrie, nec faciat inde eleemosynam aut aliam erogationem nisi de superioris licentia, sitq; semper toto corde parata resignare ad manus superioris dum ipsa uoluerit, quicquid habet. Et si plures essent huiusmodi moniales in uno cœnobio, possent

Claustra perpetua monialibus utilissima.

Moniales exhortationibus nō acquiescentes, ecclesiasticis censuris sunt coercendæ

inter se uiuere in communitate ita se habeat quousque poterit locum acquirere in monasterio uirtuose regulariterque uiuentium. SPONS A. Sanum consilium, sed inter peruersas & proprietarias religiose uiuere & saluari, ualde uidetur difficile. SPONSVS. Ita est, sed gratia adiuuante alleuiatur. Gratiolum autem & copiosum auxilium datur postulantibus illud feruent ac incessanter. SPONS A. Multum periculosa & uitiosa apparet uita monialium quae uota sua non implent, nec regulariter conuersantur. SPONSVS. De hoc consequenter clarius te informabo.

Dei auxilium postulantibus non negatur

Infringere uota uitiosius est quam peierare

Religiosi proprietarii, quamuis excommunicantur Nota lector

Leuia etiam uita mortalia sunt, si frequenter committantur

Non est uita uitiosior, quam religioforum malorum

Articulus V. Quam periculissima, uitiosissima & damnabilissima sit uita monialium irregulariter conuersantium, nec sua uota implentium. SPONSVS.

Agnosce & diligenter perpende, quod solennis professio religiose personae plus obligat quam iuramentum, ita quod uitiosus est uotum quodcumque talis professionis frange re, quam peierare, ut sanctus Thomas declarat: Sicq; moniales quotiescumque aliquid agit contrarium suae professioni, toties peccat enormius, & magis mortaliter quam peierant: & tamen peritium est tam graue peccatum etiam secundum reputationem iuris ciuilibus, quod perituri sunt omni honore in digni & maxime eorum omnibus confunduntur, quamuis semel duntaxat peierent. Quam uitiosa ergo detestabilis atque damnabilis est persona claustralis, quae non semel duntaxat, sed quotidie, in multis uoluntatibus die suam uiolat professionem, habendo proprium, & proprio illo multis modis ac frequenter utitur: Nam quotiescumque tractat & exponit rem illam peculiarem seu aliquo modo utitur ea, toties agit contra uotum paupertatis, & peccat non solum mortaliter sed & mortalissime, & enormius quam si peieraret, uiolando suam professionem: & idem iudicium est, si agit contra uotum castitatis aut obedientiae, seu contra alia quae praecipuntur in regula, uel in professione formaliter continentur. SPONS A. Heu quid audio, quam enormiter saepe excessi. SPONSVS. Audi plenus: quid festinas? In religionibus approbatis excommunicantur a praesidente aut regente, in die palmarum aut coenae personae monasterii proprietarii, a qua excommunicatione absoluti non queunt quamdiu manent proprietariae. Quam uitiosa ergo & damnanda conuersatio est earum, quae in proprietate & excommunicatione illa manentes, in die Paschae & postea communicare praesumunt, atque in tantis manent flagitijs usque ad mortem. Amplius, sicut doctores catholici fideliter probant & dicunt, religiose personae regulam non seruantes, sed uitiose uiuentes, nihil iuris habent in bonis coenobij, quae deputata sunt obseruantibus regulam, & uitam uere religiosam ducentibus, non transgressoribus regulae: ideo quicquid moniales proprietariae & sua uota praecipitque regulae uiolantes conserunt, & in suis usus conuertunt de bonis claustrij, hoc totum est furtum & sacrilegium ac rapina, & ad restitutionem tenentur. Insuper multa continentur in regula, quae quamuis prima facie non obligant ad mortale peccatum, si aliquando non seruentur, dummodo persona religiosa suam culpam inde recognoscat, poenitentiamque assumat ac impleat iuxta ordinis consuetudinem & tenorem, seu institutionem: si autem frequenter & passim uiolentur, nec per recognitionem culpae & satisfactionem emendantur, nequaquam excusari possunt a culpa mortali, ut sunt fractio silentij, absentia a diuinis, omisio ieiunij regularis aliquo die ex fragilitate humana, uel ex dispensatione praesidentis, non existente causa rationabili ad dispensandum sufficienti. Cum ergo in talibus multis excedant frequenter moniales uota sua & regulam instituta non implentes, certum est quam ineffabiliter & innumerabiliter multa magna uitia incident quia nec abstinere ab esu carniuum, prout regula continet, & in uestituum curiositate ac transgressionem suae clausurae multisque alijs peccant assidue: nec horas canonicas cum debita grauitate, deuotione & obseruantia temporis cantant & soluunt. SPONS A. Si haec ita habent, imo quia haec uera sunt, uidetur uita tam uitiosa atque damnabilis in hoc mundo non esse, ut uita religiosorum utriusque sexus, sua uota & regularia instituta non obseruantium. SPONSVS. Sic utique est. Nam & sancti patres Hieronymus, Augustinus ac alij protestantur, quod sicut non uiderunt meliores ihs qui in religione monastica profecerunt: sic non uiderunt peiores & obstinatiores ihs, qui in eadem non profecerunt, nec sua uota ac debita persoluerunt. SPONS A. Nisi tales essent omnino excaecati & grauius obstinati, commungerentur & terrerentur ex uerbis iam habitis. Et nunc quae doce me, qualiter possim ac debeam ad tantam uirtuositatem & spirituales celestis sponsi degustationem pertinere, ut non optem claustrum exire aut mundanas consolationes habere. SPONSVS. Tam pio ac salubri desiderio satisfaciam modo.

Articulus

Articulus VI. Qualiter monialis possit ad tantam uirtuositatem atque tam dulcem coelestis sponsi degustationem uenire, ut non cupiat exire coenobium, nec habere aliquod mundanum solatium. SPONSVS.

Tria sunt quae omnes religiose principaliter uouent: Primum est paupertas, id est spontanea abnegatio totius proprietatis in rebus opibusque terrenis, & haec paupertas est uirtus ad quam non sufficit proprium nil habere, sed non optare nec uelle aliquid proprium possidere. Ideo quotiescumque religiosa persona cupit aut nititur habere aliquid proprium aut uti illo, nisi forsan in extrema necessitate, toties agit & peccat contra hoc uotum, & contra hanc uirtuosam ac uoluntariam paupertatem. Secundum uotum est, obseruatio castitatis perpetuae, quae est uirtus refrenans concupiscentias carnis in definitum: ideo religiosa persona non solum frangit hoc uotum per commixtionem carnalem, sed etiam quicquid ex deliberatione rationis consentit in tale commixtionem, aut in delectationem uenerem, aut appetit eam. Tertium est obedientia, quae est uirtus per quam religiosa persona propter deum abnegat propriam uoluntatem, atque ex corde sponte se subdit ac obtemperat suo superiori. Idcirco ad hoc quod religiosa persona impleat uotum hoc, non sufficit quod exterius ac corporaliter agat & impleat quod sibi a superiori suo iniungitur, sed tenet illud implere libenter ex animo. Ordinant autem haec tria uota principaliter ac finaliter in hac uita ad dilectionem puram & perfectam. Tria sunt enim quae ad perfectam dilectionem dei praesertim impediunt: Primum est, amor, sollicitudo & occupatio circa terrenas diuitias, & hoc impedimentum expellit praefata paupertas. Secundum est, uoluptas carnalis & amor sensualis parentum ac propinquorum, quod impedimentum expellit castitas perpetua iam praedicta, quae sensuales reprimat ac refrenat affectiones. Tertium est, propria uoluntas & eius libertas quae homini iuxta libitum suum uita, intrat, exit, loquitur & operatur: quod impedimentum expellit obedientiam. Porro perfectio nostra in uita praesenti in pura & seruida dei dilectione consistit. Itaque uita per quam religiosa persona potest & obligat ad perfectionem ire ac peruenire, est adimpletio horum trium uotorum, ut scilicet omnes sensuales & carnales affectiones concupiscentiasque de anima sua extirpet, abijciat ac deuictet, nec ad aliquam rem terrenam habeat proprietatem, curam aut inordinatum amorem, nec uoluntatem suam in aliquo praeferat uoluntati dei aut eius uicarij seu sui superioris. Et si ista impleuerit erit aptissima ad sincerissimum dei amorem, nec aliter potest religiosa persona perducatur ad diuinum amorem, nisi implendo haec tria quae uouit, & ad quae praecipue obligat. Etenim ingratus est deo quicquid ei obtulerit homo, neglecto eo ad quod tenetur, cum & iacobus dicat apostolus: Si quis totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Unde & salomon loquitur: Qui inquit in uno deliquerit, multa bona perdet. Insuper manifestum est, quod unicuique sit delectabile uniri & adherere ei quae maxime diligit, & esse, loqui & occupari cum illo. Molestum quoque est ei elongari ac separari ab ipso, & desideratis amplexibus eius priuari. Ideo quanto plus religiosa persona in amore dei profecerit, inflammataque fuerit, tanto iucundius erit ei in solitudine & silentio, in quiete & claustro, in loco secreto esse & loqui cum sponso coelesti, & occupari cum ipso, ipsum orando, laudando, recogitando & contemplando, & ipsum intra se brachijs charitatis amorose ac dulciter constringendo & amplectendo, considerando in finem & incomparabilem bonitatem, suauitatem & pulchritudinem eius, atque incircumscriptibilem & immensam sapientiam, pietatem, beatitudinem, perfectionem ac desiderabilitatem & amabilitatem ipsius prorsus deliciosissimam. Cum itaque religiosa persona ita adhererit & coniuncta fuerit sponso coelesti, tunc copiose gustabit aeternam & infinitam dulcedinem eius, & frequenter, imo assidue illuminabitur, accendetur, implebitur & laetificabitur a sponso adorando & glorioso: sicut uerissime ac praecipue spernet omnia uana, carnalia, mundana, praua ac uilia, & abhorrebit exire ac apparere in publico, quod solummodo erit ei cum hominibus fabulari & tepus infructuose expendere. Suauissimum uero erit ei sponso coelesti uniri, & cum eo miscere colloqui orando, psallendo, legendo ac meditatio salubria & diuina, & tunc hilariter ac experientialiter dicet: Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, & tunc quae hucusque uixi in proprietate & dissolutioe, & absque obseruata regulari uita tua defectiuosa & fragilis, nec possum cito aut faciliter ita de corde meo abijcere uniuersas sensuales affectiones, inordinatos terrenasque res amores ac propriam libertatem, nec possum meiplam in omnibus sic abnegare & frangere. Quid ergo actura sum, quo me uertam? SPONSVS. Noli diffidere nec pusillanimitas esse aut infideliter formidare. Nonne ego ueritas sum tua in euangelio dixi: Petite & accipietis, quae uita & inuenietis, pulsate & aperietur uobis.

Nota religio sum tria.

Tria ad dilectionem dei impediunt.

Iaco. 3 Eccl. 9

Psal. 86 Sap. 11 Psal. 73

Mat. 7 Mar. 11

RRR 4 Omnis

Lucæ 11
Iohann. 14
Phil. 4

Omnia enim qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Nōne Apostolus ait: Omnia possum in eo qui me confortat: Et tu ergo cum profunda humilitate, cum cordis fiducia, cum ingenti affectu, cum perseuerantia forti inuoca meū auxiliū, directionē & gratiam spiritus sancti. Inuoca deū in definitēter, ut mentē tuā purget, illuminet, roborer & accendat, gratiose immutet, atq; in omnē quod placet ei ipsam uertat ac firmet: fac tu quod in te est, te ad gratiam disponendo, peccata præterita recolendo, detestando ac confitēdo, & deum ut dictū est inuocando, & ipse te pie exaudiet. SPONS A. Doce me aliqua, ex quorū cōsideratione possit mens mea incitari, roborari ac inflammari ad complēdū tria uota præfata, ac cætera quę utilia aut necessaria sunt ad obtinēdū perfectionē ac diuini amoris feruorem ac puritatem. SPONS V S. Salubris, pia & prudens petitio responsionem meretur condignam & sapientem.

Articulus VII. De multis rebus ex quarum consideratione debet religiosa persona induci ad executionem efficacem suę professionis.

Eccle 7

Scriptura ait: Memorare nouissima tua, & in æternū nō peccabis. Si ergo & tu diligēter pensaueris tua nouissima, qualiter mors amara, periculosa, incerta tibi celerime & indefinenter propinquet; districte a iudice summo iudicaberis, mox ut anima tua corpus tuum exierit, qualiter tunc æternaliter condemnaberis, nisi professionē tuā impleueris, atq; æterna & ineffabiliter magna felicitate priuaberis, nisi in uita ista ambulatione digne deo, iuxta exigentiā tuę uocationis ac professionis. Si in quā ista profunde ac frequēter perpendis, incipies omnia uitia abhorre, peccata tua desiere, ad omnē penitentiam peragendā corroborari, carnales affectus & mūdā solatia detestari, nec aliquid uidebitur tibi difficile per quod poteris metuendissimū dei iudicium tam in morte q̄ in nouissimo die euadere, ab æterna damnatione & acerbissimis inferni supplicijs eripi, atq; perpetuā beatitudinē adipisci. Considera qualiter religiose personę sua uota non implēt, inæstimabiliter præ cæteris in inferno grauissime puniatur, sicut eazū peccata extāt grauissimas & tu tenera mulier quæ nunc pati uix potes morsum pulicis, quomodo poteris sustinere daemonum crudelissimos ictus, morsus & punctiones, supercalidissima infernalis ignis incendia, ac cætera innumerabilia & æterna inferni tormenta: Intuere prudenter quāta stultitia sit pro paruīs & breuib; uitiosis ac uilib; huius momentaneę uitæ delectationibus perdere æternas celestis paradisi delicias, super beatissimæ trinitatis uoluptuosissimā fruitionem, clarā ac iucundissimā uisionem diuini uultus, sanctorū angelorū & omnium beatorum societatem amoenissimā atq; dignissimā; & ultra hæc omnia infernalibus flammis perpetue cruciari, horribilissimas ac turpissimas daemonū facies pœnaliter intueri, amarissima desperatione repleri. Hoc etenim scias, qd̄ damnati nō ita pœnaliter torquentur ab illo calidissimo igne inferni, quantū torquentur in mente, dum cogitant se in tantis supplicijs æternaliter permanuros. Secūdo incitare te debet ad uitilē uotorū tuorū implementationem consideratio tuę professionis, quę est sollemnissima promissio, facta deo in sacro loco, in diuina missæ officio corā excellentissimo sacramento. Cū ergo inhonestissimū sit terreno principi promissio facta non ad implere, nonne incōparabiliter inhonestius ac uisiosius est rā solennē professionē deo factā non implere, imo quotidie uiolare ac frangere, nec uelle se dare ad eius implementationē. Ecce homines seculares & qui deū non timent, intantum abhorrent frangere promissio, ut unus ab alio captus, & sub promissione redeundi ad tempus dimissus, infra præfixū redeat tempus, quamuis sciat se dure incarcerandū, puniendū, aut forsitan occidendū, & nisi iuxta promissio suam rediret, semper esset infamis, & reputaret omni fide indignus. Quātomagis persona religiosa, quæ suam professionē cotidie uiolat impudenter, abominabilis, contemptibilis, infidelis ac damnabilissima est coram deo uero, omnipotente & sancto. Ideo ait scriptura: Si quid uouisti deo ne moreris reddere, displicet enim ei stulta & infidelis promissio. Tertio ad idē inflammare & corroborare te debet cōsideratio tuę desponsationis, qua desponsata es mihi sponso celesti, unigenito filio dei patris, ac uirginis matris, & oblata ac consecrata es mihi per celeberrimā promissio: ideo turpissimum ac sceleratissimū tibi est corā deo & omnibus sanctis eius, qd̄ me relicto, & uiolata fidelitate mihi promissa, conuertis te ad uana, carnalia, secularia & immunda ad consolationē indignas, ad delectationes nefarias, ad auersiones a meritis nobilissimā & celesti desponsatione abiecta & contaminata, das te ad coniunctiones adulteras, foedas, uilissimas, ad fornicationes abominabilissimas spirituales aut etiam corporales. Hoc nan que uolo te scire, qd̄ omne mortale peccatum, & potissime omnis fractio uoti sollemnē est fornicatio spiritualis: ideo

Col. 1

Eccle. 9

Mortale peccatum, spiritualis est fornicatio.

italis: ideo uere dictū est ab Augustino, qd̄ omnis anima Christiana est Christi sponsa, uel diaboli adultera. Si enim per fidē, charitatē & iustitiā deo adhæret, sponsa est Christi. Si autē deū relinquit, consentiat diabolo & seruiat ei in uitijs, adultera eius est, quia per impiā uoluntatē ei unitur ac cōmicitur, quātomagis monialis celesti sponso infidelis, & grauissimis peccatis se maculans, atq; per suę professionis uiolationē diabolo se prosternens, conuictus, subiciens & conformans, reputanda est & uocāda adultera diaboli. Porro si ad tantā infidelitatē, impudentiā, amentiamq; corruerit, ut & carnaliter fornicetur, iam infinita est ingratitude, turpitudine & uilitas eius. Talis q̄q; fornicatio recte sacrilegiū appellat, id est abusus rei sacrę, quoniā corpore suo cōsecrato sponso celesti tam impudēt, uiliter ac impissime est abutens. Ecce si nobilissimus atq; pulcherrimus filius regis terreni ex sua benignitate desponsasset sibi unam puellam pauperculā, nonne uilissima & stolidissima esset illa puella, si ingrata tantę dignationis filij regis ipsum relinqueret, ac uilissimo ribaldo se commiseret, quātomagis profus uilissima, insipientissima, ingratiissima atq; turpissima est monialis desponsata unigenito filio dei, specioso forma præ filijs hominū, quę sponsum illum infinitę dignitatis ac sapientię & decoris relinquit, contemnit & abiicit. Sicq; diabolo præber consentium, & mente fornicatur cū rebus caducis, uanis ac uilib; quibus magis adhæret q̄ creatori altissimo. SPONS A. Diutius tacere non ualeo, quia iam clare cōspicio q̄ infelix, uitiosa & condemnabilis sit conuersatio monialium sua uota transgredientium. De præteritis quoq; excessibus meis erubescere ac doleo, & me in omnibus emendare propono, & utinam uehementius erubescerem ac dolerē. Itcirco precor te domine meā adiua & conforta imbecillitatē, & doce me plenius qualiter aptius possim meā implere professionē. SPONS V S. Bene & salubriter agis exhibendo te docilem, flexibile, penitentē, iccirco de modo proficiendi informare te uolo. Veruntamen prius tibi adhuc tangā unā considerationē, quæ meriti incitare te debet ad uiuendum in obseruantia regulari absq; proprietate.

Articulus VIII. Quæ moniales in communi & regulariter conuersantes, multo delectabiliorem dulcioremq; uitam, imō & sufficientiorem refectionē habent q̄ illæ quæ propria habent & præparant sibi.

SPONS V S.

Similæ feminae istę, uidelicet moniales proprietarię & irregulariter conuersantes, scirent aut crederet uellent, q̄ quietam, dulcē, pacificam & iucundā habent uitā moniales ueræ deuotę regulariterq; uiuentes, nequāq; diutius in sua irregulari & periculossima uita manerent, neq; quiescerent quousq; existeret reformata. Quid em̄ incundius suauiusq; pace pectoris, tranquillitate mentis in deo, securitate cōscientię bonę, omni sollicitudine temporalium res; carere, absq; propria occupatione sufficientiā uictus & uestitus habere, charitatiue atq; pacifice conuersari, & a sponso celesti desuper uisitari, illuminari, accendi & consolari, meditationibus sanctis & contemplationi dei sincere uacare, in studijs lectiois, & orationibus, & psalmodijs ex charitatis seruore assidue occupari: Hęc autē monialibus sacris uere deuotis in cōmuni obedienter & caste utiētib; insunt & cōpetunt, quæ etiā in refectionis suis melius habent q̄ aliæ, & claustra eazū in temporalibus ac spiritalibus prosperantur, dū uniuersę & singule querunt bonū cōmune, & ea quæ Iesu Christi sunt, non cōmodū propriū & priuatū. Porro moniales proprietarię & irregulariter conuersantes, habēt uarias tētationes, inquietudines, curas, suspiciones, cōtentiones, murmurationes cōtra seinuicē, & cōtra suos superiores, & molestū est eis durare in claustro, surgere ad matutinas, occupari in diuinis officijs. SPONS A. Hęc omnia experientia docet, & ego ipsa experientia sum quāta uitia ex pprietate nascant. Moniales etem̄ tales pag; aut nihil curāt de obedientia obseruāda, & pronę sunt ad indignationes, elationes, rebelliones, partialitates, comestiones, potationes, tabulationes & ludos. Sūt etiā acediosę, durę, audaces, mūdānis affectiōib; curiositatibus ac uarijs metis distractiōibus plenę. Raro q̄q; carēt ira, inuidiā, & cōcupiscētijs prauis, & diuinū officii negligenter, curiose & corrupte persoluunt. SPONS V S. Vnū peccatū trahit ad aliud, & quāto quis spiritalior ac uirtuosior esse tenetur, tāto ad enormiora & abominabiliora criminā labitur, dum ea ad quę obligat ad implere non nititur. SPONS A. Nunc igitur gaudeo atq; regrator de gratia illuminationis mihi factę, per quam ab humilissimo diuina uita separare me ceppi, & precor nunc edoceri qualiter ad charitatis perfectionem pertingatur. SPONS V S. Iam dixi tibi quod spirituales personę ad eam peruenire non queunt, nisi tria principalia uota sua implendo, sed & alia plurima exiguntur, uidelicet cōuersatio lingue uerbis illicitis; propter quod sancti patres inter obseruantias regulares præcipue ordinauerunt obseruationem silentii, ne persona religiosa loquatur sine licentia.

Psal. 46

1 Cor. 10

Nam

Rouet 21

Nam ut ait scriptura: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam: & qui moderatur labia sua, prudētissimus est. Qui autē inconsideratus est ad loquendum, sentiat mala: & qui multis uisitat uerbis, lædit animam suam. Hæc autē refrenatio linguæ & obseruatio silentij tanto plus necessaria est monialibus, quanto scemine naturaliter promiores sunt ad fabulandum. Necessaria quoque est sensui exteriori custodia, & ualde necessaria est moniali uolenti in omni uirtute proficere, & ad charitatis diuine puritate proximum se appropinquare, oculos ab incauto aspectu reprimere, potissime in diuinis ne mens distrahatur & pacē internam amittat. Refrenare quoque oportet auditum, ne uerba detraheria aut discordia seminaria, aut murmuratiua, seu alio modo illicita libenter audiat. Similiter refrenandus est gustus, ne in cibis & potibus quærat delectationē, sed solum necessariam refectiōem, nec in speciebus aut confectionibus delectetur, nisi forsan pro medicina. Specialissime uero refrenandus est tactus ab omni incauto contactu, ab amplexu & osculo. Insuper in cibis & potibus moderantiam obseruare oportet, & implere quod ait saluator: Videte ne grauentur corda uestra crapula ut ebrietate uel curis huius seculi. Omnia uero hæc ordinantur ad cordis custodiam, ut illud seruetur immune ab omni iniqua cogitatione, & ab omni affectione inuisita, SPONSA. Quis potest hæc omnia adimplere? SPONSVS. Si quis faciat sibi consuetudinē salutarem cogitandi indefinenter præsentia dei, ita ut assuecat in omni loco & tēpore, in omni actu & negotio cogitare deum omnipotentē omnia intuentem ac iudicantē esse præsentē, implebit deo auxiliante ea quæ dixi, imò & in uera cordis stabilitate ac recollectiōe in deo proficiet, cunctaque uitia abhorrebit, & quoties senserit mentē suam esse distractam, statim reuocabit eam ad considerationē diuinæ præsentia. Porro ut hæc facilius possit implere, imprimat cordi ac memoriæ suæ uerba illa Helia dicentis: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie: & uerba assidue meditetur, ut quoties coeperit distrahi mente, mox uerba illa recogitet, sicque in præsentia dei erubescet se male habere, turpiter cogitare, illicita affectare, & erit custoditus ac timoratus in omnibus. Præterea oportet ut religiosa persona conscientiam suam quotidie examinet diligenter, & de se sero consideret qualiter diem expēderit, quid boni in eo omiserit, quid mali commiserit: sicque de suis peccatis culpis, & quotidie magis ac magis custodita, timorata, uirtuosa esse cōetur, totamque uitam suam in profunda humilitate & dei timore fundit firmissime. Hoc quoque saluberrimū est, ut passionē Iesu Christi omni die diligenter perpēdat, & diuinum officium ac horas cum omni diligentia semper perfoluat. Ecce per ista & consimilia poteris ad diuini amoris perfectionē pertingere. SPONSA. Certe compendiosa & optima documenta quæ auxiliante gratia tua adimplere pro posse conabor.

Luc. 21

1. Reg. 17

Articulus IX. Contra exteriorem ornatum monialium in uestibus. SPONSVS.

Sancti patres ordinauerunt ac præceperunt, ut religiosæ personæ abiectio & uililitate tegeantur, quatenus in earum uestimentis contemptus seculi monstraretur: & ipsæ personæ religiosæ per simplicitatem incultam humilemque figuram habitus sui ostenderent se mortuas esse mundo, & omnem seculi huius decorē contēnere. Hinc capitibus monialium ordinauerunt nigri uelum esse superponendum, ad insinuandum quod abscondita debeant esse mundo, crucifixæ cum Christo. Quæ cum ita se habeant, quæ est ista infamia monialiū multarum temporibus huius, quæ uestibus curiosis & stricis, pretiosis, plucatis incedunt uestitæ, ut à domicellabus mundanis secularibusque puellis discerni uix queat, nisi forsan ex curioso subtilique uelo seu modico scopulari. Nunquid moniales istæ querunt, intendunt & cupiunt complacere sponso cœlesti, contra cuius doctrinam & iussionem ita se uestiunt & exornant? Nonnæ moniales tales sunt filia Babylonis ac dæmonum, quæ amatoribus mundi quarunt placere, & hominum aspectum in se prouocare? Quæ & extra claustra sua sic euagantur, intuentiumque eas concupiscentiam magis inflammant quam puellæ & scemine seculares: nec solum monialibus, sed & secularibus personis talis ornatus penitus prohibetur, quia ut sancti uiri uere loquuti sunt: Vir aut mulier se ornans, hominumque aspectum in se prouocans, quamuis nullū malū in de se querat, tamen æternum supplicium patietur, quia uenenum præbuit, si quis fuisse qui biberet. SPONSA. In his me grauitur excessisse fateor ac pœniteo, nec ignoro quantam in talibus habeant uanitatem. SPONSVS. Audi tu & audiat cætera omnes quid sanctus dicat Hieronymus, cuius uerba uniuersas moniales concernunt. Imperfectissimus mulierum affectus semper in uestibus uult placere, & semper in ornamentis exterioribus gloria quærit. Affectant proculdubio ut oculi uirorum ornamenta inspiciant, tandem figantur in faciem, quatenus oculos suos nutibus facilius ad libidinosum incendium prouocent. Quid dō communis meretrix in talibus ornamentis, & in pulchritudine sua

Gala. 2

Psal. 136

Hieronymus.

tua te extollis & gloriaris? Quid est omnis caro nisi fenum & cinis, atque ut uerius dicā massa putredinis, cibum uermium & foetidissimum stercuris: O si te ipsam intus inspiceres uilissima insensataque mulier, quantum uerecundareris de corpore tuo, quod tanto cultu extollis: Heu cor infelicissimum, mens infortunatissima, quæ non attendit nec meditatatur metuendissimum dei iudicium. Et si illud meditatatur fatuissimum est si appetit quicquid de seculo & pompis ipsius. In illo enim iudicio cœli pauabit simul cum terra, & omnes uirtutes cœlorum mouebuntur, angeli tremunt simul cum sanctis. Tunc singulorum uita discutietur. Semper tuba illa terribilis sonet in auribus uestris: Surgite mortui, uenite ad iudicium. Ecce rex in manu potestatis ueniet exigere rationē ab omnibus etiā de minimis cogitationibus, atque de otiosis ac leuibus uerbis, & si parate non fueritis reddere de omnibus rationē, proiciemini in carcerē infernalē, & audietis à iudice: Ire maledicti in ignem æternū. Si ista digne attenditis, delectabit uos abiectio uestrius, cuius tædet mulierculas fatuas, et rusticanus abiectusque pannus præponetur bysso ac purpura, & grossa ac rudia uelamina existimabuntur ex sericis. Ista decent moniales, non stricis manicis et compositis pannis, subtili uelamine eleuatisque superciliis, cor meretricum prætereundum habere, histrionibus et luforibus regum ac principum relinquentia sunt mollia seculi. Pudeat nomen religiosi habere, et cultu uestiū se histrionē ostendere. Iccirco charissimæ uolo uos seculo mortuas procedere in ueste tam incōposita ac deformi, quæ si impudicis oculis liceret uos intueri, potius prouocaretur risus quam cogitatio mala. Fateor illas mentiri quæ gloriantur aut dicunt se castitate mentis et corporis conseruare, et in uestibus lubricitatem ostendunt. SPONSA. Vtinam moniales ista aduerterent, certe formidarent se cum ornatu mundano uitis atque iuuenibus demonstrare, et per mundum uagari, et dato quod nihil uanitatis ac carnalitatē esset in corde ipsarum, tamen talia de ueritate, ne animas intuentium scandalizarent, spiritualiter peccarent. SPONSVS. Bene consideras, cum & apostolus dicat: Nolite conformari huic seculo, & ab omni specie mala abstinete. Et rursum dicat scriptura: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: quod totum implere potissime præcat ad religiosas personas. SPONSA. Habet ne abbatissa autoritatē dandi licentiā monialibus ut habeant pecunias aliquas, & quædam similia ad proprium usum, ex quibus prouideant sibi? SPONSVS. Nec pontifex summus potest monialibus dare licentiā talē ut habeant propria, seu talia sic eis appropriata sicut multe moniales nunc habent, nec fuit intentio patrum sanctorumque talē proprietatē aut appropriationem & prouisionē superius admittere, sicut iam passim admittitur, nec unquam aliquis patrum sanctorumque talia admittit aut modo aliquo admittisset. Cum igitur præcepta superiorum accipienda sint & seruanda secundum formalem intentionē ipsorum, constat quod nec abbas nec abbatissa, nec alius possit talem dispensationē peragere, aut talē licentiā dare contra ea quæ sancti patres in regulis suis & alijs libris aptissime & districte prohibuerunt, pro ut hoc in tractatu de reformatione claustralium plenius est probatum.

1. Petr. 4.6
Ecclesi. 14
Iaco. 1
1. Petr. 2

Mal. 2
Luc. 28

Mat. 12

Mat. 29

Roma. 2
1. Ioh. 2

Articulus X. Quam grauitur peccet religiosæ personæ obedientiam non seruantes. SPONSVS. Ine obedientia nemo potest saluari, quoniam unusquisque tenetur suis superioribus obedire in his quæ pertinent ad iurisdictionem & cathedram præsentiamque illoz: imò in omni credente tam graue peccatum est inobediētia, ut Samuel propheta ueraciter sit loquutus: Melior est obedientia quam uictima, & auscultare magis quam offerre adipem pinguium, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idolo latræ nolle acquiescere. Quod cum ita sit in unoquoque credente, maxime tamen in religiosis personis, quæ ex solenni uoto ad obedientiam præcipue obligantur. SPONSA. Ex hoc elicio quod enormiter peccant moniales quæ ex facili causa, & dum aliquid eis ab abbatissa seu priorissa negatur in dignantur, irascuntur, murmurant, detrahunt & rebellant, & quauis abbatissa aliqua eis præcipere, ita tamen dispositæ sunt corde quod non obedirent. SPONSVS. Tales sunt peruersissimæ & periculosissime stant, imò grauissime peccant, ac iuxta autoritatem præteractam ariolis atque idololatris comparantur, sed & furtum, rapinam sacrilegiumque committunt, quoniam uoluntatem suam quam per uotum solenne obtulerunt & subiecerunt deo & abbatissæ, retrahunt & usurpant sibi, ac ea utuntur contra uotum suum & contra uoluntatem dei ac uices eius gerentes. SPONSA. O quam metuenda sunt ista, & quam periculosa ac damnabilis est uita monialium suam professionem non adimplentium, quæ & suæ reformationi pertinaciter obuiant & resistunt, aut certe resisterent si eis proponeretur. SPONSVS. Quemadmodum ex sua peruersitate, inobediētia, pertinacia sunt multo deteriores & obstinatiores quam sceminae seculares.

1. Reg. 16

Articulus XI. Exhortatio monialium ad poenitentiam & reformationem. SPONSVS.

Attendite & uidete uocatione uestra d religiosae personae, considerate uestra professione d moniales mihi coelesti sponso oblatae & consecratae. Venire ad monasterium, & assumere ac profiteri sacra religionem, exordium est & uia summum perfectiois, sed in monasterio irregulariter uiuere, intimorare & seculariter se habere, nec professionem sacra implere, summa danatio est. Nolite me spernere, hoc est nolite mihi carnalem sponsum praepone, nolite alienum amatorem admittere, nec terrenum aliquid mihi preferatis. Nonne ego sum uniuersis & singulis creaturis infinite & incompaibiliter melior, amabilior atq; suauior, nobilior, pulchrior, sapientior, potentior, ditior, fidelior, & in omni perfectione, felicitate & gloria excellentior? Quid ergo displicet uobis in me, ita ut me derelictum, ueritatis corda uestra ad uana, carnalia & caduca, in quibus non est salus uestra, nec quietatio desiderij uestri, sed deceptio, inquinatio & aeternalis danatio animarum uestrarum? Cur peculium uestrum preferitis mihi bono immenso, & potius uultis habere pecuniam modicam ac propriam temporalem, quam diuitias gratiae meae, dona spiritus sancti, & spirituale perfectum in omni uirtute? Cur propter uanas & uiles ac modicas consolationes externas priuatis uos ipsas in uita hac omni consolatione mea interna spiritali, angelica ac coelesti, imo perfecta ac sempiterna felicitate & gloria? O quam infinita est exceptio & insipientia uestra, quia ita negligitis uestra salutem, quam ista sensibilia & terrena, uana et cito peritura preferitis uestro creatori ac saluatori, et cunctis spiritalibus bonis eternaliter permittitis, quam non consideratis nec abhorretis, neque desistis periculosissimum et uitiosissimum statum in quo estis, in quo uota uestra quotidie uiolatis, et ad aeternam danationem non soluistis, sed etiam festinatis & curritis: nec solum ad damnationem aeternam, sed etiam ad acerbiora & intolerabilissima tormenta inferni. Certe quanto in uita hac uestra emendatione patientius ac longanimus prestolor, quanto nunc benignius ac frequentius uos exhortor, tanto post uita ista breuissimam acrius uos torquebo, & intolerabilius uos eternaliter condemnabo, nisi adimpleueritis uota uestra, & digne de uixeritis iuxta exigentiam uestrae uocationis & professionis, de praeteritis quoque excessibus uestris dignos poenitentiae fructus feceritis. Quare differtis conuerti & reformari, poenitere & satisfacere deo, cum ignoratis diem & horam? A pite oculos cordis uestri, & considerate magnitudinem ac multitudinem culpae uestrarum, & intolerabilia inferorum supplicia, quae indefinenter appropinquat ac imminet uobis, imo & quae quotidie ineffabiliter uobis augetis, quae omnia ego cognosces ac pensans, condoleo uobis. Ideo uos tam clementissime modo exhortor & obsecro ut respiscatis ad laqueis inimici, a captiuitate diaboli, a seruitute peccati, quibus iuxta uoluntatem daemone estis circumdatus, uincite, oppresse & obtenebratae. Quid uobis cum hoc mundo immundo, quem corporaliter reliquistis sacra religionem intrando? Spiritually relinquere promissistis per solennem professionem, uos obligado ad regulam uestrae obseruationem, ad uirtuosam & uere religiosam conuersationem, ad fidelitatem ac puritatem coelesti sponso inuolubiler obseruanda. Quid uobis cum hoc seculo nequam, in quo quicquid est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uirtutum, quae tria uouistis abnegare, uitare, abijcere pro uota castitatis, paupertatis & obedientiae. Libenter ergo amore mei perseuerate in claustro, ubi me melius, iucundius ac salubrius inuenire potestis: Nolite cum curiosa & fatua Diana exire ad uidentium secularis personae, alioque corrumpimini mente, & forsitan etiam corpore. Nolite temporalia bona claustrum indigne consumere, sed tam iuste & sancte uiuatis, ut digne sitis ea in uultu uestrum commune uertere, efficaciterque orare pro illis quae claustro de derunt pro sobria sustentatione personarum religiose regulariterque uiuentium, quatenus orerit pro ipsis. Alioqui cum sceleratissimis furibus iniuissimisque raptoribus aeterna inferorum acerbissima recipietis incendia & tormenta grauissima, tanquam abutentes spiritalibus bonis. Cessate ab insipientia uestra. Cur corpora uestra mortalia sordibus & foetoribus plena, curiose uestitis & uitiose ornatis, & immortales ac nobiles animas uestras negligitis, atque turpissime maculatis quae permittitis, uos placitas exhibere sponso coelesti, qui interiori ornatum gratiae ac uirtutum, sanctorumque operum requirit a uobis? Nunc ergo acquiescite his exhortationibus meis, & quae mihi promissistis implere, inuocate auxiliu gratiae meae, & libenter ac copiose uobis succurrat, adherete & seruite mihi fideliter ut uouistis, & post modicum istum laborum dabo uobis coronam uitae beatae, & coniungam uos mihi in nuptijs gloriae aeternalis per beatificam uultus mei uisionem, per suauissimam deitatis meae fruitionem, per plenissimam desideriorum uestrorum quietationem & contentationem immobilis. Ad laudem & gloriam omnipotentis, quia est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Dialogi de reformatione monialium, finis.

D. Dionysii

1. Cor. 4

Col. 3
Mat. 7
Luc. 5
Mat. 23
Mat. 12
Luc. 12

2. Tim. 1
1. Iohan. 2

Gene. 14



VAESTIONEM mihi proposuisti frequenter uenerabilis ac deuote pater, utrum & quomodo liceat iudicare, quomodo ite corripere liceat delinquentem. Denique specialiter intendebat diligentia tua inquirere, qualiter actus praerati religiosi sint liciti, hisque praesertim quae subditi sunt, non prelati. Potissime quoque ad sciscitandum pietatem tuam mouebant nonnulla sanctorum patrum uerba & gesta, quae prima fronte uidentur praeterdere aut nequaquam aut uix licere religiosi praecipue subditis, iudicare quempiam siue corripere atque uniuersaliter expedientius illis existere ab actibus abstinerere praefatis, quam immiscere se illis. Praeterea, quae ratione hac tanto arbitror utilior, quanto plures consistat etiam religiosos a spiritali impediri profectu ex hoc, quod circa actus illos incaute & insipienter se habent, partim ex ignorantia, partim ex negligentia, partim ex passione, partim ex prauitate. Et quoniam materia ista latissima est atque difficilis ac salubris, ea dilatare intendo: & ea quae pro utraque quaestione parte induci allegarique ualent, breuiter tangam, deinde ad quaestionis solutionem procedam. Itaque in primis precor in meam adimpleri illum Apostoli: Dabit tibi dominus de omnibus intellectu, ut in fine tractati cum Psalmista gratie hilariterque decantem: Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum.

Articulus I. De uerbis scripturae canonicae, ex quibus uidetur quod iudicare non liceat. Itaque apud Mattheum ait saluator: Nolite iudicare, ut non iudicemini. Quod etiam Lucas sic introducit: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Porro Iohannes testatur: Pater omne iudicium dedit filio, & alibi: Ego (inquit) non iudico quemquam. Quis ergo Christi delictum quae praerati iudicare praesumat, praesertim cum omnis Christi actio Christianorum ferat instructio? Insuper, de hac re multa loquitur Paulus, ut est illud: Inexcusabilis deus homo omnis qui iudicas. In quo etiam alter iudicas, te ipsum condemnas. & terribilia sunt quae ibidem subiungit Apostolus. Exitus tuus quis est iudicas alienum seruum: suo domino stat aut cadit: stabit autem. Nam potes est deus statueret illi. Tu, quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Non ergo amplius in uicem iudicemus, sed hoc iudicate potius, ne ponatis offensionem fratri uel scandalum. Item alibi: Nolite ante tempus iudicare quae dicitur: ueniat dominus, quod & illi luminabit abscondita tenebrarum. Iacobus ite apostolus: Si introierit in conuentum uestrum uir urem anulum habens, introeat autem & pauper, & dicatis diuiti, Tu sede hic bene: pauperi autem, Sta illic, nonne iudicatis apud uos metipsum? Si ergo in tam manifestis iudicare illicitum est, quid de alijs? Et rursus idem: Qui detrahit fratri aut quod iudicat fratrem suum, detrahit legem & iudicat legem: si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Tu autem quae es qui iudicas proximum tuum? Alia demum multa hinc inde ex scripturis colligi possent, sed haec nunc sufficere reor. Ex praedictis autem autoritatibus uidetur posse ostendi, quod nec corripere aliquem liceat, quae corripere siue praesupponit siue includit iudicium. Si quidem nullum corripimus uerbo, nisi corde iudicemus eum esse culpabilem. Quae circa mihi apparet, cur Christus tam absolute prohibuerit iudicare, quod nihilominus iubet corripere: Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, te sciente secundum Augustinum, corripe eum.

Articulus II. De uerbis actus sanctorum patrum, ex quibus uiderur quod nec iudicare liceat neque corripere. In uita patrum plura leguntur, ex quibus apparet, quod aliquem iudicare siue corripere aut non liceat, aut non expediat: & quos quae ibi scribuntur, satis sint nota, tam ut clarius pateat qualiter intelligenda sint ea, breuiter recitabo. Itaque 4. lib. Vita patrum, distinctioe, Quod non iudicemus, sic legitur: Quidam frater peccauerat, & iussit presbyter ut exiret de ecclesia. Surrexit autem abbas bestarion, & exiit cum eo, dicens: Ego peccator sum. Venit abbas Isaac de Thebaida in congregationem fratrum, & uidit ibi fratrem culpabilem, diu dicauitque eum. Cuius rediret ad eum, uenit angelus domini, & stetit ante ostium cellae eius, dicens: Non intrabis huc. Ille autem dixit: Quae est causa? Respondit angelus: Deus me misit dicere tibi, ubi iubes mitti fratrem illum culpabilem quem ad dixisti. Et statim abbas Isaac poenitentiam egit, dicens: Peccauit, ignosce mihi. Ait Surge, ignosce tibi deus: sed custodi de caetero, ne ad iudices quemquam priusquam deus ad iudicet eum. Frater in Scythia culpabilis inuentus est, & fecerunt seniores conuentum, mittentes ad abbatem Moysen, ut ueniret. Qui noluit. Misitque ad eum presbyter, dicens: Veni, quoniam plebs te expectat. Qui uenies, uultu secum uetustissimam sportam arena plenam. Dixeruntque ei: Quid est hoc pater?

2. Tim. 2
Psal. 33

Mat. 7
Luc. 5
Iohan. 5
Iohan. 8

Rom. 2

Roma. 14
Eodem

1. Cor. 4

Iaco. 2

Iaco. 4
Eodem

Mat. 18

Respondit: Peccata mea sunt post me currentia, & non uideo ea, & ueni hodie aliena iudicare peccata. Quo audito, nihil loquutisunt ei de fratre, sed ignouerit ei. Interrogauit abbas Ioseph abbatē Pastore: Quomodo possum monachus fieri? Rndit: Si uenire in hoc seculo & futuro, in omni causa dic, Quis sum ego? & ne iudices queng. Frater interrogauit eundē: Si uidero culpā fratris mei, bonū est celare eā? Dixit: Quacunq; hora tegimus peccatū fratris nostri, tegit & deus nostrū. Et quacunq; hora prodiderimus culpā fratru, & deus similiter nostrā proderit. Cū qdā solitarius iudicasset fratrem culpabilē expellēdū, abbas Pastor uocato ad se solitario illo, dixit ad eū: Duo hoies erāt in uno loco, & ambo habebāt mortuos suos. Reliquit autē unus mortuū suū, & abijt plorare mortuū alterius. Audiēs hoc solitarius ille, & recordatus qd fecerat, cōpunctus ait: Pastor sursum in coelo, ego autē deorsum in terra. Facto conuētū in Scythi, & loquētib; patrib; de fratre culpabili, abbas Pastor tacebat. Postea exiēs impleuit saccū arenā, portās illū in humeris, modicū quoq; arenā portauit ante se in sportella. Interrogatus à patrib; qd hoc esset, rēdit: Saccus cū arenā peccata mea funt, qm multa sunt; & posui ea supra dorsum, ne aspiciat ea aut doleā nec plorē p eis: ista uero modica arena, peccata sunt fratris istius, & sunt an facie meā, atq; in eis exercor iudicās fratrem: sed nō oportet sic fieri, sed magis propria peccata an me esse & de ipso cogitare, ac deū rogare ut ignoscat. Audiētes hoc ptes, dixerūt: Vere hęc est uia salutis. Cuidā solitarius dixit deus: Tulerūt hoies iudiciū meū. Duo fratres magnā uitā fuerūt, & uiderūt se in uicē. Cumq; unus uidisset quendā mane edentē, dixit: Hac hora māducas in feria sexta? Die sequēti uidit frater eius gratiā dei discēssit ab eo, & cōtristatus dixit: Quid fecisti? Respondit: Nullius mali mihi cōsciūsum. Et frater ait: Nū peccatū meū, sed labora meū duas hebdomadas, & rogemus deū, ut mihi indulgeat. Quo peractō, uidit frater gratiā dei redē unte sup fratrem suū. Hęc loco pallegato. Rurfus in Vitalpatru sic legit: Vita monachi est obedientia, meditatio, & neminē iudicare, nec mala uidere oculis suis, neq; detrahere nec murmurare, nec agere curiose. Quidā frater interrogauit senē, dicēs: Si habito cū alijs, & uideo aliquā rē inconuenientē, uis ut loquar? Rndit senex: Si sunt aliqui maiores te aut coetanei, taces requei habebis. In hoc em q minorē te facis, etiā securū te red dis. Dicit ei frater: Quid ergo faciā pater? Perturbat enim me spiritus. Senex respondit: Si laboras, cōmonefacito semel humiliter: si non obediunt tibi, relinque laborē tuū in cōspetu dei, & ipse te cōsolabit. hoc em bonū est, ut proiciat se dei cultor corā deo, & relinquat ipsi uolūtates suas. Attēde aut tibi, ut secundū deū sit sollicitudo tua. & tū quō uideo bonū est tacere. Humilitas em est tibi taciturnitas. Dixit senex: Humilitas est ut ponat se quis subiectū omnibus. Et dixit ei frater: Quid est subiectū esse omnibus? Respondit senex: Hoc est subiectū esse omnibus, ut nō atredat quis aliena peccata, sed semp sua aspiciat. Abbas Pastor dixit abbati Amonei frater me? habet cū qbdā affectū qd libet non fero. Rndit abbas Pastor, adhuc uiuēs: Vade in cellā tuā, & pone in corde tuo q iam annū habeas in sepulchro. Dixit abbas Moyses: Quia debet homo quasi mortuus eē, & mori suo amico, ut nō iudicet eū in aliq; causa. Dixit iterū: Nisi habuerit in corde suo q peccator est, deus non exaudit eū. Dixit ei frater: Quid est in corde habere q peccator est? Rndit: Si q; portat peccata sua, nō uidet proximi sui. Dixit senex: Ex q sup se posuerit homo culpā suā, & dixerit: Peccaui, statim miseret ipsi deus. Hęc aut finis est nō iudicare proximi. Qm em deus pculsit primogenita Aegypti, nō erat domus in qua nō esset mortuus. Dicit ei frater: Quid est hoc uerbū? Rndit: Quia si conspexerimus peccata nostra, nō uidebimus peccata proximi. Stultitia est nāq; homini habētī mortuū p priū, relicto eo, abire & flere mortuū proximi. Mori aut à proximo tuo, hoc est portare peccata tua, & sine omni cogitatu esse ab omi hoie, q iste bonus est & ille malus est. Abbas Pastor narrauit de qdā sene solitario, cui frater cū uirgine ministrabat; q cū nocte quadā in cella laenis mansissent, in uitū carnis dilapsi sunt. Senex uero futura pspiciēs, tacuit in pnti. Abbas Macharius uidēs fratrem patiētā habere, ego q sum ut arguā eos: Interrogauerūt abbatē seniores Pastorē, dicētes: Si uiderimus aliquē fratrem peccantē, arguemus eū? Rndit: Ego interim, si necesse habuero trāsire & uidero eū peccantē, pertrāse, & nō corripio eū: sed q scriptū est. Quē uiderūt oculi tui, his testimoniū phibe, ideo dico uobis, si nō palpaueritis manibus uestris, nolite testificari. Præterea in 11. libro Vitalpatru habetur: Quidam frater interrogauit abbatem Pomen dicēs: Quid est pater quod ait Apostolus: Omnia munda munditia: Respondit: Si quis ad hunc sermonem potuerit peruenire, ut eum intelligat, uidebit se minorē omni creaturā. Cui frater: Quomodo possum me uidere minorē eo qui homicida est

Vita monachorum quæ.

Subiectum est omnibus, quid sit.

Exod. 12

Thum 1

est: Respondit: Si potuerit homo ad uerbū Apostoli peruenire, & uiderit homicidā, dicit in tra se: Iste hoc solū peccatū cōmisit, ego aut omni hora homicidiū facio, occidens me ipsum. Et inquirente fratre quomodo hoc fieri posset, respondit: Hęc sola est iustitia hominis ut reprehendat se ipsum. Tunc enim iustus est cū peccata sua cōdemnat. Itē; abbas hic dixit: Ille mala abhorret, q; propria horret peccata, & omnē fratrem suū beatificat & diligit. Senex quidā dixit: Si uideris aliquē fratrem peccantē, ne mittas culpā in eū, sed in illū qui eū impugnat. & dicit: Vā mihi, quoniā iste nolens uictus est, & plange & inquire dei solatiū, q; omnes decipimur. Frater requisit senē, dicēs: Quomō potest humilitatē animā adipsi? Respondit: Si sua tantūmodo & non alterius mala cōsideret, & neminē iudicet. Habitare abbatē Pastore in Aegypto, accidit quendā de fratrib; habitare iuxta eū habentē mulierē. & sciebat senior, & nunq; arguit eū. Euenit autē eam parere noctu. cognouitq; senior, & uocans fratrem suū iuniorē, ait: Accipe uasculū uini & da uicino, hodie enim opus est illi. Et edificatus atq; cōpunctus est ille uicino. Post paucos etenim dies mulierē dimisit, & uadens ad seniore, pœnituit. Interrogauit frater abbatē Pastore: Quō debeo esse in cenobio? Respondit: Qui sedet in cenobio, oportet eum omnes tanq; unū estimare, & nullū condemnare nisi se. Interrogauit autē eum frater, dicēs: Conturbant me cogitationes meæ, & non permittunt me curā habere delictorū meorū, sed cogunt me aspicerē excessus fratris mei. Respondit ei abbas Pastor de abbate Theodoro, dicēs: Quia sedebat in cella sua plangens se ipsum, & discipulus eius in alia cella sedebat, q; inueniēs abbatē suū plorantē, ait: Pater, quid ploras? Respondit: Peccata mea. Cui discipulus: Non habes peccata pater. Et senex respondit: Certe fili, si permittum fuerit mihi flere peccata mea, non uiderē aliorū peccata: nec tamen sufficerē flere peccata mea, etiā si tres alij aut quatuor plangerent mecum. Qui semetipsum uidet, homo est iudicare autē alios, solius est dei. Dereliquimus splendā & directā uia, hoc est, ut plangat se ipsum homo, & suis contentus sit peccatis: & ambulamus spinosā tenebrosā uia, ut proximi tantū uideamus delicta. Abbati Amonecū esset episcopus, oblata & accusata est puella in utero habens, ut eā disciplinaret. Qui cōsignāsurē; eius, & iubēs ei dari sex pares syndones, eam dimisit, nec ausus est eā iudicare. Quidā senex dixit: Si audieris de aliquo fratre uerbū malū q; agat iniqua, responde: Nū quid ego sum iudex eius? Ipse hodie, & ego cras. Opera quidē eius infirma nota sunt tibi, & perscrutatus es ea: quare fortia eius facta atq; utilia nescis? Ego iam mortuus sum in peccatis meis, & sufficient mihi peccata mea. Alius senex dixit: Non oportet monachum inquirere quid faciat ille uel ille, aut quomodo abstrahatur ille ab oratione in detractiones & uanitates. Vnde nil melius est q; tacere & deum rogare, ut unde alius cadit, tu te contineas.

Seipsum reprehendere, sola hois iustitia.

Articulus III. Introductio rationum, ex quibus uidetur q; non liceat alicui, præsertim religioso subdito, quempiam iudicare siue corripere. Vemadmodū 6. & 7. capitulis Ecclesiasticæ hierarchiæ diuinus Dionysius scribit, monachos non est purgare, illuminare, perficere, sed purgari, illuminari ac perfici. Cum ergo alios corripere atq; iudicare, ad purgationē, illuminationē & perfectionem actiua pertineat, nō uidetur ad monachos pertinere. Rurfus ut sanctus ille theologus ait: Non est officii monachos alios adducere seu ad deū reducere, aut animas gerere curā, sed sui dūtaxat esse sollicitū, atq; ad diuina singulariter esse erectū & sacerdotibus obedientē. Nō ergo spectat ad eos iudicare alios siue corripere. Præterea in decreto ex gestis Niceni cōcilij scribit, idē q; in decretalibus ex uerbis Eugenij Pape induciunt: Monachos est uni soli, uidelicet sibi tantū ac deo, intēdere. Habēt plagentis officii, nō docētis. Non ergo eorū est, aliorū inspectiōi, dū iudicatiōi aut correptioni intēdere. Vnde secundū principis theologos: Dionysij documēta, monachus à monade nomen sortit. i. ab unitate, propter singularē uitā ipsos, que simpliciū ac diuinorū cōtēplatiōe unit & erigit eos ad cōformitatē simplicitatis diuinæ. In sup. secundū Ambrosiū, q; in æquali uel maiori peccato est, aliū nec iudicare nec corripere debet: monachos autē est, ut ex p̄ductis ostēdit, omnibus se defectuosiores ac minores uilioresq; reputare. Neminē ergo debet iudicare siue corripere. Amplius, teste Apostolo, qd agat in homine nullus scit, nisi spiritus eius: ergo in exterioribus uerbis & factis nō sit culpa, & nō corripio eū: sed q; scriptū est qd doctores cōcorditer sup tertiu Sententiā, uidet q; nulli liceat aliū de aliq; exteriori factō aut uerbo iudicare siue corripere. At uero Salomōe testatē, Nescit homo an amore sit dignus an odio. cū ergo secundū Augustinū, alios iudicare atq; corripere bonos: sit uirgo officii, uidet q; homo quacunq; sit ille, incaute & p̄sumptuose se habeat, q; aliū iudicare aut

Dionysius.

Ambrosius.

1. Cor. 2

Bernardus

Eccles. 9

Augustinus.

corripere audentio cum meliore iudicare & corripere uideat prepostere, nesciatque homo de alio an sit melior se, apparet quod discrimini se committit, qui alium iudicare aut corripere adicit. Adhuc autem secundum sanctorum patrum doctrinam, religiosorum est se iugiter dare ad metis quietem, ergo actus qui in quietudine pariter meti, debet uitare. tales autem frequentes sunt iudicare & corripere alios. Hinc abbas Arsenius dixit, quod si monachus audierit cantum auiculę, non in pristina ac interna manebit quiete. Preterea, ut anachoretę beatissimi sunt locuti, monachorum est mortificare se a proximo omnium hominum ergo cum alijs nequaquam se occupare debet. Hinc abbas Pastor differuit: Interrogauit quidam abbatem Moysen, dicens: Qualiter homo mortificat se a proximo suo? Respondit: Nisi posuerit homo in corde suo, quia triennium habeat in sepulchro, non attingit hoc uerbum. Abbas quoque Antonius dixit: Nisi dixerit homo in corde suo, Ego solus & deus sumus in hoc mundo, requiem non habebit. hoc autem uidetur esse mortificatio sui ab alijs, quod non facit iudicium siue corripies alium. Rursum, sanctus senior dixit: Ego & proximus meo duę sumus imagines. Si ergo imaginem meam in speculo, apparet mihi honorabilis, proximi mei imago, & uita pabilis mea. Si autem illius imaginem in speculo, meam laudo. Cui ergo sit monachorum propria corda diligentissime examinare, a quo tanto plus impeditur, quanto plus aliorum facta ppendunt, uel def eis expediens ut nullum iudicet siue corripiat. Item, monachorum est esse summe timorati. Propter quod abbas Pastor edocuit, quod debeat monachus tam incessanter timorę ac humilitatę aspirare, sicut anhelitum proprijs oris. hoc autem per aliorum iudicium impeditur. Si quidem interrogat senex, quod uenit timor domini in hominem, ait: Si homo habet paupertatę & humilitatę, non indiget quęquid uenit in eum timor domini. Postremo secundum Thomam in secunda secunda: Non solum Christi uerba & facta, sed sanctorum quoque sunt in exemplum & argumentum trahenda. Cui ergo sanctorum similes eremite preefati, uerbis & factis tam euidenter, seriose multipliciterque docuerunt uitandum esse iudicare siue corripere alios, apparet quod religiosi pusillitas atque ad lapsum tam pronis, quorum heu primus ego sum, nequaquam expediat se de talibus intrmittere actibus.

Arsenius.

Thomas

Iohan. 7

Mat. 18

1. Theff. 5

2. Theff. 3

Eodem

2. Iohan. 1

Leuit. 19

Psal. 57

Job. 34

Proter. 9

Proter. 18

Eccle. 20

Isa. 5

Iere. 15

Mich. 4

Osee. 12

Osee. 2.

Articulus III. Probatio ex scriptura canonica, quod iudicare & corripere alios actus sint omnibus liciti ac meritorij.

Hucusque argumentatum est, quod iudicare atque corripere alium, actus sunt monachis preestitum illicitum. Nunc ad oppositum arguendum est parte. Ait quippe in euangelio Christus: Nolite se cum deo facere iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Item, si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Thessalonicensibus quoque scribens Apostolus: Corripite, inquit, in getos. & denuo: Si quis non obediit uerbo, per epistolam hunc norate, & ne commiscerimini cum illo ut confundat. Talis autem notatio atque uitatio preguia in obediētis iudicatione fieri non ualebat. unde et rursus hortat: Subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. Sic & Iohannes apostolus in sua iubet canonica: Si quis hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit ei aue, comiscerit opibus eius malignis. Quo utique testimonio comprobatur, quod non solum iudicare, sed & diiudicare eiusmodi liceat, imo oporteat. Denique in Leuitico scriptum est: Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habzas super illo peccatum. Et Psalmista, Iuste iudicate filij hominum. Conformiter Iob ait: Iudicium eligamus, & inter nos uideamus quod sit melius. De hac re in libris sapientialibus multa scribitur Salomoni: Argue sapienter & diliget te. Et iterum: Qui arguit laudabitur. Item, Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quam per blademata decipit. In Ecclesiastico quoque fertur: Quam bonum est arguere quam irasci. Insuper in Isaiam loquitur deus: Viri Iuda iudicate inter me & uineam meam. Sed & Ieremias: Si separaueris prosum a uili, quam os meum eris. Quod autem est pretiosum a uili separare, nisi inter uirtutes & uitia rite discernere, seu inter bonum & malum ueraciter iudicare. Et Michas, Indicabo inquit tibi hoc quod sit bonum. Utique facere iudicium & diligere misericordiam. Hinc in Osea legitur: Misericordiam & iudicium custodi. & rursus per eundem dñs ait: Iudicate matrem uestram. Hęc de multis sufficiant. Articulus V. Quod iudicare & corripere alium, actus sint liciti etiam monachis, ex uerbis & factis patrum sanctorum.

Libro 4. Vitę patrum narratur: Manducantibus fratribus, risit unus ad mensam, quod uidens abbas Iohannes, fleuit, dicens: Quid putas habuit frater iste in corde suo quia risit, cum debuisset potius flere, quam charitatę manducare? Vidit senex quędam ridere, & ait: Coram cęli & terre dño, totius uite nre rone sumus daturi, & tu ridetis? Cui res quędam cum alij sene uenissent ad abbatem Antonium, dixit Antonius seni: Bonos freres inuenisti abba? Respondit senex: Boni sunt quędam, sed habitatio eorum non habet ianuam: quęcumque uult, intrat stabulum & soluit asinum. Hoc autem dicebat, quia quicquid a se dicit eis in os, hoc loquebantur. Venit aliquando abbas Achilles in cellam abbatum Isaac, & inuenit eum comedentem. Miserat enim in catinulo aquam & sal. Videns autem quia abscondit illud, ait: Quid manducaisti? Respondit: Ignosce mihi abba, quia

quia palmas incidere, & ascendi in chauma: iccirco intinxi buccellam in sale, & misi in ore meo, & exauerunt fauces meę: & quia non descendi buccella, compulsum sum superfundere modicum aque, ut possim glutire, sed ignosce mihi. Et dixit abbas Achilles: Venite, & uidete Ista ac uiscellum comedente in Scythia. Si uis manducare ius, uade in Aegypto. Monachus occurrit ancillis Christi in uia, quibus uisus, diuertit extra uiam. Cui abbatissa dixit: Tu si perfectus monachus esses, non reciperes nos sic, ut agnosceres quia femina essemus. Cui frater quidam in uia dei sollicitus respulset cuidam seni, se a fornicationis spiritu grauiter agitari, ille tanquam pater fratre illum quasi in desperationem induxit, ita quod seculum cepit reuerti. Sed abbas Apollo occurrens, eum instruxit atque curauit, rogauitque deum ut impugnatione fratris illius in senem conuerteret. quo facto, uelut ebrius huc illucque ferebat, & cepit redire ad seculum. Cui abbas Apollo obuians, dixit: Reuertere in cellam tuam, & de cetero agnosce infirmitatem, & cogita quia ignoratus sis hucusque a diabolo aut contemptus. Propter quod nec meruisti secundum uiros uirtutum habere luctamina contra diabolum. & quid dico luctamina, qui nec uno die aggressionem ipsius ferre potuisti? Audiuit abbas Antonius de monacho iuuenę, quod onagri precepit ut uenirent & portarent quosdam senes ad se uenientes. Quo audito, dixit Antonius: Videt mihi monachus similis naui oneratae omnibus bonis, de qua incertum est an possit uenire ad portum. Frater ueniens ad abbatem Theodorum, per tres dies rogauit ut diceret ei uerbum, quod non respondit ei. hinc abiit tristis. Dixit ergo discipulus abbatis Theodori ad eum: Quare non es huic locutus? Respondit: Quonia negotiator est, & in alienis uerbis uult gloriari. Alius frater interrogauit eundem Theodorum de rebus quas necdum fuerat operatus. Cui senex: Nondum nauim inuenisti, nec uasa tua in ea posuisti, nec nauigare cepisti, & iam in ciuitate illa uenisti? Cum frater ad abbatem Serapionem uenisset, cepit se accusare & habitu monachali indignum fateri. Cui cum senex dixisset, Fili, sede in cella tua, quia non tantum expedit tibi procedere quantum sedere, ille ita commotus uultum mutauit. Dixitque senex: Visque nunc te accusasti: & quia modicum te ex charitate hortatus sum, impatiens es: si uis ueraciter humilis esse, patienter sustine quę ab alijs tibi dicitur. Comeditibus fratribus, unus dixit ministranti: Ego non comedo coctum aliquid, sed sal. Et uocauit ministrum alium fratrem, coram multitudine dicens: Ille frater non comedit coctum, affer ei sal. Surrexit autem senex & dixit: Expedierat tibi in cella tua hodie comedere carnes, quod audire hanc uocem coram tot fratribus. Facto conuentu in Scythia pro quadam causa, & causa iam ordinata, uenit abbas Agatho, dicens: Non bene ordinastis. Qui dixerunt: Tu quis es qui uel loquaris? Respondit senex: Filius hominis, scriptum est enim: Si uere utique iustitiam loquimini, uos ste iudicate filij hominum. Frater dixit abbati Pastori: Perturbor, quoniam uerba quędam audui de quodam fratre quę me non edificat. Respondit senex: Non sunt uera quę audisti. Qui dixit: Imo pater. Nam fidelis est qui mihi dixit. Et ait senex: Non est fidelis qui tibi hęc dixit. Interrogauit Abraham discipulus abbatis Theodori abbatem Pastorem: Quare dæmones me sic impugnant? Respondit: Te impugnant dæmones: Non pugnat nobiscum dæmones, quoniam uoluntates nostras facimus: quonia uoluntates nostre dæmones factę sunt, & hęc sunt quę tribulant nos ut eas faciamus. Si autem uis scire quales sunt cum quibus dæmones pugnant, cum Moysę & similibus eius. Moriente quodam sene in Scythia, circūsteterunt fratres & flere ceperunt. Ille autem ter risit. Interrogatus cur ter risit, respondit: Primo risi, quonia uos timetis mortem. Secundo, quia non estis parati. Tertio, quia de labore ad requiem uado, & uos fletis. Venerunt ad abbatem Lucium monachi, qui uocantur Euchetę, i. orantes, & ait illis: Quod est opus manus uestrę? Respondit: Nos non cōtingimus aliquid opus manus, sed sicut dicit Apostolus: sine intermissione oramus. Quibus dixit: Non manducatis, & non bibitis nec dormitis? Ignoscite mihi fratres quia non facitis sicut dicitis. Cum abbas Arem multis fratribus ad se uenientibus leuē iugum imposuisset, & uni eorum graue, interrogauit abbas Abraham causam. Respondit: Alij fratres quomodo ueniunt quærere, ita discendunt: hic uero operarius magnus est. Rogatus abbas Macharius curare presbyterum ulcerosum, respondit: Indignus est, quoniam incontinenter uiuens sacrificare audeat.

Articulus VI. Ex dictis sanctorum qui ordines fundauerunt, quod monachis etiam subditis iudicare atque corripere liceat, imo incumbat.

Beatus Augustinus ait in regula sua: si oculorum perulantia in aliquo uestrum aduertitis, statim admonete ne progrediat: si autem post admonitionem iterum eundem facere uideritis, iam uelut uulneratum sanandum prodat hoc quicquid potuerit inuenire nec uos iudicetis esse male uolos, quando hoc in dicitis. Magis autem innocentes non estis, si fratres uestros quos iudicando corrigere potestis, tacido perire permittitis, si enim

Psal. 57

1. Theff. 5

Augustinus.

frater tuus uulnus habet in corpore, qd uelit occultari dū timet secreta, nōne a te crudeliter fileret, & misericorditer indicaret: quāto ergo potius debet manifestare, ne deterius putret, sciat in corde: Et qd dixi de oculo nō figēdo, in cæteris inueniēdis, prohibēdis, uindicādis, conuincēdis, iudicādisq; peccatis diligēter ac fideliter obseruetur cō dilectōe hominū & odio uitios. In regula quoq; beati Benedicti habet: Q; si quis in leuibus excesserit, si perso naliter culpā suā non prodit, sed per aliū innotescit, magis est puniēdus. Porro in regula, Basilij hinc plura scribunt. Nēpe causam assignās sanctus pater noster Basilius, cur potius ui tam communē q̄ solitariā expedit ad ducere, inter cetera ait: Delinquenti facilius delictū suū apparebit, cū a pluribus arguit uel notat, secundū qd Apostolus dicitur: sufficit ei q̄ huiusmo di est, obiurgatio hęc que fit a pluribus. Itē, ad quēstionē qua querit, si quis etiā in paruā delictis affligere uoluerit fratres, dicit quia debetis pœnitere per singula, an ne uidebitim, misericors & charitate dissoluens, respondit: cū dñs dicat, De omni uerbo otioso qd locuti fuerint homines, reddēt rationē in die iudicij, nihil oportet cōtemni tanq̄ paruū. Qui enim spernit minima, paulatim defluit. Et quō quis audebit dicere paruū delictū, cū Apostolus manifeste diffiniat, quia per preuaricationē legis exonoratur deus? Magis ergo immole riors est, qui intermittit & negligit culpā fratris, q̄ ille q̄ arguitur: quoniam in mortuū serpentis pmittit delitescere uenenū, q̄ qui educit & abstrahit. Nā & charitatē destruit talis. In libro qd de uerbis dñi loquitur Augustinus: si neglexeris corrumpere, peior eo qui peccauit effice ris. Atq; in libro de correptione & gratia: Nec ceteros, inquit, quis ad numerū p̄neat p̄desti natorū: & quis nō, sic affici debemus charitatis affectu ad omēs, ut omēs uelimus saluari: nec co omnibus fraternæ correptionis debemus esse cōtū impendere sub spe diuini auxilij. Ete nim cū peccare sit ad infernū transire uel approximare, si crudelissimū esset euntē ad fontē nescienter non reuocare, quomodo nō in cōparabiliter crudelius est, ad inferos transire uel appropriantē, non pro posse reducere? Deniq; gloriosus atq; sanctissimus pater noster Hieronymus ait in regula: Non pudeat singulis hebdomadibus sexta feria, quo die salua tor opprobria & mortē pro hominibus pertulit, unā quancq; fororū suā uitā corā omni certu fororū discutere, & de cōmissis cōtra p̄cepta & regulā ore se proprio criminari ac discipuli nam subire, quatenus stimula mēs caueat accusanda & puniēda cōmittere: nec propter hoc occulta cordiū cogitamina prodātur, nec occulta peccata que sacerdotibus solis debē tur, sed solū quæ p̄ceptis obuiāt publicis, & quæ exēpla peccādi sororibus p̄bēt. Siue ro timore aut uerecundia se accusare neglexerit, liceat unicuiq; tale crimē alteri proflare, ut inobediētia & supbia radicitus extirpent. Postremo, ex institutione & secreta correptionē, in qbus unus aliū censer culpabilē. In uisitatiōibus etiā eorundē subditi iubētur atq; tenētur nō solū de se inuicē, sed de superioribus quoq; suis deponere seu proferre quicq; emenda tione reputant dignū, sicq; superiores suos in quibusdā culpabilibus iudicant.

Benedictus.
Basilius.
1. Cor. 2.
Mart. 12.
Roma 1.
Augustinus.
Hieronymus.
Iudicare dup
pliciter sumit.
Ilderus.
Thomas.

Articulus VII. Solutio quēstionis, & de multiplici iudicio ac uaria acceptione iudicij, Argumētationibus pro utraq; parte inductis, ad quēstionis solutionē accedere cōgruit. Itaq; in primis p̄sandum, qd iudicare dupliciter sumit: primo strictē & p̄prie, sicq; eorū dūtaxat est, qui iudicantē seu autoritatē uel p̄sidentia sup alios hnt, siue in foro exteriori & cōsentioso, siue in foro interiori & cōscietioso. un iudicare sic sumptū, est aliqd p̄sentitiā diffinitiuā ex autoritate dicere, determinare siue decernere, ut Alexāder de Hales sup secundū Sententiā insinuat. Sic q̄q; in secūda secūda de q. 60. loquitur Thomas his uerbis: iudiciū p̄prie noiāt actū iudicis inquantū est iudex. In eodē autē secundū Isidorū, dicit q̄ sius dicit. Iccirco iudiciū secundū primā nois impositionē, importat diffini tionē seu determinationē iuris seu iusti. Si ergo hoc modo de iudicio sermo sit, certū est qd nequāq; ad monachos tantū subditos, imō ad nullā priuatā p̄sonā p̄tineat, sed ad p̄sonas pu blicas solū, uidelicet principes, iudices ac prelatos, in foro autē cōscietioso p̄fectat ad cōse fores, quorū est de cōsentitiū cōmissionibus & omissoibus iudicare, & lepra à nō lepra discer nere, & p̄nā pro culpa imponere. Sed de iudicio taliter sumpto nō intelligit quēstio: quæ si de illo intelligeret, difficultatē nullā haberet. Deniq; de iudicio sic proprie sumpto scribit Thomas loco p̄tato, & in sūma cōfessorū ac sūma Pisana idē habet: iudiciū intantū est il citū, inquantū est actus iustitię: ad hoc autē, qd sit iustitię actus, tria erunt: Primo ut p̄cedat ex inclinatioe iustitię: secūdo, qd procedat ex autoritate p̄sidentis: Tertio, qd proferat secū dum rectam rationē prudētię. Et quodcūq; horum trium defuerit, erit iudicium uitiosum atq; illicitum. Si etenim primum defuit, dicitur iudicium peruersum siue iniustū: si secundū, dicitur

dicitur usurpatum: si tertium, dicitur temerarium & suspiciosum, ut dum de occultis & du bīs ex leuibus coniecturis uel signis quis iudicare p̄sumit. Secundo, iudicare sumitur cō muniter & extense, sicq; iudicare est aliquid tale uel tale affirmare, & summare. & sic ad quēli ber rationis compotem pertinet. Nec iudicare sic sumptum, aliud est q̄ aliquid uerū uel fal sum, bonum uel malum, licitum siue illicitum reputare. & de iudicio sic accepto intelligi tur, difficultatemq; habet quæstio, an & quomodo monachis subditis liceat iudicare, ad quod paulopost respondebatur. Tertio iudicare sumitur communissime, pro quacūq; ap prehensione qua aliquid apprehenditur secundū id quod est, ut conueniens aut nociuū, sicq; iudiciū ad irrationalia animalia atq; ad quamlibet cognitiuam & appetitiuam potētiā pertinet. Vnde ouis uiso lupo iudicat eum sibi nociuum, & fugit: & uisa matre, iudicat eam sibi conuenientem, & currit ad eam. Sic quoq; secundum philosophos quælibet potentia in animalibus iudicat de suo obiecto. Propter quod in Iob scriptum est: Nonne gustus ci bos diiudicat, & fauces comedentis saporem? Philosophus quoq; primo Ethicorū testatur unūquisq; bene ea iudicat que noscit. Hinc etiā Thomas ait: Quā nomen iudicij secundū pri mā impositionē significat rectam determinationē iuris uel iusti. i. quid secūdū ius sit de re sententiā, uidelicet an sit iusta uel non, hinc ampliātū est ad significandū re cētā determina tionē in quibuscūq; rebus, tam p̄speculatiuis q̄ p̄cactis. Itaq; sumēdo iudiciū secūdo modo, dū queritur an p̄sonis religiosis & subditis liceat iudicare, dicitur qd huius iudicij diuersæ sunt causæ & uarij gradus, secundū expositores sup Mattheū & Lucā, & secūdū doctores super Sententias. Quandoq; em iudicat malū uel bonū de aliquo ex ipsa euidētia facti, ut si uideat quis unū opprimere innocentem, & aliū innocenti subuenientē. Alio modo istud contingit ex euidētibz signis, ut si qs uideat nudū cū nuda in eodē lecto, cū circūstantiis alijs uolētā suspiciōe de malo faciētibz. Et his modis iudicare malū de p̄xio, nullū ē p̄ctm, & cuiuslibet licet, ut cōmuniter dicitur de materia ista scribētes. Verūtāme, quātū intelligo in duob; his modis nō licet cū eadē se uel q̄li certitudine iudicare de malo. In primo egēdo cū absoluta iudicare certitudine licet, in secundo autē ḡnialiter loquēdo nō licet hoc, sed cū q̄dā p̄cipua p̄bilitate. Nō em certitudinaliter sequit; isti inuētū sunt simul nudū in lecto, uel delicti iuuenis cū puella, ergo fornicati sunt, cū de sctō Bernardo legat, qd cū adhuc adole scēs esset, anteq; religione intrauit, impudica qdā male sua se iniicit in lectū, q̄ ille genit; q cū oī patiētia atq; modēstia in extremā lectuli partē se collocās, quātūcūq; illa infelix pal pauit, māsit immobilis. Deniq; stare qd mas factus esset aut frigidus, & mulier p̄ corporis in spe ctione se in corruptā p̄baret. Itē: si aret, qd castissimus adolescēs & pudicissima uirgo p̄ im pios cogēt simul nudū q̄scere, nec tñ peccarēt. Rursus, cōtingere possit qd uir & mulier cū p̄posito peccādi se collocarēt, nihilominus uel diuinitus tacti, uel humanit; territi, retraha rent ā cōpula. In talibus ergo nō est cū oimoda, sed multū p̄bilibi certitudine iudicandū, p̄sertim qd p̄sonaz cōuersatio esset ignota: ideo de opposito esset aliquo modo suspiciādū. P̄terea, quāuis de nobis ipsis ac alijs certi esse possimus, ad tēpus esse nos in mortali p̄ctō, tñ de nobis neq; de alijs absolutā certitudinē habere ualemus, qd sumus in charitate & grā abiq; reuelatione diuina. P̄terea, quāuis ex certitudine facti certitudinaliter iudicare possimus de nobis ac alijs, esse nos in culpa mortali, nō tñ cū absoluta certitudine qd sumus simpliciter boni, hoc ē, in charitate & grā, seu qd actio nra sit meritorie bona, licet cōstet qd sit bona ex ḡne. Possunt tñ in aliq; apparere tot & tanta meritorie bonitatis ac sanctitatis indi cia, qd cū certitudine multū p̄bilibi & p̄cipua ualde iudicare liceat eē em meritorie atq; gra tuite bonū. Tertio iudicat malū de proximo ex leuibus signis & causis, & in hoc iudicio tri plex est gradus: Primus, dū qs ex leuibz signis incipit dubitare de bonitate fratris: hoc ueniale p̄ctm est, procedēs ex infirmitate humana: & hoc nō proprie uocat iudiciū, sed ma gis suspiciō. Secūdus gradus, quādo ex talibz signis firmiter tenet de fratre qd malus sit: & hoc proprie appellat iudiciū, qd iudiciū importat firmatā sententiā: estq; hoc ipsum morta le p̄ctm, si malū qd taliter iudicat de fratre, mortale p̄ctm ē, hoc nāq; ē cōtra charitatē. Ter tius gradus, dū ex leuibus causis & signis nō solū p̄tato modo iudicat, sed insup ad fra tris punitionem procedit, affligendo aut accusando eum qua si factor: & hoc p̄cactū est grauius, quia tam charitati q̄ iustitię aduersatur. Itaq; dum ait Saluator, Nolite iudicare, omni homini prohibet iudiciū inordinatū, uidelicet peruersum & usurpatū ac temerariū, iudiciū qd ex leuibz signis secūdū tres gradus p̄tatos. Tamē primus gradus, cū nō sit mor talis, nō cadit proprie sub prohibitiōe p̄cepto, sic em mortale esset incidere illū. Ex p̄e habitus patet an p̄ suspiciones uel ex suspiciōibz liceat iudicare. Ad qd Thomas, Iohānes

Iob. 34.
Philosophus
Thomas.
Ios. 7.
Mat. 7.
Luc. 6.

Durandus, in Summis suis respondet, q̄ suspicio est opinio mali de alio ex leuibus causis & signis concepta. Et procedit ex trifor̄mi origine: Primo ex malitia suspicantis, qui sibi de propria malitia conscius, facilius iudicat alios esse tales qualis est ipse. Secundo, ex malo affectu ad alterum, sicut qui alium odit uel ei irascitur, cito suspicatur malum de ipso. Hinc huiusmodi suspiciones peruerse sunt, sicut earum origines, nec ex eis iudicare est licitum. Tertio procedit suspicio ex quadam experientia. Iccirco iuxta Philosophum secundo Rhetoricę, senes sunt magis suspiciosi, quia ex tempore diuturnitate aliorum defectus magis experti sunt, uerisimilius coniungunt atq; considerant, iuxta illud Ecclesiasticus: Vir in multis expertus cogitabit multa. Hęc aut suspicio minus culpabilis est, quia ex meliori causa, scilicet experientia quadam, procedit & certitudini magis propinquat. Suspicionis uero triplex est gradus, ut patuit. Porro, prædictis obijci potest, q̄ secundum theologos & iuristas triplex assignatur suspicio: Prima dicitur leuis seu temeraria, quæ ex paruis & leuibus progreditur signis uel causis. Secunda uocatur probabilis, ut dum multa signa mali apparent. Tertia dicitur uiolenta seu uehemens, sicut dum signa multum uerisimilia & quasi mala cogentia uidentur, quemadmodum dum nudus cum nuda conspicitur. Ergo suspicio non bene diffinitur, dum dicitur, q̄ sit opinio mali concepta de aliquo ex leuibus signis. Et respondendum q̄ diffinitio ista datur de suspicione propriissime dicta. Suspicio aut probabilis & uiolenta, quanto plus habent de certitudine, tanto minus de suspicione ratione sortite sunt. Postremo, ex suspicione probabilis non licet cum assertione iudicare malum de aliquo, quia multipliciter falli quis posset. Iudicare tamē ex ea minus culpabile est, q̄ ex suspicione temeraria: imo ueniale peccatum est, quādo in suspicione quis sistit: si uero procedat usq; ad firmam assertionem de malo, præsumitur esse mortale, præsertim si malum quod alteri imputatur, mortale extiterit, ut aliqui dicunt.

Eccles. 34

Nicolaus de Gorra

Iere. 19
Iob. 34
Iohan. 11
Augustinus,
Psal. 42

Iohan. 12
Iere. 9

1. Cor. 11
Iob. 34

Ephe. 5
Psal. 4

Mat. 7

Isa. 11
Iohan. 7

Psal. 119

1. Cor. 9
Mat. 7
Augustinus

Articulus VIII. De multiplici iudicio, & de uarijs documentis utilibus doctorum in presenti materia, ex quibus solutio quæstionis, ppositæ clarius innotescit.

Subtilis ille atq; doctissimus scripturarum expositor Nicolaus de Gorra, ait: Multiplex est iudicium: Primum est iudicium discretionis, quo inter bonū & malū discernitur, bonūq; eligitur & malū abijcitur, de quo dominus: Si se paraueris pretiosum a uili, quasi os meum eris. Iob quoq;: Nunquid qui non amat iudiciū, potest sanari? de quo etiam Christus loquitur: Nunc iudicium est mundi, sicut ibidem Augustinus exponit, illud psalmi allegans: Iudica me deus, & discernere quam meam. Christus uisus in primo suo aduentu iudicium illud exercuit inter uirtutes & uitia, imo inter electos & reprobos discernendo, illos per gratiam misericorditer uocans, illos iuste relinquens. Propter quod dixit apostolis: Non de oibus uobis dico: Ego scio quos elegerim. Vnde de ipso Ieremias prædixit: Faciet iudicium & iustitiam in terra. Secundū est iudicium cōmendatum iudicium propriæ discussionis, quo homo post sui ipsius diligentem examinationem, iudicat se talem qualis est, de quo ait Apostolus: Si nos ipsos diiudicauerimus, non utiq; diiudicauerimur. De quo illud Iob potest exponi: Iudiciū eligamus, & inter nos uideamus quid sit melius. Et quia peruersi per tale iudicium a suis uitjs non exurgunt, iuxta illud Apostoli: Surge qui dormis, propterea scriptū est: Ideo impij non resurgunt in iudicio. Tertium est iudicium tolerabile, scilicet iudiciū diffinitiuū seu assertoriū de alioq; inexcusabilibus malis, quæ bono fieri animo nequeunt, de quo ait Saluator: Ex fructibus eorū cognoscetis eos. Quartum est iudicium utile, puta iudiciū præsentis secundū regulas iuris, iuxta illud, Rex qui iudicat in ueritate pauperes, thronus eius in æternū firmabit. Vnde de Christo Isaias prædixit: Non secū dum uisionem oculorū iudicabit, neq; secundū auditū aurium audiet. Et ipse Saluator. Nolite, inquit, secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Quintum est iudicium inutile, scilicet suspitionis, tamen absq; pleno cōsensu rationis, iuxta illud psalmi: Amputa opprobrium meū quod suspicatus sum. Sextū est iudiciū detestabile, qd fit quatuor modis: Primo, dum fertur sententia de secretis cordis sine sufficientibus signis: quod pertinet ad iudicium temerarium, quod non procedit ex certa notitia neq; ex uera prudentia. Secūdo, cum dubia in partem deteriorē trahunt. Tertio, dum iudicatur de futuro hominis statu, uidelicet q̄ aliquis sit in uitjs permanentis uel periturus. Quarto, dū cōtra ius assumitur executio, contra quod ait Apostolus: Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? super illud, Nolite iudicare, loquitur Augustinus: Hoc loco nihil aliud nobis præcipi puto, nisi ut ea de quibus dubium est quo animo sēt, in meliorem partē interpretemur. Quædam enim opera & bono & malo animo fieri possunt, de quibus iudicare temerarium est

est, maxime ut damnentur, seu in partem peiorem trahantur. Duo autem sunt in quibus temerarium iudicium uitare debemus, uidelicet dum incertum est, quo animo quid factum sit uel incertum est, qualis futurus sit qui nunc bonus uel malus apparet. Non ergo reprehēdamus ea, de quibus nescimus quo animo facta sunt: nec ita reprehendamus quæ manifeste sunt mala, ut emendationem desperemus. Deniq; secundum doctores, quædam sunt omnino mala ex se sine ex genere, quæ bene fieri nequeunt, ut blasphemare, fornicari, furari: de quibus iudicare permittitur, quoniam talia in sua ratione deformitatem peccati includunt. Alia sunt bona ex genere, quæ tamen aliquando fiunt non bene, ut cum elemosyna datur pro laude humana. Sed quia interior nos latet aliorum intentio, talia iudicanda sunt in bono, & probabiliter bona censenda. Alia uero sunt bona ex sua natura, quæ fieri male non ualent, ut sunt immediati siue eliciti actus uirtutum. Sed diligere deum, & aliæ uirtutum opera exercere secundum intentionem dei præcipientis, uidelicet ex fide & charitate ad gloriam dei, & talia sunt cum absoluta certitudine bona censenda in generali, quamuis (ut tactum est) absoluta certitudine nocere non possumus actus proprios aut aliorum existere tales absq; reuelatione diuina: imo secundum Alexandrum de Hales & Guilielmum Antisiodorensē in Summa sua, potest quis ex fide in infirmi & timore seruilis pati martirium seu mortem pro fidei ueritate: & si sic patiendo decederet, dānaretur, quamuis ualde sperādū sit quod deus tali cōstituto in tali martirio charitatem infunderet. Alia autem sunt opera in differentia, scilicet nec bona nec mala in se, sed bono maloq; animo fieri possunt. De quibus iudicare uetamur, cum agētis intentionem non uidemus: sed interpretanda dicuntur in melius, non utiq; cum assertionem, quia hoc esset incautum, cum sit incertum, sed cum quadam pia æstimatione & spe, qua semper de proximo bona debemus credere aut sentire, nisi oppositi mali euidētia signa appareant. Itaq; sicut Alexander de Hales ait, ad simplices & subiectos etiam monachos pertinere potest iudicium de manifestis & inexcusabilibus malis, loquendo de iudicio interioris intelligentiæ & rationis, quod dicitur iudicium ad hætionis ac scientificæ diffinitionis, quo iudicamus aliquem male egisse, deumq; offendisse in huiusmodi malis. Porro præter præinductas iudicij species, adhuc aliæ quædam sunt, ut puta iudicium finalis damnationis seu extremæ probationis, de quo ueritas loquitur: Qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit. Istud iudicium duplex est, scilicet particulare in morte cuiuslibet, & uniuersale in die iudicij. Insuper est iudicium approbationis, de quo ait Apostolus: Si quis diligit deum, hic cognitus est ab eo. Et quoq; iudicium æstimationis dignitatis, quod apostolis & apostolicis uiris Christus promisit, dicendo uos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israēl. Et item iudicium comparationis, de quo asserit Christus: Viri Niniuitę surgent in iudicio cum generatione ista, & cōdemnabunt eam, uidelicet quoniam comparatione Niniuitarum, qui Ionæ uerbis contriti penituerunt, hi qui Christum spreuerunt, damnabiliores apparebunt.

Alexander de Hales

Iohan. 5

1. Cor. 8

Mat. 19
Mat. 12
Iohan. 3

Articulus IX. De quibusdam uerbis sanctorum & expositorum circa loca scripturæ, in quibus iudicare prohibemur.

Circa illud Matthæi, Nolite iudicare, scribit Chrysofomus: Non oportet exprobare delictum, aut eum qui peccato aliquo præuentus est insolenter obruere, nec persequi iurgio, sed monere consilio. Non enim illum, sed temetipsum profecto condemnas, & facis tibi ipsi terribilius esse iudicium, cogisq; aduersus te diligentissimam etiam de minimis fieri ultionem. Ut enim diligentia tua examinentur peccata legem primus ipse posuisti, seuerius de his quæ proximus peccauerat, narrando. Sunt autem hæc diabolicæ tentationis insidiæ. Nam qui se uere discit aliena, nunquam propriorum reatum merebitur ueniam. Iterum ait Chrysofomus: Si nullum nobis adesset peccatum admissum, pro hoc solo nos gehennæ tradidisset abundēq; sufficeret quippe qui in aliorum delictis seueri & amarissimi iudices residemus, nostras autem trabes oculis nostris infixas non cernimus: qui aliena etiam minima tam sollicitè scrutamur, & ad condemmandos ceteros omne uitæ nostrę tempus absumimus. A quo uitio neq; seculi hominem, neq; monachorū ullum facile inuenias liberū. Deniq; circa eundē locū ait Cyrillus: Christus hic sedat & tollit pessimā cōsuetudinē, & passionē animarū nostrarū, principiumq; contemptus aliorū. Cum enim deceat homines se ipsos circumspicere atq; secundum deum conuersari, hoc

Mat. 7
Chrysofomus

Mat. 7

Cyillus

Iaco. 4

hoc tamen multi non faciunt, sed examināt aliena, & si uiderint aliquos infirmari aut cade-
re, tanq̄ propriarum passionum mox oblitī, mox detrahūt. His cōsonat qd̄ super illud, Tu
quis es qui iudicas proximum tuum, asserit Beda: Redarguit temeritatē eorū qui alienā iudi-
care delectātur tanq̄ propriam fragilitatem oblitī, nec incertitudinem sui status penitentes:
Itaq̄ cū debiles sumus in ratione, ita q̄ faciliter fallimur & erramus, proniq̄ sumus ad passi-
ones & uitia, rectū iudiciū peruertētia, Christus à multis periculis & peccatis nos eripit &
præseruat, dum iudicare nos prohibet. Quod utiq̄ passionatē summe periculosum est, &
præsertim cauendū est eis, ne proni sint iudicare eos ad quos minus bene afficiunt seu incli-
nantur, & contra quos cito tentantur, ne passione cæcati de illis iudicent uitiose, sed semet-
ipsum unusquisq̄ discutiat, attendat, diiudicet, increpet & castiget, cū dicat Apostolus, Si
nosmet ipsos diiudicemus, non utiq̄ iudicemur. Præterea super illud Apostoli, In quo
altere iudicas, te ipsum condemnas, loquitur Nicolaus de Gorra: Altere iudicando seu re-
prehendendo, tu ipse testis es tuæ iustæ condemnationis, iuxta illud, Tu es iudiciū quod
ipse decreuisti, & apud Lucam, Ex ore tuo te iudico serue nequā. Hinc in Ecclesiastico scri-
bitur: dum male dicit impius diabolū, male dicit ipse animam suam. Videlicet quoniam uitia
quæ habet diabolus, habet & ipse siue similia. Vnde maledicendo diabolū, ostendit se maledi-
ctione condignum. Dicit insuper Gorra, & communiter ita asseritur, qd̄ manifestis pec-
catis iudicare permittitur, reprobando factū, non iudicando aut condemnando personā.
Sed contra hoc obijci potest factū denominat facientem. Si ergo factū est malū, erit & fa-
ciens. Rursus, quem actu mortaliter peccantem conspicimus, damnatione dignū & impiū
scimus: ergo & personam huiusmodi iudicare & reprobare permittimur. Et respōdendū qd̄
personam iudicare & condemnare, damnatione dignam affirmare, licite possumus ex eui-
dentia facti, nō quidem simpliciter & pro toto tempore atq̄ finaliter, sed pro tempore cer-
ro, & secundū quid, ut puta dum eum in actu mortalis uitij cernimus, ut surantem, blasphem-
antem aut fornicantem: sed quoniam qualis fiet & quando pœnitebit nescimus, absolu-
te & finaliter eam iudicare aut condemnare non possumus, potissime cū omni momento
tangi queat à spiritu sancto & conteri, ideo non bene nisi sub conditione damnāda potest
censeri, uel elicit nisi pœnitentiā egerit. Amplius, super illud ad Romanos, Tu aut̄ quid iu-
dicas fratrem tuum, scribit Gorra, qd̄ septem sunt de quibus reprehensibile est iudicare: Pri-
mo de occultis, secūdo de dubijs, tertio de soli noris. Hoc tamen intelligendū est in foro cō-
tentioso, ubi testimonium querit, nisi euidentiā facti uicem testij suppleat. Quarto de aper-
te contrarijs, scilicet iuri, iuxta illud, Tu sedens secū dum legem me iudicas, & contra legē
me peccati iubes: Quinto, de impinentibus & ad suū foris, non specieatibus, sicut illud Exod. 2.
Quis te constituit iudicē super nos? Sexto de consimilibus, & multo plus de minoribus cul-
pis q̄ culpæ iudicantis. Septimo, de futuris incertis. Verū tamen est quoddam iudiciū timo-
ris & cautelæ, quo superiores inter dū aliqua subditis abscondunt aut negant, ne corruant
in peccata. Insuper illud, Spiritus uisus homo iudicat omnia, ait: Spiritus uisus homo, qui spiritum
dei habens rectorē spiritualiter uiuit, discernit & intelligit omnia, nō utiq̄ simpliciter omnia
quæ diuina continentur scientia, sed omnia quæ ad uitæ bonitatem iustitiamq̄ sufficiunt.
Vnde de Thomas uerbum illud exponens, ait: Spiritus uisus homo ex habitu charitatis habet in-
clinationem ad recte iudicandum de omnibus secundum regulas diuinas, ex quibus iu-
diciū per sapientiæ donum pronuntiat, sicut iustus per uirtutem prudentiæ profert
iudiciū ex regulis iuris. At uero super illud Apostoli, Mihi pro minimo est ut à uobis iu-
dicer, ait: Hic agit Apostolus de contēptu sui, ostendens qd̄ Corinthij non debeant eū iudi-
care propter quatuor rationes: Primo, quia non timet aut curat eorū iudiciū. Secūdo, quia
ipse non audeat iudicare seipsum, dicens: Sed neq̄ me ipsum iudico. Tertio, quia ad deum so-
lū pertinet eius iudiciū. Vnde subiungit: Qui autem iudicet me, dominus est. Quarto, quia
nondum est tempus ad iudicandū. Ideo addit: Itaq̄ nolite ante tempus iudicare. Circa hæc
dubia oriūtur. Prima em̄ rationum istarū uidetur esse contra illud Ecclesiastici, Curam ha-
be de bono nomine. Vnde secundū Augustinum, Qui famam negligit, est crudelis. Rursus
apostolus Paulus fuit Corinthiorū prælatu: bonus aut̄ prælatu subditiorū suorū timet ea
sum, ut atq̄ scandalū quantū potest. Ad hæc Gorra respōdet: De iudicio bonorū curandū,
sed non multū de iudicio prauorū siue malorū. Sed tunc denuo instare quis potest, qd̄ publi-
corū scandalū diligenter uitandū est, & tales uidētur fuisse Corinthij quos affatur, quorum
etiam multi ual de peccati fuerunt, propter quos scribit, Ita ut nihil uobis desit in ulla gra-
tia. Ad hoc arbitror respōdendū, qd̄ uirtuosi non curāt de suo iudicio & cōtemptu ab aliis
sed

1. Cor. 11
Rom. 3
2 Reg. 2
Luc. 19
Ecds. 21

Roma. 14

Act. 23

Exod. 2

1. Cor. 3

Thomas

1. Cor. 4

Eodem

Ecds. 41
Augustinus

sed potius gaudent in quantum illa redundant in eos, & in quantum aliquā habet culpam:
& talia eis multipliciter ualde proficiunt, sicut & cætera quæ q̄ aduersa: sed in quantum illa
redundant in nocentem ac scandalum aliorū, atq̄ in quandam in honorem altissi-
mi, timet, curant & dolent de illis. Vnde & Paulus apostolus in secūda sua ad Corinthios
epistola, præconia sua copiose profequitur, non ad suū ipsius laudem uanissimam, sed ne Co-
rinthij ab alijs male instructi, & prauæ de ipso suo sententiæ Apostolo, scandalizarent, neq̄
ex eis proficerēt documentis. Porro secūda ratio uidet contra illud Apostoli, Si nos ipsos
iudicauerimus, ergo bonum est iudicare seipsum. Respondet Gorra, qd̄ loquitur Apostolus
hic de iudicio diffinitionis: de iudicio autem discussionis, dum ait: Si nos ipsos &c. Vel bo-
num est (inquit) iudicare seipsum, se accusando, non iustificando. Sed obijci potest: Apos-
tolus nanq̄ uidetur se aliquoties iudicio diffinitionis & iustificationis iudicasse, dicēdo: Cer-
tus sum qd̄ neq̄ mors, neq̄ uita &c. poterit nos separare à charitate dei. Sciuit ergo se esse in
gratia. Rursus, de se alijsq̄ loquens Apostolus, Nos (inquit) primitias spiritus habētes, ergo
non solum certitudinaliter nouerat se habere dona gratiæ gratum facientis, sed etiam ea
haberet in excellentia grandi. Denuo protestatur, Nos non spiritum huius mundi accepi-
mus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis: ergo sciuit se ha-
bere dona gratuita quæ habebat, præsertim cum dicat, Superest mihi corona iustitiæ quæ
reddet mihi dominus. Iterum, sciuit Christū de ipso dixisse, Vas electionis est mihi iste. Ad
hæc reor dicendū, qd̄ apostolus Paulus certitudinaliter sciuit se esse in gratia, sicut probatū
est, & hoc reuelatione diuina formali uel æquiuolenti, imō magis utraq̄. Vnde quod nunc
ait, Neq̄ me ipsum iudico, arbitror eum loqui de se secū dum legem communem, uel in pso-
na generis humani, non secundum speciale priuilegium sibi concessum. Quæri potest præ-
terea, quomodo hic dicat Apostolus, Nihil mihi conscius sum, cum alibi dicat, Venit Chris-
tus peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Iohānes quoq̄ testatur: Si dixerimus
quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Et respōdendū qd̄ Apostolus sibi de
mortalī non fuerat cōscius, non quia mortaliter non peccauit, sed quia de eis pœnituit, nec
de uenialibus docet se immunē. Postremo, super illud, Sancti de hoc mūdo iudicabūt, Gor-
ra affirmat: Multiplex est iudiciū, quo in die nouissimo iudicabitur mūdos. Primum est
iudiciū principalis authoritatis, quo deus trinitas iudicabit, secundum illud psalmi: Iudi-
cabit orbem terrarum in iustitia. Secundum est iudiciū prolationis sententiæ, quo Chris-
tus ut homo iudicabit, iuxta illud, Omne iudiciū de dit filio. & in psalmo, Deus iudiciū
tuum regi da. Tertium est iudiciū assessoriæ dignitatis, quo iudicabūt perfecti, quem ad-
modum alibi legitur: Iudicabūt sancti nationes. Quartum est iudiciū comparationis, de
quo iam dictum est. Quintum disceptationis, quo iudicabuntur soli fideles. Sextum remun-
erationis, quo tam boni q̄ mali iudicabuntur, dicente domino: Ecce uenio cito, & merces
mea mecum est, dare unicuiq̄ secundum opera sua. Septimum dispositionis, quo iam iudi-
cati sunt in fideles, testante ueritate: Qui non credit, tam iudicatus est. Potest quoq̄ addi
octauum, uidelicet iudiciū approbationis, quo omnes electi reprobos iudicabunt, Chris-
ti iudiciū approbando. Adhuc, Glossa circa præhabita ait: Si suspiciones uitare non pos-
sumus, quia homines fragiles sumus, saltem & iudicia & firmas & diffinitiuas sententias cō-
tinere debemus, quod intelligendum est de his, de quibus certitudo sufficiens non habe-
tur. Sed quæri potest, quomodo suspiciones uitare non possumus, si enim sic est, ergo nec
culpæ sunt, non enim imputatur ad culpam, quod impossibile est uitare. Et respōdendū
qd̄ non possumus, id est, difficultatē & uix possumus: uel non possumus uitare singulas, quā-
uis possumus uitare omnes: hoc est, in particulari non possumus singulas, quamuis possu-
mus omnes in uniuersali: quemadmodum de uenialibus peccatis communiter dicitur, qd̄
possumus uitare omnia, sed non singula: quia unum quodq̄ per se sumptum uitare uale-
mus, sed dum occupamur circa deuitationē unius, incidimus aliud: ideo uenialia sunt. De
hac demum materia ex scriptis Alberti magni & aliorum plura possent induci, quæ breui-
tati studens dimitto.

2. Cor. 11

1. Cor. 11

Roma 8

Eodem

Eodem

2. Timo. 4

Act. 9

1. Cor. 4

Eodem

1. Timo. 3

1. Iohan. 1

Iudiciū mu-
ltiplex

Psal. 9

Iohan. 7

Psal. 71

Sap. 3

Apoc. 22

Iohan. 8

Articulus X. Quod timoratus, modestus atq̄ discretus debeat esse religiosus in iudicando.

Constat ex præinductis, qd̄ prouide ac salubriter Christus prohibuerit inordina-
ta iudicia, eo qd̄ celeriter ac frequenter fallamur iudicādo de alijs, Proprijs quoq̄
passionib' uitijq̄ cæcati, multoties arbitramur nos zelo iustitiæ & ex uirtutibus
agerē

agere, charitate moueri & recta intentione induci, cum potius impetu passionum & priuato amore deuotione q̄ ficta agamus: quid ex eo potissime innotescit, q̄ nos ipsos nec in maioribus, nec in similibus efficaciter emendamus, aut iudicari & corripi patimur, de quibus alios iudicare atq; corrumpere tam audaces, prouacipites sumus. Quo igitur religiosi præ cæteris magis in omnibus custoditi, circumspecti ac timorati esse tenentur, eo ad iudicandum facta aliorum tardiores, maturiores, prouidentioresq; esse debent, proprium statum, propriam fragilitatem ac fallibilitatem, propriaq; pericula & peccata iugiter ponderantes, alioz facta quantum possibile est excusantes: nec cū indignatione & aspersione, sed pia & charitatiua compassione iudicantes de eis, imò simul orando pro eis: & quod in alijs apparet culpabile, in seipsis sapientialiter deuitantes, iuxta q̄ dicitur

Felix quem faciunt aliena pericula cautum,

Propter quod religiosus præ cæteris magis tenetur sibi soli & deo intendere, eo plus ab immoderata sui occupatione circa alioz facta expurgare obligatur, quod ne quaquam adimpler, nisi temeraria uiter iudicia, se q̄ coram deo custodite habeat ac prudenter. Amplius, secundum Gulielmum Anisiodorensis, religiosi tenentur non solum ad uiam meliorem, sed etiã ad tutiorem. Cum ergo se inromittere de iudicijs aliorum tam (ut patuit) periculosum existat, consequitur q̄ religiosi ab eis abstinere præcipuo moderamine debent. Insuper religiosi & si esse perfecti non teneantur, tamen ad perfectionem quotidie tendere obligantur. Alias suæ professioni satisfacere non censeantur. Hinc periculosa & perfectionis impeditiua summe debent abijcere, qualia sunt circa alioz facta inquirenda, obseruanda, iudicandaq; occupari. Salomone testate: Qui scrutator est maloz, opprimetur ab eis. Adhuc aut, iuxta Augustini doctrinam, Christus prohibuit iurationem, non quia in se mala est, sed quoniã iurationi assuetus, facilliter ad periurationes & immoderatas iurationes dilabitur. Ita de iudicatione aliorum pensare obseruareq; cogruit. Rursus, quemadmodum anima impeditur ab operatione unius potentia, uehementer insistendo operationi alterius: ita eadem potentia animæ multum intenta uni obiecto, impeditur ab actu circa aliud obiectum, præsertim quando obiecta sunt coordinata. Hinc intellectus hominis considerationi & iudicationi aliorum, potissime sibi non commissorum, inordinate intendens, à suis ipsius saluberrima consideratione ac utilissima diiudicatione non mediocriter impeditur: & quãto quis facta aliorum grauius ponderat, immoderantius discutit, indiscretiusq; persequitur, tanto priorum uitiorum, passionum atq; suoz defectuum calamitates & enormitates minus intelligit & intendit, nec emendat, sed miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus lamentabiliter perseuerat. Hinc sanctus Bernardus optime loquitur: Caue alienæ conuersationis esse curiosus explorator, aut temerariu si uideas, etiam si perperã actum quid deprehendas: nec sic mox iudices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicit apud te ipsum: Vehemens fuit nimis tentatio, quid de me illa fecisset, si in me similiter accepisset potestatem? Deniq; inordinato amaroq; zelo de alijs iudicās neq; compatiens, meretur à deo relinquī, ita ut in eadem aut maiora sepius labatur. Ideo sapientissimus ait Apostolus: Fratres, & si proccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum ne & tu tenteris. Postremo, si tam circumspectus & timoratus esse debeat religiosus circa iudicationem fratrum suoz, quanto plus esse talis tenetur circa superiorz suoz iudicium, non malitiose, nec curiose, neq; superflue, aut imprudenter & temere facta illoz obseruando, reprobando, accusando, diiudicando: De hoc ex dictis sancti Gregorij & libro Climachi possent plurima allegari, sed breuitati studendum, de quo tamen aliquid forsitan infra tãgetur. Verum aliqui proh dolor tam superiorz q̄ fratru suoz facta immoderanter ac insipienter nimis obseruant, reuolunt, diiudicant deo intra se obtenebrant, neq; ad uerũ unq̄ pertingunt profectum, nec internã deuotionis experiuntur dulcedinem, sed effusi, crudi manent. Tales igitur se emendent, oculum considerationis suæ super seipsos quotidie solite ac prouide reflectentes, inuenientq; in seipsis tot ærinas, tot uitia, tot pericula, tanta lugenda, q̄ ex aliorum iudicio facilliter se auertent, atq; in propria causa patrocinari studebunt nec querulosi erũt nec detractores, neq; facile offendentur, sed omni contemptu & pœna dignos se fatebũtur. Hęc aut de religiosijs subditis sunt iudicia, non de eoz prelati, qui ex obligatione officij opus speculatoris & patris, medici ac iudicis circa sibi commissos implere tenentur, uultum sui pecoris solite considerando: & si quid

Proverb II Augustinus

Gal. 6

in eo deprehenderit morbi, solerter medendo, atq; ab hostium animæ incurfionibus uiriliter ac prudẽter tuendo: quorum est arguere, increpare, hortari, docere: & dum magnitudo causæ requirit, præcipere, nec disciplinam relinquere, ne illa dormiente nequitia læuiat, & subditis abfq; timore in mala libertate quasi onagri in deserto incedant.

Articulus XI. Qualiter regulandi sint hominum actus, & quomodo quibet regulare se debet.

Optimum hominis (secundum diuinum Dionysium) est, esse & uiuere secundũ rationem, id est, rectum iudicium rationis. Habet autem ratio naturale lumen, scilicet innatum, quo inter uerũ & falsum, bonum & malum discernere potest in uitã humana, ciuili & naturali, secundũ exigentiã naturalis finis humanæ uitæ. Sed quã ad supernaturalem beatitudinẽ factus est homo, indiget supernaturalibus medijs, ut puta uarijs gratiæ donis, quibus ad beatitudinem illam pertingat. Iccirco data est ei fides, qua intellectus seu ratio illustratur ad cognoscendum, quod seu ad quem finem ac beatitudinẽ omnia sua opera referat. Sed quia non sufficit istum finem cognoscere, sed operando oportet ei coniungi, non aut ita quis operaret, nisi esset fiducia acquirendi eum per bona opera, iccirco data est spes quæ animat ad agendum. Et quoniam opera talia deo accepta nõ sunt, nisi ex uero & spiritali dei amore procedant, per quem etiam in hac uita homo aliquo modo deo & fini ultimo copulat. Deus namq; tãq; summũ & incomparabile bonũ, itemq; tanq; incomparabilis benefactor, iubet & uult se à rationalibus suis creaturis super omnia desiderari, intendi, amari, requiri, hinc adiecta atq; collata est homini charitas, quæ est amor spiritalis infusus, qua deus propter seipsum & propriam bonitatem prorsus immensam, super cuncta amatur. Istæ sunt theologicae tres uirtutes, deum pro immediato obiecto habentes, quibus secundum Augustinum anima deo super dignissimo desponsatur, quæ in omni actu meritorio actualiter uel habitualiter, formaliter aut motiue concurrũt. Propterea testibus propheta atq; Apostolo, Iustus ex fide uiuit, & Quicquid non est ex fide, peccatum est. & Qui arat, in spe fructus percipiendi debet arare, & Si linguis angelorum loquamur, sed in omni actu hominum, charitatem autem nõ habeamus, nil sumus. Charitas autem cum se deo uicinius uniat atq; conformet, ut puta supernaturalis quædam similitudo atque expressio in creati amoris, qui est spiritus sanctus, hinc ipsa uocatur omnium uirtutum regina, mater, imperatrix, motrix & forma, uitaq; animæ & decor præcipuus uoluntatis. Omnes namq; uirtutes mouet ad operandum, & sine ea nihil est meritorium, nil deo acceptum. Hinc uniuersa quæ agimus, ex charitate agere debemus ad gloriam dei, ita q̄ charitas eliciat actum, aut imperet ad debitum finem. Ad hoc autem quod opus sit ueraciter uirtuosum, meritorium, deoq; gratum, oportet non solum bonum finem intendere, sed etiam per proportionata, apta seu conuenientia media (id est, opera) ad finem huiusmodi tendere, ut scilicet opera ordinate agantur, congruo tempore, apto loco, conuenienti q; modo: & quia de huiusmodi medijs prouidet ac disponit prudentia siue discretio, iccirco uniuersa quæ agimus, potissime ex charitate atq; prudentia debent manere, ita q̄ charitas ad agendum inclinet, prudentia dirigat. Porro charitas patiens est & benigna, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur. Ad prudentia quoq; pertinent docilitas, cautio, circumspectio, prouidentia, memoria, cõsideratio. Itaq; moachus, imò & quilibet Christianus, uolens aliquem iudicare, corrumpere, accufare, hortari, debet hoc facere charitatiue & prudenter, compassiue, benigne & patienter, circumspecte, caute & ordinate, non turbulenter, præcipitanter aut scandalizanter, ut interioris beneuolentiæ signa foris appareant, & alter gratatè recipiat, & disceratur quoque qui assunt. Istud uero ad eos qui non præsumunt, potissime spectat. Præsidentes namque nonnunquam foris rigorem debent ostendere, quanquam ab interiori charitatis pietate nunquam debeant quõq; discedere, cum omnes pœnæ uitæ præsentis sint medicinales, uidelicet ad emendationem uel salutem hominum ordinandę. Hinc teste Bernardo, Prudentia seu discretio, uirtutum auriga est, actuum moderatrix, directiua in omnibus, & modum in cunctis obseruans, ne quid magis fiat aut minus. Sed uia regia tendatur, & rationale extet obsequium nostrum, sicq; deum in omnibus honoremus, & proximos ædificemus. Ecce, sic principiani & regulandi sunt actus humani, sicq; procedere monachus debet uolens quempiam iudicare, corrumpere, proclamare siue instruere. Vnde in omnibus dociles esse debemus, atq; in affectionibus & opibus nostris ordinati, charitatiui, discreti, sicq; ad bonum finem per media apta ac bona procedere. Postremo qui alium ex passione & cum turbulentia corrumpere, iudicare seu accusare præsumit, proprijs passionibus satisfacit, ani-

Abac. 2 Heb. 10 Rom. 14 1. Cor. 5 1. Cor. 13

1. Cor. 13

Rom. 12

mam suam grauiter lædit, aliam quoq; plus frequenter uulnerat & perturbat, ac cæteros scandalizat, & se deo ac seruis eius contemptibilem statuit. In uera ergo charitate & discretionem proficere iugiter studeamus, & iuxta formam præscriptam cuncta peragere satagamus.

Articulus IX. De correptione fraterna & laudibus eius, & quomodo unicuique sit impendenda.

Cum peccatum sit mors seu læsio animæ, quid aliud est culpabilem fratrem corrigere, nisi eidem uulneris suæ animæ demonstrare, quod charitativum piumque esse quis ambigat? Hinc fraterna correptio ad fideles pertinet uniuersos. Itaque sicut Thomas, Durandus, Iohannes, & ante eos Alexander de Hales in Summis suis conscribunt, Fraterna correptio uno modo actus est charitatis, id est, actio ad quam quilibet obligatur ex hoc, quod proximum suum sicut seipsum spiritualiter amare tenetur. Cum enim amare (secundum philosophum) sit alicui bonum uelle, ex eadem surgit radice charitatis, proximo bonum uelle, malum ab eo pro uiribus remouere. Quemadmodum autem dona gratiæ & uirtutum sunt maxima hominis bona, sic peccata sunt maxima eius mala. Præcipue ergo spectat ad charitatem, culpas à proximo remouere pro posse, quod uno fit modo per correptionem fraternam. Alio modo correptio fraterna est actus iustitiæ, cuius est unicuique dare quod suum est. Cum ergo peccanti debeat correptio quam meretur, ad iustitiam hominis pertinet peccantem corrigere. Sed quoniam prælati & iudices ac principes, subditos corrigere obligantur non solum ratione charitatis, qua eos tenentur diligere, uerum etiam ex debito sui officij quo illos tenentur corrigere, hinc correptio ista, in quantum tum est actus iustitiæ, præsertim spectat ad præfidentes. Peccatum quippe dupliciter consideratur: Primo, ut est nocuum peccanti; & sic peccantem corrigere actus est charitatis, cum ista correptio sit remedium contra peccatum; ad cuius exhibitionem remediij omnes tenentur, iuxta illud Ecclesiasticum: Mandauit deus unicuique de proximo suo. Secundo consideratur peccatum, ut est aliquorum scandalizantium, & boni communis turbantium atque læsuum, diuini quoque maiestatis in honorem; & sic peccantem corrigere est actus iustitiæ, pertinet enim ad præfidentes quoniam talis correptio ordinatur præcipue ad iustitiam ac debitam peccantis punitionem, propter conseruationem iustitiæ, & non semper ad correctionem peccantis, saltem in processu uitæ præsentis, quia sæpe occidit ut uel sic alij terrerentur. Veritatem cum omnes poenæ uite presentis, quas infligit ecclesia siue in seculari, siue in ecclesiastico spiritali uero foro, sint remediatiuæ punitiones, huiusmodi semper ordinantur ad salutem reorum, quantum est ex parte ecclesiæ punientis. Insuper, diuinorum præceptorum quædam sunt negatiua, ut non occides: & illa obligant semper & ad semper, ita quod omni hora tenemur talia mala uitare. Alia sunt affirmatiua, ut Deum amare. Honorare parentes, & illa obligant semper, non autem ad semper: quia non qualibet hora tenemur illa actualiter adimplere seu bona illa peragere, imò neque possibile est in hac uita, sed loco & tempore opportunis. Cum ergo præceptum de correptione fraterna sit affirmatiuum, obligat semper, sed non ad semper: circò exercenda est congruo loco & tempore, quod commodissime scilicet fieri potest ad delinquentis emendationem. Denique, correptio ista tribus modis omnitur seu differtur: Primo ex charitate & uirtuose, ut dum tempus congruum expectatur, uel de peccatis in duratione seu deterioratione probabiliter formidatur: quia ut Salomon loquitur, Qui erudit derisor, ipse sibi iniuriã facit, & Non amat pestilens eum qui se corripit. Et istud potissime uerum est, prout correptio ista actus est charitatis, uim coercionis non habens in quantum autem est actus iustitiæ, pertinet ad prælatos & iudices, non est omittenda secundum Thomam & alios, ne non correptus deterior fiat. Superiores namque habent authoritatē coercionis peccantē per poenas, per quas compellendus est subditus ut desistat à malo, si aliter nolit. Ex tali quoque correptione poenali oritur utilitas cõmunitati, dum ordo iustitiæ obseruatur, & alij ex exemplo unius à similibus reprimuntur, iuxta illud Proverb. Pestilens flagellato, stultus sapietior erit. Veritatem puto ad uerã discretionē pietatēque pertinere, ut etiã aliquando in huiusmodi casu præfides correptionem, uel saltē punitionē ad tempus suspendat seu differat, præsertim si peccans sit debilis aut uehementer teratus, atque ad maiore ruinam dispositus, seu aliis periculum maius imminuat: nisi forte ex dilatione uel omissione damnum grauius oriretur, ut si peccatum esset reipublicæ aut ueritati fidei uehementer contrarium. De hoc in regula sancti Benedicti multa habentur, quomodo abbas quasi ex occulto submittere debeat ad fratrem teratum, fratres prudentes & spirituales, quod illi informet. Secunda correptio fraterna omittit uitiose et cum mortali

Mat. 5
Fraterna correptio actus est charitatis

Peccati consistit dupliciter
Eccles. 17

Præcepta diuina duplicia

Proverb. 9

Proverb. 19

mortali peccato, quando uidelicet ex cupiditate uel timore poenæ corporalis aut damni temporalis, uel simili causa, quæ non est charitati præferenda, dimittitur. Tertio omittitur cum ueniali peccato, ut cum causæ præfate eam non omnino impediunt, sed retardant. Ex his aequaliter constat, quomodo religiosus subditus circa fraternam correptionem habere se debeat, eam charitatiue, humiliter, pie impendendo congruo loco & tempore cum discretionem, & captando beneuolentiam delinquentis antequam corripiat, & dum sibi spes est de emedatione illius. Sed obijci potest, quia ut aliqui magni dicunt doctores, unus excusatur ad correptionem alterius, dum probabiliter æstimat esse alios ipso magis idoneos ad correptionem illius. In congregatione autem religiosa raro aut nunquam contingit, quin frater quilibet possit hoc humiliter ac uerisimiliter æstimare. Et respondendum quod in hac re consideranda sunt multa, & discutere debet quilibet conscientiam suam: qua discussa, agat, quod prouida ratio uel potius quod superna unctio docet. Potest quoque ad tempus differre, si forte interim ab alijs qui culpabilis est corripitur, quod si factum non fuerit, post humiliter facere uel disponere ut per alios fiat, si tamen culpa fratris alijs nota sit: si uero sibi duntaxat, personaliter corripiat, si de emedatione confidit. laudabilis tamen uideatur ex charitate corrigere, quod ex humilitate omittere, nisi forte quis sibi de magnis & maioribus culpis conscius esset.

Articulus XIII. Prosecutio huius materiæ, & expositio uerborum Christi de correptione fraterna.

Quam diligentem esse oportet unumquemque fidelem circa intelligentiam & obseruantiam præcepti correptionis fraternel, hinc elucescit, quod Gulielmus Antiochensis in sua asserit Summa, duo præsertim esse præcepta, ob quorum transgressionem innumerales condemnantur, uidelicet præceptum de continentia seu fornicatione uitanda, & præceptum de correptione fraterna agenda. Itaque præcipit Christus: Si peccauerit in te frater tuus, hinc elucescit, quod Gulielmus Antiochensis in sua asserit Summa, duo præsertim esse præcepta, ob quorum transgressionem innumerales condemnantur, uidelicet præceptum de continentia seu fornicatione uitanda, & præceptum de correptione fraterna agenda. Itaque præcipit Christus: Si peccauerit in te frater tuus. Hoc loco per fratrem intelligit quilibet Christianus, imò omnis homo utriusque sexus. Porro quod ait in te, tripliciter potest exponi. Primo, in te secundu Augustinu. I. te scietis quia qui alio sciente siue presente peccat, illi quantum in se est scandalizat. Secundo, iuxta Hieronymum, in te, id est, directe contra te, non contra deum directe, secundum quod quædam peccata dicuntur contra deum, ea uidelicet quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ: quædam in proximum, ut quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ. Unde si fieret blasphemia aut fidei impugnatio, non oportet seruare ordinem sequentem. Tertio in te, id est, te solum læserit. Nempe si alios læderet, uel coram eis peccaret, non seruaret subleuens ordo. Vade, mentis affectu & (si opus est) etiã corporis gressu & corripie eum charitatiue & pie inter te & ipsum solum, uidelicet in secreto, ne confundatur, exasperetur aut diffametur, ut diffamatus de cetero non retrahatur à uitijs timore diffamæ, sed fiat ei frons meretricis, & peccet sine rubore. Voluit igitur Christus ut proximi fama seruetur: quia timore diffamæ multi à uitijs abstrahuntur. Fama quoque necessaria est propter proximorum ædificationem, propter quod Ecclesiastes ait: Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. Idcirco qui famam bonam alicui aufert iniuste, plus peccat quod qui opes ei furatur: quia plus nocet ei, sicque ad restitutionem tenetur, secundum doctores concorditer. Si te audierit, increpationi & informationi tuæ humiliter acquiescent, iuxta illud: Vir prudens & disciplinatus & eruditus non murmurabit correptus. Quod quod gloriolum atque salubre sit, Salomon pandit, dicens: Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Et rursus: Qui abiicit disciplinam, despiciat animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Quibus etiam uerbis docetur, quod per uerbum & fatum sit correptionem contemnere, quod itidem Salomon frequenter testatur: Viro, in quiens, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus. Itaque, Qui odit increpationes, insipiens est. Idcirco in Ecclesiastico scribitur: Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam, sic enim effugiet peccatum. Si autem te non audierit, id est, te spreuerit, uel culpam suam negauerit, aut quod fecit non esse peccatum contemderit, adhibe tecum unum testem uel duos. In huius uerbi expositione est præcipua difficultas, si enim solus corripientis culpam alterius, non debet eam alijs insinuare, ne peccati sit proditor. Ideo Antiochensis in Summa sua & alij multi exponunt: Si tu solus scis culpam illius, corripie eum in tra te & ipsum solum: si te non audierit, siste tibi, nisi aliam uiam habeas procedendi: si autem postea acciderit alios scire id peccatum, adhibe ex illis scientibus tecum unum uel duos testes: qui primo adducendi non sunt,

Propter duos præcepta suarum transgressionem, iustitiam condennant.
Mat. 18

Iere. 2
Eccles. 7

Proverb. 13

Eccles. 20

ne proximus rubore uictus neget quod fecit, & fiat deterior: si uero tu solus scis culpam illius, & correptus secreto non acquiescet, sive ibi, nisi aliam procedēdi habeas uiam: quam potes habere dupliciter, quia peccatū est uel iterabile aut interabile, ut si quis aliquem occidit, nō potest circa eundem idem iterare peccatum. Si est iterabile, dicit aliquibus uiris bonis (qui possunt ac uelint prodesse & non obesse) aliquid per quid possit comprehendere culpam illius cum iterauerit eam. Vnde modeste dicendum est eis, ut considerent an ille tale quid agat: sed culpam quam solus scit, eis nō proderet, nisi esset in derogationem & nocuētum communitatis aut fidei, ut infra magis dicitur. Cum ergo illi deprehēderint culpam illius, potes cum eis corripere. Porro, si peccatum est iterabile, potes ipsum manifestare bonis uiris qui uelint prodesse, ut habeas coram deo testes ad accusandum. Proditor uero criminis est, qui uel in discrete uel malitiose uel inordinate manifestat peccatum alterius. Indiscrete, ut si manifestas peccatum quod probare nō potes, scilicet coram iudice ut est iudex: Malitiose, ut si causa nocendi id prodas: Inordinate, ut si absq; praua admonitione. Insuper, secundum eundem doctorem, tribus modis contingit prauē corripere, uidelicet in discrete, malitiose, derisorie, quod significatum est per tres personas, puta per Oza & Mariam sororem Moyfi & Cham. Nam Oza cum iacuisset cum coniuge sua, tetigit arcam, Ideo illos designauit, qui uident festucam in oculo fratrum, trabem uero in proprio nō attendunt. Ideo corripunt indiscrete, nam charitas incipit a seipsa. Per Mariam (quae ex indignatione oblocuta est Moyfi contra legem, uidelicet Dñs non detrahes q; principi populi tui non maledices) significantur, qui ex passione, prauitate aut odio suos praelatos uel alios reprehendunt. Per Cham, qui patris pudenda monstrauit, significatur qui derisorie aut detractorie reprehendunt. Insuper, idem doctor exponit uerba huius praecepti, prout ad praelatos solummodo pertinet. Si peccauerit in te, i. te sciente per famam, corripe eum in tra te & ipsum solum, maxime dum adhuc parua est fama. Si te audiat, lucratus es eum: si non, adhibe unum uel duos testes ad corrigendum ipsum. Si nec illos audierit, debet praelatus ex officio suo inquirere an sit infamatus, maxime apud bonos & graues uiros: & si per inquisitionem inuenierit ueram esse famam, debet se ille emendare & correctionem suscipere: q; si non uoluerit, praelatus debet ecclesiae (id est, congregationi si delinctor dicitur, illum excommunicando. Et sic in ista expositione ecclesia sumit pro ecclesiastica congregatione: in precedenti autem, pro ecclesiastico praelato. Circa haec quari potest, quomodo Petrus apostolus pctm Ananij & coniugis eius publice denuntiauit atq; puniuit, uel puniendum prae dixit absq; praua admonitione. Respondet, q; speciali instinctu spūs sancti hoc fecit. Interdū namq; ex speciali dei reuelatione aliquid alicui tanq; executori diuini iudicij exequēdū manifestatur: & tunc non oportet ordine obseruare ordinem praefatū. Praeterea, Thomas in secūda secūde de materia ista sic ait: Quaedam pctā sunt publica, & in talibus non solum peccant, sed & alijs prouidere oportet. Idcirco sunt publice arguēda, nec de illis intelligit hoc pceptū, de talibus em̄ ait Apłus: Peccantē corā oibus argue, ut ceteri timorē habeant. Quaedam uero pctā sunt bono communi aut si dei nociua, ut si quis occulte pertrahat quō ciuitatē aut fidē aliquorū subuertat: & in his quamuis occulta sint, statim est ad publicationem procedēdum, nisi quis probabiliter aestimet, q; per secretam correptionem corrigere queat peccantem. Quaedam rursus pctā sunt occulta, quae solū nociua sunt peccantī & ei in quē peccat, qui ex peccati saltē notitia ledi pōt. Nā si qs corā alijs te offendat, nō solū peccat in te, sed in alios quoq; quos turbat aut scādalizat. Itaq; praescriptus ordo correptionis fraterne in peccatis, modo occultis, est obseruandus. Tūc em̄ primo subueniendū est fratri peccantī, quātū ad sciētā, ita ut nō incurrat diffamiā. Nā & unius diffamia in totā congregationē redundat. Sed qm̄ magis curandū est de bonitate consciētiae q̄ fame, uoluit Christus ut pctm fratris correptioni secretae non acquiescentis manifestet, non obstante q; diffamatur. Hinc de necessitate pcepti est, ut in istis peccatis publicani denuntiationū secreta praecedat correptio. Sed his obijci potest, quod in capitalis religiosorū sit publicae pclamatio nec absq; praua admonitione secreta. Augustinus quoq; in regula, Peccatum inquit, primo indicandū est praelato quā testes adhibeantur. Ad horum primum Thomas respondet, quod proclamationes illae sunt de leuibus culpis, quae fama non derogant: sunt uero obliuatarum culparum commemorationes magis q̄ accusationes uel denuntiationes. Vnde si quis alteri grauiā mala & famam denigrantia proclamando obijceret, contra praecceptum ageret Saluatoris. Verbum quoq; Augustini intelligendum est de praelato, ut est quaedam singularis persona, uolens prodesse ut pius pater & medicus, non ut est publica persona, uel

Tribus modis
contingit prauē
corripere
1. Reg. 6
Mat. 7
Luc. 6
Nume. 12
Deut. 24
Exod. 22
Gene. 9

Mat. 18

delicet loco iudicis atq; ecclesiae. Et hoc modo saluari potest, quicquid praelati subditis suis praecipit, ut sibi in finem quicquid emendatione dignum agnouerint. Vel intelligēdum est eorum praecceptū, saluo ordine correptionis fraternae: alioqui magis obedire oportet deo q̄ hominibus, & tam superior q̄ subiectus peccarent. Vnde in regula sancti Benedicti reprehenduntur, & uere reprehensibilissimi sunt, qui fratrum defectus reseruant usq; ad uisitationum aduentum, & interim correptionem secretam non exhibent. haec dicta sunt circa illud, Adhibe tecum unum uel duos testes. Sequitur: Vt in ore tuorum uel trium testium, scilicet duorum quos adduxisti, & tui qui culpam primo agnouerit, sit oris uerbum, id est, probetur siue credatur quicquid peccati obijciatur. Quod si eos non audierit, dicit ecclesiae, id est, praelato uel congregationi ecclesiasticae, sicut praetactum est. Dic inquam quid ille fecerit siue omiserit, & quomodo tam secretam correptionem q̄ testium adductionem contempserit. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, id est, gentilis & publicanus, & tunc abstrahas te ab illo sicut a rebeli & discoloro. Hinc in Itinerario Clementis habetur, & in decreto refertur, q; beatissimus Petrus cum sanctum Clementem sibi in itinere successorem, fratribus iussit ut omnem Clementi rebellem uitarent, & ut excommunicatū haberet, nec aliquis talem foueret. Postremo, testium inductio tripliciter potest intelligi. Primo, ut per eos demonstretur fratri esse peccatū quod fecit, si illud excusare praesumpserit aut ignoret. Secūdo, ad uincendum peccantem, si iterum peccet. Tertio, ad probandum q; corripens id quod ad se pertinuit, fecit.

Articulus XIII. De uerbis quorundam expositorum super regulam Augustini.

Venerabilis ille Hugo de sancto Victore, dignus plane expositor regulae Augustini, qui ob eminentiam suae scientiae dictus est secundus seu alter Augustinus, quem & Richardus eius discipulus dicit fuisse praecipuum temporis sui theologum, quem etiam Iohannes de Gersono Cancellarius Parisiensis connumerat uiris egregijs, mysticam theologiam expertis, ait in suo super regulam beatissimi ac discretissimi Augustini commento: Summa diligentia habenda est in inuestiganda corrigēda q; culpa. Nam si eam non emendamus in seculo isto, damnabimur in futuro. Qui amat corripere, sapiens est, iuxta illud: Corripe sapientem, & amabit te sicut ultus autem si corripitur, irascitur. Vnde eos qui culpas redarguunt, oportet aliquando esse importunos: sed importunitas ista non est ex ira, sed charitate. Et sapiens qui conturbatur, quia corripitur, cum ceperit cogitare cum quanto amare eum suus reprehenderit frater, gaudet de reprehensione, & studet se emendare. Si crudelis est qui uinui in corpore fratris celat, quanto magis crudelis qui uinui peccati in anima fratris non indicat, & reus mortis illius existit quem tendendo perire permittit: Sicut enim ille ex omissione, sic iste damnat ex taciturnitate. Quod si sic crudelis est qui culpā non detegit, eō contrario ille misericors est qui eam non abscondit: nec maiorem potest erga miserum facere misericordiam, q̄ pereuntī praestare uitam. Magna quoq; illi merces ab omnipotenti deo debetur, qui dixit: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. & Iacobus ait: Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore uiae suae, saluabit animam suam a morte, & operiet multitudinē peccatorū. Cum autē culpa occulte committitur, frater qui deliquit, ab alijs fratribus qui eiusdē culpae conscij sunt, secreto corripitur. Quos si neglexerit audire, patri religionis debet indicari, ut ipse frater secretē corrigat quatenus culpa quae adhuc latet, si forte secretius corrigi poterit, nō oibus innotescat: si autem negauerit, testes adhibeantur, & conuictus districtius iudicetur. Cum dolore em̄ abscondenda sunt, quae leuiter curari non possunt. Manifesta quoq; peccata nō sunt occulta purgatione curanda, sed palam sunt arguēdi qui palā peccant, ut dum apta obliuigatione curantur, hi qui eos imitantē deliquerūt, corrigant. Qui ergo secreto admonitus em̄ dare noluerit, publice conuictus emendationem debet subire uindictam. Sic em̄ diligendū sunt homines, ut eorū non diligentur errores. Sunt uero nonnulli qui aliorū culpas redarguunt, non tam ex charitate q̄ ex odij amaritudine: non tam ut eos corrigi uelint, q̄ ut odium quod corde gerant, exercere possint: & hoc ad uindictam pertinet, non ad disciplinam. Caveant ergo fratres, ne aliquid reprehendant ex ira & indignatione, sed ex dilectione. Praeterea dominus Hübentus magister ordinis fratrum Praedicatorū, super regulam Augustini, Venialia (inquit) peccata uia sunt ad mortalia, & quaedā dispositio sunt propinqua, quaedam remota. Propinqua autem sunt, uel ratione multitudinis, sicut in his qui quotidie sine numero illa committunt: uel ratione magnitudinis, sicut sunt quaedam mendacia & motus aliqui passionum non satis reuerentat: uel ratione connexionis cum mortali,

Act. 5
Mat. 18
Deut. 17
Mat. 18
1. Cor. 13

Mat. 18

Proverb. 6

Mat. 5
Iaco. 5

Mat. 18

ficut colloquia quædam & uisus impudicus ad mulieres. Quemadmodum ergo quis uidentem aliquem incedentem per uiam, per quam credit quod cito incurret periculum mortis, grauius peccare nisi retraheret eum, uel saltem in sinuaret periculum, ita potest aliquis peccare mortaliter, nisi corripiat fratrem de huiusmodi uenialibus culpis. Fraternalis autem correptio cum lenitate est facienda, quoniam delinquentes sunt quasi infirmi: ideo leniter sunt tractandi cum compassione, discretione & moderamine: nisi tamen ita non emendant, apponendus est rigor. Magnum enim zelum contra uitia uult sanctus uir Augustinus in religione haberi, ad quod incitare debet exemplum dei, quod per spirituale in celo commissum, peccatum quoque carnale in paradiso peractum, & peccatum seculari negotiationis in templo inuentum, tanto zelo puniuit. Cum ergo religio sit quoddam cœlum in quo habitant uiri spirituales, & quædam paradysus in terra, ac domini templum, grandi zelo in ea sunt persequenda peccata, siue spiritualia, siue secularia, siue carnalia. Religiosi demum in hæreditate uiris sanctis succedunt, in qua sancti uiri tam nobiliter quantum ad uirtutes uixerunt, & uiuunt de bonis domini, habentes quotidie ab eo bona stipendia: sunt quoque electi ad deo, & sequestrati a mudo, ut sint sancti. Item tria sunt quæ multum excusant peccata, scilicet ignorantia quædam, mala societas atque occupatio circa terrena. Religiosi autem per ignorantiam nequeunt excusari, & multa bona habent exempla, solique deo intendere debent. Idcirco in eis sunt uitia maxime persequenda, sed aliqui sub specie persequendi uitia, homines persequuntur, & similes sunt scribis ac pharisæis qui Christum ex inuidia accusabant.

Articulus XV. Quomodo inferiores habere se debent circa superiores suos in iudicando & corripiendo.

Quemadmodum super quartum Sententiarum distinctione 19, recitat Thomas, quidam dixerunt quod subditi prelatos suos corripere non debent, quia hoc esset ponere in cœlum: sed hoc secundum Thomam in antea dicitur, quia prelati in quantum peccant, non sunt cœlum: & qui ex charitate corripit eos, non ponit in cœlum os in eos, id est contra eos, sed pro eis, quia ad utilitatem eorum. Itaque prelati ex hoc quod est publica persona, & uicem dei super subditos gerens, non desinit esse singularis personæ, de se effusa, fragilis creatura: ideo omnia quæ debentur alicui fraterno amore ad omnes habendo, debent prelati inter quæ est fraternalis correptio, quæ tamen prelati esse impendenda cum debita reuerentia atque modestia & secrete, nisi periculum boni communis aut fidei immineret: quia tunc esset publice arguendus, quemadmodum Paulus Petro suo prelati in faciem resistit. Denique, correptio fraternalis cum sit elemosina spiritualis, ad misericordiam pertinet. Misericordia autem precipue debetur prelati, tantum in maiori periculo constituto. Unde in regula loquitur Augustinus: Non solum uestri, sed etiam ipsius uestri prelati miseremini, qui inter uos quanto in loco superiori, tanto in maiore uersatur periculo. Preterea, quanto uirtuosa & exemplaris conuersatio prelati subditis extat salubrior, quanto item infirmitas & uitiosa ipsius conuersatio subditis est periculosa: & hoc utique ordinate, & zelo boni communis ac diuini honoris, ipsum (si opus fuerit) prudenter humiliterque hortando, charitatiue ac reuerenter corripiendo: & si emendatio non sequatur, ad superiorem ipsum conueniendum ibique quod mouet, pie, feruenter ac sapienter tangendo. Hinc super regulam Augustini scribit Hieronymus: Attende quod excessus & peccata maxime sunt in maioribus corrigenda, quoniam ipsi sunt exemplar minorum. Exemplaria autem ex quibus aliqua transcribuntur, diligentius corrigi solent. Ipsi quoque sunt fons, ex quo profluunt riuuli: exemplorum fons autem primo purgandus est, ut puri sint riuuli. Unde Saluator in euangelio scribit & pharisæos durius increpat. Porro sanctus Gregorius ait: Nullus qui malum habet rectorem esse patitur, inordinate acculeti ganimus: sui meriti sunt, uerbi rectoris subijci ditioni. Culpæ ergo magis ac culpe proprii operis, quam iniustitiam gubernantis. Merito namque subditorum personæ tribuuntur regentium. Sed quare iustores habent iudicium suum, magna cautela est subditorum, non temere iudicare uitam regentium. Debet tamen humiliter suggeri, si fortasse ualeat quod displicat emendari: sed summe carere debet, ne fugeretur quasi defendendo iustitiam, in superbia extollat, ne magistra rectitudinis humilitas emittat, ne eum sibi præesse quisque despiciat, quæ in actione aliqua reprehendit: contra quæ timore superbia mens ad humilitatis custodiam edomata, si infirmitas propria attendatur. Nam quæ de nobis fortia credimus, ideo prelatos nostros districtius iudicamus. Si autem uitam maiorem iure arguit, oportet tamen quod subditi eos nihilominus uenerent, non autem in malis ab aliquo imitentur. Sed præinductis obijci potest, quoniam sanctus Anacletus papa testatur. Seditia Cham filii Noe dicitur

Ista. 14. Gen. 3. Iohann. 2. Mar. 11. Luc. 19.

Tri sunt quæ peccata excusant

Mat. 17. Mar. 17.

Gala. 2.

Mat. 13.

Gene. 9.

damnantur, qui prepositos uel doctores suos culpam produnt. Beatus quoque Zepherinus Papa affirmat. Maiores quilibet minorum accusationibus non impetat. Insuper sanctus Theophorus Papa differunt: Dei ordinatione accusant, qui eos quod ab ipso constituitur sacerdotibus, accusant. Sed & beatus Pius Papa, Oues, inquit pastor est suus non reprehendunt, plebs sui episcopi non accusat, nec uulgos arguat eum. Hec atque similia multa in Decreto allegant, ad quæ Alexander de Hales super 111. Sententiarum respondet: Est accusatio facta ex affectu charitatis fraternalis, & est accusatio facta ex malignitate. Itaque, est accusatio facta a criminosis, & est accusatio facta a bonis. Canonibus ergo præfati non loquuntur de accusatione facta a bonis ex charitate, sed de alia. Ait enim beatus Gregorius: Sicut laudabile & discretum est, exhibere proprio reuerentiam, ita rectitudinis & diuini timoris est, si qua in eis indigeat correptione, nulla dissimulatione postponere, ne totum (quod absit) corpus inuadat morbus, si non fuerit curatus in capite. Insuper, Gelasius Papa quibusdam subditis scribit: Si quod danti in ecclesia pontificis uerbum uideritis admittere, mox auribus nostris reuelate, ut quid fieri debeat conceffamus.

Articulus XVI. An fraternalis correptio liceat peccatori, ei uidelicet, qui sibi de mortali est conscius.

De hac quæstione, ut recitat Thomas super quartum, est duplex opinio: una dicentium, quod ille qui est in peccato simili uel maiori, non potest corripere alium, siue peccatum suum sit notorium siue occultum, eo quod alterius iudicium in seipsum sententiam præferat. Hinc in libro de summo bono ait Iheronimus: Non debet uitia aliorum corrigere, quod uirtus est subiectus. Ambrosius quoque, Alios inquit, corripit, qui in seipso non habet quod puniat. Alii dicunt, quod si peccatum sit occultum, potest absque peccato corrigere, quia tunc non scandalizatur: non autem, si sit notorium, quia tunc scandalizaret. Vtraque uero opinio, secundum Thomam & alios multos, quantum ad aliquid uera est. Dupliciter enim alius corripere potest. Primo ex officio, ut prelati: & quo ad illos, uera uidetur prima opinio: quoniam quando cuncti alii quis indignus uirtutis suo officio, peccati qui autem in mortali peccato est, indigne utitur prelationis officio: ideo peccat corripendo, uel aliquid quod cuncti sui officii exequendo. Alio modo alius corripit ex zelo charitatis, non ut publicum inuicem ecclesiam seu prelatum: & tunc in correptione non potest esse peccatum, nisi ratione scandalii, quod non confurgit nisi de peccato notorio: & quo ad hoc, ueritate habet secunda opinio. Unde tam prelati quam subditi, etiam in notorio confitens peccato, si alique uidetur peccantem, potest eum admonere non per modum corripientis, sed rogantis, ut exemplo suo non incitetur ad malum. Porro, peccatum ueniale non reddit quenquam executione officii sui indignum, nec est ita scandalizatiuum, quia ab eo nemo immunis: idcirco in ueniali peccato existens, non peccat si alium de eodem corripit, nisi probabiliter scandalum ex tali correptione sequi existimet. Hæc secundum Thomam sunt dicta. Alii uero uidentur, quod corripiens peccet, si in occulto sit peccato mortali, quauis prelatum non sit, nec eius correptio ex charitate procedit, cum in charitate non sit. Unde mihi apparet, quomodo Thomas dicat peccatorem (de quo iam sermo) non peccare corripendo, cum ex zelo charitatis hoc fit, cum talis nec charitatem nec zelum habeat eius. Nec uerum uidetur, quod in correptione tali non possit esse peccatum nisi ratione scandalii: quia ratione præsumptionis & temeritatis, in decetum & indignitatis, potest illa correptio esse culpabilis, imò & est & uidetur, præsertim quia ipsemet Thomas in secunda secunda quæstione 35, ait: Per peccatum præcedens, impedimentum correptioni fraternali affirmatur specialiter propter tria. Primo, quoniam ex præcedenti peccato indignus efficitur corripere alium, præcipue si sit in maiori peccato. Secundo, ratione scandalii quod sequitur ex correptione, si corripientis peccatum sit manifestum: quoniam non ex charitate, sed ostentatione uidetur corripere. Unde fit per illud Matthei, Quod dicis fratri tuo, sine eiectam, exponendo dicit Chrysostomus: Quod id est quod propositum, puta ex charitate, uidelicet ut salues proximum tuum, dicis hoc: non, quia te ipsum primo saluare. Non ergo uis alios saluare, sed per bonam doctrinam tuos actus malos celare, & laudem scientie ab hominibus quaerere. Tertio per superbiam corripientis, in quantum uidelicet propria paruipendens peccata, seipsum proximo suo præferit in corde suo, peccata illius se uere iudicatis. Ideo Augustinus libro de sermone domini in morte testatur: Accusare peccata, officium est bonorum: quod dum mali faciunt, alienas partes agunt. Hinc ibidem itaque loquitur Augustinus. Cum aliquis corripere nos cogit necessitas, cogitemus an tale sit peccatum quod nunquam habuimus: & si nunquam habuimus, cogitemus nos homines esse, & habere potuisse: uel tale quod habuimus, & modo non habemus: & tunc agatur memoria cõis infirmitas, ut illa correptione non odium, sed misericordia scedat. Si autem uenimus nos in eodem uitio esse, non oburgemur, sed cõgemiscamur, & ad penitentiam seu punitionem illud simul nobiscum ueniamus. Postremo, etiam id apparet, quod eos qui in religione manifeste peccant

Accusatio multiplix.

Rom. 2.

Dupliciter alius qui corripit potest.

Mat. 2. Luc. 8.

caeteris negligentiores sunt, non deceat corripere eos, qui diligentiores sunt conuersatio- nis, nisi forsitan de eo quod ad eorum spectat officium, ut si sint sacrificii siue cantores.

Articulus XVII. Quomodo facta dubia in meliorem interpretanda sunt parte.

Generale dictum Augustini & aliorum, quod dubia sunt in meliorem partem trahenda, non est intelligendum per modum assertionis seu determinationis, ut scilicet affirmemus illud esse bonum, de quo ambigimus an sit bonum uel malum. hoc nanque esset incautum & mendacium peccato propinquum, & se quodammodo delicti committere. Est ergo intelligendum per modum pie estimationis & spei, quia de meliori debemus confidere, nec de aliquo malum sufficientibus signis sentire. Rursum de factis proprijs non est illud intelligendum: quoniam propria facta duplicia in partem debemus interpretari peiorem, praesertim in foro confessionis, & quo ad poenitentiae susceptionem, tamen absque assertionem: quia ut asserit Augustinus, qui se dicit fecisse quod non fecit, etiam si ante peccator non fuit, tamen mentis deo efficitur. Idcirco quod ait Gregorius, Bonarum mentium est ibi recognoscere culpam ubi non est, intelligi debet, quod bonus homo ita se ad emendationem & satisfactionem exhibeat, quasi peccasset. Postremo, ut Thomas fateatur, aliquid in meliorem uel peiorem interpretari partem contingit dupliciter: Primo per quamdam suppositionem, quasi sic fuerit, etiam si non fuit, tamen absque assertionem & ita quando debemus aliquibus culpis siue proprijs siue alienis adhibere remedium, ut remedium securius apponatur, expedit ut supponatur quod peius est: quia remedium quod efficax est contra deterius malum, multo plus efficax est contra minus malum. Alio modo interpretatur aliquid in meliorem partem siue peiorem, diffiniendo, determinando seu asserendo: & ita non sunt dubia alicuius in meliorem partem neque peiorem interpretanda, hoc est, quod alij clarius dicunt his uerbis: Quando remedium impendendum est contra animae morbum, interpretanda sunt dubia in peiorem partem, propter securitatem, ne forsitan culpa maneat impunita, non simpliciter diffiniendo, sed de peiori timendo, uelut si (uerbi gratia) frater dicat culpam de fractione silentij, per modum dubij, iudicare et punire eum praesidens debet quasi fregerisset silentium, hoc est tutius, & tamen de culpa silentij non est necesse multum ambigere: quoniam omnis oratio intelligibilem facies sensum, sine licetia uel necessitate prolata, fractio extat silentij, ut si dicatur, Quis est ille: Ideo periculosum est paucis assuescere uerbis sine licetia.

Articulus XVIII. Solutio eorum quae ex Vita patrum inducta sunt, ad probandum quod iudicare & corripere non liceat, potissime religiosis, & quomodo intelligenda sunt illa.

Ad id quod 2. capitulo est obiectum, uidelicet fratri culpabili iussisse presbyterum ut exiret ecclesiam, moxque cum fratre illo surrexisset sanctissimum patrem Bessarionem, atque dixisse, Et ego peccator sum, ex cuius sancti abbatis uerbo & facto uideatur, quod presbyter ille peccauit, iubendo quod frater ille egredere tur ecclesiam, ex quo insuper sequi uideatur, quod iudicare non liceat: ad id inquam arbitror respondendum, praesertim tendendo in primis quod in Vita patrum ualde multa leguntur, quae admiranda sunt potius spectanda, secundum legem communem. Hoc multi doctores scripserunt, causamque reor, quoniam beatissimi illi patres ex occulto spiritus sancti taliter sunt locuti & operati. Alias in alijs quibus excusari non possent, quemadmodum etiam primo de Ciuitate dei scribit Augustinus de Samfone, qui domum dei sciendo se ipsum occidit: qui aliter excusari non ualet, nisi quod deo instigante hoc fecit, qui etiam per Samsonem illud peregit miraculum, de cuius plane samsonis sanctitate dubitare non licet, secundum Thomam, imo secundum Augustinum & alios, praesertim cum in epistola ad Hebraeos Apostolus sancti ueteris testamenti connumeret samsonem, Quid (inquiens) dicat de Baruch, Iepte, Gedeon, samson & samuel, qui per fidem uicerunt regna: Idem quoque ibidem asserit Augustinus sentendum de sanctis quibusdam mulieribus, quae ne a perfidis uiolarentur, submerserunt se ipsas, quod Augustinus testante, secundum legem non liceret communem, praesertim quia (ut ait beata Lucia) non contaminatur corpus nisi de consensu mentis. Quocirca pensandum, quod iuxta concordem Alberti magni, Thomae, Bonauenturae, Petri de Tarento & aliorum super tertium Sententiarum doctrinam, quemadmodum per uirtutes morales efficitur homo bene mobilis ac dirigibilis a ratione, quae per uirtutes morales impetus passionum refrenat, ita per dona sancti spiritus efficitur homo bene mobilis ac dirigibilis a spiritu sancto: idcirco quod quis huiusmodi donis est plenior, eo a spiritu sancto secretius mirabiliusque dirigitur ac mouetur,

Dupliciter contingit aliquid interpretari:

Iudic. 17

Hebrae. 11

uetur, ita quod ab hominibus carnalibus exterius & rudibus frequenter culpabilis iudicatur. Et ad hunc sensum dixit Apostolus: Carnalis homo non sapit ea quae sunt spiritus dei: spiritualis autem homo a nemine iudicatur, id est a nullo carnali iudicandus est, in quantum spiritus. Cumque sacratissimi illi patres, de quibus obiectum est, fuerunt uiri excellenter heroici, perfecti, diuini, constat quod donis spiritus sancti fuerunt plenissimi, & secretissime ac mirabilissime in multis moti sunt a spiritu sancto, uide licet secundum legem communem, in quibus regulariter loquendo non imitandi censentur. Itaque quod abbas Bessarion cum fratre illo surrexit &c. non ita est intelligendum quasi sacerdos ac pastor non posset iuste in casibus certis praecipere subditis exire ecclesiam: si quidem huius oppositum non solum in theologia scriptis sancto, sed in decreto quoque & decretalibus copiose habetur. Quod ergo abbas ille sanctissimus fecit & dixit, occulto instinctu spiritus sancti effluxit: uel quia presbyter ille coram deo inordinate se habuit, non satis copiosus & pie iubendo, uel ne frater ille abundantiori absorberetur tristitia, uel quia ante suam expulsionem poenituit, uel quia coram deo excusabilior fuit quam putabatur: & quicquid horum seu aliud fuerit, hoc deo docente, abbas ille uel in generali uel in speciali interius sensit, & deo mouente sic egit. Idcirco ex argumento isto concludi non ualet, quod nequaquam iudicare liceat siue corripere, sed quod non passim nec inordinate siue incaute. Hinc super illud, Nolite iudicare, scribit Hieronymus, quod Christus his uerbis iudicare non prohibuit, sed docuit. quod gloriosus Hieronymus probat dupliciter: Primo, quoniam Petrus iudicauit Ananiam & Sapphiram, Paulus quoque incestuosum Corinthium, Secundo, & efficacius, quoniam Christus subiecit, In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, tanquam dicat, Si pie iudicatis, iudicium sortie mini pius: si impie, impietas uestra redundabit in uos. Sed obijci possit uerbis Hieronymi, quod secundum expositores communiter, uidelicet Damascenum, Cyrillum, Theophilum, Augustinum & alios, Christus prohibitorie dixit, Nolite iudicare. Et respondendum quod non est inter sanctos expositores in sensu discordia. Nempe si quod ait saluator, Nolite iudicare, intelligatur de iudicio in generali, prout ad ordinatum ac inordinatum iudicium se extendit, sic ueritate fortitur uerbum Hieronymi. Docuit enim filius dei iudicare ordinare, ut puta iniusto seu usurpato uel temerario, tunc uerbum Christi prohibitio potius est quam simplex doctrina. Conformer reor ad fecundam obiectionem de iudicio abbatis Isaac respondendum. Potuit enim esse quod uir ille beatus in iudicando fratre, ueniale commiserit culpam, non satis inquirendo de culpa fratris, uel alio modo, cum sanctus Iob dicat: Causam quam ignorabam, diligentissime inuestigabam. Sed tunc difficultate parit non minimum, quod angelus abbati Isaac dixit: Custodi de caetero ne adiudices quenquam, priusquam deus adiudicet eum. Quis enim potest agnoscere quem uel quando deus adiudicet quenquam, nisi ei id desuper reuelatur? Ad quod puto dicendum, uerbum illud angelicum, Priusquam deus adiudicet eum, sic posse intelligi, id est priusquam deus tibi inspiret eum esse adiudicandum, hoc est, non nisi debito processu praemisso, & dei auxilio inuocato, qui tunc quod sibi placuerit inspirare dignabitur. Vel si uerba illa tantum ad abbatem Isaac commissorie dicta sunt, certum est quod obiectio non procedit. Ad instantiam uero inductam de uerbis & facto abbatis Moysi, primo respondendum, quod abbas ille ita se habuit, ad insinuandum quod minuta fratrum peccata non sunt nimium ponderanda, nec immoderanter se occupare debent circa huiusmodi culpas alij, potissime qui aliquando grauissimi peccatores fuerunt, sicut & abbas Moyses ipse & forsitan seniores, de quibus argumetur, quod aliquoties inordinate se habuerunt, tractando de culpa fratris illius: ideo deus qui secretorum est cognitor, occulte monuit abbatem Moysen ad agendum & loquendum quae in obiectione tacta sunt. Porro quod abbas Pastor abbati Ioseph quarenti, quomodo possum fieri monachus, dixit: In omni causa dic, Quis sum ego? & ne iudices quemquam, sic uideatur rite posse intelligi: dic quis sum ego, id est te uehementer humilia, nec de aliqua re superflue te intromittas, nec iudices aliquem iudicio diffinitiuo aut reprobatio, praesertim dum signa satis euidentia non apparent uel si alij adsint, quibus iudicare siue corripere magis incumbit. Quod autem consequenter ex uerbis abbatis Pastoris arguitur, Quacumque hora te gemus peccatum fratris nostri, intelligendum est quod fratris peccata non animo detrahendi, distamandi, deridendi seu quouis modo nocendi prodenda sunt, quae primo corripit deus est frater secreta. Verum tamen animo subueniendi atque curandi, bonum (imo preceptum) est manifestare fratris excessum & culpam, si aliter corrigi nequeat, aut periculum uisibiliter immineat. Ad secundam obiectionem dicendum, quod solitarius ille de quo arguitur, dupliciter uide fuisse culpabilis: Primo, seipsum

1. Cor. 2

Mat. 7
Mar. 4
Roma 2
Act. 5
Mat. 7

Iob 19

Mat. 18

seipsum non satis emendando secundo, fratrem illum rigorosius q̄ decuit iudicando. & ex uerbis abbatis Pastoris hoc ipsum perpeditur. Ad id quod de uerbis & factis abbatis Pior obiectum est, puto dicendum sicut iam ad uerba & factū abbatis Moyfi est responsum. Insuper, quod deus locutus est solitario, Tulerunt homines iudicium eum, dictum est contra eos, qui de secretis cordis soli deo cognitis ex leuibus iudicant signis, aut de futuro hominum statu seu finali eorum terminatione iudicari usurpāt. Hæc namq; iudicio sunt committenda diuino. Ad sequentem instantiam arbitror respondendum, q̄ frater ille quamuis uitæ eximia, tamen incaute se habuit iudicando mane edentem feria sexta. Ille nāq; potuit ad hoc rationabilem causam habere, iccirco a ferriorio iudicio factum illud reprehendū non fuit. Insuper, q̄ inter opera monachi numeratur non iudicare, intelligendum est de inordinatis iudicijs, de quibus satis dictum opinor. Sequens demum instantia diligenter soluenda est: quoniam ipsa specialiter mouit uirum religiosum cuius amore hæc scribo. Itaq; cum dicitur, Frater interrogauit senem, si habito cum alijs, & uideo aliquam rem inconuenientē, uis ut loquar: Respondit senex: Si sunt aliqui maiores te aut coætanei, tacens requie magis habebis. In hoc enim q̄ minorem te facis, etiam securū te reddis. Istud in primis intelligendum uidetur, dum culpa alicuius de communitate pluribus nota est. Si enim uindicta sit cognita, non prius debet eam alijs propalare, q̄ fratrem secrete corripiat, nisi in casibus præinductis, ut si duo fratres seorsum colloquatur, & unus sit leuis in moribus, immoderatus in uerbis, uel propositi sui malitiā alteri pandat, statim est fraternaliter corripendus. Porro, si culpa simul pluribus innotescit, frater notabiliter iunior, simplicior, in exercitatio potest correptionem non impendere fratri peccanti, præsertim si uerisimiliter putet q̄ aliquis aliorum id faciet: si uero nullū illud facere procedente nouerit tempore, possit aliquem aliorum hortari ad faciendum: q̄ si perciperet nullum aliorum hoc facere, ipsemet humiliter corrumpere possit, imò & deberet, si ex omissione correptionis immineret piculū. Sed interea est pensandum quod senex dixit, In hoc q̄ minorem te facis, etiam securum te reddis. Circa hoc sic argui potest: secundum patrum doctrinam quilibet potest & quodammodo debet se omnibus minorem, uiliorem seu culpabiliorem reputare monachos, quod est securior em eligere uitam: ergo quilibet in congregatione uisā à pluribus fratris culpa, debet tacere, imò præcipue perfectiores & seniores siue maiores, qui cæteris debent humiliores consistere: q̄ si quilibet debet se omnibus uiliorem putare, ergo & eo qui culpabilis est: quomodo ergo potest bona conscientia corrumpere illum, cum eum qui in eadem uel maiori est culpa, non sit decens corrumpere delinquentem? Ad hæc multa possent pro respōsione induci, sed breuiter tangendo illud aduertendum, q̄ cum teste Apostolo, quid agatur in homine nemo sciat nisi spiritus eius, dum unus dicitur alium reputare se meliorem, nō est per modum absolute affirmationis intelligendum, & quantum ad actum seu eminentiam bonitatis in actu. Nempe si de seipso incertus est an in charitate existat, multo utiq; magis de alio, nisi per reuelationem, uel per aliquid reuelationis æquiualens id noscat. Iccirco dum dicitur, q̄ uere humilis perfectusq; monachus est omnibus reputet uiliorem aut culpabiliorem, intelligendum est secundum quandam probabilitatem, uel quantum ad aliquid, uel actu aut potentia, uel simpliciter, uel sub conditione, uel secundum præsentem iustitiam aut prædestinationem æternam, uel quantum ad hoc q̄ propria hominis peccata sibi certius innotescunt. Sic namq; Apostolus dixit se primum peccatorem, qui nihilominus sciuit se primitias spiritus suscepisse, & suis discipulis maiorem & perfectiorem se esse. Propter q̄ ad Colossenses ait: Docentes omnem hominem in omni sapientia, & corripientes omnem hominem, & ad Timotheum, doctorem gentiū se appellat. Ex præctis ergo non sequitur, quoniam corripies (quantum ad aliquid) licet reputet melius se sentire, uel quodammodo meliorem esse eo quem corripit. Non autē debet unumquodq; tam absolute minorem se alijs facere, ut ex hoc correptionem fraternam impedere negligat: & si bonum est ex humilitate flere, melius tamen sapius est ex charitate corrumpere, præsertim cum uirtutes sibi hinc cedant, nec una impediatur aliam. Deniq; in obiectione hac sequitur: Dicit frater semel: Quid ergo faciam pater? Perturbat enim me spiritus, id est ad loquendum me incitat quasi ex zelo iustitiæ: Senex dixit: Commonefacito semel humiliter. Si non obderit tibi, relinque laborem tuum in conspectu dei. Hoc uidetur contrarium Christi præcepto, dicentis: Si non audierit te, adhibe tecum unum uel duos testes. Ad hoc reor respondendum, q̄ senex est in casu, in quo nō apparet sibi spes esse, q̄ progrediendo queat proficere. Postremo, quod ait senex, Quantum uideo bonum est tacere, intelligendum est in casu præctis, dum scilicet assunt

I. i. a. 19

I. Cor. 2

I. Timo. 1
Roma. 8
Col. 1

I. Timo. 2

Mat. 18

assunt culpamq; sciunt maiores seu æquales, & spes est q̄ illi corripient. Ex his, sequentis quoq; instantiæ pater aliqualis solutio, ut cum dicitur, Humilitas est ut ponat se quis subiectum omnibus, id est sub omnibus se aliquo modo humiliet. Nam & si deus eum relinqueret omnibus, forsitan peior fieret. Porro senex ait, Hoc est omnibus esse subiectum, ut non attendat quis aliena peccata, sed iugiter sua, intelligendum est, ut non sit quis curiosus obseruator aut superfluus pōderator fratrum defectuum, sed suos semper, id est omni loco & tempore opportunitus conspiciat, inquirat, scrutetur, diu dicit ueruntamen, si alterius culpam sensibilibus deprehendat, aut quouis modo cognoscat, corrumpere debet concurrentibus circumstantijs actus uitiosi, ut dictum est plenius. In scripturis autē canonicis & uerbis sanctorum hominumq; communiter multæ inueniuntur hyperbolice locutiones, in quibus quædam per excessum dicuntur, ut magis moueatur intentio, non tamē à ueritate receditur. Et tales locutiones restringendæ & exponendæ sunt magis q̄ extendendæ. Ad aliud dicendum, q̄ abbas Amona dixit hoc abbati Pastori, instruendo eum ad patientiam piæ suppurationem fraterni defectus, non ad prohibendum ordinam, charitatiuam & piæ culpæ reprehensionem. Ad aliud respondendum, q̄ uerba illa abbatis Moyfi sunt fumen da de inordinato iudicio personæ, non culpæ, iuxta sensum præhabitū. Ad aliud dicendum, q̄ si quis portat peccata sua, id est condigne ponderat ea, non uidet peccata proximi sui, id est cum eis non inordinate nec immoderanter se occupat, imò respectu proprijs uitiorū quodammodo ea non reputat. Similiter ad sequentem respondendum est instantiam, id est addendum, non sic quempiam aliena debere iudicare aut corrumpere mala, ut dissimulet propria, sed in primis emendare seipsum, ut dictū est. Ad aliud respondendum, q̄ solitarijs illa ta. cuit ad tempus, quoniam deo reuelante cognouit illorum emendationem mox futurā. Ad aliud non aliam cerno respōsionem, nisi q̄ uerba & dissimulatio illa beati Macharij non sunt ad imitationem trahenda. Quamuis etenim deus in uitijs hominum patientiā habeat, ob hoc non est ab homine fraterna correptio deferenda: quia & deus unum hominem uult per alium corripere, ut emendetur, ne ultionem incurrat diuinam. Ad aliud respondendum, q̄ uerba illa Pastoris intelligenda uidentur in casu, quo frater talis culpabilis esset ignotus, aut alijs commissus à quibus uerisimiliter corripēdus crederetur, uel timor esset q̄ correptionē despiceret. Non enim oportet ut homo quæcunq; in uia peccantē uiderit, arguar, sed opportunitas loci ac temporis est querenda. Porro q̄ ait, Si non palpaueritis manibus uestris, nolite testificari, sicrite exponitur: Si non certitudinaliter scitis, testimoniū non feratis. Vnde etiā secundū Iura, ex alioy informatiōe testimoniū ferri non potest. Ad aliud quæuis plura possent dici, tñ ex præinductis uirtualiter pater respōsio. Homo equidē seipsum & alios diuersimode potest considerare, uidelicet secundū id quod est per naturā: id quod est per gratiā, & quo ad id qd est per culpā, & quantum ad suā originē, ex qua seu in quantum ex nihilo est. & secundū hæc potest se alijs diuersimode cōparare. Vnde & iustus considerans se secundū peccata quæ egit, uiliore se ueraciter iudicat sceleratissimo peccatore, cōsiderato secundū dona naturæ quæ habet à deo, ad cuius imaginē est creatus. Insuper, q̄ abbas Pemen dixit, Ille mala abhorret, qui propria horret peccata, & omnē fratrem suū beatificat, intelligendum est q̄ omnē hominē, in quantum ad dei imaginē factus est, ad beatitudinēq; eter. nā palamatus & Christi sanguine liberatus, felicē quodammodo reputare debem⁹, si sit in spe & dispositiōe, qm̄ ait Hieronymus, Nihil Christiano felicius cui regna promittitur cceloz; quanto proinde probabiliora gratiæ dona apparent in aliquo, tanto felicior est putandus, nihilominus ut asserit Augustinus, quandiu hic degimus, miserā ducimus uitā; quippe qui tot malis pœnæ, tot itidē malis culpe indefinēter inuoluimur, totq; periculis sumus expōsi. ti. Ad aliud respondendum, q̄ dū aliquē uidemus peccantē, debemus eū pie excusare, non à toto, sed à tanto, propter tentationis impulsū: debemusq; dicere q̄ nolens sit uictus, non utiq; penitus nolens, cum confessione libere, sed quodammodo nolens: quia quo grauior est tentatio seu passio ad peccandū alliciens, eo plus de ratione uoluntarij minuit, secundū doctores: non autē totaliter uoluntarij aufert, quia sic non esset peccatū, qm̄ deus non permit tit nos supra uires tentari. Ad aliud dicendum, q̄ alterius mala curiose obseruare, immoderater considerare, impedit humilitatē præcipue, quia ex hoc negligit seipsum, nec despiciat se condigne, sed præfert se alijs, parui penditq; eos. Ad aliud respondendum, q̄ factū illud abbatis Pastoris est mirandū, nō imitandū: & ipse ut creditur, ex occulto instinctu spiritus sancti ita se habuit: credo quoq; q̄ iugiter pro fratre illo tam uitioso orauit. Ad aliud dicendum, quod cœnobita debet se solū condemnare, id est reprehendere & iudicare, per comparationem

Non debemus esse curiosi obseruatores fratrum defectuum.

Ita nō sunt iudicanda aliena uitia, ut p̄p̄ra dissimulent.

Homo confidat à uerisimo de.

I. Cor. 10

tionem ad sua peccata: de alijs autē meliora præsumere, nisi evidentissima ad oppositū appareant signa: & tūc damnare seu iudicare debemus alios: facta, non personas, nisi secundū quid, ut plenus ostēsum est. Ad aliud respondendū, q̄ per uerba illa sanctissimorū patrum Pastoris atq; Theodori, non aliud designatur, nisi ut homo propria mala specialissime penset, desinat & emendet: alios autē facta non iudicet, nisi ordinate & secundū modum sæpe præscriptū: solius uero dei est iudicare per autoritatē primā ac propriā, & de secretissimis, hominumq; statu futuro. Præterea, cum peccatū tanto sit grauius, quanto diuina maiestas cuius peccatum est inhonoratiuū, diuinaq; sanctitas cuius peccatū est offensiuū, sublimioris & incomparabilis est excellentiæ, constat quōd quanto quis copiosiori contemplationis diuinæ luce perfunditur, tanto clarius atq; profundius quanta sit peccati enormitas intuetur: ideo sibi uideatur quōd peccata sua nequaquā deslere sufficiat, etiam si plures secū luceat & quandiu est in actuali huiusmodi suorū contuitu uitioꝝ, aliorum non attendit peccata. Ideo dixit abbas Theodorus: Si permissum mihi fuerit flere peccata mea, aliorum non uide rem peccata: nec tamen ea sufficerem deslere, etiam si quatuor mecū lugerent. Ad aliud respondendum, quōd abbas Amona præsul bene egit in hoc, quoniam puella illa impregnata fuit uehementer afflictā, confusa & territa, partuq; forsitan uiciniā: d'circo non fuit ei addēda afflictio, sed consolatio adhibenda, ne abundantiori aborberetur tristitia. Idcirco ausus non fuit uir sanctus ille eam diiudicare, damnando personam quæ fortassis pœnituit: certū est tamen quōd iudicauit eam male fecisse in fornicando. Ad aliud dicendum, quōd senex ille loquitur de inordinato personæ iudicio, & immoderata occupatione circa alienū peccatum, suntq; notabilia ualde uerba senis illius. Etenim multi sunt imbecilles, qui alios defectus considerare, referre, recordari pronissimi sunt, & ex leuibus signis mala iudicare de illis: bona uero illorum etsi euidenter aut saltem probabiliter bona sint, interpretantur in peius, nec recitant nisi ad obscurandum. Per hoc quoq; obiectio soluitur sequēs, quoniam senex ille loquitur sapientissime contra curiosos, immoderatos, imo & stolidos aliorū defectuum scrutatores, fabulatores ac iudices. Ideo nil in hac re melius est, q̄ a talibus uerbis flere, deumq; rogare ut unde alius cadit, tu te contineas. Siquidem felix quem faciunt aliena pericula caurum.

Articulus XIX. Solutio rationum q̄ non liceat religiosis iudicare atq; corrigere.

Purgare, illuminare, perficere, iudicare, corrigere possunt conuenire hominibus dupliciter: Primo, autoritate prædictæ siue officio debito iustitiæ. Secundo, ex charitate & generali dei præcepto, per quē etiam modum ad eleemosynas pertinent spirituales. Omnia igitur quæ ex Dionysio & decreto ac decretalibus ac synodalibus gestibus allegata sunt, duntaxat hoc obtinent, q̄ actus præfati ad monachos subditos, ut sunt tales, non pertinent primo, sed in quantum sunt actus charitatis, spectat ad illos. Deniq; quid ad sequentē instantiam sit dicendum, ubertim præhabitu est. Alia autē obiectio tantum conuincit, q̄ de interioribus per exteriora assertiue iudicare nō possumus, nisi sint certa & infallibilia signa interioris dispositionis. Ad aliud respondēdum, q̄ homo probabiliter scire potest se esse in charitate & gratia, idq; sufficit ei ut iudicet atq; corripiat lectū dum modū præscriptū: alioqui nec celebrare liceret presbyteris, quamuis deuotis, unde cū probabiliora habet homo signa q̄ sit in gratia, quā extrā eam, & hoc examinatione conscientiali præmissa, cum diligentia debita potest agere opera, quæ sine peccato mortali fieri non ualent ab eo, qui sibi est conscius de mortali, sicut Gulielmus, Antifiodorēsis, Alexander de Hales, aliq; concorditer dicunt. Nec ad hoc q̄ quis corripiat alium, requiritur q̄ ab soluta assertione iudicet illo se meliorem, sed quantum ad aliquid. Ad aliud respondendum, q̄ monachus dare se debet ad internā quietē, saluo ordine charitatis dei ac proximi, & in quantum obedientia ac cæterarū debita uirtutū admittunt. Vnde non semper potest contemplatiuæ exercitijs uitæ internis secretissimisq; insistere, sed ad illa dare se debet quantum rationabiliter potest: interdū uero oportet necessitati naturæ & uitæ actiuæ exercitijs atq; fraternalibus utilitatibus deseruire: nec hoc est internæ quieti contrarium, quamuis ad tempus ab ea sit suspensiuū. Ad aliud dicendū, quōd monachus debet se ab omni homine mortificare, non ut desinat eos spiritualiter diligere, ac spiritualis dilectionis eis effectus secundū exigentiam causæ, loci ac temporis exhibere, sed ut cum nullo inordinate aut immoderanter se occupet: ad quod homo uix ualet pertingere, nisi frequenter ita se habeat, ac si ipse solus & deus esset in rerum natura, & quasi iam esset in monumento: & hoc patre sanctissimi intenderūt. Non enim debet homo talia in suo corde dicere, id est affirmare sic esse, quia hoc esset

Iudicare dupliciter conuenit, a. Thessa. 3

esset mendacium: nec penitus se ita habere, quia hoc esset contra ueritatem. Ad aliud dicendum, q̄ senex ille per uerba illa aliud nihil intendit, nisi ut homo non occupet se immoderate & inordinate cum aliorum peccatis, sed diligentissime sua prospiciat, aggrauet, puniat aliorum autem defectus quantum pie potest, excuset & portet. Ad aliud dicendū, q̄ de inordinato sit intelligendum iudicio: & ad deuitandū iudicia aliorum inordinata, superflua, temeraria, usurpata, peruersa, tēdit omnis illa sanctorum patrum doctrina, uerbis atq; exemplis copiose exhibita.

Articulus XX. Exhortatio ad correptionem fraternam, & ad susceptionem correctionis paternæ, & de casibus in quibus præceptum de correptione fraternam patitur exceptionem.

Tertio de uita dñi Iesu Christi uolumine, frater Ludolphus ordinis nostri quinq; casus conscripsit, quos ex catholicorū scriptis doctos collegit, in quibus utiq; casibus a fraternæ correptionis præcepto absoluitur homo, quāuis generaliter loquendo, præceptū hoc omnī sit in omnes. Primus est, dū non est ei spes de emendatione peccantis. Ideo dicit Hieronymus: Frustra niti, & nil aliud se fatigando nisi odium querere, extremæ dementiæ est. Hinc Salomon prote statur: Qui erudit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Et in Ecclesiastico legitur: Quasi qui suscitatur dormientem mortuum, sic qui loquitur uerbum non audienti. Veruntamen quomodo intelligenda sunt ista, præhabitu recolere. Intelligēda sunt nanq; prout correptio actus est charitatis fraternæ: sed ut est actus iustitiæ & autoritatis statice, nō est semp correptio propter incorrigibilitatē subditi dimittenda, præsertim si alij scandalizentur, aut charitatis bonū periclitetur. Vnde Isidorus: Qui admonitus secrete de peccato, corrigi negligit, publice arguatur. Melius est ut pro multorum saluatione unus damnetur, quā per unius licentia multi periclitentur. Et Bernardus: Dum corripiuntur uitia, & inde scandalum oritur, ipse sibi scandali causa est qui fecit quod argui debuit, non ille qui arguit. Non ergo contra ueritatem esse timeas charitatem, si unius scandalum multorum recompensaueris pace. Melius enim est ut pereat unus q̄ unitas, prosper quoq; fatetur: Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur timidi, tolerantur infirmi: & q̄ seuerius necesse est castigare, non seueritatis plectatur animo, sed medentis. Sed & Leo papa testatur: Malum cum perseuerat, augetur: remediaq; bonum in malo, est accelerata correctio. Veruntamen sæpe in prælato discretioni ascribitur, si correptionem impatienter ferenti ad tempus parcat, si forsitan interim respiscat, & paulo post correptus emendet: quod fieri potest, quando de emendatione rei spes remanet. Hinc in statutis ordinis nostri habetur: Præfidentis discretioni committitur, ut fratrem impatienter nimis in capitulo respondentem, in continētū puniat, aut ad tempus relinquat. Verum est enim quod sanctus Leo papa diseruit: Peruersum corrigere, nihil aliud est q̄ stimulare insanum, & oleum adhibere camino, atq; incendia uentis uincere uelle. Secundus casus est, dū probationis defectus timetur, & criminaliter agitur, ubi uidelicet in probatione deficiēs ad rationē tenetur. Tertius, dum prælato ut iudici nota est culpa, qm̄ reus notorius est uel conuictus. Quartus, dū meliori operi uel saltē eque bono quis uacat, ut monachi facere debent. Ex hoc tamē nō obtinetur, quin opportunitate & causa se offerēte, ad correptionē teneantur fraternā, secundū formā doctrinæ a patribus traditæ. Sed quo magis ab alijs sunt subtrahit, eo & rarior & minor est eis fraternæ correptionis occasio. Quintus casus est, dum multitudo uel potestas in culpa est, ubi correptio plus noceret ecclesiæ q̄ pdesset. De hoc super quartū Sententiæ q. 4. qua queritur, An princeps aut multitudo debeat excōmunicari, plenus scribū doctores. Itaq; cū culpa aliud non sit nisi uulnus aut mors animæ, peccātem fratrem secundū documenta & formā sanctorū corrigere nō omittamus: nec minus pronus q̄ sit condolere aut subuenire animæ infirmanti aut mortuæ, q̄ languido corpori iūmd tanto plus illi q̄ isti, quāto corpore anima extat præstātor. Hinc Origenes Hieronymusq; loquuntur: Ita peccat qui uidet fratrem peccantem & tacet, sicut qui pœnitenti non indulget. Nam qui dicit, Si peccauerit, dimittet præmissi, Si peccauerit, increpa. Iterū de eo quod prælatos concernit, effatur: dum sacerdotes uni parcunt, uniuersæ ecclesiæ molitur interitum. Quæ est ista bonitas, ista misericordia, uni parcere & omnes in discrimē ad ducere? Polluitur em̄ ex uno peccatore populus, sicut ex una morbida oue grex totus inficit. Hinc asserit Augustinus: Plus amat obiurgator sanas, q̄ adulator dissimulas. Et rursus: Non omnis qui parcat, amicus est: nec omnis qui uerberat, inimicus: quia qui phreneticum ligat, & lethargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat: at quando sunt ægri, indignatur: sed

Casus v. gbus à correptione absoluitur.

Hieronymus, Proverb. 9 Eccl. 22.

Isidorus.

Bernardus

Prosper.

Leo papa.

Origenes.

a. Thessa. 3

Augustinus.

ambo sanati, gratulantur. De hoc in libris Sapientialibus multa habentur, dicite scripturas Meliora sunt uulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. Et iterum: Qui diligit filium suum, instanter erudit illum. Et, Qui parcat uirgæ, odit filium suum. Denuo quoque Salomon ait: Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Sed & Apostolus: Patres, inquit, educate filios uestros in disciplina & correptione domini. Propterea iterum loquitur Augustinus: Molestus medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio: ille ligando, iste corripiendo sed si hos negligant & perire permittant, ista potius falsa mansuetudo est & crudelis. Præterea, quam laudabile est paternam correptionem ac fraternam correptionem ex charitate aut æquitate impedere, tam peruersum, ingratum ac stolidum est, eas non obedienter, patenter ac pie suscipere, qd scriptura sancta copiose protestat. Scriptum est enim in libro Prouerbiorum: Non inuenient me, dicit dominus, eo qd exosam habuerint disciplinam, & detraxerint correctioni meæ. Itemq; Qui increpationem relinquit, errat: & qui odit increpationes, insipiens est: qui autem uanus & uercors est, patebit cõtempui. uia stulti recta in oculis eius. qui sapiens est, audit consilia. Aegestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. Os uero fatuorum ebullit stultitiam, & qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. Non amat pestilens eum qui se corripit. Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Plus correptio proficit apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Ecce quies sapientissimus Salomon dedit sensum sub alijs & alijs uerbis repetit. Nam & alia his consonantia libro Prouerbiorum conscribit. & hoc quare? nisi quia correptionem & disciplinam agnouit saluberrimas, & uitæ humanæ præsertim necessarias esse. Cum enim peccatum sit mors & perditio animæ, ac uia ad inferos, nonne incomparabiliter stultior esse conuincitur, qui pro peccatis suis corripitur & corrigi, suæq; uitæ sibi monstrari, quam qui corporis sui uulnera non patere sibi ostendi, ne deri, curari? Abijciamus ergo a nobis pestiferum morbum (nomine, Noli me tangere!) quoniam in Ecclesiastico scriptum est: Vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus. Quam bonum est, correptum manifestare penitentiam: sic enim effugiet peccatum. Qui odit correptionem, uestigium est peccatoris: qui autem timet deum, cõuertetur ad cor suum. Deniq; correptiones non sustinere, & se in uitjs excusare, ex radice procedit superbia, & qd in iudicio carentiæ seu deficietis illuminationis supernæ. Sapiens quippe in omnibus metuit, & si de his propter quæ corripitur, sibi conscius non sit, tamen scit se in pluribus offendisse, quæ & seipsum latent & corripiunt. Itcirco pro talibus æquanimiter suffertur. Quod & si sibi de nullo conscius esset peccato, pro dei tamen amore atq; intuitu dominicæ passionis, pro incremento etiam gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro hilariter sustineret. Sed sunt qui in aliorum conspectu & cordibus confundi uerentur ac uilipendi, quod ex improbo & priua mori manat amore: quo euulso, & spiritali amore adepto, amat homo nesciri: & quantum ad ipsum pertinet, optat contemni, tribulationibus affici: & uniuersa quæ sibi expediunt ad proficiendum in gratia ac gloria, imò ad complacendum deo & ad honorandum eundem, desiderat, amplectitur, quærere. Nec dubitare debemus, quin increpationes & correptiones superioris nostrorum, increpationes & correptiones sint dei. Porro patientia omnium est probatrix uirtutum. Vnde quantumlibet quis uirtuosus & de uotum se esse præ tendat, si in correptionibus, castigationibus & aduersitatibus patientiam non obseruet, miser & defectuosus esse conuincitur: quoniam instar ollæ malæ in fornacis medio positæ exilit, crepat, cõteritur. Ideo in Ecclesiastico scribitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Postremo, in corripiente (potissime in corrigente) & prædicente cõtempari debet, & seintitè fulcire ac informare ac moderari, pietas, iustitia atq; discretio, sicut orat Palmistat: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, ut correptio nec nimis dura sit, nec nimis remissa, sed semper discreta, & correpti capacitati aut indigentia seu dispositioni proportionata. Nemo per uerbum ait Bernardus: Volat irreuocabile uerbum: & quod sanare debuit, quia mordacius dicitur, grauius lædit. Ideo loquitur Augustinus: Quicquid lacero animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigetis. Dilige, & dic quicquid oportet. Non enim semper pater oscula filii, sed interdum castigat. Et ait Ambrosius: Dū qd diligit castigat, circa eū pietas exerceat. Plus aut proficit amica correctio, q̄ accusatio turbulenta. Illa pudorē incutit, hæc indignationē mouet. Hoc est qd Salomon fassus est: Sermo durus suscitatur furorē. Ob id ait Hieronymus: Regat disciplinæ uigor mansuetudinē, & mansuetudo ornent disciplinæ uigorē, sicq; alterz cõmēdetur ex altero, ut nec rigor austerus sit, nec mansuetudo

Prouerb. 27
Prouerb. 13
Prouerb. 27

Ephes. 6
Augustinus

Prouerb. 1
Prouerb. 10
Prouerb. 12
Prouerb. 13
Prouerb. 14
Prouerb. 15
Prouerb. 17

Ecclesi. 10

Ecclesi. 21

Ecclesi. 18

Ecclesi. 27

Psal. 118

Bernardus
Augustinus

Ambrosius

Prou. 15
Hieronymus

tudo dissoluta, hoc est quod ait Urbanus: Leniter castigatus, exhibet reuerentiã castigati: a peritate autē nimis increpationis offensus, nec increpationē recipit, nec salutem. Seneca quoq; Obiurgationi, inquit, semper aliquid blande cõmiscet: facilius penetrant uerba quæ mollius transeunt. Porro, seueritas est per quã iudicialia potestas uel uindicta districtius in aliquo exercet: quæ in prædicente non cõmendatur, nisi interdum circa discipulos ac rebelles, dicente Isidorus: Qui blande uerbo castigatus nõ emendat, acrius necesse est ut corrigat & cum dolore sunt abscindenda, quæ leniter sanari nõ possunt. Uulnus q̄q; qd occulte nescit sanari, manifeste debet emendari, & manifesta peccata non sunt occulta correptione purganda. Palam enim arguendi sunt, qui palam nocent: ut dum illi aperta obiurgatione sanantur, hi qui eos imitando deliquerant, corrigantur: sicq; dum unus corripitur, plurimi emendantur. Itaq; circa corrigibiles seruetur clementia atq; modestia, cum Salomon dicat: Roboratur clementia thronus regis. Vnde in laudibus Iulii Cæsaris Tullius ait: Nulla in uirtutibus tuis tam commendabilem reddit, ut tua clementia. Hinc ait Bernardus: Qui delinquentem superbo uel odio animo corripit, non emendat, sed percutit. Quicquid proferuus uel indignans animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis. Pii autem ac doctes etiã si offendant, leniter sunt tractandi, dicente Ambrosio: Quid necesse est his punire non recalcitrantem, & per se satis erubescens magis cõfundere, cui sua ratio est magistra, cui propria scientia uirga est, & ingenua uerecundia lex disciplinæ? Deniq; ut corripientium (potissime superiorum) correptiones a subditis reuerentius audiantur, sic debeant conuersari, ut uita correptionem reddat autenticam. Propter quod dicit Chrysostrmus: Circa propriam uitam esto austerus, circa aliorum benignus. Audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem. Hieronymus quoq; disseruit: Quomodo potest preses ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in simile delictum corruerit: aut qua libertate potest peccantem corripere, cum tacitus ipse sibi respondeat eadem commississe quæ corripit? His alludit illud Gregorii: Mundus esse a uitis debet, qui aliena corripere cupit, quantum tanto perspicacius alijs fugienda uideat, quanto ipse per scientiam & uitam ea magis declinat: quia nequaquam pure in membro maculam considerat oculus, quem puluis grauat: & superiectas sordes tergere manus non ualent, quæ lutum tenent. Isidorus quoq; ait: Non debet aliena uitia corripere, qui adhuc uitiorum contagionibus fuerit inuolutus, Improbū enim est quenq; arguere in alio, quod adhuc reprehendit in semetipso. Veruntamen talis ab impletione præcepti de correptione fraterna non excusantur, quia ut Innocentius loquitur, & in Decretalibus sæpius allegatur: Nullus de sua debet malitia commodum reportare, neq; perplexus esse, quonia se emendare potest & debet, sicq; purgatus illud implere præceptum: & simile est de sacerdote in peccato existente mortali, atq; ad celebrandum astricto. At uero probi est subditi, superiorem suum non facilius dñdicare: & dato qd in excusabilis sit, tamen ut dei uicarium honorare ac obedienter audire. Sed cum Leo Papa testetur: Peruersum corrigere uelle inanis est labor, cur tales corripiuntur? Dicendū qd semper correptio ad utile aliquid ordinatur, puta ad salutem correpti, aut commodum aliorum. Ideo Tullius ait: In iudicando aut corripiendo hæc tria sequuta est lex, quæ princeps quoq; sequi debet, ut aut eum quem punit, aut poena eius ceteros meliores reddat, aut ut sublatis malis ceteri securius uiuant. Itaq; temeraria uitemus iudicia, quæ grauias sunt peccata, grauitate damni & grauitate periculi, secundum Durandū in Summa sua: ut idem affirmat, præcipue oriuntur ex superbia atq; inuidia. Ex superbia quidē, quia (ut ait Hugo libro tertio de arca mystica) Necesse est ut in illoꝝ oculis aliena facta uilescant, qui de suis meritis immoderate sentiunt: nec fieri potest ut alienam quis uitam iudicare presumeret, nisi in se prius tum uilescat tamen superbia primo se palliat sub specie zeli boni, decepta qd menti suadet non esse perfectum amatorem iustitiæ, qui alienæ culpe præbet consensum: eum quoq; alienæ culpe consentire, qui dum potest, negligit corripere delinquentē. Sicq; decepta mens, totā se dat curiositati: & paulatim crescente hoc morbo, dum primo errata aliorum immoderate perscrutatur, postremo ad hoc ducitur, ut quicquid uidet, aut aperte calumniari aut finistre interpretari conetur, ut si quos pro communi utilitate uidet sollicitos, iudicat cupidiosos affabiles & hilares, iudicat adulatoriales acres ac deuotos, iudicat leues & inquietos: graues ac debiles, iudicat pigros atq; inertes abstinentes, uocat hypocritas. Ex inuidia namq; profcedit istud temerarium iudicium: quia inuidia mentem excæcat, & parit iudicia suspiciosa ac pessima, nec finit miserum bene sentire de eo quæ odit, dicente Chrysostrmo: Si perfecte aliquem oderis, omnia quæ apud illum sunt, displicent tibi: & si bona sint, tamen tibi mala

Urbanus papa

Seneca

Isidorus

Prouerb. 20
Tullius

Bernardus

Ambrosius

Chrysostrm

Hieronymus

Gregorius

Isidorus

Innocentius

Leo papa

Tullius

Chrysostrm

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHVSIANI,

videntur. Præterea peccantem ordinate corripiamus, non adulando laudemus, non conu-
tiando interimamus, non uerecundando fileamus, non pigritando negligamus, non inimi-
citas aut damna temporalia metuendo diffimulemus, non obsequium præfatio iuuenus,
neq; fouendo, arridendo aut silendo consentiamus: quia & Seneca protestatur: Amici uita
si feras, tua facis: & bis peccas, dum obsequium peccanti accommodas. Iterumq; fatetur: Vi-
tia transmittit ad posteros, qui præsentibus culpis ignoscit: bonis nocet, qui malis parcit, pu-
ta non corripiendo. Hoc est, quod ait Isidorus: Semper uitia dum non refecatur, inde mox
erescunt: & in augmenta uitiorum profilitur, quoties secura impunitate peccatur. Ideo di-
cit scriptura: Corripe amicum tuum, ne forte non intellexerit, & iterum addat facere. Præ-
terea, sic simus corripere alios proni, ut proniores simus ab alijs corripiti: & quod ipsemet ui-
cissim de nostris fatemur defectibus, ab alijs æquanimiter audiamus. Ait namq; sanctus Gre-
gorius: Multi sua confitentur peccata, & tamen humiles non sunt. Nam plurimos nouimus,
qui à nullo correpti peccatores se esse cõfitentur: cum uero de culpis suis fuerint correpti,
defensionis patrocinium quærunt, ne peccatores existere uideantur. Indicia autem ueræ cõ-
fessionis sunt, ut sicut quisq; peccator se dicit, ita illud de se alteri dicenti non contradicat
quia superbæ uitium est, ut quod se quisq; spõte fateri dignatur, hoc sibi ab alijs dici asper-
netur. De hoc in Vita patrum demum refertur, quemadmodum fratre quodã ad senẽ san-
ctum ueniente, & se multipliciter accusante, ac monachali habitu proficente in dignum, &
deinceps sene illo fratrem paululũ correptorie instruente, dicendo: Sede in cella tua, quia
egredi tibi non expedit, statim ille turbatus est, ita ut nec in uultu eius latuerit. Cui senex
dixit: Hucusq; peccatorem te dicebas, quomodo ergo nunc quia te modice reprehendi, cõ-
motus es: Si uere te humilias, quod de te ipsomet dicis, ab alijs patieris feras & audias. Itaq;
finem opusculo ponendo, creatoremq; nostrum feruentissime ac iugiter inuocemus, ut ap-
prehensa dextra nostra, in uoluntate sua deducat nos, quatenus in omnibus uia regia ince-
deres, uniuersa que scripta sunt impleamus, & in iudicãdo & corripiendo nõ offendamus, ut
ipse finaliter cũ gloria suscipe nos dignet, q est super omnia deus sublimis & bñdictus. Amẽ.
Libri de modo iudicandi & corripiendi, finis.

Seneca.

Isidorus.

Ecclesi. 9.

Gregorius.

Confession: in
dica.

D. DIONYSII A RICKEL
CARTHVSIANI, DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS
AVTHENTICIS, LIBER VNVS,
P R A E F A T I O.



SAPIENTIAM sanctorum narrant populi, & laudem eorũ
nuntiat ecclesia. Quemadmodum omnipotens sapientissi-
musq; creator in exordio mundi ornauit cœlũ syderibus,
magnitudine, claritate, uirtute, influentia differentibus sic
militantem decorauit ecclesiam sanctis, gratiarũ, uirtutũ,
donorum multiplici uarietate distinctis, luce sapientiæ, si-
gnorũ efficaciam diuersimode expolitiss, inter quos beatissi-
mi eremitæ & anachoretæ loci sortitũ tur sublimẽ, g ange-
licam uitam duxerunt in terris, & cõtemplatores fuerunt
præcipui, charitatis ardore mirabiliter inflãmatis, q mundũ
& carnẽ cũ uniuersis suis uanitatib' uoluptatibusq; excel-
lenter uicerunt, atq; arctissimã conuersationẽ gesserunt in
seculo isto: qui ueritati fidei Christianæ uerbis & factis, signis, prodigijs & miraculis testi-
monium præbuerunt certissimũ. Eorũ ergo sapientiam salutare merito narrat populi Chri-
stiani, & laudem ipsorum ecclesia militans nuntiat primo ad dei gloriam ac honore, qui in suis
sanctis laudatur: Secundo, qm ipsi suis uirtutibus meruerunt ita laudari & nostris præconijs
dignissimi sunt effecti: Tertio, ut ipsorũ intentiõne ac meritis mereamur iuari: Quarto,
ut ipsorũ uirtutes & signa narrantes aut audientes, ædificemur & prouocemur sequi ipsorũ
uestigia: Quinto, ut cõparatione ipsorũ humiliemus & despiciamus nos ipsos, imò si boni qd
agimus, si q aduersa æquanimiter patimur respectu uitæ ac patentiõne illorũ, p nihilo arbitremur
excepto, q fonti totius boni deo sublimi p donis suis humiliter regratiemur. Deniq; qatã
multipli

Sap. s.
S. mile.
Gene. 1.

Eremitarũ ac
anachoretarũ
laui.

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AVTENTICIS. 393

multipliciter fructuosum, dignũ & utile est sanctorũ uitam, uirtutes, miracula recitare, pro-
mulgare, laudare, propono in isto opusculo notabilia quæ dã exempla religiosi præsentium
salubria ex libris Cassiani ac Climachi colligere ac referre de uita & gestis patrum nostrorũ
eremicorum, quæ in Vita patrum non continentur: plerorq; etenim exempla prouocant
magis quàm uerba aut documẽta, & eos magis delectant: propter quod aserit Leo Papa:
Facilis ad exhorrandum sit ratio, efficacis ad persuadendum: ualidiora tamen sunt exempla
quàm uerba, & maius est opere docere, quàm uoce. Sanctus quoq; Bernardus: Nullum, in-
quit, melius consilium arbitror, quàm si exemplo tuo studeas fratrem tuum docere quæ
oporteat & quæ non oporteat fieri, prouocans eum ad meliora, non uerbo neq; lingua, sed
opere & ueritate. Sed & beatus testatur Gregorius: Electorum mentes consideratis in ui-
cem alternis uirtutibus inflammantur. Præterea collectio ista, ut reor, non erit superflua,
quoniam libros Cassiani ac Climachi multi raro aut nunquam legunt, siue ex sua tarditate, si-
ue ex sua simplicitate: quoniam libri illi sunt aequaliter armati atque difficilis stili & mo-
dus ipse loquendi frequenter obscurus est. Idcirco in isto opusculo uti intendo plano ac fa-
cilimo stilo.

Intensio auro
ris in hoc libro.

Articulus I. De Iohanne Cassiano.

VT ea quæ in isto opusculo ex libris Cassiani colligenda sunt, clarius intelligãtur,
aliquid in primis de ipso Cassiano dicendum est. Itaq; uir iste illustris nomine Ioh-
annes, cognomine Cassianus, ut ipsemet refert, in adolescentia sua cum abbate
suo nomine Germano, ex monasterio suo in Syria, de licentia superiorum suorũ
perrexit ad remotissima loca, ut sanctos patres in Orientalibus partibus commorantes ui-
deret, & eorum uirtutes conficeret: perrexit itaq; in Aegyptum atq; Thebaidem, in Pale-
stinam ac Mesopotamiam, ad diuersa eremi ac solitudinum loca cum præfato abbate Ger-
mano: & quæ uidit apud beatissimos patres ac fratres, tam in monasterijs, quàm in locis
desertis solitarie habitantes, & quæ ex eorum audiuit ac didicit relatione, fidei postea nar-
ratione conscripsit. Deniq; de hoc abbate Cassiano multa in speculo historiali sunt scripta:
ubi inter cætera de eo habetur: fuit uir deuotus, prudens & eloquens. De quo etiam in li-
bro suo de uiris illustribus scribit Gennadius episcopus: Cassianus natione Scythia, id est, in
Scythia natus: in Constantinopoli à Iohanne magno episcopo, id est, à Iohanne Chryso-
stomo Constantinopolitano archiepiscopo, uita, sapientia & eloquentia glorioso, diaconus or-
dinatus, postmodum apud Massiliam presbyter: cõstruxit ibi monasteria duo: composuit
autem libros, experientia magistrante seu cum docente, librato, id est ponderato ac uenu-
stosermone, sensu uerba inueniens, & actione linguã mouens, & scripsit de omnibus rebus
professioni necessarijs monachorum. Præterea charus fuit Leoni archidiacono, postmodũ
summo pontifici, ob cuius rogatum scripsit aduersus Nestorium hæresarcham de incarna-
tione uerbi septem libros, in quibus uiuendi & scribendi finem accepit apud Massiliã Theo-
doso & Valentiniano regnantibus. De hoc Cassiano Climachus ait in libro suo: Summus no-
ster philosophus, quia uidelicet omnium religiosorum præcipuus fuit doctor, & merito in-
ter magnos annumeratus est pater: cuius libros beatissimus pater benedictus à monachis
sui ordinis certis horis legi instituit, ut patet in regula sua. Itaq; nũc recitationem incipiam
ex libro Cassiani, qui Instituta patrum uocatur.

Iohannes Cas-
sianus.

Articulus II. Quod ab Aegypti Thebaidẽ monachis duo decim psalmi in
uespertinis ac matutinis officijs dicebantur, ex angelica traditione.

CVm in principio fidei Christianæ pauci ac probatissimi monachi essent, uiuentes
iuxta institutionem & normã quam à sancto Marco euangelista acceperant: nõ
solum seruauerunt ea quæ in Actibus apostolorum primitiua ecclesia sub sacra-
tissimis apostolis legitur obseruasse, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor-
unum & anima una & c. uerum etiã multa alia altiora ac ardua adiecerunt. Recedentes namq;
à communi populo in secretiora suburbiorum loca, duxerunt uitam tanto rigore abstine-
tiæ præditam, ut etiam infideles admirarẽtur. Nam tanto seruore lectioni scripturarum, assi-
duitati orationum, excessibus contemplationum, atq; operibus manuum insistebãt, ut uix
secundo aut tertio die cogitarent de cibo, nec ante solis occasum sumpserunt cibum & po-
tum. Porro tempore procedente, multiplicato numero fratrum in suo seruore manentium,
seniores inter se conuenerunt, ordinaturi quis numerus psalmodiarum esset seruandus in diui-
nis officijs. Cumq; unusquisq; pro suo seruore diceret quod sibi rationabile ac facile uideba-
tur, immemor alienæ infirmitatis intãtum, q quidam quinquaginta psalmos, alij sexaginta,
VVV 3 alij

Priscorũ mona-
chorum uita.

Act. 4

alij plures esse dicendos affirmabant: tandem repente apparuit unus stans inter eos, qui est duodecim psalmos cum adiectione orationum & halleluia cantasset, ab uniuersorum aspectu subito disparens, inquisitioni finem imposuit. Tunc uenerabiles patres angelum illum fuisse intelligentes, decreuerunt duodenarium numerum psalmorum tam in uespertinis quam in nocturnis officijs obseruandum. Denique patribus ac fratribus in ecclesiam conuenientibus, & uno cantante siue legente, tantum ab omnibus seruabatur silentium, ut tanta multitudine congregata praeter unum illum nullus crederetur adesse: non ibi sputum emittebatur, non excreatio perstrepebat, nec tussis, nec oscitatio somnolenta, per quae alij poterant impediri: sed nec gemitus ibi audiebatur, neque suspiria, nisi forte quae per mentis excessum improuise & subito eruperunt, mente ineffabiliter inflammata, nec suum in se ardorem continere ualente. Ex quo probatur quod reprehensibiles sint, qui uno cantate aut legente expulsi & strepitus faciunt, ingemiscunt aut confusim aliquid faciunt absque necessitate seu rationabili causa ex sola consuetudine, leuitate aut certe intentione non recta.

Articulus III. De tribus lenticulae granis per festinantiam elapsis, & a dispensatore inuentis.

Cum in monasterio quodam frater hebdomadarius minister granae lenticulae cum aqua purgaret, tria de manu festinantia in terra prolapsa sunt: quae oeconomus, id est dispensator seu procurator colligens, recitauit abbati quid contigit. Abbas fratrem illum quasi sacri profusorem peculij, id est neglectorem ac perditorem substantiae ad commune usum pertinentis, reum adiu dicauit, atque ab oratione suspendit. Frater uero humiliter ueniam petens, non aliter quam per publicam poenitentiam consecutus est ueniam. Ex quo patet, cum quanta diligentia res claustrum conferuare ac dispensare oporteat. Veri namque religiosi non se ipsos tantum, sed omnia quoque ad monasterium pertinentia deo consecrata, & cum omni reuerentia esse tractanda credunt. Ideo negligentiam arguuntur, qui res eorum uel concessas, non satis custodiunt: qui per negligentiam utensilia frangunt, potum effundunt, sine licentia aliquid dant, seu quouis modo damnus inferunt domui suae. Itaque cum gratiarum actione, moderamine & timore utamur rebus nobis concessis.

Articulus IIII. De charitativo seruire quorundam fratrum in communi obsequio.

Cum in coenobio quodam ligna deessent, ita ut pro conuentu esca praeparari non posset, iussit abbas ut crudo cibo fratres interim uescerentur, quod & cunctis conplacuit. Porro fratres hebdomadarij mercedem communis obsequij se priuari dolentes, ad latissimam eremum transientes, spinulas & minutissima ligna in arduissimis locis congregauerunt cum grandi labore, atque ex his ignem construentes, consuetam fratribus refectioem exhibuerunt. Quorum docemur exemplo, ut iuxta doctrinam Apostoli, per charitatem seruiamus in inuicem. Sed longe ab hac charitate & pietate distant religiosi, qui ad laborandam pro communi domus utilitate, ad scribendum pro usu generali conuentus, sunt tardissimi. Sed ad obediendum inuoluntarij: sed ad faciendum, laborant lum, scribendum pro proprio usu aut commodo, & ad satisfaciendum desiderio propriae uoluntatis sunt seruientes, proni ac agiles, non pensantes illud Apostoli: Charitas non quaerit quae sua sunt: & quod sanctus ait Bernardus: Ingratus est spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod teneris.

Articulus V. De sancta & indiscreta obedientia abbatis Iohannis, cuius merito consecutus est gratiam prophetiae.

Abbas Iohannes, de quo sanctus Hieronymus in exordio primi libri Vitalium patrum conscripsit, ab adolescentia sua usque ad uirilē aetatem seniori & spiritali patri tam obediens obsequiosusque fuit, ut & ipse senior miraretur: & uolens probare, an tanta discipuli sui obedientia ex recta intentione & uera humilitate procederet, multa ei quasi irrationabilia aut quasi impossibilia sepe iniunxit. Nam quadam uice lignum aridum fixit in terra, Iohanni praecipiens ut illud quotidie aqua bis irrigaret, donec ramos produceret. At ille spiritalis patris praecipium discutere non praesumens, nec rei imperatae impossibilitatem aspiciens, promptissime obediuit, totoque anno per duo serē miliaria afferens aquam, lignum illud indefinenter ut senior iussit, rigauit quotidie, ita ut nec dies solentia, neque infirmitas corporis, nec hyemis frigus eum ab inchoato opere retardauit. Videns igitur eum in praebarataque mitissima sedulitate obedientiae sui discipuli, labori eius compatiens lignum euulsit, & Iohannē ab irrigatione cessare praecipit. Praeterea cum tempore quodam ad senē hunc fratres aliqui adificationis gratia aduenissent, & discipuli humilitate obediuntibus stuperent, uocauit

Res claustrales summa diligentia conseruandas.

Gala. 5

1. Cor. 13

Exemplum ex Vitalium patrum libro.

senex discipulum, iubens ei ut unicum uas olei quod eorum atque aduenientium usus solum remansit, per fenestram deorsum proijceret, quod ille confestim impleuit, non attendens praecipit in pernitiam, diurnam eorum necessitatem, imbecillitatem corporis, indigentiam uictus. Insuper alijs fratribus uisitantibus senem praefatum, atque Iohannis discipuli eius humilitate atque obedientia informari optantibus, senex praecipit Iohannē festinantem: Lapidem illum aduolue ad nos. Qui propter reuerentiam senis accedens, toto conatu implere praecipium tentauit intantum, quod non solum proprium corpus ac uestimentum, sed lapidem quoque perfudit sudore: lapis namque adeo fuit magnus, quod a magna hominum turba poterat uix moueri. Denique huius indiscretae, sanctae, ac simplicis obedientiae ad tantam perditum est gratiae ac uirtutum perfectionem, quod spiritu prophetiae impletus est, & summis mundi principibus notus & honorabilis est affectus intantum, quod religiosissimus imperator Theodosius pugnam inire contra tyrannos robustissimos non audebat, nisi huius beati Iohannis confortaretur responsis: quibus tanquam diuinis confidens oraculis, triumphum in desperatis bellis miraculose obtinuit. Heu quid ad ista dicemus, qui nec pijs & rationabilibus atque facilibus superiorum nostrorum obediunt praecipis, nisi forte cum murmuratione ac rege die, imo praecipia, exhortationes & facta patrum nostrorum sepe ex leui occasione iudicant, discutere, et probare, aspernari praesumimus: quod totum periculosum temerariumque consistit. Ictico autem sic agimus, quoniam non in profunda humilitate, salubri mortificatione columbina simplicitate conuersationem nostram fundamus, sed sapientes sumus in oculis nostris, audaces, nobis ipsis placentes, non uere abnegantes nos ipsos, sed uoluntate nostram quam per uotum solene deo obtulimus, uiciose resumimus. Emen demus ergo nos plene, prout nos ita requirunt uocatio atque professio.

Theodosius

1. Pet. 2

Articulus VI. De admirabili patientia abbatis Pafnucij.

Desiderans in exordio conuersionis suae abbas Pafnucius claustrum intrare, tam patientissimum atque immobilem in petendo demonstrauit instantiam, quod contra omnem coenobiorum consuetudinem cum paruulo filio suo octo circiter annorum susceptor est: & statim ipse Pafnucius & filius eius diuersis prepositis seu magistris commissi sunt, habitatione quoque cellae diuisi, ne pater ex assiduo filij iuuinuitu sensuali affectione afficeretur ad eum, & diuitiarum quas reliquit, recordaretur: atque ut patris patientia & spiritalis affectio plenius probarentur, de industria neglectus est puer ac multis afflictus uerberibus, uilissimisque uestimentis indutus, & patre suo uidente frequenter absque suo demerito alapis caesus, ita quod uultus pueri quasi continue lacrymis madidus fuit: quae omnia pater eius patientissime tulit: nec eum iam reputauit filium, quem obtulit Christo. Insuper, monasterii abbas, uolens plenius experiri, an omnia illa pater pueri uera tranquillitate sufferret, dum quadam uice puerum cerneret stentem, simulans se contra illum esse iratum, praecipit Pafnucio, dicens: Iacta eum in flumen. Qui uerbum illud quasi a deo sibi imperatum existimans, apprehendit puerum & proprijs uulnibus portauit cum festinatione ad fluuium, eumque proiecit in aquam, nisi fratres ab abbate occulte missi hoc impedire uiderent, dicens: Abbas iussit ne mergas puerulum. Praeterea obedientia ista Pafnucij ex deuotissima fide procedens, intantum complacuit deo, quod paulo post reuelauit abbati, Pafnucium in hoc facto opus egisse Abraham patriarchae, & ei comparem esse effectum. Abbas quoque post modicum tempus migrans ad dominum, praefatum Pafnucium fratribus in abbatem praefecit. Ecce quomodo teste Apostolo, stultam fecit deus sapientiam huius mundi: nec capere ualet animalis homo ea quae dei sunt: deus enim omnipotens institutor naturae ac ordinis rerum, supernaturaliter & occulte operatur in suis electis.

Gene. 22

1. Cor. 1
1. Cor. 2

Articulus VII. De magna humilitate cuiusdam nobilissimi fratris.

Adolescens quodam secundu carnalis propagine ualde illustis, ut puta filius comitis atque ditissimus & liberalibus artibus perclare instructus, mundi populi uanitati busque renuntians claustrum ingressus est: cuius humilitate & seruire abbas expiri uolens, praecipit ei ut decem sportas portaret de claustro ad ciuitatem, & eas in ea circumferret, quibus oes publice uideret sigillatim, hoc est, singulas seorsum ac diuersis: quod totum iuuenis ille deuote ac obedientissime adimpleuit, omni humana uerecundia supplantata. Hoc ergo exemplo discamus nos ipsos uiriliter uincere, & omnem animositatem abijcere.

Articulus VIII. De uita, humilitate & patientia abbatis Punicij.

Maghi

tenet

Magni cuiusdam cœnobij in Aegypto pater & sacerdos fuit abbas Punitius, omnibus propter uitæ suæ sanctitatem, senectutem ac sacerdotium uenerandus: sed ipse de exhibitis sibi honoribus dolens, & subesse obedireque malens quæ prædicere, ex proprio monasterio usque ad extremas Thebaidis partes clam fugit, secularem habitum induit ne agnosceretur, & claustrum Tabenennotaræ, uidelicet monachorum ordinis sancti Pachumij intrare tentauit quoniam maior rigor uiguit ibi: & propter multitudine fratrum sperauit se ibidem posse diutius occultari. Cuius ante fores monasterij diu ualde, ut ibi moris est, recipi postulans per mansisset, uniuersos fratrum genibus se prouoluens, impropertibus ei fratribusque iam decrepitis, senex & inutilis mudo, feces uite sue uellet deo offerre, cum florē iuuentutis suæ in mundi uanitatibus expendisset, & modo ad claustrum ueniret magis ex paupertatis necessitate quam charitatis seruore, tandem cum ingenti difficultate admissus est, & ei tanquam inutili custodia & cultura est horti commissa sub fratre iuniore. Cui uenerabilis senex per omnia promptissime obediuit, atque in illius officij lætantur ac studiose impleuit, & ultra hoc uiliora queque officia quæ alijs erant horrenda, sponte fecit quotidie: Nocturnis quoque temporibus surgens, occulte multa uilissima fecit obsequia tam secreta, quæ nemo alioque hoc deprehendit. Cumque per triennium ibi taliter moraretur, fratres ac filij sui eum undique inquirebant. Tandem quidam ex Aegypto ad cœnobium in quo usque ad finem uitæ sue occultari optabat adueniens, eo uiso diutissime dubitauit an ipse esset. Nam quauis antea optime nouerat eum, nunc tamen uix potuit eum cognoscere præ uestis suæ uilitate atque obsequij abiectione: facco enim indutus, stercorea proprijs humeris portauit ad hortum. Porro ille propius accedens, uoce eius audita cognouit eum: & cadens ante pedes ipsius, nomen eius omnibus manifestauit. Quibus uisus & auditis fratres uehementissime mirabantur, præsertim quia iam dudum nomen eius ac famam cognouerant: Mox ergo ab eo ueniam humiliter petierunt. Ipse uero tristissimus est effectus, quoniam desiderato humilitatis obsequio se uidit priuari, & cum grandi merore ac luctu ad suum cœnobium est reuersus. Diligentissime quoque custodiebatur a fratribus, ne rursus occulte discederet. Nihilominus post modicum tempus clam abiit, & ad remotiora loca perrexit, ubi nec nomen eius nec fama alicui innotuerunt, & peruenit ad monasterium in quo tunc morabatur Cassianus, quod longe non erat à loco in quo Christus peperit uirgo. Vbi cum aliquantulo tempore latuisset, à quibusdam fratribus Aegyptijs, qui illuc causa deuotionis & orationis uenerunt est cognitus, & cum magna precum instantia reduxerunt eum ad monasterium suum. Cum autem post multos dies idem abbas Punitius nouitium quendam reciperet in presentia Cassiani, inter cetera instructionis exhortationisque uerba dixit nouitior Abrenuntiatio est crucis imago & mortificationis indicium: scias ergo ex hodierno die te huic mundo & actibus atque concupiscentijs eius esse defunctum. Considera ergo conditiones crucis, sub cuius onere ac ministerio te deinceps uiuere & manere oportet, ut cum Apolo dicere possis, uiuo autem iam non ego, uiuit uere in me Christus. Ea igitur habitudine, hac figura qua Christus fuit pro nobis affixus patibulo, oportet monachum uiuere in presenti, quate nus timore domini corpora sua configant, & propria uoluntate omnino relicta, omnis eorum assertio adhereat crucifixio, ne iuxta propria desideria moueant aut aliqua id agant, sed solum secundum legem & euangelica consilia Christi, prout amor & timor Christi requirunt. Denique sicut crucifixus non sollicitatur de crastino, nec inflatur superbia neque accedit irasci monachi terrenæ cupiditate sollicitudineque abijciat, nec aliqua elatione, ira, impatiētia aut simili passione seu uitio moueant, quatenus illud Apostoli eis conueniat: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs.

Articulus IX. De abstinentia fenum quorundam.

Cum in monasterio quodam Aegypti abbas Cassianus comederet, hortatus est eum senior, ut plus cibi acciperet. Qui respondit: Non possum. Dixitque senior: Ego hodie diuersis aduenientibus fratribus sexies posui mensam & manducaui cum eis, & adhuc esuriōtu uero in prima hac comestione te tantum replesti, ut plus comedere ne queas. Præterea alius pater in solitudine habitans cibum solum accipere nunquam uolebat: quod si per dies quinque aut plures nullus uenisset ad eum, refectioem distulit, donec sabbato aut die dominico ad ecclesiam transiens aliquem inuenisset peregrinorum, quem secum adducens escam sumpsit cum illo, non tam suæ necessitatis causa, quam humanitatis gratia, & fratris intuitu ac amore.

Articulus X. De profectu abbatum Phefi & Iohannis.

Abbas

Abbas Iohannes pater magni cœnobij abbatem Phefium in uastissima eremo commorantem uisitans, interrogauit eundem tanquam antiquissimum consortem, quid per quadraginta annos solus in eremo habitans profecisset, respondit: Nunquam uidit me sol comedentem, id est infra tot annos non comedi ante solis occasum. Cui dixit abbas Iohannes: Nec me sol uidit iratum. Porro idem abbas Iohannes cum esset moriturus, filiis suis ipsum cum merore circumstantibus atque rogantibus, ut eis aliquod memoriale uerbum tanquam hereditarium quoddam legamentum proferret atque relinqueret, per quod ad perfectionem compendiosius possent ascendere: dixit cum gemitu: Propriæ uoluntati nunquam ac quieui, nec alium docui quod ego prius non feci. Horum ergo sanctorum patrum exemplis sobrietatem mansuetudinemque discamus, nec promptissimi ad fabulandum, nec presumptuosi ad instruendum, sed ad frangendum in omnibus proprias uoluntates fortes simus & alacres. Hinc namque Iacobus ait Apostolus: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Articulus XI. De gratia & doctrina abbatum Machetis.

Seni Macheti propter diuturnas suas orationes deus hæc contulit gratiam, quæ inter spirituales collationes quotquot diebus ac noctibus protraherentur, nunquam dormiuit: uero aliquis sermo secularis aut detractorius proferebatur, primum obdormiuit, ita quæ neque usque ad pollutionem aurium eius uenenum obloquij poterat peruenire. Denique idem senex docuit temerarium iudicium esse omnino uitandum, dicens: Manifeste reperit eum eisdem causis ac uitijs monachum obligari seu subiacere, in quibus de alijs iudicare præsumperit. Oportet enim unumquemque seipsum tantummodo iudicare & circumspecte in omnibus custodire, secundum illud Apostoli: Tu quis es qui iudicas fratrem tuum: suo domino stat aut cadit. Præterea idem senex uolens ostendere à diabolo somnolentiam esse in diuinis atque diationem in spiritualibus collationibus, dum quadam uice fratribus collationem spiritalem proponens uideret eos graui somno demergi, otiosam mox fabulam introduxit: ad cuius recitationem cum uideret eos euigilare & aures erectas habere, ingemiscens ait: Hucusque de spiritualibus & celestibus rebus uobis loquebar, & omnes graui somno suis oppressi: cumque inuilem fabulam narrare cœpisset, euigilastis & delectabiler aduertistis. Ex hoc ergo perpendite, quod diabolus omni bono operi inuidens & mala fouens, illius somnolentiæ ac tarditatis auctor, & huius euigilationis ac aduertentiæ procurator, ecce quæra est corruptio atque miseria nostra: Nam si spiritualis collatio modicum probatur, statim atque diuini: sed per integram horam aut amplius de uanis & friuolis fabulari non piget, imò quo de talibus diutius loquimur, eo ad tale colloquium fortius inflamur, & a uelli uix possumus. Reuera magna & miseranda calamitas: sed emendemus hoc uitium, pensantes quod ait Saluator: Qui ex deo est, uerba dei audit, itaque beati qui audiunt uerbum dei & custodiunt illud.

Articulus XII. De fratre qui epistolas sibi missas incendit, ne eas legendo distractionem mentis incurreret.

Frater quidam circa cordis sui puritatem seruandam intentus, & circa diuinorum contemplationem ualde sollicitus, dum quindecim annos in monachali conuersatione complexisset, multas accepit epistolas sibi à suis parentibus cæterisque amicis directas: qui diu deliberans an eas legere uellet, tandem dixit: Quantarum cogitationum causa mihi erit harum lectio literarum, quæ me uel ad inanem lætitiā, aut ad inordinatam inducent tristitiā. Quanta cordis distractio, quanta renouatio memorię secularium rerum iam obliturum orientur in mente mea, si istas epistolas legero. Quam tarde ac difficulter pristina animæ tranquillitas recuperabitur. Hæc atque similia frater ille mente reuoluens, uniuersas epistolas illas simul proiecit in ignem, dicens: Itæ cogitationes patriæ pariter concrememini: nec me ad ea quæ reliqui, reuocare conemini. Hoc exemplo condemnatur curiositas, leuitas, incustodia & carnalis affectio nostra, qui tam libenter noua percipimus, imò & diligenter inquirimus: & si mittantur nobis epistolæ à secularibus personis, præsertim à propinquis, exhilarantur mox corda nostra: sed & ea quæ audiuimus aut legimus, memoriæ nostræ imprimimus ac alijs recitamus, ac tempore diuinorum cogitamus & recogitamus, & sic læditur anima nostra. Vbi est quod ait scriptura: Omni custodia custodi cor tuum: quod quamuis ad omnes pertineat Christianos, maxime tamē ad religiosos, exigamus ergo & stabiliamus in deo cor nostrum, quoniam unum est necessarium.

Articulus XIII. De sanctitate, sapientia & doctrina abbatis Theodori.

Inter

Punitius à fratribus agnitus

Pres. subdicit se Punitius

Cassianus

Punitius ad nouum uerba

Gal. 2

Gal. 5

Memoriale abbatum

Iaco. 1

Iudicium temerarium uitandum

Roma. 1

Exhortatio ad fratres somnolentos

Iohan. 8 Luc. 11

Memoriale fratris

Proverb. 4

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Inter sanctos patres fuit & abbas Theodorus, tam in uita actiua q̄ contemplatiua exi-
mitus ac præclarus, in scripturas quoq; intellectu ualde profundus, qui ad tam sub-
limem scientiam non studendo, sed internæ puritati in sistendo peruenit. Cumq; obscu-
rissimæ quæstionis absolutionem desideraret, septem diebus ac noctibus in oratione
infatigabiliter inuist, quousq; deo reuelante ueritatem agnouerat quæstionis. Deniq; fra-
tribus tantam in eo scientiam scripturay mirantibus, dixit: Monachus uera scientia illumi-
nari desiderans, non circa diuersa commenta, sed circa cordis sui expurgationem, profectū
custodiamq; intentus sit: quoniam passionibus reformatis uisib; extinctis, interiores ocu-
li scripturay ueritatem atq; mysteria iam depulso cordis uelamine contēplabūtur: diuina
etenim gratia & radius ueritatis internæ, sanctam & puram animam replent, illuminat, &
sine commentis eam intelligere faciunt ueritatem. Hinc inter expostores sunt tot & tanti
exorti errores, quoniam multi eorū circa interiorē suoy infirmitatem diligentiam nō ha-
bentes, atq; ad intelligendum scripturas secundū propriam inquisitionem ac immūditā
accedentes, in uariis prolapsi sunt errores, & tam fidei q̄ sibi inuicem scripserūt contraria.
Insuper idem abbas Theodorus ad cellam Iohannis Cassiani in tempesta nocte ueniens, pa-
terna sollicitudine uolēs scrutari quid Cassianus adhuc nouus anachoreta perageret, eūq;
uēpertino officio consummato inueniens se reclinauit ad quiescendum, in gemiscēs ex in-
timo pectore dixit: Quot d̄ Iohannes hac hora cum deo loquūtur, & cum intra sua præcor-
dia complectūtur: & tu lumine tanto priuatis, sopore resolutus obtulso. Ecce ex his redar-
guuntur religiosi negligentes & curiosi, qui interna exercitatione relicta, inordinato ac in-
fructuoso studio tempus suū pro magna parte consumunt, nunc medicinalia, nūc iura, nūc
philosophica quædam studentes, aut etiam scripta theologica difficilia legentes ac relegē-
tes, ex quibus non inflammatur affectus, neq; nutritur deuotio, sed potius impedit, & mēs
circa interiorē sui custodiam negligens redditur ac pigrescit, & tandem exteriora desi-
derat. Illos ergo libros studeat monachus, ex quorū lectione magis discit defectus suos co-
gnoscere, sollicitè conuerfari, ampliusq; inuatur ad conuersandum condigne iuxta exigē-
tiam suæ uocationis, hoc est iuxta tenorem ac debitum suæ professionis.

Monacho sci-
entia illumina-
ri cupienti, quid
sit agendum

Qui libris mo-
nachis sint le-
gendi

Articulus XIII. De qualitate eremi anachoretarum, & de uirtu-
tibus abbatū Arthebij.

Anachoretæ primo in cœnobijs diuissime commorati omniq; patientia ac disci-
tione docti, humilitate quoq; ac paupertate ornati intrant ac penetranť interiora
ac secretiora loca deserti, durissima prælia contra demones habituri. Horū mul-
ti habitauerunt in Aegypto, in loco sito inter fluum Nilum & mare, qui locus
solis monachis habitabilis fuit: quia nec salitas salis, nec arenay abundantia permisit eum
alicui esse aptum culturæ. In hoc loco anachoretay tanta fuit penuria aquæ, q̄ nullus so-
briusq; cum tanta diligentia ac tenuitate accipit & dispensat pretiosissimum uinum, cū
quanta diligentia & mensura illi anachoretæ sumpserunt & amministrauerunt aquam: nā
& de fluuio illo eam per longissimum iter attulerūt, quod mōtibus arenosis distinctū, labo-
rem ibi euntibus duplicat. Deniq; inter anachoretas ibi morātes fuit uir probatissimus ab-
bas Arthebius, qui Cassianum & abbatem Germanum ad suam cellam deduxit & cogni-
to eorū desiderio, q̄ scilicet ibi habitare optarēt, confinxit se de loco illo uelle discedere, &
cellam suam cum omnibus necessarijs eis obtulit ac reliquit, & habitauerunt in ea. Arthe-
bius uero ad tempus recedens, prouidit sibi impedia, & reuerfius, aliam sibi cellam cū gran-
di labore construxit: quam paulo post simili charitate & circunuentione alijs fratribus ibi
habitare cupientibus, cum omni suppellectili ac utensilibus tradidit, atq; ad opus charitatis
exercendum infatigabiliter perseverans, tertiā cellā extruxit. Hic sanctus uir nobilior-
tus profapia, in pueritia sua claustrum ingressus est, & ibi per quinquaginta annos in tanta
uixit abstractione, q̄ locum natiuitatis suæ nunq; interim uidit, nec uultum alicuius scemi-
næ, imō nec propriæ matris. Præterea pater eius carnalis morte præuentus obiit, debena
quibusdam solidos cētum. Cumq; mater eius ac creditoribus uexaretur, ipse intra monaste-
rium permanens, solitum opus sibi petiit triplicari, atq; per totum annū diebus noctibusq;
laborans, lucro operis sui creditoribus satisfecit, & matrē suam ab inquietudine liberauit,
& tamen de monasticæ uitæ rigore nil minuit: sicq; matrem in prosperitate constituit, pro
Christi despexit amore in tribulatione positā, ex uera adiuuit & consolatus est pietate. Po-
stremo ex præinductis docemur nos ipsos despiciere, atq; in infinitum humiliare, cum pa-
tres nostri sanctissimi in tam uastis ac horridis habitauerint locis, & aquam in penuria tam
magna

Que loca prisci
anachoretæ ha-
bitauerunt

Arthebius in
matrem pietas

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AVTHENTICIS. 396

magna potauerint nos autem habitacula tam curiosa & alimēta tam copiosa habemus. Ex
factis quoq; huius sancti Arthebij admonemur esse charitatiui & obsequiosi, ac liberales in
fratres & proximos, carnaliterq; propinquos spiritualiter adamare.

Articulus XV. De fraternata charitate cuiusdam senis.

Cum frater nomine Simeon ex Italia ueniens sederet in eremo otiosus, senex qui-
dam dixit ad eum: Cur resides otiosus? Qui ait, se nihil facere posse eorum quæ
ibi fiebant a fratribus, sed scire se scribere scripturam latinam. Tunc senex ille ut
fratrem ab otiositate & periculis inde uenientibus liberaret, & ei de necessarijs ui-
tæ prouideret, simulauit sibi latinum codicē esse accōmodum pro usu fratris sui carnalis,
& Simeoni præfatio attulit materiam & alia necessaria ad scribendum. Nouerat nāq; senex
ille fratrem in cella diu manere nō posse absq; labore & occupatione, atq; ex otio uarias cor-
dis sequi distractiones, ac tandem acediam, & cellæ horrorem ac loci instabilitatem.

Articulus XVI. De obedientia & continentia duorum adolescentum.
Vidā si delis ficus portauit Iohanni dispensatori ecclesiæ, quæ erat in Scythi, quas
ille statim per duos fratres adolescentulos misit seni infirmo in interioribus so-
litudinis commoranti. Cumq; fratres illi essent in uia, repente densa nebula sic ac-
rem obscurauit, q̄ iter perdidit, atq; per totam diem ac noctem discer-
rentes per eremum, cellam senis infirmantis non poterant inuenire nam decem & octo mi-
libus eius cella distabat ab ecclesia. Tandem adolescentuli præ lassitudine & labore, præ
fame & siti deficientes, genibus in oratione fixis spiritum domino reddiderunt. Qui per ue-
stigia sua diu quæsiti inuenti sunt expirasse, & ficus intactas seruasse: Nam potius elegerūt
animam q̄ fidem depositi in seculo perdere: & uitam corporalem magis amittere, quam spi-
ritualis patris mādātum infringere. Discamus ergo & nos in omnibus fideliter obedire, atq;
ut beatissimus pater Macharius docuit, discretionem in cunctis seruare, & ita iugiter con-
uersemur, quasi die quolibet morituri, & quasi adhuc centum annis uicturi, ut nulla ira,
nulla commotio, nulla malitia perseueret in corde, nec per in discretum feruorem quicquā
se destruat.

Articulus XVII. Quantæ mansuetudinis monachum esse oporteat,
& de falsa quorundam mititate.

Monachus ad perfectionem tendens ab omni iræ furorisq; uitio alienus existat
& si aliquem fratrem delinquentem uelit corrigere, ita hoc faciat, sicq; aliū cu-
rare conetur, ut non seipsum lædat nec propriam mentem exacet, iræ aut im-
patientie morbo. Oportet etenim eum qui alterius uitium uult curare, spirita-
lier sanum esse, ne ei dicatur: medice, cura te ipsum. Quid ergo dicemus de his qui irā per
dies plurimos portant in corde, & rancorem contra eos quibus irati erāt, tenent in animo,
& uerbis se non irasci testantur, sed re ipsa & opere indignari atq; irasci probātur: quia nec
solita affabilitate illis loquuntur, nec congruenter eos appellant: atq; ob hoc se non delin-
quere nec irasci existimant, quia forinsecus uindictam non faciunt: quam quia manifeste
exercere nequeunt aut non audēt, uenenum iracūdiæ in proprium damnū uertunt, eam
in proprio corde coquendo, tractando ac reuoluendo, atq; silenter eam in seipsis consumē-
do: quia non uera mansuetudine eam expellunt, sed processu dierum eam dirigentes, pro-
tractione temporis mitigant eam utcunq; seu aliquo modo. Hi igitur fallunt seipsos, & pe-
riculose sibi met blandiuntur, cum finis uindictæ sit, ut ira instigāte quis faciat id quod po-
test, quod isti facere demonstratur: quoniam motus suos non affectu mansuetudinis, sed im-
possibilitate cohibent ultionis: quia nil amplius inferre his quibus irati sunt possunt, nisi ut
eos solita affabilitate nō alloquant. Deniq; nō solū in effectu opis moderanda est ira, sed ab
arcanis peccatoris funditus eruenda, ne eius caligine obscurati, impediamur à susceptione
salubris consilij ac salutaris sciētiz, nec templū spiritus sancti esse possimus. Cohibitus nāq;
in corde furor, quamuis astantes homines non offendat, tamē splendidissimum lumē spiri-
tus sancti excludit, ac si esset prolatus in medium: nec ad momentum uult Christus iram in
corde manere, quæ nec spiritualia orationum nostrarum sacrificia permittit nos sibi offerre,
si alium aliquid contra nos habere cognoscimus. Præterea quidam sunt qui tam diu patie-
tes & humiles sibi uidentur, q̄ diu sunt soli, nec alicuius consortio admiscētur: sed q̄ passio-
nabiles sunt, apparebit si alicuius commotionis occurrat occasio: tunc nanque erumpunt
uitia quæ latebant: & tanquam equi indomiti otio longiore nutriti, acrius in damnū
miserorū

Mira fratrum
obediencia

Monachus pas-
sionibus uinci
non debet

Luc. 4

ira semper inha-
deranda

miferorū emergunt. Ideo proficere cupienti non sufficit contra homines non irasci. Interdum quippe etiam contra irrationabilia & inanimata prouocamur, male dicimus ac impia uerba proferimus: aut, quod pudor est dicere, sc̄tum porrigimus ex furore, sicq̄ interiora nostra excecantur & perturbantur, & grauius læditur anima nostra. Passiones ergo sunt radicatus extirpandæ, nec circa rem aliquam exercendæ.

Articulus XVIII. De peruersitate cuiusdam fratris acediosi.

Multa uitia parit in religioso acedia, quia & somnolentum reddit eum, & cum te dio in cella manentem, atq̄ ex aliorū uisitatione consolationes quærentem, & quicquid ad uetris spectat repletionem assidue cogitantem. Insuper facit eum feruentioribus inuidere atq̄ detrahere. Vnde dū cuidā fratri in congregatione iniunctum esset, quotidie certam quantitatem operis facere, & eam dispensatori presentare, uideretq̄ frater ille in cœnobio suo alium fratrem eo feruentiorē plus eo facientē quotidie, ne illius exēplo confunderet aut plus operari præciperetur, nec fratrem illum ab operis sui instantia postea retrahere, occultis persuasionibus induxit eum ad transmigrandum ab illa congregatione ad alium locū, asserens se perrecturū cum ipso, persuasitq̄ fratri illi præcedere, & illo in loco se expectare, certū ei locū præfigēs. Cumq̄ frater ille præcessisset, nec præ uerecundia ad pristinam congregationē auderet reuerti, impius ille persuasor mansit in claustro. Quo exēplo ostendit quāta uitia producat in monacho otiositas atq̄ acedia.

Articulus XIX. De operositate monachorū Aegypti, & de facto quodam abbat̄is Pauli, & de doctrina abbat̄is Moyfi.

Sancti patres nequaquā patiebantur in Aegypto monachos maxime iuuenes esse otiosos: & monachi illi non solum non acceperūt necessaria uitæ ab alijs, sed de proprijs quoq̄ laboribus, refecerunt non solum peregrinos aduenientesq̄ fratres, sed etiam fratribus in Libya cōstitutis sterilitate terræ & fame afflictis atq̄ incarceratis in urbibus, magnam miserūt uictus substantiam de se, manuū suarum rationabile & uerum deo sacrificium offerētes. Hinc sanctorū patrum hæc est antiquissima ac probata sententia. Monachū operantē dē mone uno tētari, otiosum uero innumeris dæmonibus impugnari. Deniq̄ abbas Paulus, probatissimus pater cum in eremo uastiori ac remotiori moraret, tibi ex palmæ fructibus ac modico hortu uictū haberet sufficientē, nihilominus quotidie ex palmæ folijs fecit opus manuale, quasi ex illius pretio sustentandus fuisset. Cumq̄ ex operibus totius anni spelunca sua fuisset impleta, omnia concretauit: quoniā tam remote habitauit a uillis & oppidis, q̄ uectura seu deportatio operū suorum ad habitata loca amplius constitissent, q̄ opere pretium fuit hoc docens exēplo, q̄ necessarium sit monacho opus manuū exercere ad euadēdum cogitationes prauas & otiositate atq̄ acediam. Insuper cū abbas Cassianus circa principium habitationis suæ in eremo dixisset sanctissimo abbat̄i Moyfi, Quia heri fui ab ipsa acedia grauissime molestatus, nec potui liberari ab ea nisi protin' ad cellam cucurisssem Pauli abbat̄is, ille respōdit non te liberaui ab ea nec eam uicisti, sed magis te ei deditum ac subditū præbuisi. Grauius namq̄ te de cætero tanq̄ desertorē cellæ ac fugitiuum spiritus acedie impugnat, quē a conspectu uidit fugisse, nisi de cætero ei resistas, non ex eundo de cella aut somni admittendo torporē, sed patientia ac insistentia opere bonorū assidua. Vnde per experientiam est probatum, tentationem acedie non declinando esse fugiendam, sed resistendo uincendam. Idcirco semper aliquid boni agamus, & uicissitudine actuum uirtuosorū superemus pigritiam, nunc orando, nunc psallendo, nunc meditando, nunc studendo, nunc scribendo aut alia opera maxime a præsidente iniuncta, agendo: quod si istud alicui ad tempus difficile fuerit, inferat sibi ipsi uolētiam salutarē per aliquot dies, faciendū sibi usum bonum, quāuis cum tædio & labore, & inuocet dei auxilium, sicq̄ in breui experietur profectum, & sentiet gustum in præcatis uirtutum operibus.

Articulus XX. Introductio exemplaris, qualiter uana gloria tentat ac decipit hominem.

Vana gloria periculosum & inquietum est uitium non cessans uexare uirū deo tum: & quo magis deijcitur, magis insurgit. Perfectos quoq̄ impugnat, & post omnium cæterorū extirpationem uitiorum mentem inuadit. Vnde & Ezechia uirum sanctū, ad cuius petitionem centum octoginta quinq̄ milia hominū angelus interemit, in castris Assyriorū, & sol redijt retro per lineas decem, uita quoq̄ eiusdē Ezechie per quindecim annos est prolongata, post omnia illa superauit gloria uana in legatione nuncioꝝ regis Babylonis. Similiter Oziam regem post multos actus uirtutū uicist hæc

Passiones radicatus sunt extirpandæ

Honestū Pauli exercitium

monachus opere manuū exercere debet

Memorable abbat̄is dicitū

4. Reg. 20
2. Paral. 29
Ila. 38

hæc pestis, quia sacerdotale sibi usurpauit officium. Deniq̄ quosdam intantum uincit & occupat gloria uana, ut putent se ueraciter agere, quæ solum ex phantastica agunt illusione. Vnde dum senex quidam isset ad uisitandum quendam fratrem in Scythi, & appropinquans celled fratris audisset eum loquentem, substituit parum, cupiens scire quid legeret de scripturis. Cumq̄ aurem diligentius applicuisset, audiuit eum quasi exhortatorium facere in ecclesia sermonem ad populum: & finito sermone, rursus mutato officio, quasi celebrare catechumenis missam. Tunc senex pulsauit, & frater eum reuenter accepit, atq̄ interrogauit quando uenisset. Cui senex grate ioculariterq̄ respondit: Modo ueniebam, quando tu missam catechumenis celebrabas. Eradicemus ergo hoc solidissimum uitium, scientes omne nostrum meritum esse dei donum, iuxta illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti: & igitur in deo duntaxat esse gloriam, & ei regratandum.

Articulus XXI. De quorundam infelici superbia.

Frater quidam cuidam probatissimo seniori reuelauit, se turpissima tēratione uexari: Nam contra usum naturæ desiderio parienti magis q̄ inferendi in tolerabili ardore libidinis urebatur. Tunc senex tanq̄ spiritalis uerusq̄ medicus, animæ causam tam uilissimæ tentationis aduertens, cum graui ait suspitio: Nequaquā tam nequissimo spiritui permisisset te dominus tradi, nisi blasphemasses in eū. Quo audio frater ille cecidit ad pedes senis, uehementer admirans, q̄ interiora sua tam cito uidisset: & fatebatur se in dei filium blasphemasse. Hinc sancti patres dixerunt, q̄ propter superbiam meretur homo a deo relingi & carnalibus uitijs implicari, ac multipliciter cadere: similiter propter blasphemiam. Deniq̄ frater quidam a suo increpatus abbate, cur humilitatem quam principio suæ renuntiationis aliquantulo tenuit tempore, iam paulatim relinqueret, & diabolica inflaretur superbia: ille respondit cum contumacia maxima: Nūquid ad hoc me humiliari ad tempus, ut semper sim subditus? Ad quod tam effrenatum ac sceleratum responsum ita obstupuit abbas, & omnis sermo eius defecit, tanq̄ qui non ab homine sed a Lucifero uerba illa audisset, nec aduersus tantam proteruiam potuit aliquid loqui, sed gemitus tantum atq̄ suspiria emittebat, cum de Christo dicat Apostolus, q̄ factus est obediens usq̄ ad mortem nō ad aliquatulum tempus. Itaq̄ superioribus nostris semper humiliter respondeamus: & quo diutius in monasterio uiuimus, eo humiliores ac obediētiore esse conemur, ne paulatim tepescentes, superbiæ ac præsumptionis laqueis inuoluamur, & ambitiofi effecti, optemus magis præ esse quam subesse & obedire, prout religiosi non in uera humilitate ac obedientia proficientibus solet contingere. Hæc exempla ex primo uolumine Cassiani, uidelicet Institutis patrum sunt sumpta. Consequenter recitabuntur quæ in secundo ipsius libro, ut puta primo codice Collationum sanctorum patrum habentur.

Articulus XXII. De rigore & sapientia abbat̄is Moyfi, atq̄ inseparabili fidelitate Cassiani & abbat̄is Germani: de illusione quoque

Iohannis abbat̄is.

Iohanni Cassiano ab exordio spiritalis militiæ tam in diuiduum contubernium atque consortium fuit cum abbate Germano, tam in cœnobio q̄ in eremo, ut omnes in solitudine ad corroborandam propositi eorum parilitatem ac amicitiam, dicerent unam mentem ac animam duobus inesse corporibus. Hi pariter abbatem Moysen accesserunt, & uerbum ædificationis postulauerunt ab eo cum lachrymis scientes hunc est rigorem animi eius, ut doctrinam perfectionis nequaquā proponeret nisi his, qui eam fideliter cupiebant, atq̄ cum omni cordis affectione ac contritione quærebant. Deniq̄ inter probatissimos patres in eremo Scythi morantes, abbas Moyses dulciter flagrās non solum actuali sed & theoretica seu cōtēplatiua perfectione sublimiter radiabat. Hic duas fecit collationes uenerabilibus patribus Cassiano atq̄ Germano: primam de destinatione & fine monachitæ secundā, de gratia discretionis. Porro in secunda collatione refert de sancto abbate Iohanne, quem admodum a spiritu in discretionis fuit semel deceptus: Cum enim abbas ille Iohannes exhaustu corpore refectionem per duos dies continuos distulisset, postmodum ei ad refectionem eunti apparuit dæmon in forma tetri Aethiopsis, & ad Iohannis genua ironice se proferens, dixit: Indulge mihi abba, quia ego tibi hunc laborem imposui. Si tero talis ac tantus pater taliter fuit illusus, quantum nos timere oportet, ne sub specie boni decipiamur. Ideo deum iugiter deprecemur, ut ab omni diabolica illusione, circunventione, tēratione nos liberet. Transfiguratur namq̄ se satanas in angelum lucis. Propterea discretionis spiritu maxime indigemus.

2. Paral. 25

1. Cor. 4

Propter superbiam & blasphemiam homo a deo relingitur

Phil. 2
Humilitas monachorū, tepore auerget debet

Cassiani & Germani amicitia summa

Perfectio doctrina nō oib' proponenda

2. Cor. 11

1. Reg. 19

Saul primus rex Israel in discretione deceptus est, & deum dire offendit, acceptabiliora æstimans domino sacrificia sua quam obedientiam præcepti sibi per Samuellem prophetam iniuncti. Sic & Achab rex Israel fuit deceptus post miraculosam uictoriam contra Syros, parcens regi eorum, meliorem iudicans suam misericordiam quam diuini præcepti rigorosam executionem. Præterea tempore abbatis Moyfi fuit in Scythi fenex nomine Heron, qui magis quam quinquaginta annis uixit in eremo illa, singularem abstinentiæ distributionem obseruans, atque deserti secreta ultra omnes ibi habitantes miro seruro amplectens: hic tantus propter indiscretionem suam à diabolo decipi est permixtus nam proprio iudicio maluit regi, qui consilijs & collationibus institutis fratrum ac patrum obedire ac gubernari. Nam tanta distributione seruauit sua ieiunia & cellæ secreta, quod nec in solennitate paschali acqueuit cum fratribus manducare, sed solus fugit ad cellam, ne uel modica sumptione paruulæ leguminis uideretur suum propositum relaxasse: qua presumptione angelum Satanæ pro angelo lucis cum ingenti ueneratione accipiens, & eius persuasione prompte obediens, ex demonis illius persuasionem in profundissimum puteum se in tempesta nocte proiecit: quia promiserat ei diabolus, quod propter labores suos ac merita nulatenus læderetur, sed ille us exiturus esset de puteo, qui fuerat tam profundus, quod eius profunditatem ac fundum oculus corporalis nequibat percipere: de quo dum grandis fratrum labore fuisse penè exanguis extractus, & super hoc omnes in eremo uehementissime tristarentur, ipse die tertio moriturus, quod peius est, in suo permansit obstinatus errore, ita quod nec experimento suæ mortis ei poterat persuaderi, quod diabolica fuisset calliditate illusus: unde à presbytero Pafnutio uix precibus potuit obtineri, ut non inter perfidos reputaretur, & memoria atque oblatione defunctorum iudicaretur in dignis. Ecce quod detestabile est uitium singularitatis, quod periculosa est indiscretio, quod uitiosa est immansio proprii sensus, & quanta mala oriuntur in religioso ex illis. Simus ergo in omnibus dociles, dirigibiles, singularitatem, ostentationem & omnem uanitatem odientes ac fugientes, nec aliquis sit securus, sed omnes simus iugiter timorati, non in annorum numero spem ponentes, nec de corporalibus exercitijs præsumentes, sed de profectu ueræ humilitatis ac obedientiæ gloriemur in domino.

Heron à demone punitus in puteo se precipitauit

Mich. 5

Articulus XXIII. De duorum fratrum deceptione & unius eorum perditione.

Mazites mortalium ferocissimi

Duo fratres per uastissimam eremum ambulantes, nullam escam sumere decreuerunt, nisi quam per seipsum deus eis præstaret: quos cum per desertum errantes atque esurie deficientes, Mazites qui sunt ferocissimi homines, conspexissent, eis ex compassione cum panibus occurrerunt: à quibus unus fratrum illorum distributione subueniente, cibum accepit, reputans sibi à deo missam escam: quam tam crudelissimi homines sibi contra suam consuetudinem spontaneè obtulerunt: sunt enim homines illi ita feroces, quod non desiderio prædæ, sed sola crudelitate ad effusionem sanguinis impelluntur. Porro alter frater in sua discretione perdurans, cibum ab illis accipere noluit, quia à deo sibi non præstaretur: & quamuis amborum decretum siue propositum non sumendi cibum nisi à deo, ex in discretione ac reprehensibili persuasionem dependit, unus tamen succurrere discretionem, id quod incaute ac temere cõceperat, emendauit. Deum ergo quotidie exoremus quatenus lumine sanctæ discretionis, quæ est uirtutis auriga, directrix ac custos, corda nostra de die in diem copiosius illustrare dignetur.

Discretio, uirtutis directrix

Articulus XXV. Qualiter satanas in specie angelis sancti monachos duos decepit.

Gene. 22

Cuidam fratri diabolus diu ac sæpe in forma angeli boni apparuit: cuius reuelationibus credidit ille, tenens quod esset angelus lucis: singulis quoque noctibus satanas ille cellam fratris repleuit lucis: Tandem fratri præcepit, ut filium suum secum morantem occidens offerret deo, quatenus per hoc compararetur Abraham patriarchæ. Cui præcepto frater protinus obediit, nisi puer uidens eum extra consuetudinem cultellum acure, & uincula quæ rere, quibus se posset ligare, ex timore fugisset. Præterea in Mesopotamia monachus fuit in cella solitarius manens, tam rigorosam abstinentiam faciens, ut uix paucissimi potuerunt eam sequi. Iste multis annis sic uiuens, post tantos labores atque uirtutes quibus omnes monachos ibi habitantes excessit, ad extremum ita

ita diabolicis apparitionibus, reuelationibus somnijsque deceptus est, ut Christiana fide relicta, ad Iudaismum & circumcissionem corrueret: uolens namque diabolus eum decipere, primo per multos dies ei multa uerissima reuelauit: deinde ostendit ei populum Christianum cum apostolis ac cæteris eius principibus in magna miseria constitutum: lucos uero cum Moyse & prophetis in gloria magna, suafitque monacho, ut si uellet beatitudinem adipisci, ad Iudaismum conuerteretur. Ex his exemplis reddamur cauti & timorati, ne somnijs nostris ac uanis phantasmatibus credamus, nec facilliter reuelationibus aut apparitionibus si dem adhibeamus, sed in primis illuminationem spiritus sancti cordialiter inuocemus, quatenus quod uerè est, nobis inspirare, atque ab omni deceptione præseruare dignetur. Hinc etiam non sumus curiosi reuelationes aut apparitiones desiderando, ne inuoluamur periculis, sed superiorum nostrorum informationibus obtemperemus, & eis ac uiris sapientibus uirtutis, expertis, discretis, cordium nostrorum pandamus secreta, atque eorum consilijs stemus: per hoc namque maxime superatur diabolus, ac uera obtinetur discretio.

Reuelationibus & apparitionibus non temere credendum

Articulus XXVI. Recitatio abbatis Serapionis.

Dixit abbas Serapion: Cum adhuc adolecentulus habitarem cum abbate Theona, ex suggestionem diaboli quotidie unum paximacium, id est panem certi ponderis, abbate ignorante subtraxi & manducaui: quod quamuis praua consuetudine ac delectatione continuaui, tamen manducatione illa furtiua completa, plus remorsu conscientiæ affligebar quam manducando delectabar. Cum autem quadam uice abbas ille fratribus ad se uenientibus contra gulæ uitium atque tyrannidem loqueretur, & quemadmodum manifestationem propriarum cogitationum & actionum inimicus uincat, cogitans ego quod deus reuelasset mihi quod feci, post occultos gemitus in apertos singultus lachrymasque prorupi, & paximacium quod subtraxi producens in medium, ueniam in terram prostratus cum multis lachrymis postulauit. Dixitque fenex: Cõfide ò fili, absoluit te de uinculis uitij huius tua confessio me tacente, & aduersarium tuum diabolum nunc fortius tua humili confessione uicisti, quod ipse te antea superauit. Adhuc sene loquente, ecce quasi fumus aut lampas accensa de sinu meo egrediens, cellamque exiens, ita totam cellam repleuit fetore, ut uix in ea possemus sedere, nec unquam me amplius têtatio illa inuasit. Tunc ait fenex: Ecce ueritatem uerborum meorum dominus tibi uisibiliter demonstrauit, ne hostiam pulso amplius præstes locum.

Confessione diaboli foriter uincitur

Articulus XXVII. De edacitate cuiusdam fratris.

Fuit institutum in Scythi, ut unusquisque fratrum quotidie duobus paximacijs esset contentus. Erat autem ibi frater, cui hæc obseruatio erat difficilis, iccirco protraxit ieiunium usque in tertium diem, ita quod die suam reflectionem immedie sequente nihil comedit, quatenus tertio die quatuor paximacia manducando posset se saturare: quod pertinaciter fecit ad tempus, & tandem quoniam proprio iudicio magis quam patrum informationibus acqueuit, à deo relictus ad seculum rediit. Quid ad istud dicemus? Sit tibi culpabile reputabat solo pane se saturare, quod de nobis ipsis sentire debemus, qui cibis diuersis & potibus delicatis usque ad saturitatem replemur quotidie. Nonne infinitam habemus rationem, imò ut sic loquar coactionem humiliandi nos ipsos & paruipendendi conuersationem hanc nostram?

Articulus XXVIII. De uita atque uirtutibus sancti abbatis Pafnucij.

In exercitu illo anachoretarum in Scythi commorantium qui tanquam splendidissima astra in tenebris huius mundi fulgebant, fuit uir sanctus Pafnutius presbyter congregationis loci illius, qui in solitudine illa uastissima usque ad finem uitæ suæ durauit, nec cellam mutauit in qua cepit iunior habitare, cum tamen cella sua per quinque miliaria distaret à loci illius ecclesia. Denique sabbato aut die dominica ad ecclesiam ueniens, ne uacuis rediret ad cellam, uas aquæ quæ per totam utebatur hebdomadâ proprijs humeris ad cellam suam portauit. Cumque nonaginta esset annorum & amplius, nunquam permisit sibi uas illud portari ab aliquo iunior. Hic sanctus uir in adolescentia sua in cenobio uixit, & ibi in omni humilitate, obedientia cæterisque uirtutibus miro seruore profecit: deinde sublimioris uitæ desiderio inflammatus, eremum est ingressus, & secretiora solitudinis penetravit laetitia, ubi tanto seruore diuinorum contemplationi & uitæ quietissime fuit intentus, quod & anachoretarum superauit uirtutes, & uniuersorum uitauit aspectus intantum, quod ab ipsa anachoretis difficulter atque rarissime poterat retineri, ita quod angelorum quotidiano consortio delectari ac perfrui credebatur: à patribus quoque ob suam nimiam abstractionem

Peritiam decepti abbatis labor

Pasnutius bubalus cognominatus

tionem cognominatus est bubalus. Tamen igitur patris accendatur exemplis, eius humilitate, obedientia & seruore, profenerata contemplationisq; assiduitate erudiamur ac proficiamus.

Articulus XXIX. De perfectione abbatis Danielis.

Eniq; inter ceteros Christiane sapientiae patres fuit Daniel abbas in eremo Scythi habitans ceteris patribus sibi habitantibus, compar uirtutibus, sed humilitate peculiari decoratus, quem merito suae masculitudo ac puritatis, sanctus Pasnutius fecit ad diaconatus officium promoueri: imo eius uirtutibus intantum congratulabatur abbas Pasnutius, q; eum procurauit paulopost ad sacerdotium sublimari, cupiens eum sibi successorem relinquere in sacerdotij actu & ordine: ueruntamen abbas Daniel pristinam humilitatem non deserens, nunq; praesente beato Pasnutio sacerdotale fecit officium, sed celebrare Pasnutio tanq; diaconus ministravit, & tamen in hac parte Pasnutius spe sua frustratus est, quamuis in alijs multis gratiam habuerit prophetiae, na abbas Daniel ante eum migravit ad dominum. Erat autem uterq; spiritu sapientiae mirabiliter adimpletus.

Articulus XXX. De puritate & eminentia abbatis Sereni.

In sanctus re & nomine Serenus, praclarus sanctitate ac continentia fuit ornatus, cuius interior uirtus ac sanctitas non solum in actu eius ac moribus, sed etiam in uultu eius mirabiliter resplendebat, specialiter tanta uirtus castitatis ei collata est, q; nec in somno neq; in uigilia naturalibus carnis incentiuis seu motibus inquietabatur. Cum enim deum die ac noctu incessabilibus precibus, ieiunijs atq; uigilijs exorasset pro uirtute & gratia internae castitatis cordis ac animae, & iam se in hac re exauctum experiret, ita q; nullos concupiscentiae affectus sensit in corde, suauissimo castitatis gustu recreatus & inflammatus, maiorem munditiae desiderauit perfectionem, coepitq; interioribus ieiunijs, uigilijs obsecrationibusq; insistere, deum rogans ut tantam ei castitatis multitudinem dignaretur praestare, ut nec naturali ac simplici concupiscentiae motu pulsaretur in corpore. Nempe cum praefatis modis deum diu cum lachrymis inuocasset, uenit ad eum angelus dei in uisione nocturna, & uentrem eius quasi aperiens, quandam igneam carnem strumam seu massam de uisceribus eius euellens atq; reiciens, & caetera intestina locis suis restituit, dixit: Ecce incentiua tuae carnis abscissa sunt, & obtinuisse te scias perpetuam corporis puritatem, quam fideliter poposcisti. Itaq; tam beatissimi patris exemplo studeamus concupiscentias carnis reprimere, & stimulos eius uitare, omnemq; occasionem carnalium desideriorum ac mortuum euitare, atq; pro gratia ista dominum assidue inuocemus ac seruide, sobrietati quoq; operam demus, & tactum incautum, similiter uisum incircumspectum, cogitationes etiam indecentes, impuras, illicitas fugiamus.

Articulus XXXI. De castigatione prima abbatis Pauli.

Sanctus uir abbas Paulus, quietae solitudinis atq; silentio ad tantam mentis puritatem peruenit, ut non solum uultum sceminarum, sed & uestes earum nollet aspiciere. Cumq; cum abbate Arthebio pergeret ad uisitandum quendam seniore, & mulierem sibi obuiam uideret, tam celeri fuga ad suam redijt cellam, ut nullus a facie leonis aut draconis tam uelociter fugeret, ita q; nec clamore ac precibus abbatis Arthebii potuit reuocari, quod quamuis zelo castitatis aut puritatis sit factum, quoniam tamen non secundum scientiam, sed indifcrete praesumptum est, quia non solum familiaritatem sceminarum, sed & figuram earum execrabatur: circo tali ac tanta castigatione mox a deo percussus est, q; totum corpus ipsius fuit paralyti dissolutum, nec ullum membrum ipsius potuit pristinum exercere officium, non manus, non lingua, non oculus. Insuper ad tantam infirmitate deuenit, q; a solis mulieribus poterat ei ministrari ac subueniri. Vnde ad sacrum uirginum monasterium deportatus, cibum ac potum, quos nec signo potuit petere, de manibus foeminarum accepit, & in cunctis necessitatibus corporis foeminarum seruituit ei benignitas per quatuor annos, uidelicet usq; ad finem uitae suae: qui licet in tantis esset languoribus constitutus, tanta tamen uirtutum gratia processit ex eo, q; infirmi in Christi oleo, quod corpus ipsius tetigerat, protinus curabantur: & tanta fecit miracula, q; etiam infideles considerauerunt infirmitatem eius ex diuina dispensatione ac paterna dilectione sibi esse immisam: gratiam uero sanitarum quam agebat in alijs, sibi a deo praestari in testimonium suae puritatis, & pro manifestatione meritorum suorum. Ecce quomodo deus electissimos suos arguit & castigat in uita praesenti.

Sereno carnis incentiuis diuini uisus oblata

Paulus mulierum color

Apoc. 1. 3 Heb 12

Articulus

Articulus XXXII. De castigatione consimili abbatis Moyfi.

Razerea abbas Moyfes cum esset uir singularis atq; eximiae sanctitatis, tamen quicquid cum abbate Machario disputas, unum sermonem durius protulisset contra Macharium, quadam opinione praeventus, tam diro daemone confestim est traditus & obfessus, q; humanas egestiones per os suum eiecit hinc ingessit quod flagellum deus misericorditer ei inflixit, ne uel modica culpa per aliquatulum tepus maneret in eo, sed mox curaretur ab illo, de cetero quoq; coestiter cautior. Vnde & statim abbate Machario pro eo orate, spiritus immundo ab ipso fugatus est. Hinc etiam constat, quod contemnendi non sunt qui immundo traduntur spiritui: quia pro eorum purgatione & salute frequenter hoc accidit.

Non ois coemendat qui spiritui traduntur immundo

Articulus XXXIII. Qualiter duo philosophi & magi per sanctum Antonium sint conuersi.

Magis artibus instructi duo philosophi, & beato Antonio inuidentes propter celebritatem suae famae & copiosum concursum hominum ad eundem, eum quoq; despicientes uelut imperitum & idiota, uoluerunt eum turbare, & ad minus de cella sua expellere miseritq; ad impugnan dum eum pessimos demones. Sentiens autem Antonius cogitationes malignas oriri in se, signum crucis pectori suo ac fronti impressit, suppliciterq; orauit, ita quod demones ei approximare nequaquam audebant & sine effectu redierunt ad magos. Tunc magi spiritus ne quiores miserunt ut impugnarēt sanctum abbatem Antonium quibus similiter absq; effectu redeuntibus, magi adhuc tertio miserunt nequissimos spiritus quibus item nihil proficientibus, cognouerunt magi magnam inesse uirtutem fidei Christianae, & ueniētes ad beatissimum patrem Antonium, narauerunt ei quicquid ei egerunt, & cur eum expellere uoluerunt, & petierunt se fieri Christianos. Discamus ergo & nos uniuersis daemorum tentamentis orando, dominicam passionem rememorando, crucis signaculo nos armando, ac caetera uirtutum exercitia peragere & resistere ac preualere, quemadmodum scriptum est: Resistite diabolo, & fugiet a uobis. & rursum: Nolite locum dare diabolo, hoc est impijs cogitationibus nolite immorari, condelectari, consentire.

Tentationibus quod resistat, Iaco 4 Ephe. 4

Articulus XXXIII. De occisione quorundam sanctorum eremitarum ab infidelibus.

In partibus Palaestinae iuxta uicem Thecae de quo oriundus fuit Amos propheta, amplissima solitudo est usq; Arabiam & mortuum mare extēta, in qua sanctissimi monachi diu commorati, repente a latrunculis Saracenorum sunt interfecti: quorum corpora tam a pontificibus regionis illius quam a populo Arabum tanta sunt ueneratione suscepta & inter sanctorum martyrum reliquias condita, quod duarum urbium innumera-biles habitatores inter se usq; ad gladiorum conflictum rixati sunt, qui illorum sanctorum corpora obtinerent: alij de uicinitate commorationis illorum, alij de originis propinquitate gloriantibus. Porro Cassianus & abbas Germanus mirantes q; uiros tam sanctos permittit deus ab impijs trucidari, perrexerunt ad abbatem Theodorum habitantem in Cellia, qui locus inter Nitriam & Scythi situs, per quatuor miliaria distat a Nitria, & per octoginta miliaria ab eremo Scythi, interrogauerunt sanctum patrem Theodorum, cur iustus deus permittit tam perfectissimos uiros a prauissimis occidi hominibus? Sup quo Theodorus fecit eis pulcherrimam collationem, docens quod deus permittit iustos in uita hac a reprobis & perueris multipliciter tribulari ex causa multiplici, ut scilicet a suis quotidianis purgentur peccatis, atq; in gratia crescant & gloriosius coronentur, alijs quoq; in exemplum patientiae proponantur, & Christo propter se passio plenius conformentur. Simus ergo & nos in omni tribulatione ueraciter patientes. Et quoniam uiri sancti tam durissima aduersa perpeffi sunt etiam absq; propria culpa, quamuis non sine rationabili causa, discamus saltem parua aduersa quauimenter pati, & pro nostris defectibus ac peccatis corripi ac castigari non dedignemur.

iustus cur de tribulari permittit

Articulus XXXV. De importuno labore fratris cuiusdam.

Quidam probatissimus senior transiens iuxta cellam cuiusdam fratris, uidit eum graui malleo frangere durissimum lapidem. Vidit quoq; Aethiopo iuxta fratrem stantem & secum percutientem, atq; ad operis illius importunam & indiscretam instantiam ignitis facibus instigantem. Cumq; frater praesessu dine uellet parum quiescere aut operi finem imponere, rursus a daemone inflammatus, coepit percutere. Quod senior ille diu intuens, & contra tantam diaboli illusionem commotus, diuer-

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

tit ad cellam fratris, & cum salutans, quid agis inquit d' frater: Laboramus ait contra faxi istu d durissimu. Dixitq; senex: Bene dixisti, laboramus: quia non solus eras percutiens, sed asistit tibi non tam uerus adiutor q' uiolentissimus instigator, quem non uidisti. Ex hoc exē plo instruimur, ne alicui opi exteriori in discrete insistamus, sed cōgrua hora cessemus seu interrumpamus, præsertim dum ad diuina sit pulsus: aut aliud salubrius est agendum, uel præfide's aliud quid iniungit. Veruntamen multi instar præfati fratris immoderato seruo re occupationi insunt exteriori, & similiter ut frater ille à dæmonibus illudunt. Hucusq; introducta sunt exempla in primo Collationum patrum uolumine: sequitur narratio exē plorum ex libro Collationum secundo.

Articulus XXXVI. De sancto Arthebio episcopo & beatis simo Chære mone abbate.

Vir sanctus Arthebius de quo superius facta est mētio, de uita & ordine anachoretarum in episcopum est assumptus, & in episcopatu nihil de pristina humilitate omisit, nihil de rigore & cordis custodia relaxauit. Hic sanctus uir Cassianus & Germanum abbatem ad se uenientes accepit piissime, atq; eorum desiderio cognito, ait: Venite & uidete senes non longe à nobis morātes, quorum sanctitas in eorum uultu resplendet, ita quod solus eorum aspectus magnam confert intuitibus ædificationem. Itaq; primo duxit eos ad abbatem Chæremone uultu alacrem & iucundum, qui cū plus quam ceterum esset annorum, ita orationum assiduitate & ætatis uetustate incuruatum est dorsum eius, quod quasi in primæ uam redactus infantiam progrediebatur, porrectis atq; submissis manibus tenens terram, non tamen prioris conuersationis dimisit rigorem. Hic abbas dignissimus ad uehementem humilitatemq; instans Cassiani & Germani tres præclaras fecit collationes, primam de perfectione castitatis, secundam de charitate, tertiã de protectione dei & libero arbitrio. Denique in Collatione illa de castitate ostendit, quod ad illam sublimem castitatem, quam euangelicæ legis sapientia docet nullus philosophorum peruenit, nec aliquis absq; supernaturali dei auxilio ualeat pertinere. Et inter cætera refert, quemadmodum quidam physionomie peritus, uiso Socrate philosophorum famosissimo, dixit: Ecce corruptor es puerorum. Quo audito, discipuli Socratis uoluerunt in uirum illum insurgere, & quasi iniuriam sui magistri uindicare: quos ipse compescuit, dicens: Sum quidem, sed contineo. Itaque exemplo sancti Chæremonis studeamus uiriliter agere & discretum seruare rigorem usq; in finem. Postremo exemplo Socratis, qui ex naturali dispositione fuit tam corruptissime inclinationis, & tam per diligentiam & laborē suum fuit inter suos tanquam optimus, animemur & accedamur ad superandum nos ipsos & proprias infectiones ac prauas affectiones, inuocando indefinenter auxilium spiritus sancti, & item quod in nobis est, instanter atq; fideliter peragendo.

Articulus XXXVII. De iustitia cuiusdam uiri secularis qui in coniugio absq; carnali copula uixit.

Retulit fratribus abbas Iohannes, quod quadam uice habens secum quendam ferocissimo dæmone obsessum, cum adiuraret dæmonem ut exiret, dæmon eius præcepta ac adiurationes despiciens, protestabatur se propter eas non egressurum de homine illo. Cum uero quidam uir secularis ad Iohannem abbatem intraret, portans ei quasdam primitias frugum suarum, dæmon uiri illius a ductu perterritus, & nomen eius cum maxima reuerentia exprimens, statim exiit ac fugit. Quod abbas Iohannes ualde admirans, cepit ad uiro illo inquirere, quæ esset conuersatio sua. Qui dixit se esse secularem & uxoratum. Tunc Iohannes uirtutem & excellentiam gratiæ eius confederans, diligentius sciscitabatur quæ nam esset quotidiana ipsius uita: qui ait: Rusticus sum & quotidianum uictum opere manuum mearum acquirō, nec alicuius boni mihi sum conscius, nisi quod nūquam ad ruralia opera ex eo mane, neq; de sero ab eis domum reuortor, nisi prius in ecclesia pro quotidiani uictus adeptione deo honorum omnium largitori gratias agam: nec unquam de fructibus meis quicquā mādūco, nisi prius eorum decimas atq; primitias deo obtulero, nec unquam boues meas per alienam messem transduco, nisi prius ligauero ora ipsarum, ne aliquid damni inferam proximis meis. Præterea cum abbas Iohannes ista omnia nequaquam tanti meriti reputaret, ut propter ea uir ille sibi præferretur & potentior esset apud deum, ideoq; uirum illum diligentissime interrogaret, quid nā occulti boni oparet, quo tātæ uirtutis & efficacis esset ille rā sollicita inquisitione astrictus, rēdit: Ante quatuordecim annos cū monachus fieri uellem, uī & præcepto patrum meorum cōpulsus

Labore nonnūq; interrumpendi

Rigor discreti seruandus Affectus uincendi

Innocentissimi ciuita

Mira eiusdem continentia

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AVTHENTICIS. 400

compulsus, duxi uxore, quā alio nullo sciente usq; in presens, uirginē loco sororis custodios quo audito sanctus abbas Iohannes summe miratus est, & corā uiro illo clamauit: Non im merito dæmon qui me desepit, tuā pœnitentiā tolerare non potuit, quoniam tu tot annis seruasti, quod ego non solum in iuuentutis seruire, sed nec modo in senectute mea attemptare audeō. Itaq; uiri illius exemplo simus amatores, ac indeficientes obseruatores iustitiæ, nec aliquē scandalizemus, eius quoq; comparatione despiciamus nos ipsos ualde, quod uno die seruaremus quod ille usq; in finē uitæ seruauit: si tanta atq; tam licita nobis esset facultas carnalis commixtionis ut fuerat ei. Nec paruipēdamus homines seculares, neq; nos ipsos eis inaniter preferamus: quoniā quæ occulta bona in eis sint profus nescimus, sed primum imperfecitū, & q; tam paræ in religione per tantum tempus proficimus, desicamus.

Homines seculares continendi

Articulus XXVIII. Qualiter sanctus Macharius mortuū suscitauit.

Bearus uir Nesteros in collatione sua de spiritalibus charismatibus inter cætera dixit: Perfectionis ac beatitudinis summa non in operatione miraculose, sed in charitatis puritate consistit: ideo sancti patres in eremo nunq; affectabant miracula facere, quāuis uirtutē faciendi miracula haberent sibi à deo collatā, nisi forte extrema & inuitabilis eos coartasset necessitas: quæ admodū abbas Macharius, qui solitudinē Scythi primus cepit inhabitare, rogatus à uiris catholicis, ut ueniens resisteret cuidā heretico Eumoniāno, quibus philosophicis argumētis & calliditatibus multoq; subuerterat fidē ne hereticus ille plures deciperet, & ut decepti ab eo, redirent ad fidem. Venit contra hereticum conflicturus: quē cum hereticus arte dialectica aggrediretur, & ad Aristotelis regulas ignorante uellet adducere, respondit sanctus abbas Macharius: Non in loquacitate est regnū dei, sed in uirtute. Eamus ad defuncto sepulchra, & Christum in uocemus super defunctū, qui primo occurrerit, ut ostendamus ex operibus fidē nostrā, & uere fidei documēta diuinæ operationis testimonio approbentur, atq; perspicuā ueritatē, non inani aut fallibili disputatione uerborū, sed uirtute signorū ac infallibili demonstremus. Quo audito, hereticus corā astantibus pudore perfusus, & necessitate quadā restrictus, proposuit cōditionem statim assentire & satisficere expauescens, dixit se die sequente uenturū. Porro die sequente cum plurimi confluisissent, cupiditate tantispectaculi, hereticus infidelitate conscientiæ suę perterritus, fugit, & uniuersum Aegyptū egressus est. Macharius autē plebē ab illo sedulam assumens ad sepulchrū perrexit, & inuēto antiquissimo quodā cadauere, dixit: O homo si mecū uenisset ille hereticus, filius perditionis, & eo astante nomen Iesu dei mei super te inuocassem, dic an ne corā plebe ista ab illo seducta surrecturus fuisset? Tunc ille defunctus confurgens, annuente respōdit propria uoce. Quē interrogauit Macharius, quis nam fuisset aliquādo in hac uita, uel in qua hominū fuisset ætate, & an nomē Christi nouit. Respōditq; ille: Sub antiquissimis regibus uixi, nec unq; tunc nomē Christi audiui. Cui Macharius Dormi, inquit, in pace cū cæteris in tuo ordine, à Christo in fine seculi suscitandus.

Regnū dei nō in loquacitate, sed in uirtute consistit.

Miraculosum mortuū resposum.

Articulus XXXIX. De duobus miraculis abbatis Abrahamæ.

Retulit q; abbas Nestoros uir in omni uirtute præclarus, & ingenti scientia decoratus, q; abbatē Abrahamæ merēdi causa ad Aegyptum pergente, occurrit ei mulier arida habens ubera, portans infantulū suum præ defectu lactis pene defunctum, quæ sanctū uirum lachrymis precibusq; pulsauit, ut sibi atq; puerulo succurrere dignaretur. Cui cū abbas Abrahamæ calicem aquæ signo crucis impresso, porrexisset potandum, & illa potasset, protinus ubera eius ceperunt lacte redundare copiose, & uere miraculose. Rursus cum idem abbas Abrahamæ ad quendam descenderet uicem, circūdatus est turbis infidelium ac subfannantium, atq; dicentium ei: Si seruus dei es, sana istum cōtractum, multis annis potestare ambulandi destitutum, & ut uides reptantem, ut nomen & fidem Christi, quem colis, uana non esse credamus. Tunc abbas Abrahamæ inuocato Christi nomine, se inclinans, & aridū pedem hominis apprehēdens, traxit eundem, cuius tactu mox eger ille sanatus est, & lætus abscessit.

Articulus XL. Narratio exemplaris de sancto abbate Pasnutio.

Multis annis sanctus pater Pasnutius in tam præcipua uixit districtione, q; credit se ab omni infectione ac laqueo carnalis concupiscentiæ penitus liberatū. Nā & multis rētationibus dæmonū de cōcupiscentia illa ipsum tentantiū, se sentie pualuisse. Cūq; quibsdā sanctis uiris ipsum uisitātib; aliquid refectionis pararet, manus eius in flāma in cibano uolūtate est læsa, propter qd cōtristatus est ualde, intra se dicēs

Quare flamma ita exterior pacē non habet mecū, qui duriora praelia uidelicet interiorē ignē concupiscentiē superauit? Dum igitur talia cogitans, aliquid obdormisset, apparuit ei angelus dei, dicens: Cur contristans Pafnuti q̄ exterior ignis nondū tibi pacatus est, sed lædit te, cum adhuc carnaliū motuū in te resideat stimulus cuius radices quandiu uiuunt in te, non permittent ignē exteriorē tibi esse pacificū, quē sine lachryone sentire non poteris, nisi omnes interiores concupiscentiæ motus hoc iudicio experiaris in te esse extinctos, ut scilicet nudā pulcherrimamq̄ puellā amplectens, nullo inordinato sensualitatis motu pulseris. Hac reuelatione instructus Pafnutius consolatus est, & humiliatit seipsum. Nemo igitur nostrū magnificet semetipsum, aut putet se aliquid esse cū nihil sit, magisq̄ cupiamus uirtus ac passionibus quā dæmonibus dominari.

Articulus XLI. De beato abbate Ioseph.

Elix uir iste abbas Ioseph, nobilitortus profapia ex Aegypto, & suæ urbis primarius, non solū lingua Aegyptiaca, sed & Græca facundia fuit diligenter instructus ideo non per interpretē, ut ceteri patres, sed per seipsum loquebatur Cassiano atq̄ Germano: & primam eis fecit collationem de uera amicitia eundā de diffinitione non temere faciendā. Hic Ioseph tam seculari prudentia q̄ spiritali sapientia excellenter oratus, in tanta cum suis discipulis abstinentia uixit, q̄ aquā saltam de mari quotidie bibit.

Articulus XLII. De magna patientia cuiusdam sceminæ nobilis in Alexandria.

Sanctus Piamon abbas pater & presbyter monachorū, multorū miraculorum ualde respēdit, & in præsentia Cassiani multa fecit miracula, re citauitq̄ ei duo patientiæ magnæ exempla, unum hoc fuit: Tempore sancti Athanasii Alexandrini archiepiscopi fuit in Alexandria scemina diues ac nobilis, deo in propria domo fideliter seruens, quæ in uirtute patientiæ tantū exercitauit seipsam, q̄ & occasiones quæ fuit ad uersitatum: uenit ergo ad sanctum Athanasium, dicens: Da mihi aliquā de pauperibus fororibus uiduis, quā repauescā, & cui ministrem. Tunc episcopus fecit ei dari uiduā cæteris uirtuosiorē ac probiorē, cui cum scemina illa ad tempus seruisset, & omni hora gratias actionem ac debitam reuerentiā pro suis obsequiis a paupere uidua reciperet, uenit rursus ad archiepiscopum: Rogauit te, inquit, ut præciperes mihi dari uiduā quā ego reficere. Putas ergo archiepiscopus commissionē suam non esse completam, quæ fuit à ministris cursum non implessent præceptū iā quibus cum cognouisset q̄ honestior uidua fuerat illi sceminæ data, occulte præcepit, ut pessimā omnium, ut puta magis iracundā, rixosam, loquacē præfatæ sceminæ darent. Itaq̄ talem uiduam multo facilius inuentā, dederunt sceminæ illi: quæ cū uiduā tam peruersam in domo sua optime tractaret ac procuraret, nihil pro tantis beneficiis ab ea recepit, nisi execrationes, conuitia, male dicta, & tandē etiā manum uiolentā iniicit peruersissima uidua illa in sceminā sibi tam p̄ssime ministrantē: quæ omnia scemina illa patientissime tulit, & uiduæ illi humiliter ac diligentius ministravit: tandē diu & bene exercitata à uidua illa, ad episcopum rediit, & gratias agens, ac dicens: Tandē mihi dedisti unā quam repauescere prima illa me potius suis gratiarum actionibus atq̄ obsequiis restitit gerat. Hoc sceminæ sexus exemplo de nostra impatientia cōfundamur, qui nec unū uerbū aliquantulum duxit aut iniuriosum uolumus pati, & si aliquis de beneficio sibi à nobis impensio nobis ingratus esse uidetur, statim beneficium illud abstrahimus ei.

Articulus XLIII. De patientia abbatis Pafnutij, & mira ac malitiosa inuidia cuiusdam fratris aduersus eum.

Cum abbas Pafnutius in solitudine Scythi adhuc iuuenis habitaret, & omni poleretur uirtute, atq̄ quotidie in omni cresceret dono ac gratia spiritus sancti: frater quidā eius famæ atq̄ profectui inuidens, & splendore uirtutū eius maculare desiderans, cum ipse Pafnutius ad ecclesiā dominicā die iuisset, frater ille cellā eius occulte ingressus, propriū librū abscondit in ea. Deinde quasi innocenter ad ecclesiā uenit, & celebratis diuinis, presbytero corā omnibus est conqueustus librū suū sibi esse furatū: de quo tam inaudito ibi facinore cunctis ualde stupentibus, territis atq̄ dolentibus, frater ille à presbytero procurauit, ut cæteris in ecclesia retentis, aliqui mitterentur per cellulas fratrum, qui quæretent librum: quo factū cum illi librū in cella inuenissent Pafnutij, portauerunt & præsentauerunt librū in ecclesia uniuersis: Porro Pafnutius, quamuis innocēs esset, tamen quasi culpabilis se torum satisfactioni exposuit, locū penitentiae suppliciter postulans. Cumq̄ de ecclesia in deo cōfidens, non mente deiectus abisset, lachrymis atq̄ ieiunijs præ solito inficiens, seq̄ coram omnibus summe humilians, disposuit se ad hoc ut sabbato aut

aut die dominica ad ecclesiā ueniret, nō quasi cū alijs sacra communione sumpturus, sed ad prosternendū se in limine ecclesie, atq̄ ad ueniā humiliter postulandā. Itaq̄ duabus quasi expletis hebdomadibus, non sustinuit deus eū diutius tam impie diffamari, sed impius ille ipso maculator à durissimo dæmone apprehensus, propriū crimen publicauit, & totū infideliæ suæ manifestauit processum, cūq̄ grauissime torqueret à dæmone, nec ab ipso sancto Isidoro, loci illius presbytero, neq̄ à ceteris patribus poterat liberari, imo continue grauissime uexabatur, quousq̄ Pafnutius orauit pro eo, cuius oratione protinus fuit curatus, Itaq̄ sancti huius uiri humilitatem, patientiam, pietatē se fecemur.

Articulus XLIII. De patientia fratris cuiusdam.

In cœnobio Pauli abbatis plusq̄ ducenti fratres habitauerunt. Cumq̄ ad illud cœnobium infinita multitudo monachorū de alijs claustris in quadā conuenisset solennitate manducantibus eis, abbas Paulus inter ministrantes discurrens, uni ex monachis suis aliquid tarde seruienti, alapa de dit tam magnā, q̄ sonitus undiq̄ audiebatur: quod ideo fecit, quatenus patientia fratris illius omnibus ad eorū ædificationē manifestaretur: nā frater ille tam patientissime tulit hoc, q̄ non solū nil loquebatur, nec murmurauit, imò nec aliquod impatientiæ signū aut coloris mutatio in ipso apparuit, nec passione uerecūdię uincēbatur, cum in tot extraneorum in transeuntiumq̄ fratrum præsentia tam grauer fuerit cæsus. Quid dicemus ad hoc, qui nec uerbalem correptionem à superioribus nostris æquā miter toleramus?

Articulus XLV. De uirtutibus Iohannis abbatis, qui ab anachoreti ad cœnobitalem rediit uitam.

Erat in claustro Pauli abbatis quidā sanctus & antiquissimus pater, nomine Iohannes, qui anteq̄ ingressus est eremū, habitauit in cœnobio annis triginta, & postmodum annis triginta anachoreticā uitā duxit in eremo. Interrogatus autē ab abbate Germano & Cassiano, cur altissima illa anachoretica uita relicta, ad cœnobium sit reuersus. Respondit q̄ ideo, qm̄ dum eremum cepit inhabitare, adhuc pauci erant anachoretæ & raro uisitabantur: sicq̄ deo quietius atq̄ liberius uacare poterant q̄ claustrales, sed tempore procedente facti sunt multi, & uisitabant à multis frequenter, propter quod oportuit eos solitari & occupari pro necessaria refectioe uisitantibus exhibendā: & ita à suo proposito & à fine anachoreticæ conuersationis multipliciter impediebatur, declinauitq̄ uita illa anachoretarū: idcirco reuertit ad claustrum, & ibi sub obedientia uiuere, nec pro necessarijs uictui solitari, reputauit salubrius. Retulit quoq̄ idem abbas ueraciter atq̄ humiliter de se ipso, q̄ quando in solitudine anachoreticā duxit uitam, frequenter tam profunde rapiebat in deū, q̄ à se ipso penitus alienatus, & in deitatis abyssum absorptus, obliuiscēbatur se esse in corpore, nec aliqua aduertebat exteriora, nec corporei cibi extitit memior. Iste Iohannes de fine cœnobitæ & eremitæ pulchram fecit Germano & Cassiano collationem: si ergo uir talis ac tantus tam senex & contemplatiuus elegit uitam suam sub obedientia terminare, q̄ tomagus nō impfeci, pusilli, infirmi obedientiā fideliter adimplere debemus, & malle alterius iudicio quā proprio gubernari, neque de annorum multitudinē inaniter gloriari.

Articulus XLVI. De abbate Theona.

Theonās in adulescentia sua ex parentum suorum instantia ac præcepto sumpsit uxorem. Cum qua dum uno lustro, id est quinq̄ annorum spatio, habitasset, & sancto Iohanni abbati decimas & primitias frugum suarum cum cæteris detulisset, ex p̄dicatione abbatis Iohannis uehemēter accūsatus est desiderio uitæ spiritus atq̄ monasticæ, suamq̄ coniugem multum ac diu hortatus est, ut sibi præberet assensum intrandi religionē, qua sibi in hoc nullatenus consentiente, ipse ea relicta, ingressus est claustrum, atq̄ in breui ad magnam perfectionem & sanctitatem peruenit: in miraculis quoq̄ apostolicus fuit, & multa nimis ac gloriosa fecit prodigia. Porro, q̄ uxore sua non consentiente cœnobium est ingressus, excusatur, quoniam creditur q̄ occulte, spiritus sancti instinctu, hoc fecit, quia secundum legem communem hoc existit illicitum.

Articulus XLVII. De quodam fratre deuoto, qui fragilitatem sustinuit quando debuit communicare.

Exat

Gala.

Ioseph abbatis abstinentia.

Mira sceminæ patientia.

Pafnutij patientia.

Iohannes cū eremū reliquit.

Theonās iniuria uxore cœnobium ingressus est.

ERat frater multū deuotus, custoditus & sobrius, qui illis noctibus pollutionē in somno patiebatur, quando diebus sequentibus debebat communicare cum ceteris, non alijs noctibus. Qui cum de hoc non parē contristaretur, & diu à communione abstinuisset, tandē retulit patribus suā illusionē: qui cum diligētē inter se habuissent examinationē de conuersatione fratris præfati, & cognouissent sobrietatē, humilitatē diligentiamque ipsius, & quod ceteris noctibus tale nil pateretur, pronuntiauerunt fratris illius nocturnā fragilitatē, non nisi ex dæmonum prouenire illud: idcirco propter huiusmodi fragilitatem non debere eum à communione cessare. Cui sententiā cū frater obrepisset, de cætero tale nil passus est, quando fuit communicandū. Hucusque ex libris Cassiani exempla breuiter sunt excerpta, quibusdam, quæ in Vita patrū habent omisit: sequitur ex Climacho,

Articulus XLVIII. De uita & uirtutibus Iohannis Climachi.

Vir diuinus ac generosus Iohannes cognomento Climachus, cum sedecim circiter esset annorum, monasteriū in monte Sinai est ingressus, & ibi in omni uirtute mirabiliter mox profecit, quodque mirabile est cum liberalibus esset artibus ualde imbutus, spiritali patri suo quauis idiota, in omnibus obediuit promptissime, & eius semper acquieuit directioni, omni uana suspensio complacentia ac propria confidentia prorū abiecit. Cum decē & nouē annis in monastica uita se optime habuisset, spiritali patri suo iam ad regnū celeste uocato, recedens à claustrō, anachoreticā uitā assumpsit, & in ea annis quadraginta permansit, in diuini amoris quotidie crescens ardore, & deo pura mente uacans affidue, imo de die in diē magis perfecte. Quos ibi labores atque dolores sustinuit, quæ & qualia sibi egit, nulla potest exprimere lingua. Insuper abundantissime habuit fontē salubrium lachrymarum, cumque in solitudine taliter moraretur quidā Moyses nomine, multis obtinuit precibus ut habitaret eū eoque sub grandi lapide quadā uice dormiret, quidā uenerabilis senex, decorus, & habitu sancto amictus in uisione apparuit Climacho modice dormienti, & dixit: O Iohannes quomodo dormis cum Moyses periclitetur. Euigilans Climachus, orauit pro moyse, quē circa uesperas redeuntē Climachus interrogauit, an aduersum aliquid sibi acciderit. Respondit, Lapis magnus suo casu me oppressisset, nisi subito cui gressum de somno, & resisterem de loco, quia uidebam mihi quod te me alte clamantē audiuisset, perterritus surgens, uidi cōfessum lapidem lapsum. Præterea monachus Isaac nomine spiritui fornicationis grauissime impugnatus, accessit Climachū pandēs ei quod sustineret, cui uir sanctus: Pariter, inquit, oremus, cumque simul orarent, oratione nondū finita sensit se monachus ille à tentatione sua penitus liberatum. Cum autem Climachus gratia doctriinæ fulgeret, & plurimos ad se uenientes copiosissime erudiret, quidam inuidia inflammata detraxerunt eidem, mendosum atque uerbosum eum esse pronuntiantes ac diffamantes, quorum malitiæ ne enormius peccarent cedens, per annū siluit à doctrina, non uerbo, sed silentio ac discas alios, Aemuli ergo & detractores uidentes tantā eius patientiā atque modestiā, & pefantes quantū nocuerunt alijs, quibus tantæ sapientiæ obstruxerant fontem, à propria conscientia redarguti & erubescerentes, uenerunt ad Climachū, suā culpā recognoscentes, ueniā postulatētes & deprecantes, ut more solito eos ac alios informaret, quibus protinus p̄ssime acquieuit. Postremo post hæc multos uictus in infantia, factus est abbas monasterij in monte Sinai siluati. Climachus iste obrogatū Iohannis abbatis montis Raichiu libri suū composuit cui Climacho sic scripsit abbas ille Iohānes: Super mirabili, & quali angelo, patri patrū, doctori super excellenti Iohanni abbati montis Sinai. Ex qua superscriptione patet quantæ excellentiæ fuit uir iste, in cuius libro ualde notabilia uidentur exempla iam recitanda.

Articulus XLIX. De magna contritione & penitentiā cuiusdam prædonis.

Refert Climachus se multis diebus post suam anachoreticā uitā fuisse in quodam cœnobio magno & sancto, de quo multa mirabilia & ualde & edificatoria scribit, inter quæ istud unū. Cum uenisset ad claustrū illud causa conuersionis quidam prædo, abbas monasterij uir ualde sanctus ac sapiens, fecit eum per septē dies habere esse accircuire per claustrū, & omnia considerare ac bene tractari. Post hoc interrogauit prædonem an uellet permanere in claustrō, quo respondente, quod imo: quæsiuit ab eo, quid mali perpetrasset in seculo: qui statim aperuit sibi omnia sua peccata. Tunc abbas tentando dixit prædoni: Volo ut omnia uitia tua hæc coram toto fratrum conuentu enarres: qui peccata sua ueraciter odiens, atque humanā confusionē contemnens, respondit: Etiam si uis in medio ciuitatis Alexandrinæ paratus sum omnibus ea propalare. Deinde abbas die dominica infra missas solennia congregato toto conuentu, puta ducentis triginta fratribus, fecit

fecit prædonem illum coram omnibus adduci, quibusdam ex fratribus eum trahentibus & temperate percipientibus, eratque cilicino sacco indutus, & manus suas retro ligatas habēs, ac puluere caput aspersum, ita quod solo aspectu omnes qui aderant mouebantur in planctum & euilatum, & erant fratres stupore repleti, quia non nouerant quid factum illud insolitū designabat. Cumque prædo portæ propinquasset ecclesiæ, abbas magna uoce clamauit ad eum: Sta, quia indignus es ingressus in sancta hæc. Stupefactus ac territus prædo ex uoce illa, quia ut postmodum affirmauit nō hominis uocem, sed tonitruum se audisse putauit, corruit statim in facie, & totus horrore concussus ac terræ prostratus, pauimentum lachrymis irrigauit. Tunc iubente sancto abbate, uniuersa sua peccata coram omnibus distincte cum grandi pauore & summa contritione narrauit, quæ erant quodammodo inaudita: quia nō solum peccata secundum naturam & contra naturā in homines, sed in bruta quoque commisit, & ueneficia homicidiaque perpetravit. Cumque omnia protulisset, fecit eum abbas tonderi & fratribus assimilari. Porro Climachus de tam in consueto facto admirās, interrogauit abbatē cur illud exhibuisset spectaculum? Qui dixit: Propter duas causas hoc fecit. Primo, ut prædo ille præfati confusionē ab æterna confusionē eriperetur, quod & factum est. Non enim surrexit à terra, quousque plenam remissionem accepit: nam unus fratrum dixit ad me: Vidi quendam terribilem, tenentem in manu chartam scriptam ac calamum, & quæcunque peccata prædo narrauit, ille protinus cancellabat. Secundo, quoniam quidam ex fratribus istis habent adhuc peccata nondum confessa: illos igitur hoc exemplo ad confessionem admonuit, ne ex humano pudore sua celent peccata.

Articulus L. De quibusdam exercitijs atque uirtutibus fratrum conuentus illius.

Charitatis in dissolubile uinculū inter illos extitit fratres, & erant ab omni uerbositate & uana confidentia seu præsumptione immunes, atque ad hoc præ omnibus summe studebant, ne quis conscientia fratris sui aliquo modo feriret, seu fratrem in aliquo læderet. Et si quis uidebat fratris oditor, hunc abbas exulabat seorsum, id est in carcerem aut expulit. Unde dum quidā corā eo male dixisset proximo suo, statim fecit eum expelli, dicens: A quo non debet in claustrō permitti uisibilis & inuisibilis diaboli. Fratres autē ita se inuicē sanctis exercitijs exercebant, & edificabant, & inflammabant, quod exhortatione abbatis uidebantur non indigere. Nam si quis absente abbate, aliquē temerarie iudicare, maledicere aut uerbosè loqui cœpisset, mox alius frater, ignoto alijs nutu fecit eū cessare: & si ita non cessasset alius, ille genua flectens, quasi propria culpā dicens, recessit. Indefinenter autē narrauit, ille protinus cancellabat. Secundo, quoniam quidam ex fratribus fuit recordatio mortis, intenta quoque meditatio districti iudicij dei. Insuper, speciali quodā signo seipso ad orationes assidue commonebant, etiā in omni mutua obuiatione & conuentione. Cumque eorum aliquis excessisset, rogabatur à multis ut permitteret eos pro ipsis satifficere ac disciplinari, ubi apud illos aliquando otiosa uerbositas aut sermo scurrilis: si autem expetebat uindictam pro iniuria sibi facta, hoc nuntiabatur secundo post abbatem, & ille reconciliauit læsum ac lædentem ante solis occasum: quod si aliquis in duritia sua permaneret, non permittebatur comedere ante condignam satisfactionem, aut de claustrō eijceretur. Stupendum fuit uidere in eis angelicos homines, canos, reuerendos, sanctitate decoros, instar paruulorum in obedientia circumque currentes, & propria humilitatione, gloria tionem maxime reputantes. Erant ibi nonnulli, qui per quinquaginta annos in obedientia fuerant conuersati, atque ex hoc in humilitatis perueniunt abyssum, in insuperabilem mansuetudinem, uitantes omnem practicationē, in profundissimā sapientiā, simplicitatē & innocentiam. Denique in increpationibus atque iniurijs sibi à præfidente illatis, patientiā habuerunt inuolantem, sed & se inuicē exercebant per aduersa, ut perfecti sic discerent patientiā. Fuit quoque in monasterio isto locus seorsum sine consolatione, qui dictus est carcer, in quo nec ignis fuit, nec uinū, nec oleum, nec aliquid coctum, sed solum panis & herbe exigue. In hoc loco recludebantur perpetuo, post confessionem suam præuaricantes, quousque deus certificauit abbatem de uno quoque illorum: quibus & abbas præfecit uirum magnum, nomine Isaac, qui orationem quasi indefinenter, ab incarcerationis quærebatur, quibus & palmas præbuit copiam pro opere manuali contra acediam.

Articulus LI. De compunctione & lachrymis coquinarij.

ERat in cœnobio illo coquinarius, incessabilem habens fletum in sua ministracione. Qui interrogatus & importune rogatus à Climacho, unde & quomodo tantā lachrymarum copia à deo accepit, respondit: Nunquam cogito me hominibus seruire sed

Moyse Climachi precibus a morte liberatus.

Climachi excellentia.

Cur ad publicam confessionem latro additus.

sed deo, & omni quiete indignū me iudico, atq; materialem ignē istum aspiciendo memor sum ignis infernalis. Itaq; huius felicitis coquinarij exemplo compunctionem, timorem ac lachrymas obtinere ac retinere conemur, uirtutes quoq; & exercitia monachorum illorū, de quibus præcedenti dicebatur articulo.

Articulus LIII. De sancto Isidoro.

Vir fuit principalis & officiatuſ in Alexandria Isidorus nomine, quia præfatuſ uenit monasterium gratia conuersionis, quē abbas uerſutuſ, crudelē, durum & arrogantem eſſe conſiderans, ait: Si uere uis iugum Chriſti portare, uolo te ante omnia obedientiā exercere. Reſpondit Isidorus: Quemadmodū ferrū traditur fabro, ſic ego trado me tibi ad obediendū in omnibus d̄ pater ſanctiſſime: & abbas Volote, inquit, in porta manere, & omni intrāti ac exeunti facere metanceā, id eſt genuflexionem, ac dicere, ora pro me pater, quia peccaui. Obediuit autē in hoc Isidorus illi abbati, ſicut obedit angeluſ deo. Cumq; ſe obediendo per ſeptem annos in profundiffimā humilitatē & compunctionem ueniſſet, uoluit eum abbas monachiſ aſſociare, & ordinatiōe dignum efficere, ſeu in ſacro conſtituere ordine. Isidorus uero per Climachū & alios multipliciter rogauit abbatē, ut pmitteret eū in illo humili ſtatu uitā ſuā finire, inuētē & uerbo obſcuro inſinuāſ ſinem uitę ſibi inſtare: & factū eſt ita, & permanens ibi poſt decē dies migravit ad dominū, atq; poſt ſeptem dies portarium loci aſſumens, quia promiſit portario, dicens, Si inuenero gratiam apud deum, in breui mihi inſeparabiliter coniugetis in regno. Hunc Isidorum adhuc in carne uiuentem interrogauit Climachus, quid mens eius cogitauit atq; ſuſtinuit ita agendo in porta, reſpondit: In principio cogitauī, q̄a pro peccatis meis uenditūſ, facio iſta: & ita cum omni amaritudine & uiolentia uſq; ad ſanguinē feci poenitentiaſ illā. Pri mo autē anno euoluto degebā ibi abſq; cordiſ triftitia, mercedē a deo per obedientiā & patientiā meā expectans. Deinde anno ſecundo finito habitatiōe monaſterij, & uſu atq; colloquio patrū ac ſacra cōmuniōe, imō cuiuſlibet faciei inſpectiōe ex intimo cordiſ fundome reputauī indignū: iccirco introeuntes & exeuntes oculiſ in terrā fixiſ, rogauī ut oraret pro me.

Articulus LIII. De humilitate & obedientia Laurentij ſacerdotiſ.

Sedente Climacho iuxta abbatem in menſa, dixit abbas ſecrete ad eum: Vis oſtendā tibi diuinam prudentiam in antiquiſſimo ſene, annuenteq; Climacho, uocauit abbas quemdam Laurentium nomine, qui quadraginta octo annis habitauit in clauſtro, & erat ſecunduſ ſacerdos congregatiōniſ illiuſ. Surgens ergo Laurentiuſ, uenit & genua flexit coram abbate, benedixitq; ei abbas, & ſurgenti nil ampliſ dixit: ſtetit ergo tacet a principio reſectiōniſ uſq; ad finē eius ante menſam per integrā horam aut ampliſ, itaq; Climachus erubuit uultū abbatuſ hoc permittentis, aſpicere. Erat nanq; ille Laurentiuſ totuſ canuſ otogeſimū agēſ annū. Poſtmodū Climachus interrogauit uenerabilē illū Laurentiū, quid cogitaſſet ſtando tam diu ante menſam. Qui ait: Ego abbatē quaſi Chriſti uicarium cogitans, non reputauī mihi aliquid inuīgi ab ipſo abbate, ſed a Chriſto: nec quaſi ante menſam hominū ſtabā, ſed quaſi coram altari dei, & deū adorabā. Hinc contra abbatē proſuſ nil mali cogitauī, plenā habēſ fidem & charitatē ad ipſum. Nam ſcriptum eſt: Charitas non cogitat malū: imo dum aliquiſ ſeiſpſum in ſimplicitatē ſpontaneā innocentiamq; tradiderit, non ultra dabit locum maligno.

Articulus LIII. De ſanctitate & perfectione ſancti Minæ.

Omnia quę erant præfati cōnobij, ſanctuſ uir nomine Minæ rexit poſt abbatem, tanquam uicariuſ eius, & erat in uirtutibuſ abbatiſ multū conſimiliſ. Hunc Minā iuſſit abbas quādā uice expelli de eccleſia abſq; ipſiuſ culpa: importune hoc ipſum præcipiens, atq; ad alioſ: ædificationem id faciēſ. Climachus uero ſciēſ diſp̄ ſatorem illum inculpabilē eſſe, excuſauit eum apud abbatē. Dixitq; Climacho abbas: Noui d̄ pater, ſed ſicut miſerabile atq; iniuſtū eſt, ex ore paruuli famem habentis, abripere panē, ſic animā: paſtor ſeiſpſum lædit ac ſubditū, ſi ei non præbet quotidiē occaſioneſ ſeu cauſaſ promerendī coronas glorię æternaliſ, quaſ ſcit eum poſſe mereri tolerando aduerſa, aut alio modo. In tribuſ etenim læditur maxime talis paſtor: Primo, quoniam ipſe in crepationiſ mercede priuatur: ſecundo, quia ex uniuſ uirtute alioſ potēſ ædificare, non ſecit hoc: Tertio & maxime, qm̄ ipſi qui patienteſ putantur, neglecti ſub tempore, & tanq; uirtuoſi a præſidente non increpati, frequenter amittunt patientiā, manſuetudinēq; quaſ habebant. Porro Climacho eliciente, q̄ multi ex ſua fragilitate dum ſine culpa ſua reprehenduntur, ſiunt deterioreſ. Sapientię domuſ, id eſt abbaſ ille, reſpondit: Anima Chriſto uere ſe offerens

Summa iſſido-
ri obedientia.

1 Cor. 13

in tribuſ lædit
paſtor, occaſio-
neſ mercediſ nō
grabenſ.

rens, & paſtorem ſuum ſynceriter diligens, & de eo plene conſidens uſq; ad ſanguinē, non indignabitur ei nec recedet ab eo: ſi autem charitate & fide ita ligata non ſit, miror ſi non inaniter in congregatione reſideat. Præ terea, alia uice uir ſanctuſ Minæ reſiciens domum, ac ſolito more ad ueſperam abbatiſ patientem & oſtentationiſ amatorem reſiciens, præcepit ei ut ſurgeret. Porro, diſcipuluſ Minę cum ſecrete interrogauit, an in illa genuflexione fuiſſet ſo- mpoſoſ preſſuſ, reſpondit q̄ nō, ſed ſe totum legiſſe pſalterium in terra proſtratum, nec ad aliquam fuiſſet impatientiam motuſ. Poſtmodum Minæ deſuncto, cum pro eo ageretur diui- num officiū, repente chorus in quo detinebatur corpus ipſiuſ, ſuauiſſimo cœpit odore re- pleri. Tunc annuente abbate, diſcooperuerunt loculum Climacho ibi præſente, uiderūtq; omneſ ex pedibuſ Minæ duoſ fonteſ optimi odoris, tanquam unguenti, manare dixitq; abbaſ: Ecce quā grati fuerunt deo laboreſ pedum illorū, & qualiter deo oblati ſunt uere ſicut unguentum. Ex quo certo miraculo conſtat, quantū complacent deo laboreſ offi- cialiſ religioſorum, pro communi utilitate laborantiū, dummodo ex uera charitate & obedientia ſancta miniſtrēt, nec ad officia inordinate officiuntur, nec ad propria commoda reſlectantur, ſed dei duntaxat honorem & bonū commune ſalutemq; animę ſuę inten- dā ac querant, ſecus eſt ſi ambitioſi extiterint.

Articuluſ LV. De humilitate & patientia fratris Abakiri.

Fuit in cōgregatione illa ſanctorū frater nomine Abakirus, qui pene ab omnibuſ exercēbatur & uariuſ modis aſſigebatur. Nam & ſæpe expellebatur a menſa, & fre- quenter abſq; reſectiōe uiuit dormitum. Erat quippe ex natura aliquali- ter inconti- nentiuſ lingua. Dixit itaq; Climachus ſemel ad eum: Frater Abakire, quare te a menſa expelli quotidiē uideo, & frequenter non reſectum ire dormitum? Qui ait: Crede mihi pa- ter, quia probant me patreſ mei an ueraciter monachus ſim: ſed non in ueritate hoc faciūt, id eſt, non tantum me tribulant & exercēt ſicut promereori: ideo ego ſciēſ intentionem eorū atq; abbatuſ, ſine grauamine cūcta ſuſtineo: & ecce ſic cogito: Quindecim annis hic fui, atq; ut ipſi in ingreſſu meo mihi dixerunt, per triginta annos probant abrenuntianteſ, & uite d̄ pater Iohanneſ: nam abſq; probatione non perficitur aurum. Deniq; cum decem & ſeptem annis fuiſſet in cōnobio Abakirus, deſunctuſ eſt: & mori incipientiſ dixit: Gratiaſ ago domino Ieſu Chriſto & uobiſ d̄ fratreſ, quia pro eo q̄ me ſalubriter exercitaſtiſ, ecce infra decem & ſeptem annos non fui a dæmōnibuſ unquam tentatuſ. Quem abbaſ tanquā confeſſorem fecit cum cæteriſ ſanctiſ ibi quieſcētibuſ honorifice ſepeliri. Huiuſ igitur hu- militatiſ Abakiriſ humilitatem patientiamq; ſequamur, & exercitatiōneſ, increpationeſ, tribu- tationeſ: non ſolum a præſidente, ſed etiam a fratribuſ uniuerſiſ æquanimiter toleremus: eaſ quoq; interpretemur in meliſ, nequaquam in peiuſ: imō multo grauioſibuſ aſſictio- nibuſ dignoſ nos eſſe intimo fateamur ex corde.

Articuluſ LVI. De uirtutibuſ Macedoniſ, primi diaconiſ congregatiōniſ præfatę.

Macedoniuſ diaconuſ cum de abbatuſ licentia perrexiſſet Alexandriam, & ultra terminuſ ſibi præfixuſ uniuſ diei ſpatio foriſ manent, ad cōnobiuſ rediēſ, ab abbate eſt reprehēſuſ, a diaconatuſ de poſituſ, & in ultimorū poſtuſ locot quod totum tam patientiſſime tulit, quaſi non ipſe, ſed aliuſ ea eſſet perpeſſuſ. Cumq; poſt dieſ quadraginta ſanctuſ & ſapiēſ abbaſ reſtituiſſet eum loco priori, rogauit ſtatuſ poſt unum diēſ abbatem, ut ſe in priori illa conſtituat diſciplina, dicens: Quia irre- miſſibilem quendam exceſſum commiſiſ in ciuitate, abbaſ autem ei conſenſit, quamuiſ ſci- ret eum ita nō exceſſiſſe: & mirabile erat uidere ſenem tam uirtuoſum & canū, in nouitiōſ loco de gente, & omneſ ut pro eo orarent humiliter deprecantē atq; dicentē: Quia in forni- catione inobediētię cecidi. Deniq; Climacho ſcire optanti, cur ad tantā humiliatiōnem ſe ſpōtaneę obtuliſſet, Macedoniuſ dixit: Nunq̄ ita expertuſ ſum euacuationē omniſ tētatio- niſ impugnationiſq; uitiorū, atq; diuinę lucis dulce dinem, ſicut modo.

Articuluſ LVII. De diuerſiſ exemplariſ factiſ fratruſ præfatę congregatiōniſ.

Quadam die abbaſ tempore orationiſ uidit quofdam ex fratribuſ ſtanteſ & collo- quenteſ, quos ſtatim, quamuiſ ſenioſeſ & clericoſ, per unam hebdomadam fecit ſtare ante foreſ eccleſię, iubens ut uniuerſiſ introeuntibuſ & exeuntibuſ facerent metanceam, id eſt, genuflexionē. In ſuper, uidēſ Climachus unū ex fratribuſ

Ex Ming pedi-
buſ fonteſ duoſ
manarunt.

Abakiriſ mori-
entis gratiaſ
aſſictio.

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

in principio diuini seu matutinalis officij ita se habentem in uultu & moribus, quasi loqueretur ad aliquos. Interrogauitq; Climachus quare sic faceret. Et responsum est ei: In proelio diuini officij mentem & cogitationes animæ suæ recolligit, & ipsis conuocatis exclamatur: Venite, & adoremus ac procedamus Christo regi. Idem frater & alij multi habebant tabulas paruulas ad zonam suam pendentes, in quibus cogitationes suas scripserunt, & eas reuelauerunt abbati. Deniq; dum quidam ex fratribus proximo suo tang uerboso atq; mendoso detraxisset, præsentem abbate, statim ab eo expulsus est: qui poenitentiam mansit extra, & prope portam per unam hebdomadam deprecans sibi indulgeri, & se rursus admitti. Quo cognito, inquirens abbas sollicitè, & audiens eum sex diebus nil penitus comedisset, renūtiavit eidem: Si uis iterum introritti in poenitentium ordine te locabo, id est in carceribus quod frater ille libenter amplectens, est carceri mancipatus.

Articulus LVIII. De mirabili patientia & humilitate fratris Innocentij.

Fuit in Asia senex omnino durus & negligens, habens discipulum Innocentium nomine, qui tanta a senex illo sustinuit, ut credi uix possit: quia non uerbis & ignominij tantum, sed uerberibus atq; plagis eum afflixit quotidie. Cum ergo quidam uir sanctus uideret Innocentium quasi seruum emptitium, summa omni die affectum miseriam, obuians ei sæpe, dixit ad eum: Quid est frater Innocenti, quomodo hodie fuit tibi? At ille monstrauit uiro sancto interdum oculum liuidum, quandoq; caput plagatum. Cognoscens itaq; sanctus uir ille, quia operarius esset Innocentius, consolans ac roborans eum, dixit: Patiens esto, & saluus eris. Cumq; sub senex illo crudeli uixisset Innocentius annis nouem, migravit ad Christum: quo sepulto, abiit senex ille post quinque dies ad quandam magnam senem, dixitq; ei: Pater, Innocentius mortuus est. Respondit senior ille: Hoc mihi persuadere non poteris. Et ille: Veni, inquit, & uide. Veniens senior ille ad locum sepulchri, clamauit: Frater Innocenti mortuus es: Innocentius autem etiam post mortem obediens, respondit sancto seniori Pater, quomodo possibile est hominem obedientiam ac patientiam operari ore moti? Quo audito senex ille crudelis, notatum se pensans, & tremens ac pauens, corruit in faciem suam cum lachrymis, ac iuxta Innocentij monumentum construens sibi cellam, in ea de cætero laudabiliter uixit patribus semper dicens: Quia homicidium feci. O frater, es charissimi considerare deo uere eundemur, & emendemus nos ualde. Ecce quam magnam, & diuurnam, quam insuperabilis fuit obedientia, patientia, humilitas, constantia felicis Innocentij huius, qui non solum derisiones, uerba, iniurias, uerba, sed etiam uulnera absq; demerito suo assidue sustinuit: quid ad hoc dicimus, qui nec signum nec uerbum durum pro deo uolumus pati.

Innocentius etiam post mortem obediens.

Articulus LIX. De obedientia & patientia magni Iohannis Antiochi.

Docebatur frater quidam in Asia a monacho, senex, quiete ac mansueto, & uidentem frater ille a senex illo se honorari ac conuocari, petiuit ab eo licentiam, atq; de eius licentia intravit cenobium quoddam in Ponto: primaque nocte qua ibi ingressus est, uidit se a quibusdam ad reddendam rationem compelli, & post illius terribilis exactionis rationem adhuc manere obligatum, in summa ceterum librae auri. Euigilans igitur, intellexit uisionem & dixit ad seipsum: O rex per Antioche, adhuc uere multa tibi restant soluenda. Cumq; post hæc per tres annos ibi uixisset in obedientia plena & indiscernenti, despiciebatur ab omnibus, & tanquam peregrinus, nisi ipse. Et ecce rursus uidit in somno quendam, in manu sua tenentem chartam remissionis & absolutionis decem librarum. Qui mox euigilans, intellexit uisionem, & ait: Adhuc non nisi usq; ad decem libras sum absolutus, quando tanti debiti solutionem contemnis: maiore labore & ignominia indigestione relinqueret. Unde immisericordes patres omnia grauiora cenobij opera mihi iniunxerunt, perseuerauitq; per tredecim annos in tali subiectione. Et iterum uidit eos, qui primo mihi apparuerunt, ostendentes me esse a debito totaliter liberatum.

Mira fratris uisionis.

Articulus LX. De carcere & incarceratis monasterij memorati.

Descripturus Climachus dispositionem carceris, & uitam ac poenitentiam incarceratorum præinstructi cenobij, taliter incipit: Concurrere & uenite, uenite & audite, & narrabo uobis de omnibus qui deum offendistis, quæ ad ædificationem ostensa

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AVTHENTICIS. 404

ostensa sunt mihi. Attendite fratres uerba mea, qui deum uobis per ueram contritionem reconciliare optatis. Deinde subdit narrationem sub forma ista uerborum: Audiens ego infirmus, esse quandam miram & inconfuetam poenitentiam, uitam & humilitatem quorundam incarceratorum, rogavi abbatem, qui erat in lumine luminarium, uir sanctus & iustus, animarum amator, quod nunquam uoluit animam cõstricare, ut permitteret me carcerem & incarceratos illos uidere, ac quiescitur mihi. Cum igitur accessissem in poenitentium mansionem, atq; in regionem uere salubriterq; lugentium, uidi uerissime, quæ nec oculus hominis negligentis aspexit, nec pusillanimitis auris audiuit, nec in cor hominis otiosi ascenderunt: ut puta uerba & facta deum uiolentare ualentia, ad inuentiones & figuras eius benignitatem celeriter prouocantes: quosdam enim illos in carceribus uidi cunctis noctibus uigiles stare usq; mane, pedes habentes immobiles, & a tali uinaturæ miserabiliter somno contractos, qui seipso deijciantes, ignominij ac improperij increpabant seipso, nullam sibi requiem tribuentes. Alios uidi in cœlum lamentabiliter aspicientes, & inde auxilium cum fleibus, eiulatibus ac uocibus inuocantes. Alios uidi in oratione stantes, & more damnatorum manus suas retro ligatas tenentes, qui uultum suum obcurum ac moestum inclinabant ad terram, indignos se arbitantes cœlum aspiceret, atq; a cogitationibus & confusione conscientie suæ aporiat, & quod ad deum dicerent non habentes, neq; unde aut quomodo supplicationem facerent inuenientes, solam sine uoce animam & mutam mentem domino exhibebant. Alios uidi in pauimento sedentes in sacco & cinere, qui & faciem suam genibus operientes, frontem in terram percutiebant. Alios uidi suum pectus semper tundentes, & uitam suam ad memoriam reuocantes. Nempe aliqui suis lachrymis pauimentum irrigabant. Porro, alij lachrymari non ualentes, seipso disciplinis cædebant. Aliqui quasi super mortuos, sic super suas animas ululabant, formidinem atq; angustiam sui cordis ferre nequibant. Quidam uero corde fredebant, non ualentes se ultra continere. Vidi ibi quosdam more & mœrore ac meditatione, quasi excedentes seipso, stupentes ac mutos, & tanquam ad omnia quæ sunt mundi infensibiles factos, mentem suam de cætero profundantes in abyssum humilitatis. Alios uidi repletos mœstia, sedentes terramq; inuolutes, & sua capita mouentes indefinenter, & in stareonem è medio cordis sui emittentes rugitus, dentibus quoq; frendentes & angustiatos. Quidam eorum bona spe remissionem querebant cusparum, & impetrauerunt. Alii ex infabili humilitate reputabant se remissione indignos, nec posse satisfacere & rationem deo reddere clamabant. Alii deprecabantur in hac uita ad tempus cruciari, & in futuro misericordiam inuenire. Vidi ibi animas humiles & contritas & incuruatas, sub pondere oneris, potentes uocibus suis lapideum cor compungere, sic quippe in terram aspicientes, dicebant: Scimus igitur, scimus, quoniam omni poena & tormento consistimus digni & iuste. Neque enim de cætero sumus sufficientes ad satisfactionem & rationem reddendam debitorum nostrorum, etiam si uniuersum cœuocauerimus orbem pro nobis plorantem. Hoc uero de domine deprecamur: Ne in furore tuo arguas nos, nec in ira tua corripas nos, neq; iusto iudicio tuos nos crucies, sed parce & sufficit nobis: atq; a multis comminationibus tuis, & a tormentis dissimilibus, innominatis, occultis nos libera, quia in finem ad perfectam remissionem petere non audemus, sicut qui professionem nostram non custodiimus, sed ipsam post primam miserationem & remissionem nobis impensam, uiolauimus. Sane ibi erat manifeste uidere implementationem uerborum Dauid, uidelicet, Homines miseros factos & incuruatos usq; in finem uitæ suæ, tota die contristatos ingredientes, & putrescentes corruptis cicatricibus corporis, & absq; omni cura existentes, qui obliti erant comedere panem suum, poculum uero aquæ cum fetu miscentes, qui ossa habebant adhaerentia pelliculis, carnibus iam consumptis, & anteq; in star sceni penitus arefacti. Nil apud eos erat audire, nisi hæc & consimilia: Ha ha, uæ uæ, iuste iuste, parce domine. Quidam namq; dicebant: Miserere miserere. Alij miserabilis clamabat: Indulge domine, indulge. Si possibile ibi erat uidere linguas adustas, & in star canum ex ore proiecitas. Quidam eorum in caumate puniebant seipso, aliqui uero in frigore. Quidam eorum modicum aquæ gustantes, refrigerium capiebant tantum, ne sitio morerentur. Quidam ualde modicum panis sumentes, hunc longe proiecerunt a se, dicentes se indignos cibo humano, eo q; irrationabilia opera perpetrassent. Vbi in illis apparatus: ubi otiosum uerbum: ubi ira aut furor, qui neq; si ira in hominibus esset, sciebant, luctu in eis perfecte iram omnem extinguente: ubi apud illos uestigium uanæ gloriæ: ubi spes ulla deliciarum: ubi cogitatio uini: ubi degustatio fructuum: ubi præparatio ollæ aut coctionis: ubi aliquem iudicare: Certe nihil eorum extitit apud eos, sed seipso iugiter arguebant.

Ita. 64. 1. Cor. 2.

Poenitentium mira facies & modi.

Psal. 6. Psal. 37.

Eodem.

Psal. 101. Iob. 19. Iob. 13.

quebant, orabant, & inter cætera sic dicebant: Putas appropinquauerit nobis custos des no-
stri angeli sancti, an longe à nobis existunt? Illis uero non appropinquatibus, omnis labor
noster absq; profectu est & utilitate: nec habet uirtutem confidetiæ: nostra oratio, nec pen-
nam munitiæ, ut ingrediat ad dominum, nisi præfidentes nobis angeli nostri propinquent
nobis, eamq; lumentes offerant. Et rursus quidam dicebāt: Forte ò fratres remissionem ob-
tinuimus, forte rursus miseribitur nostri deus. Alij quoq; dicebant ad ista: Quis nouit sicut
dixerunt fratres nostri Niniuitæ: Si quo modo conuertatur deus, & saltē à supernimio nos
redimat cruciati. Nos nihilominus quod in nobis est faciamus: & si quidem aperuerit no-
bis, bene bene: si non, benedictus dominus deus noster iuste excludens: ueruntamen perseue-
remus usq; in finem uitæ nostræ pulsantes, forsitan enim importunitati nostræ succurret.
Quocirca rursus refuscitabant seipsum, dicentes: Curramus fratres, curramus, cursum enim
nobis necessarius est, & cursum nimis magnus, quoniam bonam nostram societatem reliqui-
mus. Curramus, non parcetes corpori nostro materiali ac fordido, sed affigamus illud, quod
occidit nos. Ibi uidi à multitudine genu flexionū genua arefacta, oculos extra factos & in-
tus in parte concauos, ad profundum capillis priuatos, atq; à calidarum lachrymarum seruo-
renas exustas, facies tabidas ac pallidas, nil in comparatione à mortuis differentes, pe-
ctora plagis dolentia, sanguinisq; liuores ex frequentibus pectoris tunctionibus congrega-
tas. Vbi in illis lectulus aut uestis munda ac integra: omnia dirupta ac fordida, & sexcupe-
dibus ac pulcibus cooperta. Quid in comparatione doloris ac planctus illorum, dolor &
planctus lamentantium super mortuos suos & quantumcunq; dilectos: Insuper, multi in-
carceratorum illorum rogabant abbatem, inter homines angelum, circumponi eis in col-
lo ac manibus ferramenta, & compediri pedes suos in ligno, nec ante mortem eos dissolui.
Cumq; in mortis essent articulo, rogabant & adiurabant abbatem, ut nequaquam permit-
teret eos in statum hominum sepeliri, sed tanquam bruta faceret eorum corpora in flumine ia-
ctari, aut ad deuorandum bestiis tradi. Præterea, miserabile ac pauendum erat spectaculum,
quando senserunt aliquem eorum esse mox moriturum, quia tunc omnes concurrerunt ad
eum circumdantesq; eum & lugentes, ac nimis miserabili more se habentes, atq; ex compas-
sione caput mouentes, interrogabant infirmum: Quid est frater & nobiscum captiue: quid
dicis: quid speras: quid suspicaris: obtinuisti interitum: sentis aliquam illuminationē: Quid
simpliciter sentis ò frater, dic nobis, ut & nos ad qualia sumus futuri noscamus: Tuum e-
nim iam finitum est tempus, & non inuenies aliud ultra in sempiternum. Ad ista & similia
quidam morientium respondebāt: Benedictus dominus, qui non amouit orationem nostrā
& misericordiam suam à nobis: Alij uero: Benedictus dominus, qui non dedit nos in captio-
nem dentibus eorum. Quidam autem dolorose dicebant: Forsitan pertransiuit anima no-
stra aquam intolerabilem, id est multitudinem spirituum immunorum. Porro, nonnulli
dolorosus responderunt: Væ tibi animæ meæ non custodienti promissionem tuam deo fa-
ctam immaculatam: in hac hora cognosces quid tibi paratum sit. Præterea, qualis fuit habi-
tatio ipsa seu locus: Tota fœtēs & tenebrosa, tota sordida & caliginosa, rectissime carcer uo-
cata, ita qd solus loci aspectus totius poenitentia ac ploratus erat magister. Aliqui demum
illorum præ peccati horrore & ex contritionis magnitudine cupiebant à dæmone infesta-
ri. Alij infirmitatem magnam incurrere, aliq; optabant omnibus spectaculum fieri. His uer-
bis Climachus addit: Ego hæc uidens quasi desperaui me ipsum, & oblitus sum me ipsum,
ut in medio demorarer illorum, & totus simul mente raptus, me ipsum continere nequii.
Cumq; post dies triginta ad abbatem redisset, & ille uidisset me totum immuratum, alie-
natum, stupentem, dixit ad me: Quid est pater Iohannes, uidi isti certamina poenitentium:
dæmones fatigantium: Respondit: Vidi pater, & admiratus sum ualde, & beatores dixi il-
los sic lapsos ac lamentantes, non lapsis neq; lugentibus. Dixitq; abbas: Ita se res habet. Ec-
ce ex hac narratione salubri & omni compunctione plenissima, multum proficere possu-
mus ac debemus, si rite perpedimus, ut nostrā qualē cūq; contritionē ac poenitentia nullius
reputemus esse momenti, & humiliemus nos ipsos in omnibus, atq; spernamus humiliatio-
ne ac aspersione immensa, omnēq; gloria uana radicitus euellamus, enormitate quoq; cōsi-
deremus peccati, & uehementiore de cætero habeamus cōtritionē: opera qd satisfactiois
uirilium ac abū dantius exequamur: sed & magis solliciti simus ad uitandū omne peccatū, po-
tissime ne nostrā in aliquo uiolemus professionē, nec regulā trāsgrediamur, sed custodit ac

timora

timorati simus in omnibus, & intueamur quantus rigor disciplinae fuit apud antiquos, san-
ctos, uere religiosos: qd item grater ac patientissime illi in carcerati suffinuerunt suam in-
carcerationem, & omnem in carcere afflictionem nunquam in aliquo contra abbatem indi-
gnantes aut murmurantes, quorum utrumq; pro infinitæ fragilitatis defectu uoluntatisq; no-
stræ modulo se quamur uestigia, quatenus uere mundus iste nobis sit uallis lachrymarum
atq; exilium.

Articulus LXI. De admirabili contritione & seruoere cuiusdā fratris in carcerari optatis,
R. Ecitauit abbas cenobij memorati Climacho, dicens: Ante hos decem annos ha-
bebam hic fratrem feruentem & agilem, atq; omnino sollicitum: quem cum talē
conspicerē, ualde uerebar ne forte celeri cursu precipitaretur, & à diabolo falle-
retur, quod etiā factū est. Cumq; lapsus fuisset, uespere ad me profundo reuertit,
culpā detegit, quarē remediū, uehementissime turbabatur: uidens autē me se cum duris
agere nolle, quia cōpassione extitit dignus, prostravit se in pauimentū, pedes meos ample-
ctens ac lachrymis rigans, rogans intrudi carceri quē uidiisti. Impossibile, inquit, est me
ibi non ponit: sic importune uiscerofitatē meā in duritiā conatus est uertere. Itaq; in carce-
ratus, & cæteris ibi in lectu ac poenitentia socius est effectus, & habens cor uulnere contri-
tionis ex charitate plagatū: octaua die migravit de exilio illo ad patriā, ad confitendū do-
mino in aeternum: quem feci huc reduci atq; cum patribus sepeliri. Hoc quoq; tibi pronun-
tio, qd à meis pedibus non luxit, priusquam deum sibi reconciliaret. Nec mirum, quoniā
fidem illius fornicatrici, id est sacratissima: Mariæ Magdalena: in corde resumens, talem
certificationem plenæ remissionis uiles pedes meos rigando, promeruit.

Articulus LXII. De magna emendatione cuiusdā solitarij negligentis.
H. Abitauit in Oreb solitarius quidam penitus negligens, qui tandem grauiter infir-
matus, per unius horę spatium perfecte migravit à corpore, rediensq; ad seipsum,
rogauit Climachum ibi præsentem, & cæteros omnes qui aderant, repente rece-
dere: quo facto, ostium cellulae suę obstruens, per duo decim annos mansit intus,
cum nullo hominū habens colloquiū, nec præter panē & aquā aliquid gustās: sicq; assidue
sedit, & ea quę uidit in extasi mirabatur, incedebarq; moerēs, nec unq; de cætero proprium
morem mutauit: sicut de sancta Anna ait scriptura: Vultus eius non sunt amplius in diuersa
mutatiue: & iste in cessit semper attentus, & calidas lachrymas tacitus fundens. Cumq; mi-
graturus fuisset ad dominū, defruentes ostiū fratres, introierunt ad eū, inter qd Climachus
fuit, & multū deprecātes, uerbū audire ab eo: hoc solum locutus est eis: Indulgete mihi fra-
tres, nemo memoriā mortis habens, poterit peccare. Illi autē tantā in eo immutationē uide-
tes, admirati sunt ualde. Cum autē post eius sepulturā modico tempore quęssissent reliquas
eius, non inuenerunt, deo eos per hoc certificante de sancta conuersione illius. Præterea
fuit & alter frater circa montem Sinai habitans, qd ex intenta mortis meditatione, frequen-
ter patiebatur mentis excessum, & deficiens defectibilisq; effectus, interdum quasi absq; statu
à fratribus eum inuenientibus reportabatur. Horum exemplis discamus horam mortis iu-
giter recordari, & iudicium dei ac retributionem futuram pensando: studemus presentia
alpernari, bona celestia affectare, omnem dissolutionem, uanitatē negligentiaq; uitantes.

Articulus LXIII. Exemplum horribile de Stephano anachoreta, & de
diuini distractione iudicij.
S. Stephanus quidā in mōte Sinai multis annis uitam duxit monasticā, uirtutibus ple-
nam, eratq; ieiunjs ac lachrymis ualde ornatus, qui desiderio uitę perfectioris, post
hec anachoreticā uitam duxit, angustissima & super arduam ualde, in loco omni cō-
solatione carente, & cunctis quasi inaccessibili. Ipse autem circa finem uitæ suæ ad
montem Sinai est reuersus, & ibi in pristina cella infirmatus est infirmitate, qua obiit. Itaq;
uno die ante obitum suū in extasi factus, uidit ad dexteram lectuli sui atq; sinistrā, & quasi
ad reddendam rationem à quibusdā compulsus, dixit ad illos, audientibus cunctis qui ad-
erant, interdū sic: Vtiq; uerq; est, sed confessus sum, & tanto tēpore ieiunauit pro isto. Interdū
sic: Nequaquam, sed mentimini, quia istud non feci. Et rursus quādoq; dixit hæc uerba: Ita
uere istud sic est, sed plorauit & ministrari. Quandoq; uero sic: Falsè accusatis & calumnia-
mini me. Aliquādo uero dixit: Hoc uerq; est, nec possum respondere ad hoc, sed misericordia
est in deo. Eratq; horrendū atq; terribile executoriū exactionis illius, & erat pauendū, quia
quæ non fecerat ei obiiciebant. Eia anachoreta, qui per quadraginta annos fuit monachus,
tam lachrymosus & abstinentis, de aliquibus culpis suis dixit: Ad hoc respondere non ualeo,

Ionæ 3

Mat. 24

Spectaculum
se habile mori-
tium.

Psalm.

Psalm.

Luc 7

Dan. 11

Horrenda fra-
ctis acculatio.

De quo etiā ferebatur, & leopardū ad se uenientē aluit in deserto: & hic talis ac tātus recel-
fit à corpore, manifestū & certū signū non relinquens, quis fuerit finis eius in districto iudi-
cio dei. Quid ergo fiet de negligentibus religiosis, qui modica negligendo, cadunt ad gra-
uia, & paulatim euacuuntur: Heu quanta poena imminet eis, qui in obseruatijs regularibus
sunt remissi, nec extant solliciti quomodo iuxta suā exigentiam uocatiōis ambulent digne,
Simus ergo de cætero timorati, custoditi ac feruidi incessanter.

Col. 1

Articulus LXIII. Introductio plurium exemplorum.

FRatrem quandam superbientem senex sapiens in crepauit, & de humilitate admo-
nuit. At ille ex cæcatus, respōdit: Ignosce pater, superbus nō sum. Cui senex: Quod
manifestius signum superbiæ tuæ poteris demonstrare, nisi dicas, superbus non
sum: Insuper monachus feruēs atq; sollicitus suæ salutis, à diabolo per annos uigin-
ti grauior est tētatus, propter quod corpus suum ieiunijs uigilijsq; afflixit: sed cum ex hoc
nullum experiretur releuamen, scripsit in charta suam tentationem, & abiens obtuliteam
cuidam uiro sancto, prostratus in faciem, nec uultum senis inspicere auidens. Senex uero cū
chartam legisset, subrisit & fratrem leuans de terra, ait eidem: Fili, impone manum tuam su-
per ceruicem meam. Quod cum frater fecisset, locutus est senex: Super me sit hoc peccatū.
Et ecce ante quam frater de cella senis exiuit, à sua liberatus est tentatiōe. Præterea cuidam
fratri doctissimo apparuerunt dæmones uisibiliter beatificantes eundē. Qui dixit ad illos:
Si me laudare cessaueritis, ex uestro recessu magnam me esse existimabitis: autem nō cessa-
ueritis me laudare, ex uestris laudibus immunditiam meam cōuincam. Aut ergo recedite,
& ecce magnus sum mel me laudate, & ex hoc me ampli humiliabo: quia laudibus uestris
non credo. Et stupentes responsionis altitudinem dæmones, abierunt. Amplius duo fratres
in amore & proposito fornicandi concordauerunt, quod sapiens quidam diaconus sciens,
feminauit inter eos occulte discordiam. Deniq; quidam patrum narrauit, sedente me inter
fratres, ueniens spiritus superbiæ sedit ex latere uno: spiritus quoq; uanæ gloriæ ueniens,
sedit ex latere alio: quorum unus suggestit mihi, ut recitarem quandam contemplationem
quam habui in deserto. Cui cum respondissem: Auertantur retrorsum, & confundant qui
uolunt mihi mala. Mox alter dixit ad me: Euge euge, bene fecisti, & magnus effectus es. Di-
xitq; ei: Auertātur, statim erubescens qui dicunt mihi, euge euge. Insuper, frater quidam
iniuriam passus, & de hoc omnino nil dolens, sed mentaliter deo cum tranquillitate regra-
tians. Deinde ut uirtutem patientiæ suæ absconderet, cœpit quasi ex impatientia atq; iri-
siria lamentari propter iniurias sibi factas. Alius frater præesse non cupiens, similitudine de-
deritū præsidendi habere. Alteri solitario allatus est botrus, qui gulosum se fingens, cœpit
botrum illum cum impetu manducare. Alius perditis palmarum folijs, sinxit se inde tota
die dolere. His recitationibus Climachus addit: Multa mentis uigilantia talibus necessaria
est, ne quando illudere cupientes, in illusiones labantur: ueruntamen aduertendum, quia ista
& consimilia facta non sunt regulariter & secundum communem legem loquenda, ager-
da aut imitanda, cum dicat Apostolus: Ab omni specie mala abstinetate uos. Itemq; Que & di-
ficationis sunt, in uicem custodiamus. Imò & ipse saluator: Videte, inquit, ne scandalizetis
unum ex pusillis istis: & uæ homini per quem scandalum uenit. Si quidem proximis debe-
mus bonam famam, bonum exemplum, laudabile nomē, Ex tali quoq; fixatione daretur hy-
pocritis & iniquis grandis occasio, colorandi uitia sua & ambitiones. Quod ergo talia in ali-
quibus sanctis laudantur & excusantur, hinc accidit, quia ex aliquo occulto spiritu sancti
instinctu, ea fecisse creduntur: uel quia ex uirtuosa radice occasionaliter processerunt: uel
delicet ex abundantia humilitate, odio laudis humanæ, promptitudine patendi irrisione,
aut similibus fundamentis.

Phil. 14

Phil. 19

1. Thessa. 4
Rom. 14
Mat. 18

monachus qd.

Articulus LXV. De aliquibus documentis & quasi prouerbij Climachi.

Monachus est, qui solum ea quæ dei sunt cogitat, agit & loquitur. Christo unitus
in omni loco atq; negotio. Monachus est uolentia naturæ indefensus, & custo-
dia sensuum indeficiens. Monachus est sanctificatum corpus, expurgatum os
illuminatq; mens. Monachus est ordo & consistentia immateriali in corpore
materiali & sordido consummatus. Monachus est mœrens & dolēs anima ex indefinito
mortis memoria. Monachus est nō elatus oculus, humilisq; aie uirtutis atq; inmorti corpo-
ris sensus. Monachus est, q tētatores instar bestiar: aduocat & irritat, dū ab eo diffugiūt. Mo-
nachus ē in cessabilis excessus & tristitia uitæ. Monachus est q ita afficit & q ificaf uirtutis,
sicut libidinosus delectatiōibus uitiosis, & cōcupiscētijs carnis. Monachus est in cessabilis
men

men in oculo cor dis. Monachus est abyssus humilitatis, omnē spiritū extraneū ex toto præ-
cipitans & suffocans. Deniq; quicumq; dominū nostrū Iesum Christum ueraciter diligit, &
in corde ac corpore suo portat, futuram beatitudinem adipisci uere desiderans, contritio-
nem de suis peccatis ueraciter habēs, memoriā futuri supplicij ac futuri iudicij ueraciter
possidens, recordationem & timorem mortis suę assidue reasumens, non ultra amabit neq;
curabit nec sollicitus erit de pecunijs, de possessionibus, de presentibus: non de gloria uitæ
terrenæ, non de amicis aut fratribus, aut uniuersaliter de quocūq; bono terreno, sed omnē
horum affectionem & habitudinem, omnem de his sollicitudinem odiens atq; excutiens,
Christum sequetur sine pigritia & semper in cœlum aspiciet, inde implorās auxilium. Cō-
fusio maxima est post primam uocationem qua uocauit nos deus & non homo, de aliquo
alio curare aut sollicitari, nisi quod possit nobis prodesse ad conuersationem hac uocatione
condignam: hoc nāq; est retro respicere. Non corruamus à primo seruiore, sed in eo cresca-
mus quotidie, & omni diligentia custodiamus cor nostrum. Præterea cœnobium est cœ-
lum terrenum: propter quod ficit afficiuntur angeli in cœlo circa deum ei deseruiētes, ita
afficiamur in claustro eidem amministrātes: & quia in exilio atq; in ualle lachrymarum hic
sumus, deploramus nos ipsos. Luctus est præcipuus post baptismum primum baptismus
qui nisi à deo benigne datus esset hominibus, rari ac difficulter inuenirentur qui saluarent:
quemadmodum nihil sic conuenit humilitati ut luctus, ita nihil ei ut risus contrariatur. Cō-
siderare nō cesses æterni ignis abyssum immanissimosq; ministros, implacabilem iudicem,
atq; immentum chaos flammę infernalis, subterraneum quoq; pauendum ac terribilissimū
locum & hiatus angustos ac tetros discensus, quatenus horum imaginatione expellan-
tur te cogitationes immundæ, & generetur compunctio. In orationibus tuis sta corā deo
cum tremore sicut reus iudici astat & supplicat. Esto sicut qui sunt in metallis uincti, conti-
nui horis ac publicis custodibus flagellati. Qui enim aliquando luget, aliquando delicia
acridet, similis est ei qui canem cum panibus lapidat, qui specie tenus eum persequitur, sed
re ipsa allicie eum. Esto mœrens & lugens absq; ostentatione: Timent enim dæmones da-
lubrem mœrorem & luctum sicut latrones canem. Ignis æterni memoria singulis uespe-
ria cenat ac dormiat tecum, ac tecum pariter surgat, & nunq; dormabitur tibi in gligentia
tempore psalmodiæ. Itaq; luge: & si non luges, propter hoc luge. Quando non procuran-
tibus aut studentibus nobis nec quicq; adinuenientibus, fit anima nostra lachrymosa, de-
uota & mansueta. Curramus dominus enim non uocatus aduenit, spongiam nobis sibi pla-
centis tristitia: tradens, & aquam refrigerationi deuotarum purarūq; lachrymarum ad de-
lectionem offensionum nostrarum. Custodiamus eam ut pupillam oculi: multa quippe est
uitrus compunctionis istius: non ergo per leuitates & negligentias nostras gratiā dei per-
damus. Beatus monachus qui per intellectuales uirtutes iurium potest aspiciere & cōtem-
plari cœlestia. Porro qui rigat quotidie genas suas aquis uiuentibus, ex recordatione mor-
tis & culparum suarum cadere nequit. In principio paruulus patrem suum cognoscens, to-
tus gaudio plenus sit, dum conspicit eam: patre autem peregrinante atq; à peregrinatio-
nere deunte gaudio puer ac tristitia adimpleretur gaudio, quoniam desideratum inspicit pa-
tre tristitia, quia iteratam peregrinationē ueretur. Abscōdit se mater à paruulo, uidēsq;
eum secum dolore & luctu quærentem, iucundatur, instruens paruulū ut sibi incessanter
inhæreat atq; ad se uehementer in puero accendit amorem. Ita contingit animæ deuotæ
circa deum patrem ac sponsum cœlestem. Non curat de spectaculis condemnatus ad mor-
tē ueraciter lugens, nec iræ, nec furori, neq; delicijs usquā intendit. Vidi quosdā præ pla-
gati cordis tristitia sanguinē ex ore suo effundere. Non inculpabimur nec accusabimur in
exitu aiæ nostrę à corpore, quare non fecerimus miracula, aut quare nō theologizauimus,
aut quare contēplati nō fuerimus: sed omnino rationē dabimus deo, quare pœnitentiā nō
egerimus, & quia humiles nō fuimus, & eo q; indefinēter nō luximus. Mites ergo & humi-
les simus, & uere pœnitentiamus: Mitis est immobilis constantia animæ in diffamia & bona
fama, in prosperis & aduersis. Iracundus arreptitio similis est. Pœnitentiā uerā agēti, nihil ita
incōgruū in expedisq; cōsistit, ut furor. Cū spiritus sanctus sit pax aiæ, ira autē seu furor cō-
turbatio eius, nihil sic impeditur susceptione spūs sc̄i, ut ira & furor. Quēadmodū lupus un-
totū ouīū gregē cōturbat, sic unus iracundus sapiē totū conuentū & plurimos amicos. Lige
igitur furor uinculis mititatis. Quēadmodū irrationabilis, imprudēs & dolosus lædit. Lige
ro, & nota maxie le ditiſic religioſus iniurię sibi illatę memor, fallit seipſum, & similis est aspi-
di niſicāti in seipſo, cū cūferēti uenēnū mortiferę.

Christo mōc-
patus mōdāna
oia dēspicit

Prouer. 4

Gehēnę tormē-
ta semp cōſide-
randa

simile pulcher-
timum

Pœnitentiā,
humilitatē &
luctū à nobis
deus requirit

Simile

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI,

Articulus LXVI. Prosecutio introductionis documentorum salubrium.

EX odio & recedatione iniuriæ procedit detractio pessima, proles ex parente prauius. Audi detractores & reprehendi eos, qui suum excusantes excessum, dixerunt quia ex charitate & cura proximi sic loquerentur dixi q; eis: Cessate à tali charitate, ne mendacem faciatis eum qui dixit: Detrahentem secretae proximo suo, hunc persequere. Si diligis fratrem, latenter ora pro eo, non detrahas ei, nec iudices temere quicq;: Nā Iudas fuit in choro apostolorum; latro uero in numero homicidarum, & mix; quomodo uno momento facta est transmutatio. Vidi peccantem manifeste & poenitentem secrete, & quæ fornicatē iudicauit, castum inuenit: Non reuereris nec audias detrahentem, sed dic ei: Quiesce frater, ego quotidie in peioribus pecco, quomodo illū ualeo iudicare? Hoc uno emplastro, id est hac sapienti ac humili responsione te ipsum lucraris & detractorem. Sicut alienus est ignis ab aqua, sic alium iudicare, alienū esse debet à poenitentem, præsertim religioso. Obseruatores aliorum & exploratores operum proximorum seducti sunt, fumum pro solo tenentes. Cum uerū sit, Nolite iudicare, & non iudicabimini, constat quia in quibus uituperamus proximum, siue in spiritualibus siue in corporalibus, eadem incidemus. Acuti iudicantes & obseruatores aliorum agunt, qui de proprijs uitijs nondū irrecuruatam ac perfectam poenitentiam, curam atq; memoriam assumpserunt. Si enim quis propria mala uelo arrogantia, cooperta disuelans diligenter inspexerit, ne qua alios iudicabit aut obseruabit, reputans suum tempus sibi non sufficere ad proprium lucrum, etiam si ceterum uixerit annis, atq; lordanæ fluuium totū in lachrymis ex suis uiderit oculis procedentem. Iudicare est impudica rapina dignitatis altissimi. Per multiloquium se peccatū homo detractiois peccatū. Multiloquiū est uana gloriæ cathedra, per quod quis se ipsum pompatice manifestat. Multiloquium est insipientiæ argumentū, porta detractiois, ministri mendacij, compunctionis resolutio, acuminis intelligendi dispersor, mater acedia, somni præcursor, interioris custodiæ exterminatio, frigefactor feruoris, obscurator orationis, scurrilitatis adductor. Porro silentium est mater orationis, distractiois reuocatio, metis custodia, episcopus cogitationum, id est considerator & corrector earum, sapientiæ signū, lachrymarum amicus, uita attendens, linguam refrenat: qui uero multiloquus est, nondum cognouit seipsum sicut oportet: Amicus silentij deo propinquat, & colloquens eum illuminat ab eo. Propterea acedia quæ frequenter ex multiloquio oritur, summe uitanda est monacho. Acedia est remissio anime, resolutio mentis, pusillanimitas exercitationis, odij professio, beatificariæ hominum mundanorum, attonita in psalmodia, infirmans in oratione, serrea in operatione, hospitalitatē suggerit, uisitare infirmos persuadet, statem in choro submergit somno, atq; impiorum oscitationibus rapit uersum ab ore. Acedia & otiositas ex ea proueniens uniuersas uirtutū dispersunt diuitias. Qui luget seipsum, non nouit acediam. Liget iste tyrannus, id est acedia eradicitur ab anima recordatione propriorum malorum, per cuius opere manuum, trahatur intentione atq; attenta meditatione futurorum bonorum. Acedia apud uere obediētes non inuenit ubi caput reclinet, & ipsam in obediētiā parit. Ex acedia quoq; oritur gula, & acediosus ac piger iugiter cogitat de sui uentris repletione. Leonem potest quis blanditijs facere mansuetum, qui uero corpus suum fouet gulose, facit illud magis rebelle. Gaudet Iudæus sabbato imminente, & gulosus monachus lauta refectione instante. Vince uentrem anteq; uincaris ab eo. Mens ieiunantis orat uigilanter ac sobrie: mens autem gulosi orat repleta phantasijs immundis. Qui uentrem suum fouet ac replet, & contendit fornicationis spiritum uincere, similis est uolenti cum oleo ignē extinguere. Tribulatio uentre humiliat cor, uentre autem repleto, superbit cogitatio. Afflige uentrem, & claudesorum ex gula nanc; loquacitas, somnolentia & pigritia oriuntur. Oculis agrauatis opus manuum apprehendit: somno autem non instante, illud non tangas tempore orationis: si cut non est possibile seruire deo & Mamonæ, ita non expedit cū deo assistis, opus manuifacere. Omnium malorum radix est auaritia in uiris mundanis, in religiosis uero gula. Dum bibis, cogitare non cesses qualiter rex tuus pro te aceto & selle potatus est, & abstinebis aut suspirabis, & delectaberis minus in potu. Locutor & exhortator sibi ipsi contrarius de plaça peccati sanatione disputat, & seipsum ac alios lædere male agendo non cessat. Contra uita loquitur, & tamen assidue illicita operatur. Ore contra uita orat, & pro suo corpore agonizat. De morte philosophatur, & qualis immortalis sic conuersatur. De abstinentia desceptat, & pro gula cōcertat. De uana gloria meditatatur, & in ipsa meditatione lectionis in a niter gloriatur. De iudicio dei legit, & ridere incipit. De uigilia deserit, & mox seipsum somno immergit

Plat. 100

Ast. 1
Luc. 23

Mat. 7
Luc. 6

Multiloqui
reprehensio

Silentij uita

1. Cor. 8

Acedia uitanda

Simile

Mat. 6
1. Tim. 6
Plat. 68
Mat. 27
Marc. 15
Luc. 23
Iohan. 19

DE EXEMPLIS ET DOCUMENTIS AVTHENTICIS. 407

immergit. Obedientiam beatificat, & ipse primus obedientiam frangit. Nil uitiose amātes collaudat, & propter acū & uilia quæq; passionat, nec de sua abusione confundit. Saturatus de sua dolet saturitate, & paulo post rursus se replet. Qui uero obediens est plerūq; stas in oratione sit totus exultans & illuminosus. Vigilans oculus monachi mētem purgauit: multitudo somni animam excecavit. Vigilans monachus fornicationis est inimicus, somnolentus uero est coniugator. Monachus dei amator signo orationis audito dicit, euge, euge; negligens uero dicit, heu, heu. Gulosus uita mensæ apparitione, lætatur: amator dei ea uita tristatur. Agricultoribus in area atq; canalibus congregantur diuitiæ: monachus uero spiritalis diuitiæ in uesperinis & matutinis officijs. Somnus multus est coniunx iniusta, mediam uitam negligentis rapit. Improbis monachus in fabulationibus uigil, in psalmodia, oratione & lectione præ somno uidere non potuit. Non fit in te formido uana & puerilis tēpore noctis, & dum solus alicubi resides: formido nāq; est puerilis mos, auersio fidei in expectatione improuorum aut displicentiū, & contremiscens sensus cordis de incertis euentibus mentem frangens, consternens & triste efficiens: huic formidini subiacent uane gloriæ ac tumidi, quos iustus deus iuste relinquit: ideo fragores ac strepitus creaturarum & umbras formidant. Porro, dum improuifa & displicentia cuncta ex cordis contritione præpore expectamus, tunc uere ab hac formidine liberamur: Non enim locorum caligo & solitudo dæmones contra nos inuadescere faciunt, sed proprii cordis sterilitas. Nōne ubiq; est deus: Nonne angeli sancti nobiscum sunt? Abijce gloriam uanam, quoniam uane gloriosus cultor est idolorum, colens deū secundum apparentiam, hominibus uero placere affectans secundum rem. Vane gloriosus est omnis ostentator: Adulator est dæmonum minister, superbie manu ductor, compunctionis dispersor, exterminator bonorum, cum scriptū sit: Populus meus qui beatum te dicunt, ipsi te deiciunt, & uiam gressuum tuorum dispant. Magnū est ab anima laudem hominum amouere, maius uero est, laudem dæmonū pro-pullare. Humilitatē ostendit, non qui seipsum uilificat (quomodo em non supportabit seipsum) sed ab alio improperatus ac spreus, & charitatem ad eum non minuens, humilitatem demonstrat. Non suscipias dæmonem, cum tibi episcopatū, aut fratrum ducatum, aut magisterium subimmittit: labor enim est, canem hūc à macelli mensa repellere. Superbia est negatio dei, inuentio dæmonum, despectio hominum, temerarij iudicij mater, effugatio diuini auxilij. Altum sapiens monachus contradicit uehementer: humiliter uero sapiens, cōradicere nescit. Dedituratur cypressus pergere super terrā: & arrogans monachus corde superbus despicit obedientiam possidere. Vir altus corde desiderat principari. Immundus est corā deo omnis arrogans corde: & quis eū poterit emū dare? Nō cōfidat neq; præsomas quousq; sententiā à iudice summo acceperis. Noli arrogas altū sapere, cū sis terrenus: multi nanc; de celo eiecti sunt, cum fuissent immateriales. Non te reputes facere magna aut pati cōdigna: Nam quāuis mille mortes pro Christo sustinuerimus, nondū tamen qd est congruū, persoluemus. Aliud enim est sanguis dei, aliud sanguis feruorum, aliud secundū dignitatem, non secundū essentiam. Non cessemus nos ipsos quoti die examinare & dijudicare per comparationem ad sanctos patres qui præcesserūt: & tūc inueniemus nos necdū calcasse aut inchoasse diligenter ac digne conuersationis uestigium, sed adhuc in seculari institutione ac uita esse detentos. Monachus superbus non indiget dæmone, ipse em de cæte ro sibi ipsi factus est dæmon & impugnator. Vnū est quo superbiam & uanā gloriā uincere poteris, si non cesses coram deo te ipsum integre uituperare & accusare.

Articulus LXVII. Prosecutio hanc salutarium doctrinarum

Ardiamus lumen quod aiti: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Mititas est intransmutabilis constantia mentis in honoribus & ignominijs se equaliter habens. In cordibus mitiū dñs requiescit. Aia uero conturbans & conturbata, sedes est dæmonū. Anima mitis, thronus est simplicitatis: mens aut iracunda, auctrix est malignitatis. Aia mansueta suscipit & effundet uerba sapientiæ. Simulator & furiosus sibi inuicem obuiauerunt, & in fermocinatione eorum non est inuentū uerbum rectū, & à malitia purg. Discite, inquit, à me, id est non ab angelo, nō ab homine, non à libro, sed à me, id est ex mea in uobis habitatione, illuminatione & copatione, quia mitis sum & humilis corde. Proficiēte in nobis regina uirtutū humilitate, pro nihilo reputam^u uniuersa bona quæ agimus. Desuper q̄ nobis cōcessam diuinam abundantia gratiæ quasi depositum arbitramur, & supra dignitatem nostram existens eisdem nos æstimantes ualde indignos, sicq; mens insuperabilis manet seipsum in petra tēperantiæ ac paruitatis recludēs, Monachus humilis, non

1. In. 3

1. In. 14

Mat. 11

Sap. 7

Psal. 114

non curiose scrutatur arcana superbus uero curiose scrutatur diuina iudicia. Prophetas ait, Vigilauit, ieiunauit, fatigatus sum, laborauit sed humiliatus sum ait, & dñs saluauit me: nā penitentia releuat peccatorem, iustus uero cœlum pulsatur. Sancta autem humilitas aperit. Proximos nostros plus nobis habere de gratia arbitremur. Impossibile est ex niue flammā procedere: Impossibilis uero est, in eo qui quærit ab hominibus gloriā, humilitatē existere. Quidam humiliant se ex consideratione dominicę passionis: quidam ex consideratione culpæ suarum: alij ex tentationibus, infirmitatibus & aduersitatibus quæ eis occurrunt: alij per intentionem charismatum, id est augmentationem gratiæ sibi datæ: matrem gratiarum sibi familiarem fecerunt: quidam uero ex ipsis dei donis se ipsos humiliantes, secundum horum processum donos indignos se talibus diuitijs reputat, & sic conuersant quasi suo debito apponentes: hoc humilitas, hoc beatitudo, hoc perfectum est brauium. Cū uideris aliquem in paucis annis sublimiter profecisse, cogita eum hac ultima uia trāsisse. Qui uerē humilis est, semper propriam uoluntatem ut seductricem & errantem abominatur. Interdum simul cum aqua ranam haurimus, quando uidelicet actibus uirtutum uicia quedam miscentur, ut gula, hospitalitatis uociuæ familiaritates & praua colloquia, charitati. Vita monastica in sensu cordis fiat, id est cum interno exerceat saporem, in timorē affectum in cogitationibus, operibus, sermonibus & gressibus, alio qui non erit monastica. Denique lumen monachis est angelus, lumen uero omnium hominum, est uita monastica. Studeant igitur monachi exemplar & forma uirtutū fieri uniuersis, ut nec uerbis nec factis alicui dent ullā offensionem. Multiloquium interdū in monachis oritur ex uana gloria, quandoque ex uentris ingluuie, aliquando ex stultitia alienatione mentis quandoque ex dæmonum agitatione & sæpe ex pessima consuetudine. Dæmones in omnibus bonis operibus tres nobis suffodiunt foueas: nam primo luctantur ut a bonis agendis impediant nos, & quando in hoc uincuntur, conantur ut non secundum deum fiant. Cumque in hoc quoque succubuerunt, tūc nobis nequiter adulantur ut extollamur aut uane lætemur. Discunt interdū a nobis dæmones spontaneæ, ut absque solitudine & cautela ac studio conuerseremur, & tūc redeundo, miseram animam nostrā omnino diripiunt. Sūt in spiritualibus uiris minima uicia, plerūque a deo dispensatiue relicta, ut propter paruos quosdam defectus & culpas exiles se ipsos uementer ut superantes diuitias imprecabiles humilitatis custodiant. Quemadmodum in sensu odoratus naturaliter bene dispositi, aromata latenter tenentem cognoscere possunt: sic anima munda sua uirtutem gratiæ ac uirtutū sentit, quam & ipsa ante ex deo accepit & habuit: factorem quoque uitiosorum a quo ipsa liberata est, in alijs existere cognoscit. In unoquoque tempore propria & opportuna tēpori quæramus & exequamur. A se purgatus, clausus ostēdit solē: anima uero a suis præsumptionibus & uitijs liberata, lumen contemplatur diuinū. Quando aliquos uidemus nos secundū deum amantes, ad illos quæ maxime custodiamus reuerentiam, & fugiamus audaciam ac præsumptionis fiduciam: Nihil enim ita dissoluere charitatem atque inducere odium naturaliter habet, quemadmodum confidentia & audacia. Quādo in strato reclinamur, dæmō uenit & sordidis cogitationibus atque memorijs nos sagittat, quatenus detenti pigritia non surgamus ad orationem, nec contra eum armemur, sed in immundis cogitationibus obdormientes, sordida quoque somnia habeamus. Est spirituum malignorum quidam præcursor dæmon, qui nos a somno surgentes protinus uocat & suscipit primitiuamque mentis nostræ intelligentiā inquinat. Tu uero da deo primitias tuæ diei. Qui arcana & ineffabiles dei dispensationes, consolationes, operationes aut uisiones in hominibus curiose scrutatur, deumque esse personarum acceptorem latenter supponunt, si in sunt propriæ reputationis & arrogantia. Quicumque uolunt uoluntatem ac beneplacitū dei addicere, proprias uoluntates ac complacētias prius debent mortificare, & fide ac simplicitate absque malignitate patris interrogare, eorumque dicta quasi dei consulta recipere, quāuis eorum affectioni ac sensui extent contraria. Non est deus iniustus, ut cum humilitate pulsantes excludat: Ideo in iudicijs hæsitare, & absque certificatione plurimum permanere non illuminatæ animæ, sed amatrix uanæ gloriæ est argumentum. Cor rectum a rege uarietate liberæ in nauis innocentia sine periculo nauigat, si quis corpus castū & cor mundū Christo uult exhibere, in irascibilitate & abstinentia benigne, se ipsum integre seruet, absque his enim omnis noster labor est inutilis. Noli esse feuerus iudex, & exquisitor eorum, qui sermone magnifice docent, & circa practicam aliquantulum pigritantur: Plerūque enim defectum operis adimpleuit utilitas uerbi. Non omnes dona possidemus & qualia, in aliquibus sermo opere plus abundat, in alijs econuerso. Si quis homines mundanos accessit, aut eos recepit & simi-

2. Cor. 6

ex uana gloria multiloquium

Simile

fit, & de eorum recessu postmodum fuit tristis, & non magis gauisus est tanquam ab impedimento deuotionis & laqueo liberatus, iste a dæmone uanæ gloriæ, aut a spiritu malignitatis illud dicit. Qui perfectioni student atque propinquant, si interdum a tentatore in aliquo modico superentur, omni utant industria hoc ipsum confestim a tentatore diripere centupli. Abstinentiæ mater est fixa meditatio mortis, stabilitate memoria fellis & acetis regis nostri Iesu Christi. Oratio deuota exterminatio est acedie. Quæ admodum impossibile est serpente suam antiquitatē exuere, nisi intrando per angustum foramen ita ut nos antiquas præsumptiones animæ, in ueteratione & ueteris hominis tunicam non abijciemus, nisi angustā & arriā uia ieiunij mortificationis sensu, ac propriæ uoluntatis & aduersitatis pergamus. Sicut aues quedam multum de carne habentes, in cœlum non ualeant uolare, ita & suam carnem nutrites & delicate fouentes, cœlestia nequeunt contēplari. Quæ admodum exiccata cœnū porcus non amplius curat, sic mortificatam carnem dæmones ultra non inquietabunt. Quemadmodum humidus multitudo lignorum multum fumum producat, flammā ignis plerūque suffocata immoderata tristitia tenebrosam & passionatam efficit animā, & aquam lachrymarum defecat in eam. Quemadmodum cæcus sagittator est reprobus, ita discipulus contradicē litigansque perdetur. Sicut ferrum probatum acuit ferrum molle: sic frater feruens suo exemplo saluat aliquem negligentem. Quemadmodum equi simul curretes se inuicem cohortant: ita congregatio & bona societas seipsum ad bona omnia excitat & exercet. Quemadmodum nubes solem abscondunt, ita malignæ intentiones mentem obscurant & perdunt. Quemadmodum thesauros regios uidens, suam paupertatem magis attendit: sic anima magnas patrum uirtutes audiens & legens, se magis humiliat. Quemadmodum aqua subtilitatem ascensitificam anima sub periculis angustata ad deum se erigit. Sicut qui portat aromata, etiam nolens deprehenditur ex odore: ita spiritum dei habēs, ex uerbis suis & humilitate sua fit notus. Sicut spiritus turbant abyssum: sic furor conturbat deliberationem & mentem. Sicut ignis non parturit niuem: ita qui in præsentia quærit honorem, futuri honoris iucunditate non perfuerit. Quemadmodum quisque armatura non potest quis forte bestiam superare: ita sine humilitate non potest quis iram reprimere. Quemadmodum nemo uiuere potest sine elcaia nunquam conuenit negligentia locum docere eum, qui cupit saluari. Quemadmodum solis radius domum ingreditur illuminat omnia, & subtilissimum puluerem uolitantem in aere facit uidere: sic timor dei mentem introiens, cuncta sua delicta atque peccata ei ostēdit. Quemadmodum cancri uelociter progredine queunt, quia nunc ante nunc retro incedunt, & ideo facilliter comprehenduntur: sic homo quandoque ridens, aliquando lugens, interdum delicias utens, quandoque poenitentia se affligens, nihil proficere potest. Quemadmodum qui contra leonem pugnat, si alibi reflexerit uisum protinus uincitur: ita qui cum carne sua præliatur, si eam fouens quietare uoluerit perditur. Quemadmodum qui in scalam ascendit terredine putrescēt ac uetustate corrupta periclitantur ita sub honoribus, & gloriis, & plationibus, & fama piclitan, quæ amat ea: quæ amata ueræ humilitati existit contraria, & habet deiciunt. Sicut impossibile est efuriētē panis memoriā non habere: ita possibile est non recordari mortis atque æterni iudicij, eum qui saluari festinat. Sicut aqua lras delectific grā lachrymarum peccata. Quemadmodum quedam literæ aqua deleri non ualent: ita quidam lachrymarum non possunt, sed per merorem & contritionem atque suspiria peccata diluunt & abstergunt. Quemadmodum multitudo stercoreum multitudinem fimi operatur: ita multitudo escatum multitudinem ruinarum & cogitationum prauarum ac forniciorum. Quemadmodum uinctus pedibus ambulare non potest: sic monachus proprium habens aut peccuniam congregans, cœlum non poterit intrare. Quemadmodum nauis boni habens gubernatorem sine periculo in portum deo cooperante ingreditur: sic anima bonum habens pastorem, etiam si plurima mala peregerit, in cœlum potest intrare. Sicut non habens ductorem, quamuis sit ual de prudens, facilliter errat in uia: ita qui sua uoluntate & proprio arbitrio præsumit uitam monasticam agere, quamuis omnem mundi sapientiam nouerit, facilliter perdit. Sicut de longa infirmitate non cōtingit uno ictu sanitatem acquirere: sic non est passiones subito superare. Quemadmodum aurum luto commutantes, damnificantur: ita qui propter temporalia & laudem humanam spiritualia agunt aut manifestant. Sicut imprudens est qui patre suo sepulto mox redit ad nuptias: ita est in decēs peccata sua desistere uelle præse, aut gloriā uel honorē seu requiē in præsentia ab hominibus querere. Quæ admodum rex non expellit militem qui pro se in prælio plagas recepit crudeles, sed promouet eum sic.

Mortis meditatio abstinentiæ mater

Simile.

Aliud

Aliud

Aliud

Aliud

fic monachum multa tentamenta à dæmonibus sustinentem, super cælestis rex coronabit. Dogmatū altitudo, pelagus profundissimū: mens autem quiescentis sine periculo nō exi-
 liet in eis. Non est tutum in pelago cum ueste natæ neq; uitium habet̄ theologiam su-
 dere aut tangere. Quorum mens uere orare didicit, hi ante deum positi ad ipsum loquunt̄,
 sicut qui ad aurem regis. Auris quiescentis suscipiet de super magna & sensum excedentia,
 Non stabunt quiescentes quousq; ad Seraphin ptingant: nec laborare cessabunt, donec an-
 geli fiant. Modicus pilus turbat oculū, & parua sollicitudo exterminat quietem. Qui men-
 tem mundam deo uult exhibere, & curis ac sollicitudinibus uitæ se tradit, similis est ei qui
 pedes suos fortiter ligat, & uelociter currere nititur. Qui necdum deum nouit, erit impro-
 bus ad quietem, Quies in expertos & in doctos suffocat. Sine gustu diuinæ dulcedinis exi-
 stentes in distractionibus & anxietatibus atq; acedij̄s tempus cōsumunt. Qui orationis pul-
 chritudinem tetigit, fugiet turbas ut onager. Quies est ineffabilis cultus atq; uocatio dei,
 Christi memoria tuo flatui uniatur, & tunc cognosces fructū quietis. Lapsus obedienti est
 propria uoluntas, quiescenti uero ab oratione recessus. Si gaudes super aduentu fratru ad
 cellam tuam, cognosce te acedij̄ & non deo uacantem. Exemplar quietis sit tibi magnus or-
 æqualis angelo quiescens Arsenius. Memēto cōuersionis angelicæ huius Arsenij, quæ-
 litur quosdam ad se ueniētes ingredi non permisit, ne (quod maius erat) uidelicet allocuti-
 onem contemplationemq; dei amitteret. Nouerat nanq; qd dæmones sepe irrationabilibus
 gyrouagorū discursibus quiescentes, solitarios à sanctis exercitijs impedit & inquietat. Et
 tu ergo uagos & negligentes non uerearis contristare, eos nō admittendo: forsitan enim
 ex tristitia tali circuire cessabant. Veruntamen uide ne gratia huiusmodi intentionis repel-
 las & perturbes hominem te accedentem desiderio audiendi uerbum salutis. In omni uero
 re necessaria tibi extat lucerna, id est discretio: ideo deū ora, ut in cūctis te dirigat. Fides
 est ala orationis. In carcere uinctus, pœnas iudicis metuit quiescens aut in cella, Christi ue-
 retur iudiciū, & illud magis formidat, q̄ uinctus in carcere iudicis pœnas. Uinctus & mor-
 ti adiudicatus semper intuet̄ quando ad carcerem ueniet iudex: qui autem uere operarius
 est, semper cogitat quando animam eius Christus educet de corpore. Quiescenti magnus
 timor dei necessarius est: quia nihil ita persequitur acediam, sicut timor. Vir patiens ante se-
 pulchrum mortuus est, de cella sibi faciens sepulturam. Lectio scripturarum non modicū
 illuminat atq; recolligit mentem: uerba enim sunt spiritus sancti: Sine curiositate opera tua
 exerce: quia curiositas inquinat mentem ualde.

simile pulcherrimum

Quies quid

Arsenij laus

Tobias 4

Oratio quid

In oratione ante deū quō stā dum sit

Orationis prin- cipij, mediū & finis

Articulus LXVIII. De cæteris Climachi documentis.
Oratio secundum qualitatem, est unio hominis ac deisecundum operationē aut oratio consistentia mundi, reconciliatio dei, lachrymarū mater & filia, pons ten-
 tationum, murus tribulationum, preliorū contritio, animæ alimentum, angelica operatio, fons uirtutum, conciliatrix charismatum, opulētia monachorū, illumina-
 tio cordis. Præ omnibus in nostra obsecratione synceram gratiarū actionem subordinemus. Quomodo stare debeas ante deum in oratione, discere ex forma qua rei sit ante uisibi-
 lem iudicem: atq; ex modo, quo infirmi se habent ad medicum, quando exuri aut incidi de-
 bent ab eo. Quemadmodum sal & oleum condiunt piscis: ita lachrymæ & continentia pē-
 natam faciunt orationem. Principium orationis est, euagationes expellere: medium eius est,
 in uerbis & sensu orationis mentē libere detinere: finis autem eius est, raptus. Si semper su-
 dueris mentem tuam non elongare à deo, tecū erit & in mensa: si autem sine resistentia eua-
 garis, nunq̄ tecum dominus permanebit. Sordes orationis est, coram deo stare, & medita-
 tiones atq; intentiones inconueniētes habere. Ex terminium orationis est, curis inutilibus occupari: furctum orationis est, insensibiliter intentionem & mentem delectare ubi nō de-
 cer: querela est, qualiscunq; insultus nobis orantibus appropinquans. Nos qui sumus uir-
 tiosi & passionati, ineffabiliter deum rogemus: quoniam omnes à uitij̄s mundi & passibili-
 tate, ad impassibilitatem ac munditiā profecerunt. Non sic reus suæ pœnæ sententiam
 timet, sicut orationis studiosus executor coram deo timoratus consistit. Vidi quosdam in
 obedientia fulgentes, & uirtute qua poterant, assiduam dei habentes memoriam: qui oran-
 do protinus mente excedebant, & profundebantur lachrymis affluenter, quoniam ante pa-
 rati per sanctam obedientiam erant. Psalmidiam quæ fit cum multitudine, persequuntur
 euagationes, uanitates & recursiones, id est non rectæ intentiones: illam uero quæ sin-
 gulariter fit, impugnat acedia. Quodcunq; negotium quisquam exequitur, & hora orati-
 onis præsentem manet in illo, à dæmonibus illuditur. Studiosus & curam gerens orationis,
 stude

stude esse ualde misericors: quia per hoc monachus accipiet centuplum. Crudelis est aqua
 rapere ex ore sitientis: crudelius uero, quod anima orans cum compunctione, ante eiudē
 terminationem priuet se ualde desiderabili assistentia sua coram deo. Ne cesses ab oratio-
 ne, quousq; uideris ignem seruoris & aquam lachrymarum cessare: forsitan enim non acci-
 pies amplius tale tempus ad remissionem culparum tuarum in omni uita tua. Qui ab orati-
 one exeunt, nec inflammati nec illuminati, corporaliter & non spiritualiter orauerūt. Quæ
 admodum regi terreno abominabilis est ei assistens, & uultum ab eo auertens, eiusq; hos-
 titibus loquens: ita est abominabilis deo, qui in oratione existens, immundas cogitationes
 suscipit. Adueniētem canem, id est uanam gloriā armatura uirtutū persequere, & quoti-
 die eumq; congregas, ei nullatenus cedas. Pete lugēdo, quæ re obediēdo, pulsa longanimiter
 sustinendo. Non fiat tibi tempus orationis tuæ tempus prouisionum & exteriorum cura-
 rum. Quemadmodum cœlum stellis ornatur, sic uir impassibilis uirtutibus impassibilis est,
 qui corpus suum fecit à concupiscentijs emundatum, & à uitij̄s incorruptum: mentem uero
 super creatam eleuauit ad creatorem, omnes ei sensus subijciens, & animam suam deo sem-
 per præsentem exhibens supra humanam uirtutem. Talis fuit sanctus Effrem, qui dixit:
 Remitte domine unctas gratiæ tuæ. Impassibilitatem habet anima, quæ ita qualificata est
 uirtutibus, sicut uitiosus concupiscentijs. Qui talis est in omni tribulatione existendo, arbi-
 tratur requiem se haberet: & male dicente præsentem, manet immobiliter in sancta tran-
 quillitate atque in uniuersis sermonibus & operibus, intentionibus & deliberationibus: spiri-
 tum sanctum habet gubernatorem, & omni humana doctrina altior est effectus. Impas-
 sibilis est cœlum mentale, & thronus regis æterni, atq; à uitij̄s cūctis libertas. Fides omnia
 potest: spes misericordiam dei circumgyrat. Charitas nunquam excidit, nec currere desi-
 nit, neq; plagatum à beata infania, id est charitativa furore ac feruore uulneratum quiesce-
 re finit. Charitas secundum qualitatem suam est similitudo dei: secundum operationem uero,
 est ebrietas animæ. Beatus qui talem ad deū habet amorem, qualem insanus habet amo-
 tor ad suam dilectā. Beati qui ita timent deum, sicut rei iam capti timent iudicem & exacto-
 rem. Beatus qui ita effectus est sollicitus & festinans ad ea, ad quæ uere ac salubriter est festi-
 nandum, sicut prudentes serui ad dominum suum. Beatus qui sic zelator uirtutum exti-
 terit, sicut quidam circa suas uxores extat zelotypi. Beatus qui in oratione sic corā deo assi-
 stit, quemadmodum seruus coram rege. Non sic mater adheret lactenti infanti, quem-
 admodum filius charitatis, id est homo in charitate existens, deo: Nempe qui uere diligit,
 dilecti faciem semper imaginatur, & hanc pro dilectione nimia intrinsecus amplexatur. &
 hic talis neq; in somno à concupiscentia desiderari ualeat quiescere. Ideo hac sagitta plaga-
 gatus, dixit: Ego dormio, scilicet propter naturæ necessitatem, & cor meū uigilat, propter
 amoris excessum. Si alicuius dilecti hominis facies sua præsentia nos trāsmutat & claros ac
 hilares facit: qd non faciet facies dei ac regis nostri hospitantis in anima mūda: Quādo
 totus homo diuinæ charitati coaptatur & iungitur, tunc exterius quasi in speculo
 interiorem animæ claritatem ostendit, talisq; homo corporealem frequenter obli-
 uiscitur cibum, nec cum delectatione suscipit eum. Qui diligit proximū, nūq̄
 detrahentes sustinebit, sed fugiet ab eis tanquam ab igne. Qui ita scitur fra-
 tri suo, & dicit se deum diligere, similis est ei qui currit in somnis. Expe-
 rientia donorum dei spem parit, fidem certificat, charitatem accē-
 dit. Qui inexpertus est, non sine hæsitacione manet. Charitas
 est sapiētij̄ ministratrix: charitas est prodigiorū operatrix,
 illuminationis abyssus, fons ignis: quātū lustrum emana-
 uerit, tū sitientē accēdet. Charitas est pacis mater, sa-
 piētij̄ fons, immortalitatis & gloriæ radix: angelorū
 statio, seculorū pfectus. Annuntia nobis o pul-
 chra in uirtutibus, ubi pascas oues, ubi habi-
 tes in meridie. Illumina nos, pota nos,
 manu duc nos, ga ad te ascēdere affe-
 ctamus. Ad laudē & gloriā omni-
 potentis essentialiter & incircumscriptibiliter boni atq;
 amabilis, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

Simile

Mat. 7
Luc. 11
Ecc. 43

Effrem Syrius

1 Cor. 13

Cant. 5

Cant. 1

De exemplis & documentis authenticis, finis.

ZZZ

D. DIO

DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE PRAECONIO SIVE LAVDE ORDINIS
CARTHUSIENSIS.

PRO O E M I V M.

Gal. 5
2. Cor. 13

Rom. 13

Iohan. 17
Act. 10

Deu. 4

Phil. 4
1. Cor. 11
Mat. 23

1. Pet. 5

Mat. 11

Gal. 5

Iaco. 3

Gene. 8

Isa. 20



VI AVTEM SVNT CHRISTI, CARNEM SVAM crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hæc est generalis beatissimi Pauli in paradisum & usq; ad tertium cælum rapti doctrina in uniuersis suis epistolis, ut carnalia desideria reprimentur, ipsaq; caro in seruitutem spiritus redigatur, & ipsa mens hominis deo excelso ac glorioso per gratiæ charismata cõformet, quod totũ cadit etiam sub præcepto, ita ut nihil admittatur, nil fiat charitati cõtrarium. Porro, quanto quis istud perfectius in seipso expleuerit, tãto perfectior rite censetur. Etenim finalis perfectio, beatitudo, decor & gloria rationalis creaturæ est, suo creatori plenarie conformari. Ad quod naturalibus uiribus nequit pertingere, sed supernaturalibus indiget

gratiæ donis, atq; assidua ope piissimi Saluatoris, qui dixit: Sine me nihil potestis facere: qui cum sit uniuersorum creator ac dominus, nec personarum acceptor, nulli denegat gratiæ suæ auxilium, eandem totis uiribus requirenti, ut puta q; in se est facienti, quemadmodum Moyses protestatur: Cum quæsieris dominum deum tuum inuenies eum: si tamẽ toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Hinc elucescit, q; quanto plus captauerit ac preparauerit se homo ad diuinorum infusionem charismatum, ad gratiæ incrementum, ad supernaturale deitatis subsidium, tantò exuberantius desuper exaudietur, gratiosius confortabitur incessabilisq; iuuabitur: sic ut uere & ex sententia fateatur: Omnia possum in eo qui me confortat. Ideo sapiëntia dei patris Christus in omni euangelio docuit, monuit, iussit, ut totum cor nostrum conuertamus ad deum fide firma, filiali fiducia, charitate præcipuam: ipsum in omni necessitate & tam fideliter inuocemus: impedimenta quoq; exauditionis diuinæ, id est, peccata quibus maiestatem altissimi offendit in honorariq; consistat, diligenter uitemus. Deniq; hinc iubemur omnem solitudinem nostram in ipsum projicere, in omni indigentia ad ipsum confugere, in omni euentu in ipso sperare. Hoc patres sancti spiritu sancto repleti profunde penitentes, uarios ordines instituerunt, prout diuinitus mouebantur, in quibus diuersa ordinauerunt statuta, rigorosa satis & ardua: innitentes in cunctis gratioso auxilio spiritus sancti, cuius consolatione ac ope nouerant omnia, non tantum facilius, imò & delectabiliter posse impleri: quemadmodum rex & legifer noster est loquutus: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis cor deus: iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Cũq; teste Apostolo, hi qui sunt Christi, hoc est electi à Christo, & per gratiam pertinentes ad ipsum, carnem suam cum vitijs & concupiscentijs crucifigant refrenent, castigant pœnitentialiterq; affligant: quod etiam aliquo modo ad omnem pertinet atque requiritur Christianum. Ideo patres sancti in suis regulis statuerunt id fieri cum eminentia quadam, ut scilicet religiosi quo professionis fuerint altioris, eò excellentius & perfectius corpora sua cum vitijs & concupiscentijs crucifigant, quatenus & sic abundantiorum cœlitus gratiam sortiantur, Christo conformiores reddantur, ac demum ad omnia quæ diuini sunt cultus ardentiores fiant ac fortiores. Præterea (quia in multis offendimus omnes: sensus quoq; appetitus ac cogitatio cordis humani proni sunt in malum ab adolescentia sua) instituerunt beatissimi, feruentissimi & illuminatissimi patres in suis statutis ac regulis uarias obseruantias regulares, satisfactorias penas, ordinationes pœnitentiales, quibus non solum quotidiana & cuncta præterita deleantur peccata, uerum etiam futura & imminenta caueant, in hærentes ac innitentes in oibus pietati ac gratiæ misericordissimi creatoris, nõ instabilitati & imbecillitati humani cordis, sicut hortatur est Isaias: Quis, inquit, ambulat in tenebris, & nõ est lumẽ ei: speret in nomine dñi, & innitatur sup deũ suũ. Ampli, hæc ex causa diuinus Dionysius Christianã sapiëntiã, euãgelicẽ legis doctrinã, sacrã si dei theoriã appellauit

appellauit irrationabilem, insensatam, amentem: quæ uerè rationis luce deficiat, sed quoniam omnem naturalem rationem, philosophicam traditionem, humanam perscrutationem profus transcendit, potissime in credendis, magna quoq; ex parte in operandis, in quibus omnibus necesse est supergredi semetipsum, deo inniti, gratiæ inhærere ac stabiliri in eo, de quo cantamus in psalmo: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Item: quæ in deo salutari meum, & gloria mea deus auxilij mei, & spes mea in deo est.

Psal. 90
Psal. 61

Articulus primus. De institutione ordinis Carthusiensis.

Nonne deus stultam fecit sapientiam huius mundi? Agnitum planè atq; famosum est miraculum illud resuscitati Parisiensi mortui in theologia magistri facientis uirtuosij, gradibusq; morum uenustate forinsecus decorati, qui altera obitus sui die ac prima sui resuscitatione erigens se in feretro, terribili protulit apparatus. In isto dei iudicio accusatus sum. Porro sequente die denuo suscitatus, terribilius ait: Iusto dei iudicio iudicatus sum. Tertia autem die terribilissima uoce deprompsit: Iusto dei iudicio æternaliter sum damnatus. Cuius occasione prodigiij ordo cepit Carthusiensis. Vir quippe altæ considerationis magister Bruno, natione Coloniensis, in factio illo horribili inueniens quàm uere incomprehensibilia, rigorosa ac metuentissima sint omnipotentis iudicia, compunctus, territus & accensus est uehementer, ac unã cum sex uiris sibi familiaribus ac præcharis hunc mundum immundum, hoc seculum nequam, hoc turbulentissimum ac periculosissimum mare, in quo (ut sanctus fateretur Hieronymus) de centũ uix unus euadit, exire decreuit: quod iuxta directionem sancti Hugonis Gratianopolitani antistitis super hoc uisione septem stellarum desuper informati saluberrime adimpleuit, ac iuxta compunctionis suæ feruorem, iuxta spei suæ in deo corroborationem, iuxta magnitudinem ac certitudinem fidei suæ eremiticam, solitariam & uere pœnitentialem exorsus est ducere uitam, ex qua Carthusiana religio traxit originem. Cuius professores elegerunt esse omnino reclusi ab esu carniũ, perpetue atq; in dispensabiliter abstinentes, corpora sua cum uitijs & concupiscentijs crucifigentes: in cella & solitudine, in spe & silentio, in oratione & compunctione, in ieiunijs & disciplinis, in asperitate cilicij ac strati duritia, in psalmodijs & laudibus, in contemplatione atq; indefinente profectu diuini amoris uacantes & obsequentes altissimi motum quoq; bonum quod agunt, pro nihilo reputantes, & super dignissimo deo grata ac humili mente synceriter ascribentes, prudenter aduertunt q; deus maiestatis ac gloriæ penitus infinitæ, in infinitum ampliori honore, cultu, amore & subiectione fit dignus quàm ipsi, imò & uniuersa creata eidem ualeant exhibere. Præterea quodd nec beneficijs primi ac summi datoris quicquam æquiualeat aut condignum ualent rependere: quod item si uoluerit cum eis iudicio deus contendere, non poterunt respondere unum pro mille. Rufus, quodd nec pro suis excessibus satisfacere queat iudici summo, etiam si flumina aquarum Iordanem maiora oculi eorum deducant, & totus hic mundus simul oret ac ploret pro ipsis. Postremò, quod non sint condigni labores, idoneæ seruitutes sufficientes uel passionibus huius conuersationis ac temporis ad futuram gloriam electorum. Ex horum consideratione profunda ac luminosa, non solum pro nihilo arbitrantur quodd carnibus nunq; uescuntur, imò uehementer deplangunt, q; à sanctorum patrum rigore & abstinentia, compunctione & pœnitentiæ profectu, puritate, perfectione ac syncerissima contemplatione tam intense & quasi infinite deficiunt: Propter quod merito humiliant ualde spiritum suum, & aspernantur seipos, seq; secundum id quod ex se sunt considerantes, ex corde se reputant indignos pane, quantum magis piscibus & lacticijs quibus uescuntur, terra quam calcant, aère quem respirant, & omnium creaturarum obsequio, imò & omni beneficio dei, eo quodd uniuersorum creatorem (cuius honorabilitatis nullus est finis) tam frequenter, tamq; enormiter offenderunt: haud dubium, quin multo plus quàm ipsimet sciunt aut comprehendere ualent.

1. Cor. 1

Rom. 11

Gal. 5

Iob. 9

Eccl. 7

Articulus II. De antiqua quorundam quærela aduersus Carthusienses, eo q; in nullo casu, in nulla uidelicet infirmitate,

Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia est enim illi: spiritu alis autem omnia diiudicat, & ipse à nemine iudicatur. Quidam beneuoli sunt beneq; indolis, & bona uirtutum ac gratiæ dona quæ in seipsis non habent, amant, & cõmendant

1. Cor. 2

commendant ac uenerantur in alijs: Alij uero corrupti sunt, intorati atq; ad temeraria iudicia proni, qui dona dei quibus carent, in alijs persequuntur, melioribus obloquuntur, ac (teste Hieronymo) in eo doctos se putant bonosq; arbitrantur, q; doctioribus & melioribus se obiectant. Hinc aliqui ab antiquo temere eruperunt & poluerunt (ut scriptum est) in celum os suum, sanctum ordinem Carthusiensem in discretionis ac sceleris arguentes, eo quod professoribus suis in nulla aegritudine carnis uesci cōcedat: quia (ut fanter) per hoc necessaria remedia negantur, & uita infirmi, quæ per confectionem ex carnis uisitatione staurari posset & prolongari, abrumpitur. Præterea alijs discretissimi religionum instituto res in aegritudinibus grauib; præsertim in articulo mortis, in quo omnia extant communia, esum carniū suis professoribus concesserunt, puta Hieronymus, Basilius, Benedictus &c. Vnde hi indiscrete hoc negare uidentur, cum & Apostolus contestetur: In nouissimis diebus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, prohibentes nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendum cū gratiarum actione: quoniam omnis creatura dei bona, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem.

Pfal. 72

1. Tim. 4

Exod. 7
2. Tim. 3

Hæreticus 98

Alimenta uirtutis
eē uitalē celeriter
reparantia

Articulus III. Reprobatio accusationis illorum, & ad obiecta eorum solutio.
Vemadmodū autem Iohannes & Mambres resistunt ueritati, sed ultra non perficiunt. Insuper enim eorum manifesta omnibus erit sicut & illorum fuit. Contra præteritas calumnias dudum scripserunt uiri literati ac boni magister Arnoldus de noua Villa præcipuus physicus, Cancellarius quoq; Parisiensis Iohannes de Gersono gloriosus theologus. Præterea ergo Arnoldus in suo scribit tractatu: Opinio illa in se falsa est & prophana quia expresse sapit hæreticam prauitatem, & est in radice sua phantastica & mendosa. Cuius falsitas sic probatur, quod ex summa sit charitate non admittit charitatem. Cum ergo in ordine Carthusiense carnes regulariter denegentur quibuslibet regulæ subiectis uirtute generalis statuti, constat ex charitate id fieri. Insuper q; sapit hæresim declarat, quia ut sacri canonis professatur, Hæreticus est qui ratione ecclesiæ aduersatur, & item qui nouum dogma constringit in his quæ ad uniuersalem pertinent statum fidelium, & certe utroq; reatu in uoluitur actor opinionis tam prauæ: Constat namq; quod Romana ecclesia de præfato ordine tanquam de pulcherrima ac gloriosissima filia gloriatur & tolerat, imò & approbat statuta ipsius. Pingit etiam nouum dogma, quia supponit quod languidi interdum nequeant sine esu carniū a mortis periculo liberari, sicq; docet necessarium esse carnis uesci ad uitæ longitudinem consequendam, quod peritissimi reprobant medicorum. Mortis inquit periculum non timetur in languido, nisi ex defectu uirtutis uitalis, & hæc non ualeat deficere, nisi uel ex malitia materiæ seu humoris eam resoluentis, aut defectu alimenti eam conseruantis ac restaurantis deperditionem ipsius. In utroq; uero casu languens euadit mortis periculum per abscissionem causæ prosterne uirtutem illam uitalem, nec est tutū in proposito remedia permutare: nā ut clarissimus medicor; princeps Hippocrates ait in aegritudinum regimento: Si deficientibus per furiam morbi, id est, malitiam materiæ uel humoris peccantis, exhibeatur cibus suffocationis, uel alterius uexationis super addito, uitā cogunt finire celeriter. Deficientibus autē ex penuria alimenti, si denegat cibus & medicationi subdantur, expirant uelociter tabefacti: ex quibus patet, quod cum carnes ad edendum non propinentur, nisi pro alimento quod ad liberandum ægrum, qui timetur deficere ex morbi malignitate, non proderunt, sed nocebunt. Deficientibus uero, propter penuriam alimenti si carnes exhibeantur, confortabunt proculdubio uitalem uirtutem. Verū tamen ad eam confortandam & reparandam, non oportet cibos carniū potius dari, quam alterius alimenti, quia (ut dictum est) deficienti ex hac causa debetur alimentum uelocissime, abundanterq; reparans uirtutem ipsam deficientem. Talia uero testantur medici esse uinum, ac uitella ouorum mediocriter mollia, sic probantes quod nihil abundanter, ac uelocissime potest uirtutem uitalem reparare in corde, & per consequens in arteriis cunctorum membrorum, nisi uelocissime ualeat generare spiritus copiosos in membris prædictis. Porro tale alimentum consistit, quod in laudabilem multumq; sanguinem uelocissima digestionem conuertitur, quale est quod habet qualitates sanguini naturaliter conformes, atque in sui substantia paucissimas gerit faeces: imò habet substantiam adeo puram, quod conuertitur quasi totū in sanguine. Præ ceteris uero nutrimentis prærogatiua habet in his duo hæc, uinū mediocriter, & maxime aromaticū, & uitella ouor;. Ceteris quippe aliqua prædictarum desunt

desunt conditionū, quia si generatiua sint sanguinis multi, aut nō ita cito in sanguinē cōuertentur, aut non in tā purū seu ecōuerfo. Si enī ita celeriter in sanguinē cōuertantur ista, nō tantus erit aut non tam purus. Brodia etenim carniū & succi earū uel latent uel apparenter abundant uentositate superflua, quæ pabulum est caloris extranei potius quam materia sanguinis puri laudabiliumq; spirituum. Patet igitur, q; languentibus in quibus defectus uirtutis uitalis causatur, non ab alimenti penuria esus carniū ingerit mortis periculum & citius atq; securius eis succurritur per exhibitionem ouor; ac uini q; carniū. Hinc huius oppositum affirmare cōtingit aut ex malitiā & odio, qualis est error perfidei Iudæor;: aut ex concupiscentia carniū & animi passione, qui rectum peruertunt iudicium uel ex ignorantia physicalium considerationum, quæ docent q; quædā est uirtus corporalis per quā anhelitus exercetur & pulsus in corpore toto, sine qua nequit in aliqua corporis parte uel uirtus actus manifestari: ideo medici hanc appellat absolute uitale. Alia est per quā exercetur cognitio, quæ pertinet & conuenit animali, uel sentire, imaginari, estimare, memorari: ideo animale cognitiua nominant eam. Tertia est, per quam motus uoluntarij exercetur, propterea uocant eam animale motiuam uoluntario motu. Considerans igitur modicus sapiens hæc uirtutum diuersitatem, rationabiliter distinguit inter confortata, dicens q; ad confortationem uirtutis uitalis & cognitiuæ, plus ualent alimenta subtilia, & quæ in sanguinem purū facillime conuertuntur, quoniam illæ uirtutes specialiter perficiunt operationes suas uirtute spirituum laudabilium, qui generantur ex sanguine puro & temperato. Ad confortationem autem uirtutis motiuæ prædictæ plus profunt cibaria grossa, quæ densum & tenacem seu glutinosum generant sanguinem, quoniam motus uoluntarij perficitur soliditate seu robore neruor; & lacertor;: sanguis uero densus & tenax membra facit robusta & ualida, quoniam difficulter ab eis per motum & laborem humiditas nutrimentalis resoluuntur. Cumq; respectu uini tenacem sanguinē generent carnes, constat q; ex hoc respectu commodiores erunt carnes ad imprimendum robur membris languentibus ex alimentis penuria: uerum ad ea uiuificanda, illa alia erunt utiliora: Per quod prædictor; maxime detegitur error: quia (ut asserit Galenus) confortatio uirtutis motiuæ non est necessaria in decumbentibus ægris, qm̄ & modicum egent operatione ipsius, quare nec carnis uesci necessario indigent. Hinc demum Apostolus scribit ad Timotheum: Modico uino utere, propter stomachum tuum & frequeres tuas infirmitates: nec dicit carnis uesci: imò ad Romanos. Qui infirmus est, inquit, olus mādūcet, non dicit carnes. De pane quoq; & uino q; confortent uirtutem uitalem, habetur in psalmo: Vinum lætificet cor hominis, & panis cor hominis confirmet. Sic & Christus deficientes in uia, in quibus timebatur uitalis uirtutis defectio refecit nō carnis, sed pane ac piscibus. Hæc ex tractatu præfari magistri sunt sumpta, quæ & Ioanes Andreas uirtuosissimus celeberrimus doctor allegat & approbat: nec derogat præinductis, q; alijs quidam sancti religionū institutores esum carniū in infirmitatibus admiserint: sicut nec illis obstat, q; nōnulli religionum institutores esum carniū, etiam sanis professoribus suorum ordinū concesserūt. Etenim patres sancti considerationes habuerunt diuersas, ac uarijs modis a spiritu sancto sunt moti, instituerūtq; ordines magis & minus rigorosos, arduos & perfectos, prout diuersis hominibus iuxta uarietatem & gradū uirium & culpa; atq; affectionū, seruor; dispositionum & inclinationū suar; cōpōnit & congruere potest. Porro q; consultissime ac prouidentissime uenerabiles patres ordinis Carthusiensis professoribus suis usum carniū totaliter indispensabiliterq; negauerunt, experientia pandit. Videmus quippe (ut ipsi hoc considerauerūt in alijs) quæ admodū modica illa licentia uescendi carnis tepore infirmitatis paulatim sit facta occasione magni imò & multiplicis mali. Proni em sunt sensus & affectus hominū ad iniqua: sicq; decreuerunt primo seruore, persuasit sibi humana fragilitas ac carnalis affectio multiformi & leui occasione infirmitatis incommo dum, indigentiam carniū, indulti ab usum, & sic passim ad olas carniū sunt reuersi. Tanti igitur mali omnimodam occasionē absciderunt sibi ac posteris suis totaliter Carthusiensis ordinis patres. Postremo quod ex uerbis Apostoli introductum est, nequaquam militat contra præhabita: quia secundum expōitores & sanctos patres, Apostolus loquitur contra eos, qui quosdam cibos dixerūt illicitos ex innata malitiā, & non solum ex significatione, aut quasi adhuc duraret phibitio Moysæ legis de uarijs elcis uitandis: Non autem loquitur contra eos qui causa refrenandæ concupiscentiæ aut penitentię pagēd; seu p ampliori gra obtinēda docēt, suadēt aut iubēt a delicatiorib; alimentis ad temp; seu totaliter abstinere, qd innumerabiles sanctos constat egisse.

1. Tim. 5
Rom. 14
Psal. 103
Marc. 5

Diuers; patrū
consideratiōes
in ordinibus
instituentis

Gene. 8

1. Tim. 4

Eccl. 12

Phil. 3

Vitijs palma

Exod. 18

Contra impug-
natores eius
carni, cōcin-
sio

1. Cor. 3

Num. 14

Epistola ad fra-
tres de Monte
dei, cuius sit

Cant. 3

Verba sapientum quasi stimuli, & quasi clau in altum defixi. Cancellarius iam præfatus tractatu de abstinentia à carnibus. Horrere inquit defacili abstinentiam solent, qui uoluptatibus desuunt, quorum deus uerit est. à quibus sobrietas auferitas reputatur & inculpatur, atq; ex sua carnalitate & consuetudine praua aliorum uitam metientes, iudicant miserabile, superstitiosum in discretumq; esse corpus attenuare duris ieiunijs, & à cibis abstinerere concessis, non aduertentes q̄ læta, salubris & sana, imò & ex consuetudine & præsertim ex gratia q̄ facilis & iucunda reddatur deuotum sobrietas. Deniq; ista est uitorum palma infamis, extrema quoq; & impudentissima quorundam criminorum perueritas, sancta polluere, bene acta calumniari, & quæ imitari nequeunt aut non uolunt, uituperare: sicq; alienæ uitæ reprobationem suam putat laudationem. Experimur hæc carnalium hominū infaniam tum in multis, tum nominatim erga uenerabiles Carthusienses, apud quos reperitur, si sibi in ecclesia quicq; uestigij reliquerit, prædicanda illa pristinorum patrum deuotio, admirabilis feruor, & continentia incredibilis penè hos Carthusienses interdum exagitant. Quidam imbuti sapientia terrena, animal & diabolica, asserentes eos contra charitatem negare sibi ipsi carnium esum, præsertim tempore infirmitatis: quorum uox est uox fastidientium cœlestis statum mæna, suspirantiumq; ad ollas carniū Aegypti. Itaq; contra hos sit prima ista conclusio: Rationabiliter in ordine Carthusiensi generaliter est statutum, ut nullus frater ordinis illius unq; comedat carnes, imò si petat, ei negentur: si enim non ita esset, nequa q̄ per tantum tempus uidelicet plus q̄ per trecentos & octoginta annos aut circiter steterit & obseruatum esset statutum hoc in ordine Carthusiensi, in quo hæcenus floruerunt tot summa religionis atq; eximie discretionis uiri, in scripturis & in iure ciuili, canonico ac diuino sublimiter eruditi. Insuper nequa q̄ tam diu hoc tolerasset ecclesia: alioqui laqueum ministrasset filijs suis: nec etiam uitam Carthusiensem laudasset tot summi pontifices ac uiri sanctissimi, ut illuminatissimus pater sanctus Bernardus in epistola ad fratres de Monte dei. Præterea licitum est uni uel pluribus per totam uitā suam à carnibus penitus abstinerere: quia sic plurimi sancti & adhuc quidam agunt deuoti, quod Apostolus quoq; satis innuit dicens: Si esca scandalizat fratrem meum, non māducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. Amplius (ut ex uerbis patet Isidori) lex illa rationabilis est cōfenda, quæ conuenit religioni, congruit disciplinae proficitq; salutis talem uero esse legem illam de iugj abstinentia à carnium esu, docuerūt tot tempore experimenta, infra quæ fuerunt in ordine illo tot religiosissimi uiri incolumes, atq; diutius cæteris, imò usq; ad decrepitam senectutē uiuentes. Ad ista probanda inducit hic doctor q̄ plura, in quibus sunt aliqua quæ in ista tangentur.

Articulus V. De commendatione & testimonijs sancti Bernardi ad fratres Carthusienses.

Quam pulchra tabernacula tua Jacob, tentoria tua Israël ut ualles memorosæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula quæ fixit dñs. Epistola illa ad fratres de Monte dei communiter beatissimo nimiumq; clarissimo ac spiritualissimo uiro sancto Bernardo adscribitur: nihilominus à quibusdam non sine ratione ambigitur, an uere sit eius: Primo, quia in prologo illius epistolæ autor eiusdē, excerpti, inquit, ex libris sancti Ambrosii, quicquid in eis dixerit super Canticā canticorum, opus grande & inclytum similiter ex dictis beati Gregorij, sed diffusius quam Beda: Bernardus autem non conuenit excerptio huiusmodi occupari. Alia demum nonnulla scribitur, idem, ex quibus idem uidetur: In epistola, inquit, ad Romanos & cæteris quibusdam quod dixi de sanctorum patrum fontibus hausi, in quibus nihil omnino aut non multum de meo dixi: Secundo, quoniam is qui collegit flores Bernardi, nihil ex epistola illa ad fratres de Monte dei extraxit: Tertio, ob stili diuersitatem. Veruntamen ex quibusdam apparet probabile, quod sanctus Bernardus epistolam illam ediderit: Nam in eodem prologo loquitur: Sunt & alia opuscula nostra, & super Cantica canticorum usq; ad illum locum: Paululum cum pertranxisset eos, inueni quem diligit anima mea: Nempe usque ad id super Cantica scripsit: & addit in prologo: Nam contra Petrum Abahelardum, qui efficit

efficit ne prædictum opus perficerem, & cætera, quod dictum uidetur de Petro illo Leonis antipapa Innocentijs Papæ aduersario, contra quem pluribus annis prædicauit Bernardus, & à compilatione impediatur librorum. Rursus, in prologo illo effatur: Senium & ægritudo à communi me labore relaxat. Alibi quippe & super psalmum Qui habitat in adiutorio, à communi conuentus labore se exemptum fatetur ex infirmitatis debilitate: sicq; editione opusculorum ac sermonum fuisse intentum. Præterea, autor prædictæ epistolæ tantæ ex suo effectu probatur excellentiæ extitisse in omni sapientia atq; notitia scripturarum, in exercitatione uirtutum, in gustu & sapore interno, in experientia diuinorum, in contemplationis profunditate, in autoritate loquendi & gratia instruendi, ut non immerito putetur fuisse sanctus ille Bernardus, qui fratribus Carthusiensibus domus Montis dei ualde fuit familiaris, amicissimus ac frequenter contubernalis. Verum, siue sanctus Bernardus, siue alius ei forsan cōtemporaneus illam compegit epistolam, ipsa uere Bernardo ascribitur, utputa eius personæ aut alteri ei in gratia, iuxta quem modum amicus dicitur alter ego. Sanctissimus quoq; Iohānes Baptista uocatur Helias, & qui multum sunt similes idem feruntur: itaq; dicimus, uidistis istum, illum uidistis. Sic ergo Bernardus Carthusiensibus illis scripsit fratribus de Monte dei inferentibus Orientale lumen, & antiquum illum in religione Aegyptium feruorem tenebris, occidentis solitariæ scilicet uitæ exemplar ac formam conuersionis cœlestis. Occurre & concurre d anima mea in gaudio spiritus sancti, in risu ac iubilo cordis, in pietatis feruore atq; in omni obsequio uoluntatis deuotæ. Quid mihi etenim epulari in domino & gaudere oportet, quoniam Christianæ deuotionis ac sanctæ religionis speciosissima portio, quæ cœlos propinquius tangere uidebatur, mortua fuerat & reuixit: perierat de hoc mundo, & ecce in ueta estraudit uis audiebamus, nec credidimus: legebamus in libris, & mirabamur de antiqua uitæ solitariæ, gloria & magna gratia dei in ea, cū subito inuenimus eam in cæpis syluæ, in Monte dei, in monte spiritaliter pingui. Ibi enim iam per uos offert se omnibus, & se in uobis demonstrat, ignotaq; hæcenus innotescit in paucis simplicibus, ipso eam uobis ingerente, qui per paucos simplices totum mundum olim sibi subiecit, ipso mundo id admirante. Insuper, in eadem epistola fratres ipsos multipliciter laudat, sed nunquid eos de abstinentia iugi ab omni carnium esu ibi aut alibi unquam redarguit: non utiq; imo potius ad maiorem quàm nunc saltem obseruant abstinentiæ rigorem, hortatur, dicens: Panis fructus & aqua simplex: olera uel legumina nequaquā res delectabiles sunt, sed in amore CHRISTI & internæ delectationis desiderio uentri & palato bene morigerato, gratatè ex ijs satisfacere ualde est delectabile. Quot milia pauperum ex ijs aut aliquo horum delectabiliter satisfaciunt naturæ? Facillimum quippe & delectabile esset adiunctio amoris dei condimento secundum naturam uiuere, si nos permitteret infania & carnalitas nostra, qua sanata statim naturalibus, natura arridet. Itēq; fugienda sunt, aut superflua & adulterina condimenta. Sufficiat nobis obsecro, ut comestibiles fiat cibi uestri, non etiā cōcupiscibiles aut delectabiles. Sufficit nāq; cōcupiscentiæ malitia sua, quæ cum uix aut nequa q̄ pertranfire possit ad finem expendæ necessitatis, nisi per uiam quantæcunq; delectationis, sicceperit irritamenta ab eis accipere, qui bellū assumpserunt perpetuum contra eius oblectamenta, sunt duo contra unum, & periclitatur continentia. Præterea, in sermone quem ipse sanctus & electissimus pater Bernardus fecit in ipsa domo maioris Carthusiæ, ipsemet protestatur, quemadmodum mox ut ipsam sancti illius cenobij ecclesiā ac structurā à longe ceperit conspiceret, fuerit ualde alteratus, uehementer comunctus, fortiter infāmatas, uehementissime ac profundissime liquefactus, resolutus ac transformatus desiderio charitatis in fratres congregationis illius, quos uidere, audire & alloqui æstantissime concupiuit. Amplius, suscepta epistola domini Guigonis prioris Carthusiæ, sic eidem ac fratribus eius rescripsit: Inter patres reuerendissimis, & inter amicos charissimis Guigoni priori Carthusiensi cæterisq; sanctis, qui cum eo sunt fratribus, frater Bernardus Sanctitatis uestre literas lætus accepi, quàm audius olim desideraueram. Deinde, in processu epistolæ magnifice eos collaudat, rigorem uitæ abstinentiamq; extollit. Benedicti, inquit, estis à dño, qui me in benedictionibus dulcedinis tantæ præuenire curastis, ut da ret puero uobis, uobis prius scribentibus, fiducia rescribere describere quidē ad uos iam qui dem gestiti, sed nō presumēti. Verebar em̄ sanctā (quā in dño habetis) importunis scriptura tibus infestare quietē, & iuge illud sacrūq; uestri silentiū, atq; cū deo susurrū ad modicū interrūpere, ac nra ingerere auribus uestris, secretis penitus atq; supernis eulogijs occupatis.

Phil. 50

Mat. 17
Marc. 9

Phil. 3

Phil. 131

Ad sobrietatē
exhortatio.

Phil. 130

Exod. 32
1. Reg. 19
1. Reg. 1

Timebam omnino molestus fieri uel Moyfi in monte, uel Heliae in deserto, uel Samuelli in templo, si diuinis consolationibus confabulationibusque supernis intentos, aliquatenus auocarem &c. Haec ac multa similia ibidem ac alibi scribit ad eos & de eis quod si in omnimoda abesum carnis abstinentia eos sensisset reprehensibiles, periculose uelociter, haud dubium quin insinuasset id eis, quod nos quaerit imo eorum abstinentiam eximie commendauit, & breui in tantum excreuit amor cordis sui ad ipsos, quod unus ex eis ferit peroptauit, & factus fuisse, nisi maior fructus in praedicatione & aliae grandes causas praebuisset obstaculum. Quae ergo meritate homines carnales, carnis amatores reprehendere audent in Carthusiensibus ab abstinentia istam a carnibus quorum conuersatione & abstinentia sanctus uir ille, cuius consilium fuit quasi consilium dei uir utique apostolicae sanctitatis, imo & apostolicae potestatis in miraculo frequentia, gloria ac uirtute. In fructificatione quoque uerbi coelestis & innumera bilium hominum conuersione tam excellenter praekonizauit. Sileant interim & iudicent semetipsos, ac suam carnalitatem & caecitatem deplorare non cessent.

Articulus VI. De praekonizatione, commendatione, confirmatione & priuilegio. ne ordinis Carthusiensis, ex dictis summorum pontificum,

Mat. 16

4. Reg. 15.
Pontifici Romano non contradicendum.

Dixit Iesus Petro: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam: & tibi dabo clauem regni caelorum. Quamuis successores ac posteriores beatissimi principis apostolorum Petri inferiores sint illo in sanctitate, non tamen in ecclesiastica potestatis praeterea autoritate, pastoralis iudicialisque iurisdictione. Idcirco, ut sanctus de prompfit Gregorius, cum quasi peccator ariolandi sit superioris repugnare, & quasi scelus idololatriae, praesidentem ac quietem nolle: Quicquid Romano pontifici contradicit, quasi ariolationis scelus ac idololatriae crimen incurrit. Hoc uere autem ac perpendat, qui Carthusiensis ordini obloquitur, eiusque claritate obfucare nititur, dicentes, quod ob in dicitur suum rigor non fit ab ecclesia, id est a summo ecclesiae iudice ac praelato Romano pontifice approbatus & confirmatus: quod ueritate fit alienum ex subsistentibus resurgit. Itaque Clemens Papa Carthusiensibus scribens: Clemens, inquit, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis priori & fratribus Carthusiae: Inter uirtutum aromata, & sanctorum fragrantiam studiorum opinionis, id est famae uestraes balsamus, suo nobis odore discernitur: quae cum se asperioribus institutis a mundi separet uanitate, & praecleara resplendet gloria, meritorum nobis est amplius honoranda: providendum quoque diligentius est & cauendum, ne quiete uestra sanctam improbitas alicuius ualeat conturbare. Eapropter dilecti a domino filij &c. Insuper, Celestinus III. Papa scribit ad eos: Paci & tranquillitati uestrae tanto propensius uouere uolentes, quanto arctius diuini estis obsequij mancipati, & in contemplationis arce procul a terrenorum tumultu semoti, pie postulati uestrae facilius annuimus, & fauore apostolicum libentius impartimur. Inde est, quod ut instituta ordinis uestri perpetua habeat firmitatem, prout approbata sunt, & bene uestris obseruata, rata in posteris fore decreuimus, & autoritate qua fungimur confirmamus, &c. Insuper, Innocentius III. scribens eisdem: Uestram, inquit, tranquillitati utiliter praecauere uolentes, ne uos (qui Marthae circa plurimam tagentis officium dimittentes, elegistis potius cum Maria iuxta pedes domini residere, audientes uerbum illius) causae strepitus inquietet, & ab otio sancto deducat, autoritate uobis praesentium indulgemus, &c. Innocentius etiam III. scribit ad eos: Religionis uestrae meretur honestitas, ut uos syncrea in domino diligentes charitate, uotis uestris fauorabiliter annuamus, &c. Amplius, Honorius III. ad archiepiscopos atque episcopos scribit: Cum dilecti filij fratres Carthusiensis ordinis acceptis pennis columbae, in mentis solitudine uolarint, illicque pro suis gemant & aliorum peccatis, in ara cordis carnalibus maclatis desiderij, holocaustum offerentes domino semetipsos &c. At uero Clemens quartus fatetur: Cum dilectos filios priores & fratres Carthusiensis merito sua religionis charos habeamus plurimum & acceptos, mandat quod pro eis facimus, tanto uolumus efficacius adimpleri, quanto grauius creatoris nostrum offendunt, qui eos ex occasione aliqua persequuntur &c. Hoc pensent qui ordini huic obloqui non uerentur, siquidem obloquentio magna est, & grauius dicitur ac nocet, quod furtum, & tam obloquentem quam audientes, quantum in ipsa est: permit eum quoque: cui obloquitur, quae quantum ad esse bonae famae, quod in cordibus possidet proximo, necare conatur & contemptibile reddere: ideo detractio homicidij species est. Nempe ut sanctus recitat Clemens, sacratissimus Petrus homicidium dixit triplex consistere: unum corporale, quod aufert uitam naturae: aliud spirituale, quod tollit uitam gratiae: iuxta illud Augustini: Quia in conspectu

Luc. 10

Obloquentio furo peior.

Homicidium triplex.

spectu alterius impie agit, quantum in se est, occidit tertium, quod aufert esse laudabilis fame, sicut detractio quae & alios impedit a spirituali profectu, & trahit ad uitium: quonia scandali zantur in eo cui detrahitur, in quo alias possent &ificari. Adhuc autem Alexander Papa ad Carthusienses: Thesaurus uirtutum sic praecleara uestra religio sua semper astrinxit affectum, quod habetur & in conspectu aeterni regis placita, & in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem religio uestra ut columba mitis & humilis, & electa domini specialis, pulchra pro tota aspi citur, omnem a se ruga enormitatis abiciens, & macula deformitatis excludens: uigilantibus illis qui paternae sollicitudinis in ea gerunt officium, quod ibidem nullae possint uitioe spinae succrescere, sed ipsa flos, honoris & fructuum honestatis immarcescibili polleat ubertate: propter hunc etenim sanctae operationis effectum nunquam ordo uester officio alienae uisitationis uel correctionis indignus, sed de ipso aliquibus alijs reformationis beneficium ex prouidentia sedis apostolicae iam prouenit. Cum itaque claris agnoscamus in dictis, dictum ordinem esse alijs recte uitaes speculum & salutiferam conuersationis exemplum, &c. Praeterea, Clemens Papa III. Carthusienses loquitur: Speciali gratia & fauore illa uos de causa dignos potissime reputamus, quae toto cordis affectu ad hoc semper intenditis, ut praeclearae conuersationis & uirtutis studium in conspectu dei & hominum placeatis. Denique, Iohannes III. scribit eisdem: Prae insignis ordinis uestri religioe cunctitate referata, uirtutum & meritorum conspicua sanctitate, ne cunctis deuotionis sinceritas &c. Insuper, Alexander III. loquitur eisdem: Cum uos, inquit, per dei gratiam multa praemineatis gloria meritorum, & uita solitaria eligetes, ut diuini contemplationi arctius intendatis: bonus odor uestrae religionis ad id nos inducit, ut communi & specialiter debito quieti uestrae debeat intendere, & iura uestra summo persequere. Eapropter filij in domino dilectissimi, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, & domus ordinis uestri cum omnibus bonis, passuis & possessiombus, quas in praesentia iuste & canonicè possidetis, aut in futuro iustis modis praesentante domino poteritis adipisci, sub beati Petri & fauore nostra protectione suscipimus, & praescripti priuilegij confirmamus: & terminos quos ratiõabiliter statuistis uobis & domibus patris, autoritate apostolica confirmamus &c. Amplius, Alexander IV. ipsis Carthusienses scribit: Amicus lumine sicut uestrimeto dei filius, dominus noster Iesus Christus sua sacrosanctae ecclesiae quasi tot uidetur illi strasse luminibus, quae in ea constituit gradus & ordines uirtutum insignis, & cultus diuini studio resurgentes. Inter personas siquidem alias quas in laudem sui nominis uirtus altissimi ab antiqis temporibus usque nunc assumpsisse dinoscitur, illi quasi praecipui uidentur fuisse, qui uestri sanctitatis ordinis sunt professi. Vigiles enim & solliciti ad hoc ipsi studuerunt assidue inueniri, quod & sponsus coelestis in eorum conscientijs haberet lectum floridum, & Christiana religio de ipsis conuersatione angelica fumeret sanctitatis exemplum, se de apostolica de hoc multitudine spiritualis laetitiae saepius conueniente, ita quod ipsa in eis tanquam in odore agri pleni cui benedixit dominus, sine intermissione delectans eos, inter alios ecclesiae filios praecipue dilectionis amplexibus, & gratiosi fauoris affluentia confouebat. Multis nihilominus de diuersitate fidelium ad hoc uacantibus, quod circa religionem tam famosam & celebrè sincerissimae dilectionis effunderent largitate. Ex his luce clarius innotescit, quod magnifice ac praecclare summi pontifices de ordine senserunt & conscripserunt Carthusiensi, quod copiose approbauerint eum, quod luculenter ac multiformiter confirmauerint ipsum. Ad quod demonstrandum possent & alia consilia multa ex summorum bullis pontificum allegari: nam & Clemens Papa IV. inter caetera protestatur: Christi sponsam sanctae ecclesiae sub unitate fidei religionum diuersitas non merodio uenustate decorat. Ad cuius sane mirabile pulchritudinem ordo Carthusiensis plurimum adiecit, qui a suis fundatoribus uiris spiritualibus tanquam ad epos a carnibus penitus sepatis, magno est pariter & exacto consilio circumsus: qui ab hominum segregati consorsibus, & ad uita necessaria satis paucis contenti, more aquilae nidum suum in arduis posuerunt, ubi lectiõibus, orationibus & contemplationibus uacant, &c. Postremo Honorius Papa III. inter reliqua scripsit eis: Obscramus uos per dominum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti, quatenus immolantes pro nobis, piis manus eleuetis ad deum, ut de sua abundantia pietatis custodiat ecclesia sua propitiatione perpetua. Nos enim & mulantes dei & mulatiõis uestri ordinis honestatem, & nouissima nostra fieri uestrorum similia cupientes, uos & uniuersum ordinem uestrum tueri praesidijs, fauoribus attollere, ac beneficis inuenit dimis confouere, &c. Hinc uelut quam insipienter & periculose loquantur ac agunt, qui Carthusiensibus obloquentur, aduertunt aut nocent: praesertim cum & in bullis praetactis communiter sic addatur in fine: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis

Carthusien. et do speculū & exemplū saluterere conuersationis.

Psal. 103

Cele. 27

A. Car. II

omnipotentis dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum.

Luc. 7

Articulus VII. De summis pontificibus, qui ordinis Carthusiensis cenobia fundauerunt. Ogabant Iesum Iudaei, dicentes: Quia dignus est ut hoc fieri facias: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse nobis edificauit. Et hoc refert euangelista de Centurione, qui Iesum rogauit ut sanaret puerum suum. Sic quidam summi pontifices non uerbis duntaxat iam praedictis, in priuilegijs concessionibus, sed materialibus quoque & diffinitionibus domoꝝ ordinis Carthusiensis sumptuumque donarijs, & necessariorum exhibitionibus ostenderunt praecipua sua dilectione ad ordinem istum eiusque approbationem & confirmationem reale. Etenim Innocentius III. Canonista egregius adhuc Cardinalis existens, quandam eremitam uisitare solebat, quem cum suis ministris quadam uisitans uice, cum pulsasset, nec aliquis aperiret nec responderet, ministri ui cellam aperientes, & eremitam raptim inuenientes stimulationibus excitauerunt eundem: qui reuersus ad se, fortiter exclamauit: O diuidi mirabilia & horrenda. Et interrogatus a domino Cardinale quid uidisset, respondit: Vidi in spiritu animas inter densissimas niuii aere obsecrantium cadere in infernum. In purgatorium uero uelut niuem rarissimam. Porro, in paradysum uidi tantum tres animas introire, illius uidelicet praefuli atque prioris illius Carthusiae: & ite uiduae illius Romanae. Cardinalis autem uir prudens ueritate cupiens agnoscere, certius missis nuntijs, comperit personas illas discessisse. Unde dominus Cardinalis amore ordinis Carthusiensis accessus, postmodum factus est Papa, & prope Romam fundauit domum egregiam ordinis huius, ac de suo dorauit. Insuper, Iohannes Papa XXII. in Auinionem residens, super Durentiam prope Auinionem domum fundauit solennem, multa priuilegia gratiosa ordini donans Carthusiensis. Alius quoque Innocentius Papa ultra Rhodanum non longe ab Auinionem, in propria curia solennem ordinis huius domum fundauit. Sic & Urbanus V. Romae in situ domum ordinis huius. Conformiter alij plures summi pontifices ad reparationem & in aedificationem domoꝝ quarundam ordinis Carthusiensis deieciarum, multa contulerunt subsidia, alioꝝque ordinum monasteria quaedam deformata, collapsa ac desolata huic ordini incorporauerunt.

Eremita uisito.

Articulus VIII. Recommendatio & praerogatio ordinis Carthusiensis ex uerbis & gestis sanctorum qui fuerunt in eo.

Ecl. 44

Laudemus uiros gloriosos & patres nostros in generatione sua. Sanctus Thomas in secunda secundae, q. 10. respondendo ad istud, an infantes Iudaeoꝝ alioꝝque infidelium sint baptizandi inuitis suis parentibus: Maximam, inquit, auctoritatem habet consuetudo ecclesiae, quae semper est aemulanda in am & catholicos scripta ac dicta doctorum auctoritate ab ecclesia fortuntur, propter quod multo maior extat ecclesiae sanctae auctoritas quam Hieronymi aut Augustini seu alicuius doctoris. Nunquam autem ecclesiae fuit consuetudo, ut Iudaeoꝝ pueri inuitis parentibus baptizarentur, cum tamen olim potentissimi fuerint Imperatores ac principes, ut Constantinus & Theodosius, quibus familiarissimi erant sanctissimi praefules: ut Constantino Syluester, & Theodosio Ambrosius: qui nequaquam omisissent istud impetrare ab illis si licuisset. Ex his ad propositum duplex sumitur argumentum pro defensione, approbatione & confirmatione carthusiensium: Primum est, quod ipsa Romana ac generalis ecclesia iam per tota centennaria annorum ordine istum non solum permittit ac tolerauit, atque per hoc implicite approbauit iuxta illud: Qui tacet consentire uidetur. Verum etiam sicut iam patuit, tam uarijs modis laudauit, honorauit, priuilegiauit, auxit & extulit. Caeteris quoque religiosis licere decreuit hunc ordinem introire, cum tamen prohibuerit professoribus huius ordinis alioꝝ religiosorum ingredi ordinem: ut puta iudicans hunc ordinem alijs praereminere. Aliud argumentum est, quod ab exordio ordinis carthusiensis fuerit tam multum sanctitatis praecipuae uiri, ut Bernardus, Franciscus, Dominicus, Romanis pontificibus ualde familiares atque charissimi, ut sanctus Bernardus beato Eugenio &c. qui utique uiri sanctissimi si putasset omnimoda ab esu carnis in dispensabilis abstinentia carthusiensibus esse periculosam, non dubium quin suggessissent pontificibus summis hunc ipsum moderari rigorem, quod nequaquam egerunt, nec carthusiensibus inde unquam loquuti sunt: imo potius sanctus ille Dominicus a deuotissimo uiro domino Basilio tunc priore maioris carthusiae legitur accepisse consilium de modo praedicandi aduersus haereticos, & de institutione ac habitu ordinis sui. Insuper, ut beatissimus Augustinus affirmat, & fidelis imitator ipse sanctus Thomas allegat, non solum uerba & opera Christi, imo etiam sanctorum ipsius sunt in auctoritate & imitatione exemplum trahenda, quibus nec contradicere licet. Cum ergo tam multi sancti fuerint in ordine Carthusiensis, ab ecclesia partim canonizati, aut saltem magnifice commendati.

Maiores ecclesiae est auctoritas, quam uel Hieronymi uel Augustini, uel cuiusuis doctoris.

Alij

Alij quoque sancti quod plures fuerint Carthusiensibus amicissimi & ualde familiares, eorum conuentione uerbis ac factis approbantes, mirantes & collaudantes: Nonne extremam extat de mentionem tam sancto detraxere ordini, & eius professores calumniari? Denique de his hinc inde diuersa leguntur, praesertim in uita sancti Hugonis Lynconiensis episcopi, primo Carthusiensis, quo inter cetera recitatur: Erant tempore sancti Hugonis, sicut & ante ac postmodum in congregatione illa iustos, in conuictu & domo maioris Carthusiae, tam monachi quam laici mirum & eximium sanctitatis, summus ecclesiae praetatis atque principibus admodum reuerendi, prior domus nomine Basilius, praerogatio & uirtutum suarum praerogatio non aliter quam sanctus a cognoscendis eum communiter uocabat. Tantus ibi rigor in domadibus corporibus seruabatur discretus, ut medijs cum beatis tenendo, nihil infra uires quae aggredi esset contentus, nec ultra uires quod attetare presumere, imo nec finire. Fuit inter eos legedi assiduitas, contentum plani sublimitas, meditata & orandi depurata suauitas. Postremo, quod gloriosae sanctitatis extiterit sanctus Hugo Gratianopolitanus antistes, cuius directione, consilio, auxilio ac cooperatione in omnibus coepit ordo Carthusiensis, in ipsius Hugonis continet legem, ad quem beatus Hugo ne adhuc in carne degenet, sanctus & gloriosus pater Bernardus accessit, & tantam in ipso Hugone humilitate, charitate & sanctitate expertus fuit, quod de caetero cum ipso factus est cornu & anima una. Praeterea, quante innocentiae, sanctitatis, constantiae ac feruentissime pietatis fuerit sanctus Hugo Lynconiensis episcopus, in legenda ipsius describitur: quauis autem fundator specialis huius ordinis magister Bruno canonizatus non sit, sanctitatis tamen ipseus te stimonia sufficientia cognoscunt in legem da S. Hugonis Gratianopolitani, ac alijs scriptis legitur. Fuit & alter quidam Diensis praeful professione carthusiensis, in miraculis ualde praclarus, & sanctitate conspicuus appellatio Anselmus. Alius ite uir sanctus nomine Stephanus. Praefatus demum Iohannes Andreus cum statuta carthusiensis ordinis perlegisset, factus est se nunquam uidisse neque legisse ordinem cum tanta discretione, humilitate, sobrietate & charitate institutum: cuius testimonio uidet res ipsa alludere, quod cum caeteri ordines uniuersum tractantur, uidelicet ordo magni Antonij, ordo sancti Pachumij, ordo diuini Basilij, sed & ordo gloriosissimi Hieronymi: ordines quoque citramarini pro dolor sunt uehementer collapsi, quauis interim pro parte reformati: attamen ordo Carthusiensis hucusque specialissima dei gratia in suo permansit ac manet uigore, saltem quantum ad substantialia ac principalia sua, propter quod utique specialiter dignus uidet praerogatio & honore. Hinc ergo detractores eius gratiam digni confusione, quibus hic sanctus ordo dicere potest zelo iustitiae unam cum saluatore: Induant confusione & reuerentia, qui maligna loquuntur super me. Exultet & laetent, qui iustitiam meam dicant semper, magnificet dominus quod uoluit pacem ferui eius. Itaque, Induant quod detrahit mihi pudore, & in duant sicut diploide confusione sua. Induat, inquam, confusio salubri, quod ducit ad poenitentiae copulationem. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam in presenti, & gloriam in futuro.

Hugo Gratianopolitanus.

Hugo Lynconiensis.

Iohannis Andree de ordine Carthusiensis testimonium.

Psal. 45

Psal. 108

Confusio duplex.

Articulus IX. De sobrietate, abstinentia & saluberrima continentia patrum sanctorum & omnium beatorum religiosorum.

Ecl. 37

Qui abstinet est, adhaeret ad uitam. Noli audis esse in omni epulacione, nec te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & propter crapulam multi obierunt. De mirabili & praerogatio sanctorum patrum abstinentia scripta sunt multa nobis modice fidei, parui aut potius nullius feruoris miranda quae imitanda. Nepe de abstinentijs atque ieiunijs, & sobriissima ac continentissima uita primorum discipulorum beatissimi Marci, iuxta Alexandriam multa sublimia scripsit Philo discretissimus Hebraeoꝝ. Sanctus quoque Hieronymus: Illi plane praerogatio discipuli non solum ab esu carnis, sed etiam piscium potius uini iugiter abstinebant. Denique, sicut in Vitali patrum narrat: Monachi qui in solitudine Scythi morabantur, non nisi semel in hebdomada, puta dominica, reficiebantur: alij bis duo aut triuo uescerant, solummodo semel. De gloriosissimo illo anachoreta sancto Iohanne, qui & gratia prophetiae resplenduit, & omnia pene mundi secreta intra se in lumine dei cognouit, refert in primo Vitali patrum libro beatus Hieronymus, quod XC. existens annorum, rigorem solitae sibi abstinentiae non laxauit, quia nec ante nec tunc aliquid sumpserat coctum pignem, a tempore quo in solitudine illa coepit morari. Eodem libro refert Hieronymus. Vidimus alium senem iustum & sanctum, nomine Appelle, qui primo cum secessit ad eremum, tribus continuis annis sub iustis saxi rupe semper stans orauit, ita ut nunquam resideret neque taceret: somni aut tantum accepit, quantum stans do capere potuit. Cibum uero nunquam sumpserat, nisi die dominica. Presbyter quippe tunc uenit ad eum, & obtulit pro eo sacrificium, quod solum ei sacramentum fuit & uictus. Expleto autem triennio in huiusmodi uita, angelus dixit ei: Iubet te Christus eremum circuire, &

fratrea

fratres uisitare, consolari ac erudire. Hic innumerabilia egit miracula, & quibuscūq; ægris misit panē benedictū, mox curabantur. Insuper, scribit ibidem Hieronymus: Vidimus alii senē Heliā, sup. quē spiritus Helię copiosissime requieuit, qui septuaginta annis in solitudine ac deserto transegit; cuius deserti horrorem nullus ualet sermo exponere. Manfit quoq; in spelū ca terribili, quę in tūebus grandē incussit horrore; qui cū centū & decē esset annos, ac tremantibus membris quater etur, incessabiliter tamen per singulos dies fecit miracula, & uenientes ad se quacunq; in cōmoditate aut infirmitate confictos, omnimode curabat ac resoluēbat. Cibus eius fuit panis exiguus, & oliuæ paucissime tempore senectutis. In uenient uero frequenter in te gras ieiunauit hebdomadas. De multis cōsimilibus patribus profus sanctissimis scribit in primo Vitapatrū libro Hieronymus, qui uel herbis aut herbarum radicibus aut modicissimo pane & pauxillo aquæ sustentabatur: nam & excessum in pane & aqua uehementissime horruerunt. Præterea, refert Hieronymus, q; in loco deserti, nomine Cellia, propter multitudinē dispersā: ibi cellarū innumerabiles pene fratres monachi uite sanctissime commanebant, solo pane & sale ac aqua contenti, ita ut in tantam multitudinē uix aliquis inueniretur, qui saltem oleo uteretur. Plures quoq; eorū non iacēdo, sed sedendo, ac dei eloquia meditando somnū sumpserunt. Recitat itē Hieronymus, quē admodum mirę sanctitatis uirū Paulū simplicē beatissimus pater Antonius docuit semel dumtaxat in die à uespera in uesperā fumere cibū, sed obseruare ne unquā ad saturitatē usq; ueniret; præcipue quoq; in potu mediocritatē seruare affirmans, non minus per abundantia potus aquę phantasias animę generari, q; per torū uini calorem corpori augmentari. De his q; cōsimilibus quasi innumerabilia possent gesta narrari, quoniā (teste Hieronymo) temporibus illis patrū sanctorū uelut luxuria fuit aliquid coctū accipere. Postea uero patres sancti in institutionibus regularū suarū rigore illū aequaliter mitigauerunt, prout in Apologitico suo sanctus refert Bernardus: Dicitur & ueraciter creditur sanctos patres monachorū uitā instituisse, & ut in ea plures saluarentur, usq; ad infirmos regulę temperasse rigorem, non regulā destruxisse. Absit autē, ut credā eos tantas, quantas nunc uideo in plerisq; monasterijs uanitates superfluitatesq; admisisse. Deniq; in regula sua quā scripsit, & dedit feminis monialibus, sanctus scripsit Hieronymus: Præparentur cibi quibus corpora refocillant ad pœnitentię iugū. In cibis uestris ne quāq; appareat coquoq; in dustria, non ciborū qualitas moueat appetitū, sed fames. Non opponantur incentiua libidinis, sed quę possunt extinguere famem, aut legumina, aut olera. Carnes uero solis infirmis, & debilibus liceant ex licētia abbatissę. Alioqui cuius sint saporis ignoret cœnobiiū. Oua & lacticia post ieiunia debilitatis sororibus, & præcipuis festiuitatib; permittant ex gratia. Raro sciat quę in aquis oriantur & uiuant, nisi parui pisciculi. Tanta sit in sumendo alimenta, sobrietas, & tantatalsq; paritas, ut uenter potius cōqueratur q; gaudeat. Non egeat in digerendo stomachus medicinis; uacuitas potius q; nimia repletio ructū inducat; nec cinguli ampliatiōe sit opus, quatenus mens à diuinis meditationibus minime retardetur per crapulā, nec corpus egeat medicinis. Ipsa quoq; comestio sit in suo modo composita: non tantū in comestione cibus, quantum turpis ac indecens modus reprehendendus est; nam & in fabis atq; orde a eis panibus nimia uiditas grande causat peccatū; ne quāq; oculi per discumbentes uagētur. Porro uinū, in quo est luxuria, tanquā uenenū suspectū sit uobis. Quis sumi cogat ipsa necessitas, tam debile aut sic aqua permixtū sit, ut nullatenus nocēat capiti. Vere credatis, q; ignē portat in gremio, qui assiduo utitur uino uentris in gluuies, infirmitatis causam atq; materiā parit corpori ac animæ: ideo medicinale ieiuniū omnē tollat languorē, omnemq; tribuat gratiam ac uirtutē. Corpora castigate, sed nolite occidere. Non causat ieiuniū irā nec scandālū ceteris: non dolorē capitis debilitatem ue corporis, ne sit necesse sacras lectiones omittere, oratiōes deficere, cōtemplationē relinquere. Nil uirtutis in discretio habet. Hęc gloriosus Hieronymus, quæ si monialibus, quanto magis monachis sunt seruanda. Præterea, Benedictus in regula sua docet pulmentaria duo sufficere pro quotidiana refectione, remota præ omnibus crapula, ut nunquā subrepat in digeries monachos; quia nil ita contrariū est omnibus corpora, inquit, uestra edomate, & castigate abstinentijs atq; ieiunijs, quantum ualendo permittit. Cūq; uniuersi religiosi uotū faciant paupertatis, ipsa tenuitas uictus & uersutus omni religioni in dispensabiliter est annexa. Amplius, diu post tempora sancti Benedicti ordo incepit Carthusiensis, cuius primi professores propositū satis arduū assumpserunt, & rigoro sa ordinauerūt ac præfixerūt statuta, etiā rigorosiora q; Benedictus; quæ tamen per tēporis lapsū

Luxuria fuit, coctū fumere patrū tēpore.

Eph. 9

lapsū non ex leuitate, sed rationabilibus causis, & ex cōmuni capituli generalis consensu & autoritate eorū sunt mitigata & moderata, ita q; non ex carentia esus carniū minus eis periculū imminere censetur. Cumq; ordo iste tam diu durauerit, nullū tamen in eo periclitatum agnouimus ex carentia huiusmodi esus, Cessent ergo sollicitari pro eis propter istā carentiā, qui per latiora gradientes itinera, de propria forsā salute non sunt satis solliciti; q; si essent temeraria plane iudicia itēq; obloquia sollicitius euitaret. Præterea ipsis Carthusiensibus sicut & cæteris etiā bonis religiosiis imminet sollicitudo, ne forte (qd abfit) à rigore obseruatiōe regularis ac statutorū suorū magis deficiat ac recedat, q; utilitas euidēs aut uera necessitas, q; duo sunt originales causæ ois rōnabilis & excusantis dispēstationis exigit aut pmittit. Articulus X. De aliquibus uerbis pfati doctoris circa prohibitionē hęc usus esusq; carniū.

Non transeres terminos q; fixerūt priores. Hoc ipsum Salomon q; deprōpsit: Ne transgrediaris, inquit, terminos antiq; quos posuerūt patres tui. Quo constat, q; Carthusienses in dispētabiliter inuolubilerq; debent obseruare ac adimplere statutū ordinis sui, q; iubent iugiter ac omnino abstinere à carniū sumptiōe. Veruntū obuiare uidet, qd in præallegato tractatu Iohānes cællarius scripsit: Nō obstat dicens, rationabilitati legis illius de omnimoda abstinentia ab esu carniū, q; dabilis est casus, in q; frater Carthusiensis professus obligaret uelci carnis, & alius sibi ministrare teneret. Dabilis nanq; est casus, in q; expertorū iudiciū medicorū, cōficiētia quoq; fratris infirmi ac aliorū ministrantiū ei dictabūt, q; ipse egrotus absq; dubio moreret, nisi p esum carniū adiuuaret, atq; q; eis uelcēdo cōualeceret. Nec uidet sufficere ad negandū possibilitatē casus seu necessitatis istī, qd scripsit medicus quidā magister Arnoldus de Noua uilla, q; ait, q; in egritudine omni curabili humidū radicale sufficiēter restaurari potest p uitella ouorū absq; carniū esu. Hęc euasio non sufficit usq; quaq; nec difficultatis radicē euellit; nā stare potest q; æger abominabit omnē utilē cibū, præter carnes aut ius earū, & pserim q; fastidiet uitella ouorū, ita q; illa salubriter & sine uoumit comedere nō ualebit; ne tñ cōtrouersa aut calūnię materia in longius protenda, dabo casum ualde possibilē, in q; Carthusienses etiā sanus more reter, nisi carnis uelcē: ut si traditus sit manibus tyrannorū, qui nullū cibū ei exhiberi pmittant nisi carnes. Et quero an in casu huiusmodi Carthusienses tenebit comedere carnes; si sic habet propositū: si nō, erit suiipsius occisor, iuxta illud Augustini: Si nō paueris famę morientē, occides: quod nō minus ad seipsum q; aliū pertinet ac refert. Præterea, cōstitutio ecclēsię de abstinentia ad carnis sextā feriā, in tali casu nō obligaret. De uotis uero idē est argumentū. Fundamentū quoq; rationis istius est, q; à lege diuina nulla lex seu obligatio pure humana potest absolueri. Hęc autē est lex diuina, à qua non legit facta exceptio p aliqd ius diuinū, ita q; pro obseruatione legis purę posituæ humane liceret transgredi illud præceptū & se mori permittere. Vnde reclusus q; uouit non egredi, uidēs aliquē in extremo periculo mortis, si non exit & succurrit pro posse, reputat occisor. Veruntū istud nō derogat rationabilitati statuti ordinis Carthusiensis de abstinentia ad carnis, ad quod probandū cōmemoro, q; Carthusienses nō habēt ad hoc aliqd uotū expressum, sed est dūtaxat ordinatio quæ dā seu institutio positua, ne qs eorū comedat carnes: qd si fecerit, subiacet discipline ordinis & pœnis expressis in eorū statutis; nec tñ oportuit nec cōgruū fuit in eorū statutis exceptionē hanc extremę necessitatis infirmitatis ue exprimi, quoniā lex naturalis & diuina sufficiēter exprimit eam. Deniq; institutio illa prohibitua esus carniū in ordine illo, nō fert sub obligatiōe ad pœnā peccati mortalis, sed tñ sub pœna discipline ordinis.

Deu 19 Proverb 22

Hæc uia ambulat in ea, & neq; ad dexterā neq; ad sinistram. In primis apparet, q; doctor iste non satis plenarie recitet uerba præfati magistrī Arnoldi de Noua uilla præcipui physici, qui non scribit per sola ouorū uitella, sed per ea simul & per uinum, præsertim aromaticū posse infirmis in grauissimis infirmitatibus subueniri, ad instaurandū & confortandū uitalē uirtutē. Cumq; unicuiq; in sua facultate perito dicit esse credendum, uidetur in hac re potius consentiendum scriptis medici tanti, cuius scripta sunt ualde compendiosa, & istā materiā eiusq; difficultatē subtiliter resoluente atq; elucidatā. Fuerunt quoq; post compilationem illius tractatuli in ordine Carthusiensis plurimi peritissimi medici, qui ipsum commendauerunt tractatum; nec obstat q; æger in ægriudine sua possit omnem alium cibum præter carnes fastidire ac abhorre, quia hoc possit accidere ex occultis & uarijs causis, præsertim ex immutatione facta in ægro, uel magica arte aut demonum actione: qui si permittentur, hoc facillime procurarent ac facerent, non solum

1sa. 30

in agro, sed etiam in sano Carthusiense, cui si ob huiusmodi causas dandæ essent carnes ad edendū & succurrendū, pateret pluribus ianua ueniendi ad carnium prohibitissimū & illicitissimū eis esum, uiolare utq; passim exemplarissimū & saluberrimū illud statutū. Ceterer go doctrina, ad tantū scelus præbens occasio: ideo in huiusmodi casu informandus esset ægrotus, q; fastidium illud deponeret tanq; uenenū animæ suæ. Et quia forsitan ex machinatione oriretur diabolus: & rursus quia in ueritate esus carnium obesset sibi potius q; prodesset, atq; per aliā escā & porionē ei salubrius posset succurri. Et denuo, quoniam cederet in grande scandalū alioq; præsertim confratrum suorum, itemq; in grauissimū detrimentum boni communis totius sancti ordinis sui. Et quia per rot centenaria annorū non esset hoc attentatum neq; permittum, q; si nec ita acquiesceret æger, orandū esset feruenter pro eo, quæadmodū in Ecclesiastico tangitur, q; & medici deprecabantur altissimum, ut dirigat opera operasq; eorum, essetq; pie sperandū, q; in tanto periculo misericordia adesset, exaudiret ac prouideret. Nec huic casui similis est alius ille casus, quo Carthusiensis nil aliud quo uesceretur haberet nisi carnes. Nam & euidentis est, non fuisse intentionē patrū ordinis Carthusiensis instituentium illud statutū, ut nec in tali casu ederent carnes, sed in casu quo reuera aliunde possent refici & iuari. Præterea, nullum præceptū legis diuinæ aut naturalis est ita obligatorium, quin in aliquo casu pateretur exceptionem, cum & primū illud præceptū: Diliges dominum deū tuū nec in amentibus, neq; in naturaliter factis & obfessis & cōsimilibus habeat locum nec tamen simpliciter est dicendū, q; præcepta iuris diuini ac naturalis non obligent absolute, ita nec in proposito de statuto illo abstinendi a carnibus. Insuper, nequaquā est simile de generali præcepto ecclesiæ abstinendi a carnibus feria sexta, siquidem ipsa ecclesia nunq; dedit indispensabiliter illud præceptum, imò dispensationi prelatorum maiorū ipsum cōmisit, quemadmodū præcepta ieiunandi certis temporibus. Amplius, in præinductis uerbis insinuari uidetur, q; statutū illud ordinis Carthusiensis non detur nec obliget ut præceptum, neq; astringat eos ad culpam mortale seu ad pœnam peccati mortalis, ut puta ad damnationem, sed solum ad institutam ordinis disciplinā, hoc est ad penam temporale, quemadmodū in alijs religiōibus facta sunt quædā statuta primo & immediate, obligantia tantū ad pœnā seu ordinis disciplinā, ut q; frangens silentium capiat in capitulo disciplinā. Istud autem nequaquā uerum uidetur, quod ut clarius cōstet: statutū illud de uerbo ad uerbum narrabo. Itaq; 4. capitulo secundæ partis nouarū constitutionū ordinis Carthusiensis sic continetur: Quia secundū antiquissimā ordinis nostri consuetudinē a sanctis patribus introductā, omnē esum carnium a proposito nostro abieciui, statuimus, ut quicūq; ordinis nostri professus, huius tam laudabilis institutionis transgressor extiterit, carnes uel delicias comedendo, seu alicui personæ ordinis ministrando, uel come dentibus aut ministrantibus consentiendo, uel non prohibendo cū poterit prohibere: si prior uel uicarius siue procurator hoc fecerit, ipso facto tanq; professus suæ calūniator & transgressor, obedientiā perdat. i. officii sui, & uocib; & locis debitis & ceteris obediētis ordinis careat in æternū. Si uero simplex monachus aut alia quæuis psona ordinis extiterit, uoce, loco & obediētis carēs perpetuū, ad capituli generalis uoluntatē carceri mancipet: quā pœnā extēdi uolumus ad eos, qui infra domorū uag; clausuras quibuscūq; personis carnes ministrauerint, seu ab alijs ministrari permiserint, nec prohibuerint cū ualuerint prohibere. Hanc autē laudabilem consuetudinē ad omnes montiales nostri ordinis & eis præfidentes, de uerbo ad uerbum extendi uolumus & iubem; . Nōne ex his patet statutū hoc uere præceptorium esse intantū, ut eius transgressor iudicet calūniator ac uiolator suæ professionis? Professio autē solēnissima extat promissio, quā frangere enormis est peccatū, q; frangere iuramentū. Iccirco nec stare potest qd doctor quidā affirmat, Carthusienses non habere uotū aliqd ad seruandū istud statutū. Cū enim ceteri religiosi uocent obedientiā, q; ad contenta in regula sua, Carthusienses uocēt obedientiā absolute, ideo expresse tenent ad præcepta sui generalis capituli imò (ut in eorū habet statutis) si statuta sui generalis capituli non obseruent, non solum censent ac reputant contēptores ipsius capituli, uerū etiā dei, cuius uices gerit capitulū circa pfectos ordinis sui. Præterea de hoc q; asserit inclusum debere egredi ad succurrendū cōstituto in mortis piculo, aliq; illū occideret, multa possent induci specialia illud qd z. uita spa. lib. de abbate Beniamin recitat, q; proposuit nunq; exire cellarū, per tēris auxiliū ipsius Beniamin, aliq; periret. Cōsp; abbas Beniamin fluctuaret qd ageret, & intra se diceret, qd aut de pposito habeo cadere aut de præcepto tandē reuersus ad cor dixit: Audi puerule, Si auxiliū tibi necessariū est, credo

Ecc. 16.

Deut 6
Marc 12
Lucæ 10

professio, promissio solēnissima.

q; deus

q; deus illud tibi trāsmittet. Quo dicto, spiritus ille malignus euauit. Hinc dicendū appareret, q; ad reclusionē restrictus ex professione, nō deberet ita faciliter egredi, sed deceptionē timere, & alterius subsidiū procurare pro posse, ac dñm inuocare. Amplius, ad peditōy; pbatōy; poster induci, q; septē fratres cū matre sua, & Eleazarus (de qbus z. Macha. cōscriptū est) maluerūt crudelissimas pati mortes, q; cōtra legē comedere carnes suillas, ac p hoc alios scādalizare Iudeos. Ad qd doctor pfectus rñder, q; illi ex lege diuina tenebant ad illud præceptū cōtra qd obijci possit, q; præceptū de carnibus suillis uitādis fuit ceremoniale. Præcepta autē ceremonialia, imò & iudicialia legis in multis casibus nō obligabāt, quæadmodū Chrs, in euāgelio pādit p hoc q; Dauid panes, ppositionis comedit, q; faceret dotibus tantū fuerāt liciti ad uescendū. Et de hoc S. Tho. scribit diffuse in prima z. Alexander q; q; in scripto z. Sententias, & Gulielmus Parisiēsis lib. de fide & legibus. Sed & uotū solenne religiosorū plus obligat, q; præceptū illud ceremoniale, nec est pure positiuū, cū fundet in iure illo diuino: factes sicut pmissi sūt dño deo tuo. Postremo, uenerabilis doctor ille quīs in pfectis uidet remissionē loquutus, postmodū tñ in ultima p allegati opusculi sui parte, scripta sua satis re strin gere & arctare uidet ad intentionē nūc inductorū, atq; p fatis statutū ordinis Carthusiē, cui uicq; ordinis ipse erat fidelis amicus ac zelator picipuus, cuius etiā scripta a psonis ordinis huius in reuerentia magna habentur.

2. Mach. 6
2. Mach. 7

1. Reg. 11

Deu. 23

Articulo XII. Contra quosdā religiosos ciborū & potuū obseruatores & discretiores immoderatos quasi medicinaliter se regentes.

Ecc. 30

Initiū necessariæ rei uitę hoim aqua & ignis ferrū, lac, panis similigineus, mel, botrus uua, oleū & uestimētū. Beatiſſim; & illuminatiſſ. p̄ bernar. sup Cātica, Sermōe ait 30. Tu q; q; p̄p̄ria deferas uolūtate, si uolupratibus carnis renūties, si carnē tuā crucifigas cū uitijs & concupiscētijs, sed & tua mortifices mēbra q; sunt sup terrā, probabis te Pauli imitatorē, q; nō facis animā tuā p̄toriorē q; te, atq; ostēdes te Chrii discipulū animā tuā p̄dēdo salubriter ppter ipsum, ut saluā facies eā. Quid hic dicitis uos obseruatores ciborū, mox neglectores: Hippocrates & eius scēces docēt aīas saluas facere in hoc mūdo, Chrs & eius discipuli perdere, quē ē duobus magistris sequi eligitis? At manifestū se facit q; taliter disputat, hoc oculis, hoc capiti, illud peccatori aut stomacho nocet: profectio unuq; q; qd a suo magistro didicit, in mediū profert. Nū in euāgelio differētias has legisti, aut in pphetis aut in literis apostolorū? Caro & sanguis pro certo reuelauit tibi hāc sapientiā, nō spiritus patris. Est carnis hāc sapientiā, sed audi qd de ea nostri medici sapiāt. Sapientiā, inquit, carnis mors est. Itē: Sapientiā carnis inimica est deo. Nū Hippocratis aut Galeni sententiā, aut certe de scho la Epicuri debui proponere uobis dogma? Chrii discipulus sum. Chrii discipulis loqr: ergo si peregrinū docuētū in duxero, ipse peccauī. Epicurus & Hippocrates alter corporis uoluptatē, alter habitudinē pferit: magister meus utriusq; rei docet contēptū. Anima in corpore uitā, quā summo studio iste unde fuit ēter, ille unde delectet, inquit atq; ingredi de cetero saluator uero monet hāc p̄dere. Quid em̄ aliud tibi de Chrii auditorio sonuit, cū paulo clamātū est: Qui amat animā suā, p̄det eā: Perdet eā dixit, siue ponēdo ut martyr, siue affligēdo ut p̄nitēs: tanq; martyrii genus sit, spiritu facta carnis mortificare: illo nimis q; mēbra cēdunt ferro, horrore quidē mitius, sed diuturnitate molestius. Porro, qd prodest tēperare a uolupratibus & inuestigādis diuersitatibus complexionū, ciborū & uarietatibus exgrēdis q̄ridianā imp̄dere curā? Legumina, inquit, uētosa sunt, case; stomachū grauar, lac capiti nocet, potū aquę nō sustinet pectus, caules nutriūt melācholiā, cholera porri accēdūt, pisces de stagno aut de aqua lutosa meę penitus cōplexiōi nō congruūt: quale est hoc, ut in totis fluuijs, agris & ortis cellarijs ue reperire uix possit qd comedas. Attēdo te queso monachū esse nō medicū, nec de cōplexione iudicandū esse, sed de professione. Parce obiecto primū tuę quieti, parce dein de ministrantiū labori, parce grauamini domus, parce concitētiā, nō tuę dūtaxat, sed alterius q; q; quē scādalizas. Hāc & cōsimilia quæ dā scribit ibidē S. Bernardus. Deniq; experientiā docet, q; in monasterijs cōmuniter fortiores cōsistunt, qui minus se occupāt cū huiusmodi distinctiōe & discretiōe medicinali, ac ea quę pro tpe or do ministrat simpliciter sumūt, sp̄ suā statuētēs in deo, q; ipse q; uocauit eos ad ordinē tribuet uires, & naturā cōfortabit p gratiā. Nonne olim sancti patres & deuotissimi fratres habitātes in eremo, pane pmodico & aqua parua contēti, uixerūt multo diut; q; delicati seculi huius: & religiosi tēporū horū q; abundantē diuersis alimentorū generibus reficiant? O si rite p̄derem; qd fit uita mōastica, cōuersatio religiosa, quę tota debet esse uita p̄nitētia lis. Si interea p̄pedamus qd sit p̄nitētia uera, qd uera contritio, quæ, quanta & qualia sint nostra peccata, quantum distemus a conuersatione, p̄nitentia & sobrietate patrū nostrorū,

Gal. 5

Iohan. 12

Rom. 8

Iohan. 14

que & q̄ta meruim⁹, ac nobis in f̄tē tormētā: neq̄q̄ unq̄ murmurabim⁹ impatiētes ue erimus, q̄si nimis grossa & modica nobis uictualia ministrēt: imo magis caudabimur, q̄ ualde nimis

Iere. 3

Quid inuenerūt in me p̄ses uſi iniquitatis, q̄a elongauerūt se à me, & abierūt post uenitātē. & uani facti sunt: Deus oipotēs, cuius natura est bonitas pura, q̄ creaturis fragilib⁹ & humanis potius uult misereri ac parcere ac saluare, q̄ irasci, relinquere & dānare, more indulgētissimi ac p̄ssimi patris sup̄ puerſitate & ingratitude dīne rebellū filioꝝ dolētis, cōquerit atq̄ nobis: Quid iniquitatis, in inuidelitate aut odibilitate inuenerūt, au dierūt aut cognouerūt patres ueſtri in me: qm̄ auerterūt cor da ſua à me, atq̄ ad uana, nociua ac friuola se uerterūt. Nōne ego ſum uer⁹, primū, ſummū, inſinitū, incōparabile & ſup̄ſe c̄iſſimū bonū, uniuersis bonis creatis infinite melius, amabili⁹, delectabilius. Quid ergo diſplicet uobis in me: An hoc q̄ ea p̄cipio, cōſulo & regro, que ueſtris iniquis & puerſis uolūtibus extāt cōtraria: Ea q̄q̄ prohibeo, ad que ſenſualitas ueſtra afficit, que uia iniuſta cupit uolūtās, & punio uſa peccata: Si hoc ita ē, cōſtat uos deuiare. Nōne iuſtiſſimū eſt creaturā ſuo ſubj̄ci creatori: & uolūtātē creatā in create uolūtate ſe cōformare & illi obreperare: Nōne ad imaginē & ſimilitudinē meā aias ueſtras creauit & ſup̄naturalibus donis ornauit: imo in ſponſas, filias & amicas elegi, aſſumpſi ac mihi coniuſxi: Cur ergo eas aſſidue deformatis, q̄t die inq̄natis, & in inuidioſiſſimis ac crudeliſſimis hoſtibus ueſtris ſubj̄ctis ac cōſup̄rādas exponitis, atq̄ à tāte nobilitatis ſublimitate ad tā uiliſſimā ignobilitatē, ad tā ſcediſſimā uilitatē deiſcitis: ita q̄ iā dāmonū extāt adultere & ancille, que paulo aſ me ſu per exaltatiſſimē maieſtatis fuerāt ſpōſe ac filie. A ſummo celi empyrei in profundiffimū lacū inferni eſſis dilapſi. Deniq̄, qd uobis p̄cipio qd ad ueſtra ſalutē nō ordino: Quid uobis prohibeo, niſi qd uobis maxime eſt nociuū: Quid à totius beatitudinis fonte uos ſeparat, & ad p̄petuā calamitatis barathrū, ad æternę dānatiōis intolerabilē acerbitatē, ad tartarū ſulphurei ignis eſt uatiſſimas flāmas deducit: Quid in ſup̄ cōſulo uobis, niſi ea p̄ q̄ cōp̄dicioſa poteſtis p̄c̄tā eſſugere, gratiā ac uirtutes acquirere, ad p̄fectionē p̄tingere, ac theſaurizare uobis in celis diuitias glorię æternalis: Preterea, cernēs uos inſanire, uia p̄ditioſis eligere, demōnibus dare manū, cū inferno facere pactū, & om̄i hora appropinquare infernali ergaſtulo, miſerās miſerere uobis, diſſero ultionē, reuoco ad ſalutē, ueniā gratiāq̄ p̄mitto, angeloſq̄ meoꝝ cū ſtodiā uobis adhibeo, nihilomin⁹ indurato & excecato corde reſiſtitis reuerti, p̄nitere nihilq̄ adherere, ſubj̄ci ac ſeruire reſpuitis: Quis ueſtrū toleraret ē pximo ſuo qd ego om̄i hora à uobis ſuſtineo: Veruntū nec ad momentū ſine mea cōſeruatiōe poſſetis ſubſiſtere. Omnia que habetis mea ſunt dona, nece ſtaria uictuū tribuo, q̄ pluuia ſundo, & ſolē circuire ac uobis lucere p̄cipio. Nūc ergo d̄ p̄uicator es re dite ad cor, & iſta ſapienter ac profunde p̄p̄dite, & certi eſtote, q̄ nō minor eſt iuſtitia mea, q̄ mea clemētia. Nolite pietate & cōganimitate mea abuti. Vera q̄ppe eſt ſcriptura, q̄ p̄teſtat, q̄ nō cito proferet iudiciū: abſq̄ullo hominū timore ſiſſi p̄petrāt mala. Sed aduertite qd rurius hortat ſermo diuinus: Nō adijciet peccatū ſup̄ p̄c̄tū, dicēs, miſeratio d̄ni magna ē. Miſericordia em̄ & ira cito ab illo appropiāt, & in p̄c̄tores reſpicit ira illius. Nō ergo tar des cōuertit ad d̄m, & ne differas de die in diē ſubi to em̄ ueniet ira illius, & in die uindictę diſp̄derte. Noueris, q̄ q̄ro diutius diſſero, tāto diuſti c̄tius iudico & ulciſcor. An diuitias hoītanus mee & patietie & cōganimittatis contēnis: Igno ras qm̄ benignitas mea, quātū in ſe eſt, ad p̄nitentiā te adducit: Tu uero ſc̄m̄ duritiā tuā & impoenitēs cor tuū, theſaurizas tibi irā & ultionē: p̄nitentiā igif̄ age, alioqui ueniā tibi cito, Nōne laus impioꝝ & ois eoz̄ p̄ſpitas breuis eſt: Quō facti ſunt in deſolationē: ſubito deſecerūt, pierūt p̄pter iniquitatē ſuā: gauditūq̄ iniqui ad inſtar ē p̄c̄tū, ſi aſc̄derit uſq̄ ad celos ſup̄bia eius, & caput eius nubes tetigerit, q̄ ſi ſtergliniū in ſine p̄det, uel ut ſomniū auolās nō in ueniet, trāſſet q̄ ſi uiſio nocturna, & quiderāt em̄ dicēt, ubi ē: Hęc mō aduerte, ac p̄nitente te q̄ em̄ da, & dignos p̄nitentię fructus exerce, ut q̄ ſire quētius atq̄ enormi⁹ exceſſiſti, eo uehe mētius doleas, cordiali⁹ cōtrifſteris, copioſi⁹ ſatiffacias & auſteri⁹ te caſtiges. Cōtritiōnē nāq̄ magnitudini multitudine q̄ culpaꝝ oportet cōſiſtere ad aq̄tā, alioq̄ in die iudicij unus eris illoꝝ, unus utiq̄ reproboꝝ, qm̄ rebelles ſunt lumini, & tūc ſero & inſfructuoſe p̄nitēbūt, dicētes: Nos inſenſati errauim⁹ à uia uirtutis, & iuſtitie lumē nō luxit nobis. Laſſati ſum⁹ in uia iniquitatis & p̄ditioſis, qd nobis p̄fuit ſup̄bia, aut diuitiāꝝ iactantia qd cōtulit nobis: Trāſſerūt oīa illa tāq̄ umbra, & tanq̄ memoria hoſpitiſ noctis unius. Nūc ergo cōuerrere ad d̄m deū tuū, qm̄ corruiſti i iniquitate tua. Nō trahas iniquitatē in funiculo uanitatit, & q̄ ſi uinculū plau ſtri peccatū. Nō ſis durus, neq̄ ut ferreus neru⁹ ſit ceruix tua, nec ſi d̄s tua ſit ænea, ut ſi harti biſfrons meretricis, nec de tuis ſcleribus erubeſcas, alioqui reuelabūt celi iniquitatē tuā, &

Gene. 5
Sep. 2

Hebr. 1

1. Paral. 29
Icb. 9

Ecd. 5.
Ecd. 7

Roman. 2

Apoc. 2
Ecd. 15
Pſal. 72
Iob. 10

Mat. 3

Iob. 24
Sap. 7

Iſaie 5

Iſa. 54
Ier. 3
Iob. 10

terra aduerſus te conſurget, & manifeſtū erit peccatū tuū cum his qui dixerunt deo: Rece de à nobis, ſcientiā uiaꝝ tuāꝝ nolumus. Lues omnia quæ feciſti, nec tamen conſumeris iux tamultitudinē adinuentiōnū tuāꝝ ſic ſuſtinebis. In diē enim perditionis ſeruatur iniquus, & ad diē ultionis ducetur, & de furore omnipotētis bibet. Ecce cōploſi manus meas ſuper iniquitates tuas d̄ impie & prophane. Nunquid ſuſtinebit cor tuū: Ecce conſolabo te, & ſuc cendā te in igne furoris mei. Ecce enim dies ueniet ſuccēſa quaſi caminus, & erit omnes ſuperbi & omnes faciēs impietatē ſtipula, & inſlāmabit eos dies ueniens, que non relinquet eis radicē. Certe dies illa dies ire, dies calamitatis & miſerije, dies tenebrāꝝ atq̄ caliginis. Si milis ei non fuit à principio & poſt eū non erit. Ante faciē eius ignis uorans, & poſt eū exurens flāma. Tunc occurrā eis quaſi urſa raptis catulis, dirumpā interiora eoz̄, & conſumam eos ut leo. Ponā eos ut clybanū ignis in tēpore uultus, & reſpectus rigorosę preſentię meę. In ira mea turbabo eos, & deuorabit eos ignis. Si hæc tibi non ſapiūt, ſi iſta non times, nōne ſpiritualiter mortuus es, & ſenſu mentis priuatus: Vtinā tibi hæc ſapiāt, & ea cū intellectu ali ſapore intelligas, atq̄ nouiſſima tua p̄uideas. O d̄ d̄ fuge de medio Babilōis, de medio ignis ſeculi huius ne quā, à conuētū malignantiū, à multitudine operatiū iniquitatē, ne perdas cū impiis animā tuā. Noli eſſe amicus ſeculi huius, ne dei inimicus conſtituaris. Audi filia & uide, & inclina aurē tuā, & obliuſcere populū tuū & domū patris tui. Egredere de terra tua, & de cognatiōe tua, & ueni in locū ſanctę religiōis. E tē ſc̄m̄ om̄is q̄ reliquerit patrē, aut matrē, aut ſorores, aut fratres, aut uxore, quā habet de eius cōſenſu aut poſter acciſe, centuplū accipiet, & uitā æternā poſſidebit. Nepe in ſancto cōnubio puri⁹ uiues, rari⁹ cades, ueloci⁹ q̄q̄ reſurges. Incede etiā cautius, queſceſ ſecuri⁹, cœlico rore frequētius perfunderis, ſi piſiore munditiā ſortieris, ſidutiali⁹ morieris abundantiorēq̄ gloriā obtinebis. Porrō, cū mihi uolueris familiaris adherere, uicini⁹ cōnubi, atq̄ in me ardentius trāſformari, ſolitariā uitā aſſume, ſolitudinē ingredere & cellā inhabitā, & ibi loquar ad cor tuū. Ibi ſedebis & tacebis, quia leuabis te ſup̄ te, & præſtolaberis cū ſilentio ſaluatorē. Quo ibidē fueris ab inquietudine hominū, à tumultu domeſticoꝝ, ab occupatiōe cū ſocio longius reſegatus li heriorq̄ effectus, eo aptior eris uacare & experiri q̄ dulcis ſit d̄s, q̄ magna & inſinita ſit aſſuētia dulcedinis eius. Deniq̄, ibi per fidē rationibus credendoꝝ illuminatā, & per ſapientie donū charitatēq̄ ſeruidā contēplaberis q̄ bonus ſit d̄s his, q̄ recti ſunt corde, q̄ ſeruiūt ſiuntq̄ iuſtitia, qui in ſimplicitate cordis querūt eū, q̄ nil penitus amāt, intendūt, requirūt, niſi ip̄m finaliter. Alia autē niſi in ip̄ſo, q̄ in deſinēt ſolliciti ſunt q̄liter ei in cūctis cōplace antipſumq̄ in oibus uenerēt, zelo diuini honoris ac fraternelis ſalutis uniuersoꝝ ſemp̄ accēſi, imō in uiscera pietatis, in affectū ſynceriſſimę charitatis, in deſideriū p̄ficiēdi cōſtinue pror ſus cōuerſi. Talibus plane ſapit de⁹ nō mūdus me illos carniū elus delectat, ſed eā cū uitijs & cōcupiſcētis edomare, cūctos paſſionū irratiōabiles motus cū ſumma diligētia refrēnare, in profunda & firma humilitate ſe ſtabilire, in filiali dei timore p̄ſiſtere, & corā p̄ntia creatoris iugiter, timorate atq̄ ſollicite ambulare. Ad laudē & gloriā omnipotentis, qui eſt ſuper omnia deus ſublimis & benedictus, Amen.

Iob. 21
Oſee 4

Ezech. 22

Soph. 1
Iohel. 2

Pſal. 20
Deut. 32

Iere. 51
Pſal. 67
Pſal. 27
Iaco. 4
Pſal. 44
Gene. 12
Matt. 19

Thieno. 3

Pſal. 72
Mat. 5
Sap. 4

F I N I S.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI, DE VITA INCLVSARVM, LIBER VNVS.

P R A E F A T I O.



V A M magna multitudo dulcedinis tuę domine. Hęc ſunt uerba beatiffimi Dauid regis atq̄ propheta, qui fuit electiffimum organū ſpiritus ſancti, quia per ipſum ardentiffima & ſententiōſiffima uerba locutus eſt ſpiritus ſanct⁹. Itaq̄ ſacratiffimum uas illud miſericordię dei rex Dauid, diuinę conſolationis ſuauitatem copioſe expertus, atque in diuitias glorię dei raptus, & ibidem q̄ uerē & incomparabiliter ac penitus infinite in ſeipſo dulcis ſit deus noſter per experientiam doctus, ex admiratione diuinę pietatis, liberalitatis ac dignationis circa ſuos electos ſtupēs ac deſiciēs, cū ſeruore & gratiāꝝ actione ac gaudio exclamauit: Quam magnamultitudo dulcedinis tuę d̄ſe. Si enim tāta

Pſal. 30

1. Pet. 2

AAAA 3 inuenit

inuenitur dulcedo in rebus istis inferioribus & terrenis, in melle & floribus, in cibis & potibus, in speciebus & herbis, in uiscentis, in quibusdā etiā lignis & gēmis, quanta credēda est esse dulcedo omnium creatoris: Quicquid enim bonitatis, amabilitatis, perfectionis & suauitatis est in creaturis sparsim atq; finite & imperfecte, hoc totū est in deo creatore unitim, perfecte & infinite: sic in deo est infinita dulcedo, imō magis proprie ueriusq; loquendo, deus sublimis & benedictus essentialiter est infinita suauitas, ita q; sua incirculcripta essentia est dulcedo prorsus immensa. Sed quemadmodū deus omnipotens & aeternus est in seipso ineffabiliter simplicissimus spiritus, non solum omni corporali substantia, sed etiā omni spiritu creato incōparabiliter simplicior: sic eius dulcedo cū sit spiritalissima atq; purissima, non nisi ab hominibus spiritalibus & purgatis in hoc mundo gustatur, percipit & sentit degustatione frequenti, experimentalī, perfecta. Interdū tamē misericordissimus deus incipientibus & imperfectis dat aliquale suauitatis saporē, ut eos sibi alliciat & cōfortet, consoletur & doceat ad quid tendere debeant, & q̄ bonū atq; salubre est deo altissimo obsequi, qui etiā sibi deseruientes in hac peregrinatione, in hoc exilio, in præsenti certamine & labore tam benignissime uisitat, tam dulciter recreat, & quid in futuro adepturi sint seculo, iam eos tam abundatē p̄gustare concedit: quatenus sicut cantat ecclesia, ex perceptione præsentiū munere, certa sit expectatio futurorū. Certū ergo est, q; quanto fuerit homo ab omni carnali affectu purgator, à multo da euagatione collectior, à multiplicibus uarijsq; occupationibus simplicior, tanto capacior est consolationis diuinæ experimentisq; degustationis suauitatis supernæ, imō & introuisionis in sanctuariū dei, ut illustratus, eleuatus & raptus in deū, in participatione suæ tranquillissimæ pacis & infinite quietis obdormiat, in abyso lucis immensæ suauissime demergatur, ex uehementia amoris diuini à seipso totaliter alienetur, atq; in deum, qui essentialiter charitas est, transformetur: sicq; tā ingenti diuinæ dulcedinis perfundit sapore, ut cū sancto David exclamet: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe.

Deus simplicissimus est spiritus.

1. Iohan. 4

Psal. 30

1. Iohan. 2

Eccles. 1

Phila

1. Ioh. 6 4

2. Cor. 13

Col. 1

Articulus I. De motu huius tractatuli.

Spermissi charitati tuę breuē epistolā d̄ uenerabilis ac deuota atq; in Christo charissima mater, & quia epistola illa tibi complacuit, supplicasti ut aliquid amplius tibi scribam: ad quod me prorsus inidoneum ex corde profiteor, nec tuam personā uenerando lenio decoratam, in spiritali conuersatione tot annis exercitaram, meis arbitror exhortationibus aut informationibus in digere confido nanq; q; unctio spiritus sancti doceat mentē tuā de omnib; & dū à me defectiuo ac inderogato informationē optas, paruitatem meā tua humilitate non mediocriter edificas atq; instruis, sed sicut de beatissimo Hilario scribit sanctus Hieronymus, q; ille appropinquatē iam tēpore suę resolutionis, ex senectute decrepita, qñ alii solēt tepidius agere, q̄tidie maiori flagrabat desiderio spiritalis profectus: ita tu sancti illius uestigia sectari conaris: sed ne immoderata laude animā tuā affligā, tantundē retigisse sufficiat, p̄sertim cū scriptū sit: Ne laudes hominē in uita sua. Veruntū ueraciter uirtuosū sū se laudari p̄cipiūt, nequaquā inuicem gloriā, sed deo omne bonū cū gratia actione & humilitate ascribūt, & seipos magis humiliant, certissime cognoscetes, q; nostra merita sunt dei dona, & q; nō solū bona opari ac loqui, sed etiā uelle & posse à deo habemus, sine cuius inspiratiōe, charitate & gratia nihil est meritorū, nihil sanctū: hinc de suis uirtuosis actibus nō solū nō extollunt, sed & intime ac humilime desēt, q; bonis sibi de super misericorditer datis, tot mala, tot defectuositates, districiores, negligētias atq; pigritias admiscerūt, ita q; uniuersę iustitię nostrę p̄ano mēstruato assimilant. Itaq; cum in uita hac nemo sit ita mūdus, ita p̄fectus, ut nō sit magis magisq; mundanus ac perficiendus, eo q; tota hęc uita sit uia, cursus & peregrinatio ad uitā beatā futurā, in q̄ uia non progredi regredi est: hinc desiderio tuo satisfacere studui, & de uita inclūsarū non tā pro tua p̄sona lenē exercitara, q̄ pro iunioribus & incipientibus ista conscripsi.

Articulus II. De initio uitę emendatioris in reclusorio.

Quoniam initium operum bonorum cōfessio est malorum: hoc omni Christiano se emendare uolenti commune est, ut in primis de uniuersis suis peccatis cordialiter doleat, tāto intensius, quāto grauiora fuerint sua peccata, ut magnitudo doloris magnitudini uitiosę proportionetur. Deinde, integraliter cōfiteat, & penitentia sibi iniunctā persoluat. Insuper, diuina obseruet p̄cepta, mādāta d̄q; ecclesię & superiorū suorū. Deinceps, secundū exigentiā uocationis seu professionis suę digne deo conuersari conetur. Persona ergo reclusa sapiēter aduertat, cur corporaliter à cūctis se abstrahat & recludat. Ideo utiq; ut omnium mundanorū quantū possibile, obliuiscat, quatenus diuino

noy iugiter reminiscat: sic circo mentē suā à phātasīs & imaginibus reuē sensibiliū purget, à curis secularibus eam euacuet, ab inutilium rerum memorijs mundet, ut dicere ualeat cum propheta: Oculi mei semper ad dominum. Itemq; Mihi autem adhærere deo, bonum est. Sed quia hoc ipsum à principio adimplere non est potestatis humanę, p̄sertim fragilitatis ac instabilitatis mentis fœmineę, hinc primo necesse est personā reclusā, diuinę pietatis gratiosum subsidium incessabiliter cum omni fiducia humilime inuocare, consuetudinē orandi sibi efficere, & manus ac oculos simul cum corde ad deum leuare, quemadmodum Jeremias hortatur: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlos. Veruntamen, quoniam deum laudare est actus altior, cœliformior magisq; angelicus q̄ orare, propterea reclusa tempore procedente & ipsa in spiritalibus proficiente asuescat in dei laudibus occupari, in hymnis & psalmis se exercere, imō ex proprio corde, prout deus concefferit & deuotio instigauerit, uerba amorosa atq; dulcissima diuinę laudis proferre, infinitam dei bonitatem, pietatem, omnipotentiam, sapientiam, beatitudinem collaudando, eiusq; beneficia recolendo, ut dicere possit illud propheta: Cantabo domino in uita mea, psallam deo meo q̄ diu sum. & rursus: Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Si in his exercitijs se cum diligentia humili & cordis sui custodia peruigili ad modicum uisitauerit tempus, statim experiri incipiet spiritalis delicias, consolationes intemas, & quā uere dulcissimum sit in cordis puritate cum Christo miscere colloquia, familiariter loqui cum deo, rōre spiritus sancti perfundi. Præterea quędam sunt orationes laudibus dei permixtę, quales sunt multę in libro psalmodum: & illis insistere, existit tam salubre, ut dicat Psalmista: Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero.

Psal. 24

Psal. 72

Iere. 18

Psal. 108

Psal. 133

Psal. 17

Sicut testat scriptura: Corpus qd̄ corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Hinc mens humana in hoc miserabili statu non diu manet actualiter fixa in deo, neq; in celestibus stabiliter perseuerans, imō quod lamentabilis est etiam, tempore orationis & laudis diuinę ac meditationis intemę toties & tam cito distrahitur, in ima dilabitur, in uilissimis euagatur: iccirco ut asuescat cito resurgere, seq; in deo colligere, & in diuinis quotidie magis stabilis esse, oportet ut aliquid salubre homo cordi suo firmissime imprimat, indelebiliterq; insigat, quatenus quotiescunq; distrahi aut tentari uel mente lædi se percipit, mox ad illud mentē recurrat, illud inspicat, ac per hoc ad deum se erigat, imō illud tam tenaciter cordi suo inhæreat, ut nō facilliter nec diu ipsummet permittat uagari. Porro, nō uideo qd̄ salubrius possit quis cordi suo tam fixe insigere, ut passionem Iesu Christi: sed quomodo potest homo hęc cordi suo tam firmissime irremouibiliterq; imprimere, ut est tactum? Potest hoc utiq; si de ea quotidie bis aut ter attēte & morose, quasi eam præsentialiter cerneret, meditetur, & Christo pro se passo affectualiter compatiatur, sicq; ex consuetudine tali, ter meditando, imprimetur memorię suę imago crucifixi, per quam quasi in desinenter aspiciet oculo interiori Christum uelut in cruce pendentem, seu tanta ac talia patietem, & ita cum interna cōpassione penabitur, quales dolores sustinuit Christus, dum pedes eius sanctissimi ac manus dignissimę clauis perforabatur: dum caro eius uirginea atq; tenerrima lacerabatur flagellis, & distendebatur in cruce, usq; ad ossium dissipationem, neruorū quoq; & uenarū disruptionem, sicut ait in psalmo: Pederunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt omnia ossa mea: dum sacratissimum caput ipsius coronatū est, spinis & arundine cœsum. Itaq; si quis hęc Christi imaginem cordi suo ita impresserit, omnem euagationem facillime abiciet, & repellet, omnem tentationem uelociter uincet, omnem cordis duritiam, uanitates & risus superfluos superabit. Renuet anima eius in exterioribus & carnalibus consolari, sicq; merebitur diuinarum consolationum particeps fieri etiam copiose atq; multoties in præsenti, quemadmodum Paulus ait apostolus: Scitote quoniam sicut loci passionū estis, sic eritis & consolatio nostra. Deniq; quidam sanctorum pro aliquo salubri secundum modū præfati menti salubriter ac feruenter imprimendo elegerūt sibi aliquē uersiculū affectuosum ex psalmis, uidelicet, Deus in adiutoriū meū intēde, uel, cor mūdū crea in me dē &c. sed nō uidet mihi aliquid salubrius posse insigi memorię, q̄ imaginē passiois dñicę. Ex cuius q̄tidiana recordatiōe etiā accēdit homo diuino amore: dicit se humiliare, aduersa hilariter tolerare, p̄malis bona ip̄dere, opib; p̄nitentię libētē insistere: delectabilia carni horrere, & p̄pria ac aliorū p̄ciā deslere. Insuper circa Christi passionē primo p̄fandū est, q; sit q; patif, ut puta q; ille q;

Christi passio mēri quō imprimenda

Sup. 9

Christi passio mēri quō imprimenda

Psal. 11

1. Cor. 1

2. Cor. 1

Psal. 69

Psal. 50

Circa Christi passionē cōto sunt peniandę

II
III
Deu. 10
Apoc. 19
III
V
VI
VII
VIII
Psal. 21

pro nobis occisus est, sit unigenitus filius dei, uerus deusq; homo. Secundo pensandum est qualis sit, scilicet innocens, mitissimus, pijsissimus, dulcissimus. Tertio, quantus sit, quia ipse rex regum & dominus dominorum, qui secundum suam diuinitatem, est maiestatis immensa; secundum humanitatem uero suam, dignior est toto mundo. Quarto, quare passus est, scilicet non pro suis, sed pro nostris peccatis: pro nostra redemptione à penis infernalibus & æternis. Quinto, propter quid, scilicet pro nostra saluatione in regno æternali celesti. Sexto, à quibus, puta à populo suo peculiari & proprio, pro quorum salute specialiter missus fuit. Septimo, à qualibus, ut puta ab atrocissimis, sceleratissimis ac uilissimis peccatoribus, quantum ferocissimi lupi irruerunt in mansuetissimum ac innocentissimum agnum. Octauo, à quibus, uidelicet à multis milibus Iudæorum atq; gentiliū, qui in die parafceus passioni Christi interfuerunt, eumq; multipliciter deriserunt, quæ admodum per sctm̄ David prædixit: Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs & mouerunt caput. Omnia ista ualent ad meditando de Christi passione cum præcordiali compassione & uehementiori affectus inflammatione, præsertim quia hæc uniuersa pro nobis perulit Christus ex nimia sua dilectione ad nos, te stante Apostolo: In fide uiuo filij dei q; dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. In quibus sancti Pauli uerbis id intuentū, quia quæ pro toto genere humano Christus generaliter perulit, Paulus quasi pro se solo specialiter ipsum reputauit perpeffum: ideo dicit Chryostomus: Hic est affectus serui fidelis, ut q; pro oibus passus est dominus, quasi pro se solo reputet esse passum: quoniam & reuera anteq; Saluator quatum in ipso est, quæq; perire permitteret, adhuc pro eo solo potius pati uellet. Itaq; pia ac deuota sapiensq; reclusa, quotidie certis uicibus ponat se coram Christo seu eius imagine, & secundum formam iam tactam mēte recollecta cogitet de passione amarissima Christi, & quantum dilexit nos, quantum pro nostra salute assumpsit, fecit ac passus est, quæ omnia attente ac amorose pensando, gratias cordialissime agat, in amore proficiat, uirtutes, potissime humilitatē patientiæq; addicat, imò pro posse Christo studeat conformari, cuius uestigia sequēdo, & omnes suas affectiones stabiliendo in ipso, ut præter eum nil amet, nil appetat, nil formidet, nil curet, nisi in quantum sibi utile ac necessarium est ad hoc, q; Christo complacere: sicq; libentissime erit in cella. Postremo secure id dico, q; nunq; spūsus sponfam suam tam amorose & libenter est amplexus, q; amorose & libenter filius dei pro nobis amplexatus est colinam ad quam flagellabat, ascenditq; crucē in qua suspendebat. Simus igitur grati mente & ore & opere.

Gal. 2
Inclusis qd potissime cogitandum sit

Omnia Christiani exercitia ad charitatem sunt referenda

Articulus III. De finali causa reclusionis ac solitariae mansionis. **A**mbulante siue currente scire oportet quo ambulare seu currere debeat: operantem quoq; & laborantem oportet agnoscere, ad quid operationem suam atq; laborantem debeat finaliter ordinare. Cum ergo tota hæc uita sit peregrinatio quædam & ambulatio siue cursus ad aliam uitam in futuro, nec solum hoc, sed inter actus uirtutum quibus itur aut curritur ad uitam futuram est ordo, ita q; est aliquis actus uirtutis ad quem aliæ uirtutum opera sunt finaliter ordinanda: Hinc & conuersationis abstractæ, solitariae & reclusæ est aliquis finis, non solum in futuro, uidelicet beatitudo regni celorum, sed etiam in præsentia. Porro, charitas dei est omnium summa uirtutū: iccirco omnium Christianorum exercitia uirtuosa ad actualem dei dilectionem, tanq; ad finem in uita præsentia sunt referenda. Ab actuali uero dilectione dei impeditur homo per occupationem in exterioribus, per dispositionem animi sui in multis, per humana colloquia, per sensibulum rerum tumultum & nouitarum occursum, per inquietudines passionum & uarias curas: quanto aut plus abstrahit se homo ab omnibus istis ut deo adhæreat & intendat, tanto aptior est ad diuinum amorem feruentem & stabilem: Etenim uirtus unita fortior est q; dispersa: & cor humanum tanto fortius uni rei infigitur, quanto amplius à multis abstrahitur. Itaq; quo persona inclusa ab uniuersis præactis amoris diuini impedimentis perfectius se auerit, elongat, abstrahit & recludit, eo ad puriorem, stabiliorem, liberiorē & caruentiorem dei amorem se dare debet: Nam huiusmodi amor dei est causa finalis suæ inclusionis ac solitudinis in hac uita: iccirco ad talem diuinitatis dilectionem quotidie tendere debet, & omnia opera sua ordinare ad illum, aliter frustra ac insipienter esset in cella seu reclusorio suo. Præterea dilectio dei cognitionem eius includit ac præsupponit: quia quod prorsus ignotum est, amari non ualet. Cognitio autem dei ad quam sequitur feruens & meritoria dilectio eius, non est qualiscunq; cognitio dei, sed illa quæ est actus doni sapientiæ, quæ sapientia est primum & summum donum inter septem dona spiritus sancti, & dicitur sapientia quasi sapida scientia, id est cognitio dei amorosa, habens gustum internum, dulcem, sibi annexum: iccirco siue dicatur

dicatur feruens, emines ac stabilis dilectio dei finalis causa inclusionis, siue contēplatio dei sincera, excellens & fixa, quantum huic uitæ possibile est, redit in idē: Nam unū horū sine alio esse non potest: & quantum quis proficit in diuino amore, tantū crescit in dono sapientiæ & cōtēplatione diuina. De hoc iam tantū dem tetigisse sufficiat, ut sciat persona inclusa ad quid iugiter exercitia sua debeat ordinare, ad quid respicere, tendere & currere habeat: de contēplatione uero & dilectione diuina infra deo præstante aliqd plenius scribam.

Articulus V. De moderamine cibi & potus ac somni. Anima rationalis coniuncta est corpori suo, non solum ut carceri, iuxta illud in psalmo: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: sed etiam sicut ancillæ ad præcipiendum & instrumentum ad bene utendum. Corpus igitur debet animæ obedire, & ad omnia expediētia animæ esse paratum, præsertim cum corporalia ordinentur ad spiritalia sicut media ad finem. Hinc naturalis ratio dicit, tantum cōcedendū esse corpori de cibo, potu, uestimentis & somno, quantum expedit animæ ad bene agendū, ut scilicet corpus nec magis nec minus recipiat de prædictis q; naturalis requirit necessitas eius. Sed secundū euangelicæ legis doctrinā etiā naturali necessitati corporis aliquid moderate subtrahendū est de cibo, potu, somno & uestibus, ut homo corpus suū affligendo satisfaciat pro peccatis, cōpatiatur Christo atq; ad gratiā disponat maiorē. Hinc ait Saluator: Videte ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate, uidelicet ne tñ implemus nos cibo & potu, q; corpore fatiato aia à spiritalibus impediatur opibus: Nec sunt querēda cibaria & pocula nimis pretiosa & lauta, quæ si interdū assint, nō est in eis transgredien da mētura nec expetēda uoluptas, sed sustentatio sola naturæ, ad seruendū altissimū. Quod si in cibi ac potus sumptione sentiat quis aliquā delectationē salte naturalē, quia ex unione potentiæ cū conueniente obiecto oritur naturalis quædā delectatio: nō est tamē in tali delectatione sensibili & carnali sistendū uel quiescendū, sed ordināda est ad debitū finē, ad spiritalem profectum, ad gloriā dei, q; oia nobis largitur. Rursus, non est congrua reficiēdi hora anticipanda, nec refectio diuini immorandū, sed deuota bñdictione præmissa, cū lectione atq; memoria diuinorum: est manducandū sobrie & modeste ad gloriā dei, sicut docet Apłus: Omne quodcūq; facitis in uerbo aut ope, oia in noie dñi nri Iesu Christi facite, gratias agentes deo patri per ipsum. Hinc post refectioem legendæ sunt gratiæ deo de omnib; beneficio suo cordialiter regratiando. Itaque desideria carnis sunt refrenanda, moderanda, & rationi in oibus subijcienda: & qd de cibo ac potu iam dictum est, de somno & uestimēto est proportionabiliter intelligendū: uehementer em̄ nocet somnus superfluus, qm̄ grauat naturā, hebetat sensum, torporē acediāq; inducit, & in ipso tēpus miserabiliter perdit, atq; tot sc̄ta exercitia omittit. Hinc sancti patres immoderatū somnū præcipue detestabāt: Nam & gentilis ille poeta filio suo præcepit:

Psal. 141
Corpus aīe obediēre debet
Luc. 11
Lauitæ in cibis nō q̄rendæ
Homo refectio nis anticipand non est
Col. 3
Soni sup̄biu incōmoda
Seneca,

Plus uigilia semper, ne somno deditus esto,
Nam diurna quies uitij alimenta ministrat.
Propterea dicit Apłus: Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis: Caro em̄ cōcupiscit aduersus spm̄, & spiritus aduersus carnē. Itēq; Curā carnis ne feceritis in desiderijs: Qui aut sunt Christi, carnem suā crucifixerunt cū uitijs & concupiscentijs. Beatissimus q; princeps apostolor; Petrus: Obsecro, inquit, uos, tanq; aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animā. Verū tamen in corporis castigatione moderamē est obseruandū, ne nimis debilitet: auxiliūq; gr̄e semp̄ est inuocādū & directio spūs sancti, ne homo sub specie boni decipiatur ab hoste antiquo.

Gal. 5
Roma. 13
Gal. 5
1. Pet. 2

Articulus VI. De discretione in omnibus obseruanda. **A**d hoc q; opus sit uirtuosum & meritorium, non sufficit ut sit bonum secundum suā naturā uel secundū substantiā actus, sed oportet q; fiat cum circūstantijs debitis, ut puta congruo loco & tēpore apto, ac recta intentione & debito modo, atq; ut personæ agenti conueniat: Hæc autem omnia docet prudentia seu discretio obseruare, ne quid magis fiat uel minus, sed ordinate ac moderate omnia fiant: Persona ergo inclusa iuxta formam seu regulam sibi præscriptam unumquodque opus suum congruo loco & tempore, modo & fine adimpleat, nunc orando, nunc psallendo, nunc meditando, nunc legendo, nunc scribendo, aut opus aliud manuum exercendo: nunc comedendo, nunc quiescendo, ne tædio afficiatur: ideo ait Apostolus: Omnia honeste & secundū ordinē fiant in uobis, & itē: Rationabile obsequiū uestrū: unde sicut charitas est motrix cæterar; uirtutum, sic discretio dicitur auriga earum: quoniam sicut auriga dirigit currum ne tuat in præceptis, sed recte procedat: ita discretio ostendit modum & ordinem obseruandum

1. Cor. 14
Roma. 12
Simile

dum in actibus uniuersarum uirtutum, & docet quid prosequendum, quid euitandū, ideo sine discretionē ceterę uirtutes labuntur & corrumpunt. Ideo secundum Bernardū conuertitur in uitia. Per discretionem uero fit homo amabilis familiarisq; deo, quemadmodū ait per Ieremiam: Si separaueris pretiosum à uili, quasi os meum eris. & ite; Ieremias fatetur: Quia plus fecit quam potuit, iccirco periit. Per Moysen quoq; dominus iussit: In omni sacrificio offeres sal, per quod discretio designatur. Vnde & Christus in euangelio loquitur: Habete in uobis sal. i. prudentiam, quoniam omne opus uirtutum, quod deo offerimus, discretionē oportet condiri ac decorari. Hinc sanctus Antonius dixit, discretionem matrem esse uirtutū. Abbas quoq; Agathon & abbas Pastor iccirco celerius ad perfectionem uenisse leguntur, quia in omnibus discretionem seruare laborauerūt, quā uirtutē beatissimus pater Macharius breui sermone excellentissime docuit, dicens: Sic uiuere debet homo quotidie quasi quotidie moriturus, & quasi centum annis uicturus. Hinc fecit dū beatū Bernardum: Operatio nostra debet consideratione præueniri, quia anteq̄ aliqua peragamus, cōsiderare atq; discernere debem⁹, quādo & qualiter circa illa agere debeam⁹: quāobrē dixit Apostolus: Sine præiudicio. i. præiudicio iudicio nihil facias.

Articulus VII. De custodia cordis.

Sicut prædictum est, initium uitæ melioris in cella & in claustrō est, ut persona inclusa studeat obliuisci omnium mundanorū, & mētem suam expuret ab imaginibus, phantasiis & occupationibus terrenarū atq; carnaliū rerū, quatenus corde quieto feruenti ac fixo uacet & inhæreat deo. Quid ergo profectus in claustrō in reclusorio corporaliter refidere, si quotidie aut frequēter rumores percipere secularēs, si loquacitati uacaret? Per hoc nāq; memoria mundanorū renouaret in ea mens; in anibus imaginibus depingeret, ita q̄ nec in oratione, nec meditatione, nec in laude aut cōtēplatione diuina esset stabilis, feruida & sincera. Confabulatio em̄ talis spiritalem extinguit feruorē, & quadā inertia percudit mentē, fastidium spiritualium exercitiōrū in ducit, tēpus uiliter perdit, dissolutionē, risum, uanitates uariasq; parit ruinas. Ideo Salomō loquitur: In multiloquo p̄ctm̄ nō deest, & ite;: Qui custodit os suū, custodit & animam suam; qui autē inconsideratus est ad loquēdū, sentiet mala. Itēq;: Sicut urbs patens & absq; muro; ambitu, ita homo qui nō pōt in loquendo cohibere spiritū suū: quēadmodū em̄ urbs apta & muros non habēs, ab hostibus facilliter capit atq; destruit, ita qui irrefrenatus est in loquendo, ab inuisibilibus hostibus multipliciter uulnerat in aia occiditurq; in ea. Hinc rursus Salomō, præfati: Qui custodit os suum & linguā suam, custodit ab angustiis aiam suā. Vnde in Ecclesiastico scriptū est: Qui multis utitur uerbis, scdit animam suam. Qui autem odit loquacitatem, extinguit malitiam. Iccirco persona inclusa, uolens Christo cor purum offerre, non facilliter ad loquendum se offerat, si rationabiliter possit uitare, & dum alicui loquitur nequaquā inania proferat nec inutilia aut nociua uerba aduertat: imō à talibus se auertat, incaute loquētem modeste corripiat. Deniq; adueniētibus quibus colloquium non potest uitare, loquatur uerba saluberrima: cū seruore: uerba sapientiæ, cū mensura uerba cōpetentia, cum proprij cordis custodia: quoniam in Ecclesiastico scriptum est: Verba prudentium in statera ponderabuntur, & denuo: Sapiens seipsum in uerbis amabilem facit. E contra Salomon loquitur: Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in posterum. Itemq;: Vidisti aliquem uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est q̄ illius correctio: itaq; sicut uasculū seu amphora operculo carens impletur pulueribus, maculatur, & contentum in ea foedatur: sic homo cuius os silentij caret operculo, uitij adimpletur, sordidatur, inficitur. Veruntamen ualde difficile est linguam totaliter refrenare, nec in uerbis excedere: propter q̄ in Ecclesiastico legitur: Est qui labitur in lingua sua, sed non ex animo: quis est enim quinon deliquerit in lingua sua: Iacobus quoq; ait apostolus: Si quis in uerbo nō offendit, hic perfectus est uir. Quoniam ergo refrenatio lingue, tam necessaria est tanq; difficilis, ita ut sapiens dicat: Quis dabit ori meo custodiam & super labia mea signaculum certum, ut non cadam ab ipsis & lingua mea me perdat: & Iacobus: Vniuersitas ait iniquitatis lingua constituitur in membris nostris: necesse est, ut deum instantē oremus, quatenus uirtutem & gratiam refrenandi gubernandiq; linguam nobis conferre dignetur, quemadmodum orauit propheta dicendū: Pone domine custodiam ori meo, & osium circumstantiæ labijs meis, Salomon quippe ait: Hominis est animum præparare & domini gubernare linguam, unde & cum ad loquendum accedimus, proponamus nos custodire in uerbis, innocemusq; deum ut gratiæ suæ donet auxiliū & linguam nostram gubernet. Ex incustodia siquidē lingue

Iere. 17
Ier. 48
I. eui. 2

1. Timo. 5

Prouerb. 10
Prouerb. 21
Prouerb. 27

Ecc. 19

Ecc. 21
Ecc. 20
Prouerb. 19
Eodem.

Ecc. 19
Iaco. 3

Ecc. 22
Iaco. 3

Psal. 140
Prouerb. 15

lingue, innumerabilia uitia oriuntur, contentiones, iræ, inuidiæ, detractiones, mendacia, iudicia temeraria, seminationes discordiæ: quæ omnia uitat, qui ori suo ponit custodiam. Preterea quo femina naturaliter proniores sunt ad loquēdum, eo plus necessarium est eis linguam refrenare si uelint proficere: sicut & cuilibet singularius necessarium est contra illa præiari peccata, ad quæ ex natura uel consuetudine proniorē se experitur. Postremo, si contigerit personā inclusam aut religiosam uerbo aut scripto percipere de negotijs seculi, de bellis aut similibus calamitatibus mundi, non debet in talibus inspicere uagari, sed illis sapienter ac salubriter uti, compatiendo afflictis, orando pro pace & pro in periculo constitutis, atq; regratiando altissimo, q̄ se de hoc seculo nequā eripuit, & de uarijs mundi periculis miserijsq; abstraxit. Veruntamen immoderatā securitatem sibi nequaquā promittat, sed timeat semper, quoniā beatus homo qui semper est pauidus. Hoc quoq; sciendum, q̄ linguā refrenare, est immoderatam loquendi affectū reprimere: & anteq̄ quid dicatur attendere an loqui expediat, uel quid expediat loqui, ne quicquid ascendit in corde, statim sonet in ore, uolitetq; in aere, ut inspiciebilibus solet contingere, quemadmodū in Ecclesiastico legitur: In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum.

Articulus VIII. De debito reclusorij seu cellæ ac solitudinis.

Sapientissimus ille gētilium Aristoteles uerissime dixit, Homo solus est deus uel bestia. i. diuinus uel bestialis: cū em̄ homo naturaliter sit animal ciuile ac sociale, cōstat q̄ uita solitaria nō sit humana: Itaq; si plona inclusa sic uixerit sicut cella requirit, sciendo in cella ad qd̄ instituta est ipsa, tunc est superior hoie, estq; diuina: sicut etenim homo audax dicitur leo, & homo gulosus dicitur lupus, propter similitudinē proprietatis & actionis cū bestiis illis: sic homo contēplatiuus diuinus uocatur: quia diuine naturæ proprietates & actiones aliiq̄liter imitat, ut infra patebit. Ad hoc ergo ordinata est cella & habitatio solitaria, ut in ea agat homo solum quæ dei sunt. i. opationes quæ deo cōueniūt, uel quæ cōplacent deo: opationes uero quæ deo conueniūt, sunt contēplari, diligere, misereri, iustitiā exercere, bonitatem suā alijs cōmunicare. Porro opationes quæ cōplacent deo, sunt oēs actus uirtutū, præsertim credere in deum, sperare in eo, ipsum amare, contēplari, orare, laudare, glorificari, pro ipso pati aduersa. In his igit atq; similib; iugiter occupari debet inclusa, deū sinceriter contēplado, ardētē amādo, deuote orando, iucūde laudādo, efficaciter honorādo, alijs sua merita cōmunicādo, pro uniuersis cordialiter exorādo, miseris cōdolēdo. Hoc ergo est præcipuum solitarij opus, ut quantum est possibile fragilitati humanæ, incessanter deo coniunctus sit actualiter, siue orādo, siue psallendo seu contēplādo, meditādo aut diligēdo, quatenus memoria dei cor diu suo tam tenaciter ac amore se inhæreat, ut in nullo ope, loco uel tēpore obliuiscatur ipseus, sed siue comedat siue bibat, siue aliud quid agat, semper mens sua intēta sit deo. Nec hoc impossibile reputet, cū uideamus quosdā carnali amore sic infatuos & uictos, ut in omni loco, actu & tēpore recordētur personę dilectę: & nōne deus, cuius natura est bonitas pura & incircūscripta, uniuersis ac singulis infinite amabilior commemorabiliorq; consistit: Ex multis aut actibus nascit consuetudo, quæ est uelut altera natura. Ideo sicut igni ex sua natura ratione suæ leuitatis facilimū est ascendere, & terræ descendere: sic homini ueraciter uirtuoso, in dei amore præferuido, in meditationibus diuinis assuetus, in sanctis exercitijs habituato & stabilito, facilimū imō superfacillimū & iucundum est, se ad deū erigere, in ipso quiescere, in eo accendi, in ipso familiariter occupari, imō in laudibus dei sic delectari, ut fatigari uix possit aut fatiari, orat̄ q̄q; cū affectu suauit & sicut insensatissimi amatores seculi huius totum diem expendunt in crapulis & fabulationibus uanis absq; tædio, corde infelicitate lato, quia repleti sunt amore mundano: sic persona inclusa uirtutibus perornata, totum diem expēdit in laude diuina, in oratione deuota, in meditatione salubri, in cōtēplatione cœlesti, in amore superno absq; fastidio, imō cū gaudio. Quam felix est talis cellita, si tamen in istis permanserit in omni humilitate atq; profectu usq; in finem. Deniq; sicut sanctus testatur Bernardus: cum tali in cluso ac cellita ita libenter sunt angeli, sicut in cœlo: discurruntq; iugiter inter cellam in qua talia peraguntur & cœlum. Veruntamen talē cellitā oportet esse prudentem, ut si nonnunq; contingat diuinæ cōsolationis infusioe ad tempus deo sic dispensante priuari, & solita alacritate destitui, tentationibus examinari, in firmitatibus uarijsq; aduersitatibus exerceri, tūc patientiā uerā exhibeat, gr̄as agat, uiles cōsolationes despiciat, in deo cōfidat firmissime, eumq; inuocet inde finenter atq; fidissime, maioribus tribulationibus se reputet dignā, & Christum incessanter attendat pro se tanta perpeffum, Aduertat insuper, quā saluberrimum sit æquantiter pati

Feminae magis necessaria est lingua custodia

Prouerb. 28
Lingua frenata, quid

Ecc. 21

Cella ad quod ordinata

Opationes deo placentes

Simile

Heb 11
Apoc. 11
Ecc1. 11
Orat. inclusa
maxime fugi-
endum
Ecc1. 23

pat. aduersa, & q̄ deus quos amat, arguit & castigat: impleatq̄ q̄ in Ecclesiastico dicitur: In die honorum ne immemor sis malorum: & in die malorum, ne immemor sis bonorum, Videat ergo inclusa, ne in cella sua torpori aut accidia præstet locum, ne otiositate admittat rotia nancq̄ dant uitia: & ut sapiens loquitur: Multa mala docuit otiositas, quæ secundum Hieronymum omnium mater est uitiorum, & uarias tentationes gignit in hoie, iccirco summe uitanda est omni inclusa. Erubescat solitaria & cellita in summi dei præsentia uiliter se habere, inuitalia cogitare, illicita affectare, opus dei negligenter persoluere, mente per mundum discurrere, infructuose tempus expendere, reclusio debitu suu non exhibere, apud hoies famam sanctitatis habere, apud deum uero & angelos eius negligenter existere, daemionibus obprobrium fieri, & in diuino iudicio cum amatoribus huius mundi confundi. Hæc erubescencia salutaris est pudor castus, sapientia proles, uirtutum fomentum, uitiorum fugatrix, de qua ait scriptura: Est confusio adducens gratiam & gloriam: qui hoc pudore ornatur, dicere potest cum sancto Helia: Viuit dñs in cuius conspectu sto hodie, & cū Prophetis: Seruauit mandata tua, & testimonia tua, quia omnes uia meæ in conspectu tuo.

Articulus IX. De modo orandi atq̄ psallendi.

Ecc1. 4
3. Reg. 17
Psal. 119

Ecc1. 18

Animã ante
oratione ppa-
rare, quid lit

IN Ecclesiastico legitur: Ante orationem prepara animam tuam. Porro, ante oratione præparare animã ad orandum, est cum debita reuerentia ad orandum accedere, ut, anteq̄ coram deo cor suum homo effundat precesq̄ offerat, diligenter attendat propriã indignitã atq̄ miserã, propriam defectuositatẽ, uiositatẽ & ad oia uitia pronitatem, pericula quoq̄ quibus expositus est: deinde dei maiestatem immensam, dignitatẽ sanctitatẽq̄; in finitã, pietatẽ, omnipotentiam, liberalitatem & opulentiã interminatã, oẽm etiã charitatem & gratiam dei circa genus humanum, sicq̄ ex consideratione propriæ utilitatis & indigentia, atq̄ ex consideratione maiestatis ac pietatis diuinæ accedat ad oratione, & oret cum humilitate profunda, cū ingenti cordis custodia, & cū ardẽti affectu & filiali more, item cum magna fiducia, cum incessanti instantia & stabili mente: & qm̄ taliter deũ orare laboriosum est satis, nisi singularis abundantia gratia dei animam pie præueniat, impleat & confortet, iccirco abbas Agathon dixit: Nõ est labor, sicut orare deũ: & sicut orandum est, ita & psallendũ. Iccirco si deo orationes & laudes cõtinuas ac deuotas offerimus, nequaquã extolli debemus, sed indignissimos nos putare, ut coram deo astemus, ut coram eo os aperiamus, ut nomen eius exprimamus, ut eum laudemus: Nõ enim est speciosa laus in ore peccatoris, ut ait scriptura. Peccatori quoq̄ dixit deũ: Quare tu enarras iustitias meas? Quod si aliquid uerẽ deuotionis et acceptabilitatis in orationibus et laudationibus nostris est, hoc donum est dei, et attribuendum est ei, et de eo quod acceptamus, nequaquã gloriarı debemus quasi non acceperimus, sed à nobis ip̄is habuerimus illud. Præterea sicut sancti et doctissimi patres Basilus, Cassianus ac alij docent, homo ita debet proferre uerba psalmodiarum et orationum, quasi ex proprii cordis intellectu et affectu formet et exprimat ea, ita q̄ sicut gustus corporalis unamquãq̄ buccellam cibi sigillatim accipit, masticat saporemq̄ percipit: sic gustus interior singula uerba diuina distincte debet attendere, & cum interno sapore proferre, ut delectet eum, in definiẽter orationibus laudibusq̄ diuinis insistere. Præterea quamuis non sit humanæ fragilitati in hac uita possibile, in definiẽter psallere, orare per talliam actuum continuationem, sed congruis loco & tempore, consuetudinem tamen sibi facere debet cellita breuibus & affectuosis orationibus in omni etiam exteriori occupatione, in mensa, in lecto, in colloquio operam dare. Itẽ, quoniam persona inclusa debet in charitate dei & proximi esse præcipua, penitus decet ut iugiter oret pro bono communi ecclesie, pro uniuersis orantibus, pro uiuis & mortuis, pro cunctis propinquis, benefactoribus, commissis & charis, pro pace terrarum, pro tẽtatis, afflictis & captiuis, pro aduersarijs quoq̄, pro inuidelium cõuersione, pro fidelium reformatione, pro uniuersorum salute, pro emendatione collegiorum & monasteriorum totiusq̄ cleri, & ut deus prouiderẽ dignetur ecclesie sue de ueris & condignis ac fructuosis pastoribus, & prælatis. Bonum em̄ commune dignius est bono singulari ac proprio, ideo diuinius est orare pro bono cõmuni. Inclusa quoq̄ debet esse omnino succensa zelo diuini amoris, honoris, ut ardentissime cupiat deo ad uniuersa debitu impendi honorem. Postremo, sicut bonitas dei undiq̄ se communicat & effundit, sic uirtuosa inclusa, deum imitando, uirtutẽ & gratiam sibi concessam ad omnes debet posse extendere, pro uniuersis orando & modis sibi possibilibus oibus succurrendo.

Articulus X. Descriptio unius diei pro exemplo in solitaria uita.

Quando

Orare, quãtus
sic labor

Ecc1. 19

Psal. 49

1. Cor. 4

Orationes &
psalmi quomo-
do proferendi

Quando ad matutinas surgendũ est, persona inclusa statim cum alacritate & gaudio surgat, & mentem leuet ad creatorem, & aliqua deuotissima proferat uerba se induendo, signoq̄ crucis deuote se muniat. Deinde matutinas incipiat cū feruore, & legat ac impleat cum attentione atque dulcore quibus finitis, secundum quod uires suæ ferre possunt, occupet se in exercitijs sacris, meditando, orando magis aut minus diu. Postmodum si natura requirit, dormire potest quousq̄ surgat ad primas legendas. Porro dum ad dormiendum se ponit, distractiones abiciat, & in bonis meditationibus aut orationibus studeat obdormite. Surgens uero ad primas, legat eas feruore ac attente, ut cum Isaia dicere possit deo: De mane uigilabo ad te, & cum psalmita: Mane astabo tibi & uidebo, quoniam non deus uolens iniquitatem tu es, ut auditam faciat ei deus mane misericordiam suam, & sole uisibili radios suos super terram proieciens: sol inuisibilis deus æternus, sol sapientia ac iustitia, splendorem gratia suæ immittat & augeat in animam eius. Deinde alias horas secundum modum prescriptum persoluat præfixis temporibus, in tempore quoq̄ in termedio occupet se fructuosius spiritualibus: quod potest secundum regulam uel consuetudinem suam. Qualiter uero in sumptione cibi ac potus habere se debeat, dictum est. Post prædium autem ad tempus operi manuum uacet, in quo tamen à spiritualibus actibus nunq̄ lōge debet recedere, imò in opere manuali cot suum frequenter debet ad deum dirigere orando ac meditando. Postea uesperas dicat cū deuotione interna: & si cœnandum est, debet se in cibo & potu ualde temperate habere, ne somno grauetur superfluo, acediamq̄ incurrat, & somnolentiam patiatu tempore exercitijs spiritualibus. Sanitas namq̄ animæ & corporis est temperata refectio. Postremo completorium cum deuotione legat præcipua, quo facto in spiritualibus tantum se occupet, & antequam pergat ad quietendum, diligentissime inuestiget, consideret atq̄ examinet qualiter diem expenderit, quomodo persoluerit opus dei, quomodo se habuerit singulis horis, & in cibo ac potu aut uerbis, quid mali commiserit, quid boni omiserit, quousq̄ peruenerit, aut quantum defecerit, tuncq̄ de suis defectibus ac peccatis cordialiter ueniam deprecetur, disciplinam accipiat: sicq̄ de cætero custoditius habere proponat, firmissime fortiterq̄ conetur, & inuocet deum, ut in ipsa nocte se custodire in cunctis dignetur. Deinde se signans ac deo commendans ad dormiendum se collocet, & euagationes deuitans meditando salubria seu orando, dormire nitatur, in lectulo quoq̄ tãquam in sepulchro se ponat, & memor sit passionis sepulturæq̄ Christi, imò Christum in suo sepeliat corde, dicens cum sponsa: Ego dilectio meo & ad me conuersio eius. Itemq̄: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter hubera mea commorabitur: quacunq̄ enim hora noctis euigilauerit, statim ad deum se eleuet orando aut meditando, ut rursus cum spõsa dicere queat: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. De mane autem faciat apud se inuestigationem & examinationem qualiter noctem expenderit, sicut iam dictum est de examinatione facienda de sero & tota die, ac fructuose se proponat habere. Ecce sic se debet habere inclusa quotidie, imò omnia iam prædicta quotidie facere debet cum ampliore perfectione, quia in uia dei non proficere, quid est nisi decrefcere: ideo bona quæ agimus, non ex arida consuetudine facere debemus, sed quotidie cum maiori diligentia & feruore.

Articulus XI. Quomodo perueniatur ad perfectionem.

Ad proficiendum in uia & gratia dei, atq̄ ad obtinendam spiritalem perfectione, scire expedit & oportet qualiter sit proficiendum & procedendum. In primis ergo oportet, ut homo propriam infirmitatem, fragilitatem, culpam, insufficientiamq̄ aduertat & iugiter penset, ac intimo corde fateatur se ex se non habere nisi deficere & peccare: sicq̄ ad deũ cõfugiat, & totã spem suã ponat in ipso, dicens cū propheta: In deo salutare meũ, & gloria mea, deus auxiliũ mei & spes mea in deo est. Ex hac consideratione duæ uirtutes radicantur in homine, scilicet humilitas & timor dei. Per humilitatem sub deo inclinatur, per timorem uero sollicitus est ne deum offendat, eo quod ad omnia mala procliuus est. Timor enim dei retrahit hominem à peccato, & diligentiam parit: propter quod Salomon loquitur: Qui timet deum, nihil negligit. In Prouerbijis quoq̄ habetur: Per timorem declinat uniuersis que à malo, & denuo: Timor dñi fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Hinc uolens proficere, specialissime indiget ut in humilitate & timore dei totam cõ uersationem suam fundet & figat, quatenus in omnibus timoratus humilisq̄ permanear. Iccirco abbas Pastor asseruit, quod quã in definiẽter attrahit homo anhelitum suum,

Isaie. 28
Psal. 5.

Psal. 42

Ecc1. 18

Cant. 7

Cant. 1

Cant. 3

Psal. 61

Ecc1. 18

Ecc1. 7
Prouerb. 14

BBBB ita

Ita incessanter debet timorem dei & humilitatem seruare in corde, quia per hoc crescit in omni gratia, uitat peccata, superat tentamenta. Secundo oportet uolentem proficere, in primis ea ad quae tenetur cum diligentia adimplere, & sic per supererogationem quotidie aliqua bona adiacere, & coram deo in spiritualibus seipsum secretius exercere quia ut ait sanctus Bernardus: Ingratum est spiritui sancto quicquid ei obtuleris, neglecto eo ad quod tenetur. Tertio oportet exteriores sensus custodire, linguam & uentrem frenare, ne per inmoderantiam loquendi, comedendi, bibendi peccetur. Quarto oportet praesentiam dei omnia inuentis ubique attendere, & sic coram eo omni custodia cor proprium à uanis cogitationibus ac prauis affectionibus custodire. Quinto oportet prospicere, ne ex consuetudine & diuturnitate bene agendi, & eadem operandi fiat homo negligentior atque remissior, sed quanto diutius ac frequentius eadem agit bona, quotidie illa ardentius ac perfectius agere satagat. Sexto oportet seipsum quotidie examinare, diiudicare & castigare secundum modum in praecedenti articulo positum. Denique, saluberrimum est, ut homo seipsum non amet in se, sed tantum in deo, uidelicet omnia illa appetendo & amplectendo, quae sibi expediunt ad complacendum domino deo ad proficiendum in gratia eius, ad obtinendam perfectionem uirtutum: sicque aduersa omnia cum gaudio patitur, passioni Christi se conformari conetur, delectabilia carni refugiat, in operibus poenitentiae delectetur, in aspernatis omnibus gaudeat, atque in his usque in finem fortiter perseueret.

Articulus XII. De spiritali superbia & uana gloria fugienda, & de humilitate semper summe seruanda.

Amatore & filii huius mundi, de temporalis opulentia, de nobili genealogia, de multitudine propinquorum, de frequentia subditorum & ministrorum, de seculari prudentia, de eloquentia, de praesidentia, de honore & fama humana soliti sunt superbi. Porro religiosi & uirtuosi cum propter deum omnia illa contempserint atque reliquerint, solet quaedam spiritalis superbia acrius, subtilius, periculosiusque insidiari, nocere: imò & illis qui caeteris feruentiores uidentur, ut scilicet homo cum deo diu & deuote seruiert, incipiat sibi in se complacere, de suo profectu seipsum extollere, inaniterque de sua fama gaudere, caeteros quasi sub se positos & defectuosiores aestimare, temerarie & proprio sensui nimium credere, & ita immanius & indocilis redditur, quod pessimum est uehementer, & cum superbo illo pharisaeo quodammodo dicit: Gratias ago tibi deus, quia non sum sicut caeteri hominum. Itaque contra hanc callidissimam prauiissimamque uulpeculam necesse est hominem dei prudētissime uigilare, & superbiam istam uilissimam funditus extirpare, ueram quoque & profundissimam humilitatem in se insuperabiliter conseruare: ad quod agendum considerationes plurimae ualent. Primo, ut homo profunde consideret, quod nesciat an amore sit dignus an odio, an sit reprobus an electus, an perseueraturus in bonis usque ad finem an non: imò & si sciret qualis sit hodie, quae lis cras erit ignorat. Attendat ergo quod sanctus Augustinus testatur: Vidi inquit, cecidit dros libani cecidisse, de quorum casu non magis ueerebar aut suspicabar, quam de ruina Hieronymi atque Ambrosii. Secundo, ut consideret illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepieris? Quemadmodum igitur omne bonum, praesertim supernaturalia gratiae dona à deo habemus, ita debemus ea non nobis, sed deo cum omni humilitate & gratiarum actione ascribere. Tertio, quod omnia quae habemus, intantum à deo dependent, quod non possunt uno momento in nobis manere, nisi de deo eadem conseruante. Quid ergo de uiribus nostris presumimus, aut de propria gloriatur constantia? Quarto, quia quanto plura à deo dona suscepimus, tanto plus tenemur ei esse subiecti & grati, maiusque nobis instat periculum, si ingrati fuerimus aut superbi. Cui enim plus datum est, plus requiretur ab eo. Melius quoque est (ut princeps apostolorum fatetur) non agnoscere uiam iustitiae, quam post agnitionem retrorsum reuertii. Quinto, quod de proximo ignoramus qualis futurus sit cras, & qualis sit in praedestinatione diuina, in qua forsitan multo felicior nobis ac melior est. Non ergo quempiam fatue contemnamus aut condemnemus, neque nos ipsos alicui stolide praeteramus, imò omnimodum potest deus quemcunque conuertere peccatorem. Insuper, si pensemus quantum sit uilitas & immunditia nostra in corpore & anima, quanta peccata commisimus, quot

Proverb. 4.

Math. 24.

Luc. 18.

Contra superbiam considerationes aliquot. Eccles. 9.

Augustinus

1 Cor. 4.

Luc. 12. 2. Pet. 2.

bona omisimus, quam prouisi sumus ad mala, quam uehementer ac incessanter gratia indigemus diuina, quot operibus nostris bonis quotidie negligentiae immisceantur, quot distractiones, quot defectuositates: ita ut Isaia propheta testatur: Omnes nostrae iustitiae quae si pannus menstruatus: quoties quotidie uenialiter saltem peccamus, quot periculis sumus expositi, quot laqueis quoque circumdati? Si ista atque similia ponderemus, infelicem illam superbiam & gloriam uanam, deo auxiliante faciliter exufflabimus, in uera humilitate sapienter manebimus, & ad magnum gratiae apicem pertingemus.

Articulus XIII. Quomodo inclusa ad spiritalem patrem & confessorum habere se debeat.

Viri perfectiores sunt foeminis in naturalibus donis communiter, ut puta fortiores in ratione, animo constantiores, consilio prudentiores: idcirco Apostolus prohibuit mulierem docere, iustisque foeminas coniugatas à uiris suis doceri ac gubernari. Hinc inclusa patri suo spiritali & confessori occultare nil debet, praesertim in confessione, sed omnes quas patitur suggestiones, imaginationes & affectiones eisdem simpliciter atque humiliter pandere, eiusque informationibus, consilijs ac praecipis acquiescere debet, imò in omni religioso, in omni etiam Christiano placere deo uolente, hoc praecipue daemones deicit, gratiam impetrat, ad profectum adducit, si cordis sui secreta spiritualibus patribus, exercitatisque uiris aperiat, ut informentur ac dirigantur, ne forte sub specie boni fallantur. Istud uero spiritualibus foeminis, praesertim inclusis singulariter expedit. Docet quoque sanctus Hieronymus, quod uirorum memoria solet deuotis foeminis ualde esse nocua. Idcirco ad nullum uirum affici debent, nisi spiritaliter ualde, nec cogitare de uiro ut uiro, sed ut religioso seu deuoto, uel ut benefactore, uel alio modo honesto per abstractionem à sexu. Cor da nanque foemina nimis in stabili esse solent ac mollia, idcirco oportet ut semper inuocent gratiam dei, quae corda earum stabiliat, rationem confortet, animum donet robustum, ne inutilibus cogitationibus aut illicitis affectionibus immorentur, sed dum talibus se tangi sentiunt, mox ad meditationem passionis dominicæ se conuertant, atque ad caetera uiciniora saluti, ne puritas earum scedetur. Mulieres tamen communiter humiliores sunt uiris secundum doctores, & ad deuotionem ac compunctionem ex naturali dispositione magis dispositae.

Articulus XIII. De preparatione mentis ad contemplationem.

Vita personae inclusa tanto excellentius debet esse contemplatiua, quo ab exterioribus est magis abstracta, & à conuersationibus negotijsque humanis plus elongata. Porro uita contemplatiua est summa & increata ueritatis agnitioni more in insistere, diuinorum speculationi uacare, aeternae ac adorandae trinitatis beatitudinem speculari, summi boni amore succendi in deo, per contemplationem & dilectionem quiescere. Haec autem uita deiformis atque clarissima est, idcirco mens humana non est ad eam apta & digna, nisi fuerit à passionibus uitiisque purgata, uirtutibus exercitata, ad illustrationes diuinas bene disposita. Passiones uero animae non sunt nisi quaedam affectiones appetitus sensitui in homine. Propterea reformatio passionum consistit in hoc, ut homo non afficiatur ad aliquam rem sensibilem, transitoriam seu carnalem, nisi secundum recte rationis iudicium. Recta quoque ratio iudicat uniuersa sensibilia & terrena ordinanda esse ad spiritualia & aeterna, imò ad deum sublimem & benedictum, ita ut homo non plus amet, quareat, cupiat, colligat aut teneat ista sensibilia & caduca, quam sibi necessarium extat aut utile ad bene uiuendum, ad complacendum domino deo, ad spiritualem profectum: sicque nullius rei creatae inordinata aut immoderata affectio maculet mentem. Nec sit in aia inordinata delectatio in rebus caducis, nec timor superfluus eas perdendi, nec excessiuus dolor de amissione earum: neque desiderium inordinatum ad ipsas habendas, sed nec ad famam aut gloriam honoremque temporalem atque inanem homo afficiatur, nec de sua distantia, despectione aut inhonoratione immoderanter curet aut contristetur, imò potius gaudeat, in quantum in ipsum tantum redundant. Nihilominus propter aliorum aedificationem cura habenda est de bono nomine secundum scripturam. Denique, praeterea passiones reformantur, refrenantur & rectificantur in homine per uirtutes morales, ut ira per mansuetudinem, tristitia per patientiam, delectatio per castitatem, superbia per humilitatem, timor per fortitudinem, auaritia per liberalitatem. Certum est autem quod passiones praedictae, nisi per rationis iudicium, & per uirtutes refrenentur ac rectificentur, animam maculant, rationem ob-

1. Tim. 2.

1 Cor. 14.

Eph. 5.

Coloss. 3.

1. Tim. 2.

1 Cor. 14.

Eph. 5.

Coloss. 3.

Heb. 6.

Vita cōtemplatiua.

Ecc. 1.4.

fuscant uel obsecrant, uoluntatem peruertunt, hominem inquietant, bestijsq; assimilant, sicut in mundanis & uitiosis uidemus hominibus, qui omni uento passionum mouentur, nunc inordinate tristantur, nunc immoderanter lætantur, iam desiderio temporalium feruent, iam de damnis & aduersitatibus dolent, nunc uarijs concupiscentijs agitantur, & ratio uel nunquam mentis quietudinem fortiuntur. Idcirco ad hoc quod anima ad uitam contemplatiuam sit apta, oportet in primis ut moralibus uirtutibus decoretur, sublimiter & perfecte, uidelicet profunda & stabili humilitate, præcipua mititate, purissima castitate, fortitudine magna, patientia inconcussa, sobrietate præclara, prudentia luminosa, iustitia quoque firmissima, ut per uirtutes has reprimat passionum irrationabiles impetus, & motus eorum inordinatos excludat. Sicq; dum anima à uitijs & passionum immoderantijs seruatur sincera, apta iam est, & condigna ad diuinorum charismatum recipiendum influxum, ad illuminationes cœlestes, ad inflammationes charitatis diuine arg; fraternæ. Oportet ergo abijcere curiosa atque superflua, nec ad aliquam rem affici, nisi secundum deum, nec in aliquo occupari, nisi secundum beneplacitum dei ad gloriam eius, quia ut ait Chrysostomus, pro quanta parte mens tua est ad aliquam rem, scilicet inordinate, & non secundum deum, hoc est magis quam illa res necessaria aut utilis est tibi, quantum ad deum, pro tanta parte, minus est ad deum, quia tantum impeditur à contemplatione amoreq; dei.

Articulus XV. De multiplici utilitate tribulationum & tentationum, & de modo resistendi tentationibus.

Sanctus Iob ait: Militia est uita hominis super terram. Et ubi Hieronymus transtulit, militia, alia translatio habet tentatio: ideo dicitur, quod uita hominis in hoc mundo est quædam tentatio. Continue quippe impugnatur homo à demone, à propria carne, & à propria uoluntate atque à mundo, id est, à mundanis hominibus uerbo & facto ad mala trahentibus, & à rebus seculi huius, à uanitatibus & curiositatibus, uoluptatibus ac honoribus eius. Quoniam sicut in libro Sapientie scriptum est: Creaturæ de facta sunt in tentationem animæ hominum, & in multiplicum pedibus insipientium. Nam aliquid amabilitatis & deliciofitatis in eis est, & id allicit affectum humanum, & nisi homo per rationem resistit, tentatio uincit ipsum. Denique, sicut unicuique homini datus est angelus bonus ad subsidium, ita & angelus malus ad exercitium, qui tentare non negit uitiatorem. Itaque quoniam constitutus est homo à deo in huius seculi campo, ut preme moratis hostibus suæ salutis uiriliter iugiterq; resistat, merito uita hominis militia dicitur super terram. Interdum quoque tentatur homo per prospera, ut alliciatu fallaciter: Aliquando per aduersa, ut terreatur & retrahatur à bonis carnaliter. Præterea amator hominum benignissimus ac sapientissimus deus non absque pijsimis rationibus ordinauit hominem in hoc mundo ita tentari. Est namque hoc homini utile & salubre: Primo ad præmium, si uiriliter pugnet, imò tunc prodest ei tentatio ad incrementum gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro. Non enim coronatur secundum Apostolum, nisi qui legitime certauerit. Secundo, prodest tentatio homini ad cognoscendum propriam inimitatem, quam aliàs non tam experimentaliter nosceret, & se forsitan aliquid esse putaret, cum nihil esset. Tertio excitat hominem ad bene agendum compellitq; eum ad meliora, & facit eum ad deum confugere, ignauiam acediam que abijcere. Efficit quoque hominem formidolosum atque sollicitum, ne uana securitate tepescat. Quarto, auget mutuam spiritalitatisq; inter homines charitatem, quia dum ab inuisibilibus ac eisdem hostibus impugnatur ad succurrendum sibi inuicem prouocantur, & maiori amore nestantur, sunt que unus exert citus contra aduersarios suæ salutis. Quinto facit hominem prudentem atque expertum, & ad consulendum alijs, præsertim in tentationis conflictu constitutis idoneum. Ideo ait scriptura diuina: Qui non est tentatus quid scit? Sexto facit hominem alijs compassi uumunde de CHRISTO ait Apostolus: Debit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. In quo enim passus est ipse & tentatus, potens est eis qui tentantur auxiliari. Præterea etiam deus tentauit homines, non utique ad fallendum, sed ut erudiat & coronet, atque ut hominem sibi ipsi aut alijs qualis sit, manifestet: sic

enim ut in Genesi legitur, tentant Abraham. Sic quoq; tentant Iob & Tobiam. Non ergo tempore tentationis deficiamus, sed clamemus ad deum, attendentes quod ait Apostolus: Fidelis deus qui non patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Præterea quam saluberrimum sit persecutiones, tribulationes, aduersitates, infirmitates & tentationes æquanimiter ferre propter deum, nullus ualet plene exprimere: per eas namque purgamur à uitijs, præparamur ad gratiam & uirtutes, perficimur in eisdem. Christo propter nos passio conformamur, ad gloriæ quoque æternam compendiosissima uia pertingimus. Præcipuum diuinæ dilectionis indicium ad nos est, quod deus in hac uita per præfata flagella paterne nos uisitat & exercet; & communiter quo aliqui fuerunt magis electi à deo, charioresq; ei, eo abundantius uisitauit eos deus in uita hac per aduersa, ut patet in unigenito filio patris æterni, in apostolis & martyribus & cæteris sanctis. Hinc sacra scriptura ad patientiam singularissime nos hortatur: & quam salubre sit pati aduersa, copiosissime protestatur. Ait enim apostolus Iacobus: Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes uarias incideritis. Iudith quoq; ait: Abraham pater noster tentatus est, & per multas tribulationes probatus, dei amicus effectus est: sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses & omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentationes non susceperunt in timore domini & in patientia sua, exterminati sunt. Et nos ergo non ulciscamur nos, nec irascamur pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse, flagella domini, quasi serui qui corripimur, ad emendationem, non ad perditionem nostram euenisse credamus. Hinc Tobia Raphael angelus dixit: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Hoc est quod Salomon monet: Disciplinam domini filii mi ne abijcias, neque deficias quum ab eo corripieris: Quem enim diligit dominus, corripit, & quasi pater in filio complaceat sibi. Vnde in libro Iob legitur: Beatus homo qui corripitur à domino. In eadem rationem ergo domini ne reprobos, quoniam ipse uulnerat & me detur, percutit & manus eius sanabunt. In libro quoq; sapientie scriptum est: Deus tentauit iustos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausti hostiam accepit illos. Et in Ecclesiastico dicitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hinc secundum sanctorum doctrinam, patientia est probatrix uirtutum. Non enim melius sciri & percipi potest de homine, an sit ueraciter uirtuosus, nisi consideretur an in aduersis sit patiens. Nempe qui sicte uirtuosus est, si in aduersitate ponatur camino, instat malæ ollæ crepat & exilit, suamq; ostendit stultitiam. Qui enim impatiens est, operatur stultitiam, ut Salomon loquitur. Itaq; si cupimus esse de numero electorum, non abijciamus clypeum patientiæ in aduersis, nec refugiamus duritiam flagellorum, potissime cum dicat Apostolus: Si extra disciplinam estis, ergo adulteri, & non filij estis. Quis enim filius quem non corripit pater: Insuper, diuersis terationibus, diuersis ac uarijs modis est resistendum. Generalia uero remedia contra tentationes ac tribulationes sunt continuæ & feruidæ orationes ad deum pro gratioso auxilio: Cordialis ac frequens meditatio passionis dominicæ: Consideratio quatuor nouissimorum, uidelicet propriæ mortis, diuini iudicij, tormentorum inferni, beatitudinis cœli. Si autem tentatur homo aliquo inordinato affectu, scilicet concupiscentia carnis, ira, inuidia, gula, superbia &c. auertit se ab aspectu seu imaginatione uel consideratione rerum, de quibus tentatur, & tunc statim inordinata affectio cessabit, quoniam omnis affectio procedit ex aliqua præuia cognitione rei quæ affectatur. Debet se ergo auertere à talium consideratione conuertendo se ad alia, præsertim ad considerandum salubria animæ, uidelicet de passione Christi, de felicitate cœlesti, de penis inferni & consimilibus. Postremo ad superandum tentamina & peccata, confert rite perpendere, quanta sit peccati uilitas in se, quantum displiceat deo, quantum placet diabolo, quanta damna inferat peccanti, quia per unum mortale peccatum perdit homo charitatem dei infusam & gratiam gratum facientem, cæterasq; uirtutes ut meritórias, & dona sancti spiritus, fitq; aduersarius dei, seruus peccati, mancipium demomnis, reus æternæ damnationis, & beatitudine spoliatur cœlesti, fit indignus pane quo uelctur, imò indignus est q; à terra portatur: in natura libus donis uulneratur, à demolibus irridetur.

Gene. 22.
Iob. 2.
Tobia. 2.
I Cor. 10

Iaco. 1.
Iudith. 8.

Tob. 12.
Prouerb. 31.
Apo. 1.
Iob. 5.

Sapient. 8.
Ecclesi. 17.

Prouerb. 16.
Iob. 12.

Mortale peccatum quod perdit hominem

Dum homo in una meditatione quamvis salubri atq; diuina nō permanet fixus, debet animam diuersis & sanctis meditationibus de diuersis rebus implere ac adornare, ut dum ab una cogitatione utili ruit, ad aliam cogitationem cadat salubrem. Primo autem & principalissime meditandum est de deo, de infinita bonitate, pietate & beatitudine eius, de immensa sapientia, omnipotentia & opulētia eius, de incomparabili excellentia, pulchritudine & suauitate ipsius, de ineffabili quoq; & metuēdissima iustitia eius, & de beatissime trinitatis maiestate & gloria, prout infra dicitur. Deinde meditandum est cum omni deuotione & gratiarum actione de incarnatione filij dei, de natiuitate, circuncisione, tentatione & conuersatione eius in hoc mundo, de uirtutibus atque miraculis eius: In quanta humilitate, paupertate, patientia & obedientia uixit in seculo isto: quanta à Iudeis obprobria pertulit, quantas derisiones, blasphemias, detractiones, insidias: & quomodo tandem acerbissima atq; turpissima morte eum interimerunt. Præterea cum gaudio est cogitandum de CHRISTI resurrectione & apparitionibus eius, & quantum discipuli eius & sanctæ mulieres, specialiter mater ipsius dulcissima tunc consolati fuerunt de ascensione & missione spiritus sancti. Insuper est meditandum diligenter de propria morte, & quam cito uentura sit, & quam amarissima erit: quam dolorosum tunc erit male & negligenter uixisse: & de districto ac metuēdissimo dei iudicio, tam particula ri in morte cuiuslibet, quam uniuersali in die nouissimo. Item, de æternis illius inferni supplicijs, & de ineffabilibus gaudijs regni cœlestis. Consideranda quoq; est uanitas, breuitas atq; miseria uitæ præsentis, in qua infeliciores sunt, qui in temporalibus amplius prosperantur, & in carnalibus plus lætantur. De his omnibus cogitandum est sigillatim, certisq; horis profunde, morose & affectuose, secundum quod de his multa in diuersis scripta sunt libris: singulariter uero pensanda sunt beneficia dei generalia & specialia, tam in donis naturalibus quam gratuitis, in corporalibus & spiritualibus, in exterioribus & interioribus. At tendat ergo inclusa quantum misericordiam sibi fecerit deus, quam frequenter sibi pepercit, quoties bona pro malis sibi reddiderit: & pro his omnibus præcordialissimas offerat deo grates. In prætactis meditationibus quasi in horto deliciarum deambulet, quasi in cella aromatica recreetur, quasi in omnibus diuinitjs delectetur.

Articulus XVII. De amore dei, & quam ardentissime debeat persona inclusa cœlestem diligere sponsum.

Amor dei est uirtus uirtutum, uita animæ, mentis dulcedo, unio cordis cum deo, desponsatio animæ fidelis cum Christo. Denique, amare est amato bonum uelle: deo autem omnipotenti & glorioso non possumus aliquid melius uelle, quam quod ipse est. Cum ergo deus sublimis & benedictus sit summum, inuariabile infinitumq; bonum, imò bonitas ipsa purissima, incircumscrip̄ta, & ens omnino perfectum, in quo est omnis perfectio absque mensura, cuius perfectionis nullus est finis. Propter quod deus est infinita & supersplendidissima sapientia, uirtus omnipotens, ueritas exemplaris, felicitas æternalis, pulchritudo immensa, dulcedo interminata, deliciosissima uita, mens super sanctissima, charitas summa, simplicissimus intellectus, naturaliter pius, terribiliter iustus. Hinc constat, quod deum amare est ei omnem hanc perfectionem, nobilitatem, excellentiam & beatitudinem uelle, ita quod tam infinita dei perfectio summæ & præcordialissimæ menti deum amanti placeat, & de ea præcipue delectetur. Porro, ex hoc sancto & puro dei amore sequitur desiderium existendi cum ipso, uidendi eum, fruendi que eo, quia cum re amata esse est desiderabile ac iucundum. Insuper, quum deus sit primum & summum, amabile ac honorabile cui debetur summa dilectio, omnisque honor & gloria, idcirco ex sincero dei amore procedit quod homo diligens deum uult & cupit deum ab omnibus summe amari, coli & honorari atque timeri, ut omnis honor & gloria ei exhibeatur, & ipse præ omnibus & ab omnibus debite ueneretur. Hinc syncerus ac feruidus dei amator omnibus modis sibi possibilibus studet alios ad deum conuertere, diuino amore succendere, ad diuinæ maiestatis honorificentiam prouocare, de

Sapi.

Amor dei qd

1. Corin. 1.

Dei amare quid.

1. Timo. 1.

de inhonoratione quoque dei maxime contristatur, omnes q; deo reconciliare conatur, pro eis orando, peccata ipsorum desendo, exemplariter conuersando, ut sit bonus odor dei in omni loco: sic que plures afficiat CHRISTO, item uerbis aut scriptis per se aut per alios prædicando. Denique, deum super omnia toto corde debemus diligere propter quatuor rationes: Primo propter propriam & superessentialem, incomparabilem & immensam bonitatem ipsius. Cum etenim quælibet res tanto sit amabilior, quanto est melior, innotescit quod sicut deus incommutabilis & æternus est uiuersis & singulis infinite & incomparabiliter melior, ita est & amabilior. Præ cunctis ergo incomparabiliter ac ardentissime atq; purissime est amandus. Secundo amandus est nobis, quoniam ipse prior dilexit nos, & ex sua dilectione qua præuenit nos, creauit nos: & quicquid boni habemus aut sumus, largitus est nobis. Hinc Iohannes apostolus in prima sua ait epistola: Nos ergo diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Tertio deum amare debemus propter uniuersa beneficia eius generalia & specialia, corporalia & spiritualia, naturalia & supernaturalia: quæ tot & tanta sunt, quod nec omnia nec condigne exprimi possunt. Potissime autem deum patrem æternum debemus diligere, quoniam propter nostram salutem proprio filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Filium quoque dei nos summe oportet amare, propter omnia quæ pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit: & quia in sacramento altaris seipsum nobis communicat, & in sacramentis ecclesiæ tor gratias nobis largitur. Sed & super dulcissimum paraclitum spiritum sanctum nos summe ac dulciter oportet diligere, cuius cooperatione incarnatus est filius dei, qui charismata gratiarum suarum tam copiose præstitit nobis: imò qui tam amorose ac liberaliter suam nobis dona distribuit, ut in eis seipsum simul nobis largiri dignetur. Insuper omnia dona naturæ, corpus & animam & omnia quibus quotidie sustentamur, beneficia dei sunt. Qui in baptismo tot munera gratiæ suæ nobis contulit, & amissa per penitentia sacramentum toties ea nobis restituit, in peccatis nostris tam diu nos sustinuit, conuersionis gratiam dedit, quum tam multos damnauerit in æternum, qui minus peccauerunt quam nos. Quarto deum amare debemus propter sua promissa, uidelicet dona gloriæ quæ nobis præparauit in cœlis & dare promisit, si ei obedierimus perseueranter, sicut in Apocalypsi locutus est: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Imo deus piissimus & supermunificentissimus seipsum nobis promisit, ut eo æternaliter feliciter fruamur. Merito igitur incomparabiliter, integerrime ac feruentissime diligendus est nobis. Præterea secundum patres sanctos atque doctores, illa est uera, perfecta ac pura dilectio dei, qua eum diligimus non intuitu proprii commodi, non desiderio præmij, non propter dona ipsius, aut quia bonus nobis est. Qui enim deum ita diligeret, seipsum deo præponeret, plus se amando quam deum: quoniam deum ordinaret ac referret ad proprium commodum & ad seipsum, quod esset omnino peruersum. Sed tunc est uera, perfecta ac pura dei dilectio, cum eum amamus propter puram & infinitam bonitatem ipsius: quia in infinitum amabilior est, quam ab aliqua creata possit mente amari. Simili modo uera & sancta seruitus dei est quum ei seruimus, dum eum laudamus & omnibus uiribus honoramus, non iam amore mercedis, sed propter propriam & immensam dignitatem, sanctitatem & maiestatem ipsius, qua infinite maior est omni laude, honore & cultu. Dilectio autem & seruitus dei propter beneficia & præmia eius uocatur reciproca & reflexa, nec est deo tam placita, neque tam meritoria ut dilectio ac seruitus illa alia iam præfata. Sed circa hoc potest quæstio magna moueri, uidelicet an deum diligere propter beneficia & promissa ipsius, contrarietur puritati diuini amoris, & an homines heroici ac perfecti debeant deum amare non solum propter bonitatem, sed etiam propter beneficia eius data aut danda. Pro cuius quæstionis solutione multa subtilia ac difficilia possent induci, quæ hoc in loco sunt magis omitenda. Sed iam breuiter atque facilliter respondendum, quod beneficia & promissa dei considerari possunt dupliciter: Primo ut sunt utilia ei in se, qui recipit ea: secundo ut sunt ei necessaria ad hoc quod deo plene deseruiat siue inhæreat, eum que laudet in omnibus & honoret. Primo modo considerando beneficia dei & promissa, repugnat puro amoris dei diligere eum propter beneficia & promissa ipsius: scdo aut modo nō repugnat, imo prius ac plenior & perfectior amoris dei, diligere eum propter beneficia & promissa ipsius: quia sic totaliter ordinant ad dei amorem, laudē, cultū & gloriā. Præterea, quis secundum Augustinum, ois aia Christiana sit dei sponsa aut demonis adultera, quia si deo præ cunctis adhæret, in ipso sibi

1. Cor. 1.

Deut. 6
Math. 22.
Marc. 12.
Luctio.

1. Iohan. 4.

Rom. 8.

Apoc. 2.

Ioh. 14.
Deus quod diligendus

Ecc. 4.

Dei beneficia dupliciter considerantur.

Cent. 7.

Can. 8.

Plal. 72.

Ibidem.

Thre. 3.

Gen. 5
Sapla

Matt. 5
Luc 6

Leui. 20
Deut. 18.

Isaie. 14.

Iob. 41

1. Iohan. 4.
2. Tim. 1

finem constituens, sponsa est dei. Si autem in mortali extat peccato, adultera confitit dia-
boli, cui per uoluntatis communicationem miscetur & per consensum unitur, atq; ad male agē-
dum ab ipso infeliciter suggestione pestifera fecundatur uel potius impletur. Veruntamen
inclusa tanto eminentius esse debet sponsa sponsi æterni, excelsi, quanto perfectius uni-
uersa carnalia & caduca deserit & contemnit, ut tota ac libera affectuosa q̄ mente celestis
sponsio intendat, uniatur, adhæreat; ideo debet deum castissimis sanctę dilectionis brachi-
is intra se stringere, eumq; in medio cordis sui feruenter amplecti, soleriter tenere, immobi-
liter conseruare actu uel habitu, ut illud in Canticis canticorū dicat ueraciter: Ego dilecto
meo, & ad me conuersio eius. Sic enim dignatur amplecti, imò ad hoc hortatur sponsus su-
pernus, dicendo: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculū super brachia tuae
quia fortis est ut mors dilectio tua. Nil ergo aspiciat, nil admittat, nil cupiat deuota inclusa
quod à sponsi huius dignissimi amore purissimo, sincerissimiq; amplexibus impedit: illū
solum cogitet, diligat atq; possideat, eius semine (id est uerbo dei & lumine spiritus sancti)
interius fecundetur, ut fructificet deo in sanctis operibus. Spiritalem fornicationem (hoc
est, adhætionem mentis cū rebus caducis) abhorreat, cum Propheta decantans: Quid est
mihi est in celo: & a te quid uolui super terram? Deus cordis mei & pars mea deus in eter-
num. Et iterum: Mihi adhære deo bonū est, ponere in dño deo spem meam. Sic enim ait
& Jeremias: Pars mea dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Bonus est dñs
spectatibus in se, aīe quærenti illum. Bonū est præstolari cum silentio salutare dei.

Articulus XVIII. Quomodo anima personæ inclusæ debeat deo assimilari.

Deus omnipotens & æternus, cuius natura est bonitas, cuius pietas est immensa,
cuius dignatio infinita, sicut ad imaginem & similitudinem suā homines condi-
dit in natura dando eis naturales potentias, per quas capaces sunt dei & parti-
cipes fieri possunt beatitudinis eius, uidelicet memoriæ, intellectum & uoluntate
tempta uult homines sibi sublimi⁹ assimilari per sp̄ naturalia dona, puta per dona & ope-
ra gratiæ in præsentī, atq; per dona & opera gloriæ in futuro. Hinc in euangelio Christus
loquitur & horatur: Estote perfecti sicut & pater uester celestis perfectus est. Itēq; Esto
te misericors des sicut & pater uester celestis misericors est. Per Moysen quoq; dominus di-
xit ad filios israel: Sancti eritis, quia ego sanctus sum dominus deus uester. & iterum Moy-
ses ait: Perfectus & absq; omni macula eris corā domino deo tuo. Similitudo enim est cau-
sa amoris & ratio unionis. Si ergo deo placere & amari ab eo atq; eidē felicitari untri opta-
mus, studeamus assimilari eidem, non qualitercumq; sed ordinate secundum uoluntatem
ipsius. Nam & princeps tenebrarum uoluit deo assimilari, quum dixit: In celum conscen-
dam, super astra coeli exaltabo solium meum & ero similis altissimi. Considerandum est
igitur, in quibus debemus deo uelle assimilari, & in quibus non licet nobis similitudinem
dei appetere. De hac tamen materia non est in isto tractatu profunde scribendum, quia
materia alta est, sed simpliciter superficialiter q̄ tangendum. Itaq; quædam conueniunt
deoratione suæ maiestatis & excellentiæ, in quantum est primum, æternum, increatū, in-
dependens & summum ens, ut puta cæteris p̄esse & dominari, nulli subesse, libere age-
re, de nullo curare. In his atq; similibus nō licet nobis uelle deo assimilari. Sic quoq; prin-
ceps tenebrarum, qui est rex super omnes filios superbiæ, deo assimilari uolebat, quem in-
iquissimum imitantur filij eius, uidelicet ambitiosū, superbi, inobedientes, rebelles ac disco-
li. Porro alia conueniunt deo ratione suæ bonitatis & sapientiæ, ut puta esse pium, clemen-
tem, dulcem, ueracem, purum, iustum, sanctum, amorem suum, liberalem ac simplicem: in his
deus assimilari debemus atq; iubemur. Denique, cum deus sit essentialiter, uere ac proprie
amorosus ac sapiens, imò potius amor & sapientia ipsa (Iohannes enim apostolus ait, Deus
charitas est, & Paulus apostolus: Soli, inquit, sapienti deo honor & gloria) hinc per chari-
tatem ac sapientiā atq; per actus eorū deo præcipue assimilamur, uidelicet deum contem-
plando ac diligendo. Hinc contemplatiui dicuntur diuini: & tanto uniuersiq; est melior
atq; diuinior, quanto in dei amore maior siue feruētior. Insuper unumquodq; maxime assi-
milatur ei, cuius opera amplius imitatur. Vnde innocentes & mansueti, oues uocantur: in-
centes uero & iracundi, dicunt canes seu lupi feroces, q̄q; & audaces, nominantur leones:
callidi, uulpes. Cum ergo uita & operatio dei altissimi in seipso sit suus amorosa contem-
platio & dilectionem intenti sunt: & quanto plus homo ab amore & consideratione
ac occupatione rerū temporalium ac carnalium se abstrahit, tanto deiformior præstantiorq;
est.

efficatur. Præterea cum deus uniuersis ac singulis bonis & malis, gratis & ingratis boni-
tatem suam communicet, naturalia bona præstando & conseruando ac uita necessaria lar-
giendo, alia quoq; diuersa dona tradendo, imò & supernaturalia gratiæ munera quātum
in ipso est offerendo, & angelos sanctos ad custodiam hominum deputando, seq; ad igno-
scendum iniquis paratissimum exhibendo, in tantum ut dicat: Quacumq; hora peccator in
gemerit pro peccatis suis, omnium iniquitatum eius amplius non recordabor. Hinc per
liberalitatem ad omnes et per misericordiam ac ignosceniam super forefactores deo non
parū salubriter assimilamur, dum & inimicos diligimus, & odientibus ac persequentibus
bona promalis rependimus, orātes pro ipsis, ad quod nos in euangelio horatur saluator:
Diligite, inquit, inimicos uestros & orate pro persequentibus & calumniatibus uos, ut
sitis filij patris uestri qui in celis est, qui solē suū facit oriri sup bonos & malos &c. Propter
qd docet Ap̄lus: Imitatores dei estote & ambulate in dilectione, sicut & Ch̄s dilexit nos,
amplius, per zelū iustitiæ deo non parū assimilamur, dū intantū amamus iustitiā & uirtu-
tes, q̄ q̄ in affectū iustitiæ transformamur, & q̄q; cōtra iustitiā est detestamur, inordina-
to propriū cōmodo affectu extinguit. Verū sicut deus opibus sue iustitiæ miam miscet, ita
& nos iustitiæ circa alios miam admiscere debemus, sicut et nobis deū miser erī optamus.

Articulus XIX. De contemplatione dei.

Beatitude & merces sanctorum in regno celorum, est clara, immediata ac fructi-
ua cognitio diuinitatis, uidelicet beatifica uisio diuinæ essentia: in seipsa clarissi-
me sine medio et absque uelamine: & uisio illa est super beatissimæ trinitatis intu-
itio gloriosa, quoniam pater et filius & spiritus sanctus sunt una essentia, unus de-
us, unumq; summum bonum, quo solo fruendum est. Porro uisio illa beatifica est ineffabi-
liter gaudiosa atque dulcissima, replens totaliter et quietans desiderium beatorum. Pro-
pter quod propheta loquitur deo: Adimplebis me lætitia cum uultu tuo, delectationes enī
in dextera tua usque in finem. Et iterum: satiabor quum apparuerit gloria tua. Quanto enī
res aliqua est maioris pulchritudinis ac decoris, tanto delectabilis est clare eam aspiciere,
præsertim si diligatur eiusq; præsentia appetatur. Deus autem est pulchritudinis penitus
infinita, imò ipse essentialiter est pulchritudo inuariabilis, summa, in circumscriptione atq; pu-
rissima, splendi dissima, conuenientissima ac amoenissima, à qua omnis pulchritudo creatu-
rarum fontaliter fluxit, infinitaq; deficit. Quid enim pulchrius ueritate? quid purius san-
ctitate? quid splendidius sapientia? Deus autem est ueritas prima in se subsistens, sanctitas
æternalis finem non habens, sapientia fontalis, cuius non est mēsurā aut numerus. Ipse er-
gouere, essentialiter, incomparabiliterq; pulcherrim⁹ est in seipso & delectabilissimus ad
inspicendum: sancti quoq; in regno cœlesti ardentissime diligunt eum. Idcirco cum in æ-
stimabili iucūditate eū apiciūt, ita q; nil amplius cupiūt. Insuper cōstat q; quāto aliqd maio-
ris in seipso extat dulcedinis, maiorisq; bonitatis ac p̄fectionis, tāto deliciof⁹ est ipso frui.
Deus uero est bonitas summa, dulcedo immēsa, p̄fectio interminata, cui⁹ diuinitē atq; deli-
tiæ in ipso sunt penit⁹ infinita. Iucūditissimū ergo et p̄fus dulcissimū est frui increata dul-
cedine, illimitatq; bonitate dei. & hæc beatifica ac fructiua cognitio dei est oīm p̄fectio be-
atorū, q̄q; gloriosissim⁹ cibus est ipsa diuinitas æternaq; trinitas. Deniq; in hoc cōstitit p̄fe-
ctus n̄r et p̄fectio n̄ra in hac uita, ut p̄fate uisioni beatificę & cōtēplationi fructiue dei q̄ die
quantū est possibile p̄pinq̄uem⁹, p̄pinq̄uem⁹ q; eā aliq̄ modo, suscipiēdo desup cōsolationes
internas, delectationesq; spirituales, ex cōtēplatione & dilectione dei p̄ fidē & sapientiē do-
num, ita ut cū p̄pheta psallamus & ex sentētia dicere ualeamus: Cor meū & caro mea ex-
ultauerūt in deo uiuū. Possumus igit⁹ & debemus etiā in hac uita deo aliq̄liter frui in hēre-
do ei finaliter propter seipsum. Iā q̄q; possumus eū aliq̄liter cōtēplari, nō tñ p̄fecte, sed ut
ait Ap̄ls, per speculū in ænigmate, ut puta p̄ formas similitudinesq; creatas scdm qd p̄ eas
& in eis representat relucetq; deus. Interdū autē fit hoc p̄ similitudines corporales, interdū
p̄ formas imaginarias, interdū uero fit hoc sublimius, purius atq; diuinius p̄ species & radi-
os intellectuales: hoc est, p̄ solā intellectuālē illuminationē & spirituales species aut luminis
infusionē: sicq; cōtingere solet p̄sonis p̄fectis, heroicis ac diuinis, q̄ sæ p̄ inopinatis excessi-
bus ferunt seu poti⁹ rapiunt in deū, q̄ frequent benignissime sic subito & improuise p̄uenit
mētēs illas, q̄ absq; proprio conamine mirabiliter illustrantur & inflammant à spiritu san-
cto, tam q; suauissime replentur & consolantur ab ipso, ut ineffabilem dei circa se charita-
tem, pietatem, liberalitatem ac dignationem nequaquam mirari sufficiant atq; tam ualide
eleuantur & afficiuntur in deum, ut præclaritate cōtēplationis & præferuore dilecti-

Hebr. 1.

Ezech. 18.

Matt. 5
Luc 6
Eph. 5

Plal. 15
Plal. 16

Plal. 84

1. Cor. 13

onis diuinæ deficiant, & à seipsis alienentur ac corpore infirmetur, un dasq; gratiæ de-
super influentis ferre uix queant: sicq; deo suum in eos continuante influxum, à seipsis pe-
nitus defluunt, atq; in abyſſo lucis æternæ, in fonte diuitiarum gloriæ infinite demergun-
tur ac absorbentur, & igne amoris diuini quodammodo consumuntur, sicq; dulcissime in
deo obdormiunt, felicitatēq; repaſant & conqueſcunt, quouſq; hæc gratia tanta tollatur
& ſibiſpſis relinquuntur, atq; ad ſolita exercitia remittant. Tales tam electi à deo cum pro-
pheta dicere ualeat: Quia inflammatum eſt cor meum & renes mei commutati ſunt, & ego
ad nihilum redactus ſum & neſcui. Itemq; Defecit caro mea & cor meum deus cordis mei,
& pars mea deus in æternum. Et rurfus cum ſanctiſſimo Ieremia: Factus eſt ſermo domini
in corde meo quaſi ignis exæſtuans clauſuſq; in oſſibus meis, & defeci ferre non ſuſtinens.
Itaq; cum ad charitatem pfectā prout huic uitę poſſibile eſt, peruenerit homo, donū q; ſa-
pientiæ in ipſo perficitur, & per illud fit homo uelur conſiliarius & ſecretarius dei: & ſub
ueniente ſpirituſancto, diſpoſitiſſimus eſt ad ſuſcipiendum uberrime ac ſæpiſſime illumi-
nationes diuinas, inflammationes internas, conſolationes ſupernas, ita quod nihil ſibi faci-
lius eſt, nihil ſuauius, nihil familiarius quàm per contemplationem feruidumq; amorem ſe
ad deum leuare, in ipſo quieſcere magis aut minus diu, prout ſpirituſanctus conceſſerit.
Contempletur ergo electa incluſa dominum deum ſuum, quomodo ipſe in ſeipſo ſimpli-
ciſſimus eſt & infinite, incompreheſſibiliter, incomparabiliterq; perfectus, ita quod ſue bo-
nitatis ac ſapientiæ, ſuæ felicitatis & gloriæ, ſuæ amabilitatis & excellentiæ, ſuæ dulcedinis
ac opulentiæ, ſuæ nobilitatis & omnipotentia, ſuæ pulchritudinis atq; clementiæ nullus
eſt finis, nullus numerus, nulla meſura: ſicq; præcordialiſſime congaudeat deo de omni
hac proprietate ipſius. Præterea, cum omni humilitate, affectu & reuerentia cõtempletur
ſuper glorioſiſſimam ac ſuper digniſſimam trinitatem, quomodo pater æternus & unigeni-
tus eius ſuper pulcherrimus ac ſuper dulciſſimus paracletus ſpirituſanctus ſe inuicem ar-
dentiſſime diligunt, iucundiſſime inſpiciunt, beatiſſime perſeiuuntur: quomodo quælibet
diuina & increata perſona eam infinito & ſuperardenti amore diligit alias duas perſonas
diuinas ſicut ſeipſum. Ideo cum infinita proſus lætitia ſe mutuo inuentur, cum immenſa
quoq; dulce dine ſe inuicem perfruuntur, & cū inexcogitabili delectatione ſe immenſa
plectuntur, atq; in ſe inuicem ſunt, manent & conqueſcunt. Amplius contempletur, quo-
modo unigenitus filius dei deo patre uolente & ſpiritu ſancto cooperante, ex nimia ſua pie-
tate & charitate ad nos, factus eſt homo pro nobis: & quomodo eodem inſtanti quo ani-
ma Chriſti creata eſt, mox unita fuit æterno uerbo ſeu filio dei perſonali unione, & eodem
inſtanti impleta fuit omni gratia, uirtute & dono ſpirituſancti, beatiſſima quoque uisione
diuinæ eſſentia. Eodem etiam inſtanti formatum fuit corpus Chriſti ſanctiſſimum ex puri-
ſſimo ſanguine uirginis ſanctæ ſpirituſancti uirtute, & unita fuit ei eodem inſtanti ani-
ma Chriſti, ita quod tunc anima & corpus ſimul iuncta, pariter unita fuerunt uerbo æter-
no: ſicq; filius dei factus eſt homo, & permanet deus & homo in una perſona. Præterea con-
templetur omnium beatorum in regno cœleſti plenam felicitatem & gloriæ mentis in
deo, feruorem, mutuam charitatem, deliciouſſimam ſatiætatem, æternam ſecuritatem. Con-
templetur ordines angelorum, quàm pulchri ac ſplendidi, quàm elegantes, potentes
ac glorioſi ſunt illi angelici ſpiritus, quàm innumerabilis ſit eorum exercitus, quo
modo milia milium angelorum deo miniſtrant, & decies milies centena mi-
lia ei aſſiſtunt. Contempletur demum beatiſſimam uirginem MARI-
AM, quàm inſtimabilis ſit beatitudo & honor ipſius, eo quod ſit ue-
ri dei genitrix uera. Inſuper patriarcharum, prophetarum, apo-
ſolorum, martyrum, confeſſorum ac uirginum, omniūq;
ſanctorum gloriæ contempletur: & quomodo uni-
uerſa triumphans eccleſia omnipotenti domi-
no, uni ac trino, inceſſanter æternaliterq;
intenta ſit, quàm reuerenter ei de-
ſeruiat, q; gratiſſime eum lau-
det, q; inauertibiliter ei in-
heret, q; eſt ſup oia de-
us ſublimis & bene-
dictus. Amen.
FINIS.

D. Dionysii

Pſal. 72
ibidem.

1ere. 20

Danie 7.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE LAUDE ET RE-
COMMENDATIONE VITAE

ſolitariae, Liber Vnus.

PRAEFATIO.



IXIT IESVS DISCIPVLIS SVIS: VENITE
ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Fons
totius perfectionis ſapientia increata, uerbum æternum,
unigenitus dei propter homines homo factus, & cum ho-
minibus conuerſatus, uarios modos uiuendi inſiſtuit ac
monſtrauit, unūq; modum altero eſſe excellentiorem uer-
bis edocuit uel exemplis. Triplicem quippe continent
am commẽdans atque diſtinguens, continentiam uirgina-
lem laudauit potiſſime, cui non auream tantum, ſed aure-
olam quoque ſponſondit. Continentiam etiam prætulit
uidualem coniugali. Pariformiter uitam contemplati-
uam actiue præpoſuit uitæ, & uitam religioſam euange-
lica conſilia adimplentem uitæ prætulit ſeculari. Porro ſolitaria uitam uerbis & exemplis
eminentiſſime approbauit. Etenim quamuis ipſe in omni loco ac tempore ſui incolatus in
ſeculo iſto æque aptus & potens eſſet ad quemcunq; actum uirtutum, attamẽ ut nos ſuo
informaret exemplo, quosdam præcipuos, ſpiritaliores, diuinioreſq; actus uolens exple-
re, ſolitaria adijt loca, iuxta quod legitur apud Marcum: Egreſſus eſt Ieſus in deſertum lo-
cum, & ibi orabat. itemq; apud Lucam: Exijt Ieſus in montem ſolus orare. Denique, paſſio-
ne ſua imminente patrem ter oraturus, non ſolum ab undecim prædilectis ſibi apoſtoliſ,
ſed à tribus quoque ſibi familiarioribus ſe retraxit diſcipulis, eſtq; auulſus ab eis quãtum
iactus eſt lapidis, ut inſentiſſime exoraret, atq; paternæ diſpoſitionis arcanum & item hu-
manæ redemptionis myſteria profundiffime ponderaret. Denique, quaſi ægre ferens tur-
ba tumultum, & quanta internæ occupationis cum deo multitudo inducat obſtacula in-
nuens: O generatio inquit, incredula, quàm diu apud uos ero? quàm diu uos patiar? Rur-
ſus, ut ſanctus euangelista Iohannes teſtatur, IESVS cum ſuis diſcipulis frequenter etiam
nocturnis temporibus uenit in hortum quo captus eſt. eſtq; probabile quod tunc oratio-
nibus inſiſtebat ibidem. & ſicut paſſione inſtante, ita & ante conſueuit ſe ab ipſis aliquan-
tulum elongare ut oraret abſtracte. Quanta ergo perfectionis & eminentiæ eſt, ſolitari-
am uitam continue exercere, & uſque in finem perſeuerare in ea, quam filius dei uicibus in
terpolatis tam ſingulariter commendauit atque exercuit. Nunc igitur uniuerſi uitæ ſolita-
riæ profeſſores, uenite ſeorſum, hoc eſt, à ſeculari tumultu, ab humano aſpectu, à munda-
nis rumoribus, à confabulationibus uanis, ab omni mentis euagatione, ab inordinatarum
inquiétude paſſionum, à fluctuatione ac ſtrepitu inſipientium cogitationum & imagina-
tionum in animum procul recedite ſeorſum in locum deſertum: id eſt, ad contemplationis
ſecretum, à carnalibus & extra ſuſis hominibus derelictum, qui ea quę dei ſunt non ſapien-
tes in cordis unione tranquilla, ſuaui ac fixa, cum incomprehenſibili & ſuperdulciſſimo
creatore quieſcere non nouerūt: & requieſcite puſillum ab occupationibus quæ circa cre-
ata uerſantur, quibus tanquam in rebus ex ſe uariabilibus & caducis, ueram, ſalutarem &
ſinalem non poteritis inuenire quietem. Nempe cor ueſtrum propter ſummi boni cõtem-
plationem fruitionem, que conditum, permanet in quietum, quouſque ſummo illi, ſuper-
deſiderabiliſſimo bono fuerit iunctum. Præterea, quies qua in hac exuli uita quieſce-
re poſſumus in hoc bono, permodica eſt & ualde puſilla reſpectu dulciſſimæ quietis &
omnem ſenſum exuperantis beatorum in patria. Veruntamen quies iſta uitæ præſentis
in deo, quantumlibet parua, melior eſt ſuper milia inquietudinum mundanarum, occu-
pationum, que externarum. Hæc nanque quies eſt pax peccatoris & delectatio ſpi-
ritualis ſeu ipſa contemplatiua fruſtio, qua in præſenti per fidem & charitatem, per
cordis munditiam ac ſapientiæ donum coniungimur Deo & repaſamus ac delecta-

Marc. 6.
1. Cor. 1.
Ioh. 1.
Baruch. 1.

Marc. 6.
Luc. 22.

Matt. 17.
Marc. 9.
Ioh. 16.

Matt. 24. 26
Marc. 14.
Luc. 22
Marc. 6.

Pſalm. 83.

mmx

mur in eo. In hoc loco deserto commoratur, quiescit & deliciatur sponfus coelestis cū ani-
 ma solitarij, solitudini suum debitum persoluentis in hymnis & psalmis ac laudibus dei, in
 orationibus feruidis, meditationibus sacris, in compunctione assidua & lachrymarum pro-
 fusione deuota altissimo seruientis, uacantis & ipsum intra se offiū horā affectuossime am-
 plectentis, sua & proximorum peccata quotidie deplorantis, pro communi totius eccle-
 siæ bono sollicitate deprecantis, omnique modo sibi possibili infatigabiliter laborantis. Ad hu-
 iuscemodi conuersationis uere ac digne solitariæ exercitiā & quietem, solitudinem & se-
 cretum uenite d ueri solitarij, perseverando, perficiendo, & quasi quotidie cum recenti fer-
 uore incipiendo in ipsa, iuxta quod scriptum est: Quum consummauerit homo, tunc inci-
 piet. & denuo: Quæ retro sunt obliuiscens, in ea quæ ante sunt extendo me ipsum. Qui uero
 haftenus negligentes fuistis & desideris, omni excusso torpore, sine dilatione uenite, pre-
 teritas negligentias expiando & uitam fortiter emendando: sic quæ illa exercitiā alacriter
 assumendo, quæ etiam ad omnem religiosum certum est pertinere. Postremo, qui in mari
 hoc magno, in in quietissimo seculo fluctuatis, uitiorumque fluctibus estis operi, qui lassati
 estis & adhuc sepe lassamini in uia iniquitatis & perditionis, ambulatisque uias difficil-
 es, quamuis interdum uobis uideantur dulces ac faciles, quia esse sub sentibus reputatis de-
 licias, uenite, infelicissimum atque uilissimum iugum uitiorum feruitutem que demonum
 prorsus abijciendos: uenite in quam seorsum (fugiendo de medio Babilonis & Aegypti ac
 Sodomæ, de societate, communiōe & actibus hominum mundanorum atque carnalium,
 potissime religiosorum & clericorum, non regulariter & honeste, sed irregulariter ac la-
 sciue uiuentium, in quibus regnat uitiorum confusio & caligo, foeda quoque petulantia car-
 nis, qui tanquam uacca lasciuens declinant à regulis, iussionibus et canonibus patrum) in
 locum desertum, ad sacram religionem, ad luctus ac penitentiae domum, ad solitariam ui-
 tam, ad cellæ secretum: & requiescite ibi pusillum, suauē iugum Christi tollēdo, & uitā ue-
 re monasticam subeundo, continuando ac consummando.

Articulus I. Quid sit solitaria uita.

MOyses accessit ad caliginem in qua erat deus. Quemadmodum rationalis cre-
 atura ad imaginem & similitudinem sui est condita creatoris, sic sua reforma-
 tio, profectus, perfectio, finis, beatitudo & gloria in assimilatione actuali, con-
 uersione, reductione, adhaesione & plena coniunctione cum suo productiuo ac
 saluatiuo consistit principio, quod in Apocalypsi testatur: Ego sum alpha & omega, principium
 & finis. Porro assimilatio ista & participata felicitas & reductiua mentis creatæ ad suæ salu-
 tatis fontem, obiectum & causam deum excelsum conuersio, in actibus illis principaliter
 essentialiterque consistit, qui superdignissimo deo intra se & quo ad seipsum conueniunt
 qui utique actus sunt operationes & emanationes ad intra ipsius intellectus ac uoluntatis,
 uidelicet plena & comprehensiuā diuinæ & increatæ ueritatis cognitio, æterna quoque
 & perfecta diuinæ ac summæ bonitatis dilectio: sed & generatio uerbi æterni ex patre, &
 emanatio spiritalis amoris ex utroque, summa etiam, perfecta ac penitus inter se in finitā de-
 lectatio & complacentia in actibus illis. Itaque quanto in his actibus mens creatā amplius
 conformatur suo factori, tanto plus reformatur, proficit, perficitur atque præclarior ad de-
 um suum reducitur, conuertitur & unitur, imò & transformatur, & tandem quasi totali-
 ter absorbetur in ipsum, ac per hoc futuræ beatitudini præcipue appropinquat, & suauiter
 ualde prægustat eandem, ita quod ex sententia & experientia grata gratulabundaque
 mente dicere habet, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Præterea contem-
 platio summæ ueritatis est elicitiue ac proprie actus doni sapientiæ, id est, sapientiæ salu-
 taris, supernaturalis, infuse, qua deum per affectum charitatiuum & gustum internum co-
 gnoscimus: quæ inter septem dona spiritus sancti est primum atque dignissimum. præfa-
 ta uero dilectio bonitatis diuinæ actus est charitatis. Quo igitur in sapientia ista noster plus
 crescit atque perficitur intellectus, & quanto in sancta charitate perfectior fit nostra uolun-
 tas, eo de propinquo magis dispositi sumus ad actualem & sinceram assimilationem cum
 deo: quo autem ipsum summum bonum, unum ac trinum deum syncerius & amorosius
 contemplamur, sapientius seruentiusque diligimus, eo perfectius ei actualiter conforma-
 mur, & magis diuini ac deiformes efficiuntur, in futura quoque beatitudine erimus altiores.
 At uero, sicut pater æternus seipsum clarissime intuenso ac perfectissime cognoscendo sui
 ipsius conceptum & uerbum intra se profert ac gignit, pater quoque & uerbum quod est uni-
 genitus patris, se in uicem cum infinita complacentia diligendo producat æternū, increa-
 rum,

Ecclesi. 8
Philip. 3

Plal. 103.

Marc. 6.

Exod. 3

Apoc. 1. 22

Plal. 103.

iohan. 1.

rum, spiratum amorē, ut puta spiritū sanctū qui est amor patris in filiū, & e contra amor filij
 in patre, quā in patre & filio una numero est uolūtas, à qua amor ille procedit secundū quod est
 in ipsis tanquā in uno principio spiratiuo, ita & intellectus noster deum pro uiribus contem-
 plando quendā conceptum, & uerbū tanquā suæ uolūtatē de deo intra se format ac pro-
 fert, sic & deum amādo zelū quendā seu feruentē affectū ad ipsum, quasi spiritū intus pro-
 ducit. Insuper, sicut deus adorandus & gloriosus, seipsum intelligendo ac diligendo, cæte-
 ra cuncta in seipso cognoscit, & quantum ad id quod ab ipso habent & sunt amat, sic nos quoque
 deum contemplando atque amando cætera in ipso tanquā in causali origine noscimus, & quæ
 diligenda sunt ordinate ac consequenter diligimus. Ecce in istis consistit reformatio & pro-
 fectus, perfectio, reductio, conuersio, salus & assimilatio nostra ad deū, atque ad hoc & pro-
 pter hoc instituta est eremitica, anachoretica omnisque monastica & solitaria uita, ut in hac assi-
 milatione mentis nostræ cum diuina & increata mente quotidie copiosius proficiamus, &
 ad eius perfectionem expeditius, celerius ac eminentius perducamur. Multa quippe in ui-
 ta ista occurrunt obstacula proficiendi & impedimenta diuini amoris ac sapientiæ saluta-
 ris, quæ cuncta uitare existit difficile: multa quoque proueniunt occasione uitæ cōmunis ac
 socialis ex mutuo condomesticorum confortio, aspectu, colloquio, cooperatione, auditu &
 consimilibus multis, propter quæ uitanda multi patrū sanctorum elegerunt solitariā uitā,
 ut tanto quietius, stabilius ac liberius deo in definitenter essent intenti, quanto longius à socie-
 tate conuictusque hominum remoti erāt. Itaque solitaria uita est conuersatio ab humana socie-
 tate abstracta, & soli deo, quantum humanæ fragilitati possibile est intenta, ad plenam assi-
 milationē eū deo, put in hac uita fieri ualeat finaliter ordinata, de qua diffusius infra tractabit.

Articulus II. Quod uita solitaria duplex est, ut puta pure solitaria & uitæ sociali admixta.

FRATER qui adiuuat à fratre, quasi ciuitas firma: solus deus sibi in se & per se sufficit
 penitus & omnino. Porro, omnis creatura alterius eget auxilio. Certū est enim, omne
 creatū oipotentis creatoris conseruatione & ope incessabiliter indigere intantū, quod
 sine supergloriosi conditoris assistentia ac mantenentia nec ad momentū posset
 consistere aut durare: homo autē in uita hac est creatura uehementer defectiuosa & fragilis, ad
 omne malū ex seipso procliuus, ab acie uitioꝝ, ab inclinationibus fomitibus, ab aereis potesta-
 tibus callidissimis hostibus, impugnatoribus in defectibus facilliter expugnabilis atque uincibili-
 lis. Hinc uita pure solitaria cōuenit paucis ac uirtuosis dūtaxat i spiritali militia exercitatis,
 & quos unctio docet de oibus, prout infra declarabit plenius. Iccirco sapientissimo mode-
 ramina actū est spūs sancti, ut inter euāgelicæ legis religiones quæ pro maxia parte socialē
 continent uitā, extet religio ex uita sociali & conuersatione solitaria mixta ac mediū tenēs, ut
 Carthusiensis est ordo, in quo glibet fratrum propriā (quantū ad usum) habet ac incolit cellā, in
 qua & dormit semp ac uescit, festiuis de p̄tis diebus, in quibus in refectorio fratres simul ue-
 scunt horas queque psoluunt in cellis, matutinis uesp̄is que exceptis in festis aut cantant eas in cho-
 ro, cōpletorio de p̄to, quod nūquā nisi in cellis dicūt. Denique diebus festiuis tenet eis capitulū, &
 habent post nonā ad uesperas usque colloquiū. Cæteris diebus degunt in cellulis, quæ sine spe-
 ciali licētia egredi eis illicitū est, nisi horis ex ordine institutis. Ingens apud eos est quies &
 grande silentiū, nisi quod interdū ab extraneis uisitant: nec tanta eis est solitudo, qui in necessi-
 tate, opportunitate tētationeque graui ad præsidētē & ad seinuicē ex præsidētis licētia uel
 statutis habere queant recursum. Hinc non immerito solitarij appellant, & sic scribitur eis
 in epla, quæ sctō Bernardo ascribit: Fratribus de Monte dei orientale lumen & antiquū il-
 lū in religione seruorū Aegyptiū inferētibus, occidit tenebris & Gallicanis frigoribus, so-
 litariæ scilicet uitæ exemplar, conuersationis coelestis formā. Præterea sunt nonnulli uitā oino
 solitariā trāsigentis, ad quā nihilominus uerus & discretus Carthusiensis, etiā in ordine suo psi-
 stēs pot̄ pro maxia pte cōtingere & quære, solitudini atque silentio operā dādo, quū ex ordine
 sui pmissione licet ei cellā exire & inter esse colloquio: uerū in hoc quoque est cōseruanda discretio.

Articulus III. De periculo solitariæ uitæ & cur uita illa nō cōgruat nisi perfectis.

MElius est duos simul esse, habere enim emolumentū societatis suæ, si unus ceciderit
 ab altero succiet. Ecclesiastes 2. Animalia quædam bruta naturaliter solitudinē
 gaudent & amant eā, quibus à natura ita pusum est, ut paucis indigeant, & per se
 ea possint acquirere sibi. At uero homo, sicut inter uniuersa animalia præemi-
 net dignitate, ita & amplioris esse indigentie phibet, nec obstat quod natura paucis minimisque
 contenta esse censet, quā de uictualibus id constat esse prolaturū. Vex ut ait scriptura: Nō in so-

Prover. 8

i. tohan. 2

Carthusiensis or-
do ex socialis et
solitaria uita
mixtus

Carthusiani so-
litarii

Ecclesi. 2

Deut. 6
Mat. 4
Luc. 4

Io pane uiuit homo, sed in omni etiam uerbo qd procedit de ore dei. Indiget quippe humana ignorantia in instructione multiplici, sicut & infirmitas nostra eget auxilio proximiti in multis quoq; sumus ambigui, quid maius expe diat melius' ue consistat. Sed & consolatione indigemus & assistentia in aduersis atq; periculis. Nec later quam facilliter sub specie boni fallamur, & quantum uarijs tentationibus periclitemur, nisi aliunde instruamur ac adiuuemur, & quauis omnipotens omnipotens & ubiq; praesens deus, per se & per angelos sanctos ac ciues super nos, in omnibus his ualeat plene succurrere, attamen naturale & connaturale est homini, per eos quoq; qui sibi similes sunt in natura, & eiusdem secum sunt status, utpote uiatores dirigi ac iuari, doceri & gubernari intantum, ut serui dei dicantur esse quasi oues sine pastore, & sicut grex sine custode: nec diu posse durare, nisi huiusmodi sibi similem in natura ac statu passibili, quem possent uidere & alloqui habeant direttore, ac praesidentem. Hinc etenim sanctus Moyses mortem sibi conspicientem imminere in Numeris legitur exorasse: Prouideat dominus deus spirituum omnis carnis, hominem qui fit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, ne sit populus domini sicut oues absq; pastore. Deniq; experientia docet istud naturalisq; ratio arte statuit: Propterea subtilissimus ille indagator naturae, Aristoteles loquitur, in Politicis ait: Homo naturaliter est animal sociale, politicum. Et rursum prudenter fatetur: Homo solus est deus aut bestia, id est diuinus aut bestialis. Itemq; Ethicorum octauo: Duo, inquit, simul uiuentes, ad intelligendum & agendum sunt potentiores. Consonat his, imò & rationem horum assignat sapientissimus Salomon dicens: Vae soli, quoniam cum ceciderit, non habet subleuatum. Et si dormierint duo simul, mutuo fouebuntur: unus quomodo calefiet? Et si quispiam contra unum, duo resistant ei. Quod totum quam uerum est, experimur assidue: Nempe cum homo, potissime imperfectus, non sit in omnibus bonis iudex sui ipsius, indigemus mutuo corripi, admoneri, accendi: & ne quis subito ab hoste callidissimo elidatur ac prosternat, indiget uehementer à bono adiutore, amico ac socio erigi, confortari, consolari & instrui: quos plures oculi uideant plus quam unus, expedit homini plurima ignoranti, nec uniuersa & singula ut oportet & expedit simul considerare ualent, habere suae militiae conuersionem ac socium, adiutorem ac ducem. Praeterea istud profunde aduertit uir sapiens in Ecclesiastico loquens: Amicus fidelis, protectio fortis: qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fidelis nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius, Amicus fidelis medicamentum uitae & immortalitatis: & qui metuunt dominum, metuunt illum. Porro his destituitur bonis, his consilijs, auxilijs solatijs que priuatur, qui prorsus solitariam ducit uitam. Amicus nanque relatiue dicitur ad amicum tanquam ad suum correlatiuum, quemadmodum pater ad filium. Hinc uita solitaria fertur periculosa & ardua, praesertim pusillis & imperfectis, nondum exercitatos sensus habentibus, ad discretionem boni ac mali, qui in suis passionibus necdum sunt reformati, nec in suis affectibus stabiliter ordinati: propter quod satis facilliter conturbantur ac fluctuant, unde & indigent sustentari fideli consorte atq; discreto pastore: quia rex sapiens stabilimentum est populi et bonis amici consilijs, cor dulcoratur. Talium quoque corda nondum sunt satis depurata, tersa, polita ad recipiendum continue illustrationes supernas, & actiones diuinas, directiones, consolationes, corroborations, inflammationes ac informationes in cunctis à spiritu sancto: Vnde necesse est ipsis humanitus etiam edoceri, corripi, corrigi, gubernari. Idcirco sanctus pater Hieronymus in Regula sua fatetur se satis expertum solitariae uitae pericula. Conformiter uir gratia benedictus & nomine, in sua austeri Regula, solitariam uitam his solummodo conuenire, qui primo in uita sociali monastica sunt laudabiliter conuersati, & se frangere didicerunt, ac contra omnia tela hostis nequissimi ignea edocti sunt praerari. Hoc ipsum praclarissimi uiri Basilius & Bernardus testantur. Hinc diuinitus abbas Hilarion à magno ac deiformi Antonio plenarie institutus, probatus ac praemunitus dei preceptoris suilicet anachoreticæ & oino solitariae uitae felicitate est aggressus. At uero uiri heroici ac perfecti, qui de statu insipientium ac proficientium iter perfectionis attingere iam ceperunt

Nam. 27

Ecc. 4.

Ecc. 6

Vita solitaria periculosa est pusillis

Sap. 6
Prouer. 27

Solitaria uita qbus conuenit

runt, stabiliti in gra, armati, habituati ac roborati in dno, instar Ahud ambidextri inter prospera & adueria regiam uiam incedere rite instructi, ad uitam penitus solitariam idonei & condigni, quibus humana praesentia frequenter plus affert impedimenti quam emolumentum quoque mentes ab omni negligentia ac torpore prorsus purgare queunt quantum humana permittit fragilitas, incommutabili deo iugiter esse intenti, imo quotidie cum maiori seruore. Veruntamen per haec nequaquam praefigitur lex omnipotenti & superliberrimo deo, omnem rerum naturam ac speciem, legem, cursum & ordinem incoartabiliter transcendentis: deo quauis nunc dicta regulariter communiterq; loquendo sint uera, nihilominus omnipotentis spiritus sancti, ubi, quando, quantum & qualiter uult, spirat, mouet ac operatur, & eos qui praefato nunc modo nequaquam ad solitariam conuersionem extant dispositi, ad solitariam uitam quando & quis uult trahit, per ducit, atq; in ea conseruat, tuetur, consolatur, & ad omnem huiuscemodi professionis perfectionem apicemq; perducere cõdignatur. Imò quod reuera prorsus mirabilissimum esse cognoscitur, sceleratissimos quosdam in omni iniquatione & facinorositate habituatissimos, repente ad eremiticam ac solitariam transtulit uitam, & ipsos in illa fecit ita conspicuos ac praefulgentes, quã uiosos ac sordidi ante erant praefectis in quibus eminenter impletus est illud Apostoli: Vbi abundauit iniquitas, superabundauit & gratia. Quocirca hoc denuo summe confitit mirabile, quod non solum in sexu uicili, sed in fragilibus itidem sceminis nonnunquam id egit, quemadmodum primo libro Vitae patrum gloriose refert Hieronymus de abbate Mutio ac alio quodam, de beatissimis quoque Maria Aegyptiaca atq; Pelagia uerax narrat historia.

Indic. 8

Iohan. 3

Rom. 5

Articulus III. De fine solitariae uitae.

Quae sursum sunt, querite, ubi Christus est in dextera dei sedes: quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Nihil in seculo isto felicitis Christiano, cui coeleste promittitur regnum. Hinc uniuersorum mentes fidelium ad unum inspirant ac proficiuntur beatitudinis finem. Ad unam uero aeternam salutem, de qua sanctus loquitur Ieremias: Vere in domino deo nostro salus Israël. Deniq; ipsemet dominus deus noster est beatitudo, finis ac salus nostra, quae admodum ait scriptura: Salus populi ego sum dicit dominus, de quo in Deuteronomio fertur: Ipse est uita tua, & longitudo dierum tuorum. Deus nanque dupliciter appellatur beatitudo, salus & uita nostra: Primo, quoniam ipse est totius beatitudinis, salutis ac gloriae nostrae obiectum, propter quod dicitur beatitudo & salus ac gloria obiectalis: quia in ipso tanquam in summo & immediato obiecto, tota nostra beatitudo & gloria principalis, quae est premium essentiale, consistit. Secundo quoniam ipse est causa nostrae felicitatis & gloriae. Porro, uisio eius fructiua immediata & clara per speciem, est beatitudo, salus, uita & gloria nostra formalis, menti beatae inhærens. Insuper deus in seipso essentialiter, independenter & infinite beatus est, & beatitudo ipsa separata per se subsistens immensa: itaque omnium electorum beatitudo obiectalis una est & eadem numero, utputa deus simplex, trinitas adoranda: beatitudo autem formalis omnium nostrorum, ad quam stillat oculus noster, ingemiscit, inspirat, tendit & festinat mens nostra, est una ac eadem specie, designata per diurnum denarium, quem singuli accepisse operarij describuntur. Nempe in domo patris celestis multae sunt mansiones. i. diuersi gradus premioque, correspondentes diuersis gradibus meritorum, quae merita sunt actus uirtutum atq; beatitudines uitae, de quibus Saluator: Beati, inquit, pauperes: beati qui lugent beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Insuper, beatitudo haec patrie finis est consummatus in futuro adipiscendus, non solum solitariae uitae, sed omnis quoque conuersionis monasticae, imò & actionis cuiuslibet uirtuosae: diuersis uero religionibus, secundum quod ad maiorem aut minorem ordinantur ac tendunt perfectione in uita praesenti, maior aut minor beatitudo patriae correspondent. Quauis autem cunctis religionibus sit commune, tria substantialia uota includere ac spondere, nihilominus in alijs multis unus ordo seu una religio differt ab alio in obseruantijs ac statutis, secundum quod una religio continet statuta plus ardua & ad obtinendum perfectionem magis accommodata seu etiam maioris perfectionis introductiua, ut sunt perpetua reclusio, atq; omnimoda ab esu carniū abstinentia, habitatio quoque solitaria segregata per cellas, iuge silentium & consimilia quaedam corporis castigamenta illud redigentia in spiritus sinceritatem, ut usus cilicij duriorisq; strati. Deniq; non solum in his minus principalibus & accidentalibus unus ordo ab alio differt, uerum etiam aliquo modo in ipsis substantialibus uotis, secundum quod unus ordo eminentius se astringit ad uota illa

Iohan. 3

Rom. 5

Col. 3

Iere. 3

Deut. 3

Deus salus nostra dupliciter dicitur

Mat. 20

Iohan. 14.

Mat. 5 1

Ordinũ diuic ficas

quam alteri sicq; ordo qui promittit simpliciter obedientiam non contracte, ut ordo Carthusiensis, censet perfectior ordinibus promittentibus obedientiam limitate, videlicet quantum ad contenta & expressa in regula. Conformiter ordo promittens paupertatem omnimodam in generali ac speciali, iudicatur quantum ad hoc perfectior ordinibus paupertatem uocentibus tantum in speciali; & quo ad id ordo sancti Francisci praefulgere uidetur. Atamen quoniam inter tria substantialia uota uotum obedientiae extat sublimius, apparet q; ordo ad hoc uotum perfectius se cōstringens, merito absolute loquendo, perfectior atq; sublimior appelletur. Amplius, religiosi reclusi in hoc quoq; quantum ad uotum castitatis primatum quendam uidentur fortitū, q; non solum ab actu & consensu, sed ab aspectu quoq; & colloquio omniq; aspectu se segregant sceminarum. Itaq; quo uita solitaria professionis est altioris magisq; ardua includit statuta, maioris perfectionis introductiua atq; cōpendiosius ad perfectionem producētia concupitam, inietam, praefixam, eo finis eius in uita haec est maior perfectio, hoc est perfectior assimilatio mentis humanae, cum summa, diuina adorandaq; mente: quae assimilatio in contemplatione ac dilectione deitatis consistit, imò realiter est ipsa superatissima dei contemplatio purior dilectioq; seruērior. Omnium quippe euangelicorum Christi consiliorum finis est, perfecta impletio praeccepti charitatis diuinae, ut scilicet quantum in praesenti fieri ualet uita, deum indefinenter toto corde totaq; mente ac uiribus totis actualiter diligamus: quod absq; assidua, pura ac stabili eius contemplatione nequit impleri, cum non nisi cognitum diligatur, atque ad actualement dilectionem actualis, prauiā ac pariter durans intuitu requiratur, praefertim cum uoluntatis obiectum sit bonum intellectum, id est, intellectualiter apprehensuum seu cognitum. Hic ergo est finis solitariae uitae in seculo isto, deum excelsum & benedictum tam pure ac stabilius contemplari, tamq; seruēriter & indefinenter diligere; & hoc solitariorum professio proprium habet, deo tam perfecte atq; assidue adhærere, affici, frui, amplecti, sicq; uitam angelicam & celestem inchoare in terris, tam copiose & experimētaliter futuram beatitudinem in isto exilio praebere, tam dulciter praegustare quam dulcis est deus, super gloriosissimā trinitati tam gratiose assimilari, tam perfecte configurari, imò sic unum fieri & esse cum ipsa.

Articulus V Quod ista finalis solitariae uitae perfectio sit omni solitario iugiter appetenda, assidue intuenda, indefessiq; studio exquirenda.

Edebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. prudens uiator pergens per iter obstaculis plenum periculisq; repletum, & crudelissimis, fortissimis ac callidissimis hostibus circumuallatum, cum grandi pergit formidine, circumspicit undiq; & quo tendit assidue recordatur. Ita & tu solitarie in hoc nequam seculo peregrinans, in hoc loco horroris ac uasae solitudinis, in quo est serpens flauo adurens dipsas ac scorpio degens, contra quem inuisibiles hostes fremunt, tabescunt, mille 'que modis insidiantur ac praebantur, esto coram deo iugiter formidolosus, in omnibus circumspectus, omni uirtutum armatura munitus, ad bella doctissimus ac semper paratus. Attende in definiēter, quid ideo promiseris, qualiter uota tua hucusque impleueris. Iam praetactam solitariae uitae perfectionem finalem oculis tuae mentis propone incessanter. Aduerte quantum ad eam appropinquasti, quantumq; distes ab ea acutissime intuere, perpende, inquire, considera hoc supernae uocationis brauium contemplari nō cesses eius desiderio uiriliter age, & dignam quotidie dietam exerce. Non desistas proficere: quicquid boni usq; in praesens egisti, pro modico reputa, imò ut nihilum paruipende, tibi nil in de attribuendo, nisi quod admixtum est mali, quatenus ad intentum & concupitam a te ac tibi praefixam hanc perfectionem omni hora propinquas. Nequaquam per negligentiam & torporem, per cordis dispositionem & charitatis infrigidationem retrocedas & deuias, nec instar cancorum nunc progrediaris modo retrogrediaris, sed illud perpende ac imple Apostoli: Quae posteriora sunt obliuiscens, ad ea uero quae anteriora sunt extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernae uocationis. Enimvero omnis ars ac disciplina, omne officium, omnis ordo atque religio ad aliquem tendit fructum & finem, cuius intuitu & amore æquanimitate fert laborem, strenuumque impendit conatum ad adipiscendum huiusmodi fructum ac finem, quemadmodum in militatibus, negotiatoribus, agricolis & uere studiosis studentibus palam conspiciamus, in quibus omnibus spes praemii, fructus laboris, consideratio & desiderium boni optati seu finis intentus accendit animat

Deu. 6
Mat. 23

Vita solitariae
in hoc seculo
finis

1. Pet. 3

Thren. 3
Simile

Deut. 32

Phillip. 3

animat & confortat ad laborandum, imò & uim laboris diminuit. Cum ergo in solitudine efficaciter conuersari, fructuose peragere, & contra inuisibiles atq; uisibiles animae hostes uictorialiter praebantur sit uere ars artium, scientia scientiarum, sapientia maxima, gloriosum officium, nobilissima practica celeberrimumq; dei ac angelorum spectaculum, oportet ò solitarie Christi miles incessabiliter intueri, sapiēter pensare ob que finē arripueris hoc ipsum negotium, cur ad talem uenisti uocationem, ad quid te tua astringat professio, quid uouisti ac tenearis altissimo. Hoc igitur age, & sicut bonus Saluatoris tui miles labora. Non fatigetur cor tuum, etiam si nonnunq; fragilis caro lassescat. Sit haec tua professio & tuae professionis finalis perfectio, atq; utriusq; retributio sempiterna, gloriosa ac certa in corde tuo, & meditate de eis in domo & cella tua sedens ambulansq; in claustro, & dormiens ac confurgens: moueantur quoq; inter oculos tuos, & scribas in tabulis mentis tuae, imò & in materiali charta, membrana ac litera, quam in oratorio tuo coram te figas. Postremò, quicquid ad hanc perfectionem obtinendam expediat necessarium uel consistat, aduerte exequere, & imple: & sicut in themate tangitur huius articuli, sede ab exterioribus quiescendo teq; in cunctis humiliando, & tace non solum à silentij fractione omniq; oris loquacitate cauendo, sed intus quoq; à strepētibus cogitationibus, inquietis affectibus, imaginationibus quoq; phantasticis penitus abstinento, et leuate super te, contemplando diuina, æmulanda charitativa meliora, atq; in assidua praetactae perfectionis (ad quam adipiscendam tenaris) considerationem, figendo cordis tui intuitum & affectum.

Articulus VI De impedimentis praetactae perfectionis,

Ecce non est abbreviata manus domini, ut saluare nequeat: neq; aggeuata est auris eius, ut non exaudiat: sed iniquitates uestrae diuiserunt inter deum uestrum & uos, & peccata uestra absconderunt faciem eius a uobis. Si fideliter intueamur q̄ in finita & incomprehensibilis sit bonitas, liberalitas, misericordia dei nostri, & q̄ ineffabilis sit charitas eius ad genus humanum, q̄ frequēter & seriose in scripturis hortetur nos ad confugiendum ad ipsum, ad inuocandum se, ad sperandum in ipso: quoties quoq; promiserit pietatis suae effectum implorantibus eum & confidentibus in se, ambigere non ualemus, quin ipse superbonus & superpius deus paratissimus sit nobis succurrere, concupiram gratiam omnemq; desideratam (quā tum in ipso est) conferre perfectionem. Verum defectus ex nobis est: quoniam à dei offensionibus non cessamus, impedimenta gratiae nō uitamus, neq; cor nostrum ad gratiae infusionem solcite aperimus. Oportet ergo in primis aduerte quae sint praedictae perfectionis impedimenta: quae nisi noscantur, non cauetur. Deniq; dictum est, q̄ uniuersa euangelicae legis consilia ad diuini amoris ordinem perfectionem: Charitas namq; summa & perfectissima uirtus est, ad quam caeterae cunctae referuntur uirtutes. Quicquid ergo charitati contrariatur, praetactae perfectioni penitus aduersatur. Certum est autem, omne mortale peccatum charitati contrariari, ita q̄ simul cum ea nequit haberi, sed eam expellere perhibetur. Directe uero atq; formaliter charitati cōtrariatur rancor, odium siue inuidia, prout (teste Philosopho) unum uni opponitur. Caeteroq; autem mortalium uirtutum unum quodq; unam aliquam habet uirtutem aut actum uirtutis sibi directe cōtrariā: sicut superbia, humilitatem; auaritia, liberalitatem; mitas, iram. Insuper charitati ualde repugnat amor priuatus, siue (ut asserit Augustin⁹) cupiditas, quae (ut ait) uenenum est charitatis: quod quāuis etiam de auaritia & carnali amore quolibetq; mortali uerificetur peccato, nihilominus dum cupiditas appellatur charitatis uenenum, cupiditas sumitur proprie pro uito generali, quod est amor priuatus, quo homo diligit se in se quemadmodum amor spiritalis seu charitas est, quo super omnia amat deum, & seipsum ac alia ex charitate diligenda amat in deo. Hic itaq; amor priuatus radix atq; origo iniquitatum, sanctae extat charitatis uenenum. Minoratio demum illius detestandi amoris est charitatis perfectio & incrementum: Mera uero prauis improbiq; illius amoris eradiciō, est charitatis perfectio. Itcirco si cupis ad charitatis perfectionem attingere, oportet te priuatum amorem de anime tuae uisceribus funditus extirpare, ut nullatenus diligas te in te, appetendo aut acceptando ea quae tuae naturae ac propriae uoluntati in seipsa sunt delectabilia, utilia seu honorabilia: sed ea duntaxat, quae tibi necessaria siue accommodata sunt, per respectum ad uera salutem, & ad appropinquandum ac complacendum altissimo, atq; ad honorandum ipsum in omnibus: ad quod complendum necesse est omnia dei offensiuā ac inhonoratiua totis uiribus, omni cum diligentia euitare, non solum mortalia uita, quae charitate prorsus corrumpunt, sed uenialia quoq; pro posse, quae charitate aequaliter ledunt.

1 Timo. 4

Deut. 6

Thren. 3

1 Cor. 12

1. Ia. 59

Charitas perfectissima uirtus

Cupiditas charitatis uenenum

D. DIONYSII A' RICKEL CARTHUSIANI

debilitant atq; infrigidant, ipsius minuendo feruorem. Præterea dictum est, solitariae uitæ finalem perfectionem non solum in feruenti, sincero ac stabili dei amore consistere, sed in contemplatione ipsius pura & fixa, quæ est actus doni sapientiæ secundum gradû doni illius perfecti: qui utiq; gradus sapientiæ exigit mentem ualde reformatam, politam purificatamq; esse, imò ad tantam deuenisse perfectionem, ut iam habeat fidem cum rationibus credèdos, atq; cum purificatæ intelligentiæ salutari contrariatur prudentia carnis, quæ mors est feruere oportet. Huic quippe sapientiæ salutari contrariatur prudentia carnis, quæ mors est secundum Paulum apostolum: Item sapientia impiorum, quæ contra seinuicem contendendo ac præualendo gloriâ se esse sapientes, de qua Iacobus dicit apostolus: Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt inter uos, nolite gloriari: Non est sapientia ista desursum descens, sed terrena, animalis, diabolica. Immanis quoq; proprii sensus huic sapientiæ ualde opponitur. Et breuiter, huic finali solitariæ uitæ perfectioni aut contrariatur aut aliquo modo aduersatur seu nocet omne peccatum, omnis negligentia, pigritia, omnisio, omnis quoq; incustodia sensuum, excessus uerborum, cogitationes inutiles ac peruersæ, affectiones illicitæ & iniuste; præsertim quoq; carnalis uoluptas & sensualis affectio, contra quas de dicit Saluator consilium relinquendi uxorem, parentes, ceterosq; propinquos: & item diuitiarum possessio seu auaritia, contra quas consuluit omnia propria uendi, relinquere, & generis confertit. Propria item libertas, contra quâ consuluit abnegare seipsum, & superiori parere: quæ sunt tria principalia euangelicæ legis consilia, in quibus tria monasticæ religionis uota fundantur. Ita q; sicut candidissima bysso omnis macula quantumlibet parua aliquo modo repugnat & candorem obscurat sic omne peccatum quantumcunq; minutum, aliquo modo obest, aduersatur, ac maculam parit purissimæ perfectioni præfatæ.

Articulus VII. De requisitis ad eiuſdem perfectionis adeptionem, & de remedijs contra impedimenta nunc tacta.

EXite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis. Quanto homo esse ad omne peccatum est pronior, atq; in ordine intellectuum creaturæ inferior: quâto etiam præfata solitariæ uitæ finalis perfectio existit sublimior, tâto difficilior est homini ad ipsam pertingere, indigetq; cõtinuo spiritus sancti auxilio gratioso, cuius benignitate & gratia quanto exuberantius præuenitur, iuuatur, accenditur, & intrus afficit ac reficit, tâto facilius ei est ad illâ perfectionem quotidie propinquare, ipsam in breui acquirere, imò & in acq; sita assidue crescere ac firmari & perfici: quâ ipsa latitudinem habet magnam, suntq; in ea gradus diuersi, secundum q; inter solitarios & sanctos unus alio sanctior perfectiorq; esse cognoscitur. Præterea constat ad obtinendum perfectionem illâ in primis requiri oim impedimentorum ipsius in præcedenti articulo positorum remotionem, potissime uniuersorum mortalium uitiorum: uenialia quoq; oportet quotidie deplorare, & ea in seipso punire: per disciplinas & actus pœnitentiæ, atq; cum incessanti diligentia fugere ac uitare, si ando indefinenter super cordis custodiam, & semper quasi tumentes super se fluctus, & tanq; gladium molarem, uel lapidem proprio capiti imminentem, timèdo districtissimum iudicem omnia intuentem, unde & conscientia oportet frequenter discutere, expugnare, quotidiana culpas synceriter cum dolore ac pleno emendationis proposito confiteri, ac deinceps eas omnino uitare occasiones ac iterationes, sicq; pro quotidianis excessibus, culpis, negligentijs, omissionibus, pigritijs sæpissime tunc de peccatis, in gemiscere, aspirare ad dñm, cordialiter deprecari, seipsum in cunctis uehementissime humiliare, aspernari, deslere, accusare, oim etiam correptionem patientissime ferre, cuncta aduersitate cû gaudio tolerare, imò grauioribus increpationibus & castigationibus se semper dignum cognoscere ac fateri. Insuper in cibo, potu, somno, uestitu, necesse est non solum uitare excessum, uerũ etiã in eis dẽ corp' domare, aliqd necessitati naturæ subtrahere, tamẽ cû uera discretione. Potissime quoq; opus est reprimere linguam, oculos ab euagatione compescere, motus ac impetus passionum penitus refrenare, mentem a uanis & uilibus cogitationibus prauisq; affectibus seruare immurm, carnalia abhorrere oblectamẽta, & omne opus cultus diuini cum ampliori custodia, sollicitudine ac feruore quotidie adimplere, omni demum tentationi strenue reluctari, de seipso nil prorsus præsumere, totaq; mente sperare in domino, & eius auxilium ingiter inuocare, ipsum deuotissime collaudare, magnifice colere, filialiter formidare, affectuose diligere, superioribus quoque corde promptissimo obedire, pro communi bono ecclesie, pro uiuis ac mortuis, pro propinquis, commissis & benefactoribus, pro infidelium conuersione, pro uniuersorum salute, pro pace & omni causa rationabili occurrentem, lachryma

Rom. 8

1 Cor. 9

Luc. 18

Mat. 19

Luc. 9

Simile

1 Cor. 6

Abt. 2

1 Cor. 31

Lingua potissimã reprimenda

DE LAVDE VITAE SOLITARIAE.

lachrymosas, præcordiales, assiduas omnipotenti offerre ac fundere preces. Hæc & consilia ad obtinendam præfatam perfectionem necessaria censentur, & ista consistunt saluberrima prorsus remedia contra ipsius impedimenta sic fugere, quiescere & tacere, atque in solitudine permanere, & in ea deo taliter militare. Veruntamen uerè & omnino omnipotens ac superliberrimus & benignissimus deus potest hominem etiam in medio hominum conuersantem, imò & in prælatione aut principatu constitutum, ad omnem sanctitatem ac præfatam perfectionem (prout ei placuerit) eleuare, perducere ac trãfferet: sicut & fecit in sancto pœfite Nicolao, in sanctissima Elizabeth filia regis Hungariæ Langrauiæ Thuringiæ, alijsq; quibusdã, quod ualde priuilegiatũ, singulare, rarum ac superp̃simum fuisse non ignoratur, imò mirabilissimum extitisse certissime scitur.

Articulus VIII. De modo & ordine ascenden di ad finalem solitariæ conuersionis perfectionem.

EXpoliate uos ueterem hominẽ cum actibus suis, & induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei. Deus omnipotens & æternus per dona gratiæ suæ in diuersis hominibus diuersimodo operatur: nempe nonnullos in suæ conuersionis exordio tam gratiosissime præuenit, ungit, gubernat, ut directione & informatione humana parum aut nullatenus uideantur egere: qui & mox ut conuerti ceperint, ita absorbentur in deum, & ad spiritalia efficiuntur tam ualidi tamq; interni, & in spiritali consolatione efficiuntur tam redundantes, ut cum adhuc quantum ad tempus uideatur esse in statu ac numero incipientium, quantum ad deuotionis eminentiam computari ualeant, nõ solum de numero proficientium, sed etiam perfectorum, quales constat fuisse dei electos Augustinũ, Gregorium & Bernardũ, imò & innumerabiles alios. Hi cõmuni legi nõ fuerunt subiecti: ceteri non tam subito, nec tam sublimiter profecerunt neq; proficienti: qui primo sunt instructi qualiter corpus suum debite regant, ne crapula aggraentur, nec somnolenti sint extra ordinarie aut in diuinis exterioribus quoq; reprimant sensus, potissime in diuinis, ne hauriant uanitates, distractiones aut tentationũ materiã. Moribus itẽ foris cõpositi sunt, & in uertibus exemplares, a pteritis culpis fortiter abstinentes, easq; integre confitentes in incessu ac motibus corporis ordinati, maturi, atq; in ceremonialibus obseruatijs diligenter sicq; iuxta Apostoli curã carnis faciãt, non secundũ desideria seu concupiscentiã sensualitatis, sed iuxta imperij rationis: neq; de cetero exhibeãt mēbra sua arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo; & in operibus pœnitentiæ exercitẽ se discrete, carnẽ suã rationi subdẽres, hoc est in seruitutẽ spiritus redigẽtes: & corpus suũ loco ac tẽpore opportuno moderate reficiẽtes cibo, potu ac somno. Hæc omnia ad inspicẽtes ac animales, & ad uia purgatiuã ac seruos fideles pertinere censentur, in quibus cũ nouus solitarius & religiosus nouellus fuerit exercitatus, fundata, expertus, statũ proficientiũ & rationaliũ illuminatiũq; uia ingredi debet. Hoc est circã reformationẽ motuũ affectionũq; animæ esse sollicitus ac studiose intentus, satagẽdo ad hoc, ut uniuersæ passionẽs & affectionẽs partis sensitiuæ rationi ac deo sint subditæ, quatenus de nulla re corporali sensibili, de nullo euentu, de nullo defectu, de nulla aduersitate aut p̃cipitate delectet, tristet, timeat, expectet, extollat aut afficiat, nisi secũdũ deũ & legẽ diuinã tõnẽq; rectã: sicq; in omni uirtute morali, in iustitia atq; prudentia, in intelligentia scripturæ, crescere enitamur assidue, in omni plane humilitate, patientia, tẽperantia, mansuetudine, fortitudine, obedientia, quæ est pars iustitiæ: in uera quoq; discretione, quæ est actus prudentiæ: & in custodia ac erudita loquutione, quæ est bonũ præcipuũ. Hęc est exercitatio status proficientiũ ac rationaliũ illuminatiũq; uitæ, quæ solitarijs ualde est necessaria, ad obtinendam immobilẽ mentis tranquillitatẽ in omni euentu, nisi ut de malis culpæ tam suis q; alienis doleat uehementer. Oportet q; cellitã in humilitate, patientia, mititate prorsus esse fundatũ, ne facillitẽ cõturbet, tristet, irascat, amaricet aut indignet: q; a talia cõsolatio spiritalis, deuotio actualis, interna tranquillitas, cordis stabilitas, spiritalis profectus plurimũ interpollat, impedit ac minorat. Præterea, in his iam fortiter exercitatus solitarius seu cellita, uel quicunq; religiosus aut uirtuosus uia introeat perfectiũ, hoc est statũ & gradũ spiritaliũ perfectõrũ seu contemplatiuõrũ, qui ab omni iniquitate, impuritate, impetu & cõmotione passionũ iam plenarie reformati, in omni humilitate, patientia, mititate, temperantia, obedientia, discretione firmiter stabili ac consummati, omni dono spiritus sancti sublimiter perornati, charitate prorsus accensi, iam per internam munditiã, per charitatis ardorem, per sapientiæ claritatem, per inuolabile iustitiæ zelum deo sunt proximi & quasi secretarij & consiliarij eius effecti, & mente stant quasi in contactu continuo solis iustitiæ ac sapientiæ.

Col. 3

Luc. 11

Roman. 13

Roma. 6
1 Cor. 9

Quibus inuirtibus præditus esse debeat solitarius.

increatae, ad recipiendum ab illo quotidie stillicia gratiarum, illuminationū fluentia, charitatis ardores, opulentiam spiritalem, visitationem secretam, unctiōē dulcissimā, alloquutionem occultā. Cumq; ad ista peruenit solitarius tam electus, uitā angelicā ac cœlestem ducit in terris, & uere in pace in idipsum dormit & obdormit in domino, & requiescit in sue salutis fonte, & sic oculi eius sunt semper ad dominum, benedictiq; deū in omni tēpore, nec fatiari potest psalmis & laudibus creatoris, meditationibus sacris affectuōibusq; diuinis. In his omne tempus breuissimum sibi uidetur, & uacat deo in iubilo.

Articulus IX. Quid à solitario exigat solitudo.

ECce elongauit fugiens, & mansi in solitudine. Quemadmodū tactum est, ad hoc finaliter solitaria uita est instituta, quatenus solitarius tād quietius, liberius, stabilis atq; perfectius uacet, deseruiat, & unitus sit deo contemplando synceriter, diligendo ardentē, orando deuote, laudando assidue, ac consimilia spiritalia exercendo, quāto plus est ab hominibus elongatus, & humanis colloquijs aspectibusq; abstractus. Hoc ergo d solitarie requirit à te solitudo, seu potius tua uocatio, tua profectio, imō potissime deus, & iudex tuus, ut uel talis consistas, aut certe si non dū es, ad hoc digne & indefinenter tēdas, coneris, aspirēs, ac omni die propinques. Absit ergo in aeternū à te, ut nunq; inquitudo maligna, colluctatio passionū, strepitus uitioy, fluctuatio mentis, phātaſia inutilis, suspicio uana, formido inordinata, tristitia secularis, quæ mortē operat, in tuo uerset corde, & si pullulet, erūpat aut oriatur, nullatenus immoretur, sed protinus exuffletur, & mēs dei sui aduertens præſentiā & aspectū, confestim erigatur in ipsum, & Christi passionē consideras salubriter occupetur, oretq; animo a quo & pallat, atq; diaboli cū suis iulurrijs irideat & contemnat, illud Ieremiæ attendens: Vt quod morabantur in te cogitationes noxiæ: & qd per Michæam comminatur dominus iustus: Væ qui cogitatis inutilē. Et rursus quod iussit per Isaiam: Auferte malū cogitationū ueſtray ab oculis meis. Nempe quemadmodū spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū, ita se aufert à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Increata quoq; sapientia per Salomonē testatur: Eruditis interſum cogitationibus. Tu ergo d solitarie erubescere corā deo inutilia cogitare, uiliter occupari, mentis inquietudine agitari. Deniq; quod deo propitio post huius momētaneæ uitæ curriculum, æternaliter es acturus in celo, iā pro uiribus, & si non continue, tamen assidue exerce in cella, assuesce te ipsum quotidie cum sancta discretionē ad exercitia ista spiritalia ac interna, sicutq; tibi omni die suauiora, & magis ac magis delectabit te talibus inhærere. Abhorrebis colloquia uana, uerba superflua, uisitationes humanas, occupationes externas, nisi inquantū obedientia charitatis ue fraterna exigat eas. Itaq; mundū quem corporaliter reliquisti, nolē de cetero in irate clausum tenere, neq; per tēporalia inaniter euagari, neq; mundana recollere, nec aliquo modo ad talia affici. Intuere ergo frequenter, & imple fideliter quod hortatur, imō & affectuosissime deprecatur Apostolus: Obsecro, in quiens, ut digne ambuletis uocatione, qua uocati estis cū omni humilitate & mansuetudine, cū patientia supportates inuicem in charitate. Si ista impleueris, similis erit superior portio animæ tuæ cœlestium regionū spherarum, in quibus nunquā contingūt meteorologicæ impressiones: ut sunt in elementari accidunt regione. Quāuis ergo in inferiori & sensitua animæ tuę parte, siue ex fomite, siue dæmonū suggestionē, aut humana tentatione exurgant motus inordinati, concupiscentiæ prauæ, impetus passionū ne quaquā tamen per consensum attingant rationem aut uoluntatē. Sic quoq; agēdo recte, uiro assimilaberis sapiētī, qui ædificauit domū suam supra petrā, id est habitaculum sui cordis stabiliiuit in Christo, de quo ipsemet Christus asserit: Omnis qui audit uerba hæc & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit &c. Et descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti & irruerūt in domū illā & non cecidit, fundata enim erat supra petrā. Etenim scriptura te stantē: Iustus quasi fundamentū æternum, & homo sapiens in sapientia manebit ut sol. Ad quod horrans Apostolus: Stables, inquit, estote & immobiles, abundantē in opere domini semper. Talis sine dubio fuit sacratissima Christi sponsa ac martyr Agatha, quæ immū dissimilis eam tentantibus dixit hominibus: Mens mea super petrā solidata est, & in Christo fundata: uerba ueſtra uenti sunt, promissiones ueſtræ pluuia sunt, tortores ueſtri flumina sunt, quæ quamuis me impugnent, fundamentū tamen domus meæ cadere non ualebit. Postremo in his tanq; in speculo cōtemplare te ipsum tu solitarie degens, perpende an adhuc pro modicis causis, pro paruis ac uilibus rebus, pro leui uerbo, iniuria parua, aut quod turpius esset, pro correptionē charitativa & iusta turbetur & inquietur cor tuum.

Psal. 7

Psal. 14

Psal. 33

Psal. 54

1. Cor. 7

Iaco. 5

Iere. 4

Mich. 2

Isaie. 1

Sapi. 1

Eph. 4

Mat. 7

Proverb. 10

Ecc. 17

1. Cor. 15

uum: quod si ita est, uide q̄ pusillus, pauper ac defectuosus existas, q̄ modice profectisti, q̄ longe à tuæ professionis finali perfectione sis distans. Iccirco poenitentiam age, deplora te ipsum, inuoca deum, renoua salubre propositum, aggredere contra te prælium, reprehende & irride te, dicens: Vbi est timor tuus: fortitudo tua: patientia tua: & perfectio uitæ tuarum? Sicq; propone firmissime te in omnibus emendare, patientiam de cætero non solum in paruis, sed in maioribus etiam aduersis seruare, neq; de aliquo contristari, nisi quo elongaris à deo, & displices ei.

Articulus X. De solitudine fructuosa & infructuosa.

SVccide ficulneā, ut quid occupat terrā: Vere fructuosa, nobilis & præclara est solitudo, seu potius solitaria uita, in qua solitarius habet se, sicut in præcedenti continetur articulo: hoc est, ut exigit solitudo & solitariae conuersationis professio. Deniq; iste est solitarius sapiens, qui medijs sibi concessis utitur congruenter, ad obtinendū solitariae uitæ perfectionem finalē, uniuersa media illa ad finem hunc ordinando, eisq; taliter & in tantum utendo, prout expedientius sibi est, ad acquiendū huiusmodi finē. Porro, media ista sunt ipsa exterior solitudo, reclusio, abstinentia, ieiunium, disciplina, lectio, studium, scriptio, cilicium atq; consimiles corporales exercitatioes in seipsis ad modicum utiles, nisi ad pietatem, ad cultū dei, ad sapientiæ actū, ad perfectionē internā congrue referantur. Qui ergo omnia ista exerceat humiliter ac prudenter, quatenus mereatur per ea ad maiorem à deo gratiā adipisci, intus purgari, ad reformationē interiorū suorum proficere, fini suæ uocationis ac perfectionis appropinquare, sapienter se habet ac ordinate, deū incessanter exorans ac feruide deprecans, totisq; uiribus ad hoc ipsum cooperans ac laborans, ut per media illa quotidie spiritalior, uirtuosior, atq; in omni uirtute (præsertim in dono sapientiæ & charitatis seruire) fiat perfectior. Talis interea totam suam conuersationem in uera ac forti fundant humilitate ac dei timore, quas duas uirtutes debet omnis religiosus, precipue solitarius, tam in desinenter mente reuoluere, q̄ incessanter persistit anhelitu narium ad rem ipsum attrahere, ut sanctus edocuit abbas Pastor. Porro, qui media illa & exercitia corporalia in seipsis reputat magna, & sistit in ipsis, aride & superficialiter ipsa exercens, neq; per ea intus mundari, proficere, perficifacgens, in discretus ac fructus est, sine fructu & gustu interno laborans, similis ei qui habet scalam, nec tamen ascendit per eam & nauem, nec utens ea ad transire tan dum & medicamenta, quibus ad sui curationem cum tamen ægroter, non utitur: imō similis habenti panem & potum, & tamen ex fame sitiq; morietī. O q̄ mi ser & imprudēs est talis. Præterea, de tali solitario uel potius solo, solitudini suum debicum non soluenti, neq; per aptissima quæ habet proficiendi media proficienti, optime in suis loquitur Homelijs Eusebii Emisenus, quē inter uiros illustres sanctus ponit Hieronymus: Quid, inquit, nobis prodest habitationis huius secretū, quando tyrannico dominatu in nobis malitia regnat, ira super equitat, maioremq; metum, reuerentiā atq; custodiā nobis incutit humanus oculus q̄ diuinus, dum nos qui extra mundum esse nos credimus, & mundum nos reliquisse præsumimus & iactamus, mundum intra nos per diuersay uitia passionum, per imagines phantasticas, & cogitationes inanes clausum tenemus: Quid prodest si locus quietus solum corporaliter teneatur, & inquietudo in corde uersetur? Quid, in quā, prodest, si in habitatione silentium sit, & in habitatoribus uitiorum tumultus & colluctatio passionum? si exteriora nostra ornent serenitās, & interiora conturbet tempestas? Nonne similes sumus sepulchris dealbatis, quæ (iuxta saluatoris eloquium) a foris apparent hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, uermibus, serpentibus & foetore ac omni spurcicia: Talibus insipientissimis solis imminet maledictio iudicis summi, qui scribis & phariseis loquens: Vos ait, estis, qui iustificatis uos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra. Et rursus: Væ uobis hypocritæ, qui paretis hominibus iusti, intus uero pleni estis hypocriti & iniquitate. Genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Sciamus ergo paz aut nihil nobis prodest, si corpora nostra ieiunij, abstinentijs, uigilijs, disciplinis, ueste aspera, durioriq; strati reclinatorio affligamus, & animas nostras à uitijs, ab inquietudine passionū, à superbia, ira, impatientia non purgemus? Quid prodest corporalis afflictio, si linguā & mentē deturpet detrahitio? Nonne omnis labor noster in nihil redigit? O quā periculosum est, cellam inutiliter occupare, in qua alius fructuose demoratetur, suisq; meritis & precibus fundatori & benefactoribus ac alijs multis auxiliaret. Heu quā impium atque damnabile est, patrimonium crucifixi, elemosynas pauperum, beneficia fundatorum indigne consumere, ingrâte suscipere, iniuste expendere. Nonne scholares ad

Luca. 13

Corporales re ligiosi exercitatioes, quatenus profant.

Mat. 23

Luc. 16

Mat. 23

ad studendum alieubi missi, parum aut nihil proficientes, ac partem suorum patrimonii dilapidantes, ad suos regressi parentes, ægre & indignanter aspiciuntur: Qualiter ergo iudex ille celestis te suo tribunali, mox post uitam hanc presentatum aspiciet, qui in schola uirtutum, hoc est in claustro, in quo ad proficiendum te collocauit, post menses & annos, post tempus & tempora, post aut nil interius proficisti, nec tuæ satisficisti professioni: Aduerte ergo & ualde formida quod ait scriptura: Si quid nouisti deo, ne moreris reddere: et dicitur enim ei stulta & infidelis promissio: quo constat illam promissionem reputari a deo stultam & infideliem, quæ promittens non nititur iuxta uires sine mora implere. Denique, si quis adhuc secularis aliquid deo promittat, absque determinatione temporis certi, teneatur hoc ipsum, quod cito factus affuerit, adimplere: quæ tamen magis religiosus mox ut professionem emisit, eandem exequutioni mandare teneatur. Aduerte hoc solitarius, qui mox suorum conuersionem spondit altissimo, qualiter id impleuit, nec cesset solitudine cæteris præ tactis proficiendi instrumentis ac meritis prudenter uti ac fructuose, crescendo per ea assidue in interioribus suorum reformatione, in mortificatione salubri, in abnegatione obediuntialia, in conuersatione perfecta.

Articulus XI. De reformatione interna.

Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate. De multiplici ternario, quo de infimo ad summum, de uia ad patriam, de imperfectione ad perfectionis brauium peruenitur, diuersi patres ac deuoti doctores diuersimode uidentur loquuti, attamen dicta eorum in idem redire uidentur. Etenim quidam hunc ponunt ternarium statum incipientium, statum proficientium, statum perfectorum. Aliqui istum statum animale, statum rationale, statum spirituale. Nonnulli hunc uiam purgatiuam, uiam illuminatiuam, uiam perfectiuam. Ceteri istum uirtutem politicam, uirtutem purgatiuam, uirtutem purgatiuam animi & redeunt ista in idem. Status quippe incipientium est in recessu à malo, & primordiali accessu ad bona uirtutum: status proficientium est inchoatum bonum strenue proficere, & crescere in eodem, quod est interius reformari, in intellectu illuminari, & perfectione efficaciter cupere. Status perfectorum est, per contemplationem gustare quod dulcis est dominus, atque per feruentissimum charitatis ardorem ad mysticæ theologie secretum pertingere, quod est introire in sanctuarium dei, incerta & occulta sapientia dei per unitiue ac flammigeræ sapientia: donum, & item per actuale desuper infusam irradiationem, fulgere, uibratiuam conspiceret. Ad primū horum pertinet, status animalis uiaque purgatiua, & uirtus politica seu moralis: status rationalis, uia illuminatiua & uirtus purgatiua: ad tertium, status spiritualis, uia perfectiua & uirtus purgati animi seu uirtus heroica. Denique, ad animale pertinet status, corpus in animam redigere feruente, exteriores reprimere sensus, foris esse compositum, obseruantias ceremoniasque rimfecus custodire, per fidei quoque ueritatem ab omni hæretica prauitate ac infidelitatis errore discedere, atque per charitatem cunctis creatis ac sibi ipsi deum preferre, & ei finaliter adherere. Ad rationale uero pertinet status, reformationi interiorum uirtutum principaliter insudare, sensui appetitum, affectiones & passionem per rationis iudicium, & per uirtutes refrenare, moderari ac rectificare morales, intellectu scripturarum intendere, & per donum intellectus rationes & argumenta sacræ fidei competenter agnoscere. At uero ad spirituale attinet status, deo glorioso ac adorando synceriter adherere, per contemplationem sapientialem intendere, & per purgatiuam serenissimamque amoris in ipso quiescere, corporeque anime iam subiecto sensitiuaque parte rationi. Præterea, per originale peccatum deformata fuit multipliciterque infirmata ac læsa natura humana, sensualitate fomite profusa infecta, ratione etiã obscurata, & uoluntate per malitiam uulnerata, necesse fuit hominis reformationem inchoari in parte sensitiua per uirtutes morales infusas. In ratione per fidem, in uoluntate per spem & charitatem: sicque initium reformationis intellectuque potentia, ut puta rationis est, sine ambiguitate simpliciter credere, iuxta scripturas & doctrinam ecclesiæ. Profectus rationis est, rationes credendorum competentem perspicere, in scripturarum intellectu succrescere, atque in lege diuina die ac nocte sollicitè meditari ad obediendum eidem. Perfectio rationis est, ea quæ fidei clario quodam intuitu intelligentia penetrare & delectari in consideratione huiusmodi, argumenta etiam fidei omnemque nexum, consonantiam ac ordinem credendorumlympida mentis acie speculari, altitudinem consilij ac sapientia: dei super modum redemptionis generis humani sobrie admirari: sæpe quoque per raptum & extasim in diuitias gloria: altissimi eleuari ac absorberi in totius sapientia: infinitum ac super splendidissimum fontem. Insuper, initium reformationis uoluntatis est, per spem ad futura inuisibilia aequaliter erigi, beatitudinemque celestem

Eccl. 7

Eph. 4

1. Pet. 2
Psal. 72

Rationis profectus atque perfectio

lestem fideliter præstolari, & item per charitatem summo bono præ cæteris coherere, & omni peccato charitati contrario repugnare ac dissentire. Profectus uoluntatis est, inferioribus uirtutibus cum efficacia imperare, omnes quoque affectiones ac motus sensitiua: partem habere assidue magis ac magis sine rebellionem subiectas. Perfectio uoluntatis est, cunctis affectionibus alijs reformatis, simpliciter ac adunatis seu ordinatis deo per ardentissimam charitatem totaliter applicari inseparabiliterque uniri, imò & transformari in ipsum omnino. Præterea, de reformatione memoriæ dicunt nonnulli, quod reformationis eius initium sit distractio uoluntatis cor ad dei recordationem laboriose reducere. Profectus uero ipsius sit meditationibus, contemplationibus, orationibus ac laudibus dei cum notabili stabilitate faciliter inherere, sicque in latitudine cordis cum deo quasi in paradiso deambulare. Perfectio autem ipsius sit sic deo esse immersum, ut cæterorum omnium, imò & sui ipsius ac proprii actus obliuiscatur, nil horum actualiter attendendo, præ nimia & intensissima occupatione ac deflectione memoriæ in superabili ac incomparabili deo. Veruntamen secundum philosophos atque theologos memoria & intellectus seu ratio realiter idem sunt, ita quod intellectus in quantum locus & conseruator est intelligibilium specierum, nuncupatur memoria. Postremo & hoc scire oportet, quod distinctio huius triplicis status non est accipienda præ cæteris, uidelicet per exclusionem omnimodam unius status ab alio, imò unus eorum aliquid participat de actibus status alterius. Qui enim in statu est incipientium, eo ipso quod recedit à malo, & aliquid agit boni atque ad meliora conatur, est aliquo modo proficiens, præsertim cum in uia dei non proficere dicatur deficere: sic & proficiens aliquid perfectionis proficiendo attingit paulatim. Porro, profectus quoad uiuitor est, tanto plus omni proficit die, quanto perfectior extat in charitate, cum totius profectus ac meriti charitas sit origo ac radix.

Articulus XII. Exhortatio ad indefinenter seruandumque profectum.

Sic currite, ut apprehendatis. Non immerito ait scriptura: Homo cum in honore esset non intellexit. Hinc ingrati & negligentes efficitur, quoniam magnitudinem & excellentiam donorum ac beneficiorum nobis desuper collatorum ac promissorum non condigne aduertimus nec profunde pelsamus. Quanta est gratia ista, quam speciale beneficium, quam maximum donum quod tibi de religiose ac solitarie est concessum, quod questrauit & retraxit te deus à conuentu malignantium, à multitudinem operantium iniquitatem, & ad tam singulariter sanctum & excellentem solitariorum ordinem te perduxit, quod te abscondit in abscondito uultus sui à cõurbatione hominum, teque protegit ac protegit in tabernaculo suo in solitario loco à contradictione linguarum. Cur ergo de tuo uicem non reddis? cur negligis te ipsum, nec cum timore ac tremore tuam operaris salutem: neque cum metu & reuerentia, sed cum torpore & negligentia seruis ei cui angelorum exercitus cum tremore assunt, sub quo curuantur qui portant orbem, de quo factur propheta: Male dictus qui opus dei facit negligenter. Nonne olim Leuitis circa carnalia sacrificia ministerium quoddam exhibentibus, loquutus est Moyses: Num parum est uobis, quod separauit nos dominus à populo, & iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi? Si ergo tam magnum fuit deoseruire circa sacrificia typica illa, in se nihil sanctitatis formaliter includentia, quod incomparabiliter maius est sacerdotem esse dei uiuentis in ecclesia Christi, & corpus ac sanguinem consecrare, tractare, ministrare ac sumere saluatoris, imò totum Christum deum & hominem, æterni patris ac sacratissimæ uirginis unicum filium, sanctum sanctorum deo patri offerre, contra tractare, accipere: Nonne angeli sancti super tam supernaturalissimo ac præclaro stupent spectaculo? Cur ergo iuxta tanti sacerdotij dignitatem non ambulas digne deo? Quare ullo cessas momento considerare, quod magnifice atque piissime dominus egerit tecum: Nunc igitur respice & omni negligentia, carnalitate ac torpore exclusis, profunde aduerte, quanta sit dignitas, pulchritudo, nobilitas, splendor ac gloria solitarij omniumque religiosi, suæ professionis debitum donec perfoluentis. Vide si potes ad quantum eminentia culmen, ad quam præclarissimas, prærogatiuas ac gratiosissimas appellationes, per efficacem tuam professionis impletionem, uirtuosam & uere solitariam uitam promouearis. Nonne per charismata gratiarum, per sapientia: claritatem, per uirtutum decorem, per puritatem internam, per custoditam fructuosam & contemplatiuam coram deo conuersationem, per odium uitioꝝ, per ardentem deitatis amoris efficacis non solum seruus dei, imò & filius adoptiuus, secretus amicus, hæres regni celestis, increata: sapientia: sponsum, amatissimus dei, & tanquam consiliarius ac secretarius creatoris: Intuere quod deificum & præclarum consistat, cum deo assidue miscere colloquia in orationibus ac laudibus eius, Ipsumque tibi loquentem audire

Statum distinctio quomodo sumenda.

1. Cor. 6
Psal. 48

Psal. 52

Psal. 30

1. Cor. 48

Eph. 4

Roma. 8

audire in lectionibus scripturarum, in inspiratione occulta, in manifestationibus abditiorum. In super, deum intra se brachijs sancti amoris omni hora constringere, deosculari, amplecti, nec ab eo uelle aut posse auelli. O qui super dignissimus est deo patri omnipotenti unigeniti ac supercharissimum filium eius quoti die immolare, imo spiritaliter omni hora offerre pro generali bono totius ecclesiae, pro uiuis ac mortuis, pro parentibus, propinquis, commissis ac benefactoribus, pro infidelium quoque reformatione ac conuersione: imo & seipsum deo offerre in holocaustum, diuino cultui mancipando deuotissime ac iucunde se totum. Haec perpendat, contentus ac penetret qui id potest. Ego autem non ualeo, sed mirabilis facta est scientia horum magnanimi, magnificentiae, munificentiae & omnipotentiae tuae o deus mihi, & ex me confortata est, & non potero ad eam. Praeterea, sicut beneficentia tanta ac talia comprehendere non ualeamus, ita nec possumus regratiari condigne: nihilominus quae admodum pro uiribus regratiari tenemur, ita & haec pro posse considerare ac speculari debemus. Amplius constat, quod quanta est dignitas solitariae sic uiuentis, tanta est uilitas, turpitudine, iniquitas in solitudine residetis, nec taliter, sed impie conuersantis. Talis namque est seruus peccati, minister diaboli, membrum Antichristi ac fatanae, deo odibilis ac rebellis, omni bruto deterior, omni cloaca atque caduere turpior, indignus pane quo uescitur, terra quam calcatur, aere quem respicit, imo omni usu & obsequio creaturae. Cum itaque in isto breuissimo uitae tempore residuo ad tam supernaturalem & inenarrabilem nobilitatem & excellentiam quae pertingere, tamque inestimabilem in aeternitate beatitudine promereri, tantam quoque uilitatem, foeditatem, iniquitatem ac condemnationem euadere, nolite negligenter in re locum sibi habere, nolite remissius agere, imo quod die accedat cor tuum, & conualecat spiritus tuus: & si non solo ac puro dei amore ad ita conuersandum alliceris, saltem per dictorum bonorum desiderium pariter te inflamet. Praeterea, uigilanter aduerte quod miserabile ac misere arbitraris pliatorum, quod post in clytos congressus ac triumphos arduis bellis foris ad deos, paulo post in proprio loco, in paruis ac leuibus pugnis turpiter uinceres, & pene sine resistetia te tradere hosti: Nonne miserabilior ac infelicior tibi uidetur religiosus, praesertim solitarius, qui cum in adulescentia aut iuuentute sua, adhuc in seculari uita degens, robustissimus fuit ad relinquendum simul totum hoc seculum & cuncta quae habuit, charissimos quoque parentes, cognatos, amicos ac proximos, deinde seipsum in uicem post professionem monasticam ac diurnam in cenobio mansionem, cum deberet esse magister spiritalis militie, propter tempus superat in minimis, pro uno uerbo commouet ad iram, pro parua re sibi ablata, lesa aut perditam grauius conturbat, atque impatiens spiritu uelut ebrius agitatur, pro beneficio charitativae ac iustae correptionis (quam cum gratia actione & gaudio merito sustineret) indigna perterere loquitur, & mala pro bonis largitur. Quam autem quod talis implebit quod ait saluator: Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persequuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes, propter me, gaudete in illa hora & exultate: Respicite ergo ad tantam insaniam, ad tantam confusibilem uitam, ad tantam grauiam aeternae damnationis periculo. Denique, nonne insensatum ac fatuum reputares agricolam, uindemiatorem seu hortulanum, qui se gradi exhaurit labore arando, uide colendo, hortum purgando, attamen nullum ex his acquireret fructum: Sic rudes & excaeci censentur, qui in corporalibus exercitiis, quae instrumenta ac media sunt uirtutum, seipsum extenuant & affligunt, nec tamen per haec ad interiorum emendationem, ad uirtutum sinceritatem, ad saporem ac sensum internum, ad intentam perfectionem appropriant aut pertinent, imo quod perniciosissimum periculoissimumque consistit, ad obloquendum aut indignandum, ac murmurandum, ad retribuendum malum pro malo, atque ad similes passiones manere procliuem, ita quod nondum inter bonos seculares computari merentur.

Phil. 118

Iohan. 8

Mat. 5

Luc. 12

Gregorius.

Articulus XIII. Quam periculosum atque damnabile sit in solitudine & cenobio non proficere omni die.

Vi multum datum est, multum quaretur ab eo & cuius plus commendatum est, plus requiritur ab eo. Manifestatum iam est quod multa, magna, praecleara & gratiosa contulit beneficentia deus his, quos eduxit de hoc seculo nequam, & in obseruantia posuit regulari, in solitaria uita, per quod ipsos ab innumerabilibus retraxit ac preseruauit peccatis, atque aptissima profectus & perfectionis ac sempiternae salutis instrumenta ac media prouidit ac contulit ipsis, quae quanto maiora sunt, tanto sunt grauiora excelsus abuentium eis. Porro, omne peccatum uitae praesentis, & peccatum est in se & poena peccati, in quantum homo prioris peccati demerito, quod mox per contritionem non tollitur, incidere promeretur ac incidit sequens peccatum. Unde dixit Gregorius: Peccatum quod per penitentiam non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Cum etenim homo peccat, a deo omnino non recedit, aut ab ipso aequaliter se elongat: sicque iuste a deo relinquitur totaliter aut in parte meretur,

meretur, & ita relictus mox labitur, nisi rursus a deo misericorditer praeniatatur. Hinc solitario periculosum omnino est, non iugiter super suam stare custodiam, & beneficentiae dei meditari salutis sibi collatis abuti. Insuper, asserit Christus: Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui & non facit, plagis uapulabit multis. Ex hoc innotescit, quantum ex hac parte graueur negligentia, ingratitude, duritia religiosorum & solitariorum, se praeue habentium, qui cum in desinenter die ac nocte audiant, legant, agnoscant scripturas ac documenta sanctorum, ita quod natant in ipsis, nec compunguntur timore, non accenduntur amore, nec fire nue operantur, & quod damnabilis extat, ex sua interdum scientia (quamuis pusilla) inflamantur, ac suos tuentur errores, & contra corripientem acris inuehuntur. Haec est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum, propriam culpam excusare, non recognoscere ac fateri. Praeterea, iuxta doctores, praesertim solennis professio, obligat uehementer, & non solum plus quam simplex praecceptum, imo etiam magis quam iuramentum. Quamuis autem status religionis non sit status perfectionis acquirere, sed acquirere deus: propter quod religio si non tenetur mox esse perfecti, sed de die in diem proficere, ad perfectionem condigne tendendo, aspirando, conando: imo circodamnabile eis est remissius agere, tepescere, dissolutionem admittere, profectum differre: praesertim cum dictum sit, eum qui aliquid uouit deo, tempus certum non determinando nec exprimendo, obligari ad uoti impletionem citius quo conuenienter hoc potest, iuxta quod Salomon loquitur: Si quid uouisti deo, ne moreris reddere. Unde scriptum est: Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promissisti domino deo tuo. Haec aduertant qui morum suorum conuersionem deo uouerunt. Omnes quoque religiosi, qui ex sua professione, quamuis multiplici ac diuersa, omnes tamen ad perfectionem idonee tendere astringuntur, nec differant hoc implere. Hinc sancti patres testati sunt eos qui in sacra religione non discunt nec assuescunt, & fatagunt seipsum quidie frangere, abnegare, subijcere, obedire, multo deteriores in cenobio effici quam erant esse: ut poterant in uita & habitu seculari. Necessario ergo, ut tu qui sanctae religionis assumisti militiam, primum in teipsum sis feliciter uiolentus, & uincas in cunctis teipsum, propriam animositatem, uehementiam, carnalitatem, duritiam, quod gratia adiuuante facilitate adimplebis, si discas & assuescas te in deo duntaxat diligere usque ad tuipsum contemptum: sicque amplecteris, gratanter ac laetanter suscipies omne quod expedit tibi ad complacendum altissimo, subiectione & abiectione gaudebis, in tui aspernatione & omni humiliatioe ac persecutione tanquam in cunctis diuitiis exultabis. Haec est uera religiosorum philosophia, haec sanctorum patrum doctrina, qui etiam contestantur, quod in eremo seu solitudine non perfecte conuersari summa existat damnatio.

Haba. 2 Luc. 12

Eccles. 5 Deut. 23

Articulus XIII. Quod Christus in suis praecceptis ac documentis omnem superbendi & uane gloriandi occasioem, omnem quoque praesumptionem atque iactantiam abstulit seruis suis.

Omnia feceritis omnia quae praeccepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus: Quae admodum ait saluator: Primum omnium mandatum est: Diliges deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Ecce hoc est primum principalissimumque mandatum, cuius impletionem iudex caelestis primo ac principalissime a nobis requirit, atque dum fuerit tribunali presentati requirit. Quis iam poterit gloriari aut ceruicem extendere? quis audebit de meritis suis praesumere seque iactare aut alteri praeferre, uel magnum se reputare, cum ignoret an primum istud praecceptum impleuerit, imo cum nesciat an quo ad minimum gradum adimpleuerit illud: quippe qui nec de hoc certitudinem habet, quod habeat charitatem. Denique, dato quod de hoc certitudinem haberemus, & uere sciremus nos efficiter profecisse, nunquid in nobis ipsis inaniter gloriari possemus? Nonne saluator loquutus est: Sine me nihil potestis facere? Atque Apostolus: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepieris? Denique, tot & tanta beneficia contulit nobis, quod pro eis nequaquam sufficimus deo condigne regratiari, aut idoneum rependere cultum, neque aequalens reddere ei: potissime cum & merita nostra sint dona ipsius: propter quod quanto plus in omni uirtute proficimus, quanto maiores effecti fuerimus, tanto plus deo omnipotenti, pio, iusto ac liberalissimo grati, subiecti ac humiles esse tenemur. Hinc saluator sapientissime docuit: Cum feceritis omnia quae praeccepta sunt uobis, dicite, serui inutiles sumus. Insuper, bonorum nostrorum non indiget deus: ideo quicquid egerimus, nullam ei sed nobis ipsis utilitatem afferimus: sicut & beatus Iob ait: Si peccaueris, quid ei nocebis?

Luc. 17 Mar. 12

Iohan. 15 I. Cor. 14

Luc. 17 Phil. 15

Iob 35

DDDD Porro

Porro, si iuste egeris, quid donabis ei? Homini qui similis est tui, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua. Hinc circa iam tacta scribit in regula sua sanctus Hieronymus: Quamuis longa macerent ieiunia, licet abiecta sit uestis, & longa officiorum ac operum series producat, in ius desit charitas, nondum ad infimum religionis gradum peruenit. Nulla pro certo uita deterior, quam simul de gere corpore & non mente. Et uere in felices sunt, quibus non una, sed diuersa inest uoluntas: sit itaque uobis semper unus affectus, una fraternitas, una uoluntas, una proportio morum, una iucunditas, una tristitia, ne quod placet uni, displiceat alteri: ne quo unus lætatur, alter tristetur. Quem quantumlibet religio sum non perterrant uerba ista: Quis tam perfectus in charitate? quis tam concors suis conuentualibus, ut sit ei semper cum illis una non diuersa uoluntas, una proportio morum, nec uni complaceat, quod displicet alijs: nec unus lætetur, quo alter tristetur? Ecce quantum timere habemus, ne (quod absit) uita nostra sit pessima, atque a sincera charitate disentiens, quam optimam esse cõsidimus. Postremo (teste Apostolo) charitas patiens est & benigna, non æmulat, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. Quis audet asserere talem se gerere ad proximos charitate? Timeamus ergo & humiliemus semper nos ipsos, totisq; uiribus conemur proficere.

Articulus XV. De actuali mentis eleuatione ad deum assidua, imò & quantum possibile extat continua.

Viuat dominus, in cuius conspectu sto hodie. Ad hoc toto conatu indefinenter tende & stude o religiose, & tu presertim solitarie, ut quantum fragilitati tue possibile est, in omni actu, loco & tempore, saltem dum uigilas, cor tuum sit actualiter superglorioso, incircumscribibilis ubique præsentissimo deo intentum, suspirando ad ipsum, gemendo, pectus tundendo, manus tunc & leuando, potissime dum es solus: diuina quoque pietatis uiscera affectuosissime inuocando, pro te ipso & pro toto mundo, pro uiuis ac mortuis, & specialiter pro his, pro quibus magis tibi incumbit. Insuper, superinfinitam dei excellentiam, maiestatem, iustitiam, misericordiam intendendo, beneficia ac promissa ipsius pensando, sed & bonitatem eius purissimam & immensam diligendo seruetur, psallendo & laudando creatorem tuum alacriter. In his omne tempus tuum expendere, nec in comedendo, laborando, aut cum alijs conferendo cesses ab istis, imò nullum inutile uerbum cum uisitantibus seu alijs habeas, memor archiepiscopi postolici uerbi illius: Si quis loquitur, quasi sermones dei. Denique, ubi maior est occasio incidendi aliquam culpam cordisq; dissolutionem, ut in delicatioribus alimentis, in charorum aduentu, in exitu ad aduenientia extraneos, ibi sis magis custoditus, timoratus, sollicitus & mente ad deum suspensus. Itaque quicquid egeris, quocumque te uerteris, à dei commemoratione, alloquutione, oratione & laude non cesses: nec æstimes tibi istud impossibile, præsupposito gratie dei auxilio in solitario locome in aliorum regimine ac dispositioe formis occupato, quod sanctus rex David in tot & tantis regni negotijs occupatus, in regali implesuit palatio: Providebam, inquit, dominum in conspectu meo semper. Et item: Oculi mei semper ad dominum. Cõsuetudo tanquam altera est natura: nec aliquid ita difficile, quod non facilius fiat usu. Assuesce ergo cor tuum ad ista, dic animi tui: Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomina sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retribuciones eius. Et rursum: Mihi adherere deo bonum est. Omne tempus te perdere iudica, quo non egeris ita. Aduerte quantum incurras dispendium, quantum incommodum, dum cogitas quid inane, dum per inutilia euagaris, quando infructuose te occupas aut otio uacas. Tunc quippe nequissimo hosti aditum præbes ad impugnan dum te fortius, ad suggerendum peiora, ad præsentandum tuæ imaginationi uana ac friuola, ad reuoluen dum in tua memoria illata tibi iniurias, ut contra proximum accendaris & uicisci te cupias, aut certe aliorum defectus, ut proximos tuos contemnas, diiudices & sine fraterna compassione indigneris, amaricor, ac sinistre suspiceris de ipsis. Hæc sunt germina pessima, simulachra male dicta depictions cordis turpissimæ, quibus puritas cordis foedatur, celestis quoque sponsi thalamus inquinatur. Si ergo ò anima sancta sponsum illum supernum superdignissimum complexibus frui, in diuini amoris incendio crescere, non cesses te ad ipsum dirigere, in ipso quiescere, actibusque præactis strenue occupari, atque ab omni offensiuo ac

inhò

inhonoratio presentia tantis sponsi, ac maculatio sui cubiculi diligentissime abstinerere. Articulus XVI. De perugiliac perenni cordis custodia.

Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè. Certe, ut ait scriptura: Beatus homo qui semper est pauidus. Quis enim in medio ambulans laqueorum, non timeat uehementer? Attende quæ circumspecte, custodite, sollicitè gradiatur mercator, pretiosas deferens merces per campum, raptoribus, latronibus, infidiatoribus solitè incurfari. Tu ergo religiose cellita, noli unquam uana securitate resolui non te putes pericula euasisse, imò hoc scito, quod solitarijs inuisibiles inimici acris, incessabilibus inuidiosisq; insistent, insidiant ac irruunt. Itaque, quæ pretiosiora tibi à deo collata sunt munera gratiarum, quæ meritis plus abundas, quo diuturnius deseruisti altissimo, & pro regno laborasti superno, eò circumspectior esto & timorator coram deo, ac magis sollicitus in teipso, ne te iacula tangant ac feriant inimici, ne tentationum sagittis lædaris, ne sub specie boni fallaris, ne spiritui malo succubens, id est peccato consensiens, omni tua spiritali opulètia spolieris: ne gaudeat super te inimicus, & dicat, præualui contra eum. Indefinenter ergo aduerte & recole, quæ in presentia summi dei ubique & semper sis, degas & ambules, qui uniuersos gressus tuos dirigit, qui cor tuum scrutatur tuasq; omnia clarissime intuetur, & pro omnibus his in iudicium te adducet. Hunc igitur incomparabiliter time, eius adorandam super dignissimamq; presentiam deuotissime uenerare, ab omni eius offensa diligentissime caue, & sic feliciter adimplebis quod hortatur scriptura: Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso uita procedit. In corde quippe est charitas dei, quæ uita est animæ, radix merendi, forma & motrix uirtutum. Denique, cor tuum castrum est & fortalium spirituale, templum spiritus sancti, habitaculum saluatoris. Quemadmodum ergo in castris ac templo pretiosissimo materialiter diligens inuacuos custos, ita in ostio cordis tui steterit custodis perugilis, timor dei ingens ac indefessus, omni iniquitate, negligentia ac torpori introitum prohibens, diuitias cordis sollicitè seruans, ab omni uanitate, laxatione in discretionemq; retrahens: scriptum est enim: Si non in timore dei tenueris te institer, cito subuertet domus tua. Porro, uicinas. Quis in uita hac potest sic custodire cor suum ad mala tam prouum, tam instabile, defectuosum ac miserum? Audi Apostolum protestantem: Omnia possum in eo, qui me confortat & quod fatei Psalmista: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei coeli commorabitur. Ideo confidenter ac iugiter inuoca deum, eius implora auxilium, ipsius adiutorio, non tuis uiribus aut meritis nitaris, & in ipso quiescas, & ipse te proteget ac iuuabit. Fac quoque fideliter quod tuum est, & sicut sagittarum ad signum assidue dirigunt suum uisum, ita tu cordi tuo imprimere aliquid utile ac salubre, & assuesce illud frequenter recolere, diligenter pensare, & quotiescuq; mens tua distrahitur, aut distractum te sentis, protinus sine mora ad illius intuitum reuoca, & atrolle cor tuum, & portes ad hoc assumere uerbum præactum, quod sacratissimi uates Helias ac Helizæus toties protulerunt: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie. Hoc etenim uerbum recolendo, protinus eleuatur mens tua ad diuinam maiestatis omni bus præsentis considerationem, dicendo: Viuit dominus, qui solus propria & imparticipata autoritate uniuersis & singulis dominatur, atque ad suæ sapientiæ ac prouidentia perfectione immensam, addedo, in cuius conspectu sto hodie: & ita sis memor diuini iudicij, quo ab illo es iudicandus: sicq; horrore concuteris, sapientiali quoque repletis pudore, quia ex horum aduertentia erubescis te in eius presentia indigne inutiliterq; habere, & ita custodia cor tuum, cauens & metuens coram summi iudicis cuncta uitia prohibentis aspectu peccatorum hoc est omnipotentis super sanctissimo deo in sanctitate & iustitia deseruire. Hinc uerbum illud præactum, uiuit dominus &c. corde ruminare non cesses, ut sis animal mundum, & mirabilè celeriter inde senties fructum. O quam felix ac meritoria est hæc ciugis ac timorata cordis custodia, uereq; sapiens est, qui ad eam assidue ordinat cuncta exteriora & corporalia exercitia suam miser uero & stolidus est, qui forinsecus remanens, per diuersa hinc inde phantasmata rapitur, negligenter operatur, in diuinis distrahitur, & inde quasi securum se arbitratur, quoniam aliquantum temporis expendit in claustro aut cella, & corporalia magnipendens exercitia sua monastica, similis sancto Briccio, qui adhuc impatiens ac superbus, à sanctissimo Martino iuste & pie correptus, mox iracundia inflammatus, uirum illum eximie sanctitatis acris reprehendens: Ego, inquit, ab infantia mea deo seruiui: uero in militaribus actibus à pueritia fordusti, & deinceps in apparitionibus quibusdam phantasticis occupatus, tempus tuum inaniter consumpsi. Ex quibus uerbis Martinus sanctissimus nequaquam turbatus, sensibilibus uidit diabolum ex aduerso Briccij stantem, & ipsum ad proferendum talia in fidi

DDDD 2 gantem,

1. Cor. 13

1. Reg. 17
4. Reg. 5

1. Pet. 4

Ps. 119
Ps. 124

Ps. 102

Ps. 173

Deut. 4
Prouerb. 28

Tob. 4

Iob. 31
Ps. 7

1. Paral. 28

Prouerb. 4

1. Cor. 3

Ecc. 12

Ps. 91

1. Reg. 17
4. Reg. 5

Luce 1

Job. 27

Habacuc. 2

Isa. 21

Eusebius Hist. Eccl. 1.

gantem. Simus ergo incessabiliter custoditi, & quanto diutius deo seruiamus, quod magis in schola uirtutum proficimus, eo custodiores, sollicitiores timoratioreq; simus, ex p̄lo san- cti Job protestantis: Cogitationem dei nemo auertere potest, & ipse quodcuq; uoluit fecit, iccirco a facie eius turbatus sum, & considerans eum, timore sollicitor. Deniq; sic custodiuit cor suum sanctus propheta Habacuc, loquens: Super custodiam meam si abo, & figam gra- dum meum super munitionem, & contemplantor ut uideam quid dicatur mihi, & quid re- spondeam ad arguentem me. Sacratissimus etiam Isaias: Super speculam, dicens, domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Tales item sine dubio extiterunt homines illi coelestes, electissimi & sacratissimi patres anachore- ta, Antonius, Hilarion, Macharius, Pastor, Arsenius & eis conformes uitam angelis proxima- mam in terris ducentes. Postremo, de hac ipsa materia atq; de omni uana, de testabili ac pe- riculosa securitate excludenda, pulchre loquitur praeralegatus Eusebius: Saluberrima, in- quiens, multumq; necessaria est recordatio futuri iudicii ac infernalis supplicij, praeteritoq; quoq; commemoratio ac deploratio delictorum. Quod si quis sibi de praeteritis suis meritis blandiatur, ac innocentem se aestimet, id eiq; posse esse securum, perpendat q̄ incerti & lu- brici sunt exitus uitae, de qua legitur: Ne laudaueris hominem in uita sua; quod cum perspe- xerit, etiam si de praeterito putat se non habere quod lugeat, de futuro inueniet se habere quod timeat; nemo ergo de praeteritis sit securus. Tanti laquei obieci sunt & extensi ante pedes animae nostrae, tam innumeri hostes iter nostrum obseruant, tantae foueae, tot preru- pra, tantae rerum difficultates latent inter finem nostrum & nos, ut aq; ipsa per se arcta & ac- dua tantis infernalium & inuisibilium hostium insidijs obsidetur, tantos nos scopulos tan- tosq; fluctus transire necesse est, ante quam ancoram optato in litore colloceamus; & puta- mus nos de praeteritis esse debere securos, & absq; quotidianis cura, timore ac tremore die- debere transigere. Quis transiens per arctissimi pontis angustias super profunda huminia procellosa, etiam si maiorem partem inoffenso transierit pede, credat se iam euasisse pericu- lum, cum in ultimo pontis spatio, si paululum titubauerit casum incurrat, quem in medio timuit: Ita & nos, quamuis iam magnam uitae huius partem transierimus innocenter, nul- latenus praesumamus, nec incustoditi securi ue simus, cu adhuc periculum pars extrema minetur. Quis in acie positus ante finem certaminis, aut ante securitatem triumphi arma deponat, aut tutum se arbitretur?

Articulus XVII. De stabilitate mentis in deo.

Heb. 12

Job 20

Isa. 57

Psal. 41

Psal. 28

Sap. 9.

Plato.

Optimum est gratia stabili cor. In inferioribus istis uix aliquid corde humano uirtutibus destituto instabilius reperitur, quod expertus fuit qui dixit: Cogita- tiones meae uariae succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Vnde non immerito cor hominis comparatum est mole, cui si nihil imponatur, motu suo consumit se ipsam: sic plane nisi mens humana salubre aliquid intra se tractet ac speculetur, distractioe sua assidua cogitationumq; inanum uolubilitate continua, in mortalia tandem peccata di- labitur, quod animae intemoratae solet iudicio dei iusto contingere, sicut ipse testatur: Auer- ti faciem meam ab ea, & abijt uaga in uanitate sua; ideo ait propheta: Ad me ipsum anima mea turbata est. Itemq;: Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Itaq; in se & ex se fit homo uagus, instabilis & turbatus. In deo autem & ex deo efficitur fixus, con- stans, tranquillus. Deniq; instabilitas mentis humanae conuenit ei partim ex naturalibus suis, quia in intellectualium catena ac ordine substantiarum est infirma: partim ex corpore, quoniam corpus quod corrumpitur aggrauat animam; & deprimit terrena inhabitatio sen- sum, id est intellectum multa cogitantem. Etenim corporis necessitudines a spiritalibus, in- terioribus ac diuinis saepissime retrahunt mentem. Vnde & Plato in Phaedone disseruit: Quandiu gestamus hoc corpus, & anima nostra conglutinata fuerit huic malo, nunquam plene sufficienterq; adipsamur quod exoptamus. Decies enim millena uationum, id est contemplationum impedimenta nobis inde proueniunt. Tertio prouenit menti instabili- tas ista ex uirtutum animae multiplicata: nempe quo creatura extat simplicior in sua natura, eo quoq; in uirtutibus & actibus suis simplicior esse cognoscitur: quo autem magis composi- ta est in natura atq; potentis, eo in actibus suis multiformior & magis diuersa ac diuisa co- sistit. Et quamuis homo quantum ad suas partes essentielles non sit compositor caeteris mix- tis & materialibus rebus, quoniam constat ex corpore & anima solum, attamen quan- tum ad uires suas & actiones omni creatura compositor ac multiplicior perhibetur unde

Mat. 16

Sap. 2

Iere. 3

Eccl. 27

Psal. 1

Psal. 11

Job 11

Proverb. 10

Roma. 8

Eccl. 27

Iohan. 4.

Roma. 18

Psal. 18

unde & omnis creaturae nomine designatur, creatore ipso dicente: Praedicate euangelium omni creaturae, quia cum omni creatura aliquid habet commune. Quarto, ex fomite ad uitia iugiter inclinante. Quinto, ex passionum sensualitatis uehementia, multiplicitate ac impetu, quae mentem nondum perfectam in utraq; partem multis ac miserabilibus modis incli- nant, trahunt & agitant. Sexto, ex magnitudine & multitudine uitiorum, quae lumen atq; acumen intellectus uehementer obtenebrant, debilitant & offuscant, iuxta illud: Excecauit illos malitia eorum. Septimo, ex suggestionibus, tentationibus ac infestationibus daemoni- qui infirmorum corda non sinunt figi in uno nec in deo quiescere. De harum causarum in- stabilitatis mentis humanae sexta potissime in scriptura testatur, sicut iam fertur Threnoz; primo: Peccatum peccauit Ierusalē, propterea instabilis facta est. Ieremias quoq;: Si abstu- leris offendicula tua a facie mea, dicit dominus, non commoueberis. Hinc iuxta scripturas stultus, id est peccator, muratur ut luna, & impij tanq; puluis quem proicit uentus a facie terrae, & in circuitu impij ambulat; & scordia fatui tanq; rota carri, & quasi axis uersatilis co- gitatus illius. Vnde scriptum est: Si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris, stabilis eris. Et iterum Iustus quasi fundamentum aeternum: impius uero quasi tempestas transiens. Cui itaq; tot & tantae sint causae instabilitatis mentis humanae, non mirum, qd difficile profus sit eam sta- biliri & simplificari in creatore, & qd uiribus suis ad hoc perungere nequeat. Praeterea, co- tra has causas instabilitatis istius (potissime contra sextam, quae est maxima inter ipsas) praeci- pue ualent ac prauealent gratia gratumfaciens, uirtutes & dona spiritus sancti, assuescacio quoq; ad bona & praefata cordis custodia, sed & instinctus diuinus, assistentia & inspiratio angelica, lectio scripturarum, Charitas demum intatum confortat ac stabilit cor in deo, ut dicat Apostolus: Quis nos separabit a charitate dei? Virtutes item morales contra passionu inquietudinem, uehementiam ac feruore ualent non parae, sed & sapiens uera & salutaris sa- pientia manet ut soli passionatus uero undiq; commouetur. Si ergo uis stabili cor a roborari in deo, insiste spiritali profectui, totisq; uiribus reformationi interna, refrenationibus pas- sionum expulsiuonq; uitiorum, charitatis feruori, sapientiae salutaris, habituatiuon uirtutum, as- uesfactionibus exercitiorum bonorum, atq; praeductae cordis custodie, recollectioni & conuersioni interne, ut scias patre adorare in spiritu & ueritate, & cum ipso in cordis tui charitatiua latitudine ambulare, imo in omni ueritate a ueritate ac prosperitatis in luce ue- ritatis & in uirtutum splendore persistere. Itaq; pro hac stabilitate obtinenda, aeternum & inuariabilem deum totis inuocemus praecordijs, & faciendo quod in nobis est, conemur & cooperemur ad obtinendu eandem toto conatu medijs iam praetactis. Postremo, potissime in diuinis, in horis persoluentis, & tempore orationis ac celebrationis, meditationis ac psal- modiae simus potissime custoditi & recolli, distractionumq; occasiones sollicit deuite- mus: uisum & caeteros sensus frenando, nec aliam occupationem, laborem consideratione ue impertinentem assumendo, exercendo uel admittendo; imo tunc maxime diuinae maie- statis praesentiam attendendo ac honorando.

Articulus XVIII. Quam timoratos & humiles nos esse oporteat, praesertim propter incomprehensibilia dei iudicia, & ob nostra occulta peccata, quae & frequenter latent nos ipsos,

Noli altum sapere, sed time. Solitarijs multipliciter callidissime atq; nequissime insidiatur tentationemq; ingerit hostis antiquus, & in ter dum nititur eis persua- dere, ut ipsimet tales se reputent, quales ab hominibus aestimantur, uidelicet san- ctos seu multum deuotos ac caeteris meliores. Accidit quoq; nonnunq; ut tanto facilius se extollant, quanto minus ab hominibus reprehenduntur. Itaq; sicut solitarijs ne- gligentibus frequenter molesta est ualde tentatio pigritiae ac torporis, quos & praesertim de- lectat uisitatio seu confabulatio hominum atq; ingluuias: sic solitarijs diligentibus ac fer- uidis solet se importune ingerere impugnatione spiritalis superbiae & gloriae uanae, imo sicut (secundum Auicennam aliosq; philosophos) in relationibus rationis itur in infinitu, ita ten- tatio ista in infinitum exten dit, quia dum quis tali impugnationi superbiae inanisaq; gloriae uiriliter reluctatur, & cum aspernatione deicit eam, mox de tali resistentia ac triumpho re- sistente impugnat; propter qd Climachus: Quocunq; inquit, proieceris tribulu istu ere- cto aculeo. Augustinus q; testatur: Cui uiceris prelia, omnia persuadet tibi inimicus: Euge euge quantum potuisti, q fortiter dimicasti, quis coparabitur tibi: Deniq; spiritalia uitia qua- to plus latent, & quanto minus percipiuntur, tanto periculosius tentant atq; se cretius ingre- diunt. Hic necesse est solitario, imo & omni homini bono, iugiter formidare & exorare: Ab

DDDD occultis

occulis meis munda me domine. Vnde timor dei uocatur corona iustitiae, quonia inftar corone supponitur omni actui bono, prout sanctus Iob fassus est: Verebar omnia opera mea, Nunq ergo solitarius se extollar, nunq inaniter gloriar, nunq se preferat ceteris, cu & Apostolus dicat: Nihil mihi cocius sum, sed non in hoc iustificatus sum: sic & beatus Iob dixit: Etia si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Rursum, quo minus adest solitatio humanu auxiliu, eo plus habet uereri, ne aliqua culpa sua occulta uanitate aut extollentia fiat. diuino indignus subsidio. Præterea, cu humilitas sit uirtutu omnium fundamentu, gratia receptaculu, sinus propitiacionis diuinæ, quanto maior uirtutu perfectio, gratia augmentatio, miseratio dei solitatio necessariæ sunt, tanto in profundiori, firmitiori & precordialiiori humilitate totam suã fundare debet cõuersatione. De hac re sancti & uenerabiles patres religioforum ac solitarior: præcipui illuminatissimiq doctores Bernardus, Climachus, Eusebius, Cassianus sapientissime sunt loquuti: ait quippe Bernardus: In ueritate didici, nil æque efficac esse ad gratiã promerendã, recuperandã ac retinendã, q̃ si omni tempore inueniaris coram deo nõ altũ sapere, sed timere. Dum gratia tibi inest, time, & caue ne eam amittas: cum amiseris, time ne percas, sed ora & fatage ut ipsam recuperes. Cũ recuperaueris, time ne recidiã incurras: ita firmũ dei propositu, & pacis sententia super timentes cum diuissimulã eor: peccata, & remunerans bona, ut miro modo bona & mala cooperentur eis in bonũ. Insuper, de humilitate ait electus dei Bernardus: Solet semper diuinæ gratiæ uirtus familiaris esse humilitas. Nimis gratia conseruãdã humilitatis diuina solet pietas ordinare, ut quãdã uisq; plus proficit, eõ min⁹ se reputer profecisse: nam & si quis usq; ad supremũ spiritualis exercitiũ gradũ profecerit, aliquid ei de primigradus imperfectione relinquitur, ut uix primum sibi uideatur adeptus. Nitentẽ nanq; ad altiora oportet humiliter sentire de se, ne dũ attollit supra se, cadat a se, subtus se, nisi in se firmiter per uerã humilitatẽ fuerit solidatus. Sola humilitas est que exultat, que ducit ad uitã. Hæc uia nec præter eam est alia, qui aliter uadit, cadit potius q̃ ascendit. Præterea, in concordans Eusebius: Hæc est, inquit, spiritualium ratio proprietatũq; bonorũ, ut cum ea summo labore constet acquiri, tam facile pererã, ut uix possit intelligi. Et inde est, q̃ interdũ nos sanctos putamus, quonia secundũ mensurã laboris nostri nos profecisse putamus, & detrimenta imperfectione reprehendere uix ualemus. Oq̃ frequenter temerarij iudicij culpam, uanitatũ atq; iactantiæ morbũ, dum non sentimus incurrimus. Porro, quantũ uisq; solitior circa se fuerit, tantũ plus meruit quemadmodum ait scriptura: Sapiens timendo declinat a malo. Sapiens ergo semper in cõpunctione & metu est, & sicut de malis suspirat præteritis, sic de futuris periculis per uigili solitudine cõtremit. Anxĩ ergo simus, ne forte præterita uitia minus desueuerim⁹, & ueteribus iniquitatibus nouas addidimus. Oq̃ magni ac diuturni labores subito pereunt, quãta bonã iam acquisita de manu nostra multoties rapiuntur, dum id quod adipisci studuimus, custodire negligimus: sicq; concessã compunctionem, deuotionem & alacritatem per negligẽtiam, loquacitatem & cordis distractionem amittimus. Postremo, in epistola ad fratres de Monte dei monetur: Absit a corde & ore uestro omnis altitudo, quonia altum sapere mors est: & facile est in alto se conspicientem obstupescere, cadere ac periclitari de uita. Nomen humile professioni uestræ imponite, feras indomitas incaueatãq; bestias, quæ aliter domari non poterant, uos æstimare & appellare. Ecce notabile uerbum, quod tibi solitatio ac recluso est obseruandum ac adimplendum, non eremitam, non anchoritam nec cõtemplatiuam aut ceteris præfulgentem aut magis electum, sed durã ceruicis mancipium, indomabile brutum, feram indomitã bestiamq; esse te reputa incaueatã.

Articulus XIX. De lumine discretionis obseruando in cunctis.

Q Vicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis dei tui de sacrificio tuo, sed in omni oblatione offeres sal. Hoc sal est discretio, de quo Christus hortatur: Habere in uobis sal: & sicut cibaria absq; salis admixtione committer extant insipida, sic opera bona nisi discretionẽ condiantur, sunt deo non placita. Quæ enim a deo sunt, ordinata sunt, non confusa & perturbata. Deniq; ad hoc q̃ sit uirtuosus, necesse est ut debitis circumstantijs uestriatur, hoc est, ut suo loco ac tempore fiat, ex bona radice & recta intentione, ac taliter decenit uie modo. Ad quod monens Apostolus: Omnia, inquit, decenit & secundum ordinem fiant in uobis. Itemq; Rationabile obsequiũ uestrũ. Sic ergo solitarius unũ q̃d; agat cõgruo loco & tẽpore apto seu in situato, cõprudẽti cõsideratiõẽ & maturitate, sine precipitaciõẽ & festinãtia immoderata. Certe (ut Salomon loquit) qui sic agũt cõsilio, i. inquisitione debita de agendis, regunt sapientia. Vnde in Ecclesiã

Ecclesiã legimur: Fili, sine consilio nihil facias, & post factum nõ penitebis. Apostolus quoq; Sine præiudicio, inquit, hoc est, sine iudicio præuio nihil facias, in alterã partem declinãdo. Hinc (ut Aggeus monet propheta) necesse est ut ponamus corda nostra super uias nostras. i. per rationem consideremus assidue, & discutiamus actus nostros, an fiant discrete, non plus aut minus, & ne quid ultra uires attentemus, nec citra uires nobis parcamus, imò & uires nostras paulatim experiamur: & si quid supergrediens uires nostras aggressi fuerimus, cum senserimus nos illud continuare non posse, inde cessemus, cum scripsum sit: Quia plus fecit q̃ potuit, iccirco perijt. Præterea dominum quotidie toto deprecemur affectu, ut uerã discretionis radio mentem nostram illustret, uires naturæ per uigorem gratiæ roboret, atq; ad agendum in omnibus discrete, moderate, prudenter, constanter ac feruide nos semper p̃ssime dignetur dirigere, sicut orauit uir sanctus: Gressus meos dirige se cum dum eloquium tuum. Amplius (prout sancti & expertissimi patres edocuerunt) nulla uirtus tam expediat atq; celeriter hominem facit proficere, & ad concupitam perfectionem pertinere sicut discretio, prout & præclarissimus solitariae uitæ athleta depromit Antonius. Insuper ad ueram spectat discretionẽ, ut hoc ipsum quod quotidie ex debito ordinis agimus, ut sunt horæ, celebratio, officium pro defunctis, confessio, satisfactio, cũ præcipua diligẽtia exoluamus, nec arida quadam consuetudine, sed quotidie magis deuote, feruide & cõtente. Dein de quod supererogamus, simili attẽtione cũ humilitate exhibeamus, & unicuiq; parti diei ac noctis suum exercitiũ, opus aut occupationẽ deputemus ac cõpleamus, nec per inconstãtiam fluctuemus, sed præfata regamur discretionẽ, quæ (ut sanctus & gratiosus ait Bernardus) optime circuncidit, superflua refecat, corporalia ad spiritualia refert. Hæc ueneranda & semper commendanda salubris ac prudentialis discretio omni uirtuti ordinem ponit, modum præfigit, decorem perseuerantiamq; largitur. Estq; discretio non tam uirtus q̃ moderatrix & uirtutum, ordinatrix affectuum, mox doctrix & cõsummatio perfectionis. Tolle hanc, & uirtus uitium erit. Iustitia quippe dum modum excedit, in crudelitatem conuertit & quo zelus feruentio ac uehementior spiritus charitasq; profusior, eo uigilatiore opus est discretionẽ. Nam zelus & feror sine discretionẽ præcipitat, imò interdũ ual de nociua ac praua sub specie & colore excellentis boni ingerunt se & fallunt. Indefinenter itaq; dominum exoremus, ut ipse nos dirigat, moderetur ac ordinet, mētẽq; nostras luce discretionis dignetur semper perfundere, quæ totam animã irradiet dominum, ut cuncta ordinare, tranquille, fructuose delectabiliterq; agamus.

Articulus XX. Qualiter diem expendere inchoemus, & de surfectione ad maturitalem officium.

C Onsurge, lauda in nocte in principio uigiliarũ, & effundere sicut aquam cor tuũ ante conspectum domini dei tui, leua ad eum manus tuas, & miserebitur tui. Quid dignius, quid salubrius, quã totum uitę presentis tempus in deitatis cultu expendere? Et quamuis impossibile nobis sit sine interruptione deo uacare, orati p̃ laudi, meditationi, cõtemplationi, & actuali charitatis feruori sine interpolatione esse intentum, imò interdum oportet necessitatibus corporis occupari, corporalia operari, refectiõni & somno partem temporis deputare: attamen dum in corporalibus istis modus seruatur, & ipsa prudenter ad spiritualia ordinantur, haud dubium quin totum deo acceptũ sit, atq; ad eius spectet obsequiũ. Deniq; admonet nos Saluator, ut primo regnũ dei quærãmus & eius iustitiam, ideo diẽ unũ quẽq; ad diuino inchoare debemus seruitiũ, præsertim ab oratione, laude & gratiã actione. Rursum, quonia modicus error in principio fit magnus in fine, imò & processu augetur, satagendum est nobis conatu & cura per uigili, ut maturitalem officii cũ ingenti deuotione, puritate & alacritate incipiamus, prosequamur & cõpleamus. Itaq; solitarius & omnis uere religiosus post moderatũ ac sobriũ somnũ dulciter degustatũ, & frequenter puris atq; subtilibus meditationibus pleni, aut etiã supernis reuelationibus decoratũ expergefactus, præmissa oratione dñica & salutatione anglica, aut certe & illa antiphona, Veni sancti spūs, reple tuos: corda fidelium &c. uel suaui illo uersiculo, Veni creator spūs, inentes tuos uisita, imple supna gratia &c. imò & preparatoria cordis eleuatione ad deũ per meditationes syncheras, iuxta qd scriptũ est: Ante orationẽ spara animã tuã cõtinuo oris sui custodem inuocat deũ, quatenus ipse omnipotẽs per gratiã suã taliter seruili sui os aperire dignetur ad orandũ, psallendum ac persequendum creatoris sui p̃sentia, q̃ uere cõplaceat ipsi omnium cordium inspectori, hoc est ita reuerenter, recolle cõte & amorosẽ: Domine, in quiens, labia mea aperies. Denique ut in hoc exaudiatur celerius,

Feb 9
1 Cor. 4
Iob 9
virtutum fundamētum humilitas.
Rom. 11
Rom. 8
Proverb. 14
Leuit.
Mat. 9
Rom. 13
1 Cor. 14
Rom. 12
Proverb. 12

Ecc. 12
1. Tim. 3
Agg. 1
1. Jer. 48
Psal. 138
Discretionis effectus, & eius cõmendatio
Thren. 3
Mat. 6
Dies singulorũ oratione, de iudiciis & gratiã actiõẽ excipere debemus
Ecc. 14
Psal. 138

nox suum subiungit pium propositum, a peritionisq; talis fructum insinuans ait: Et os meū annuntiabit laudem tuam. Proinus quoq; propriam infirmitatem a duertens, eum a quo omnis defectus potestas, in suum deprecatur subsidium aduenire, neq; in hoc tardare, eo q; periculum sit in mora: Deus dicens, in adiutorium meum intende &c. quibus nimis uerbis propriam inbecillitatem insufficientiamq; fatetur, & omne bonum praesertim meritum a deo conferri. Hinc confessim sacrificium laudis immolat ei dicens: Gloria patri & filio &c. Tali demum munitus praerambulo, ac tali praermissio exordio, sciens id requiri a se, ut qd suū est faciat, se ipsum & omnia interiora sua intellectu alia excitat & inuitat, hortatur, accēdit & animat ad laudandum, adorandum, deprecandum, benedicendum & magnificandū altissimū, atq; ad glorandū in ipso: & tanq; pax sit hoc, etiam ad gaudendū inestabiliter in eodē. Venite, inquit, exultemus dño, iubilemus deo salutari nostro &c. quod dicēdo, sit deamus toto intellectu & affectu, stabiliq; memoria eleuari & ferri in deum, accendi, gloriari ac figi in ipso, & sic reliqua prosequamur, quatenus in ipso celeberrimo matutinali officio tam gratiose uisitemur, consolemur ac robaremur a dño, atq; tā ual de illustremur, accēdamur ac impleamur ab illo, q; totū deinceps diurnū deitatis obsequiū alacritas ac pfectius exoluamus. Itaq; ad matutinas omni excussio torpore alacriter ac iucūde surgamus, atq; uadito summi regis signo, suscitantis uel pulsus, quasi ad epulas nuptiasq; uocati exiliamus a loco miserie lectulo nostro, sepulchri imagine, in quo uelut exanimis sopiri ac uimus, & diuina; diurna inuita lau dū hilariter inchoemus. Non frigus nos retrahat nocturnū, nō in istis terre arbor labor, sed gaudeant labia nostra creatori psallendo, & recedēte corporea luce, diurna fulgeat & redundet in mente lux interna. Nempe quo tempus illud nocturnū ab omni exteriori inquietudine, sono ac strepitu extat liberius, eo ad synceriorē mētis ad deū eleuationem, deuotissimā psalmodiā & orationē feruentem est aptius, tunc nanq; sensus exteriores minus a suis immutantur obiectis, unde & interiores sensus & imaginationē magis quiescunt: circo non solū tunc hoies ad illuminationes supernas reuelationesq; propheticas, uerū & bruta ad recipiendū impressiones quas dā coelestes tunc dispositiores consistūt, propter quod scriptū est: Per somnū in uisione nocturna, quando sopor irruit super hoies & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures uirorū & erudiens eos instruit disciplina. Hinc illi minatus & eloquens scribit bernardus: Maxime dum profundum nocturnus sopor inducit silentium, liberior erit oratio ac purior psalmodia. Quām secreta tunc acēdunt, solo arbitro deo & angelo sancto qui eas suscipit superno praesentandis altari: q; grate ac lucide uerecundo colorate rubore. De hoc Chrysostrōmus in libro de Compūctōne, Ambrosius quoq; libro de Officijs tractant.

Articulus XXI. De modo, attentione ac reuerentia in psallendo, orando, ac horis ceteris persoluendis.

TRes quasi ex uno ore laudabant & benedicebant deo. Hoc ad literā de tribus pueris deum in fornace ardente concorditer glorificantibus, scriptum est: quo exemplo docent uiri religiosi cōcorditer psallere deo, qui in habitare facit unius moris in domo, quē admodū & Apostolus nos hortat: Vnanimis uno ore honorificetis deum. Si enī in omnibus, quātomagis in diuinis detestanda est discordia, dissonantia, displicentia mutua, cōfussio, scandalū & offensa. Deniq; optimū modū psallendi edocuit nos bernardus, dicens: Moneo uos dilectissimi, pure semper ac strenue laudibus interesse diuinis: strenue quidē, quatenus sicut reuerenter, ita & alacriter dño assistatis, non pigri, nō somnolenti, non oscitantes, & uocibus non parcentes, non praecedentes uerba dimidia, nec integra transsientes, non fractis remissisq; uocibus muliebre quid dā balba de nare sonantes, sed uirili ut dignum est sonitu & affectu uoces sancti spūs depromentes: Pure uero, ut nil aliud dū psallitis q; quod psallitis, cogiteris: nec solū cogitationē otiosa & uana tūc sunt uitanda, sed etiā illa quas fratres officiatū pro cōmuni necessitate frequenter admittere cōpellunt, imō nec illas tūc cōsulo admittendas, quae paulo ante ex libro inspectione inerat menti: quibus salubres, non tamē tūc salubriter admittunt. Etenī spūs sanctūs tūc gratū nō recipit, quicquid aliud q; debes, neglecto illo qd debes, obtuleris. Nota dā sunt singula uerba ista. Veruntamē ex literali sensu in se aliquādo arido, licet tūc mentē rapit ad spiritalē ac mysticū erigere intellectu, sic fugere mel de petra oleūq; de saxo durissimo, non tamē literale intellectu penitus omittere. Interim q; q; alius chorus suū decētat uersum, expedit mentē ad altiora leuare, sic tamē ut sensus uersus illius pensat. Quod si q; gra pueniente & sup liberrimo deo intus secretus radiare, absq; p proprio conamine rapiat ad altiora, nō subest in

in hoc legi communi. Praeterea q; attente, humiliter & cōpūcte debeamus altissimū inuocare, docemur exemplo reorū criminis capitalis, qui si habuerint spem aliquā imperandi ueniam a iudice temporalis, uidemus quantū se coram illo humiliēt & prosternant, q; lachrymabiliter deprecantur, quantā satisfactionem spondeant & emendam, & hoc totū pro temporalis uita seruanda: quātomagis nos multipliciter rei, pro euadenda dānatione ac pēna aeterna, pro obtinenda charismatibus spūs sancti in uita praesenti, & pro adipiscēda in aeternā mabili felicitate ac gloria sempiterna debemus deum deorū, quē polus, tellus pontusq; contremunt, & ipsa uniuersa machina perhorrescit, corā quo & ipsa uimina cū formidine prosternunt, humilime, affectuosissime, cōpunctissime exorare, laudare atq; extollere. Itaq; ex consideratione infinitae bonitatis, maiestatis & excellentiae dei, ex intuitione quoq; totius miseriae, uilitatis, culpae ac indigentiae nostrae, exhibeamus nos deo in omni suo obsequio, in oratione praesertim & psalmodia, maxime uero in celebratione cū omni ac profundissima humilitate, cōpunctione, reuerentia, attētionē, custodia ac feruore, & ante horarū, orationū & psalmodiae inceptionē recolligamus cor nostrū, & simplicemus ac stabiliamus illud in deo, eius incircumscriptibilē dignitatē, praesentia, misericordiā iustitiāq; pensando, pprias q; miserias & offensas efficaciter pōderādo & aggrauādo, & ita singula uerba sacra quasi ex proprio affectu cum attentione & gustu interno distincte pronuntiemus. Deniq; sic esse orandū scītus quoq; instruit benedictus in regula sua: Ex hoc q; serui principū seculi huius tam attonite suis regibus obsequuntur, cū omni promptitudine, inclinatione reuerentiaq; apparant, quibus etiam cum grandi attentione, custodia ac reuerentia solēt loqui: quātomagis regi uniuersorū, principi excellentiae penitus infinitae, cuius cōparatione totum uniuersum est quasi minutissimū milij granum, oportet nos iugiter obsequi, loqui, assistere, supplere ac psallere cum omni nobis possibili ueneratione, humilitate, attentione & charitate, praesertim cum & teste scriptura maledicti sint, qui opus dei faciunt negligenter. O q; peruersum, uile, damnabile est coram tam superlatissimo & superpraestantissimo deo se negligenter, torpenter, incustodite, in deuore habere, nec tantum incomparabilis dei, sed angelorum quoq; sanctorum in honorare, offendere, contristare praesentiam, de quibus praecelsum protestatur bernardus: O si quis oculos haberet apertos, nideret qua cura, quo gaudio, quanto respectu sancti angeli interfunt psallentibus, assumunt oratibus, interfunt meditantibus, super sunt quiescentibus, ordinantibus & procurantibus praesunt. Certe agnoscent suos concius, & pro ijs qui haereditatem capiunt aeternae salutis, solcite congaudeat, confortant, instruunt & prouident eis. Hinc ergo attendite angelos cum stas ad orandū atq; psallendum. Ipsi sine dubio deuotionem uestram in caelos ferunt, & uobis gratias referunt. Nihil in militanti ecclesia ita representat ecclesiam triumphantem, sicut chorus psallentium concorditer ac deuote. Si ergo d frater (quod absit) somnolentia in dei praesentia uenerit tibi, a reclinatorio te auerte, & si fieri potest, sta prorsus erecte, faciem frica, laua, te moue, & omnem somnolentiam atq; ad diem prorsus repelle. Postremo ita sanctorum uerborum sensui sis intentus, & proprias defectuositates sic intueri, ut de aliorum dissonantia aut errore non cito turberis, proximorumq; defectus & onera aequanimiter feras.

Articulus XXII. De sanctis exercitijs cellae, & qualiter deceat solitariū totum tempus diei ac noctis occupare atq; expendere.

EMulamini charismata meliora, & adhuc excellentiorem uiam uobis demonstro, Exercitiorum cellae quaedam sunt debita, quibus & praefixae sunt certae partes seu horae diei ac noctis quando fieri debent: quorum etiam quaedam corporalia sunt, quaedam spiritalia: Spiritalia sunt, horas & officia defunctorum persoluere, celebrare, & consimilia quaedam: Corporalia sunt, corpus somno, uestitu, alimentis fouere. Alia exercitia cellae non sunt ita determinatae praefixae & debita. Porro, ferre cilicium, disciplinare corpus, ieiunare & abstinere, duro lecto quiescere, inter exercitia corporalia ac spiritalia medio modo se habere uidentur. Horum quoq; exercitiorum non debitorum sed magis spontaneorum, quaedam sunt spiritalia, ut meditari, contemplari, diligere, orare, psallere, studere ac legere talia corporalia, ut ieiunare, abstinere, disciplina, uigilia, ad supererogationem spectantia: Itaq; exercitia debita tam corporalia quam spiritalia suis uis horis ac temporibus peragenda quod autem superest temporis, quanto plus in spiritalibus exercitijs occupat, tanto felicitius laudabilisq; expendit, obediētia semper salua: quoniam si alicui externū opus a superiori suo iniungit, debet libenter parere. Veruntamē si illo gra uaret, & a spiritalibus multū impediret, posset humiliter p fidei suggerere, ut uelit se inde supportari

Phil. 69

Phil. 94

Iob. 33

Dan. 3

Phil. 67
Rom. 15

Deut. 32

Iste. 48

Quo pacto excedat in honore uisus

I. Cor. 15
Exercitia cellae diuersa

supportatum habere: qd si non uoluerit p̄scedens, patientiā obedientiāq; exhibeat. Pr̄terea quantum uires permittit, decet solitariū ad hoc niti & attentare, ut tota die dum spiritualibus potest uacare, intentus sit psalmodiā, orationibus & laudibus & meditationi cōtemplatione feruenti, seu contemplatiuo charitatis feruori. Frequenter quoq; & ad minus omni die semel certa ad hoc deputanda hora Christi passionem deuotissime recolat, & discussioni suae uitae ac conscientiae uacet. Si ergo tantus feruor deuotionis alicui detur, & tantus uigor in capite, ut ultra debita legat quotidie unū psalteriū, bona est occupatio illa, p̄sertim si cōtemplatiue ac feruide psallat, & iuxta uarietatem sensus & affectionis psalmoz ipse psallens formet ac uariet suas attentiones, sensus & affectiones: si uero nō conuenit alicui quotidie unum legere psalterium, legat medium, aut quantum suę deuotioni ac uiribus senserit conuenire. & dominicę passionis meditationi atq; conscientię discussioni, contemplationi & consimilibus actibus sanctis tanto plus insitet, & frequenter aspiret ad deū affectuose & lachrymose: Peccata quoq; hoīm defleat, & pro cunctis feruide deprecetur: Eundem etiam de cella ad choroꝝ ac redeūdo, seu alibi transeundo aliud uel agendo, ab oratione, psalmodia, meditatione, compunctione, contemplatione non cesserit. Postremo fideliter dico, quia si solitarius exerceat se in istis de die in diem, taliter crescet in sancta charitate, in sapientia saluari, in gustu interno, in consolatione diuina, in mentis munditia, in mundanoꝝ carnaliumq; contemptu, in fruitione deitatis p̄ambula, in adhesionē, unione ac stabilitate cordis in deo, q̄ p̄afato mō incessabiliter psallere ac spiritalia exercere erit sibi quotidie facilius, dulcius, appetibilius, ita q̄ eis satiare uix poterit, ac frequenter sibi perfacile erit duo psalteria uno legere die, nec tamen ob hoc dimittere alia. Tamen (ut tactum est) ad hoc requiruntur naturalia atq; gratuita dona satis robusta, nec discretio uera est relinquenda unctio uero docebit talem de omnibus.

1. iohann. 2

Ecclesi. 37

Veterum eremitarū sobrietatis

Articulus XXIII. De refectioe sobria, ac silentio spiritali loquutione plena.

Noli auidus esse in omni epulatione, nec te effundas super omnem escam, in multis enim escis erit infirmitas: nam propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinet esse, adiciet ad uitam. Heu, heu, istud est unum eorum, in quibus patrum nostrorum conuersatione uehementer distamus, & intantum deficiamus, ut uideamur indigni illorum filij nuncupari, à quoꝝ frugalitate, sobrietate & abstinentia intantum occumbimus. Olim Scythi eremite semel in hebdomada refectabatur, quibus & recens panis cum aqua mediocri erant deliciae: & si quid fructuum addebatur, superabundantia fuit. Deinde tempore sancti Benedicti magis condescensum est humanę infirmitati, qui inter cetera scripsit in regula sua: Sufficere credimus ad refectioē quotidianā duo pulmentaria cocta pro infirmitatibus diuerforum, ut qui forte ex uno non poterit edere, ex altero reficiatur. Porro, Augustinus in regula sua: Carnem inquit uestram domate abstinentiis quantum ualeatudo permittit, nec extra horam refectiois aliquid alimentorum sumatur, nisi ab egrotate. Et quid in nostris continetur primis statutis? Cibi, inquit, nostri ordinis communes, generaliter sale tantum condiuntur, nisi de misericordia aliud apponatur. Oleum in cellis nunq̄ teneatur, secūda, quarta & sexta feriis, pane & aqua (si cui placet) contenti sumus. Ex horum & consimilium consideratione humiliemus & contemnamus conuersationem nostram & nos ipsos in infinitum, & perpendamus an rationabilem causam habeamus coram iudice summo recedendi tam uehementer à patrum nostrorum rigore & statutorum nostrorum tenore. O q̄ uerum est dictum illud commune: Vno inconuenienti dato, plura sequuntur. Præterea in epistola illa ad fratres de Monte dei de hac re notabiliter dicitur: Panis fureus & simplex aqua olera uel legumina simplicia nequaquam delectabilis est, sed in amore Christi & internę delectationis desiderio uentri bene morigerato grater ex his satisfacere posse, ualde est delectabile. Quot milia pauperū ex his, aut aliquo horum delectabiliter satisfaciunt suę naturę: Facillimum quippe & delectabile esset adiuncto amoris dei condimento uiuere secundum naturam, si insania nostra permitteret: qua sanata statim naturalibus natura arridet. Hinc rursus ibidem: Si manducas, mensam tuā sobrietatis tua perorner, teq; manducante mens tuam refectioē non negligat, sed aliquid de dulce dīne dei ac scripturis recogitet, nec necessitas ipsa carnaliter expleatur. Modus quoq; seruetur & qualitas cibi ac quantitas: nam etiam quantum ad corporis sanitatem, quanto honestius ac ordinatius ingeritur cibus, tanto facilius salubriusq; digeritur, fugienda superflua & condimenta adulterina. De condimentis sufficiat obsecro ut comestibiles sint cibi uestri, non etiam concupiscibiles aut delectabiles, sufficit namq; concupiscentiæ

piscentiæ malitia sua, quæ cum uix aut nullo modo transire possit ad finem necessitatis explendæ, nisi per uiam quantęcunq; delectationis, si ceperit accipere irritamenta ab eis qui perpetuum susceperunt bellū aduersus eius oblectamēt a, sunt duo cōtra unū, & periclitat continentia. Præterea cum sobrietate moderantiq; seruire in cibo ac potu ad uiam pertineat purgatiuam ac incipientium statū, constat q̄ sit quasi quoddā spiritalia uitæ exordium ac fundamentum uirtutū scilicet in cibo & potu immoderatus non sobrius, nondū ad infimū religiosę ac solitarię uitę peruenit gradū. Vnde differunt Cassianus: Quibuslibet & cōsecratus uenter, seminata parit luxuria, nec praeualet mens discretionis gubernacula cōseruare ciboꝝ pondere p̄granata. Concordat Gregorius: Domināte, inquit, gulę uitio, omne qd fortiter egerint hoies, perdunt: & dum uenter non restringit, uniuersę uirtutes pariter obruunt. Et tē penē semper epulas comitat uoluptas, & dum corpus in refectiois delectatione resoluit, cor ad inane gaudiū relaxat, imō & uoluptas plerūq; sub necessitatis colore se palliat, & una ab alia difficulter discernit. Contra hoc uitiū Climachus acriter loquitur: Gula inquit, est hypocrisis uentris. Nam saturatus existens, indigentia roborat: refectus, famē reclamation. Gula est cōditrix p̄parationis delectationū, fonsq; libidinis. Leo blanditijs mansuetit caro aut quanto delicatius fouetur, tanto insolentior atq; syluestrior redditur. Tu ergo ad mēsam recūbens, affer memoriam mortis ac futuri iudicij: bibiurus quoq; non cesse memorari acetū & fellis, quibus Christus rex tuus pro te in cruce potatus est, & ita aut abstinebis aut suspirabis ac humilius senties de te. Hinc clamat eximia sancti tatis Bernardus: Nilij hominū usquequo graui corde, quia pingui corpore: ut quid deligitis uanitate & ueritatem negligitis? Pinguedo carnis, delicia corporis saturitas uentris, aut ante mortem uos deserent, aut uos in morte hæc deseretis. O delicate, delictis & uitijs circumfusis atq; confusus, mortem expectas & confusionem: quoniā regnum dei nō est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto, cum quo utiq; gaudiū stare nō ualet carnalis delectatio in cibo ac potu. Et nunc quid nos miseri ad ista dicemus? Quo utemur consilio, nisi ut hoc ipsum quod nobis tam abundanter apponitur, cum gratiarum actione ac dei timore sumamus, nec delectationem intendamus aut queramus in cibus ac potibus, semperq; excedere uereamus. Quod si interdum aliquid minus solito ministratur, non impatienter feramus, imō cum Apostolo discamus abundare atq; penuriam pati, nec affinemur his reprobis, de quibus cantatur: Si uero non fuerint saturati, & murmurabūt. Nō conformemur iudæis, qui propinquatibus Pascha & sabbatho gloriantur tanq̄ delicatius epulaturit quibus utiq; conformantur qui in diuino stantes officio, seu aliud quid agentes lætantur, eo q̄ lautius manducabunt. Præterea absit ut solitarius seorsum solus manducās, inuerecundius immoderantiusq; manducet ac bibat q̄ in mensa communi cum alijs, ne homines magis q̄ deum & angelos uereri ac reuereri probetur. Postremo, quæ quantaq; uita ex gula nascantur, non latent: Nonne loquacitas, acedia, somnolentia, iucundatio stultitæ, contentio, libido, seu gaudiū affectio, amissio temporis, excæcatio cordis, infirmitas corporis, priuatio gaudiū spiritualis, inconsideratio ac consilia multa inde nascuntur: quæ omnia ut effugere ualeamus, sanctę sobrietati diligentissime operam demus, & gulam cū suis filiabus atq; effectibus totis semper detestemur, abhorreamus ac euitemus p̄cordijs, p̄sertim quum & Saluator loquutus sit: Videte ne grauent corda uestra crapula uel ebrietate aut curis huius seculi: & sanctus Benedictus: Nihil ait ita uitandū est Christiano, quam magis monacho, ut crapula.

Sobrietatis spiritus uitæ exordium

Gula uentris est hypocrisis

Psal. 68 Iohann. 15

Psal. 4

Roma. 14

Phil. 4

Luce. 21 Capitula monacho sup. oia uitanda.

Articulus XXIII. De somno solitarij.

In pace in idipsum dormiam & requiescam. Die iam fructuose, pacifice & deuote ex penso, pergite uere religiosus & feliciter solitarius dormitum, ut lassatum in die obsequio corpus corde infatigabili ac feruenti manente, somno repauser, quatenus paulo post ad matutinalē officium uiribus inuouatis surgat alacriter. Verū tamen anteq̄ eas dormitum conscientia tuam diligentissime inuestiges, spiritū scopos, ut am discutias, qualiter diem expenderit, quid boni omiseris, quid mali commiseris, perscrutari nō desinas: Si quem scandalizasti, offendisti, turbasti, intime dolo: nec solum ores ut tibi ignoscat onipotens, sed ei quoq; cui fuisi ruina: occasio, beneficium orationis repede, & cordialiter ac feruenter ora pro ipso, imo & anteq̄ eas ad lectulum, satage illi reconciliari, & ueniam pete ac præueni ipsum in beneuolentia charitatis ac opere pietatis, & ueritatis & humilitatis: alioquin mane sequente ante diuinā celebrationem mysterij age hæc. Non occidat sol super iracundiā nostrā imo nec sup aliquā mentis inordinationē culpabilē. Cūq; interiora tua fuerit

Psal. 4

Eph. 4

fuert perferuatus ac uenia deprecatus adhibita disciplina, & pro comuni totius ecclesie bono, pro uiuis ac mortuis, pro paritibus, propinquis, commissis & benefactoribus, pro insidelium refrenatione & conuersione, pro fidelium reformatione, pro uniuersorum salute ardet & lachrymose oraueris, teque diuine commiseris pietati: completioris deuotissime persolutis, atque diuina passione affectualiter rememorata & firmiter cordi tuo impressa, ipsaque domino Iesu Christo intimis aere tuae uisceribus iam sepulto ac syndone mundae concitiatione inuoluto, ingredere lectulum, memor quaedam paulopost deponeris in monumetu: sicque in sacris meditationibus seu orationibus, in pace peccatoris in idipsum obdormias in inuariabili supdulcissimo deo quiescens, ad quem protinus cum euigilaueris mentem reducas, mox surgens, aut si opus est, rursus in ipso obdormies: quod si ad placitum tuum nequiueris obdormire, noli tibi per impatientiam aut tedium inquietudinem fastidiumque augere, sed cogitationibus indignis exclusis, meditare diuina & ora. Porro, si carnale quod tu occurrit aut ingerat imaginationi, inde cor tuum confestim auerte, & Christi passionem atque nouissima tua ad meditando protinus apprehende. Ois inordinata & praua affectio & concupiscentia ex aliqua praua cognitione seu sententia apprehensione oritur ac procedit. Si ergo affectione illicita concupiscentiaque carnalem cupis effugere, abijcere, uincere ac uitare, non moreris apprehensionem seu cogitationem ex qua orta est, de tuo expellere corde, quam melius expellere non ualebis, nisi conuertendo cor tuum ad meditando in mente salubria, compunctiua, diuina. Denique erubescat solitarius & ois religiosus tunc lecto incubere, corpori uacare inerti, somno locum prebere, dum sui confortes ad creatorem surgunt obsequium, & corda sua simul cum manibus leuano ad dominum. Vique quo piger, uilis ac negligens dormies: quando de damno ac danabili somno confurges? Mercator insipiens qui pretiosum nocturnam tempus uigilantia sic perdis, in quo confortes tui lucrose negotiant, & supnobilissimum illud obiectum deum externum, uisum & scitum intra se ardentissime atque nobiliter complectunt, & tu interim tanto bono priuaris, & te hostibus tuae salutis quomobis irridendum exponis, imo ludibrium facis: Angelum etiam tuum scitum offendis, Erubescat coram deo & angelo tuo admittere, agere ac negligenter omittit, quod coram homine reuerendo uitares. Ita que sicut in cibo & potu, ita in somno timeamus ac uitemus excessum, & temporis desquamiam. Qui opator est, superfluum odit somnum. Feruentissimi patres nullum tempus ita conquerebant se perdere, sicut quod dormiendo expederant. Et quod dixit Arsenius: Sufficit, inquit monacho una hora pro somno, si tamen oparius est: Vix hoc mirari possumus, non sectari. Nihilominus uerum manet quod Climachus dixit: Sicut multa potatio consueuerit dine tolli, ita & multa dormitio. Verum tamen commendabilis est horis quieti ex ordine deputatis dormire, quod tunc uigilare, & tempore diuini officii somnolentia uinci, aut extra ordinarie dormitare: optimu quippe est, ut omnia ordinate fiant in ordine. Postremo in epistola illa ad fratres de Monte dei hinc multa subtiliter ac spiritaliter magis quam imitabiliter conscribuntur: Caue inquit de serue dei, ne totus aliquando dormias, ne sit somnus tuus non requies lassus, sed sepultura corporis suffocati: non reparatio, sed extinctio spiritus tui. Suspecta res somnus, nilque temporis ita de nostra deperit uita, sicut quod somno deputat. Sobrius cibum ac sobrium sensum sobrius sequitur somnus. Porro carnalis ille & brutus, atque dicitur Lethus somnus serua dei uitandus est. Iturus in somnum, aliquid tecum defer in mente, in quo placide ac deuote obdormias, sicque facile euigilabis, & surgens agilis eris, faciliter quoque redibis in id, unde non totus discessisti.

Articulus XXV. De moderamine obseruanda in exteriori & corporali labore, ne pillum incurrat detrimentum internae deuotionis, sancti feruoris ac spiritalis profectus.

Labor sicut bonus miles Christi, Exerce te ipsum ad pietatem: nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas uero ad omnia utilis est. Ad exteriori & manuales labores, qui ex ordine aut praesidente iniungit, ois religiosus etiam solitarius debet pro uiribus esse propius. Porro quod in cella degit, nec ad exteriori labore habet specialis commisionem, sapienter & ordinate se debet habere, ne tali labore se occupet immoderate, aut affectu nimis intente, ita ut obliuiscat in ipso labore mentem suam ad deum frequenter erigere orando, meditando & aspirando ad ipsum: Hoc quippe generalis est regula: quod oia exteriora & corporalia ad spiritalia & interiora sunt ordinanda, sicut media referunt in finem. Iccitico si illis laboribus amplius quam insistat, immoret ac ferueat quod ad uirtutum expedit incrementum, ad deuotionis feruorem, ad stabilitatem & tranquillitatem internam, ad cordis custodiam, ad coteplationis sinceritatem, non dubium quod nocet atque culpabile sit: imo sicut in cibo ac potu, sic in tali labore contingit excedere, praesertim si in rebus curiosis, superfluis inutilibusque uerfetur & expendat. Enumerato

Est uero & si labor in se uitupabilis non consistat, tamen in religioso ac solitario potest omnino uituperabilis esse, in quantum maioris boni est impeditiuus. Solitarij namque non est circa coram languere, sed meliora ac uiciniora saluti exercere ac quaerere incessanter. Potissime demum uidetur in isto excedere, qui nec signo diuini officii auditore ad labore tali desistit, uel ab officio ne & spiritali se expediunt actu, ut rursus ad labore homini celerius reuertatur, & item qui post celebrationem ad cellas reuertitur, mox ad exteriora talia se effundit, quibus consultius atque salubrius esset usque ad prandium spiritalibus occupari, uel indefinenter passillendo, orando seu meditandorum si caput hoc ferre non ualeat, aut nondum tanta concessa sit gratia, nunc studendum scribendo, nunc rursus orando &c. Studendo quod scribendo frequenter eleuandum est cor cum oratione, seruire, laude ac meditatione ad deum, omne cor incessabiliter intuetem. Hinc in praescripta fertur epistola: A spiritalibus exercitijs in corporalia nunquam longe recedatur, neque in totum, imo ad spiritalia semper de facili redire animus assuescat, quatenus dum se corporalibus mutuat, spiritalibus semper inhareat. Corporalia enim sunt semper spiritalia, non e contra. At uero post prandium & nonam aptius tempus est laborandi, sic tamen, ut in primo pulsus ad uesperas, aut passus ante cessetur, & extunc spiritus ad deum dirigatur: sed & infra ipsum laborem frequenter ad deum aspirare oportet. Qui autem immoderato & in discreto se fatigat labore, & Horas psoluunt animo imparato, uago, hinc inde per diuersa phantasmata discurrunt, inestabiliter perdunt, laedunt, negligunt semetipsos.

Articulus 26. Quod solitarius oisque monachus, precipue debet uitare ac abhorreere temeraria & incauta iudicia, nec alios aspernari, neque facilliter indignari, nec irasci.

In excusabilis est homo ois qui iudicet: in quo enim alium iudicet, te ipsum condemnat. Quemadmodum in libro de ecclesiastica hierarchia magnus Dionysius profunde ac deuotissime docet, monachus non iatur a monacho. i. unitate, quam debet esse custos unum? uidelicet suipsum nec eius, in quantum est monachus, est aliorum curam praesidentiamque habere, neque alios ex officio purgare, illuminare, perficere, iudicare aut disciplinare. hinc sancti & timoratissimi praesides in eremo uehementissime abhorruerunt proximos iudicare, praesertim in dubijs, atque in his quae fieri queunt animo bono, aut ex se in differentia sunt, & in quibus laet ageris intentio. Denique, dato quod interdum liceat unicuique de actu alterius iudicare, sicut dum actus in seipso & ex genere ac circumstantia seu specie uitiosus consistit, neque recto fieri aio ualeat, in de ipso agere iudicare incautum est, nisi forsitan per te ipso quod actualiter intentus est operi euidetur & inexcusabiliter uitiosus, non postea, cum possit omni penitenter momento. Iudicium quod ex uehementi & uiolenta suspicione extrahibile, ut si inueniat simul in lecto nuda cum nudo, quanto magis ex leui & incerta suspicione iudicare est fatuum & iniquum, quod & coiter ex praua & infecta, procedit radice, atque frequenter uitium est mortale, praesertim dum quod ex tali iudicio ad proximi sui contemptum, detractionem, diffamationem procedere non ueret, & ipsum affirmatiue accusare sumit aut punire, uel punire procurat. In hoc quod melancholici, passionati, amari, superbi & stulti, audaces, sibipsum placetes, inconsiderati & indiscreti periculosissimi me habere se, quod quanto ex sua pueritate, insipientia, auersione ad hominum iudicia, ad indignationes ac uarios passionum morus sunt priores, tanto plus necessarium eis est ad salutem, ut contra haec uitia diligentissime praesentent, & discant ac assuescant quotidie, imo assidue considerare, cognoscere, diiudicare, aspernari, accusare, humiliare, disciplinare seipsos: ita interiori quam exteriori oculi sui reprimat & refrenet ad considerationem proximorum superflua ipsis impetente, aduerteret quod scriptum est: Qui obseruator est malorum, opprimit ab eis. Porro uitii timorati, prudentes, scientes quod multipliciter possit homo decipi iudicando de alijs, eo quod iudicare sit actus prudentiae, in quo multa sunt atque de da, maxime horruerunt alios, potissime sibi non commissos, diiudicare, sicut de hoc in Vita patrum multa doctrinalia recitant exempla, unde quod patrum frequenter orasse legunt: Domine, mortifica me a proximo meo. ita custodi atque praeserua me ab incauto proximorum iudicio, ac si iam mortuus essem. Praeterea, cum saluator uniuersis coiter fidelibus iusserit, Nolite iudicare & non iudicabimini, quanto magis religiosi & maxime solitarij incubiti hoc adimplere: tunc circa hoc uerbum Theophilus & Cyrillus testantur, quod Christus hoc documentum praeseruaui nos quantum in ipso est, a pessima peste ac uitio, a quo etiam pauci religiosi inueniunt in toto immunes. Denique, ut uitia ista sollicito caueam, praeseruaui in mente quod multoties ac districte in scripturis prohibeant. Etenim praeter id quod nunc tactum est, rursus in euangelio ait Christus: Nolite secundum faciem iudicare. Aplos quoque: Tu inquit, quis es qui iudicas alienum seruum, suo domino stat aut cadit. Tu ergo quid iudicas fratrem tuum, aut tu quod spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & unusquisque nostrum pro se rationem reddet. Non

Psal. 4.

1. Timo. 3. Prouerb. 6.

1. Cor. 14.

2. Timo. 1.

Exteriora & corporalia, ad interiora & spiritalia sunt referenda

Roma. 2.

Prouer. 11.

Mat. 7.

Ioh. 7. Rom. 14.

EEEE et

ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri aut scandalum. Insuper, cum dicat saluator, Quia mensura mensi fueritis, remetiet vobis, itaque, in quocumque iudicaueritis, iudicabit de vobis, acerbi isti & celeres suos iudices proximorum, merentur a Christo districte iudicari, & sicut fecerunt, fiet & eis. Propter quod ait Chrysostomus, quod nunquam suorum seclerum in diligentiam consequetur, qui tam inclementer suos iudicat proximorum. Propter quod denuo ait Apostolus: Existimas tu dum homo quod iudicas eos qui talia agunt & facis ea, quod tu effugi es iudicium dei? Hoc est quod & Iacobus sanctus dixerit: Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecerit misericordiam, et rursus: Qui iudicat fratrem suum, iudicat legem: si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Certe quod haec & consimilia scripturarum testimonia non aduertit nec intuet neque uere, miserabiliter ac danabiliter surdus & caecus est, imo et insensibilis ad ea quae dei sunt ac suae salutis. Nunc in praetacta saepe epistola dicitur: Caue ne quos imitari non uis, danes, hoc age in egritudine tua, quod egit sanissimus ille qui dixit: Venit Iesus Christus peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Qui enim perfectus examinando seipsum intelligit, suo peccato nullius peccatum par aestimat, quod non sicut suum attendit. Non arbitris comunem non lucere solum nisi in cella tua, & nullibi esse serenam nisi penes te. An solitario, deus tantum? Malo te aestimare ubique esse serenam praeterquam apud te, & peius sentire de te quam de alio aliquo. Postremo, hoc ad uerbum solitarii pertinet, imo ad omnem Christifidelem peccatoribus condolere, imperfectos pie portare, ad uniuersos charitatie atque synceriter affici, per cum deus fideliter deprecari, non spernere proximum, cum scriptum sit: Vae qui spernis. Nonne & ipse sperneris? Age quod docet Eusebius: Ipsi, in quibus, nosmetipsos castigamus, dicitur dicemus, & quotidianam uitam discutiam, dicatque uniuersumque in corde suo: Vide an die hunc sine peccato traherem, hodie peristi & fabulatus sum, fratrem scandalizauit ac iudus, impatiens, leuis in moribus, fuit in cibo, potu ac fomno excessi, otiosus & negligens extitit, minus orauit & legi, quae mihi reddat hunc diem, quem in uanis fabulis totumque defectibus perdidit.

Articulus 17. De oris custodia ac diligenti silentio, & de forma loquendi. Iusque putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Quam necessaria ac salubris sit omni religioso refrenatio linguae, hinc innotescit, quod omnes sancti patres institutores religionum seu ordinum concorditer ordinauerunt profectores regulae suae: non solum a uerbis uitiosis, otiosis, illicitis, sed etiam a uerbis bonis, fructuosis ac licitis ora sua reprimere, silentium obseruare, nec sine licentia loqui, ne occasione prolationis uerborum utilium miscerentur illicita. Insuper, quam seriose uoluerunt hoc obseruari, & quam graue reputauerunt id uiolari, hinc elucefcit, quod pro nulla communi quotidianaque culpa statuerunt tam grandem poenam infligere, sicut pro fractione silentii, ut puta dorso nudato, a praesidente publice in capitulo disciplinari, cum in seculo non nisi pro magnis criminibus soleat huiusmodi ultio fieri. Amplius, inter ea quae in libris sapientibus frequentius atque seriose inuigilantur, docentur, suadentur, praecipuntur, est linguam frenare, loquacitatem uitare, sapienter ac parce loqui, custoditumque esse proprii oris, in qua re perfectio & salus hominis pro maxima constituitur parte, imo quae necessaria & fructuosa sit ista lingua custodia omni homini deo placere optanti, ac salutare consequenti, docet clarissime in sua Canonica apostolus Iacobus, dicens: Lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis lingua, id est per linguam constituitur in membris nostris, quae maculat totum corpus & inflammat rotam natiuitatis nostrae inflammata a gehenna. Hinc loquitur Christus: Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Hoc est quod in Prouerbis Salomon dixit: Mors & uita in manibus linguae. Unde ad linguam refrenationem uolens nos iudex summus induceret: De omni, inquit, uerbo otioso quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicii. Hinc ait scriptura: Si quis non est lapsus in uerbo, hic perfectus est uir, & iterum: Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustiis animam suam. Lingua placabilis lignum uitae: quae autem immoderata est, conteret spiritum. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est. Sicut urbs potens & abscis murorum ambitu, ita homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Denique, sicut silentium & moderamen paritasque sermonis signum est sapientiae & effectus prudentiae, iuxta illud Iob: Vtina taceretis ut putaremini esse sapientes. In Prouerbis quoque: stultus si tacuerit, sapiens reputabitur. Ita loquacitas atque uerbositas ex insipientia oriuntur & eam ostendunt, prout scriptura loquitur ueritatis: Vidisti aliquem uelocem ad loquendum, stultitia magis speranda est quam illius correctio. Itaque, Totum spiritum suum profert stultus, sapiens differt & reseruat in postea. Praeterea, sicut in ceteris actibus bonis, sic in loquendo

Mat. 7.
Mat. 4.
Luc. 9.

Roma. 14.
Iacob. 2.
ibidem.

1. Tim. 1.

Mat. 23.

1. Cor. 1.

Iacob. 3.
Mat. 12.
Prou. 18.
Mat. 12.
Ecl. 28.
Iacob. 3.
Prou. 11.

Prou. 25.

Iob. 43.
Prou. 16.
Prou. 29.
ibidem.

ione debita circumstantiae sunt seruanda, uidelicet opportunitas loci, congruitas temporis, modus loquendi, recta intentio, & cui loquimur, imo & quod. Corruptum enim mores bonos colloquimur mala. Unde & sanctus loquitur Benedictus: Verba scurrilia & in risum mouentia, perpetuo anathemate ubique danamus. Potissimum quoque cauendum ne post uesperas seu completorium & ante primum frangat silentium, quod sicut diligenter seruare est multum exepulare & causa magne quietis, custoditio puritatis, conscientiae munimeturum, ac timorati iudicii cordis, euitatio culpae multiplicis, ac uere sapientiae signum, ita silentii fractio, loquacitas & esse precipite ad loquendum est famitatis in iudicio, in timorati cordis prodigium, insipientiae opus, turbationum origo, iniquitatis formidinis, iniquitatis mentis, effusio gratiae, perditio anime. hinc s. Iacobus apostolus exhortat: Sit ois homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum & tardus ad iram. Si igitur cupis in religione proficere atque in cella cum pace & profectu quiescere, hoc saluberrimo oris opculo. id est silentio claudere & signa ostendit, quod sicut uas non operitum immunditiam adimplet, ita homo ore inconstitutus, inuisibiliter iniquatur ac leditur: nec uitar diu uerba detractionis, contentionis & ista profusio mortifera, quae non satagit uerba cauere superflua minus illicita. Fac saluberrimam uiolentiam tibi quisque in consuetudine ducas in te gratia obseruatione silentii, & de hoc quoti die discute conscientiam tuam, quod si transgressus fueris, fortiter ingemisce, castiga te ipsum, accusa & accipe disciplinam, ac emendationem toto corde propone, & inuoca deum in adiutorium, quoniam dominus est gubernare linguam. Hoc itidem scito, quod ois oratio in intelligibile huius sensum, prolata sine licentia, fractio extat silentii. Denique, in colloquio in desinenter custodi cor tuum, et time ac fuge excessum uerborum. Cum uisitatibus quoque sic loquere, ut impleas illud apostoli: Ois in quietis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed quod bonus est ad edificationem, ut det gratiam audienti. Nolite inquit inquirere, nec in talium perceptione laeteris, nec secularium dissensionum & in quietudinum recorderis, nisi ad deprecandum intente pro omni causa & communi bono ecclesiae.

Articulus 18. Quae dignum, gratum, saluberrimumque consistat, diuicam passionem quoti die, imo assidue, in te & affectuose reuoluere, pertractare ac reminisci. Huiusmodi coexistens sum cruci. Vno autem iam non ego, uiuit uero in me Christus. Quod autem nunc uiuam in carne, in fide uiuo filij dei, quod dilexit me & tradidit semetipsum pro me, Ecce ybra profus dulcissima, ualde amorosa, maxime instructiua. Cogitamus cruci clausi fidei & amoris ac imitatioe cruciformis conuersationis Christo. id est ad laudem & gloriam eius, ad dei honorem ac nostram salutem, ita ut iam non ipsi uiuamus, sed in seculum propria inclinatione, naturae ac improba uoluntate conuersemur, sed iuxta Christi doctrinam, ex epistola, cōfessio ac precepta, ut diuino cultui totaliter dediti simus, & deo in holocaustum oblati, igne diuini amoris totaliter inflammati: & hoc est, Christum in nobis uiuere, nosque in ipso per amorem, plenam ac indefinitam transformationem in ipsum, & ita uiuamus uita gratiae in fide filij dei, et quod ipse pro uobis assumpsit, fecit ac protulit, quilibet nostrum quasi pro se solo ipsum assumpsisse, fecisse ac per uoluisse ppendat, sic quippe pro oibus passus est, quod quantum in se fuit & est, maluisset ac mallet adhuc pati pro uno quoque, quod aliquem permitteret condemnari, sicut & magnus, diuinus ac feruentissimus p̄sul, doctor ac martyr Dionysius, senior uenerabilissimus, in epistola ad Demophilum recitat Christum dixisse ad S. Carpum. Tata ergo dilectio filij dei ad nos inextinguibiliter nos inflamat, tam acerbissima & ignominiosissima passio, quae pro nobis sustinuit unigenitus patris aeterni, uerus deus, in omni persecutione, afflictione & aduersitate, in omni rigore poenitentiae ac disciplinae faciat nos penitus patientes, constantes ac hilares, eo quod capiti nostro aliquo modo conformemur & aliquantulum ei redimimus uicem. Nepe si regis ac capitis nostri humilitate, patientia, charitate & amarissimam passionem syncere ac profunde perspicimus in omni dejectione, correptione, castigatione, persecutione gratias altissimo referemus, oia illa leuia ac modica arbitratibus respectu eius quod deus propter nos in carnatu, pro nobis pati dignatus est. Si efficaciter intuemur qualiter pro nobis in cruce aceto ac felle refectus est, fatebimur nil condignum nos posse ei rependere, etiam si mille annis in pane et aqua abstineamus. Itaque quacumque ratione impetimur, ad diuicam passionis recordationem mox fugiamus; si memoria aut delectatio ueneremur aut gustus aut tactus nos ceperit impugnerit seu tangere, cōfestim non sine ingenti compassione intuemur, in quali & quanto dolore, angustia & merore peccatum dominus uniuersos, innocentes atque mitissimus agnus dei pro nobis in cruce ab hora sexta usque ad nonam uiolentissime usque ad uentrem rupturam, ossu dinumeratione, totiusque sacratissimi corporis sui dissolutione distentus, clausi diris ac grossis crudelissime perforatus, quod & dolor compassionis ac meror de ingratitude ac perditione innumerabilium hominum maior atque poenalius fuit in eo dolore ois suae corporeae passionis, dum & suae amarissimae ac prorsus benignissimae misericordiae aeternae, cuius dolorosissima

1. Cor. 15.
Silentii obseruanda.
Iacob. 2.
Prou. 16.
Eph. 4.
Gala. 2.
1. Pet. 2.
Iob. 19.
Psal. 31.

Iohā. 19.

L. uc. 27.
Iob. 57.
Mat. 26.

Ioh. 1.
Baruch. 2
Actu. 10.

vidit mentē, inestimabiliter cōdolebat. Si infensata ambitio, diabolica elatio tētat nos, pti-
 nus artēdamus q̄liter dñs & saluator ppter nos corā populo ē nudatus, cōlūnā alligatus,
 flagellis lacerat, spinis coronat, arūdine cegus, cōsputus, irrisus, blasphematus, contēptus
 atq; in oibus plenissimā humilitatē, obedientiā, paupertatē: & qđ corpori extat molestius
 p̄legit, exhibuit, docuit, cōmendavit. Porro si ira, impatiētia, tanctor, invidia nos ceperit
 impugnare, indilare p̄semus quē admodū filius dei in cruce p suis interfectōrib, blasphe-
 marōib, ac crudelissimis hostib, fudit precē, atq; illoꝝ pro posse excusavit trāsgressiōē.
 In sup, qualiter tanq̄ ouis ad occisiōē ductus ē & sicut agnus corā tōdente obmutuit, q̄li-
 lit stetit corā Pilato & Herode uultu in terrā fixo, ore silēte, mitissimo corde, ad tot ac tan-
 ta mēdosa obiecta tranquillus ac patiens. Pręterea, si accidia, pigritia, negligētia, uanitas & dif-
 solutio cordis quempiā tētet, mox aduertat quāta sit hoīs causa cum deo, q̄ p̄ derosum ne-
 gotiū, q̄ sublimis sit finis humanæ cōditionis, pro qua expediēda, pro q̄ negotio terminan-
 do, pro q̄ fine recuperādo ac obtinendo ipsemet sup̄spicientissimus unigenit⁹ dei factus est
 homo, cōuerfatus in mūdo, suspēsus in ligno: ex quoꝝ cōsideratione excitet, accēdātq; ho-
 mo uiator ad agendū uiriliter, ad patiendū libētē, atq; ad p̄seueranter, seruenter ac infati-
 gabiliter laborandū pro euasione infernalis dānationis, pro adeptione æternæ salutis, pro
 impetrādīs charismatib, gratiāꝝ, pro deiectione aduersariāꝝ inuisibiliū potestātū & omni-
 um suarū salutis inimicōꝝ. Itaq; passionem dñi n̄si Iesu Christi quoticidie, imō sp̄ssime reco-
 lamus corde recollecto & per charitatis seruoꝝ Christo uniti, tamq; attente ac si presen-
 tialiter ipsum pro nobis pati cōspiceremus, quātum affligeremur, si nos quīs uiles ac rel-
 ualia pateremur, sic inq̄ Chri totalē passionē & compassionem recogitemus mature, distin-
 cte, plenarie: primo, ad recognoscendū q̄ ipse pro n̄ra redēptione sustinuit uniuersa, ne si-
 mus in gratiā secūdo, ad cōpatiendū in quantū innocenter sine suo demerito tulit cuncta,
 tertio, ad imitandū ei⁹ uestigia & oēm uirtutē quā in sua exhibitū passionē: quarto, ad glo-
 rianđū in quantū passio saluatoris fuit tam fructuosa: quinto, ad admirandū q̄ oim dñs
 tot & tanta pro nobis indignis uermiculis facere ac p̄peti uoluit: sexto, ad regratiandū
 pro oibus illis & pro bñficijs tātis: septimo, ad resistendū omni tentationi, ut tactū est octa-
 uo, ad inflāmandū quatenus cōsideratione charitatis, passionis, bñficiōꝝ, promissionūq;
 Christi, quoticidie sancta dilectione fortius accēdamur: nono, ad cōtemplandū charitatē,
 misericordiā, iustitiā, sapientiā supergloriosissimā trinitatis, quæ p̄ huiuscemodī modū de-
 creuit ac uoluit reparare & saluare genus humanū. Sic quoq; in oibus ijs p̄semus, q̄s, qua-
 lis & quātus sit q̄ pro nobis hæc tolerare dignat⁹ est. Deniq; hoc sciat oīs q̄ deo placere &
 p̄ficere ac saluari desiderat, q̄ nulla ē cōpēdior, uirtuosior ac salubrior uia uincēdi oim
 tentationē ac uitia, & proficiendū in omni uirtute & grā, q̄ modo nunc tacto Christi passio-
 nem recolere ipsa est liber oīs sapiētīe ac uirtutis, exēplar altissimæ cōtemplationis: & eius
 commemoratio iam præfata, in seipsa est maxime meritoria, deoq; grata & placita.

Articulus. 29. Q̄ electissimā & incomparabilem uirginē dei mat̄r iugiter con-
 templari, delectabiliter intueri, & post deū summe uenerari debemus.

Can. 4.

Vulnerasti cor meū soror mea spōsa, uulnerasti cor meū. Infinita bonitas, inesti-
 mabilis charitas, liberalissima pietas dei exuli & indigentissimo gn̄i humano in
 isto exilio copiosissime puidere ac subuenire dignat⁹ ē. Nēpe qā in digni & ine-
 pti eram⁹ p̄ nos ipsos immediate ad deū maiestatis immēse accedere, & eius nos
 uultui p̄sentare quē tā dire offendim⁹, et cui p̄ nos ipsos plene recōciliari nequimus, puidit
 ac cōtulit nobis mediatorē efficacissimū atq; piissimū n̄rę naturæ consortē, & n̄rę mortali-
 tatis participē. Vēꝝ qm̄ iste mediator nō solū ē saluator atq; miserator piissim⁹, sed etiā uir-
 tissim⁹ iudex, cuius hūanita deitati est in unitate psonæ cōiuncta, p̄ qđ & eius hūana affe-
 ctio ē miro modo deificata, i. cōformissima deo facta ac diuina iustitiæ assimilatissima, imō
 & uer⁹ de⁹ scđm principalē & propriā suā naturā nō solū syncerissime dilige d̄us, sed & uē-
 hementissime metuēdus est nobis, ideo in digemus etiā psona mediāte & aduocāte ad ip̄m
 p nobis, q̄ sit protus misericor d̄issima, oimō piissima atq; dulcissima, imō in uiscera charita-
 tis & benignitatis totaliter quasi cōuerfa & affluentissime transformata. hæc est unica illa
 quā p̄ æternus unigenito & sup̄dulcissimo filio suo, prius sibi eq̄li, cōsubstitiāli & cōpeter
 no p̄parauit in uerā ac p̄stantissimā m̄sem, quam supermunificētissimus sp̄s sanctus tanta
 gratiē exuberantia, tanta puritate, sanctitate, perfectione ac sapiētia adimpleuit, ut decuit
 adimpleri illius genitricem, à quo & ipsemet spiritus sanctus uere æternaliterq; procedit.
 Hæc est quam superpulcherrimus & supersapientissimus ac sup̄nobilissimus filius dei ab æter-

æterno sibi prælegit in matrem. O gloriosissima domina, purissima uirgo, prædignissima
 mater MARIA dulcissima, in quanta celsitudine, felicitate & gloria cerno te positam. Ec-
 ce enim o omnium felicissima, præclarissima & admirabilissima creaturarum. Ecce tu es p̄
 tri æterno uere comparentalis, eundem numero secum filium habens. Tu unigeniti filij
 dei excellentissima parens, tu singularissimum tabernaculum adorandi paracleti spiritus-
 sancti, & mater illius à quo ille emanat. Tu superessentialis & superbeatissima trinitatis fa-
 miliarissima es amica, summa secretaria, imō totius regni & gloriæ eius confors altissima.
 Talē ac tantam, tam præamabilem ac perfectam fecit te artifex primus, opifex deus, quod
 ipsemet tuū decorē ac speciem concupiuit, uenit ad te non locū mutando, inirruit in te in
 mediū cordis tui, omni grā, uirtute ac perfectione illud copiosissime adimpledo, atq; in me-
 diū uirginē sup̄castissimi uteri tui, ex purissimo sanguine sibi humanæ carnis substātiā
 ac corpus sanctissimū fabricando, formando ac assumendo: habitauit & requieuit in uētre
 tuo purissimo mensib, 9. tanq̄ in throno dignissimo pudoris, aulæ regia, coelica cella sanctis-
 sima, & q̄ æternaliter fluxit & natus est ex corde incōprehensibilis & incircumscriptibilis
 p̄ris tēporaliter natus est ac processit ex uētre tuæ deiformis fecūditatis, tanq̄ sponsus de
 thalamo geminē gigas substātię, deus uerus & homo pfectus in unitate psonæ. Hinc regē
 celoꝝ, dñm angelōꝝ, oim creatorē ex te natū fouisti in gremio, lactasti facris uberib, con-
 tractasti dignissimis manib, tāq; familiariter cū ipso es cōuersata in seculo isto annis 30. quā
 q̄ prædicare exorsus est, atq; exiit secuta es ipsum, quāq; in cruce suspēsus est. Quis nunc
 d̄ suauissima uirgo capere queat quantā grā exuberantiā, quantā diuinōꝝ charismatū af-
 fluentiā dederit tibi filius tuus uerus deus & creator tuus in oibus istis. Certe hoc costat, q̄
 tū ac taliter te præ uniuersis decorauit & sublimauit electis in cunctis donis & bñficijs su-
 is, quantū & qualiter decētissimū fuit matrem, reginā, sp̄s samq; singularem decorari, imi-
 pleri & sublimari præ cunctis famulis & ancillis ipsius. Ecce d̄ præamabilissima ac præue-
 nerandissima dña, eo ipso quo facta es deo p̄ri comparentalis, ueriq; dei mater, es quodam
 modo infinitæ dignitatis. Tu iure ac priuilegio huius diuinę maternitatis autoritatem ha-
 bes præcipiendi omni creaturæ in esse creato subfisti in cælo & terra. Et qđ dico omni cre-
 aturæ, cū & super deum uerū ex te natum uidearis autoritatē quandā habere secundū ipsi
 humanā ex te sumptā naturā, scđm quā fuit subditus tibi, teq; adhuc & in æternū hono-
 rat ut præstantissimā, fidelissimā & dilectissimā suam matrem? Tuā d̄ dña dignitatem, fan-
 ctitatem & gloriā cōprehendere non ualemus, te cōtemplari sumus indigni, tibi cōdigne
 obsequi nullatenus possum⁹, sed hoc fatemur, q̄ sicut creatorē ex creaturis aliq̄liter cogno-
 scere possumus in hac uita, q̄ quid pfectionis ac bonitatis est in reb⁹ creatis ei sup̄eminē-
 tissimē ascribendo, omni impfectione seclusa sic te d̄ Maria dulcissima ex cæteris cōis con-
 templamur, quicquid pfectionis, sanctitatis & essentiæ est in illis, tibi præclarissime attribu-
 endo, omni defectu oritate, uilitate & impfectione sublata. In quibusdā illay splendet uirgi-
 nitas, sed deest fecunditas: tu autē mater & uirgo, sed cuius mater? mater utiq; tui ac omni-
 um creatoris. In quibusdā fulsit fecunditas, sed corruptioni libidiniq; obnoxia. In nōnul-
 lis sublimiter & cum admiratione laudatur in coniugio seruata uirginitas, in quibusdā cā-
 stitonia uidualis. Tu autem d̄ dña in coniugio intacta mansisti. Vidua quoq; effecta, alte-
 ri non nupsisti, nec in delicijs unquā uixisti. Nunq̄ fomitis motum sensisti, atq; in terris ui-
 uens, oim angelicam mentem puritate ac dignitate uicisti. Porro translata de uia ad patri-
 am, nunc in caelis gloriosissima es effecta, tāto cunctis sup̄nis ciuitibus beator atq; sublimi-
 or cōstituta, quantū decuit matrē summi dei eius ministris præferri. Quis demū conside-
 rate p̄ualeat, q̄ etiā glorificata sit sanctissima uirginē, imō Ch̄riferæ ac deiserę matris ca-
 ro, cui⁹ portio unita est hypostatice uerbo æterno, & in qua genuit uerbū hoc incarnatū, cui
 ius ubera suxit, à qua tot ac tāta accepit obsequia? Hanc itaq; felicissimam dñam n̄rām, me-
 ditricē, miseratricē, m̄sem & aduocatam n̄rām, & post deum unicū nostrū refugij, p̄ quā
 deus uult nos desuper obtinere quicquid ab ipso adipiscimur uirtutis & gratiæ: hanc in quā
 post deū seruentissime diligamus, reuerentissime ueneremur, deuotissime inuocemus, pri-
 mo, quoniā deus eam talem fecit ac tantā, & quoniam honor matris honor est filij eius ac dei
 patris, & quoniā in seipsa talis ac tanta est, & quoniam tot & tanta bona per eam sortiti su-
 mus, & quia in tegno celoꝝ eius præsentia & aspectus tam ineffabiliter auget accidenta-
 le premiū beatorū. Ipsam assidue laudemus ac salutemus, eius beatitudini præcordialiter
 congratulemur, in ea & per eam bñdicamus, laudemus & gratias referamus altissimo, qui

Pat. 44

Luc. 4

Proue. 17

opotentiam suā et oēm charitatē, munificentiā, pietatem & sapiētiam suā tā excellētissimē declarauit in hac optima incōparabiliq; maria, & toties gloriēt cor nōm, quē es reminiscimur eius. In ipsa post deū sit iugiter sc̄ipue consolatio nra, horas ipsius deuote hilariterq; legimus, de ipsa deuotissime celebrem. Tu optia dña, misericordissima aduocata, affectu uolūstati nrae, nos incessanter tuere, adiuua, rege, cōserua, deduc & pduc ad portū salutis aeternę.

Articulus XXX. De studio fructuoso & ordinato.

Solatio habemus sc̄tōs libros qui in nris sunt manibus. Quid est sacra scriptura, nisi doctrina ad nos de celo missa: cuius singuli libri sunt quasi epl̄e spū sancti, ad nos desuper destinatae. Ideo dū studemus, deus loquit nobis & ualde uidet paruipede re alii, qui ipsius epl̄am ad se missam legere non dignat, aut superficialiter legit. Hinc scripturas et eaz; expositiones diligentissime decet nos legere, et q̄ nō intelligimus, ab eru ditoribus quaerere, cū dicat saluator: Scrutamini scripturas. Quod q̄ fructuosum sit, p̄dit Apls, dicens: Quaecunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiam & consolatiōem scripturaz; spem habeamus, et alibi: Ois, inquit, scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia, ut p̄fectus sit homo ad oēm opus bonū. Deniq; de fructuositate studij huius ait Gregorius: Sacra scriptura oculis nre mentis quasi speculū quoddā opponitur, ut in ea nra interna facies uideat: sibi cōda nra, sibi & pulchra nra conspicimus sibi sentimus quantū proficimus, quantū ue a profectu distamus. Hęc a carnalib; ac terrenis mentē ad cōlestia leuat, pigritiā negligētiamq; repellit, ad p̄nitendū ac laborandū in ducit, charitatē accēdit. Hinc fat Hieronymus: Vtere lectione diuina pro speculo, uita corrigēdo, uirtutes discēdo, pulchra cōseruādo, pulchriora agen do, & rursus: Pinguissimus, ait, est sermo diuinus, oēs in se habet delicias: quicquid uolueris ex diuino sermone nasci, sicut tradit Iudei de māna, q̄ d̄ sc̄m unius cuiusq; p̄cipit uoluntate. Sint ergo diuinę scripturę tibi semp in manib; ac mēte iugiter reuoluant. Hugo q̄ hinc protestat: Nihil in hac uita sentit suauius neq; auidius sumitur, q̄ scriptura q̄ mente ab amore inūdi p̄cipue separat, cōtra tērationes cōfortat. Vsz; (ut idē faterur) ad sacre intellectū scripturę opus est intima cōpunctiōe magis q̄ profunda inuestigatiōe, suspit̄is q̄ argu mētis, crebris gemitib; q̄ argumentationib; copiosis, lachrymis q̄ cōmentis, ofone q̄ lectiō ne. Itaq; in lectione & studio sacre scripturę & in scriptis sanctoz; p̄sertim q̄q; in deuoti onalib; libris occupet se horis cōgruētib; solitarius, nō principaliter ad sciendū, sed ad uir tuosius cōuerandū, ad discernendū inter bona & mala, inter uera & falsa, inter sincera & ficta: q̄ salubriter legit, applicet sibi p̄p̄, in primis se increpādo, excitando & inflādo, ve runtā principalis, salubrius atq; diuinius est ofonibus, psalmis, meditationib; immorari, cōtēplatiōem et charitatis feruori insistere, internę exercitatiōi et purgatiōi uacare q̄ le gere ac studere. Principalia ergo & salubriora ac magis diuina, principali, frequētius, di uturniusq; agatur: & quę ad illorū profectū plus cōferunt, opportuno legatur in tpe ordi nate: nec quę magis delectāt, sed quę magis expediūt sunt legenda. Præterea in epl̄a illa ad fr̄s de Mōre dei hinc legit: certis horis certę lectiōni uacandū est. Lectiō nāq; fortuita ac uaria, & quasi casu repta, nō aedificat, sed animū reddit instabilē, leuiterq; admittit, leuiter cedit a memoria. Certis ergo ingenijs est immorandū, & salubriorib; assuefaciendus est ani mus. Nēpe quos p̄ scripturę sunt editę, etiā sunt legēdę. Nunq̄ etem ingrediēris in sen sum Pauli, donec usu bonę int̄tioni in lectiōe epistolaz; ipsius & studio meditationis as sidue sp̄m eius imbiberis. Nunq̄ intelliges David, quosq; p̄ experientia ipsos psalmoz; affe ctus indueris. Ex lectiōe forma salubre, affectū, ofonisq; formā & ipsam lectiōem ac studiū frequēter interrūpat ofo. Lege ergo & frude, non ut tēpus deducas, nec sic ut memoriā la ceres, sed ut proficiās & sp̄m innoues, memoriā in deo recolligas & charitatē accēdas. Le ge qd̄ p̄posito bono cōueniat, int̄tioni deseruiat, animūq; detineat, ut aliena cogitare nō libeat. Postremo cōsonat p̄ductis, qd̄ 4. libro loquit Damascenus: Pulsemus in optimū pa radisum scripturaz; q̄ dulcissimus, speciosissimus oim desideraz; uolucrū, cātilenis circūso nantez aures nras demulcet, q̄ tāgit cor nrm & contristatū consolatur, q̄ mentē nram facit ascēdere ad p̄claras & instar auri fulgidas theorias. Hauriamus ex huius paradisi fonte perennes atq; purissimas aquas salientes in uitā aeternam, & insatiabiliter uoluptuemur in eo. Inconsumptibilem em̄ possidet gratiam. Vn de eodem libro demū Damascenus: Opti mum, inquit, et utilissimū est inuestigare diuinas scripturas. Sicut em̄ lignum secus decursus aquaz; planratum, ita & aia diuinis irrigata scripturis impinguatur, & fructū temporane um tribuit, ac sup̄uentibus folijs, i. acceptabilibus deo actionibus decoratur. Ad actio nem

Roman. 2. Tim. 3.

Hieronym.

Sapi.

Eodem

Iac. 5.

1. Pet. 4.

Coloss.

nem etenim uirtuosam & immaculatam contemplationem ex scripturis dirigitur. Articulus XXXI. Quod uita solitaria, contemplatiua sit excel. lenter suauis, nobilis ac diuina.

Intrans in domum meam conuiescam cum sapientia. Non enim habet amaritudinē conuersatio eius, nec tædium conuictus eius, sed gaudium & letitiam. Essentiale præ mium beatoz; in patria correspondet perfectioni & magnitudini charitatis, non diffi cultati laboris, diuturnitate ue tps, nec multitudini actionis, quę admodū asserit Au gustinus: Non numerositas op̄ez, non diuturnitas tpm, sed maior charitas, meliorq; uolū tas auget premiū. Porro q̄to quis in charitate plus proficit, & in ea perfectior fit atq; feruē tior, tanto delectabilis feruit deo, & exercitia etiam ardua, & imperfectis laboriosa sunt sibi faciliora. Talis ergo multo plus apud altissimū promeret per actus sibi delectabiles, faci les ac iuctuosos, q̄ imperfectus, piger & negligēs per actus sibi laboriosos ac arduos. Deniq; hoc ad solitariū ac oēm spectat religiosum, ut per uniuersa quę agit opera bona, studeat in charitate proficere ad charitatis quoq; perfectionem pertingere, ac per hoc creatori suo promptus ac delectabilis ministrare, atq; (ut constat ex p̄yinductis) ad solitariū p̄tinet perfectio charitatis, & eminentia quę dā sapiē salutaris, quę donū est. Actus uero doni sapientię ex sua natura est dulcis & tanto suauior, q̄to sapientia ipsa extat perfectior. Præ terea uita solitarij sita est in actibus circa deum immediate aut directe uersantibus, præ ferim in actibus sapientię & charitatis, hoc est, in contemplatione & amorosa mentis cū deo unione, qui actus ex sua natura iucundissimi esse noscuntur. Delectatio nāq; cōfurgit ac oritur ex unione potentię cū obiecto conuenienter: deus aut conuenientissimum est ob iectum, incomparabiliter pulchrum, bonum, delectabile & amicum. Intellectus quoque & uoluntas nobiliores sunt animę uires. Idcirco quo uires istę purius, clarius & amorosius deo iunguntur, eo in tali sancta unione delectatio maior consistit ac melior. Deinde uita cō templatiua specialiter sita est in actibus latræ, puta in orando & deum laudando ac offerē do: qui etiam actus circa deū uersantur, & ex sua natura delectabiles ualde existunt, ac mē tibene dispositę, purgatę, amorosę, sunt ualde iucundi. Etenim ex apprehensione & intui tione summi, infiniti & superpulcherrimi boni, a quo habemus quicquid sumus & posside mus, atq; ex consideratione beneficiorum ac promissionum ipsius gaudium oritur spirita le & magnum. Cumq; cōsideratio & cognitio ueritatis ex se delectabilis sit & iucunda, cer tum est qd̄ contemplatio summę & incretę ueritatis, & eius p̄cipuorum affectuum sit eximie gaudiosa. Et quid in hac uita potest esse iucūdius, q̄ superamabilissimo & super oia charissimō deo tranquilla ac sincera mēte uacare, adherere? & in ipso a mundi tumultibus, secularibus curis, amarissimis passionibus irę, impatientię, timoris, uocoris liberum esse, cōlestem conuersationem in cella inchoare ac ducere, sicq; futurę felicitatis delicias in ui ta hac p̄gustare? Ideo ait uir sapiens: Sapientia erit allocutio cogitationis & tædij mei. Si nāq; oriatur in solitario cogitatio uana aut fœda, aut tēdium prauum, debet mox per sapi entiam & charitatem cor suum ad deum erigere, & in ipso ac spe felicitatis futurę consola ri gaudere, ac alacer fieri & laudare, propter quod Iacobus dixit apostolus: Tristatur aliqs ex uobis, oret a quo animo & psallat. Interea patet, qd̄ perfectio, nobilitas & deificatio hois sita sit in elongatione a rebus carnalibus & mūdauis, & in appropinquatione ad bona spi ritualia ac diuina, cōlestia & æterna: imō in amorosa & contemplatiua cōiunctiōe cū deo, quod totū per p̄fectos sit actus, sed qm̄ (diuino Dionysio protestante) omniū diuinorū di uinissimū est deo cooperari in reductione animaz; ad ipsum, proximis q̄q; cōicare bona sibi desuper p̄stita, iuxta illud: Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrā tes, & proximis purgare, illuminare, perficere: ideo ne solitarius ista penitus priuetur aut careat perfectione, debet tanto feruentius, instantius, sollicitius die ac nocte inuocare uiscē ra misericordię dei pro bono communi ecclesię, pro cunctis hominibus, pro uiuis ac mor tuis, pro omni causa & necessitate ecclesię: quāto minus alijs euāgelizat, ueniētes quoq; ad se prouocat ac feruēde exhortari, atq; ut copiosius exaudiat, studeat deo indefinēter toto corde adherere, totisq; uiribus ipsum insatiabiliter honorare, ac iuxta sup̄ exigentiā uoca tionis digne cum profectu assiduo ambulare: quod agendo promerebitur multis gra tiam conuersionis, & plus forsā merebitur q̄ plurimi p̄dicantes. Propter quod S. Fran ciscus dicere consueuit fratribus, quos ad p̄dicandū direxit, ut fructum p̄dicatiōnum suaz; ascriberent orationibus pauperulorū fratrum, qui domi manebant.

Articulus XXXII. De laude solitarię uitę ex uerbis & exemplis sanctorum.

Osce. 2.

Laudit paronomasia coeli & cellae.

Ioh. 1. 2.

Daniel. 3.

Psal. 109.

Cant. 4.

Exod. 32.

4. Reg. 1.

Marc. 1. Gen. 28.

DVcam eam in solitudine, & loquar ad cor eius. Quemadmodum cella & caeli in literis, uoce & sono concitant, ita in actibus: quia (ut patuit iam frequenter) ad hoc instituta est solitaria & cellica uita, quatenus deo indefinenter, quatenus in uita hac fieri ualeat, inherere per actus, quae perfecte & sine interruptione fiunt in caelo, in cella autem imperfecte, respectu perfectionis supernae, & cum frequenti interpolatione. Vnde in pallegata fertur epistola, sicut cella & caelum habent adiuuicem cognationem nominis, ita & pietatis. A celando etenim utrunque nomen sortitur, & quod celatur in caelis, hoc & in cellis: quod geritur in caelis, hoc & in cellis, ut puta deo uacare, deo frui: quod dum secundum pietatem ac ordine fideliter celebratur in cellis, audeo dicere, angeli sancti cellas habere pro caelis, & aequae delectantur in cellis ac caelis. Nam cum in cellis iugiter actantur caelestia, cella & caelum si militudine sacramenti, pietatis affectu, conformitateque operis sunt familiaria, quae spiritu exorant, aut etiam de corpore exeunt, a cella in caelum, non longa est uia, neque difficilis. A cella quippe in caelum saepe ascenditur: uix autem aut nunquam a cella in infernum descenditur, nisi cogitando de poenis inferni. Moriens autem uix unquam aliquis a cellam in infernum descendit, quia uix unquam aliquis nisi caelo praedestinatus, in ea usque ad mortem persistit, quoniam filium gratiae cella tanquam fructum uentris sui fouet: alienum uero citius abijcit ueluti abortiuum, uel si aliquandiu in ea durauerit, non uirtutis constantia, sed pertinacia miseria, sic ei est cella quasi carcer. Praeterea in tractatulo quodam sancto Basilio ascribitur, de huius uite fertur nobilitate: Solitaria uita caelestis doctrinae est scala, diuinarumque artium disciplina. Illic deus est ueritas quae discitur, & uita ad quam tenditur, uia qua itur, atque ad summam ueritatis notitiam peruenitur. Eremitae sunt paradisi deliciarum, in qua tanquam redolentium speciem pigmentorum ac redolentium flores aromatum, ita fragrantia spirant odoramenta uirtutum. In solitaria & eremitica uita rosque charitatis igneo rubore flammantur. Lilia castitatis nixque splendore candescunt. Ibi & humilitatis uiolae dum imis contentae sunt, nullis superbiae passionum flatibus impelluntur. Ibi myrrha perfecte mortificationis abundat, thus quoque assidue orationis emanat. O eremus sanctarum delectatio metium, gustusque intus in exhausta dulcedote caminus ille Chaldaicus, in quo sancti pueri uires feruentis in ceteris orationibus reprimunt, & ardore fidei crepantium contra flammaram globos extinguit, ubi & nexus uruntur, & ardorem membra non sentiunt, quoniam & peccata in eo soluantur, & in hymnu laudis diuiniae anima prouocatur. Disrupti in gens, domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu fornax, ubi summi regis uasa formantur, & ad nitorem perpetuum malleo poenitentiae percussa, ac lima salutaris correptionis erasa perueniunt. O cella negotiorum caelestium apotheca, in qua illarum mercium summa reconditur, quibus possessio terrae uenturium comparatur. Felix commercium ubi terrenis caelestia, transitorijs aeterna mercantur. O cella spiritualis exercitij mirabilis officina, in qua anima sui creatoris in se restantur imaginem, & ad suam redit originis puritatem. In te breui carnis afflictione ac fletu exiguo caeleste conuuiuium, aeternusque uisus ac iubilus acquiruntur. O cella sacrae militie tabernaculum, praecinctus triumphantis exercitus, castra dei, turris David, mille clypei pendentes ex te, omnium armatura fortium: tu campus diuini praesilij, arena spiritualis certaminis, angelorum spectaculum. O cella moris uitiorum, fomes & uita uirtutum, te lex attollit, propheta miratur, & quicumque ad perfectionis culmen perueniunt, tuum nouerunt praeconium. Tibi id eremitica uita Moyses debet legis acceptae decalogum: per te Elias cognouit pertraesuntis excursum: per te Elizeus duplicem magistrum sortitus est spiritum. Et quid amplius dicam cum & mundi saluator suum praecursorem atque baptismum sanctissimum tui constituit acolam, & ipsemet quadraginta diebus te inhabitare dignatus est. Tu scala Iacob, quae homines uehis ad caelum, & angelos ad humanum deponis auxilium. Tu aurea uita, quae homines ducis ad patriam. Cella est conciliabulum dei & hominum, secretarium in carne de gentium & spirituum supernorum: illic namque superni ciues ad colloquia humana descendunt: ibi non tam linguae carnis uerba componunt, quam sine uocis strepitu facta demum mentium arcana patefunt. Cella conscia est secreti consilij quod cum hominibus habet deus: quae pulcherrimum species, cum frater in cella constitutus nocturnas peragit psalmodias, quasi pro diuinis castris militares custodit excubias: Contemplatur in caelum cursus astrorum, decurrit quoque per os eius ordo psalmodiarum. Iste psallendo intrinsecus ad inaccessibleem tendit lucem, illa sibi inuicem succedendo exterioribus oculis reparant die. O cella tu de superbis efficis humiles, de iracundis mites, de gulosis sobrios, de crudelibus pios, de lubricis castos, de leuibus & iocosis maturos ac timoratos, Tu metuenda es malignis spiritibus: tu animarum

es

es speculum, in quo mens humana prosperaciter intuens, quod minus est impleat, quod superfluum reprimat, quod obliquum est dirigat, quod deforme componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo spiritus sancti arra tribuitur, caelestis quoque sponso felix anima coedatur: quis ignoratibus te amara uidearis in cortice, magnum tamen est atque dulcissimum, quod intrinsecus latet in te, cum peruentum fuerit ad suauitatem medullae. O uita eremitica, uita benedicta atque angelica, tu uiuarium aiaz, excedra gemmarum caelestium, spiritualium curia senatorum, odor tuus cunctos aromatum fragrantiam superat, sapor tuus super omnia mella cordis palatum illuminat & obdulcat, quicquid de te dicitur, tuae dignitati non aequatur, quoniam lingua carnis nullatenus exprimeret sufficit, quod de te spiritus inuisibiliter experitur & sentit, qui per uestigia tua nunc graditur, peracto uirtutis huius cursu ad societatem sine dubio gloriosam prouehitur. Insuper de prece conuersus eremitice ac solitarie uirtutis in statutis ordinis Carthusiensis, pulchre inducitur. Notis inquirunt, in uereri nouoque testamento omnia pene maiora & subtiliora secreta non in turbis sed cum soli fuerit dei famulus esse reuelata, ipsos dei famulos, dum uel subtilius meditari, aut liberius exorare, uel a terrenis per mentis excessum cuperent alienari, fere semper multitudine impedimenta uitae, & solitudinis captasse comoditates. Hinc legitur Isaac egressus in agrum ad meditando, Iacob quoque cum solus remansisset, benedictione digniore magis appellationem est consecutus. Denique quum Moyses, Elias, Eliseus & Ieremias solitudinem quaesierint docet scriptura. Beatissimus etiam Iohannes repletus spiritu sancto in utero matris, mox ut rationis usum sortitus est, in solitudinem fugit, imo & omnium dominus Iesus Christus solitaria saepe adijt loca. Hinc innumerabiles patres sancti, Antonius, Hilarion, Macharius, Pachomius, Pastor, Arsenius, Benedictus solitudinem audacissime elegerunt: quorum uirtutes imitando experiemini suauitates psalmodiarum, studia lectionum, feruores orationum, subtilitatem meditationum, excessus contemplationum, baptismata lachrymarum, nulla re magis quam solitudine posse iuari. Postremo, cum tam ineffabilis & pene incomparabilis sit solitariae dignitas uirtutis, erubescamus uehementer in cella ac solitudine uiliter, negligenter, pigre aut carnaliter nos habere, imo in desinenter conemur in ea coram altissimo, caeliformiter conuersari, & quum permittit communis fragilitas angelicam imitatioem ducere uitam, atque in omni puritate, sapientia & feruore, in omni tranquillitate, gratia ac uirtute incrementa adipisci assidua.

Articulus XXXIII. De diligenti cellae custodia, & quae difficulter fit egrediendi ex ea.

SEde in domo tua & esto contentus gloriae: quid prouocas contra te malum ut cadas tu & Iudaea tecum? Cella incipienti nondum purgato, & cura quotidiana egentium ualuarum dinarium est, apotheca sanantium emplastrorum, & hospitale quoddam aegrorum: in quoutique loco expedit residere, medicumque uisitacionem aequanimiter expectare. Occasiones quoque recidui atque ruinae & leisionis interne diligentissime praecauere: quae omnia extra cellam ex sensuum obiectis humano colloquio & occurfu frequenter occurrunt, in tantum quod unus etiam huius seculi sapientium testatus est: Quoties inter homines fui, minor homo redijt, unde & desuper magno Arsenio est prolatum: Si uis saluari, fuge, tace, qui esce. Qui & in solitudine degens, & interrogatus a patribus, cur a communi quoque conuentione & colloquutione sic abstineret? Respondit: Ignoscite mihi, scit deus quod diligo uos, sed cum deo & hominibus simul loqui non ualeo. Porro, proficiente cella est schola uirtutum, magisterium quoque caeleste, ubi unctio docet de omnibus, & dominus dat intellectum ei quod propter deum synecrise se segregat ab externis solatijs, humanis colloquijs, & cunctis suis salutaribus obstruculis. In deo unus differuit patrum: Sede in cella, & ipsa cella te instruet. Maximus quoque anachoretus Antonius: In quocumque inquit, sederis loco, non cito mouearis de illo. Hinc demum in exercitio illo Carthusiano reuera ualde salubri, imo & tanto plus sapientiam aliam magistrali, quanto superficie tenus simpliciori quod incipit uolens purgari, asseritur: Quando solitarius exit cellam suam sine rationabili uide licet causa (proh dolor) timendum est quod non eructauit cor suum uerbum bonum, eo quod non dicat opera sua regi. i. Christo non fatetur neque pronuntiat actus suos exemplo sancti Iob dicentis: Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit saluator meus. atque psalmiste qui loquitur: Dixi confitebor aduersum me in iustitiam meam domino. Quod quam fructuosum sit ac salubre, pandit sublungens: Et tu remisisti iniquitatem peccati mei. Item quoque: Delictum meum cognitum tibi feci. Ita plane si solitarius coram deo rite pensaret ac fatetur, quoties & quam dire egresso cellae fuerit sibi occasio multiplicis culpae a tali abstineret egressu, praesertim cum & ipse circueundo non solum excedat, sed & Iudaea quoque, i. fratri suo contenti domino fiat ruinae occasio uerbo

Gene. 24. Gen. 27. ibidem. 31.

Luc. 1.

4. Reg. 14.

Memorable Arsenii episcopi sum.

Psal. 44.

Iob. 33. Psal. 31.

Eodem.

bo aut signo seu facto, aut certe ad ostium eius sine necessitate pulsando, & illum à sua for- san deuotione impediendo, imò ad minus ipsam interrompendo. In qua re quidam incu- stoditi, in timorati, in quieti & garruli sunt miserabiliter defectuosi atq; culpabiles, quorum societas familiaris cum sit nociua, extat uitanda. Insuper, perfecto contemplatiuo heroico cella est domus salutis, thronus internæ quietis, confistorium cõtemplationis supernæ, ha- bitatioq; celestis, locus aromatum, solium exuberantium consolationum, imò paradisus uo- luptatis in terris. Verissime ergo signifer ille solitariorũ Antonius dixit, q; sicut pisci aqua est necessaria, sic monacho cella, extra quam sine necessitate tardando, moritur sicut piscis in sicco. Hinc denuo saluberrime factus est quidam: Fons & origo omnis boni est monachũ in sua cella iugiter permanere. Hinc uerus cellita exercitationis internæ cum deo peritus, ac solitariũ uitæ fructum dulcedinemq; expertus, egreditur cellam ueretur, quam dum ex rati- onis recta censura est egressurus, oratione se munit, cruce consignat, ex eundo orat tanq; q foralitiũ suum exit & castrum, in quo ab hostibus existit securior, ad unionem cum deo potentior, & ad profectum habilior. Idcirco in statutis ordinis Carthusiensis docetur: Cel- læ incolam diligenter atq; solcite oportet inuigilare, ne quas occasiones egredie di machi- netur siue recipiat, demptis causis generaliter ab ordine institutis, sed potius sicut aquas pi- scibus caulaseq; ouibus, sic cellam suã uitæ necessariam reputet ac salutem. In qua qto diutius tanto libentius commoratur: quam si libenter & ex leuibus causis exire inuenerit, cito ha- bebant exofam. Fac igitur tibi consuetudinem bonam, & mane cum sapiẽtia increata in cel- la quasi in thalamo cum sponsa, ibi amplexibus eius frueri concupitis, contẽplare pulchri- tudinem eius immentam, & solus cum sola delectare stabiliter, quoniam ipsa ludit in orbe terrarum, & delicia eius esse cum filiis hominũ, preoccupat eos qui se concupiscunt, statq; ad ostium mentis & pulsat, & aperientem gratiose ingreditur, atq; cum ipso deliciose resi- citur. Molestissimum ergo sit tibi à lumine tanto auelli, tam diuinis occupationibus defrau- dari, à tam salutarĩ adunatione in deo & amorosa coniunctione cum ipso retrahi & auerri, ac foris dispergi.

Articulus XXXIII. De quotidiana fructificatione, ordinato processu & iugi custodia solitarij.

Cum quesieris dominum deum tuum, inuenies eum nisi tamen toto corde quesieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ. Quid est deum querere toto corde, nisi to- tis uiribus intellectus ac uoluntatis? Quid rursus est deum querere tota tribula- tione animæ, nisi cum ingenti formidine, sollicitudine quoq; peruigili, cum gra- ui afflictione & poenitentiã dolore, q; toties atq; tam grauitur ipsum offendisti, in honora- sti, reliquisti, spreuisti? Vnde habes uehementer metuere occulta eius iudicia, ne forsan te asp- netur, & impleatur in te quod Salomon testat: Considera opera dei, q; nemo possit cor- rigere quem ille despexit. Time ne poenitentia tuæ contritio non fuerit uera, cum contritio sit dolor maximus, qui est in rerum natura, sicut & dei dilectio est fortissima in natura con- sistens affectio, & præsertim quia hucusq; fuisti ad reciduum tam pronus, tam incustoditus, leuis ac negligens, cum utiq; poenitere sit præterita mala deslere, & desenda non rursus cõ- mittere. Hinc ualde notabiliter scribit in homilia quinta Eusebius: Qui de præteritis anx- ius est, id secum cogitat & reuoluit, ne forsan insufficienter & nimis parum deplanxerit præ- teritas culpas, ne forte nondum satisfecerit pro innumeris debitis suis, ne forte ad uetera iniquitates noua sibi ipsi inflixerit uulnera. Interdũ sufficere nobis putamus, q; ad locũ istũ separatum conuenimus, & statum habitumq; mutauimus, q; aliquanto hic uiximus tempo- re aut plurimis annis in dei seruitute, ac sic perniciofa nos ipsos persuasione fallẽtes, putamus de omnibus nos debitis satisfecisse, quasi putantes q; excessus nostri spatio tempo- ris euauerunt. Et quia nos illa obliti sumus, credimus q; de memoria æ quitatis diuinæ ela- pla sint, sed non est ita. Omnia apud illum collecta, omnia apud illum reposita atq; signata sunt, quemadmodum sanctus Iob (qui contra diabolum tam singulariter dimicauit) loqui- tur deo: Signasti quasi in sacco peccata mea. Et ipselem deus: Nõne inquit, hæc collecta sunt apud me, & signata in thesauris meis? Non putemus tam facile posse remitti semel in- iusta pctã, pfun doq; uulnere impressa uisceribus aia: multo opus est fletu multoq; gemitu, & multo cordis dolore ad sanandos cordis interitus ac languores. Tota insistendũ est spi- ritus contritione, ut uetusta uitia, multotiesq; uulnera repetita tanq; sagitte profundius in- gestæ de conscientia euellantur. Non sufficit summis labijs dicere, Peccauĩ, parce, remitte. Saul dixit peccauĩ, sed non obtinuit ueniam illam quam Dauid una poenitentia uoce pro- meru

Prouerb. 8 Apoc. 3

Deute. 4

Eccles. 7

Iob. 14. Deut. 32.

1. Reg. 15

meruit. Quare: quia confessionem nuda uerba magis quam ueri gemitus exprimebant, q- niam non compescebatur cum magnitudine criminis, lenta confessio supplicantis. Non le- uigendum est contritione ut debita redimantur, quibus mors æterna debetur; nec transi- toria opus est satisfactione pro uitijs, quibus præparatus est ignis æternus. Si intelligere cu- pimus q; graues apud se faciat iudex noster hominum culpas, respiciamus ad pœnas. Non- ne pro uno, imò & minimo mortali peccato infligitur æterna damnatio? Ex his innõtescit, q; omnis resolutio cordis incauta, omnis securitas uana, omnis præsumptio immoderata de uenia sint uitanda, cum & Salomon contestetur: Est generatio quæ sibi munda uidetur, & tamen non est lota à sordibus suis. Nempe (ut sanctus fatetur Hieronymus) necesse est ut multitudini magnitudinẽq; excessuum adæquetur contritio. Præterea q; instanter & affe- ctuose, perseueranter & formidolose oportet omnipotentem inuocare, protestatur præ- fatus Eusebius: Non uult deus noster bona sua, uidelicet charismata gratiæ & munera glo- riæ nimia inueniendi facilitate uilesce. Pretiosa & concupiscibilis merces cupidum ama- torem auidumq; negotiatorem requirit. Ergo ille tantorum munerum repromissor non uult neque acceptari in suo cultu ac opere tepidum, despicit fastidiosum, recusat coactum, respuit in deuotum. Etenim lente & parum grate quærere gratiam diuini muneris maxi- ma est iniuria remuneratoris. Ideo quamuis totis animæ & corporis laboribus desudemus, licet totis obedientiæ uiribus exerceamus, nihil tamen condignum pro cœlestibus bonis merito compensare & offerre ualeamus. Veruntamen nisi cum bona uoluntate & auiditate atq; lætitia opera dei egerimus, deo nos perire nouerimus. Idcirco in spe cœlestium pro- missorum tanto incitemur studio, & tanto inardescamus affectu, ut cum præmiorum ac glo- riæ dignitate desideriorum magnitudo cõcordet. Oportet igitur adimplere quod ait (scri- ptura) Seruite domino in lætitia. Itemq; Gaudete in domino semper. Hoc itaq; maxime stu- deamus ut illa quæ in dei honore agimus, cum claro agamus animo, cum fidei gaudio, atq; cum deuote uoluntatis affectu. Sic ergo indefinenter deum quæramus & inuocemus, ita nos ipsos quotidie discutiamus, nostrasq; culpas etiam minimas desicemus, non quod ali- quam culpam debeamus modicam reputare, sed minimam dico comparatiue loquendo re- spectu maiorum. Porro si domino deo nostro infinite & essentialiter sancto in sanctitate & iustitia (ut nostra requirit confessio) obsecrari cupimus, sic uenialia q; si mortalia declinemus ac deploremus. Qui enim negligit modica, paulatim decidit. Non ualeamus ad perfectionẽ pertingere, nisi indefinenter coram deo simus solliciti in omni obseruatiã regulari, in synce- ra cordis custodia, in consideratione & examinatione totius cõuersationis nostræ quotidi- ana, imò assidua & quantum fieri poterit continua. Idcirco in omnium exteriorum interi- orumq; sensuum coercionem, in lingua refrenationem, in omni cogitatu & affectu custoditi simus & circumspecti, in silentio stricti, ædificatiui in uerbis, exemplaris in omnibus, mode- rati quoq; in cibo, potu, uestitu ac somno, nec curiosi in aliquo. Quicq; egerimus, quocũq; ierimus, deo semp uniti simus orãdo, meditãdo, aut simile qd salubre agendo. Insup, ea q; q- tidie agimus, nequa arido usu et superficialiter, sed magis ac magis deuote agamus: omnẽ priuatũ ad se reflexũ improbumq; amorẽ cum uniuersis suis germinib; maledictis, effecti- busq; dãnandis à nobis funditus extirpetur: et quantũ in nobis est, ab oĩbus corripit, despi- ci, deprimi affectem, sic tñ ut nihil scãdalosum, nihil inhonestũ, inexplare, reprehensibile operemur. Hinc iuxta sanctorũ patrum doctrinam, hoc à religiosis & eremitis peculiariter eorum requirit professio, nihil in hac uita consolationis carnalis requirere, nihil quietis ter- renæ, nec uelle recipe bona in uita sua, imò honores refugere, subiectione & abiectione gau- dere, paupertatem studio quærere: nec solum facultates, sed ipsas quoq; cupiditates, oēsq; inordinatas & in decentes affectiones et cordibus prorsus eradicare. Habendi & enim amor- nisi ad integrum refecetur, ardeior est in paruĩs, & plus torquet in minimis & nisi ex cor- de pauperis & affectu, pauperas ipsa non uirtus, sed miseria est cõsenda. Itaque iuxta præ- tacta quotidie aliqua hora pone te in cella tua in loco quieto, iuxta omnem practicã præ- tacti libelli, qui incipit, Volens purgari: & coram deo cor tuum effunde, dicendo isto aut si- mili modo: Ecce domine deus sancte, æterne, omnipotens, ego sum peccator ille uilissim; nequissimus, miserrimus, qui bonitatem, maiestatem & charitatem tuam immẽsam tam fre- quenter atq; enormiter inhonorauĩ, qui tuam sanctitatem & iustitiã tam innumerabili- bus uicibus heu offendi, qui beneficijs tuis extiti tam ingratus, qui in sancta religione huc- usq; tam parum profeci, tam negligens, in exemplaris, passionatusq; fui, qui circa sacramẽ- ta tua dignissima ac pauenda tam irreuerenter me habui, qui prohdolor adhuc quotidie

Prou. 30.

Deus inuolũ- ta sua uilescẽ- re non uult.

Psal. 99. Philip. 4

Luce. 12

Eccles. 19

Deo semp uniti simus.

in

in omnibus tam defectuosus existo, tam carnalis, piger, incustoditus & negligēs sum, tam distractus & in deo otiosus in horis, in psalmodia, in cantu, in omni diuino officio: & quod sum me mihi desensum est etiam in celebratione: ad quam nec condigne me praeparo, atq; in ea inattentus & frigidus maneo. Postea quoq; ingratus, incustoditus ac leuis cōsistō. In uerbis itē excedo in somno, & tēps mihi cōcessum infructuose deduco: multa q; omitto q̄d die bona. De eis ac ceteris meis peccatis ac culpis me corā te toto corde accuso, ueniam procor, propono omnino emendam. Ignosce mihi d̄ die, ueram confertionem, plenam emendationem ac dignum profectum, & ad celebrandum me apta. His dictis puni & disciplina te ipsum, atq; ad emendationem idoneam exhortare & excita te dicēdo: Caue ne in illis & illis offēdas, uide ut te in istis & istis emēdes. Alioq; sustinebis tales & tales punitiones, sic agendo in breui multum proficies, illuminaberis & ungeris a spū sancto, discretionisq; radius te docebit. Ad chorum mature ac deuote procedes: in diuino officio tanquam in omnipotentis praesentia timorata, humiliter, attente, reuerenter ac feruide te habebis: sicq; palacriter ac custodite ad cellam redibis, non circūspicies, non ridebis, non quempiam alloquaris, non eris leuis, nec dissolutus ac leuibus fratribus morem geres: led dissimulabis & pertransibis, nec ex humano fauore neq; in ordinato alicuius timore peccabis, nec cordis turgorem custodiamq; laxabis: sic igitur omnem de caetero diem expende, imō in his quotidie profice. Postremo quanto ita agendo, copiosus desuper illustraris, ac diuino amore magis accenderis, tanto lymphidius etiam minutissimas culpas quotidianas cernes, considerabis magisq; exaggerabis, deslebis, uitabis.

Articulus XXXV. De modo & practica proficiendi in diuino amore.

E tunc Israel quid dominus deus tuus petit a te, nisi ut timeas eum, & ambules in uis eius & diligas eū, ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua. Sicut praehabitu est, charitas est uirtus dignissima ceterarum finis, uertex, uita ac forma uirtutum: ideo ad perfectam adimplentionem praerecepti diligendi deum toto corde, cetera uniuersa ordinantur praerecepta: cuncta quoq; euangelicae legis consilia, omnia documenta & cuncta exercitia nostra. Unde Christus de suis discipulis loquitur deo patri: Notam feci eis nomen tuum ut dilectio tua in eis sit. Primum ergo medium proficiendi in charitate est assidue ac intente hoc ipsum considerare, & omnem suam conuersationem, occupationem, cogitationem, locutionem, affectionem, intentionem & operationem ad charitatis referre profectum. Nempe ad sanctae charitatis incrementum ita in omnibus aspirare, & pro illo tam fideliter laborare, actualiterq; illud sic incessanter aspicere meretur praecipuum diuini amoris augmentum, quoniam spūaliter ad aliquid ire & appropinquare non est aliud quam ad illud feruide affici & conari, & hoc diligenter cupere adipsic: imō hoc est non solum ire & propinquare, uerum etiam curtere ac uolare ad deum, ad profectum, ad gloriam incrementum, & ad ueram perfectionem sic affici & conari, tanq; diligenter uelle seu cupere charitatis augmentum. Hinc quippe ait Eusebius: Quotidie ad damus ad merita, nec de nobis aliquid praesumamus, quoniam dei est omne quod possumus. Simus ergo indeficientes in opere dei, atq; assidue ad meliora tendamus. Ipsa namq; apprehendenda uisitas, ipsa cōfuetudo proficiendi semper nos ad meliora prouocabit: & ubi uiderit deus animi deuotionem ardentem in sinuabit, faciet & ostendet affectum. Et quantum nos ad diderimus ad conatum, tantum ille apponet subsidium: quantum nos appouerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gratiam: quemadmodum ait: Habenti dabitur & abundabit. Gratia ergo de gratia nascitur, maior uidelicet de minori: & profectus profectibus seruiunt, & lucralucris, & merita meritis lucra efficiunt, ut quanto plus quis acquirere ceperit, tanto plus conetur ac delectetur acquirere, ut acquisitionis lucrum acquisitionis nutrit appetitum. Quaramus igitur usq; in finem: Si enim ponamus quotidie in cordibus nostris ascensus proficiendo, & profectum semper maiorem optando, nulla infirmitate, nulla aetate lassari, & a spūali ascensu poterimus impediti. Secundi medium proficiendi in charitate diuina est frequenter ac diligenter considerare ea quae ad diuinum inflammant amorem. Cognitio namq; est quasi uia, incitamentum ac ratio ad amorem, ostendens uoluntati bonitatem amabilitatemq; sui obiecti seu uoliti, ex qua uoluntas instigatur, mouetur atque accenditur ad amādum. Porro ad dei amorem nil ita accendit, ut pura & infinita bonitas eius: quae utiq; quantum ex se est, incomparabiliter magis ad deitatis amorem est inflammatua, quam aliud aliquid. Itaq; contemplari q; deus in seipso est bonitas superpurissima, prorsus immensa pulchritudo, dulcedo, sapientia, perfectio, beatitudo, pietas, sanctitas, iustitia, liberalitas

Deuterio

Iohann. 17.

Matt. 13. Luc. 9

pc

penitus infinita, superessentialis, separata, superdeliciosa ac delectabilissima, in se simplicissime aeternaliterq; subsistens, uehementer auget & accendit amorem ad ipsum: dein de quo ipse prior dilexit nos, deinceps diligenter perpendere cuncta ipsius beneficia generalia ac specialia, corporalia & spiritalia, naturalia & supernaturalia, incomparabilia quoque ac praestantissima ipsius promissa, quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderunt. Si ergo tam amabilia sunt quaedam creata, aut ob suam bonitatem, uirtutem & sanctitatem, aut ob suam ingeniositatem, & sapientiam atq; scientiam claritatem, aut ob suam pulchritudinem ac decorem, aut ob suam liberalitatem ac beneficentiam, aut ob suam dulcedinem, pietatem, charitatem, iustitiam uel consimilem rationem, quanto amabilior aut desiderabilior est deus omnipotens & aeternus, in quo omnia ista super plenissime continentur, imō substantialiter unum sunt, & unum simplicissimum, perfectissimum ac incircumscribibile esse, ita q; omnium rerum creaturarum bonitates, amoenitates, dulcedines, sapientiae, scientiae, beatitudines, uirtutes, liberalitates, iustitiae, pietates ac perfectiones, potestates & pulchritudines nō sunt nisi riuli paruuli, radij modici, participationes pusillae bonitatis in creatura, lucis fontanę, superuberantissimi fontis, suppulcherrimae & supsplendidissimae deitatis, atq; superamorosissimae trinitatis. Ex horum consideratione in dei amore totaliter accendamus, & ipsum super omnia integro corde desideremus & amplectamur. Tertium medium est, multoties aspirare, suspirare & eleuari ad deum cum uerbis amorosis, querulosis & deprecatorijs, hoc aut simili modo dicendo: O benignissime deus, quando te toto corde amabo: O superpulcherrime domine, quando tibi pura & affectuosa mente indefinenter ac feruide adhaerebo: O deus dulcissime, quam diu in meo corpore, tepore, frigiditate manebo: Haecq; dicendo, tūdere pectus, plorare ac intueri in caelum & addere: O deus maiestatis immensa, tua sancta dilectione mentem meam uehementer & incessanter accende. Quarta uia est ex charitate iam habita, mentem ad deum frequenter erigere cum actuali dilectione. Habitus q; ex actibus saepe iteratis augentur, contemplantur, inualefcunt, imō & generari dicuntur. Quocirca sciendum quod diligere est aliquid bonum uelle: hinc deum diligere, est ei uelle omne bonum qd ipse est, & omnem honorem, amorem & cultum q; ei a creaturis debentur, ipsum praecunctis desiderare & cupere secum esse, de eius in honoratione dolere, uniuersae beatitudini, perfectioni ac gloriae eius praecordialissime congaudere, ipsius uenerationem toto posse in omnibus procurare, orādo, docendo, hortādo, corrigēdo, scribēdo, exemplariterq; uiuēdo. Itaq; per hos actus ferri in deum frequenter, attente, non lente, ualde auget, cōfortat ac pficit charitatem, pferit si homo toto conatu feratur in deū, se ab alijs retrahendo, & qd in se est extreme agēdo, tamq; intente se ad deum eleuando ut potest: qd faciendo, mox utiq; crescat in charitate. Quinta uia est, deū directe ac diffuse rogare, quatenus in se diuinā suā charitatē dignetur pficere, roborare, augete, formando etiam ad hoc obsecrationes ex proprio corde ualidas ac feruentes isto aut modo consimili: Obsecro te dñe deus, naturaliter, infinite & incōparabiliter bone, supernaturalis, superpulcherrime et superpiissime, ut propter tuam infinitam bonitatem, dulcedinem, pietatem digneris in sancto tuo amore incessanter accendere, totaliter adimplere, omni hora firmare, augete, conseruare, possidere, perficere. Et tu d̄ super altissima, superessentialis & supergloriosissima trinitas, ob omnem tuam ad inuicem mutuam, superardentissimam dilectionem & complacentiam superdulcissimam, atq; immensam, fac me tibi iugiter magis ac magis placētem, & in tuo amore quotidie magis feruidum, stabilem & perfectum. Sexta uia seu mediū est, intuitu & amore dei oēs prauos illicitosq; affectus, charitati cōtrarios, aut aliq; modo nocentes, & cuncta peccata diligenter, semp uitare, cordeq; custoditū, timorātū, sollicitū consistere coram deo. Sola namq; peccata nra inter deū & nos diuidūt, & faciem eius a nobis abscondunt, prohibentq; dona eius a nobis, propterea loquitur Isaias: Iste omnis fructus, ut auferatur iniquitas. Si in his uis ac me dñs te ipsum strenue ac perseueranter exercitaueris, celeriter sine dubio ad grandem charitatis profectū, ac paulopost ad magnam eius perfectionem deuenies, & uere fructuosissima erit tua religiosa ac solitaria uita.

Articulus XXXVI. De contemplatione.

Nos autem reuelata facie gloriam domini specularē, in eandem imaginē transf. formamur a claritate in claritatē tanq; a domini spiritu. Qui iuxta iam introducta fuerit a uisib; expurgatus, in passionibus reformatus, in exercitatione interna fundatus, in charitate syncerus, stabilis, perfectus, protin⁹ in se feliciter ac

1. Iohann. 4. 1. Iohann. 4. 1. Cor. 2.

Ex actionibus saepe iteratis habitū gignit.

1. Iohann. 19.

1. Iohann. 29

1. Cor. 13.

copiose experietur, q̄ uere liberalissimus atq; ad dan dū exuberanter paratissimus sit deus bonus, adorandus ac infinitus, qui uni cuiq; secundum suam influit preparationem, dignitatem & capacitatem. Menti igitur taliter reformatae ac in star splendori speculati fulgidē & ornatae, fons opulentiae, munificentiae & dilectionis penitus infinitae, deus gloriosus, naturaliter bonus, essentialiter pius, incomparabiliterq; magnificus atq; beneficus, ostendet per donum sapientiae, per illuminatissimam fidem, per illustratorem theoricā seipsum & infinitos suos: diuitiarum, i. perfectionum thesauros, omnem incircūscriptam eminentiam, plenitudinē, immensitatē suae aeternae, superpurissime bonitatis & ueritatis ac supersimplificissimae unitatis, increatae felicitatis & gloriae superplēdidissime pulchritudinis, interminabilis suauitatis, illimitatae sapientiae, omnipotentiae, pietatis, iustitiae ac super serenissime sapientiae, amicitiae, gratiositatis & conuenientiae. Itaq; mens purgata, contemplatiua ac seruida sic de super illustrata, eleuabitur super se, & contēplabitur dominū deū suū tā infinite perfectū, tā perfecte ac perfectionaliter infinitū, tam pure ac naturaliter bonū, tā summe & profus incomparabiliter amabilem & super desiderabilissimū, tam infinite dulcissimū, serenissime gratiosū, & supergratiosissime cōuenientem, serenum, acceptum, tam gloriose & infinite beatum, & super beatissime gloriosum, tam interminabiliter sapientē, omnipotentem, benignum, iustum, dignum, nobilem, honorandum. Cūq; deus excelsus & benedictus sit in seipso summe & absolute penitus simplex, ut puta purus actus, separabilissima forma, omnia formans, nihil informans, in quo non est materia limitas, nec potentialitas contrahens, nec differentia finis seu coartans, constat q̄ omnia ista iam tacta & caetera diuinae essentiae attributa, sint in super gloriosissimo deo realiter idē & substantialiter unum simplicissimum esse, in se omnino perfectum ac infinitū, independens, aeternum, ideale ac separatum, in quo cum omnimoda idē tate absq; omni compositione & ad ditione est omnium bonorū & pulchrorum ac desiderabilium infinita possessio. Cūq; mens taliter eleuata ac deo contemplatiue intenta, conspexerit deum in omni perfectione, sanctitate & gloria esse tam infinitū, & per consequens profus omnimenti humanae ac uarietati, imō etiam omni menti angelicę ac beatę incomprehensibilem atq; infinitū, transcendens ac superantem omnem mentis creatę capacitatem, unitur & intenta est deo tanquam profus ignoto, quātum ad id quod est sicq; cognoscit q̄ uniuersa quę deo ascribimus, conueniunt ei per modum infinite eminentiorem & perfectiorem, q̄ nos capere et intelligere in uita hac ualeamus. Ideo dicit ea uerius aufferri & abnegari de deo, q̄ conuenire eidem quia uidelicet non cōpetunt ei per modum nobis notum aut comprehensibilem, sed inestimabiliter inenarrabiliterq; sublimiorem. & hoc diuinus Dionysius uocant trare caliginem, i. super lucidissimam in se, sed nobis ignotam & incomprehensibilem dei claritatem, plenitudinem, regionemq; lucis & ueritatis ac sapientiae dei profus immensam, & fieri in ignorantia dei, & per inuisibilitatem & incomprehensibilitatem ipsum uidere atq; cognoscere: hoc est, intelligere ipsum omnino inuisibilem & incomprehensibilem esse: uelut si quis stans in litore totius Oceani, hoc est ei Oceanum ipsum uidere, uide re se non posse illud totum uisum attingere, metiri, finire: & sicut si qs in ipsam solis lucem in sole formaliter existentem, suum desigat uisum, hoc est ei lucē illam conspiciere, conspici re se non posse eam in sua uirtute & puritate oculis irreuerberatis conspiciere. Sic igitur cōtemplemur dominum deum nostrum, & interiorē mentis oculum figamus in ipsum cum omni humilitate, reuerētia & amore absq; audaci & curioso scrutinio, & intueamur q̄ ipse est esse purum, simplicissimum, incircūscriptum, bonitas infinita, ueritas increata, unitas summa, super beatissima uita, sapientia profus immensa, uirtus omnipotens, superliberrima quoq; uoluntas, pulchritudo separata & interminata, dulcedo illimitata, sicq; de caeteris perfectionibus eius. In horum contemplatione inflammetur cor nostrū, & diuini amoris ardore totaliter succendatur, sicq; deo profundius uniatu ac abdicte, tanquam ignoto lucide pariter & obscure seruētissime infigatur, quod magnus Dionysius mysticam nominat theologiam, quae fertur secretissima & seruētissima mentis cum deo locutio, ad quam syncerissimae charitatis aestuantissimum desiderium introducit. In hac contemplatione lumine diuino menti contēplatiuae clarius insulgente, charitatis quoq; ardore ualenter p̄ dominante, mens ipsa paulatim p̄ admiratione maiestatis ac serenitatis dei altissimi defluit ac deficit a seipsa, atq; in diuitias rapitur gloriae dei omnipotentis, & in deitatis pelag' absorbetur, in abyssum luminis sempiterni demersa: ac igne amoris Seraphici eam penitus depurante, subtilitate ac transformante, & quasi deglutiente, in super dilectissimū deum uerum

Mentem cōtemplatiua eleuari sup se.

Dionysius.

Comparationes pulchrae de Oceano & sole.

Quid Dionysius mysticam appellat theologiam.

rum trāsit, oīno alienata a se, & obdormit in dilecto, dulciterq; req̄scit in pace in idipsum, trāsata a rebus tumultu ad gaudia in tēri ac coeliformis sentit, ad serenissimū & tranquillissimū diē, ad sup purissimū luminis regionē, ubi a suo sup benignissimo creatore dignantissime amplexat, de osculo, exhilarat, ungitur, foecūdatur, & de sua acceptione prō tūc certificat, ac ea que fidei sunt certissima acie intuetur. Ipsa q̄q; e conuerso sp̄sum illū cōlestē brachij charitatis amplectit & astringit, atq; in su beatissime trinitatis mutuo nexu, amore & osculo se mediā inuenit. Eodē q̄q; nexu, amore & osculo, q̄ supra dōrandae & supplicitificandae tres personae se inuicē muro diligūt, stringunt & amplexant: inuicē uerōs quoq; p̄destinatos pariter amat & cōplectitur eternaliter utiq; inuariabiliter q̄ oīno (quis uiatoribus hoc nō pandat, nisi q̄busdam ut placet) modo nunc tacto aut alio. In sup, ad contemplationē huiusmodi p̄tingit uiator interdū ex creaturae cōsideratione, qm̄ q̄q; d p̄fectionis, amabilitatis, dulcedinis, pulchritudinis, sapientiae, p̄tatis & gloriae inest effectib' & creatis diuini & imperfecte, incōparabili & sup p̄stantissimo conuenit creatori simplificissime & perfecte cū excellentia penitus infinita. Eminentius uero p̄tingit mens ad contemplationē hanc per anagogicā illustrationem & pure intelligibiles formas, per supernaturalia & diuina charismata, per sapientiā unitiuam, charitatē hāmigeram & fidem, rationibus credendorum purificatęq; mentis intelligentia decoratam. P̄terea, nonnunq; mens absq; suo conatu improuise repente ad contēplationem hanc & mysticā theologię intuitum, raptum & extasim eleuatur, pietate dei immensa per p̄uenientē p̄stringentēq; gratiā misericordissime eam p̄uenire, ipsūq; apicem affectiuae & uerticē intellectiuae potentiae immedie tangente, illuminante & inflammate tam ualide, ut imbecillis creatura cōfessim & quasi instantanee defluat & deficiat a seipsa, & super se mirabiliter ac gratiosissime trāsferatur, intantum, ut non queat (quamuis uelit) renitē, ut puta libertate arbitrij iam quasi ad horam suspensa atq; sopita. Et hæc est uere pia ac felix p̄stratio, quā mens creata omnipotenti succumbit, & a supergratiosissimo uincitur sponso, cuius amicitate, complacentia, pulchritudine & amore profus deñctur, iure uelut abilitate superatur, nō uiolenter opprimitur, sed suauissime ac profus amorofo allicitur, fructuose coniungitur, intime focalur: idēq; tam diu, q̄q; placuerit sponso eam dimittere ac sibip̄ remittere: quę sibi relicta, p̄ solito clarius cernit propriam imperfectionem, defectuositatem & calamitatem, inestabilem quoq; sponso aeterni circa se charitatem, dignationem & pietatem: si deo diligentius nititur se purgare, purius cōuersari gratior reperiri, ut ad degustatōs amplexus aptior fiat & complacentior sponso. Interdum autem ad contemplationē hanc mysticam perducitur anima munda ac amorosa ascensionis gradibus, ipsa se p̄parante p̄ abstractionem a materialibus rebus, & per eleuationem theoricam, per synceram orationem, ardentissimumq; purę dilectionis affectum, prout hoc primo capitulo mysticę theologię ac deinceps ibidē docet Seraphicus ac illuminatissimus Dionysius ille.

Psalm. 4.

Quo ex cōsideratione creaturę p̄tingit uiator ad contemplationē dei.

Dionysius

Articulus XXXVII. De contemplatione super essentialis & super gloriosissime trinitatis.

Pater gloriae det uobis spiritū sapientiae in agnitione ipsius. De unius summi & incircūscriptibilis dei contemplatione multa uera atq; subtilia dixerunt & cōscripserunt philosophi. Porro super excellentissimae trinitatis non habuerunt notitiā, saltem ex lumine naturali. Quāuis etenim ad ponēdum emanationem in deo ad intra, personarumq; pluralitatem in simplicissima deitate, quæ dā probabiles rationes ac pulchrae p̄suasiones, non tū demonstratiuae argumentationes ex lumine naturali queunt induci, quis nonnulli sint aliter opinati. Porro diuina scriptura de super reuelata atq; in supernaturali lumine rite fundata ac inuolabiliter stabilita, nos edocet sic in super in comprehensibili deo consistere essentia unitatem, simplicissimamq; naturam, ut nihilominus sit in ipso uera trinitas super sanctarum & super uenerabilium plonarum: quę cum sint eiusdem numero essentię, merito cōsubstantialiales, coęuales & coęternę credunt ac asserunt. Nempe quæ ad modū deus est bonitatis penitus infinitae, ita & foecūditatis immensae. Hinc pater eternus seipsum plenissime & sup clarissime intuenso, sui ipsius conceptum ac uerbum intra se profert ac gignit: cuius uerbi productio recte gñatio appellatur, cū sit p̄ductio cōsimilis sibi germinis in natura ex sua substantia scđm similitudinis rationē ac p̄prietatem. Hinc & uerbum illud aeternum unigenitus dei patris uerissime nuncupat. Hęc est generatio aeternalis, intellectionalis, inuariabilis, superpurissima et emanatio naturalis, origo, causa & fons uniuersę generationis, paternitatis, productionisq; naturalis in celo & terra.

Ephes. 4.

Productio nem uerbi gēni, recte gñationē uel p̄ellat.

Porro pater æternus & unigenitus eius se inuicem æternaliter intuentur & penitus com-
prehensue intelligunt cū charitate, iucūditate ac complacētia omniformiter & omīfariē,
intensue & p̄fectionaliter infinita: sicq; se inuicem intuenđo ac diligēdo, ac taliter sibi mu-
tuo complacendo, æternaliter, inuariabiliter, cōcorditerq; producūt quendā eis commu-
nem zelū, seu uehementissimū, singularissimū, feruentissimūq; in se subsistentem amorem,
q̄ dicitur amor spiratus, ab amore inspirato p̄ris ac filij, & ab amob; concordij, imō & una
numero uoluntate, ut in eis est immediate procedens, q̄ non filius, sed spūs sanctus uocat,
quis patri ac filio cōsubstantialis existat, qm̄ non secundū proprietatem & rationē simili-
tudinis, sed amorosæ cuiusdā zelationis atq; tendentię & impulsiois in alium profuit &
emanat, cū sit amor spiratus p̄ris in filiū, & eōtra. Hinc merito noīatur amor & spūs, nexu
& unio, pax, osculū, suauitas & amplexus p̄ris ac filij. In hac igit̄ super dignissima & sup̄sell-
cissima trinitate, una quæq; diuina & increata p̄sona tam diligit se ipsam q̄ alias duas perso-
nas, su p̄dulcissimo, superferuentissimo, penitusq; intēsiue infinito amore: & q̄niam unaque
q; eay; plene & splēdidissime aliam intuetur, ipsaq; fruītur, cōstat q̄ mutua illa dilectio in
finite delectabilis sit: breuiter, quælibet increata p̄sona se ipsam aliamq; utraq; cū in
finita lætitia inspicit, sup̄suauissime fruītur, & superæstuantissime amat. Ecce, hæc est uita,
beatitudo & gloria super excellentissimæ trinitatis: his charitatis delicijs, his mutua dile-
ctionis amplexibus, his alternæ atq; cōmunis fruītionis sup̄gau diosis suauitatibus nil dul-
cius, nil tranquilius, nil felicius potest excogitari. Deniq;, in hac super benedicta trinitate est
omnis sanctæ mutua dilectionis & complacētiæ uirtuosissima & super exuberantissima
ratio, cū una quæq; su p̄ueneranda & super amanda p̄sona sit bonitatis ac sapiētiæ & pul-
chritudinis penitus infinita. Estq; inter eas summa propingtas, imō & substantialis iden-
titas, realis absolutaq; unitas, clarissima quoq; cognitio, plena communiō, societas summa,
familiaritas maxima, consistentia sempiterna. Hæc omnia dulciter ac sobrie contēplemur,
in his amorose synceriterq; lætemur, tam infinita beatitudini domini dei nostri totis con-
gratulemur p̄cordijs, ipsum honoremus in defesse uiribus totis: in eius crescāmus amo-
re, in sapientiali cognitione, in puritate mentali. Non solum temporalia & carnalia ac terre-
na spernam; sed omnem quoq; inordinatum ad ea affectū prorsus eradecimus, imō & nos
ipsos tandē totaliter relinquamus, ita ut tam amorose ac ualide eleuemur, transformemur
ac figamur in abyssum lucis & ueritatis æternæ, q̄ nec proprium actum, neq; nos ipsos, nec
quicq; attendamus aut reminiscamur creatū, & ita erimus unū cū dño: q̄ dū obtinere possi-
mus, in solo deo purissime nos amemus, omni p̄rsus euulso priuato amore: & sic om̄e illud
optemus & cōplectamur, q̄ deo placere, appropinquare & uniri queamus. Ad laudem
gloriam om̄ipotentis, q̄ est sup̄ om̄ia deus sublimis & benedictus. Amen. FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHVSIANI DE VITA ET FI-

ne Solitarij Liber I.

PRAEFATIO.

VPER QVEM REQVIESCET SPIRITVS MEVS,
ait deus benedictus, nisi sup̄ humilem & quietum, & tre-
mentem ad sermōnes meos: Deus q̄ppe super bis resistit,
humilibus autem gratiam p̄stat. Deniq;, in pace factus
est locus eius. Pax uero quies est mentis atq; tranquillitas.
Ideoq; q̄tam, tranquillamq; mentē inhabitare incircūseri-
ptibili cōplacuit deo. Porro beata mens nimisq; felix ani-
mus, cui⁹ tu intima d̄ bone Iesu inhabitas. Sed unde d̄ rex
Messias, d̄ altissime CHRISTE hoc nobis, ut tu unigenite
dei qui es in sinu patris, imō q̄ in corde, itemq; in luce pa-
terni intellectus æternaliter incommutabiliterq; tanquā
gignēti cōsubstantialē germen subsistis, ad nos quoque
descendere, atque in cordibus nostris manere digneris: Fa



Isai. 66

Iacob. 4.
1. Petr. 5.
Psal. 77.

Iohann. 1.

Fatemur tibi redemptor domine cœli & terræ, qm̄ non utiq; ex operibus iustitiæ nostræ
hoc efficis, sed quoniā tu domine suauis & mitis, propterea magnificasti facere nobiscum.
Enim uero quā magna multitudo dulcedinis tuæ domine, nedum enim d̄ altissime ac su-
per exaltate princeps, ad homines uenire non horres, quin & deliciæ tuæ esse cum filijs ho-
minum. Stas namq; ad ostium & pulas, quatenus ad aperientem ingrediens cum eo cenes
atq; quiescas. Præterea propter nimiam charitatem qua dilexisti nos, descendisti ex fonte
sammæ mentis, usq; in mediū dulcissimi uirgineiq; uentris. Et post hæc in terris uisus es, &
cum hominibus conuersatus. Quid est d̄ dominator æternæ, quem laudant astra matuti-
na, & iubilant omnes filij dei, in cuius aspectu nec cœli mundi sunt, cœlorumq; columnæ
contremiscunt? quid inquam, quid utiq; est homo, quia uisitas eum, quia magnificas eum,
quia sic zelus eius saluē? Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nūc
equidem d̄ omnipotens mundanæ molitionis opifex, uere clareq; cerno, quia non propter
nos nostra ue merita hæc nobis impendis, quippe qui propter temetipsum omnia condi-
disti. Qui cunctis affluenter gratisq; tribuis, & ob te solum scelera nostra deles. Tu nempe
d̄ sancte & adorandē præceptor, naturaliter, & item indepēdenter bonus es. Estq; ipsa tua
super simplex semper splēdensq; essentia, bonitas pura, incircūscripta atque simpliciter
quomodolibet perfecta. Et scimus quia om̄e bonum sui utiq; diffusiuum est. At uero quod
melius, sui amplius communicatiuum censetur. Tu autem deus sabaoth, præstantissima
oisq; penitus inuidiæ expers bonitas rite laudaris. Ideoq; non igni tam naturale est incen-
dere, nec fonti riuos effluere, nec soli huic sensibili diurnum iubar emittere, ut tibi domine
deus uirtutum, deus Israel, diuitias gloriæ tuę communicare, gratiam emanare, clementiæ
opem præbere: & ut om̄e dicam, miserere semper & parcere. Deniq; euidentis huius fi-
grum ipsa est desperationis detestatio, quam tu d̄ benignissime deus, eatenus odis, ut eam
nunquam ignoscas. O infelicem, ignobilem sceleratamq; animam, quæ tu d̄ dulcis amabi-
lisq; Iesu, excluso atq; contempto, facta est habitatio dæmoniorum, domicilium peccato-
rum, uiliū foetentium rerum amatrix, & propriarum demum passionum seruitrix. Ete-
nim cum in honore esset, non intellexit, comparata est iumentis insipientibus, & similis fa-
cta est illis. Sæpe mi charissime frater Iacobe, aliquid tibi à me scribi rogasti, quod iam opta-
tam deno sortitus quietem, lætante (ut quiui) effeci. Porro opportunitatē adeptus, quod
diu aggredi concupiui, nunc orsus sum.

Articulus I. De quo præfens intendat æditio, & præsumptio-
nis in super excusatio.

QVemadmodum decimo de Trinitate Augustinus induxit, quæ prorsus ignota
sunt, nec amari, nec appeti queunt. Nil enim uoluntas desiderat, nisi quod ei in-
tellectus representat. Deniq; quod nec amamus, neq; concupiscimus, non utiq;
q; sortiri molimur, nec adipisci contingit. Ideoq; de uita ac fine solitarij, ut puta
quemadmodum ei uiuendum sit: & item ad quid cuncta sua exercitia ordinare, referreq;
debeat, pro uiribus profari, magis autem scrutari conabor. Enim uero nunquam utiq; soli-
tariæ mansionis finem conquires, si uel finalem ueramq; conuersationis huius perfectiōnē,
aut certe media pertingendi ad eam ignores. Ei enim qui proficiscitur quo nescit, itineris
labor anxius, fructus nullus existit, sed mox nescio quis aduersum me fortassis mur-
bit atq; obijciat: Cur in quiens, quod uires tuas eatenus transuolat, tam inconsulte attentas?
Siquidem de hac re conscribere, non utiq; quorumlibet, sed illustratissimorum duntaxat at-
que in omni perfectiōne fixorum opus est. Deniq; quemadmodum mysticam theologi-
am, sic solitariam uitam nemō utiq; non dicam docere, sed nec intelligere ualet, nisi qui ac-
cepit & sapuit, expertus est atq; exercuit. Itaq; quo utiq; pacto qui solitariæ uitæ nedum
fastigia, sed nec uera qui dem primordia hæcenus apprehendisti, de hac ipsa perfectiōne do-
cere tractareq; satagis. Enim uero non iam à doctrina, sed ab opere ordiri par est: Cœpit (ait
Lucas) Iesus quid utiq; facere inquit: demum autem docere. Præterea, ut Hieronymus asse-
rit, monachi p̄sertimq; solitarij opus non docere, magis uero lugere censetur. Fateor, re-
spondere non possem, si hæc docendi mente congrederer. Porro d̄ si (ut est) ob id potius hæc
ēdo, ut me in primis interim fructuose iucundēq; occupans, exhorrens atq; erudiens, tu
una desiderio satisfacere queam, non cerno cur reprehendi oporteat. Veruntamen (ut Ci-
cero consulit) à pio itemq; discreto corrigi non dedignor: sed sunt qui quod aut non intel-
ligunt, aut nondū legerunt, irridere atq; contemnere q̄ uenerare & dicere paratiores sunt.
Prius quis fecerit sciscitantes q̄ quid fecerit explorantes.

Tit. 2
Psal. 87.
Psal. 87.
Psal. 90

Apo. 1
Eph. 4

Baruch. 3
Iob. 38.
Iob. 26.
Psal. 8.
Psal. 112

Prouerb. 16

Iaco. 1.

Boni sui est
diffusiuum.

Psal. 49.

Aclu.

Monachi
pus, lugere.

Ioh. 40

Sanc̃i qui sperant in domino, mutabunt fortitudinem, affument pennas ut a quilla, Quoniam quidem creaturæ perfectio in hoc sita est, ut creatori prouiribus confor...

E. uulgi. II Mart. 7.

Mart. II.

Psal. 48. 31

Iai. 45.

Psal. 4.

Iai. 46.

Psal. 46.

Articulus III. De uita primi uniuersitatis principij, dei utiq; incommutabilis simpliciterq; perfecti.

Iohan. 5. 4.

I. Tim. 1. 6.

Ioh. 1.

I. Iohan. 4.

Exod. 3.

Ioh. 4.

Sicut deus pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Porro deus spiritus est, & scimus quoniam immortalis & inuisibilis. Nempe...

Psal. 33.

I. Tim. 1.

Psal. 119.

Ioh. 1. 49.

Ecc. 33.

Iai. 66.

epiose suorum nusquam degenerat. Cumq; diuini intellectus actio ei conuenientissima con naturalissimamq; sit, quippe que impediri nequit & ex proprijs profuit, lucet, ni fallor, quo...

Iohan. h.

Articulus IIII. De emanatione diuinarum personarum adintra.

Nunc inquit ego qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit dominus: Si ego qui cæteris generationem tribuo, sterilis remanebo, ait dominus deus: Paulo ante...

I. Iai. 66.

Plato.

Sapient. 11.

Intellectus & cognoscere.

uoluntatis diligere.

Hilari' s. de Trinitate.

Coloss. 4.

Sapi. 7.

Iohan. 10.

Taxa' erro- ris Damasceni.

Lib. 1. ca. 10.

S. Tho. 1. par. te Sii artic. 2. ad 3. or.

Athanasius, Chryostomus, Cyrillus, Didymus

paterna generatio, quam diuina cognitio: neque rursus aliud perhibenda actiua spiratio, quam diuina dilectio, quemadmodum quoque sapientia genita & sapientia uel gignens uel ingenita, una in deo substantialiter sapientia quae est diuina essentia, extat. Rursusque amor spiratus & amor spirans, unus in deo amor sunt, quae est diuina natura: deus enim absolute & amor est & sapientia, denique, & trinitas summa amor est & sapientia. Nec tamen in deo gignens est genitum, uel spirans spiratum, neque sapientia genita est sapientia gignens, quemadmodum nec pater est filius, & tamen & pater & filius & tota insuper trinitas, una essentia sunt, una uirtus, unus intellectus, una uoluntas.

Articulus V. De imitativa illa assimilatione, qua diuinæ uitæ assimilatur uita humana, præsertim uero solitarij uita.

Creauit igitur dominus deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Fecit nempe deus sanctus hominem ab initio rectum, quippe cui originalem conreauit iustitiam. Luidi autem machinatione diaboli trinitatis homini indita ac impressa imago deformata est. Enim uero originalis homini connata protoplasto iustitia, perfecta erat subiectio inferiorum animæ uirium sub summa eius uirtute, ut uidelicet sensualitas rationi, & uoluntati rationali sensitui appetitus propter parentem, neque rebelles usque quaque existerent. Quo stante ordine, nec caro concupisceret aduersus spiritum, nec opprimeret terrenam inhabitatio sensum multa cogitantem. Nunc autem præuaricante protoplasto, recessimus ille ordo subuersus est. Sunt namque diuinæ ratio censura, diuinæ legi uoluntas, & rationi ipsi ac rationali appetitui sensus & item sensualis appetitus rebelles effecti. Hinc insuper non iam duntaxat corpus quod corrumpitur aggrauat animam, sed & graue heu iugum super filios Adæ inductum est: quonia quidem ipsum quod mortale fuisset, infirmitatis, poenæ, miseræ atque ad extremum mortis necessitudini obligatum efficitur. Emisit quoque atque eiecit deus iustus Adam & Euam, & in ipsis omnem ipsorum posteritatem ac sobolem de paradiso uoluptatis, ut operarentur terram de qua sumpti sunt. Et collocauit ante paradysum uoluptatis Cherubim & flammeum gladium atque uentilem, ad custodiendum uiam ligni uitæ. Denique, ut non transgrediente primo parente, in posteros fuisset transfusa originalis iustitia, sic modo uice uersa, originalis cum semine transfunditur culpa: & facti sumus natura filij iræ, qui eramus gratia filij gloriæ, sed & prius sumus peccato obnoxij quam geniti, prius damnati quam nati. Hæc igitur uera est nostra felicitas, summa perfectio ac ultimus finis, diuinæ nobis concreatæ imaginis reformatio plena atque perfecta. Porro quemadmodum in tribus animæ uiribus, memoria uidelicet, intellectu & uoluntate, trinitatis in nobis consistit imago, sic in triformi æque mentis decore, contemplatione scilicet, dilectione & stabilitate, hæc ipsa diuinæ imaginis reformatio sita est. Etenim hunc reformationis huius sortitus decorem, diuinæ uidelicet assimilatione uitæ adeptus est. Hæc est igitur deformis uita, & sicut Dionysius ait, deificatio nostra, ut sit mens diuinorum speculationi synceræ intenta, uoluntas eorumdem ardore ignita, atque in his memoria stabilita & firma. Hæc perfectio sublimis est, neque repete neque facilliter adipiscibilis possidendaque extat. Ab imo si quidem usque in summum scandere, non subito nec sine labore contingit. Sed de his in sequentibus plenius differendum est.

Articulus VI. Quid cum cæteris fidelibus commune habeat solitarij.

Suis ingredi ad uitam, serua mandata. Hoc uniuersis dictum agnoscimus: nempe abique mandatorum obseruantia nemini salus reponitur. Denique, consilia his duntaxat traduntur, qui singulare aliquod sanctimonie culmen adipisci festinant. Quoniam quidem ergo mandata, non consilia, de necessitate salutis censentur, ad omnium adimplentem præceptorum singuli obligati sunt. Porro consiliorum obseruatio nemini in toto indicitur, nec cuiquam omnium suadetur consiliorum assumptio: non enim eidem statui cuncta competere queunt, quibusdam namque iniungitur sanctæ prædicationis officium, ali quibus uero secretioris uitæ arcanum exercitium. Vnde secundum multiplices atque diuersos perfectionum gradus, uaria perhibentur consilia: & qui deformiore fibi eligit uitam, altiora oportet assumat consilia. Enim uero in domo patris cœlestis mansiones multæ sunt, quemadmodum & electorum multifarij status. Sunt autem consilia que dam singulis, qui religiosam monachalemque uitam profitentur communia. Hæc uero illa sunt, quæ tribus correspondent uirtutibus, quæ de uniuersis usque religionis ac ordinis integritate consistunt: paupertatem, castitatem & obedientiam loquor. Nepe uirtutes hæc sic de religionis essentia sunt, ut sine eis ordo utique nullus subsistat. Præterea consilia ista tria sunt

t. Cor. 1.
Gen. 1.
Eccl. 7.
Galat. 5.
Sept. 9.
Gen. 2.
diuine imaginis reformatio in homine.
Matt. 19.
Non consilia, sed Christi mandata, de necessitate salutis.
Ioh. 14.
Religionis essentia ista tria sunt.

sunt unum, quod exteriora ac temporalia bona relinquenda suadet, ut est: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes & da pauperibus. Et in hoc certe consilio fulcitur paupertas. Porro aliud, carnales libidines & concupiscentias passionisque carnis spernendas inducit, quemadmodum dominus: Qui non odit, inquit, patrem & matrem & fratres & sorores & uxorem, non potest meus esse discipulus. Hæc equidem nobis quodammodo coniuncta sunt, & tanquam unum nobiscum existunt, & ad carnis demum concupiscentias potissime pertinent, & in consilio isto castitas ipsa consulitur. Sunt insuper plura in euangelio sacro ad hoc consilium ordinata. Denique, tertium consilium sumptius plenam atque omnimodam abnegationem requirit, ut propria quoque libertas propter dei amorem deseratur. Vnde unigenitus dei: Qui uult, ait, uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam quotidie. Denique, his tribus uirtutibus atque consilijs, tres quoque abrenuntiationes correspondent. Prima quippe diuitiarum est ac exteriorum bonorum: Secunda propriarum concupiscentiarum & passionum inordinatarum: Tertia proinde uoluntatis propriae spontanea ac pura abiectione, & omnibus omniumque desiderijs spretis, unius summi boni uera inhaesio. Hæc tria nostræ quoque professioni ac ordini cum aliorum religionibus communia censentur, sed in modo diuersitas est. Sunt equidem quorum paupertas nostram paupertatem transcendit, quippe qui nec in communi quidem propria possident. Veruntamen in castitatis splendore (quæ dum perfecta est, nedum carnalem copulam, sed omnem quoque carnis affectum, & propter tutelam carnis quoque conuictum atque conspectum depellit) solitariorum uidetur præpollere professio.

Articulus VII. Quid singulare habeat solitariorum intentio atque professio.

Sedebit solitarij & tacebit, quia leuabit se super se. Denique, ne timoris atque superbie intelligatur eleuatio illa: Ponet, inquit, in puluere os suum, si forte sit spes. Si prædeterminatorum memineris, innotescit utique quia humanæ mentis & omnis demum creati intellectus uera ac summa perfectio, aliud profus non est quam diuinæ imitatio uitæ & similitudo cum increata æternaque mente. Veruntamen, imitatio ista uaria est, atque secundum diuersos status, professiones & ordines, multiformis & diuersa. Etenim qui minor est in regno cœlorum, id est infimus angelorum, maior est illo, id est, Iohanne Baptista, imò & quolibet uiatore. In quo id nobis CHRISTVS insinuat, non posse præsentis uitæ statum quantumcunque perfectum, statui gloriæ esse æqualem. Vt enim Dionysius ait, supremum inferioris ordinis, cum infimo ordinis superioris magnam quandam convenientiam habet, non tamen attingit. Præterea, aliter assimilationem hanc deformem intendit, qui præceptis contentus est: aliterque, qui insuper consilia suscipit atque adimplet. Et denique, diuersi ordines secundum uarium atque multiplicem institutionum suarum tenorem; statutorumque obseruantiam nunc effatam, dei similitudinem multiformiter sortiri concipiunt. Nempè qui eam plenius, itemque syncerius adipisci desiderant, haud dubium quin plus arduum propositum, ordinemque districtiorem interoeant. Elucescit itaque, quoniam uti solitariorum institutio districtissima est, sic utique singularissimam diuinæ perfectionis præterdit imaginem. Enim uero statuta seu regulæ ordinum media sunt ad ueram atque præintantam ordinis perfectionem ac finem. Itaque quo media hæc ea que ad deificatam uitam conferunt, plenius complectuntur, & item illa que deformis conuersationis impeditiua sunt, uehementius tollunt, eo utique præstantiora censentur, & ad diuinorem perfectionem præclarius deducunt. Talia autem ni fallor, sunt solitariorum, Carthusiensiumque statuta. Nempè quid utique eatenus à iugi ac perenni diuinorum contuitu, ut cum hominibus conuictus ac circa multa cordis distensio mentem elongat & distrahit: Porro quid sic præteritorum itemque secularium ac temporalium rerum obliuionem inducit, quemadmodum solitudo? Eo namque liberius atque stabilius uni intendimus, quo longius à multis distungimur, solitudo autem maxime à cunctis elongat, ideoque ad puram & diuturnam diuinitatis speculationem potissime confert. Propterea in præostensis non utique qualiscunque, sed pura & excellentissima diuinæ imitatione uitæ, solitarij finis ac scopus appellata est, quatenus præteritorum ac secularium mens ipse oblita, & à curis expers, atque inutili formidine tuta, tranquillo securorum animo diuinis inhæreat, ipsisque fixa & (ut fas est atque possibile) iugi & incessabili conuersione in

Matt. 19.
Luc. 14.
Luc. 9.
perfectior paupertas in quibus.
Castitas in quibus perfectior.
Thren. 2.
Matt. 11.
Luc. 7.
solitarij institutio, diuine perfectionis præterdit imaginem.
solitarij Carthusiensium encomium.
diuine uitæ imitatio, solitarij finis.

liber. 26.
Exo. 3.
Cant. 1.
Psal. 77.

tendat, quatenus cum sancto dicere possit Anima mea desideravit te in nocte, sed & spiritus meus in precordiis meis sitiit in te. Rursusque, Nomen tuum & memoriale tuum domine in desiderio animæ. Dicatque cum Moysè deo: Si inveni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam. itemque cum sponsa, Trahe me post te. & cum Psalmographo, Mihi autem adhærere deo bonum est.

Rom. 13

Iohan. 1.

Phil. 3

1. Pet. 2.
Psal. 44

Ioh. Cassianus.
Eusebius Emisitenus.

Religionis scopus certissimus.

Atque vincimur est a vincio.

Affectus reporalium odium magis ac ipsa ipsa

Psal. 94.

Num. 21.

Exod. 12.

1. Cor. 10

Articulus VIII. De nexu & ordine abrenuntiationis trifariæ.

Quæ autem à deo sunt, ordinata sunt. Porro in subordinatis (ut Dionysius ait) semper ex bonitate superioris, omnis dependet inferioris virtus & bonitas, quemadmodum & sine spiritu caro nihil prodest, & sine charitate fides atque scientia inanes sunt. Paulo ante triforem fore abrenuntiationem fatebar; primam exteriorum temporalium que honorum, dum videlicet cuncta illa pro CHRISTO lucrando ut stercora arbitramur. Denique, secunda earum quæ in nobis sunt concupiscentiarum & vitiorum nobisque carnis propinquitatem iunctorum abscisio est, quum scilicet iuxta propheticum apostolicumque mandatum, abstinemus à carnalibus desideriis que militant aduersus spiritum, & secundum diuini Dauid consilium, obliuiscimur populinos tri & domus patris nostri. Præterea, tertia propriæ libertatis atque sui ipsius mera puræque relictio diffinitur. Huius abrenuntiationis tripartitæ nexu, habitudo & ordo tantus talis que consistit, ut in profitentibus eam sine secunda nil conferat prima, atque sine tertia nec prima neque secunda, sed nec simul ambæ quippiam profint. De hoc illustrissimi patres nostri Iohannes Cassianus & Eusebius Emisitenus uenusto sermone atque præclaro nimis eulogio effati sunt: Certissime noueris ò monachalis uitæ professor, eremiticæ institutionis amator, nil utique tibi patrocinari, agros pecuniasque spreuisse, si non gula atque superbiam & omnis demum circa transitoria affectionis superfluum motum impetumque contemnis, si non passionem in ordinationem coerces, & sensuales quoque appetitus rationis celsuræ subijcere studes. Denique, nec exteriora spreuisse & carnis quoque passionis in cursum frenasse, inclutum atque sufficiens reputes, nisi intellectum in super mentis affectum per fidei synceræ constantiam, & item amorosam diuinorum contemplationem, diuinæ uoluntati & sapientiæ increati animi subdere satagas. At uero, quid penitus expedit, immobilia itemque mobilia bona iecisse, si eorum dem denuo uili ac immoderato affectu animum coinquinari non pudeat? Et rursus, quid magna multaque odisse inducit, dum paruorum atque paucorum appetitu uincimur atque uincimur? Enimvero cuncta pro CHRISTO sponte contempnimus, tamen heu sic modicis, curiosis, superfluisque rebus colligamur atque immergimur, ut antequam eas relinquamus, & nobis & proximo detrimentum dispendumque afferamus salutis, prius scandalizemur & scandalizemus, prius pacem puritatem que animi, cuius cuncta sunt agenda intuitu, in propriis fratribusque mentibus & turbati & extingui sinamus. Miserabilis prorsus euentus & dispositio miseræ. Nempè amplius utique confert cum paucorum minimorum que contemptu honorum, omnem unâ temporalium affectionem odisse, quam plurima atque immensa fugisse, & minimis nihilominus uitiose immergi indiscere que affici. Fateor mi dilecte, & prohi dolor quia fateri oportet imperfectum nostrum. Siquidem sic ubertim concessis atque in cellis nostris existentibus, & ipsis præterea cellis abutimur, ut petentibus uix ea accommodare dignemur, interdumque prælato uehementer (quod dicere pudor est) irascamur, si horum quippiam auferat aut auferri permittat. Non est utique mens talis ab omni proceris proprietate syncere expers, ueraciterque immunis. Et nunc fratres hodie si uocem istam audieritis, nolite obdurare corda uestra, quemadmodum patres nostri qui prostrati sunt in deserto. Et cur utique prostrati sunt, nisi quia corde redierunt in Aegyptum: & quoniam ollas carniū esurierunt, dicentes: Anima nostra nauicat super cibo isto leuissimum & quia federunt manducare & bibere, & surrexerunt ludere: & quoniam murmurauerunt aduersus dominum & Moysen seruum eius: & quia non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutari eius, & diffidebant uero fidelique deo: & quoniam adorauerunt uitulum aureum atque conflabilem: & quia fornicati sunt cum filiabus Madian. Hæc omnia in figura contingebant eis, scripta que sunt propter eruditionem nostram, ne communemus operibus ipsorum iniquis. Enimvero, quos religionis tædet, qui uel animo tantum aut certe corporaliter quoque apostatant, nonne ingratis illi plebi, quæ post tam ineffabilia dei dona, tam que stupenda portenta, in Aegyptum denuo remeare cupiunt, similes

les censendi sunt: nisi quod illis insuper deteriores existunt, quippe qui non iam de Pharaonica, sed diabolica seruitute educti, ad terram non typicam ac temporalem, sed ueram atque æternam uocati sunt. Denique, qui pristinas alimoniarum amant delicias, quibus uel cellicus uel cœlicus panis leuis est & item contempribilis, nonne populo illi carniū desiderio flagranti atque dicenti, Bene nobis erat in Aegypto, dum sedebamus supra ollas carniū & come debamus panem in saturitate, conformes ueraciter perhibetur: At uero dum cibo pota que repleti, ad uaniloquos prouoluimur sermones, ad detractiones, ad contentiones, nonne ad instar infidæ gentis confurgimus studere: Porro dum rebelles sumus & inobedienter profamur, indignanter que agimus contra dominum, eius quoque uicarium prælatum murmuramus, hoc uere grauissimum extat. Nempè ut Augustinus dicitur, Nullo peccato eatenus quemadmodum murmuracione plebs illa Hebræa deum offendit. Et scimus quoniam quasi peccatum ariolandi sit repugnare, & tanquam scelus idololatricæ, nolle acquiescere. Prorsus abominandum nobis est facinus tam enorme, ne nos audire contingat quod dominus ad Iudæos: murmuratores, inquit, filij murmuratorum, implete mensuram patrum uestrorum. Itemque quod eisdem martyrum ait primicerius, Stephanum loquor: Vos, in quibus, semper restitistis spiritui sancto. Etenim optime utique patrum spirituali cui non paremus, & contra quem murmuramus, cum Moysè contestari incūbit: Non aduersum me, sed aduersum dominum est murmur uestrum. Præterea, in credule diffidentesque ori diuino, quos nisi nimis sollicitos, nimumque pusillanimes & spem certam atque immobilem in deo non habentes figurat: Sperandum nobis est quia qui nos de mundo in eremum istam induxit, non utique derelinquet nos neque proniet, magis autem, quoniam emitter lucem suam & ueritatem suam, quatenus nos inducat atque deducat in montem sanctum suum. Amplius autem, quorum deus uenter est, nonne tibi per idololatrias illos apte omnino præsignati uidentur: & rursus, qui toto die cum inflammato corpore meant, qui uruntur, & exteriorem incoinationem sibi sufficere putant, nec sobrietati neque internæ castimonie student, quod utique fecerunt in infelicissimumque genus est, per fornicatores illos (ni fallor) ostensis sunt. Si horum mores gestusque assequimur, quemadmodum illi terram repromissam introire nequibant, sic nec nos cœlestem Ierusalem: & uti illis nil contulit intrasse desertum, conformiter nobis nil proderit introisse cœlestium, cellam uel eremum.

Articulus IX. Quod uniuersa solitariorum intentio, in contemplatione huius eorum finalis perfectionis incessabiliter dirigenda sit atque figenda.

Quæ autem posteriora sunt obliuiscens, ad ea uero que anteriora sunt me ipsum extendens, ad destinationem persequor ad brauium uocationis supernæ. Finis uti ab Aristotele suscepimus, primum quidem est in intentione, ultimum uero in executione: ideo que infatigabiliter utique speculandum reminiscendumque nobis est, ad quid uenimus, hoc est, quid sit finis & summa ultimataque ratio atque perfectio, ob quam obtinendam cuncta nos reliquisse lætamur, eremumque ingredimur & cellam incolimus. Enimvero, si quo minus, quomodo utique attingemus, aut qualiter perueniemus, non attendentes quod currimus, neque quod proficiscimur contemplantes. De hac re uenerandissimus pater noster Iohannes Cassianus eleganter atque facunde ex ore sancti anachoretæ abbatis Moysi disseruit atque conscripsit. nempè ut fastus est atque edocuit, omnes artes & disciplinæ, præsertimque omnis ordo itemque religio & uita que sortitur sunt. Denique, finis huius obtentu atque contuitu, uniuersiusque artis industrius appetitor, religionis que ardens zelator, cunctos labores & pericula atque dispendia uictoriosissime suffert, & libenter æquanimitèr que sustentat, quemadmodum in agricolis, in negotiatoribus, in militantibus quoque cernere palam est. Nos igitur, ut puta altissimæ professoris theosophiæ, zelatores que perfectionis diuinæ, & deformis demum intendentes imaginem uitæ, hanc mentibus nostris in desinenter imprimere, reminisci atque insigere perfectionem oportet, si eam uspiam adipisci eueniet: quatenus iugiter quid profecerimus, quantum ue neglexerimus speculemur, & insuper ad eam toties mentis nostræ reducamus intuitum aciem que & contemplationem, quoties nos ab ea deuiare sentimus. Et id quoque nobis lætitiæ causa sit, huic propinquasse perfectioni ac

Exod. 16.

1. Reg. 15.

Mat. 23

Act. 7.

Exod. 16

1. Ioh. 4. 1. Ioh. 4. 3

Phil. 3.

Philipp. 3.

Solitarioi scopus & finis.

fini, eatenusq; doleamus, quantum ab ea nos deficere ac elongari intendimus. Hęc sancta lætitia, & ista tristitia uera; de profectu gloriari in deo, de defectu autem contristari in nobis. Nunc ergo te hortor, qui diligens eremiticę institutionis discipulus, scrutare quotidianę & indefesso corde in tempore rimare, quid quantumq; profectus, quousque peruenisti, & quã uehementer finali tuę perfectioni propinquasti. Si tempore longo ac multo celam occupasti, & nihilominus uel parum uel nihil internę atque diuinę perfectionis adeptus es, contristare & luge, quia reuera miser es & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. Itaque pœnitentiam age, & uide uocationem qua te deus uocauit; atque condignos pœnitentię fructus efficiens, uide unde cecideris; & id cuius uenisti causa & gratia, apprehendere satage & adipisci festina. Vnde Apostolus: Sic, inquit, currite ut apprehendatis, Etenim qui ita peregerit, æquissime prorsus cum Apostolo dicere habet: Ego sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem uerberans. Porro secundum præinductorum Cassiani intentionem uerborum, scopus seu destinatio professionis nostrę, cordis existit munditię, uero & finis, regnum cęlorum. Sed in præhabitis de fine intrinseco, præsentisq; uitę perfectione finali, sermo defluxit.

Articulus X. De duplici fine, biformiq; beatitudine.

Nunc autem liberati à peccato, serui uero facti deo, habemus fructum nostrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Hęc equidem est uoluntas dei, sanctificatio nostra, & ipsa uniuersi nostri exercitię omnium, que laborum fructus est ac summa perfectio. Porro, quum uita æterna aliud prorsus nihil sit, quã diuinitatis fructio, dicente ad patrem unigenito: Hęc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quẽm misisti IESVM CHRISTVM, uisio autem dei, cordis sinceritas respondet, contestante CHRISTO: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, constat quoniam sanctificationis nostrę merces sit dei uisio. Sed forsitan dices: In præinductis iam traditum est, quoniam diuinorum præsentis uitę possibilis contemplatio, institutionis nostrę finis appellata est: quomodo ergo nunc futurę uitę agnitio, propositi nostri finis censetur? Respondendum, quia in intellectuualibus beatitudo & finis coincidunt. Beatitudo nempe ultimum finaleq; bonum existit, unde conformis est beatitudinis ac finis distinctio. Est autem beatitudo duplex: una uia, quę uisio dei per speculum fidem, que in ænigmate; Alia uero patrię, quę per speciem extat. Et denuo sic quęque bipartitur felicitas, ut sit una formalis atque intrinseca, est que menti inhærens perfectio, ut amor & uisio. Alia demum obiectalis est item, que extrinseca. Ipsa quippe est summum bonum, deus benedictus & fons felicitatis. Pariformiter itaque & finis ualer distinctio, sed in prædeterminatis de fine informante atq; intrinseco præsentis uitę, sermo transiit. Deniq; Aristotelis diffinitio, quam in Ethicis introduxit de felicitate, & Boethij quęque descriptio de formali felicitate, suscipienda uidetur. Est insuper huius felicitas, futurę iuchoatio beatitudinis. Siquidem quo utique nunc amplio rementis munditiã adipiscimur, eo utique in patria plenius clariuscq; contemplabimur. Enim uero, idem nunc aio diuinę uitę imitationem, cordis munditiã, finalemq; perfectionem, atque præsentis uitę beatitudinem. Præhabitę demum beatitudinis diuisiones, memorię donandę sunt. Interdum nanque deus, interdum uero uisio dei, animi beatitudo uocatur.

Articulus XI. Quodd cunctis, præsertimq; solitarijs, sit discretio summe necessaria.

I se parauetis pretiosum à uili, quasi os meum eris. Quid est uirtus, ait Aristoteles, scrutatur, non ut sciamus, sed ut boni efficiamur. Denique, quemadmodum summum solitariorum philosophus (Antonium inno) astruit, omnium uirtutum nutritrix & mater discretio extat. Ipsa nanq; tanquam magistra cunctis certe uirtutibus modum statuit, ordinemque præfigit. Sed quispiam forsitan obijciat: Cum enim de ratione uirtutis sit, secundum debitam rectamque sapientis censuram peragere, quod fieri nequit, si non ordo modusq; seruentur, & cunctarum circumstantiarum teneantur uirtutum, ut uidelicet uniuersa tunc, taliterq; & ibi & ideo agamus, quando, quomodo, ubi & quare agenda sunt. Sit itaque sic est, quid opus est cæteris insuper uirtutibus discretionem adijcere atque adesse? Sed dicendum, quoniam sæpe utique discretio proprietatem, conditionemq; quandã insinuat, quę cunctis est communis uirtutibus. Tunc quoque specialis non al-

Exhortatio ad eremiticę institutionis discipulum.

Apoc. 3. 1 Cor. 1. Apo. 2.

1. Corin. 9. Eodem.

Roman. 6. 1. Thessa. 4.

Iohan. 17.

Matt. 5

Beatitudo duplex. 1. Cor. 13.

Iere. 15

seritur uirtus, uti instantia illa communicat. Nunc autem discretionem uirtutem appello, qua inter bonum malumq; discernimus, & quid, qualiterq; ubiq; operandum sit diiudicamus. Et sic utique nisi fallor, specialis uirtus est, cunctisq; uirtutibus efficaciam præstari. Nempe, si omnia tempora, tempus habent, sitq; ridendi tempus atq; plangendi, tempus uescendi atq; abstinenti, uigilandi & dormiendi, loquendi & tacendi, ambulandi & quiescendi, operandi & uacandi, meditando item, que scribendi: si inquam sic est, discretio certe opus opinor, qua quid cuiq; temporis tribuendum deputandumq; est, intueamur, atq; intendo, recte ac discrete agamus, & item in omni uirtutum actu rationabiliter sapientialiterq; uiuamus. Enim uero ut Augustinus inducit, sine discretione charitas ordinem non seruat, humilitas nimis se deijcit, frangitur, que ob id regendi auctoritas. Denique sine discretionis præsentia sit inobediencia stulta & cæca, ubilibet atq; indifferenter in malis quocq; obediendum existimans: largitas etiam se nimis effundit. Timor in desperationem, & in præsumptionem spes ipsa conuertitur. Porro, solitario uirtus hæc summe necessaria scitur. Etenim, quo conforte extrinseco, que amplius caret decore, eo uehementius aduertere habet, quid in ipso loquatur dominus deus: & ut unctio eum de cunctis doceat, atq; ab ea quę in se later discretione regatur, quemadmodum scriptum recorder: A sapiente, id est, propria aut certe alterius illuminata ratione, require consilium. Proinde rationabile esse nostrum obsequium, uirtus hæc imbuit, & ut ad pietatis profectum, corporalis ordinetur exercitatio, cõsultat: nec sic corpus cõteramus, ut spiritui amplius deseruire, parereq; nequeat neq; sic rursus carnem alamus, ut spiritui insolescens repugnet. O quor per indiscretionem, dum nimium uidebatur feruere, in nihilum reducti sunt, sicut Baruch testatur: Quoniam, inquam, inquam, non habuerunt sapientiam, perierunt propter suam insipientiam. De hoc in libris Cassiani exempla multa scribuntur, quę hic inferere prohibet breuitas cui studeo, & experientia ipsa, quę utinam non tam euidenter nobis pateret. Nempe & hi quocq; interdum, in quibus præualere feruor apparet, propter discretionis carentiam, citius prolabantur atque deficiunt. Et cur utiq; hoc, nisi quoniam medijs ad uirtutem (uigilijs atq; ieiunijs, solitudinem itemq; silentium, & reliqua demum ad uirtutem ordinata exercitijs loquor) indiscrete utuntur? Nec temporum uitę suę horas ac uicissitudines congruentibus debitisq; occupant exercitijs, sed prout improbus feruor & impetus proprius mouent, procedunt aguntq;. Deniq; ob id felicissimos patres nostros, nedum uehementer profecisse, sed & celeriter insuper uniuersę perfectionis arcem sortitos cognouimus, quoniam secundũ discretionis radiosum dictamen uixerunt, & secundum ipsius ducatum cunctos uitę atq; uirtutis suę actus ordinauerunt, quemadmodum de sanctissimis certe uiris Machario, & quem prænominauem Antonio, Agathone atque Pastore te dõ dilecte, legisse non dubito. Hoc equidem uerę discretioni incumbit, ut per eam secundum summam, ultimamq; perfectionis nostrę exigentiam & congruentiam, omnia ordinentur atq; agantur. Etenim sine discretione nulla perfecte uirtus inhæret. Virtutes nanque, eatenus concatenatę sunt, quemadmodum Plato & post eum Platoniorum profundissimi Plotinus, Macrobius & Apuleius, & demum Aristoteles & Andronicus Peripateticus fassi sunt, ut sine altera una haberi non possit.

Articulus XII. Vnde ad deiformem uitę diuinę imitationem suspiranti solitario sit ascensus, institutionisq; huius assumendum exordium.

Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitię in sanctificationem. Lapsus in ima ab alto, resurgere satagemus, hinc primum resurrectionem ordiri par est, ubi substitit casus. Porro, in protoplastorum præuacatione uniuersi ab originalis iustitię summo uertice, usque in originalis culpę profunda cecidimus. Vertex deniq; originalis iustitię, subiectio erat intellectus portio animę sub deo: profundissimum uero originalis culpę, ipsa est lex, consistens in membris nostris, relictis legi nostrę mentis. Ideoq; si uere resurgere, si perfectus esse, si ad originalis conformitatem iustitię denuo remeare

Quid p discretionē hęc loco intelligatur.

Eccles. 3

Phil. 4

Tobia. 4

Baru. 5

Roma. 6

Originalis iustitię uertex, est eius profundissimum Rom. 7

GGGG festinas,

Gal. 5 festinas, hinc inchoandum agnosce, ut spiritui seu animæ caro per omnia obsequatur atq;
Mat. 9 obediat, ne aduersus spiritum amplius concupiscat: sed in stat bonæ ancillæ imperante ra-
Roma. 13 tione mox prompteq; pareat, quatenus ad Centurionis illius imaginem ratio dicere pos-
 sit: Dico huic uade, & uadit: & uenit: & uenit: & ancillæ meæ fac hoc, & facit. Enim uero subie-
 ctio ista in hoc consistit, ut necessitatibus corporis non concupiscibiliter, sed rationabili-
 ter prouideatur, ne curam carnis in desiderijs perficiamus, Et insuper ut in omnibus quæ
 ad uirtutem, puritatemq; animi necessaria sunt siue utilia, carnem affligere, & item exercitare
 nūquam cessamus in ieiunijs atq; uigilijs, in labore, in disciplinis, in silentio, in solitudine, in
 refrenatione crapulæ atq; luxuriæ, in asperitate uestitus & ceremonijs multis, in maturita-
 te incessus, in compositione omnis corporei gestus. Hæc spiritualis ædificatiō atq; interna re-
 formationis initia extant. Nempe si hæc implere obseruareq; renuis, confessor, quoniam
 perfectionem illam uerissimam, quæ (si rite recolo) in antehabitis solitarij uitæ eremiticæq;
 institutionis finem causamq; factus sum, nunquam utiq; obtinebis neq; continges. Agno-
 uit hoc magnus ille Arsenius, qui se somni necessitudine opprimi cernens: Veni inquit, ser-
 uo male. Itemq; Sufficit, ait monacho, si tamen operator existit, horæ somnus unus. Verun-
 tamē quia durus est hic sermo (siquidem quis potest eum audire?) propterea patres nostri
 in Aegypto, in Scythi, in Cellia, in Thebaida, in Nitria, in Mesopotamia, uniuersaliter de
 mentio remq; regulam elargiti sunt. Tres enim, uel si addere opus est, quatuor dixerunt
 monacho pro somni quiete, horas sufficere. Post matutinalem uero synaxin, somno ne qua
 quam indulgendum sanxerunt. Porro, posteriores patres nostri in Carthusa, antiquum
 illorum feruorem atq; rigorem renouare quidem optantes, sed attingere non ualentes, ne-
 dum tres uel quatuor imò quinq; uel sex pro somno horas dederunt, nō tamē post matu-
 nalium exactionem laudum, corpus reclinandum censebant, inducti (ut reor) causis atq;
 historia quas super hoc Cassianus conscripsit. Sed nouissimi quorum heu nos filij sumus,
 & utinam non amplius tepescamus, post laudes insuper se somno carere non posse con-
 stituti sunt: hincq; misericordias nobis effecimus, quatenus uel ex reclinatorijs uoce, nostra
 elucescat miseria. Quid igitur dilecte mi & in CHRISTO charissime, quid utique restat,
1. Pet. 5 nisi ut nos metipfos non iam duntaxat humiliemus sub potenti manu dei, sed in superodi-
 amus, & uitam nostram spernamus, quippe qui magnorum atque illustrium patrum no-
 strorum conuersationem, nedum non imitari uel attingere, sed nec ad eius perfectionem
 respirare neq; ipsius imitationem desiderare audemus? Etenim si paulisper protrahamus
 uigilias, si parsimonie præter consuetudinem uticunq; studemus, si solitudinis atq; silen-
 tij paululum districtiores esse seruatoris enitumur, mox indiscretionis morbo languere,
 singularitatis que uitio rei censemur. Protinus demum quod confestim deficiamus audi-
 mus: Aiuntq; repente, proprij nos esse pertinaciter sensus. Veruntamen non igitur hæc di-
 co, ut præter communem legem contra seniorum consilium, ultra uires etiam operandum
 uiuendumq; consulam. Nihilominus quoniam singuli in eodem statu manemus, nec sit qui
Gal. 5 singulari puritati uacare præsumat, omnes quoq; tales atq; cōmunes, quæ admodū dominus
 nouit, perseueramus. Et utinā non ubertim qui spiritum cepimus, carne consummemur: pi-
 gritiam equidem nostram districtiōnem putantes, non utiq; de uirtute in uirtutem indefi-
 nenter proficisci conamur, nec tam quid in cellis profecerimus, quam quam diu in eis man-
 serimus contemplamur. Erubescere merito habet Carthusianæ sanctitatis professor,
 nedum nouæ legis cultoribus uiris, sed ueteris quoq; testamenti mulieribus ui-
 lior carnaliorq; existere. Enim uero quomodo Iudith illa cilicium induit
 atq; abstinuit, & Hester præterea regalium pompam uestitium
 spreuit, carnem carnisq; molliem atque libidinem utra-
 que cōtempserit, ueteris testamenti peritis pate-
 re non dubito. Nos ergo eas aut præcel-
 lere satagamus, aut ipsis infe-
 riores fore humiliter
 confundamur.

Articulus XIII. De cibo & mensa solitarij.

Ex

EX die qua primo posuisti cor tuum ut affligeres te in conspectu domini, exaudita
 sunt uerba tua. Ideoq; Apostolus, Castigo, inquit, corpus meum & in seruitutem
 redigo. Porro, in cibo moderamen atq; mensuram seruare semper, res difficillima
 est: sic tamē utilis & item necessaria, ut sine ea, uera atq; diuina perfectio conquiri
 non possit. Nempe qui se cibo ac potu superflue inordinateq; replet, non utiq; ad uigilias
 erit alacer, non in orationibus purus, neq; ad meditando subtilis: & quem admodum Cas-
 sianus deducit, sine sobrietatis studio, nulla unquam mentis adipisci reformatio ualet. In re-
 sectione itaq; primo quidem quantitas referuetur, ne superfluitas caput conturbet, sensus
 obtenebret, & somnolentiam causet. Vnde Saluator: Videte (ait) ne grauentur corda ue-
 stra crapula uel ebrietate. Non ergo metiamur neq; pensemus quantum cibi suscipere con-
 gruat ex catino siue parapside, sed ex rationis diligentissima perscrutatione, & ex certa ex-
 perientia necessitatis naturæ, ne tuuc amplius multumq; edendum putemus, dum uel scu-
 tella repletior, aut cibus pretiosior extrat. Deniq; in edulio qualitas quoq; tenenda est, ne
 delicatior esca paretur, ne forte uoluptati magis, quam necessitati satisfecisse cernamur. Ser-
 uauit hanc strenuus ille eremita, qui dum in die sacro Paschæ olei parum suscipere roga-
 retur atq; intenderet, meditans primo paulisper in se, caputq; fricans: Heu, inquit, dominus
 meus Iesus Christus felle acetosq; uesticuit, & ego oleo utor: Vnde nec accipere ac quieuit.
 Vbertim autem pallētibus nobis, aut in diuinis lassatis, cibi memoriam calidus hostis im-
 mittit, ut uel carnalem delectationem uilemq; appetitum, & uelut recreationem ac conso-
 lationem menti si cibus lautior erit, infundat, aut certe tristitiam, si tenuis. Nos uero cele-
 riter eum pellamus, scientes non iccirco nos diuinis insistere, neq; propterea Christi fatiga-
 ri obsequio, ut manducemus, aut carnalibus confoueamur delicijs, ut temporalibus atque
 uilissimis recreemur lætitijs, magis uero manducare, ut ad diuina idonei simus, & in præ-
 sentis cursus exilij efficaciter operemur. Præterea, si uel interdū lautior esca præbetur, cor-
 recenda uoluptas, ne que effundendus est animus, imò proflus uitandum, ne in delicatiori
 condimento sensualitas gaudeat, sed sic utatur tanquam non utens. Nempe qui contra
 omnem carnis libidinem, seu sensualem delectationem omnem que superuacua corpora-
 lem quietem iuge bellum subiuiuis, cauere omnino habemus, ne nos ipsi concupiscen-
 tiam uel irritamenta carnalium procuremus, tanquā non sufficiat nobis interna fragilitas,
 originalis infectio atque cōnata malitia. Quid dicemus ad hæc: Pater frater dilecte, non
 nobis patrum uita, nō Iohannis Cassiani leguntur uolumina, ut imitemur, sed ut humiliemur,
 quatenus nec loco, nec mercede, nec nomine illis nos pares aut dignos putemus, à
 quorum institutis eatenus declinamus, ac tam uehementer deficiamus. Fugienda est, ait An-
 tonius monacho aquæ saturitas. Et Pastor: Vini, inquit, omnino monachos non est. Porro
 Hilariō: Ex quo, asserit, factus sum monachus, nil coctum gustavi. Et magnus quidā ere-
 mi cultor: Postquam inquit, factus sum monachus, nec cibo nec somno repletus sum. Et
 quid multa eiusmodi enarrare importat: Veraciter nanque nisi CHRISTI clementia, iteq;
 discretio adfuit, desperationem potius quam profectum hæc his que similia nobis in uehe-
 re queunt. Enim uero pauperissimi nos, nedum (ut nunc factus sum) ab illorum conuersatio-
 nibus senum abimus, sed à proximorum demum patrum nostrorum rigore, non parum
 discedimus. Non latet hoc nos, dum domini Guigonis prioris Carthusiæ statuta recolimus.
 Præterea sunt religiosi & monachi, si tamen religiosi & monachi, quippe qui for-
 mam quidem pietatis habentes, uirtutem eius heu abnegant, qui sic ciborum lautitiam optant
 & appetunt, ut nedum in hoc conformentur mundanis, imò eos præcellant uerifice-
 turq; in eis id quod primo Metamorphoseon inducit Ouidius:

corpore in uno,

Frigida pugnant calidis, humentia ficcis,

Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Sic equidem (ut uerbis utar paulisper Francisci Petrarchæ, elegantis poetæ & solitudinis
 amatoris eximij) non iam duntaxat in uno corpore, imò in una quaque parapside, quæ no-
 minata nunc sunt, ita compugnāt, ut antiquum illud Ouidianum chaos uideatur nouare,
 Vtinam obprobrium istud non tam ubertim ò dilecte mensis nostris propinquet. Verun-
 tamen sermonem abbrevio, styliumq; retraho, quoniam quod concepi, effari non audeo.

GGGG * Vinum

Dan. 10
1. Cor. 9

Luc. 11

Phil. 33
Iohan. 19

Aque etiā sa-
turitas mona-
chis fugienda

Natura paucis contenta

Vnum tamen fatebor, quia utiq; ut Boethius in exilio didicit atq; conscripsit, Paucis minisq; natura contenta est: Et quoniam diuino caremus ardore spiritualiumq; expertes consolationum existimus, ad corporalia deuoluti sumus, his nos egere opinantes, quae nec naturae ratio testatur aut dicitur. Sed felix atque letabunda ueri deuotiq; solitarij mensa, quam ipse propria pulchre perornat praesentia, in diuini se pensans uesci uultus conspectu, pro suauissimo cantu benedictionem ante edulium, in eo diuinorum contuitum & postremo gratiarum actionem exoluens, modum in super seu honestatem tempusq; obseruans, ne se tanquam famelicus totus in cibo effundat, sed mentis simul refectioni insudans, hinc librum, hinc alimoniam aspicit, super propria satis dolens miseria, quia tam frequenter eum a spiritualium studio carnis necessitudines elongant atq; praepere diunt, & item cum sancto Pastore ac beato Bernardo non aliter ad cibum quam ad carcerem means, Porro si lautior praetiosaq; esca praestatur, non elabatur a memoria dominica illa in cruce cibatio. Deriderunt nempe in escam eius fel, & in siti sua potauerunt eum aceto. Celeriter quippe (ni fallor) hoc crebro cogitante, omnis uiles cet ciborum uoluptas, Deniq; qui in sensualibus atq; carnalibus delectari non refugit, diuinis utiq; itemq; spiritualibus consolationibus se ipsum indignum constituit. Ceterum, qui delicate nutrit seruum suum, postea sentiet ipsum contumacem: quoniam qui carnem suam delicate enutrit, competiet eam legi mentis rebellem, atq; (ut Hieronymus asserit) in libidinis ardorem repente spumantem. Ideoq; Augustinus, Quem ad modum (ait) stipulam ignis consumit, sic delicata caro animam concremat, atq; libidinis feruorem inflammat. Hincq; Apostolus: Si secundum carnem, inquit, uixeritis, mortemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.

Articulus XIII. De somno solitarij.

Psal. 4

Psal. 101

Mala. 3

Iaco. 1

Ephr. 4

1. Timo. 2

IN pace in idipsum dormiam & requiescam. Dulce prorsus erat Augustino uerbum hoc: Nec potest lassate carni tam suauis esse corporis quietes, quam fuerat ardentis eius spiritui delectabile uerbum istud Psalmographi: Ouere in idipsum. Nempe tu domine idem ipse es, & anni tui non deficient: quoniam quidem mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesternae quae abijt. Deniq; tu deus & non mutaris, esq; antiquus dierum, sine senio atque dilapsu momentorum: quoniam non est apud te o omniq; potens aeternusq; deus permutatio, aut certe uicissitudinum obumbratio. Sit ergo tibi de cella incola solitudinisq; colone in pace somnus requiesq; in deo, quatenus serena mente atq; tranquilla conscientia diurno in actu tempore, dormitum migrans, in deo tuo dulci, bono & sancto, cum pace requiescas, in diuinorum remissentia obdormiens, & in diuino obsequio fatigatam carnem refocillans, atq; ad futuram uigiliam roborans. Enim uero tunc in pace in idipsum dormimus atq; quiescimus, dum conscientia a peccati remorsu immuni, & cum fratribus quoq; syncera, in deo diuina meditando obdormientes conuiescimus, non uoluptatis sed necessitudini indulgetes, atq; ob id ut alacres fortesq; ad dei cultum mox surgam, nos ipsos paulisper reclinantes. Non ergo sol occidat super iracundiam nostram: Non solum autem super iracundiam, sed neq; super aliquam utiq; uitiosam affectionem peccatiq; maculam: & demum sic nos quieti aptemus, ut in eo mentis sancto affectu quo obdormiuimus, uirtutem resurgamus, idq; menti surgentis protinus obuiet, in quo obdormientes meditatio requieuit. O impudicum, uilem pigrumq; cellitam, qui nec tunc quidem ad diuina confurgit, dum surgendi signum pulsatumq; peraudit. Erubescere precor de tepide tunc lecto incumbere, dum confratres tuos non ambigis dei hymno insistere, atq; ad deum affectuosam mentem purasq; manus leuare. Deniq; suadere modo non audeo ut amabilem patrem nostrum, magnae olim procuratoris monachiq; Carthusie, hincq; Lynconiese antistites sancti Hugone, ipsumq; deuotissimum Bernardum imitari conemur, quos lectus non utiq; diu uigilantes retinuit, qui insuper nullum se tempus eatenus perdere arbitrati sunt, quemadmodum id quod dormientes expenderunt. Veruntamen id penitus expedit, ut si mox ad quietem locati dormire negnum, fixum quippiam diuinorum meum uoluamus, quatenus in ipso celerius non undiq; corde uagantes, neq; te dio impatienciaq; agitati requiescamus. Hoc certe modo in pace in idipsum dormiuit, qui se in quadraginta annis in solis praesentia non manducasse asserenti, respondit: Neq; me in tot annis sol irasci conspexit. Et sanctus demum Epiphanius, qui beato Hilarioni dixit: Quoniam cubitum non transiit aduersus proximum aliquid habens: atque quod insuper longe amplius reor, Quoniam nec dormiui, inquit, quempiam aduersum me quid

quid habentem impacatum relinques. Idcirco non indigne sanctus Hilarion, qui paulo ante narrauit, Ex quo, inquit, monachum indui, nil quod per ignem transiit, gustauit, Epiphano ait: Maior est de alba conuersatio tua, & reuera maior: Et enim si non simpliciter, neq; in omnibus maior, in hoc tamen utiq; exitit maior. Enim uero dum de eremi cultor cellaq; mansor sic in deo in pace obdormis, Christum utiq; in cordis tui intimis sepelis, securus quietis, de monibus horribilis es, diuinorum reuelationi aptus consistis, & item ad altissimi laudes laetus agilisq; confurges.

Articulus XV. Quid post subiectionem carnis sub spiritu agendum sit, ad dei formem diuinam uitae assimilationem festinanti.

S I praeteritis animae tuae concupiscentias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. In tribus secundum praetacta consistebat originalis iustitia, in subiectione corporis sub anima sensualisq; partis sub ratione, & rationis sub deo: id est, quod triformi quoq; eget itinere, qui ad mentis puritatem proficisci anhelat. Primum quidem iter in praesens diuinae carnis sub spiritu subiectione rite reponitur. Porro in regulatione ac reformatione, in directione ac moderatione passionum secunda uita sita censetur, quatenus animo non sibi dominari discamus, nec ambulemus post illecebras sensus, & intellectuali demum appetitui sensualis profusus appetitus sub datur, ne nos ira inflammet, ne rancor contorqueat neq; libido deturpet: ne formidus sub animas, ne elatio presumptuosos nos statuatur, magis autem mites, amorosi, casti, securi humilesq; esse conemur. Vnde Sapiens: Omne (inquit) desiderium prauum longe fac a me.

Articulus XVI. De nobilitate uictoris animae, & item uilitate animae concupiscentijs passionibusq; subiectae.

P UICHTA es amica mea, suauis & decora sicut Ierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Hoc a caelesti aeternoq; spolio omni animae quae sancta est atq; serena, dicit cognouimus: nempe, quomodo utiq; non pulchra est, quae a passionum atq; facinorum immunis est maculis: Deniq; quae irae flammam furorisq; impetum, inuidiae corrosione, & omnem demum auersionem atq; contemptum mititate ac patientia, dilectione ac benignissima humilitate pellit itemq; extinguit, rite (ni fallor) suauis esse censetur. Porro his anima stipata uirtutibus, terribilis prorsus est, sed inimicis uirtutum atq; principibus tenebrarum: Enim uero per temperantiam alimoniae ac Venereorum uoluptatem compellens, per fortitudinem quoq; mortis impauida, imò pro ueritate atque uirtute occumbere prona, per prudentiam ubilibet discretere ordinatq; operans, & item per iustitiam unicuiq; quod suum est praestans, merito penitus audit a dilectis: Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Veruntamen longe prorsus sit a te o robusta illustrisq; anima omnis praesumptio atq; iactantia: quanquam etenim passionum sis uictrix atq; uirtutibus splendens, ac per hoc daemonum turbis horribilis, ita ut cadant a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis: non tamen tibi infidari quandiu uia traxeris, desinet a mulustate salutis: Absorbent namq; fluuium per mundanas animas, & non mirabimur: & habet fiditiam quod influat lor danis, id est religiosa mens, in os eius. O desiderabilis emundatae mentis nobilitas. En enim o anima per passionum uictoriam, per immunditiae odium, per uirtutum splendorem Christi efficeris amica & sponsa, creatoris tui haeres & filia: insuper, per haec daemones iubes ac praeuales. Lex tibi ordoq; naturae subijcitur, & quicquid diuinitus petis, mox defuper obtines. In carne angelica uiuis, & usq; in diuinitatis consortium migras, neq; a creatoris tui dignitate ignobiliter miserabiliterq; degeneras. Venerantur te angeli, deus diligit, daemon formidat, caro mundusq; sub te sunt. Deniq; hinc abeunt coeli patent, sydere a mansiones praebentur, & beatorum praestantur contubernia. Venientem trinitas sancta amplectitur, & aeterna felicitate remunerat. Porro uilis atq; infelix, contemptibilis ac lugenda nimis anima, quae carni ministras, quae beatitudinis tuae amulicis seruis, quae peccato itemq; concupiscentijs famularis, quam deus odit, angeli spernunt, demon inhabitat, quae creatorem non curas, imò offendis atq; contemnis: quae Saluatori ingrata es & in criminibus foetes, passionibus langues ac sensualitati subijceris: in qua praeterea tyrannica potestate malitia regnat, ira super equitat: qui demum humanam ampliusq; diuinam praesentiam ueneraris ac metuis. Proinde ad tantam saepe obdurationem caecitatemq; prolaborimur, ut de ipsa nostra interdum rebellione letemur, de animositate iactemus, praetato insultemus atq; dicamus: Quam constanter illi restiti, quam bene non paru, quam audacter respondisti existimabat quoniam ei me semper subijcerem, & ad eius imperium cuncta imple-

Ecclesi. 19 Originalis iustitia in tribus consistit triplici itinere ad mentis puritatem pertinet

Ecclesi. 35

Cant. 6

Cant. 1

Psal. 90

Iob. 40

A uilitate emundatae mentis nobilitas

Arae subiectae uicis, infelicitas

sem. Non enim infelices attendimus, quoniam inobediendo, insultando, conuiciando, itaq; passionibus succumbendo, non alijs sed nobis nocemus: sed non est utiq; ita: Nam uniuersumq; malum in suum redundat actorem: Suam quippe linguam malloquus maculat, proprium cor detractor exulcerat, suae mentis intelligentiam iracundus obnubilat, suamq; in super animam inuidet, rancoris ueneno conspergit. Ideoq; in medio fratru positi, atq; in congregatione uiuantes, ea quae & nobis & alijs prosunt, se citari conemur me alioq; profectum uita nostra praui dicit, ne feruore cōfratris tepor nostri infringidet, ne patientia eius ira nostra extinguat, neq; ipsius humilitate nostra deprauet superbia, neq; mentis suae decoro nostra inficiat cōmaculetq; immunditia. Enim uero felix certe anima, quae in congregatione bene uersando multoq; est gaudium, atq; confratribus sanctitatis exemplum: cuius humilitas alterius cōfundit superbiam, cuius patientia cōsolatū extinguit furorē, cuius mititas proximi iracundiā superat, cuius feruor inertiam alieni teporis exulcerat: quae fratrem suū turbatū atq; tentatū, moestiū itemq; afflictū edificare cōsolariq; nouit. At uero unū quoq; certū est, qd Eusebius illi Emissenus fatetur, nimiumq; horre dū existit, & item incessanter pēfandū. Qm nisi in claustris nostras quotidie circūcidamus & rescemus passionibus, multo utiq; hic deterior es efficiamur, qm in seculo uiuentes extitimus, sic ut posteriora nostra prioribus sita peiora. Heu quare negligimus? Cur uocationē nostram non semper aspiciamus? Quāobrem uelut tuti & tanq; si omnium euaserimus laqueos periculorū, uiuimus, magis uero dormimus atq; tepescimus?

In cōgregatione quō cuiq; uiuendum

Eusebius Emissenus

Articulus XVII. De multiplici corporalium exercitationum, afflictionum, ceremoniarum, ieiuniorum ac uigiliarum commodo atq; profectu.

Mat. 7

Mat. 9

Dan. 10

Similabo eum uiro sapienti, qui edificauit domum suam supra petra. Vas electionis diuinus Paulus, Non est (inquit) prius qd spirituale, sed quod animale. Porro ieiuniorū multā esse uirtutem, insinuans unigenitus dei, atq; de durissimo daemōni gēloquens, Hoc (ait) genus daemōniōq; non nisi in ieiunio & oratione eijcit. Et Danielis Eram (inquit) in diebus illis lugens tribus hebdomadibus: panē desiderabile nō cōmedi: caro & uinū non introierunt in os meū, sed nec unguētō usus sum: deoq; teste angelo, uerba eius coram altissimo commemorata sunt. Deniq; uates hic, & cū eo tres beatissimi atq; de regia propagine illustrissimi pueri Chaldaica lingua, Balthasar, Sidrach, Misach & Abdemago: Hebraea aut Daniel Ananias, Misael & Azarias, & a regio cibo & uino sponte abstinentes, leguminibus uero & aqua uescentes, cœlitus edoceri illustrariq; digni effecti sunt. Præterea quemadmodum ex asperitate uescitū itemq; parsimonia uictus sit laudatus a Christo Iohannes, euangelium pandit. Itaq; prius corporalium afflictionum fructus pro peccatis satisfactio perhibetur. Nempe in carne delicatos atq; transgressos carne quoq; torqueri & satisfacere par est. Amplius autem secunda eius utilitas, p̄paratio est hominis ad gratiam creatoris. Dum enim deus p̄ssimus cernit nos, id quod in nobis est, fideliter prosequi, ipse mox quod suum est donat, mentemq; te cruciantis illuminat. Tertia proinde utilitas plurimorum est futurorum malorum, cautela, impedimentum atq; abscisio: coercent equidem carnis impetus passionumq; motus, carnis afflictio & uigiliae sanctae, & dum corpus attenuant, spiritum roborant. Quartus fructus est Christi imitatio, qui a natiuitatis suae primordio corpori dura elegit. Quintus amplior in futurū felicitas: si enim compatimur et conregnabimus. At uero sexta utilitas proximorum edificatio est, homo enim ea quae patet & de foris sunt cernit, & in de adificationem conquirat. Veruntamen sit in assigente se intentio sancta & humilitas uera, ne sui gloriam quærat, nec inde superbiat, quod pro adipiscēda humilitate assumit. Septima demum nostrarum est exauditiō precum, & hoc iam p̄tatum est, in Iudith & Hester p̄tatum, quæ sic deus preces, p̄tate celebratis ieiunij exaudivit, ut per manum unius Holofernem, per alterius uero instantiam Aman occideret. Insuper octaua utilitas, ne quis simorum est spiritū uis fugat atq; erectio: celeriter quippe hunc dat monem pellimus, cuius concupiscentia uitiaq; quibus ipse p̄sident, & ad que nos ferre satagit, efficaciter reluctamur. Certis naq; uitij demones certi p̄sunt, estq; in eis singulis deputatum, ad quod iniquitatis facinus corda nostra inducant.

Articulus XVIII. De his qui frustra atq; insipienter corporales afflictiones exercitationesq; assumunt.

Mat. 17

Mētē se cruciantis deus illustrat.

Roma. 8

1. Reg. 17

Iudith. 9

Iudith. 10

Iudith. 10

Exerce autē totipsum ad pietatē: nā corporalis quidē exercitatio ad modicū utilis est. Pietas uero ad omnia utilis est, promissionē habens uitæ, quæ nunc est & futuræ. Porro, quid sit pietas audi Iob: Ecce, inquit, rece dere à malo ipsa est scientia, & cultus dei est pietas. Deniq; quem ad modū colendus sit deus palā, quoniā oratione & hymno ipsiq; p̄sertim interioribus atq; mentalibus actibus, quæ ad latrā spectāt. Deus em spiritus est, & quē colū, in spiritu colere par est: qd à Catoe q; elegatē expressum est: Si deus (ait) est animus, nobis ut carmina dicunt, Hic tibi p̄cipue sit pura mente colendus.

1. Tim. 4

Iob. 18

Iohan. 4

Cato.

Pietas ergo in interioribus mentis actibus locanda, amarissimos passionū aculeos tortuososq; anime impetus, atq; indifpositos morus ignorat, nec se cū esse permittit. Enim uero, q uenenatis iræ, furoris, tristitiæ itēq; rancoris, in quibus aliud profus non latet, nisi amaritudo amarissima: passionibus contabescit, qui luxuriæ æstibus furit, non utiq; pius censendus est: q uero his expers est, reformatas habēs anime afflictiones corq; mundari, is utiq; pius est. Itaq; sine pietate huiusmodi corporalibus exercitatio ad modicū cōfert, in se est & sine habitu ad pietatē inuolucra ualde est. Veruntū, q sit ne dū utilis, imō necessaria: quoq; ad pietatē relata paulo ante innotuit. Quid est ergo charissime, q nos sacris diuturnisq; uigilijs, abstinentijs multis & consimilibus corporalibus obseruantijs fatigamus, ea uero que in primis atq; potissime deus nos ter à nobis requirit, nec habemus neq; sortiri enitimur: mentem uidelicet purā & in dei obsequio diligentē atq; sollicitā. Inter diximus nobis seculi nolu pates diuersas carnales illecebras, uariasq; sensuales delicias, & nunc à se distimulac pœnalissimis, detractionis indignationisq; passionibus abstinere, nec curamus neq; fatigamus. Præterea, qui propter Christi amorē, ad relinquendos itēq; spernedos charissimos parentū uultus, uniuersos propinquos ac sodales dilectos, agros & floridā cū omnibus suis concupiscentijs mundū inuicissim fugimus, iam ab exiguis causis, à parua iniuria, à modico uerbo, à quotidianis atq; leuissimis itis negligentijs: quas qui non uitat, paulatim defluit, & in grauiā incidit, uincimur, & uelut effeminati succubentes confodimur. Erubescibilis certe & infelix prorsus conditio: nempe, qui maxima, imō cuncta reliquimus pro uiliū rege appetitu molestissimas uerbis contentiones murmurationesq; mouemus, conturbantes alios propriamq; pacē dolentes, ob quā seruandā, cætera cuncta spernenda sunt: & cur hoc, nisi quoniā adhuc interior manet inculta affectio, & cupido inextirpata? Ideoq; gaudet super nos amulus nos ter, ad hoc nos fugisse omnia cernens, ut nūc minima appetamus, atq; propter uilia superemur. Omnia ergo hæc corporalia exterioraq; opera, ad interiorē reformationem indefinenter uertamus, alioqui inordinata erit conuersatio nostra, & qui à seruo te incepimus, in tepore consummabimur.

Contabescere passionibus.

Corporalis exercitatio sine pietate parum religio contert.

Exteriora opera ad interiorū reformationē uertenda.

Articulus XIX. De debito solitudinis.

Non est p̄stolari cum silentio salutare dei. Non sine causa homines fugientes, ad solitudinis huius locū conuenimus. Nempe cur utiq; solitudo instituta censetur, nisi ut nos ipsos discutiāmus, atq; à deo omnipotēti puriori liberioriq; mētē uacemus. Nouerimus itaq; hoc nos loco debere, ut propriā uitam infatigabiliter attendamus, p̄feremus, diiudicemus, emendemus, atq; mundo serenoq; corde diuini infigamur. Vnde P̄salmographus: Vnā (inquit) petiī à domino, hanc requirā, ut in habitem in domo domini. Et cur, nisi ut uideā, ait, uoluntatē domini: quare nescis scilicet quæ placita sunt ei agamus semper atq; fideliter. Nos ergo non proximos iudicemus, increpemus, odiamus, disciplinemus, lugeamus, recolentes præterita, p̄cauentes futura, considerantes presentia, q tenus tēpora infructuose dilapsa recuperemus, p̄sentia salubriter occupemus, itēq; futura p̄ordinatē, sine offensione curramus. Insinuat tibi d cellita, si tñ intelligis, ipsa cella, te mudo huius mundi atq; sepultū, soli autē Christo uiuentē esse debere. Enim uero, hoc, nihil alior, peculiariter nostræ utiq; conuersatiōi attinet, nil cōsolationis aut quietis in hac uita regere, sed nec uelle in p̄senti bona recipere, magis uero honores respicere, subiectio, ne itemq; contemptu gaudere, paupertatem concupere, neq; facultates duntaxat, sed cupidines insuper abintimis pellere. Non enim ad requiem, non ad dominandum deliciasq; cellam ingredimur, imō ad pugnam atq; agonem, & item ut propter illum mortificemur tota die, ad eremum proficiscimur. Porro, ad eremum uenire summæ quidem perfectionis extat exordium: imperfecte autem negligenterq; in ea uiuere, summa æque exitus damnatio. Quid equidem prodest, si quietus locus corporaliter teneatur, in p̄corā uero inquietudo ueretur? quid demum confert, si habitaculo insit silentium, in colā

Thren. 3

Psal. 8

Iohan. 3

Hebra

Ad pugnam agonemq; ingredimus est religiosus.

GGGG 4 autem

Exerc

autem ultioꝝ, tumultus & compugnancia passionū, dum exteriora nostra ornata serentia, interiora uero conturbat tempestas. Periculosa prorsus res est damnationisq; plena, in cella segniter ac carnaliter uiuere, torpere, non de die in diem proficere, & nedū nō per singulos dies meritis merita, bonisq; bona coniungere, sed deficiēdo ad seruore, a spiritu ad carnem descendere: formidau dū quippe huc est, quod ait altissimus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternū, q̄a caro est. Et denuo ad pigrū atq; ingrātū: Quomodo, ait, conuersus es in amaritudinē uitis alienæ? Itemq; Vtinā calidus es, aut frigidus: nūc autē quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Deniq; quo in loco hoc plura atq; ad proficiendū aptiora habemus media, eō utiq; si eis dē abutimur, amariora meremur tormenta. Id ergo propheticū nostris semper infideat cordibus: Indicabo, inquit, tibi dō homo, quid sit bonū, aut quid dominus requirāt a te. Vtiq; facere iudiciū & iustitiā, & sollicitū ambulare cum deo tuo. Et Apostolus: Cum timore, ait, & tremore uestram salutem operamini. Certissime itaq; elucescit, nil prorsus prodesse, si mundū corporaliter quidē reliquimus, & eundē nihilominus p̄ desideria praua atq; carnalia, intra nos inclusum tenemus. Nō sunt enim fugiendæ dei creaturæ, eo q̄ creaturæ aut quasi essentialiter malæ, sed quoniam in uia dei sunt nobis nociuæ: q̄ si eis affectu quidē coniungimur, quid penitus confert, quia loco ac corpore, & temporum quoq; diuturnitate ab ipsis segregamur. Attendamus ergo uocationem nostram, & uideamus quomodo digne ambulemus secundum professionem, quæ coram deo multiscq; testibus profesti sumus.

Articulus XX. De exercitijs & occupationibus cellitis, discrete facultatibusq; in cellis prosequendis.

OMnia autē honeste & secundū ordinē fiant in uobis. Quo natura entis simplicior est, eo quoq; operatio eius indistinctior. Porro, cuius substantia compositor est, huius actio multiformior. Ideoq; dei benedicti, cuius utiq; essentia est unitas pura, actio æterna, est incommutabilis & ab agente indistincte, atq; post hunc immaterialium illoꝝ ordinibus supernoꝝ spiritū, quemadmodū est species simplex, sic & stabili actio. Deniq; humana natura omnibus uniuersis naturis compositor extrati: quippe quicū cunctis communicat, & quodāmodo omnis creatura existit, quæadmodū dominus: Prædicat, inquit, euangeliū omni creaturæ, id est homini. Elucescit igitur, quia hominis quoq; uita & actio, compositorissima ac summe multiformis consistat. Singulæ nempe uires animæ suas alternatim atq; uicissim operationes efflagitant, connaturalesq; pro loco, causa & tempore actiones requirunt. Siquidē nunc operationibus potentiaꝝ partis sensitiaꝝ, nunc uegetatiuæ, nunc secundū locū motiuæ, nunc autē intellectu in sistere par est, & in his quidē ordo seruandus est, quatenus secundū rationis censurā atq; intellectuæ partis exigentiā, ceteræ cunctę moderentur actiones. Itaq; quoniam animę uires & actus multi diuersiq; sunt, & tempora que distincta, temporibus aptanda sunt opera, singulisq; horis sunt exercitia debita danda, ut dum psallendi tempus est, psallamus: dum meditandi, meditemur: dum operandi, operemur: dum plangendi, plangamus: dum uigilandi, uigilemus: dum dormiendi, dormiamus: dum surgendi, surgamus: dum uescendi, uescamur: dum egrediēdi, egrediamur: dum includendi, includamur: dum silendi, sileamus: dum profandi, effemur: dum disciplinandi, disciplinemus: dum orandi, oremus: dum letandi, letemur: dum abstinentiendi, abstineamus. Hoc enim modo omnia nostra honeste ordinatę fiunt.

Articulus XXI. Quę sint sacra dulcissimę cellę opera.

Quemadmodum Aristoteles ait, finis per se appetibilis est: media uero ad finē a fine in bonitate dependent, atq; secundū finis congruentia uenanda ordinandaq; sunt. Porro, in superioribus finis solitarij, eremi causa, cellęq; ratio ac cellitę summa perfectio, pura ac excellentissima diuinæ imitatio uitæ, statutus est. Hęc deum deformis imitatio aliud prorsus censei nequit, q̄ diuinoꝝ affectuosa instabilisq; contemplatio. Ea itaq; opera, quæ ad hanc efficacius compendiosusq; perfectionē deducunt, cellitæ exercitia perhibere oportet. Hęc uero bipartita opinor, quæ dā cunctis debita atq; cōmunia: ea uidelicet, quę solitarij ordo, regula siue statuta inducunt, ut est horarj solutio, silentij tenor, ieiunij rigor, uigiliarj seruatio, atq; uestitus abiectio. His quoq; congrua deputata sunt tempora, quæ præteriri nefas est de communilege. Deniq; alia cellę opera spontanea sunt, singularia atq; secundū uniuscuiusq; capacitātē, & itē dispositionis modū singulis ubi, quando & quomodo expedit applicanda atq; donanda. Non enim cunctis est ista conueniunt, & sicut Dionysius asserit, qd uni est decor, alteri deformitas est: itē huc cibus,

Gene. 6
Ier. 2
Apo. 3

Mich. 6

Philip. 2

Col. 1

I. Cor. 14

Mar. 16

Singulis horis
debita danda
sunt exercitia.

Cellę opa di-
plicita.

hęc uaria multumq; distantia, studium scilicet, lectio, scriptio & extraordinaria itēq; spontanea meditatio, atq; omnino prostratio, luctus, compunctio. Rursus, alia rudiora sunt ac minus utilia, ut est labor manuum, hortus cultura, ministerium frequens, hisq; conformia. In his ergo se quisquam exerceat, quæ se ferre posse considerat, sibiq; fructuosiora cognoscit, nec tamen uni semper occupationi neq; nimis infestat: imō, quemadmodum Antonio angelus ipse ostendit, nunc spiritualibus, nunc corporalibus uacet. Veruntamen, in corporalibus non utiq; spiritualium obliuisci æquum est, quoniam incessanter quippiam mentem custodiens, deuotionemq; conseruans animo uolendum, ac cordi infigendum existit, quod ducit ad deum dirigatur spiritus, atq; ad uocationis professionisq; nostræ finem, animæ reuehatur intruitus. Enim uero, quidam secundum Cassiani eloquium, ad hoc hunc sibi assumunt uersiculum, Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina. Alj uero hunc, Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac secundum misericordiam tuam. Domine non confundar, quoniam inuocaui te: aut simile quiddam, uti spiritus suggerit. Veruntamen ego interim hunc prælegi, atq; utilioremi mihi arbitratus sum: Cor mundū crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Nempe, quoties mente conturbor aut distrahor immunda ue meditor, hunc corans uersiculum, unde elapsus sum, quō etiam me uertere debeam, protinus audio moxq; aduerto. Præterea, qui Maria deuoti sunt, angelicā hoc modo salutationem, aut aliud de ea quippiam reuoluūt. Itaq; si ferre ualemus, ea uerius agamus opera, hisq; intendamus frequentius, quæ singulari nostro fini uiciniora sunt, mentisq; munditiam amplius alunt minusq; dispergūt. Porro, infirmioribus rudiora propter recreationem indulta sunt: scribere tamen nobis est monachi inter corporalia opus, quatenus qui lingua prædicare & docere nequimus, libris conscriptis legentes ædificemus, atq; prædicandi eisdem materiam relinquamus: hoc statuta nostra plenius pandunt.

Articulus XXII. De fructu dignitateq; studij.

Quia tu repulisti scientiam, ego te repuli, ait deus sublimis, ne sacerdotio fungaris mihi. Et cur hoc utiq; nisi quemadmodum idem ipse denuo asserit, amplius scientiam dei, quam holocausta requirit? Itaq; quoniam omnis scriptura sacra diuinitus inspirata est (fons enim sapientiæ, uerbum dei in excelsis) palam, nisi fallor, innotescit, quoniam dum studeamus, uerba dei audimus atq; percipimus: & scimus, quia cuius sermonem audimus, hic nos alloquitur. Ideoq; Hieronymus atq; Isidorus: Dum oramus, inquit, deum alloquimur: dum autem studemus, nos deus affatur. Nempe diuini (ut Dionysius fastus est) uerba eloquij, non utiq; humana aliquādo sensu allata sunt. Hinc equidem rex Messias: Non uos, inquit, estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Rursusq; Dabitur, ait, uobis in illa hora quid loquamini. Propterea dilectę, sacra scriptura, & item catholicorum uolumina, nedum frequenter, sed diligenter insuper reuerenterq; contuenda sunt atq; legenda. Enim uero, quis fidelis humilisq; minister, missam sibi ab illustri benignoq; principe epistolam, uel segniter legat, aut demum uilipendendam existimet? Nos ergo cur orthodoxorum libros, qui aliud prorsus quam spiritus sancti epistolæ censei nequeunt, sic relinquimus? tam parum curamus? tam raro perlegimus? tam fastidiosè audimus? imo, studiosos quoq; sæpe arguimus, uel uerè uel suspiciose dicentes: Quia deficient, habebitq; Studeo, stultum in supino. Non habet, fatetur poëta, scientia æmulum, nisi nescientem. Vtinā hi CHRISTI aduertant amabilissimam simulq; sanctam atq; tremendam sententiam: Qui ex deo, inquit, est, uerba dei audit. Deniq; quod mox iunxit, uehementius formidandum opinor: ait equidem: Propterea uos non auditis, quoniam ex deo non estis. Summo ergo affectuosoq; studio diuinis insistere libris par est: nihilominus in hoc utiq; præsertim discretionis congruit moderamen seruare, atque quid ingenium capere sufferreq; possit, sapienter pensare. Non enim singulorum ingenia æque disposita sunt, aut certe eorundem capacia. Res laboriosissima, ut Auerrois dixit, est studium, sataguntq; in eo (quemadmodum Alphorabius & Auicenna fatentur) potentia animæ sensitiaꝝ tam exteriores interioresq; quam intellectuæ. Veruntamen, quō labor pœnaliior, eō fructus eximior. At tamen, ut reor, studioso atque philosopho, hoc est, sapientia amatori, studium ipsum suauē est laborq; leuis. Habet nanque secundum Aristotelem philosophia, & item secundum theologum Dionysium, theologia admirabilis sibi atq; synceras delectationes admixtas: nec ignoramus, quia delectatio tenet itemq; confortat

Phil. 6
Phil. 30

Phil. 50

Osee 4
Osee 6

Eccl. 1

1. Pet. 1
Mar. 10

iohan. 8

Diferentiā di-
uerſa sunt in-
genia.

confortat operantem in opere. At uero per intellectū à brutis se iungimur, atq; cum supermundanis, ut Damascenus induxit, animis communicamus. Iob nempe: Erudit (inquit) nos super uolatilia cœli & bestias terræ. Si quid è à ratione, quæ in nobis intellectus est, speciem sortimur. Porro, scientia intellectus decor est atq; perfectio: scientia uero per studiū adipiscitur. Ideo si rite concludo, per sciētīæ adeptiōē angelici sumus bestialesq; esse desinimus: est ergo scientia uehementer amabilis. Deniq; qui de illustribus uiris conficiunt, eos dum taxat qui libros quoq; ediderunt, annuerāt, tanq̄ scientia illustres constituit. Veruntamē in humilitate fundanda est ac charitate formanda. Deniq; studiū fructū in finuans facer Hieronymus: Ama, inquit, studia scripturæ, & celeriter tibi uilescunt gaudia carnis. Noui diuinorum studiū diligens atq; intentū, ab exterioribus atq; mundanis delicijs, delectationibus quoq; carnalibus animā uehementer abstrahere: sicq; insuper in se repente studiosum afficere, ut à studio cessare ac surgere, atq; ad cibū siue colloquiū reliquasq; naturæ necessitudines proficisci, ingens sit mentis afflictio. Adhuc autē quæ admodū Daniel ait: Qui multos erudit, uel uerbo uel scripto ad iustitiam, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Unde sponsa in Canticis sponsum affari exorsā: Apprehendite, inquit, & ducā in domum matris meæ, ibi me docebis. Omnino ergo intendamus studio sancto. Omnis enī sciētia à domino deo est, & cum illo fuit semper, & est ante omne æuū. Et sicut in libro Causarū scriptū recordor: Causa prima creat sciētias. Præterea, certis ingenijs certa sunt studia apta. Sed & naturales atq; philosophici libri, maxime autē Platonis eiusq; sequaciū, non omnibus profunt, neq; legendi sunt. Veruntamen, qui discreti ingenij est, non me diocriter conferūt, si ordinatē legantur. Conformis quippe est habitudo scientiarū & reū: id eōq; quemadmodum creatori seruit natura, sic theosophiæ naturalis scientia. Porro, contemplatio ordinis naturæq; reū, ut Hugo Richardusq; aiunt, ad diuinitatis speculationem scala est siue ascensus. Inuisibilia namq; dei per uisibilem mundi facturam noscuntur. Penitus ergo corripiedi sunt, qui philosophicæ studium tam indifcrete utiuperant, quod à sanctissimis quoq; eatenus prædilectum est.

Articulus XXIII. Ne operi manuum immoderate insistamus.

DE iniquis fari orsus Psalmographus: In labore, inquit, hominū non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: quod q̄ damnosum sit mox pandit. Ideo, inquit, tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua. Quo contra de laborante idem ipse loquens denuo: Labores, ait, manū tuarū quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Porro, Apostolus: Qui non laborat, ait, non manducet. Sed dicit quispiā: Nunquid manū labor eatenus necessarius censendus est, ut sine eo non sit nobis repōita salus, quoniam tam terribiliter intonat apostolica tuba uoxq; prophetica: Respondendū autē diuini illud mandatū Apostoli, non utiq; omnibus traditum, sed his præsertim, de quibus adiunxit ipse: Audiuius, inquit, quosdā inter uos ambulantes in quiete, nihil operantes, sed curiose agentes. Porro, euangelizanti de euangelio sustentari licere, Christus insinuat: Nempe qui altario deseruiunt, de altario utiq; uiuunt. Ideoq; rursus Apostolus parū esse designans, illos corporalibus participare, quibus ipsi spiritalia nostra communicamus: Magnum, ait, est, si uobis spiritalia seminauimus, quia corporalia uestra metimus. Et nos igitur qui diuinis intendimus, atq; spiritalibus mancipati existimus, eorū sine periculo itemq; dispendio elemosynis uescimur, pro quoq; salute spiritalia fideliter effuaciterq; exequimur. Deniq; labor hominū multiplex est: Est equidē labor mechanicus, & est denuo labor penitentialis atq; diuinus: qui autē in horū neutro consistit, non utiq; gratiæ dei confors est, neq; salutis est particeps, quemadmodum hi qui in diuitijs affluunt, in delicijs uiuunt, libidini seruiunt, otio uacāt: & quanquā his labor dolorq; immixti sunt, uti de seipsis peccatores in nouissimo die (scriptura teste) passuri sunt: Ambulauius uias, difficiles, itemq; Lassati sumus in uia iniquitatis, nihilominus quia hæc ipsi uia amplius placet delectabilesq; existunt, quippe qui deo dicunt: Recede à nobis, scientiā uiaq; tuarū: nolimus: & qui insuper gloriantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis, propterea qui eis inhæret, se otio ludicq; uacare profantur, & hi miseri sunt, & miserabiles nimis. Proccedit namq; tanq̄ ex adipē iniquitas eorū, transeuntq; in affectū cordis. Etenim cum securitate & absq; ullo pauore peccantes offendunt: non enim est timor dei ante oculos eorū. Enim uero, cum sit exterior labor propter interiorē profectū, quæ admodū mulier propter uirū, sic manū sæpe labori, dum oportet uacandū ne mentis quieti siue seruari repugnet, neq; eos minuat, tollat aut lædat. Sed in hac re sunt, qui indifcrete ualde se habent, quippe qui

qui in debitis & ad diuina deputatis temporibus, se manualiter occupāt, ubertim ante missam, interdum post uesperas, & interdū nec tunc opera desistunt, dum pro horis diebus pulsus auditur, ad quod ob id eos hostis discretiōis inflammāt, quatenus postmodum diuinis tepide insint, phantasis uoluantur, fatigatione lassant, quatenus postmodum inde uote atq; celeriter soluant. Unde à spiritalibus nunq; in corporalia uel longe, aut certe in toto animus abeat, quin mox sic ab illis ad ista descendat, ut ad ea de facili redire assuescat. Taliterq; demum illis se mutet, ut istis pro uicibus incessanter inhæreat, neq; spiritalia agēs, ad exteriora festinet, nec in eis se prorsus effundat: amplius uero à manualibus ad interna acceleret, atque in ipsis tanquam in his, quæ propter se appetibilia perhibentur, stabiliti festinet.

Articulus XXIII. Ut non iudicemus nec indignemur, sed nec damnemus neq; spernamus.

NUnquid tu qui cōtemnis, ipse non cōtemneris? ait sanctus. Nepe quis pernit fratrem suum, odibilis est. Exigit, nisi fallor, solitarij à nobis mansionis proprietas atq; statutus, ut suisq; unusquisq; solertē, unicamq; custodiam habeat, se solum discurrat, iudicet, damnet, neq; impunitum relinquat. Mane inquit, quem admodum nocturnum tempus exegerit, qua alacritate diuina persoluerit, & item qualiter instantem diem fructuose decurrat, sapienter insinuat. Deniq; uespere contuendum, q̄ modo dies ipse deflaxit, quid agendorū omissum, quid etiam omittendoy cōmissum, quid profecerit, quantū canq; proficere potuerit, sed neglexit, atq; adueniēti se nocij præparet. Hoc utiq; modo Arsenium uixisse agnouimus. Et scimus, quia si quis ita sese instituens ordinat, ibi continuo de uirtutem in uirtutē, uidebitq; insuper deum deorum in Sion. Itaq; sic æteri quoque alios iudicare, damnare, uilipendere & indignari prohibentur, quantum amplius nos, quos potissimum uisericordes & mites, circumspēctos & humiles, patientes & amantes esse oportet? Enim uero, quod frequētius itemq; sollicitus nos iudicare, & item cetera iam nominata sacra uerba scripturæ, eo utiq; ei obedire salubrius est, atque non parere perniciosius. Aduertendum ergo paulisper quoties atq; à qualibet iudicare & damnare uentur: nempe unigenitus dei: Nolite, inquit, iudicare & non iudicabimini: nolite condemnare. Deniq; indignari atq; contemnere prohibens: Qui irascitur (ait) fratri suo sine causa, reus erit concilio: qui uero dixerit ei, subaudiendum sine causa, Racha, hoc est indignantis animi uerbum, reus erit iudicio: qui autem dixerit sine causa utiq; fatue, quod ad contemptum pertinet, reus erit ignis gehennæ. Quam ubertim præterea nos iudicare, uas electio nis diuini Apostolus prohibet: Si quidem in epistola ad Romanos non longe ab exordio terribiliter ait: Propter quod inexcusabilis es homo omnis qui iudicas in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Et post pauca: Existimas, inquit, hoc è homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? At uero circa eiusdem epistolæ finem is asserit: Qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicat. Tu enim quis es, qui iudicas alienum seruum? suo domino fiat aut cadit. Rursusq; post modica: Tu, ait, quid iudicas aut spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi, & unusquisq; pro se rationem reddet: non ergo amplius iudicemus. Sed quemadmodum hortatur Apostolus: Hoc potius iudicemus, ne ponamus offendiculum fratribus aut scandalum. Elucescit, opinor, ex superbia temerarium emanare iudicium. Ideoq; quoniam in epistola ad Romanos contra superbiam præsertim disputare intēdit sanctus Apostolus, ob id in hac ipsa epistola tam dire iudicare prohibet, quod nihilominus a libi quoq; effecit. Si quidem prima ad Corinthios: Nolite, ait, ante tempus iudicare, quoad usq; adueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Igitur dum peccantem cernimus fratrem, non mox iudicantes damnemus neq; spernamus: quin potius quid dicat Apostolus reminiscens sim pleamus sic: Fratres, inquit, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tentaris. Igitur ad mutuam tolerantiam fraternamque compassionem nos hortans, atque in hoc ipso perfectionis plenitudinem statuens facer Apostolus: Alter, inquit, alterius onera portate, & sic adimplebitis legem CHRISTI. Amplius quemadmodum Augustinus disseruit: Duo sunt, in quibus iudiciū uitare debemus: dum uidelicet quo anti-

Exterior labor propter interiorē profectū quatenus admittendus.

Ita. 33
1 Iohan. 2

Psal. 92

Mat. 7

Mat. 5

Roma. 2

Roma. 14

1. Cor. 4

Gala. 6

Iob 19

Hieronymus.

Dan. 12

Cant. 8
Ecc. 1

Psal. 72

Psal. 127
2. Thess. 3

Luc. 10
1. Cor. 9

Sep. 9

Iob 21
Proverb. 2

Psal. 72

Ecc. 8

Psal. 13

mo res gesta est, ignoramus: & qualis qui excessit, sit futurus, nescimus. Vnde quoniam hoc nobis semper ignotum est, qualis quispiam erit, nunquam personam iudicare absolute debemus, quippe quam in omni momento potest omnipotens clemensque deus secrete convertere atque mutare. Ceterum, actum nonnunquam dum utique certum est, quo animo factus sit, vel si talis est, qui ex proprio genere malus censetur, iudicare nihil prohibet non itaque id est, iudicare actum, & iudicare personam. Qui sic cum proximo suo se habet, illum scilicet non iudicatis, ut ipse dicit, damnans, nec ei indignans, sed se semper considerans, spernens atque condemnans, is utique cum eo serene stat, & se ab eo sapienter custodit. Sed quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua, & mirabiliora utique quam Moyses aquas dividens, aut Helias mortuum suscitans, vel Petrus umbra sua languidos sanans: magna namque est perfectio ista, neque subito aut certe de facili eam fortiri ualemus: siquidem, quemadmodum patrum nescio quis dixit: Nisi posuerit homo in corde suo, quia ego solus & deus sumus in hoc mundo, ad huius uerbi mensuram confondere nequit. Denique, abbas Moyses: Nisi posuerit, ait, homo in corde suo, quam iam tres annos habebat in monumento, perfectionem hanc non contingeret nihilominus, quia possibilis est, ad eam in defesse curramus: & quamuis eam nos apprehensuros uix confidamus, ei tamen utcumque propinquare, praeclare putemus. Porro, modus propinquandi, in id & pertingendi hic est, quem & in Vitalis patrum docemur: Anima namque mea atque confratris mei anima, duae quaedam res sunt ac duae imaginis: sicutur si propria animam conspiciam, eiusque peccata, insufficientiam, pigritiam, ingratitude, pericula & uilitate uere & in definitum contempler, ipse mihi forebo itemque uilescam, nec proximi culpas uidebo, neque eum despiciam, quin potius ipse circa me anxius ero atque sollicitus, & iustificabitur in conspectu meo, etiam ipse iniustus. Rite recteque ad huius proficiscatur altitudinis arcem perfectionisque culmen, qui ab abbate Pastore interrogatus, unde hanc formam perfectionis adeptus, quia nullius se rei, in cenobio contingentis, medium faceret, neque de alijs se immisceret, respondit: Ex quo in monasterio fui, posui in corde meo, quoniam ego & alius unus sumus. Praeterea & aliter, de quo Cassianus conscripsit, quia dum ab eo quidam sciscitaretur, quomodo tam patienter electionem sui a refectorio menasque fratrum ferre potuisset, respondens: Fixi, inquit, in animo meo, quia carnis & ego unum sumus. O beata rusticitas, o sancta simplicitas. Non hanc didicere gregius Plato, nec Aristoteles Graecorum sapientissimus. Hanc certe didicisse scireque malli, quam Aristoteles physicum, omnemque philosophiam in anem ac tumentem scientiam.

Articulus XXV. Ne nos ipsos aliquid esse opinemur, neque in propria confidamus iustitia, sed timeamus atque confratribus nos inferiores arbitremur.

Ante diem festum Paschae, uolens unigenitus dei hominem salubriter instituire, ueram perfectamque humilitatem & opere & uerbo edocuit. Si quidem postquam lauisset pedes discipulorum, inter cetera hoc quoque dixit: Qui maior est in uobis, fiat tanquam minor: & qui praecessor est, sicut ministrator. Propterea Sapientis: Quanto (inquit) maiores, humilia te in omnibus. Scientes ergo, quoniam non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, nihil habemus quod non accepimus: & denuo, quoniam nisi deo conseruati tenos, nec in bono stare, ne in momento quidem ualemus, humilemur sub potenti manu dei, simulque formidantes, solliciti ambulemus, nescientes an amore digni simus an odio, neque quo utique modo consummabimur agnoscetes. Denique, Apostolicum illud praesertans: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit, iuxta sancti Apostoli sapientiale consilium: Honore in uicem praeueniamus, arbitrantes nobis alios meliores: propria namque peccata atque defectus certius clariusque intuemur, quam fratrum. Pala praefusus est, quoniam quo nos ipsos profundius discutimus pleniusque agnoscimus, eo aliorum imperfectum minus attendimus: imo nec si quod est uidemus, & si uidemus, comparatione propriae iniquitatis, uel ut nihil illi reputamus. Hoc quippe modo se sapientissimus Paulus conspexit: Venit, inquit, Iesus peccatores saluos facere, quos ego primus sum. Veruntamen, sunt quoque obtenebratus est oculis meis, in suis duntaxat cellis solus illi, qui illuminat omnem hominem ueniente in hunc mundum, lucere putares, sibi que uel soli, aut certe praesertim ferentem adesse imaginetur: sed non sic charissime, non sic, quin potius dum nobis gratiam inuendimus, id magis pensemus atque dicamus: Quia si deus ille piissimus, qui utique prope est omnibus in uocantibus eum, cum nobis tam indignis tamque ingratissimis, sic clementer gratiosus agit, quanto amplius cum alijs, quos nobis meliores rite censemus: Semper itaque sermonis sancti patris nostri abbatis Pastoris reminiscamur: ait equidem: Debet tanquam incessanter monachus humilitatem & timorem recolere, quam indeficienter necesse est, anhelitum ipsum retrahere. Et alius patrum: Haec est (inquit) humilitas

uera,

Ecclesiast. 1. Exod. 14. Act. 5. 1. Reg. 18.

Iohan. 12. Luc. 22. Ecclesiast. 2. Cor. 2. 1. Cor. 4. 1. Pet. 5. Mich. 6. Ecclesiast. 9. Gal. 6. Rom. 12. 1. Tim. 1. Iohan. 1.

uera, ut sub irrationabilibus quoque rebus humiliemus nos ipsos, & reuera hoc merito imple re tenemur, quippe qui nos toties omnipotentem deum, creatorem ac saluatorem nostrum in honorasse, offendisse spreuisseque scimus. Vnde & Aristoteles ait: Quia homo bestialiter uiuens, brutis decies milies deterior est. Grata deo res extat humilitas, quam is celeriter possidet, qui sibi nil boni ascribitur: ideoque Dauid uir secundum cor dei: Ero, inquit, humilis, id est uilis & modicus, in oculis meis. Rursusque: Ego, ait, sum uir pauper & tenuis.

1. Reg. 6. 1. Reg. 10.

Articulus XXVI. De custodia cellae, & quam difficulter sit egrediendum ex ea.

Bonum est praestolari cum silentio salutare dei. Aeger qui ualeudinarium suum nondum sanatus egreditur, mox uehementiorem languorem incurrit: sed & fugitiuus, qui confugij sui locum ubertim relinquit, confestim utique perit & capitur. Ualeudinarium tuum domus peccator est cella. Denique ad eam mundum deserens confugisti, perseuera ergo in ea, alioqui quod in secreto studiose congregasti, in publice repente disperges: neque ualebis mentem uniuersam stabilisq; bono infingere, si corpus a mobilitate & cursu nequeas cohibere. Enim uero, multa profus foris occurrunt, quae syncerae mentis custodiae atque puritatis internae impeditiua consistunt: ideoque dum pro causa & tempore egredipar est, custodien di sunt sensus frenandaque lingua, & cordi diuinorum quippiam, ut Climachus ait, imprimendum, quo mens ipsa apud se maneat, seque ab immunditia ac euagatio ne custodiat, re deatque sic ad cellam cellita quemadmodum exiit. Placita demoniens in solitariae uitae professio, & frequens loci mutatio: stabilitas autem deo gratissima est. Porro, euidentis praedestinationis indicium, ipsa est cellae iugis custodia. Quoniam quidem, ut ait Bernardus: Aut raro aut nunquam ad inferos a cella descenditur: a cella uero ad caelum pauca utique distantia extat. Nempe cellae ceterique appellationis & rei parilitas multa existit, utriusque enim exercitium idem est, atque in utroque celatur deus, contemplatur atque complectitur. Denique, reprobum tanquam abortiuum e uomit cella, eo quod ipsum capere nequeat caelum. Igitur in uis in tabernaculo domini, atque in praesentia uultus eius, libenter cum solo deo solisistamus, cum sancto dicentes: Secretum meum mihi. Alioqui multitudinem diuinam dulcedinis nusquam gustabimus. Etenim cum dixisset Psalmographus: Quam magna multitudo dulcedinis tuae domine: quibus ipsa gustanda praesertetur, insinuans: Perfectissimi (inquit) eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum: locum demum degustationis demonstrans: Abcondes, ait, eos in abscondito faciei tuae: a conturbatione hominum, Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.

Thren. 3. Psa. 137.

Articulus XXVII. De silentio & forma loquendi.

Sicut urbs patens & abscq; murorum ambitu, sic uir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quam sit Christiano praesertimque monacho, potissimum autem solitario, necessaria atque perutilis lingua custodia ac loquacitatis extinctio, ipse quidem frater domini Iacobus in sua Canonica ostendens: Lingua, inquit, ignis est. Vni ueritas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quae maculat rotum corpus, & inflammat rotam nauitatis nostrae inflammata a gehennae ideoque pauloante: Qui se putat, ait, religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Denique, ad linguam refrenationem nos uolens inducere unigenitus dei iudexque seculi: De omni, asserit, uerbo otioso, quod loquuti fuerint homines, de eo reddent rationem in die iudicii. Est autem uerbum otiosum, quod aut ratione iustae necessitatis, aut pia utilitatis caret: quoniam quidem ergo linguam domatio eatenus necessaria est tanquam difficilis, dicitur Iacobo: Omnis natura bestiarum & uolucrum, & serpentium, etiam caeterorum domantur & domita uerba omnia a natura humana, linguam autem nullus hominum domare potest, facili uidelicet conatu. Inquietum malum plena uenenum mortifero. Et denuo scriptum est: Si quis non est lapsus in uerbo, hic perfectus est uir. Hinc itaque beatissimi institutores nostri, omnem uolentes nobis immoderate loquutionis occasionem auferre, silentium summo sanxerunt rigore seruandum, ita ut nequaquam atque utilia sine praesidentis licentia efferi quis audeat: nempe is solus non utique ad illicita cadit, qui se etiam a licitis caute discretisq; cohibet: etenim hoc modo, quemadmodum Augustinus ait, dominus omne iuramentum prohibuit, non quia iurare semper malum sit, sed ne per liciti assiduitatem iuramenti, ad illicitam

Prouerb. 15. Iaco. 3. Iaco. 1. Mat. 12. Iaco. 3. Ecclesiast. 7.

HHHH licitam

Psal. 38

Psal. 140

Psal. 39

Prover. 11

Ecc. 20
Eodem
Eodem

1. Co. 15

Col. 4
Ecc. 3

Ecc. 11
Prover. 28

Ecc. 11
Prover. 11
Ecc. 12

licitam demum iurationem labamur: sic à bonis quoque interdum propter obedientiam filere par est. Vnde Psalmista: Obmutui, inquit, & humiliatus sum, & filii à bonis. Rursusque precatur: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Porro, si sic interdum à licitis, semperque ab otiosis est lingua frenanda sermonibus, quātomagis à detractione, mendacio atque periurio, maledicto, impudico, prouocatio uocis, uerbo eam profuso cōtere oportet: Præterea, uitæ beatitudinem in linguæ custodia constituitur. Dauid: Quis est, ait, homo qui uult uitā diligere, dies uidere bonos? Prohibe linguam tuā à malo & labia tua ne loquantur dolum. Elucescit itaque, magnam nimis itemque uehementer proficuum silentij esse uirtutem, nec minus graue perniciotumque censendum, quod nonnulli huius professores uirtutis, tamen custoditi, tamque leues atque procliuēs ad loquendum existunt, quippe qui de facili & sine necessitate pauca uerba etiam interdum, sed ubertim pronuntiant, non se silentium propterea frangere recensentur, quoniam uerba pauca sunt, cum tamen omnis perfecta oratio illicite lata, silentio deroget. Denique, est ipsi interdum peccata ueniale sit, usus tamen eius mortalis efficitur: ideoque satis formidandum est eis, quod sic susurrare & pauca loqui sine licentia & necessitate assuecunt. Manifestum opinor, quoniam quo quisquam internam munditiā ardentior extat zelator, eo linguæ moderatior esse satagit. Siquidem, qui custodit linguam suam, custodit animam suam. Hinc namque tria potissimum, linguam scilicet, uisum & uentrem, pro mentis puritate seruanda, refrenanda, seniores illi sanctissimi facti sunt. Palam est equidem, omnem mentis internam sanctamque collectionē, spirituales singularemque gratiam, atque ipsius in deo mentis fixationem, nullo penitentem repente dispergi, exanimari ac perdi, quemadmodum loquacitate & immoderamine linguæ. Quoniam qui multis utitur uerbis, ut Sapiens ait, lædit animam suam. Et idem ipse denuo: Est (inquit) tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Et post pauca: Sapiens (ait) in uerbis seipsum amabilem facit. Ideoque quemadmodum scimus, & uinam scilicet de se quamur, patres nostri, à quibus ordo noster institutionis suæ est fortius originem, linguæ continentissimi erant. Enim uero, ut legimus, abbas Agathon tribus in ore annis lapidē gessit, quatenus silentiū disceret. Et abbas Pābo, cui accersenti se episcopo, roga retur à fratribus ædificatiōis eloqui uerbum: Si non ædificatur, inquit, in silentio meo, non ædificabitur in eloquio meo. Porro, abbas Macharius, cum ecclesiam egredientibus diceret fratribus, Fugite fratres, illique uicissim sciscitarentur, Quid fugiemus pater: digitum mox ille ori superponens: Hoc est, ait, quod fugiendum contemtor. Denique, senior cum ad Antonium cum fratribus sibi ignotis, atque inter se uaria, prout materia se obtulit, narrantibus nauis regio terraque uenisset, dixissetque ei Antonius, Bonos itineris tui inuenisti comites abbas: respondens ille: Boni, inquit, sunt, sed stabulum eorum ostio caret: quicunque enim uult, ingreditur & soluit asinum. Sunt ergo præterea in loquutione, quemadmodum in aliarum quoque actibus uirtutum, certe circumstantiæ conditionesque tenendæ: nempe, qui sermonem suum perfecte discreteque dirigit, & ueram loquendi formam obseruat, quandoque (ni fallor) attendit, ut puta quid loquatur, quo tempore, quo loco, cui & quomodo. Ea equidem quæ mentem custodiunt, feruorem inflammant, gratiam alunt, salutemque conferunt, loquenda constitunt: quæ uero mentem resoluunt, corque intimoratum efficiunt, prorsus uitanda sunt. Cor rumpunt enim bonos mores colloquia praua. Et beatus Benedictus: Verba, inquit, scurrilia atque in risum mouentia, perpetuo anathemate ubique damnamus, unde Apostolus: Sermo, ait, uester semper sit in gratia sale conditus. Denique tempus est loquendi, & item tempus tacendi. Sed & alia demum loca colloquio, atque silentio alia concessa cēsentur. Insuper, cui loquimur, aspiciere par est: aptandus est enim sermo capacitati, statui, dispositioni & profectui audientis. Si quoque coram maioribus sumus, est seruanda modestia, quemadmodum scriptum est: In medio seniorum, ne adicias loqui. Et rursus Sapiens, inquit, insipientiū ne loquaris, ne forte despiciant doctrinam eloqui tui. Porro, concedens sonus gestusque cōpositus in loquutione seruentur: sed sunt qui se instar aquæ effundunt, nec tempus nec causam expectant, & interdum neque tunc filere queunt, cum se uel non audiri, uel non curari aduertunt: quo contra edocet Sapiens: Priusquam audias, ne respondeas uerbum. Et denuo: Sapiens tacebit usque ad tempus: stultus autem & imprudens non seruabit tempus. Rursusque: Vbi non est auditus, non effundas sermonem: qui enim ad loquendum uelox est, non erit sapiens. Est autem uirtus magna resque amabilis, ut sit sermo dulcis, & homo affabilis.

Vnde

Vnde Sapiens: Nonne, ait, ardorem refrigerabit ros: sic & uerbum melius quod datum, Etem Macharius factus est: Verbum mansuetum atque suauē, etiam duros mollicat, conuertit & corrigit: amarum uero asperque sermo, bonos quoque interdum conturbat.

Articulus XXVIII. De solitudine fructuosa atque felici.

DVcam eam in solitudine, & loquar ad cor eius. Est solitudo quædam sterilis & infelix, bestialis itemque pœnalis, ea utique, cui deus non adest, dum uidelicet mēs ipsa deo non extat intenta, neque diuinis occupata, sed sensualiter uicens, pigrate pidaque consistens. Enim uero, quemadmodum ab Aristotele dictum est, inest nobis quoddam diuinum, quod non aliud, nisi insignitam animæ nostræ summæ trinitatis imaginem reor: consistit autem imago hæc in intellectu, uoluntate atque memoria. Porro, in intellectu decor, actus & perfectio, diuinorum est contemplatio: uoluntatis uero, eorundem amor, complexus & affectio: memoriæ demum, his insigi hisque stabiliri. Igitur dum homo taliter uiuit, sicque in solitudine degit, uere solitarius rite censetur, nec penitus solus est, quippe cum illo est, qui est omne bonum, huius solitudo felix est atque iucunda. Vera namque solitudo est, cor à solitudine exteriorique occupatione, & item ab omni demum carnali delectatione abstrahere, quatenus se totum possit homo creatori unire, omnesque suas affectiones, motus & actus in ipsum ordinare atque reducere. Denique, qui non sic in solitudine permanet, sed uago instabilique animo per creaturas discurret, & in earum operationibus uirium, quæ nobis brutisque communes sunt, occupatur ac perseuerat, miser est & miserabiliter solus. Innotescit opinor ex his, quæ congruenter Aristoteles differuerit: Homo solus, aut est deus aut bestia. Quoniam etenim homo naturaliter animal est sociale atque politicum, constat solitarie uiuentem, non proprie dici hominem, sed uel supra hominem, si intellectuualiter uiuit uel infra, si carnaliter. Est itaque uel deus uel bestia, non per ueritatem naturæ, sed propter imaginem participationemque uitæ. Omnis enim natura (ut Boethius ait, in id quodammodo transformatur, eiusque nomen recte sortitur, cuius proprietatē imitatur & actum. Denique, cum sint solitariæ uitæ multa pericula, quemadmodum scriptum est: Væ soli, qui se ceciderit, non habet subleuantem, propterea sapientissimi uiri ordine statuerunt, inter uitam profusam solitariam cenobiticamque conuersationem, mediam, ut puta de utriusque perfectione aliquid completentem, & ad utriusque finalem uitæ perfectionem adipiscendam, discretissime moderatam emittentem idoneum: huius nos sacri ordinis professores factos lætamur, detique altissimus, ut efficares in superoperatorum inueniamur.

Articulus XXIX. De laude solitudinis & cellæ, ex uerbis (ut fertur) sancti Basilij.

QVam pulchra tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israēl, ut ualles memorosæ, ut horti iuxta fluuios irrigui, ut tabernacula quæ fixit deus: moriatur anima mea morte solitariorum. O uita eremitica, uita angelica uiuarum animarum, excēdra gemmarum cœlestium, spiritualium curia sociatorum, odor tuus cunctos aromatum fragrantiam superat: quicquid de te dicitur, dignitati tuæ non æquat, quoniam lingua carnis nullatenus exprimere sufficit, quod de te spiritus inuisibiliter sentit. Qui te nouerunt, te diligunt: & qui te gustauerunt, præconia tuā concinunt: tu areola aromatum, fons hortorum, ac malum Punicum: tu quanquam inexpertis aut incipientibus fortis secus uidearis amara, gustantibus tamen quod intrinsecus later, dulcissima es atque amena. Bonum porro est uiro, cum portauerit te ab adolescentia sua. Tu castra dei, tu turris David, ædificata cum propugnaculis. Mille clypei pendunt ex te, omnis armatura fortium. Tu campus diuini prælij, spiritualis arena belli, angelorum spectaculum, palæstra fortiter dimicantium. O cella mors uitiorum, fomentum uirtutum: tu caminus ille Chaldaicus, ubi sancti purifuerunt incensum uires orationibus reprimunt, ardoreque fidei crepantiū contra se flammarum globos extinguunt: tu cœlestis doctrinæ schola, artiumque diuinarum disciplina. Denique, tu paradisi deliciarum, ubi rosæ charitatis igneo rubore flammascunt, illiæque castitatis niueo splendore candescunt, & ipsius demum humilitatis uiolæ, dum imis contētæ sunt, nullis flatibus impelluntur. Tu in super fornax, in qua summi regis uasa formantur, & ad perpetuum nitorem malleo poenitentia percussa ducuntur. Cella præterea illa est scilicet Iacob, quæ hominem uehit ad cœlum, angelosque ad humanum deponit auxilium atque colloquium. Est nempe cella conciliabulum dei & hominum, secretarium in carne degentium & spirituum supernorum, dei quoque & hominis arcantum colloquium. Quam pulchra dicitur species, cum frater in cella constitutus, nocturnas peragit psalmodias, & quasi pro diuinis castris militares custodit excubias: contemplatur in cœlum cursus siderum, decurrit

HHHH 2 etiam

etiam per os eius ordo psalmodum. Præterea, cella instrumentū est, ubi pretiosi uiuicq; lapides poliantur, quatenus in structura templi cœlestis, postmodum sine ullo cuditis sonitu disponantur. Ad hæc reat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero te in principio latitæ meæ, o nobilis sancta q; mansio. Tu requies mea in seculū seculi, in habitabo te, quoniam elegi te. Quam pulchra es & q; decor, charissima in delicijs. O uita solitaria, uita felix & sancta, uita diuina & libera, uita pura atq; angelicata: splēdor animæ, amica sapientia, ornamentum ecclesiæ, plenitudo gratiæ, consummatio perfectionis, custos quietis & pacis. Te lex attollit, te propheta miratur, uniuersiq; in super qui uere culmē perfectionis apicem uel mūditię fortiti sunt, tuum agnoscūt præconium. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis sitiuit in te. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ meæ.

Articulus XXX. Et est laus solitarię uitę ex illustrium dignitate uirorum, qui eam coluerunt.

IN solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cauernis terrę, egentes, angustiatī, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Si ab exordio quis rite reuoluat atq; meminert, hoc, ni fallor, aspiciet, omnia pene diuina secreta, non in turba siue frequentia, sed in solitudine atq; in abdito, dei esse amicis ostēsa. Nēpe, hinc terram nataē Abrahā egrediens, dum solus cum domino in agro consistit, nasciturī pollicitationē filij, possidendę q; terrę, regalis propagnis, & item innumerabiliter multiplicādi feminis cœlestis adeptus est. Deniq; hinc in agrum Isaac, ut meditetur, introiit. Iacob dum solus est, cum angelo luctans dominumq; facietenus uidens, benedictionem & item nominis in dignius trāsfusionem sortitur, sed & in agro dormiens, scalam in cœlos protensam, dominum quoq; scilicet innoxium prospiciens, angelos etiam ascendētes descendētesq; contemplans, plus modo tempore consequutus est solus, quam multo comitatus. Deniq; quid montana illa solitudo Moyſi contulerit, lex suscepta radiansq; uultus, interiorē deignās gratiæ lucem, palā insinuauit. Insuper, dū Samuel solus quiescit, tertio uocatus a domino, arcana diuinitus audit. Sed & uir secundū cor dei: Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Præterea, Helias currus Isaac & quadriga eius, comparatq; magistro discipulus Helizæus, nōne in monte Carmeli itemq; alibi, solitaria atq; eremiticā iecere primordia fundamentaq; uitæ? Iohannes quoque Baptista, quo post CHRISTVM in uiris, & post unam, neq; in sexu minis maior surrexit, ueteris nouęq; legis horizon, nedum sanctificatus, sed & spiritu sancto in utero matris repletus, nonne antra deserti, teneris sub annis ciuium turmas fugiens, ne uel leui uitam pollueret labe, expetiit: Præterea, CHRISTVM iam recenter ex superpurissima uirgine nati, supermundani præcones, nonne primordialiter pastoribus in agro, in nocturnis uigilantibus tenebris, regis Messię ortum enuntiant: Sed & magni consilij angelus, CHRISTVS dei benedicti, qui uenit implere omnem iustitiam, ostendere omnem perfectionem, cuius est omnis actio, nostra prorūs instructio, nōne solitudinem ubertim elegit: Nēpe ductus est in desertum a spiritu, haud dubium quin suo oraturus demum, apostolosq; elektorū, nonne ascendit in montem orare: Porro, iam passioni uicinus, nedum a felicissimo apostolorum collegio, sed a tribus in super secretissimis amantissimisq; discipulis oraturus abscessit. Et cur utiq; nunquid quia eguit, & non amplius ut suo nos edoceret exemplo: Proinde, Zacharię templo ingresso, dum solus altari astitit, Gabriel adest, gignendiq; filij nomen & uitam reuelat. Nec ambiguum extat, quin incomparabili deformiq; uirgini, non utiq; nisi in abdito, & ut reor, clauso cubiculo, cœlestis paranymphus, dei ueri ex ea uerē incarnandi, supernaturalem atq; omnino indicibilem partum annuntiet. Amplius autem, discipuli in proximo paraclētum plenissime sortituri, nonne in clauis clausi soliq; permanent: Sed & apostolorum apostola CHRISTIQ; amatrix præferenda, illustris Magdalena, nonne finaliter ad uassissimam, inuiam, omniq; humano cibo atq; solatio destituta confugit: in qua quid certe profecerit, hinc, ni fallor, eluceſcit, quoddammodo tringenta (ut scribitur) plus annis cœlitus pasci a est, & item septies omni die angelicis in sublime manibus a terra leuata est. Porro, discipulus quem diligebat IESVS, quid diuinarum suscepit in exiliū solitudine illustrationū, illa eius Apocalypſis obscurissima pandit conscriptio. Quid præterea de sacratissimis sanctę Euangelistę MARCI discipulis, quos Alexandria olim instituit, dignum eloqui queam, qui eremiticam uitam ducentes, infidelium quoque animos in sui admirationem præconijq; mouerunt: Huiusmodi

in libro de uiris illustribus plenius meminit sacer Hieronymus. At uero magni sacerdotēs altissimi, & pontifices præelecti, nonne populi fatigati negotijs itemq; tumultu, & translæferentes desiderio uitæ, cellā humilem, desertamq; eremū episcopalibus prætulere desideribus: Nēpe quid de se super hoc sanctissimus scribat sentiatq; Gregorius, in exordio Dialogorum & super Ezechielē utiq; lucet. Sed & Ambrosius, uti eius cōprobat mansio, ut licuit hanc uitā exerceat. Deniq; iam ab eodē felici Ambrosio Augustinus conuersus, nonne pro deducendā instructione uitæ, ad simplicē quendā solitariū abiit, eiusq; per omnia consilio usus est, atq; de proprijs claustrum moliens, eremū incolere orsus est: Hæc etiā uitam quantum dilexit, quamq; ab ea inuite separatus est, eius palā pandunt sermones. Nunc demū qd de Hieronymo affero, ipse sibi itemq; Eusebius testimoniū perhibet. Etenim quā inestimabilia de super benedictā Trinitate & Hierarchijs cœlestibus, in uasto degens deserto conspexerit, idem ipse in regula quam ad Eustochium misit, testatus est: nempe quid utiq; ait: Ego, inquit, homū culus, sic abiectus, sic uilis, adhuc uiuens in corpore, angelorum sepe choris interfui, nihil de corporeis per hebdomadas sentiēs, & diuinæ uisionis intuitu, post multorum forte dierū spatia, præcius futurorum corpori redditus, flebam. Quid ibi manserit felicitatis habebam: quid inenarrabilis delectationis sentiebam: testis est trinitas ipsa, quam cernebā, nescio quo intuitu: testes sunt & ipsi beati spiritus qui aderant: testis est & conscientia mea, qui tantis bonis ipse fruebar, quot & qualia nescit proferre mollities carnis. Hucusq; Hieronymus. Enim uero antistites magni Gregorius Nazianzenus, summę autoritatis theologus, quem (ut Hieronymus refert, & sanctus Thomas in prima parte inductionis nullus unquā in theologia negare præsumpsit, Petrus quoq; Damiani uir certe doctissimus, & Paduanus ille episcopus, nonne episcopatu relicto, ad solitudinē confugerunt: Sed & sanctus Martinus atq; gloriosus pater noster Hugo Gratianopolitanus antistes, ad cellā ab urbe semper dum uacabat aut licuit, tanq; a fluctuoso pelago, ad trāquillissimum portū conuolarunt. Quoties hugoni dixerat Carthusiæ prior, Ite ad oues: ueruntamen, usq; in uitā terminum ille aliud q; solitariam uitā optare nequibat. Deniq; Bernardus dum in cella (quam in domo mortis dei habebat) paulisper quiescere ualuit, paradisi se amoenitate frui cōtebat. Nihilominus uniuersis his Cœlestinū Papam, qui ante pauca tempora exiit, Franciscus Petrarca præferre non metuit: quippe qui ipsum quoq; Papatum, quo in mundo dignitas mirabilior aut maior non est, sponte ac iucundissime deferens ad eremum abiit. Porro, quid amplius immoror, cum uitæ huius professores tot tantiq; fuerūt, ut digne perfecteq; describi non possint: Occurrant memoriæ sancti patres, Paulus uterq; Antonius, uterq; Macharius, Arsenius, Hilarion, Pambo, Bessarion, Pasitor, Serapion, Abraham & Moyſes, hebraeis illis non impares, Syſois, Motois, Agathon, Pafnutius, aliq; demum innumera biles, in quibus uiri mirabiles Mutius & Apollonius, quorū certe præconia lingua nequit effari humana. De horū ac similib; uita, solitudine, uirtutibus, senio, in clyti uiri Hieronymus & Palladius, Cassianus & Gregorius cōscripserūt. Sed nūqd scemineo insup flexu nō est adornata solitudo beata: an nō in eis demū qd solitudo possit innotuit: Prorsus & mulierū præelecto catalogo, ed uehemētius est solitudo fulcita atq; præfulgida, quo est in illis sexus fragillior & sensus mobilior. Quemadmodum e quidem de immunissimis, purissimos no uita cella efficere, in eis (si rite contemplor) præsertim resplendet. Si quidē quid utiq; de felicissimis illis, sed uere efficaciterq; pœnitentibus, eloqui meretricibus digne sufficiam, Pelagia, Theodora, Maria Aegyptiaca, Thaisi quam conuertit Pafnutius, & Maria Abraham eremiticę cognata: hæc, quoniam alibi plene lucent, modo relinquo. Nēpe si hæc solerter cernamus, agnosceremus penitus, uti etiā honorabilis Pater noster Guigo fatetur, suauitates psalmodiarum, studia lectionum, seruoꝝ orationum, acumen contemplationum, excessusq; raptuum, & item riuos lachrymarum, atq; sui ipsius uerā plenamq; notitiam, nulla omnino re magis, quā solitudine posse iuari.

Articulus XXXI. De consurrectione ad matutinale officium.

Con surge, lauda in nocte in principio uigiliarum, & effundere sicut aquam cor tuū ante conspectū domini dei tui. Quo ab humano strepitu omniq; in super sono, liberius quietiusq; consistit tempus nocturnū, ed, ni fallor, syncerius atq; ardētius in eo mes ipsa deo soli intēdere ualeat. Itaq; ad diuina sacra surgētes, initia laudū, & item instantis inchoantes diei diuinum obsequiū, alacriter surgamus, affectuose inchoemus, atq; pro uiribus ardentē profsequamur. Fulgeat menti lux interna, dum corpori obtebratur claritas ista corporea: leuet deuotus ad Christum manus suas, quatenus cor ad

HHHH 3 dominū

Psal. 137
Psal. 131
Cant. 7

Isa. 16

Hebra. 11

Gene. 18

Gene. 24

Gene. 21

Gene. 28

Exod. 34

1. Reg. 3

Psal. 64

4. Reg. 2

3. Reg. 18

Marc. 1

Matt. 11

Luc. 2

Isaia. 6

Matt. 3

Matt. 4

Luc. 4

Marc. 5

Matt. 26

Luc. 1

Luc. 24

Act. 1

Iohan. 19

Hieronymus.

Gregorius Na
zianzenus.

Hugo Gratia-
nopolitanus,
Bernardus.

Threno. 2


dominum deum suum dirigatur, atq; in ipso mens pura figatur. Deniq; nil prorsus in se ho- mo confidens, omnemq; sui uirtutem à Christo expectans, primordially oris sui ianitorè efflagitet: Domine, inquit, labia mea aperies. Moxq; insuper ut facilius exaudiat, aper- tionis huius fructum insinuans: Et os meum, ait, annuntiabit laudem tuam. Continuo quoq; trinitatis super benedictæ hymnum adiungens: Gloria, ait, patri &c. Porro, se itemq; omnia quæ in ipso sunt ad confitendum, laudandum, benedicendum ac magnificandum deū inui- tans atq; inflammas: Venite, inquit, exultemus domino. Ab exordio igitur officij huius ad creatorem suum dirigendus est spiritus, & quem admodum Sapiens docet: Ante orationē inquit, præpara animam tuam. Non instabili uagorq; corde ordiri debemus, sed menti di- uino aliquo impresso, in illius seruore inchoare par est, quatenus id mentem accendat, eua- gantem recipiat, & ad primæ uam intentionem re ducat. Insuper, quem admodum psalmo- diæ & chori officio assistere debere nos constat, Bernardus edocuit, nostraq; statuta eluci- dant: sic nempe ait: Moneo uos dilectissimi, pure semper ac strenue diuinis interesse laudi- bus: strenue quidē, ut sicut reuerenter, ita alacriter domino assistatis. Non pigri, non somno- lenti, non oscitantes, non parcentes uocibus, non præcidentes uerba dimidia, non integra transilientes, non fractis & remissis uocibus muliebre balba de nare sonantes. Pure ue- ro, ut nil aliud tunc q̄ quod psallitis cogitis: spiritus sanctus enim illa hora gratum non recipit, quicquid aliud quam debet, neglecto eo quod debet, obtuleris. Veruntamen, ut Cas- sianus testatus est, hoc uerum est, nisi ad diuinus forte aliquid magisq; secretum mēs ipsa rapiatur, atq; in extasim corruens, in altiora feratur. Enim uero, ut Basilius super eo Psalmo graphi uerbo, Psallite sapiēter, disseruit: Debet anima unum quodq; uerbum diuinum tam discrete aduertenterq; proferre, q̄ distinctim atq; discrete sumit, & masticat unamquaq; buccellam gustus corporeus. Sed & Hugo de S. Victore: Pro syllaba, inquit, neglecta, retu- mendum est uerbum: pro uerbo, uersus: pro uersu, psalmus: & ita deinceps.

Articulus XXXII. An uerus solitarius otiosus dici possit & solus.

Seneca in libro de Tranquillitate animi: Soli, inquit, omnium otiosi sunt, qui sapien- tiæ uacant, hi quoq; soli uiuūt. Quæstio ista an uere solitarij soli otiosiq; queantrite uocari, uocalem duntaxat, non realem difficultatem complectitur. Siquidem, dum de eadem re idem sentitur, non tamen id ipsum per eadem exprimitur, si tunc docto- rum dissensio est, palam non realem, sed uerbalem hanc ipsam existere. Ideoq; de talimate- ria multum arguere inane opinor. Sunt itaq;, qui uere solitarium non debere solum appel- lari, quoniam cum eo deus est, asserunt: sed neq; otiosum, quia contemplatiua uitalaborio- sissima extat: & hæc ait Bernardus & alij multi. Denique, alij ere miras ac anachoras, solos otiososq; ubertim appellant. Vnde Augustinus uitam eius, quæ optimam partem elegit Mariæ, sæpe otiosam uocauit: sed & Seneca contemplatiuos otiosos disseruit, quod & Fra- ciscus Perrarcha sæpius egit. Veruntamen horum concordia facilis est, quippe quæ in ac- ceptione usq; nominis sita est. Interdum equidem hæc uox solus, miseriam insinuare uide- tur, ut Bernardus asserit, & tunc utiq; ei non conuenit, qui illi intentus est, in quo omnium pulchrorum itemq; bonorum plenitudo consistit: si uero solus dicitur, qui suæ speciei con- sortem à se diueriam non habet, tunc solitarius eo amplius solus est, quo supernaturali- us secretiusq; uiuit. Conformiter quoq; otiosus quis dicitur, uel quia nil utile agit, uel ludo uacans atq; libidini: uel quoniam ab exteriori se occupatione elongans, intimis diuinisq; uacat. Elucescit autem, nisi fallor, secundo hoc modo, nō primo solitarium otiosum censendum: præterea constat ex his, quomodo Hilarius & alij à deo solitudinem auferant, cum tamen scriptum sit: Videte quòd ego sim solus. Et Petrus: Soli, ait, deo honor & gloria, qui est & nunc, & in die æternitatis, deus subli- mis & benedictus, Amen.

Libri primi, de uita & fine solitarij, finis.

D. Dionysii



PARS mea dominus, dixit anima mea: Propterea expectabo eū. Bonus est diis sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Omnis mor- talis cura, atq; uniuersorq; tam dispar uita, ad unū proficitur finē: qui ultimata perfectio ac beatus do rite censetur. Porro, in præsen- tis editionis exordio palā traditū memini, quæ admodū hic nos ter fi- nis, omniumq; exercitiorq; nostrorq; finalis & summa perfectio, & itē uera felicitas ipsa sit deiformis uita, aliud utiq; nil profus existens, q̄ libera itēq; sincera diuinorq; contēplatio atq; dilectio. Siquidem his p̄sertim actionibus à brutis discernimur, & diuinis immortalibusq; communicamus. Deniq; diuinæ mentis increata felicitas, ab humanæ beatitudine mentis multiformiter differt: primo, quoniam illa infinita perfectior est, hæc autem limitata: rur- sus, quoniam in dependens est illa, hæc uero dependens: de uero, quia illa simplex est, hæc composita. Insuper, simplici equidē deo idem prorsus sunt essentia, potētia, uirtus & actio. Ideoq; diuina felicitas simplicissima actio est, quæ nullo adiuncto perficitur, neq; ab essen- tia dei distinguitur. In rationali uero anima non idem sunt essentia, potentia, habitus, delectatio & actus. Insuper, potētiæ quoq; & ipsarum demum operationes, à se inuicem distin- ctæ sunt: non enim utiq; idem sunt intellectus & uolūtas, amor & cognitio. Quamuis itaq; secundum præinstructa humana felicitas in operatione intellectus essentialiter sita sit, sitq; diuinorum cognitio, quia tamen sine charitate est imperfecta scientia, & item sine dilecti- one informis agnitio, propterea humana felicitas quodam adiuncto perficitur, formatur, completur atq; ornatur: hoc autem amor est, & nedū hoc, sed & delectatio quoq;: quippe sine qua nec intellectus, nec uoluntatis quæcunq; actio perfecta est, contentans siue quie- tans. Hoc ergo modo compositam factus sum beatitudinē nostram. Igitur quoniam de ui- ta & fine solitarij est ista editio, estq; in operis huius libro primo de his quæ media sunt ad finem solitariæ uitæ, pro uiribus disputatum, iam nunc de eo quod omnium uitæ nostræ exercitiorum atq; laborum finis est, ipsa uidelicet contēplatione & dilectione, paulisper effari ordo exigit, & propter operis complementum par est.

Articulus primus. Quam diuino intellectui conformetur intellectus huma- nus, non utiq; duntaxat in contēplatione increatæ essentia, sed in agnitione insuper rerum creatarum.

GENS absq; consilio est & sine prudentia: utinam saperent & intelligerent. Diuino uultui cuncta patere, nilq; in uniuerso à diuinæ præsentia lucis abscondi posse, ratio probat atq; autoritas. Ideoq; quod in Job legitur, Circa cardines cæli per- ambulat, nec nostra considerat, ironice de deo dictum est: quippe de quo in eo- dem scriptum agnouimus: Obseruasti omnes semitas meas, & uestigia pedum meorum cō- siderasti. Enim uero, quoniam ex ipso, per ipsum & in ipso sunt omnia, quippe qui uniuersorum naturas produxit, ordinem indidit, uirtutem impressit, cunctaq; in esse cōsueuat, elu- cescit singula in eius sapientia supermundissima luce cognitiue infalibilerq; splendere, nec posse quippiam eius ullatenus conspectum confugere. Ipsa siquidem diuina essentia, uniuersorum species est, ratio, exemplar atq; idea, in qua uelut in certissimo ac super splen- didissimo fonte, æternorq; speculo, omnia in cōmutabiliter & item plenissime constant. Ne- pe Iohanne testante, Quod factum est in ipso, uita erat. Omnia nanq; illi uiuunt: & dū nun- di huius non dū esset instituta molitio, cuncta creata in ipso uitaliter & idealiterq; cōsistebat. Deniq; eo iubente atq; dicente, uniuersum imperiali uerbo ab opotenti ac infinita uirtute sapientialiter constitutū est. Diuine ergo sciētiæ nostra assimilata notitia, si ipsa q̄q; creata cō- plectat, ordinēq; eorq; uires ac proprietates intelligat, species & distinctionē cōspicere pos- sit. Ideoq; quæ admodū sc̄tus Thomas in Summa cōtra gētiles disseruit: Heretica prorsus im- pietas, q̄d qdā arbirari sunt nil differre ad salutē, q̄q; opinemur de reb' creatis, dū modo de creatore recte sentiamus. Verūtamen de his quæ in creaturis sunt, & ad fidē nō p̄tinēt, nec ad determinationē ecclēsiæ, diueria opinari nil prohibet, ut de inchoationibus formatur.

HHHH 4 de

Psal. 90

Psal. 94
Eccii. 18

Psal. 46

Luc. 10

Deu. 32
1. Pet. 4

Thre. 3

Per que homo
à brutis differet
natur

Deut. 32

Iob. 22

Iob. 13
Col. 1

Iohan. 1
Rom. 6

Thom. 6

de quidditate reꝝ, de simplicitate animæ & angelorꝝ, de numero orbium, de distinctio-
ne esse ab essentia. De his atq; similibus dicere potest unusquisq; quod ei rationabilius uide-
tur, fidei tamen semper ueritate ille saꝝ quoniam possit quis de his tam in doctis sentire, qꝝ fi-
dei utiq; derogaret. Deniq; & de deo in quibusdam sine grandi salutis dispendio ac hære-
tica labe, diuetsimode opinari contingit, quæ admodum est, an deus sit in prædicamento, &
an sit in diuinis formalis distinctio. De his tamen utiq; moderatius loqui par est: nemp̄
periculū maius. Vtilis itaq; est de rebus creatis quoniã per eam diuine conformamur
notitiæ: & denuo, quia per eam ad diuinorꝝ speculationem erigimur, atq; diuinæ sa-
pientiæ capacios efficiamur. Porro per eam in diuinitatis admiratione atq; amorem reue-
rentiam quoq; itemq; timorem inducimur: contẽplantes equidẽ in hoc præclaro dei effe-
ctu mundi scilicet ordinem, stabilitatẽ & regimen reꝝ, miramur opificẽ entium quoq; de-
corem bonitatẽq; cernẽtes, causam eorꝝ pulchriorẽ meliorẽq; intuemur. Ex magnitudine
insuper reꝝ, in diuinæ maiestatis reuerentiam mox trahimur, & tam sublimem, superexal-
tatũ principem summe metuendũ uidemus.

Articulus II. De contemplatione superineffabilis dei.

S inueni gratiam corã te dñe, ostẽde mihi faciẽ tuã. Sanctus Moyses deũ se ubertim
facie ad faciẽ uidere contestans, atq; cũ eo tanq; amico loqui se perhibens, aliã nihilom-
minus abditam ac non uelatã ipsius uisionẽ esse intendẽs, hancq; desiderãt. Si inue-
ni, inquit, gratiã corã te, ostẽde mihi faciẽ tuã, clarã & non enigmatica diuinitatis ui-
sionẽ insinuans atq; effragitans. Sed hæc uisio dei per speciẽ, non uia, sed patrie beatitudo
cenetur. Ideo dñs: Faciẽ, ait, meã uidere non potes: nõ em̄ uidebit me homo & uiuet. Vnde
tradũt theologi, non posse hoĩem deũ per essentiã in uita hac cernere, nec ipsam superado-
randẽ deitatis naturã in seipsa atq; per speciẽ intueri, quod & philosophi probant & appro-
bant. Deus nanq; infinita est bonitas & immensã perfectionis essentia: talis autẽ natura per
speciem perfectionis finitã, plene & per essentiã intelligi nequit. Omnis uero creata species
ac intelligibilis forma, substantialiter finita est & limitata: perfectionis, itẽq; in genere pos-
ta. Cumq; non nisi creata intelligibilis species possit intellẽctui secundũ naturã inesse, inno-
tescit nullũ posse intellẽctũ creatũ, deũ per essentiã naturaliter cernere. Veruntamen, eorꝝ
quæ de deo dicuntur, quædam essentialiter, quædam relatiue, quædam notionaliter, quæ-
dam attributiue, quæ dã uero alio aliquo modo de ipso dicuntur. Deniq; quæ essentialiter
de deo dicuntur, in ipsius contẽplatione potissime mentem exaltant. Vt igitur sciscitan-
tibus ac scire optantibus quid sit deus, utcunq; satiffieri queat, inuestigandũ est, quo seu per
quid diuina natura propinquissime atq; apertissime, magis quoq; absolute & itẽm (ut fas est)
plus essentialiter ac in seipsa speculari possit à nobis. In uarijs igitur reꝝ creatarꝝ naturis ac
proprietatibus, diuinæ naturæ perfectio, ipsaq; supersimplex dei essentia multiformiter lu-
cet. Nemp̄ in alijs sapientia, in alijs iustitia, in alijs autẽ benignitas splendet: hõrũ quodlibet
in diuinã speculationẽ naturę suo modo introducit. Porro, in quibus diuina perfectio
atq; bonitas plenius absolutiusq; resplendet, ea de deo substantia liter ac propriissime dicun-
tur, eiusq; agnitionem synceriorẽ adducunt. Prolixa ergo longissimãq; perscrutatione ac
disputatione relicta, iam nunc celeriter proficiscens, contestor, quoniã secundũ Aristotelẽ
ac Peripateticos omnes, deus est propriissime loquendo actus purus: secundũ Platonẽ autẽ
& Proclũ, ipsumq; demũ Arcopagitã magnũ Dionysiu, pura bonitas: secundũ Hilariũ ue-
ro, Damascentũ & Thomã, esse tantũ. Hõrũ unũ quodq; subtiliter ueraciterq; dictũ fateor.
Nec potest aliud inueniri aut dici, quo amplius pleniusq; in sinuari p̄ualeat quid sit deus.
Enimuero, ut ait Philosophus, actus & potentia diuidunt ipsum ens, suntq; in omni genere
entis, & ex opposito distinguuntur. Est em̄ actus, principũ transmutandi alterũ, inquantũ
alterũ: potentia autẽ, principium transmutandi ab altero, inquantũ alterũ. Deus ergo actus
purus uerissime perhibetur: quippe qui stabilis permanens, dar cuncta moueri: quia autẽ
à nullo moueri p̄t, nulla ei deest p̄fectio, nulla nobilitas, actualitas nulla. Ideoq; in ipsum,
accidens cadere nequit: sed quicqd præclary aut præstantissimũ cogitare quis ualeat, ei sine
limitatione & sine penitus p̄fecte, simplicissime, in dependentẽq; conuenit. Hinc infert
Aristoteles, qd deus sit honoratissimus intellẽctus, uniuersorꝝ ultimus finis, primus motor,
immobilis, cunctis desiderabilis, infinita separataq; uirtus, immaterialis, incorporea ac in-
sensibilis. Præterea, cũ bonũ sit qd omnia appetunt, cuius proprietates est suuissus cõmuni-
cabilitas siue diffusio, deus autẽ excelsus & sanctus omnibus appetibilis est, & cunctis neces-
sarius ac summe conueniens, sed & ipse cuncta bonificat atq; adornat, itẽm; in uigore cõ-
seruat

In quibusdam
de deo uarie
opinari licere.

Exod. 33

Deũ ab hoĩbꝝ
in hac uita cla-
re uideri non
posse.

Quid sit deus
secundũ Aristo-
telẽ, Platonẽ
ac Hilariũ.

seruat, propterea non immerito primum ac propriissimum dei nomen, secundum Platonẽ
eiusq; sequaces, ac diuinum Dionysium ac sanctum Hierotheum, bonum cenetur. Deniq;
parũ est cui contrarij nil admisceret. Minoratio autẽ ac limitatio bonitatis, defectio quæ dã
malitiãq; consistit. Quia igitur deus sublimis bonitas pura describitur, palam utiq; quoniã
bonitatis natura in ipso à plenitudine sui minorata esse non ualet: sed quicquid ad bonita-
tis decorem complementumq; pertinet, ei prorsus p̄fecte a deesse oportet. Ideoq; immen-
sa incunctisq; bonitas, deus rite diffinitur. Vnde Saluator: Nemo, inquit, bonus nisi
deus. Amplius autem dicitur deus uiuens & uerus, esse tantum: esse enim, ut Boethius ait,
actualissimum ac formalissimum extat. Quoniam ergo diuinũ ens, omnis perfectionis ple-
nitudine uniuersaliter possidet, atq; in ipso suo supersimplici separatoq; esse, sine omni prorsus
compositione, quicquid ad ens eminentiam dignitatẽq; spectat, superplene comple-
ditur, omnia actuans, formans atq; perficiens, hinc omnino (ni fallor) congruẽter deus be-
nedictus esse tantũ aseritur. Dicitur autem & intellẽctus uniuersaliter agens, prima causa,
fons uitæ, sapientia, spiritus, charitas, atq; similibus quibusdam nominibus, de quibus Dio-
nysius in libro de diuinis nominibus plenius eloquutus est: sed quæ nunc introducta sunt,
priora sunt, communiora & aptiora: quippe quæ plus utiq; complectuntur, synceriorẽq;
deitatis contẽplationem efficiunt. Veruntamen, quoniam de his alibi operante altissimum
plenius diligẽtiusq; pro uiribus effari intendo, nunc tam festinanter transisse complacet.
Siquidem ut uerbis paulisper Porphyriũ utar, altissimum prorsus est istud negotium, & itẽ
amplioris inquisitionis egens.

Articulus III. De processu contemplationis dei benedicti ex creaturis.

V An autem sunt omnes homines, in quibus non est scientia dei & de his quæ ui-
dentur bona, non potuerunt intelligere eum qui est in eisq; operibus attendentes
agnouerunt, quis esset artifex. A magnitudine enim speciei creaturæ, cognosci-
bilitate poterit creator horũ uideri. Semper in effectu uirtus causa refulget: sed
& quicquid insuper perfectionis atq; decoris habet causatũ, à causa utiq; fortitur, & in cau-
sa hæc ipsa plenius excellentiusq; inueniri oportet. Itaq; quoniam deum nemo uidit unquã,
quippe qui (ut Dionysius ait in epistola ad Caiũ monachũ) inuisibilis est propter supereminẽ-
tem suæ lucis claritatem, si deum urcunq; uidere desideras, imaginem eius intende. mundum
hunc loquor. Omnis equidem effectus aliud prorsus non est, nisi participata quæ dã
similitudo suæ causæ. Causa enim producit sibi simile. Contẽplare hunc mundũ & omnia
quæ in eo consistũt, & scito quoniam quicquid bonitatis & appetibilitatis, quicquid dulce
dinis & iucunditatis, quicquid pulchritudinis & felicitatis, quicquid excellentiæ & pote-
statis, quicquid demum uniuersæ dignitatis ac perfectionis in omni ente creato totoq; mũ-
do prospexeris, deo utiq; inest, ueruntamen præstantiori atq; in infinitum pleniori, sublimi-
oriq; modo. Nemp̄ ipse bonus, cuncta bonificans, sine cuius participatione nil penitus bo-
num est. Deniq; si id clarius scire optas, speculari uniuersi creationem, conseruationem &
prouisionem. Non præcesserunt merita, & cuncta gratuita bonitate produxit. Nec quæ
producta sunt conseruare emittit: omnibus quoq; prouidet, tribuens omnibus effluenter
& nulli impropereans: & tamen nil ei ex his accrescere ualet. Præterea, ne hominum quidẽ,
& ob quos cuncta sensibilia condita extant, sic ingratiudine atq; sceleribus offenditur, ut bo-
nitate donaq; sua contineat: quinimo solem suum oriri facit super bonos & malos, pluens
super iustos & iniustos. Porro, peccatores & hæreticos, Saracenos, Iudæos, Tartaros atq;
idololatrias nõne sustinet: nõne alit, uestit & ditat? Et certe nisi immensa bonitas esset ac na-
turaliter clemẽs, mixe uehẽtẽter esset, qd nõ totũ mũdũ in nihilũ redigeret, eosq; terra ab-
sorptos in tartarea subito loca deprimeret, tot omni hora sub suo cernẽs prospectu mala,
scelera, turpia, iniquaq; fieri. Præterea si sapientiam altissimi intueri festinas, respice quã
uniformiter, stabiliter & indeficienter cuncta gubernat, quã pulchre rerum speciem distin-
xit, quã apte singula proprijs locat locis, nec itẽ ordinibus quã que suauiter ac conna-
turaliter uniuersa disponit. At uero potentiam uirtutis excelsi si speculari moliris, erige te
& aspice alta cœlorum, molem orbium, numerum astrorum, imaginem elementorum, ua-
sia terrarum, profunda aquarum, multitudinem rerum, specierum & hominum: quantum
ergo qui fecit hæc omnia: quã potens qui ex nihilo condidit uniuersa: qui uocat ea quæ
non sunt, tanquam ea quæ sunt: cuius imperium seuque ad nihilũ quoque regionem
extendit

Mat. 19
Marc. 10
Lucæ. 18

Sap. 14

Iohan. 1

Iaco. 4

Mat. 7

Sap. 4

Phil. 103

extendit: qui respicit terrā & facit eam tremere. à cuius furore tellus sudore madescit. Ad huc autē si tam pulchra sunt atq; tam lucida quæ facta sunt, q̄ speciosius & splendens qui ea effecit: si tam copiosus in lumine est sol iste sensibilis ut inspicine queat, siq; in descēdibiliter emicans, uniuersa illustrat, qd opinandū est de immateriali intellectu atq; sole: nonne utiq; lux est, in se incommutabiliter subsistens, ardens & radians, immenso ineffabiliq; in seipso splendore refugens, suiq; diffusionē uniuersa adornans, lætificans atq; illustrans: Amplius autē, si ab eo ballam odor, mellis dulcedo, deiq; suauitas, nonne super hæc omnia dulcissimus profusus est gustus ipsius? Proinde ipse qui ornat cœli sideribus, orbis planetis, aërē auibus, terram floribus, frō de ramo, gramine, specieq; & fructuum & item herbaz multiplici diuersitate ac genere, aquasq; piscium inundatione. Veruntamen hæc ex parte dicta sunt. Nempe si talis tantusq; apparet opifex mūdi ex his quæ in prospectu nostro sunt, quæ utiq; sensibilia sunt atq; corporea, qualis quantusq; uideretur, si ea quæ supra nos sunt, quibus ista comparari nequeunt, cōspiceremus: Si empyrei cœli superpulchram machinam, si angelicos ordines ac hierarchias cœlestes, si milia milium, deciesq; milies centena milia supermundanorū animorū, animaz ac angelorū, claro uideremus intuitu (neq; em omnium corporeorū istorū sensibilis decor aut uisibilis splendor, unius ualeat spiritus beati pulchritudini seu dignitati æuari) nihilominus omnia hæc quantūlibet magna & multa, pulchra atq; amena, si ad creatoris in circumscribibile maiestatem comparata pensentur, uelut maris arena exigua, imperceptibile punctum, inanisq; flatus apparebunt. Si quidem omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo: & in angelis suis prauitate reperit, summūq; sui patris sarapam ac splendidi simū militē, repente tanq; uilissimū sterces, abortiuūq; quod de genitricis uentre proijcitur, contriuit, eiecit, damnauit. Ideoq; scriptura fatetur: Quoniam tanq; momentum stateræ, sic ante te dñe est orbis terraz, & tanq; gutta roris antelucani que descendit in terram.

Articulus IIII. Et est speculatio dei ueri ex operibus donisq; gratiæ.

Sap. 11

Milereris omnium dñe, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. Diligis em omnia quæ sunt, & nihil odisti eorū que fecisti. Iam paulo ante ad contēplationē diuinorū ex naturalī rege ordine proprietate ac lege processio facta est: sed sunt aliam quibus longe clarius & itē incompābiliter plenus, dei adorandi bonitas, misericordia, charitas ac munificentiā, dignatio atq; iustitia splendent. Sunt autē hæc ea quæ ad mysteria gratiæ, salutisq; nostræ sacramentā pertinent, in quibus primum summūq; ipsa est unigeniti dei incarnatio, cætera quoq; quæ in humanitate assumpta pro nostra salute fecit, itemq; sustinuit, ut puta qd cum hominibus conuersari dignatus est, qd legi subditus, circuncisus atq; oblatas est. Deniq; passio Christi efficacissima est ad diuinæ dilectionis miserationisq; speculationē deductrix. Proinde qd propter iustificationem nostrā resurrexit, qd nobis paraclētū misit, qd cū angelis beatitudinis æ qualitatē sponndit, qd nos ad se assumere ac demum in anima & corpore glorificare disposuit, qd credentibus in se dæmonia subdidit, ipsamq; naturā, rege qd naturalē uirtutē legēq; subiecit, qd nos genus regium & sacerdotale effecit, solū ē atq; ligandi potentiam tribuit, in his dei nostri benignitas, amor & largitas, dignatio atq; clementia præcipue lucēt. Enim uero sic deus dilexit mundū, ut filium suū unigenitū daret pro mundo, Deniq; suscepit Israël puerū suum, recordatus misericordie sue. Sed & exinanuit seipsum, formam serui accipiens. Amoris est ista potestas, ut iungat amantem amato, seq; dilectio cōmunicans, nil sibi soli referuet. Itaq; quis æternæ super sanctęq; trinitatis amorem circa nos concipere aut eloqui queat? Nam pater unicum suum filium consubstantialē sibi cōternū ac infinito ardore dilectum, quē de ipsa sua substantia atq; ex proprio corde genuit, in quo sibi incomprehensibiliter complacet, & quem non minus utiq; q̄ seipsum diligit, hunc con tulit nobis, hunc misit in mundum, hunc cū tenerima humilitatē puella cōmune habere non spreuit: nec proprio peperit filio, sed omnium iniquitate nostrū in eo reponens, pro omnibus nobis tradidit illum. Quomodo non etiam omnia nobis cū illo donauit? Profus omnia nobis cum illo donauit, quippe per quem in diuinā consortium tradidit naturā, ut filij efficiamur, potestatem sumus sortiti. Deniq; per ipsum heredes & amici existimus: siquidem si filij, ergo & heredes. Videre qualem charitatem ostendit nobis pater, ut filij dei nominemur & simus. Præterea, sic filius nos dilexit, sic in time atq; ardentē, tanq; ineffabiliter amauit, ut naturam nostram hypostatica seu personali unione, qua maior immediatiorq; esse neq; super purę ac super sublimi suæ diuinitati uniret, ipsumq; hoīem super oēm diuinorum

Baruch. 2
Luc. 2
Ioh. 53
Rom. 4
Act. 2
Mar. 12
Luc. 10
1. Pet. 2
Mar. 16

Iohan. 3
Luc. 1
Phil. 2

Gal. 4

Roma. 8
Ioh. 53
Roma. 8

Eodem.
I. Iohan. 2

diuinorū ipsumq; cœlestium animorū uerticem exaltaret, omniq; demū creatæ eum dignitati præferret. Factūq; est admirabile ac super misericordissimū opus: quoniā deus nos itē factus est frater noster, creator noster natus ex nobis, iudex noster, redēptor noster: & quē totū nō capit orbis, intra serenissimā ac amcenissimā unius puellæ se intactu atq; suauē claustrum corpusculū. Vere utiq; nō sicut delictū, ita & grā. Quia etē uarijs atq; grauissimis accēbat genus humanū cōtabescens uulneribus, agebaturq; q̄ die humana calamitas, in oīm immunditia & idololatria, recordatus est dñs qm puluis iunius, tactusq; cōpassione cordis intrinsecus, descēdit ad summū cœlo, ex p̄ris gremio, regali solio: & teru formā induēs sc̄in xit se ut fortissimū gigas, ad auxilian dū se pparās: accinctusq; gladio suo sup femur suū, trās uit docens per uniuersam Iudæā, incipiens à Galilæa usq; ad ciuitatē sanctā, bñfaciēs & sanās oēs oppressos à diabolo ac lāguoribus atq; defecibus uarijs. Demū sciēs igit̄ Iesus rex Messias & mundi saluator, ga uenit hora eius ut transeat ex hoc mūdo ad patre, nos plane uolens redimere, suāq; charitatē euidenter ostēdere, turpissimā & itē acerbissimā mortē pro nobis sustinuit. O inenarrabilis amor, & incomparabilis misericordia, dum unigenitus dei, agnus sine macula, ut nos de gehēne incendio, de immēsa miseria, de æterno tormēto redimeret, atq; angelicæ societatis, diuinæ beatitudinis, ppetuæ quoq; ineffabilisq; lætitiæ cōsortes statueret, quē nō rapuit, exoluit culpā quā nō cōmisit, luit, factus pro nobis male dicitū, ut nos à male dicto dissolueret. Pro his bñdic aia mea dñm, & noli obliuisci oēs retributiones eius: liquēst affectio tua in desiderio eius. Dic ei: Quis mihi det te fratrem meū, ut in ueniā te foris & deosculer, & si nemo me despiciat? Apprehēdā te, & ducā in cubiculū cordis mei: tibi me docebis, & ponā te ut signaculū sup cor meū, ut signaculū super brachium meum: qd fortis est ut mors d̄ christi dilectio tua, dura ut inferus æmulatio tua. Porro, sp̄ritus sanctus q̄ essentialiter benignus est, in quo prima ratio doni respundet, oisq; munificentiæ origo est, & naturaliter bonus, uniuersæ nostræ salutis imp̄scrutabili dignatione coopatus est. Nepe pphetas edocuit, apostolosq; impleuit, & se per militantē oēm ecclesiā, p̄sertim in eius exordio, copiosissime fudit atq; impendit. At uero ipse mūdi dissimā illā speciosissimā, hone f̄tissimāq; puellā imp̄agnans, diuinæ prolis cōcundā constituit, animāq; Christi septiformi suo munere eminenter, impleuit.

Artic. V. Quam sit fructuosum atq; salubre, ubertim dñice passiōis diligētē reminisci.

Memoria memor ero, & tabescet in me aia mea: Hęc recolēs in corde meo, in deo sperabo. Non est in uniuerso qd ad oēm salutē & gratiā carenus efficacē est atq; idoneū, ut passio Christi. Nepe qd utiq; tam uehemētē spem roborat, charitatēq; in hāmāt, quæ admodū considerare unigenitū dei, tāta pro nra reparatione operantē ac patientē: Deniq; si nos ira accendit, si impatiētia pullat, contēplamur dicentē: Ego quasi agnus innocens ductus sum ad immolandū. Et, Tanq; ouis corā ton dente obmutuit, neq; faciem suam ab increpātibus & cōspuetibus in se auertit, quin potius pro impijs mis se crucifigentibus amorosē exorans: Pater, inquit, ignosce illis. Porro, si rancor mentē dilaniat, intueamur dñm ac regē nostrū, quē nos, si salui erimus, imitari oportet. Quoniā cū adhuc inimici essemus, animā suā pro nobis posuit. Præterea si carnalis quēpiā concupiscentiæ libido incēdit, aut cōcitat, conspiciat Christū flagellis lacerari, spinis cōiugi, clauis confodi, cruci affigi, & acerbissimum carnis dolorē pro se pati. Insuper, si nos inanis gloria, mūdā uanitas siue superbia inflat, tangit aut mouet, cernamus Christum, dei sapientiam, alba pro nobis ueste illudi, purpura indui, & in derisionem spinis coronari, à militibus adorari, & scētidissimo spūto conspui, propriamq; crucem baiulantem egredi, in cruce nudum leuari, atq; in ea à cunctis contēmi, blasphemari, itēq; illudi. Omnia itaq; uirtutem in dominicæ passiōis contemplatione addiscimus, omnemq; per eam tentationē euadimus. Quoniam quidem si gula nos passio prococet, nonne aceti fellisq; dominici, quibus in cruce ci barus est atq; poratus, reminiscentes, mox utiq; triumphamus? Amplius autem, si acediæ nos molester ignauia, repente (ni fallor) hanc pellimus, si quantum pro nostra salute rex omnium egerit atque pertulerit, sagaci mente pensemus. Deniq; quis tam inopinabilem dei incarnati humilitatem, patientiam, obedientiam, charitatem contēplans, non se humiliare festinet, non mitior fiat, nō magis obediat, charitatēq; uehementius seruet? Quis nō se abneget, mundū cōtēnat, oēmq; carnalē mollitiē cordialiter spernat? Enim uero, nō utiq; cursorie, neq; mēte distracta, nec sensu uagatē ē mediatio ista seruanda: sed maturo recollectoq; animo exercēda ē, nec unq; à lōge corde linquēda. Nō ē em militatib' uir' hui' hospitib' p̄genis & aduenis, aliqd tā aptū ip̄titi cōtra oēm animi morbū remediū, neq; uigorosius pro

Phil. 102
Phil. 2
Phil. 4
Luc. 23
Iohan. 12

Phil. 108

Phil. 102
Cana

Threno. 3

Geen. 8
Ioh. 53
Luc. 23

Rom. 5

Luc. 23
Marc. 27
Iohan. 19
Mar. 27
Luc. 23
Marc. 15
Iohan. 19
Mar. 27

pro omnium adeptione uirtutum indultum subsidium, quam passio Christi. Ideoq; duran-
tibus exilij huius militia atq; miseria, nunquam est obliuioni tradenda. Non enim ignora-
mus, quemadmodum in huius typum, legifer ille Hebræus a neum fit iustus serpentem erige-
re, cuius sanarentur intuitu a serpente morfu gentes Hebræorum, a serpente uisus legæ. Ad
huc autem, quã utiq; impium est, bestiale ac inhumanum, ut sit homo tantorum immemor
dorum, charitatis tam feruidæ, tamq; immensæ bonitatis, quibus non a temporali solum
morte, sed æterno etiam interitu fumus erepti, neq; transitoriorum, sed cœlestium partici-
pationem bonorum fortiti.

Articulus VI. De ordine contemplatiuorum.

SI ignoras te ò pulchra inter mulieres, egredere & abi post uestigia gregum & pa-
sce hædos tuos iuxta tabernacula pastorū. Altiora se querens felix anima Christi-
sponsa, atq; diuinissimorum notitiam non ordinate concupiscens, sponsoq; dicens,
Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, præinductam
meruit amorosam a sponso increpationem audire. Ideoq; mensuram suam quilibet intel-
ligat, neque altiora se nondum capax effectus requirat. Est nempe ordo in speculan-
dis. Quoniam quidem enim (uti à Dionysio dictum est) impossibile est aliter nobis splende-
re diuinum radium, nisi uarijs circumstantiis uelaminibus sensibilibus formarum, ad diuini-
tatis insignia se fatigēs erigere contuenda, in primis humanitatis Christi humilia cernere,
cernendoq; assequi ac conformari festinet; alioquin in maleuolā animā non introibit sapiē-
tia. Et quæ admodū Cassianus deduxit, qui ethicam sciētiā (quæ mores corrigit, passionesq;
restringit) non dicit, ad theoreticam utiq; contemplatiuāq; uitā in habilis extat. Enim uero
tā secū dū philosophos quàm theologos, dupliciter est aliquid prius & notius, secū dū na-
turam uidelicet, & quo ad nos. Nēpe secū dū naturā notiora atq; priora, quo ad nos poste-
riora sunt, itēq; plus abdita ac ignota, & uice uersa. Diuina enim & separata ac immortalia,
secū dū naturā priora notiora q; sunt: quippe quæ plus de actu, dignitate ac lumine habēt. Sed
quoniā humana agnitio ex sensibilibus ad intelligibilia properat, ipsa uisibilia quo ad nos
priora notiora q; sunt. Inuisibilia nāq; diuina ex uisibilibus conspiciuntur. Vnde lucet, quoni-
ā diuinitatis altissimorumq; speculatio, secū dū se utiq; ampliorē causare deuotionē potēs
est atq; idonea. Deuotio equidē ex charitate procedit, & in contemplatione fulcitur. Nem-
pe dū rē agnitā diligimus, promptitudo mox oritur obsequendi honorandiq; eā. Itaq; quo-
niā diuina contēplata secū dū se meliora dulciora q; sunt cūctis creatis, secū dū naturā quo-
q; cor calidius inflammare deuotiusq; efficere queunt. Verū tamen mēs nostra capax non
est, neq; de facili ad tam alta sustollitur: ideoq; in humilibus interim, præferimq; his quæ hu-
manitas sunt Christi, exerceri eget, quatenus manu ductione hac cōgrua ad optimorū ele-
uerur intuitum. Elucefcit igitur, quibus expediat, quibus etiam insuper obstit ambulare in
magnis atq; in mirabilibus super se. Non enim omnibus altorum diuinorumq; studium p-
hibere par est, sed nec omnibus dictū opinor. Noli altū sapere; alioquin quomodo uiri bea-
tissimi, Hilarius, Augustinus, Anselmus, Boëthius & Thomas, trinitatis arcana tam studio-
sissime forent scrutati: sed paruulis in Christo, quibus lacte opus est, & exercitatos nondū
sensus fortitis, id conueniri palam est.

Articulus VII. Quod a contemplatiua deuotaq; mēte, felicissimæ
uirginis Mariæ contēplatio infatigabiliter aplectēda sit.

Vlne rasi cor meū foror mea, sponsa, uulnerasti cor meum. Ab exordio edoce-
mur, quemadmodū omniū nostrū infectio a fœmina, instigante diabolo, initia-
ta sit, a uiro autē impleta. Vnde serpenti indignās creatori: Super pectus, inquit,
tuum gradieris. Et post pauca ad dæmonē sub appellatione serpentis: Inimi-
citas, ait, ponam inter te & mulierē: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo
eius. Nempē ex tunc, magis autem ab æterno, sapiētissima itēq; æquissima summæ mentis
censura, uniuersam nostræ salutis beatitudinē per fœminā reparare, atq; ab ea ordiri decre-
uit, consummante operanteq; eā uiro, quem statuit, elegit, assumpsit. Hanc ergo saluaricē
fœminam nos amare ac uenerari par est. Deniq; amplius uolens rex messias, Christus do-
minus propriam exaltare honorareq; matrem, constituit eam inter se iudicem nosq; iudi-
candos, mediatricē statuit eā apud se nostram aduocatā, commisit ei militantiem ecclesiā,
subiecit ipsi oīm electorū cateruā, eatenus, ut nisi per eam nil nobis donec, ita ut si nos exau-
diri, si indulgentiā gratiāq; fortiri cōtigerit, totū per Mariā nos adipisci sciamus, in cuius
manu salus nostra reposita est. Ideoq; de e a rite suscipi, qd in Apocalypsi scriptū est: Signū
magnum

Not. 21

Can. 1

Eodem

Sap. 1

Rom. 1

Psal. 130

Roma. 11

Heb. 5

1. Cor. 3

Gen. 3

Quæ admodū
p uis mediare
muliere mors
intrauit in or-
bē terræ, ita
uicissim & ui-
rā reddidit

Apoca. 12

magnum apparuit in celo, mulier amicta sole, & luna (id est militans ecclesia) sub pedibus
eius, & in capite eius corona stellarū duodecim. Elucefcit ergo, nos hanc dei amatissimam
& superexaltatā uirginem, sacro sanctam Mariam, post deum debere uenerari sublimius,
amare ardentius, contēplari sincerior, semperq; reminisci atq; complecti tenacius. Neq;
enī est post deum aliquid tam magnum, tam bonū, tam sanctū, tam necessarium, ut ipsa. Ve-
hementer itaq; clementissimō deo regratiari tenemur, qui talem nobis prouidit mediatri-
cē, & matrē tam misericordissimā atq; mitissimā, dulcissimā, affectuosissimā, diligentissimā,
fidelissimā, sapientissimā, potētissimā, & item in omnibus tam inæstimabiliter efficacē. Por-
rō, si sincero Mariam corde contēplari moliris, ita procede: Quicquid perfectionis in uni-
uersis mulieribus esse agnoueris, ei superexcellētē ascribe: quicquid uero uilitatis ignobi-
litasq; longissime ab ea recludē. Proinde, si in fœminarū ordinibus mentem protendas, ui-
debis in quibusdam uirginitatis splendore, sed sterilē: in alijs maternā fecunditatē, sed li-
bidini atq; corruptioni obnoxiam: in alijs rursus, etiā in coniugio obseruatā castimoniam,
atq; in nonnullis honestatē uidualē: hæc omnia quantum ad perfectionem pertinet, in Ma-
ria eminentissime erant. Ipsa equidē uirgo, nec sterilis: mater, sed integra: uirgo, quocq; habēs
intemerata permansit: uirgo facta, non utiq; in delicijs uixit. Hæc omnia ad carnis deco-
rē præcipue spectant. Animæ uero uirtutes sanctissimæ uirginis, quis uel intueri aut eloqui
queat: Quippe quæ in omni uirtute tam incōparabilis extitit. In quibus tamē humilitatis
sinceritas, dilectionisq; ardor, patientiæ mititas, ac obediētiae plenitudo præfulget. Insup-
geminētē uniuersas perfectiones has, diuinæ sanctæq; uirgini attribuire debeas, mox cō-
spicias, si unū, quod est singulariter impartitū est, profunde cōsideres. Quid uero sit hoc si sci-
sciteris, id utiq; q; ipsa ueri æterniq; dei mater uera facta est. Ex hoc subito lucet, in omni no-
bilitate atq; uirtute, sapientia itemq; perfectione, eo præclariorē esse Mariā, quo præ ancil-
lis ac famulis matrem præferri condecuit. Quis autē intendere, quis ue concipere possit, qd
perfectionis & græ, a tali filio, tali præfari genitrici condecens fuit: Nēpe si boni pñq; filij
est, ppriā in oibus pro uiribus parentē, omni præuenire reuerētia atq; honore, ei etiā donare
quocunq; egerit, eāq; (ut fas est) ditare itēq; ornare spiritualibus potissime bonis. Is igitur
filius, qui uerus est deus, quod oipotens est, munificentissimus, pñssimus, immē-
sāq; bonitas, qd utiq; dulcissimæ suæ contulisse parenti censendus est: Fateor, si linguis an-
gelorū loquar & hoim, hoc tamen effari nō possem. Per incōparabilē ergo excellentiā, oīs
inerat: Mariæ gratia, inestq; iam gloria. Enim uero, quāta eā decebat carnis munditia, cuius
erat portio super pulchre deitati hypo statice unienda: quāta cordis serenitas, cuius specicē
atq; decorē etiā ipse deus concupiuit: quanta demū humilitas, ad quā se tā ineffabili digna-
tione, æterna illa, incircūscriptibilis ac perfecta maiestas, inclinans descēdit, cui deus sub di-
disposuit, omniq; suæ creaturæ præferre decreuit. Sinō fuisset omniū creaturarū humilima,
nunq; utiq; facta esset uniuersarū altissima. Deniq; hoc ipsum qd est, ueri dei esse parentē, cū
æterno patre cōmunē habere filiū, eū a quo paracletus profluit genuisse, nonne immēsam
dignitatē confert Mariæ: Siquidē quo fecundior, eo quoq; melior est: & quo deo uicinior,
eo prorsus præstantior. Palam est autē, nec cœli nec terræ, nec angeli, nec hoīs, neq; uniuersorū,
quæ cōdidit deus, posse fœcūditatē cōparari fœcūditati Mariæ, quippe quæ eū genuit,
qui cuncta creauit. Insup, oīs fœcūditas imperfectio a Maria tollenda, & e contrario, oīs pfe-
ctio eidē ascribēda. Et quidē ignotē nō sunt fragilis huius sexus imperfectiones innumeræ,
inter quas sunt inconstantia, leuitas, petulantia, euagatio, & aliæ quas enumerare nō expe-
dit. His igitur a benedicta, deiformiq; uirgine lōge ablatis, contēplare ut uales mulierē cō-
stantē ac pudoratā, honestissimā atq; mitissimā, carne pulchrā, immotā ac integrā, charitate
ardentē, sapiētē atq; prudētē, suauē, tenerā ac studiosā. Quid præcor amabilis ea? Quid
demū adhuc miraris, quia exultauit ut gigas unigenitus dei ad currendam uia, nec substi-
tit splendor paternæ gloriæ, sapientia patris, cuius deliciae esse cū filijs hoim, donec usq; in
medium amantissimæ sue ueniret, illicq; in uirginei uteri suauissima cella, nouē mēsi bus re-
quiesceret. Felix nimis puella, cui se deus tā familiarē exhibuit, cui? filius creator esse elegit,
cuius sibi uterum in thronū thalamusq; sacrauit, cuius ubera suxit, in cuius gremio se dit,
quā toties complexatus osculatusq; est, in cuius ulnis tam ubertim quieuit, cuius mensæ tā
frequentē assedit ac ministravit, cum qua triginta annis, tam dulciter, humiliter filialiterq;
(ignotus alijs) conuersatus est. O delectabilissima felicissimaq; Maria, me quæso in uni-
uersis maternaliter atq; pñssime præueni, posside, conserua.

Articulus VIII. De triplici uia atq; triformi actione hierarchica.

Apoc. 12

Mariæ cōspici
ri quō deceat

Psal. 44

Mater dñi qu
humilime, fa-
cta, est altissi-
ma.

Psal. 118
Prouer. 8

Proneris
Humanæ pfe-
ctiōis apex, &
uiae tres ad illā
perducetes

Purgatiua uia
in q̄ consistit

Illuminatiua
uia in quo con-
sistit

Perfectiua uia

Actiōes hier-
archicæ tres

Status religio-
sus triplex tri-
bus uisibilibus

Contemplatiua
uia duplex
Gen. 29
Luc. 10

2. Cor. 3

Creare mētia
felicitas quae
fit, & unde effi-
ciatur

Via domini pulchra, & omnes semitae eius pacificae. Apex perfectionis huma-
nae, in altissimo quodam sita est, qd est secretissima mens in deum extensio, seu
inhæsiō, occulta, libera, pura atq; extatica: Ad quā triplici uia ptingitur: quarū
duae, purgatiua scilicet & illuminatiua mentem disponunt: tertia autem, perfe-
ctiua uidelicet seu unitiua ingreditur. Deniq; purgatiua in hoc uia consistit, ut uita purgen-
t, affectionesq; seu passiones animae reformentur, quatenus animae caro prompte delet-
uiat, rationiq; sensualitas pareat, atq; diuini mandatis uoluntas obediat. Hoc autem aliud
prorsus non arbitror, nisi ad originalis reſtitutionem iustitiae animam reformare atq; redu-
cere. De hoc in superioribus latius determinatum recordor. Præterea, uia illuminatiua in
hoc constituta est, quatenus mēti nostrae, summae lucis splendor insulgeat, resplendeat atq;
irradiet, ut diuinæ animae sapientiae participationem sortita, ad uisibilia & pretiosa, ueri & falsi,
boni & mali, discretionem formetur, atq; ea quae fidei sunt, sincere intendat, subtiliter pene-
tret, profunde concipiat, & demum ea quae fidem corroborant, articuloꝝ quoq; ipsius ra-
tiones, nexum ac ordinem acie cōtemplatur serena. Ex uisibilibus quoq; atq; corporeis ad
inuisibilia, ac immaterialia erigat cernendā discatq; summam naturā opificis ex creatis rima-
ri, ac ipsius inuariabilitatem, unitatem, immultiplicabilitatē, perfectionem, simplicitatem
ex tēporalibus, cōpositis ac dependentibus speculari. Præterea uia perfectiua tunc adest,
dum in amorē transformatur agnitio, ipsaq; sapientialis intuitio, in charitatis affectū resol-
uitur, atq; a se metipsa, mens contemplatiua deficiens, religata a sensu, itemq; suspensa ab in-
tellectu, in amorē liquescit & moritur, atq; in summę ueritatis ac bonitatis amorē tota syn-
cere infigitur, nude erigit, ac libere atq; extatice stabilitur. Porro triplici huic uia triplex
quoq; correspondet actio sacra hierarchica. Tres nempe (ut Dionysius ait) sunt actiones hi-
erarchicę, purgare, illuminare & perficere: & hæc quidem in cœlesti primum hierarchia
hinc uero per imitationē in ecclesiastica quoq; hierarchia reperiuntur, ueruntamen diuer-
simode ualdet: Siquidem in cœlestibus illis ordinibus non est purgatio ab immunditiā aut
culpa, sed ut Dionysius edocet, ab habitu dissimilitudinis minoratione q; luminis. Itaq; præ
inducta uia triforū ad angelicę assimilationem operationum attollimur, & ad ipsam
uiam huic possibilem conformitatem proficiscimur atq; leuamur. Omnem equidem men-
tem supernam deus sublimis & benedictus purgat, illuminat & perficit seu unit: Non tamē
purgat (ut iam fassus sum) a culpa, neq; illi struat ad fidem, sed ipse: nec unit ad charitatem
suspirantem, sed fruentem atq; completam. Mens uero uia trix, proportionabiliter purga-
tur a culpa, illuminatur in fide, perficiturq; in dilectione tendente. Rursus huic uia tri-
plex, triplex insuper correspondet status religiosus. Via namq; purgatiuę proportionatur
status animalis, ad incipientes respiciens: uia uero illuminatiuę, status rationalis, perficien-
tium existens: perfectiue autē, status spiritalis, ad perfectos utiq; pertinet. Innotescit itaq;
quemadmodum per uiam purgatiuam efficiatur anima sapientie sedes illuminationumq;
capax, & ad uitam contemplatiuam, non tamen summam neq; perfectam, idonea. Contem-
platiua etenim uita bipartitur, ut fit una intuitiua atq; formabilis, alia theoricā itemq; for-
mata. Quas prima designat per Rachelē, quæ erat pulchra facie, non tamen omnino carna-
libus mortuaria: per Mariā, q̄ sedebat, uine cessaria amorose intenta, & omni carnali affe-
ctioni penitus mortua, atq; in Christo solummodo uiua. Deniq; per uiam utraq; ad tertiam
in qua humanę perfectionis uertex est, peruenit.

Articulus IX. De altissimo humanæ perfectionis uertice.

Nos autē reuelata facie gloriæ dñi speculantes, in eandē imaginē transformamur, &
claritate in claritate tanq̄ a dñi spiritui. Mētis igitur creatę felicitas, unio eius est cū
increata ueritate. Porro, unio hæc per intellectū primæ efficit, atq; in affectu cō-
plet. Est igitur unio quæ dā uitæ præsentis cū deo uero, q̄ in uia pclarior esse nõ ua-
let. Ipsa est ut Dionysius docet, mystica theologia seu caliginosa ac occultissima dei uisio: dñi
uidelicet mēs cōtēplatiua, calidissima dilectioe ex æstus, cūctaq; creata relinquēs, atq; ab
omni opatione apprehensiuas: uirtū circa creatā cōsistente q̄scēs, sensum intellectūq; suspen-
dit, atq; in diuinitatis abyssum erigit, & libero, nudo ac puro cōtuitu, in delicias gl̄ie dei ab-
sorbet & rapit, illiq; sic intēta existit, ut cæteros oim obliuiscat. Vñ primo ca. Mystica the-
ologia Timotheo loquēs Dionysius: Tu autē, inq̄, d. amice Timothee, ea q̄ circa mysticas ui-
siones forti attritiōe & sēsus derelinq; & intellectuales opatiōes, & oia sēsibilia & intelligibilia,
& oia nõ entia, & entia, & ad unionē, ut possibile ē, cognite reſtituere ei, q̄ sup oim substantiā
& cognitiōe: Ea em̄ q̄ tu n̄ p̄suis & oim, irretēbili & absoluta purę extasi, ad sup̄substantiāle
diuinę

diuinę tenebrę radium, omnia auferens & ex omnibus absolutus reducens. Nēpe in hac
dei mystica uisione unitur mens deo tanquam prorsus ignoto. contemplatur enim eum in-
uisibilem ac incomprehensibilem esse, cunctisq; in infinitum super exaltatum consistere.
Ideoq; omne nomē quo ipse nominat, a representatione perfectæ plenitudinis eius, in im-
mensum occumbit ac distat. Et ob id hoc modo deum uidere, est in caliginem ingredi, &
item in actuali omnium ignorantia fieri. Vnde in epistola ad Gaium Dionysius: Diuinę
(ait) tenebrę cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni uisioni. Appellat autem
Dionysius diuinās tenebras atq; caliginem, inaccessibilem lucis plenitudinem. Hæc porro d-
mentis ad deum reſtitutio, per irretēibilem, id est, non impeditam inordinato aliquo re-
trahente affectu, & absolutam ab omnibus extasi seu excessum perficitur. Copulaturq;
demum mens in ea diuino splendori, puro ac nudo intuitu, ne per immunditiam passionis
aut culpæ, oculus mentis offuscetur, & cuncta transcendens, non iam per speculum ac ima-
gines rerum creatarum, sed in simplici quodam menti impresso diuino radio atq; fulgore
deum speculetur. Vnde ad Titum Dionysius: Verte te, inquit, ad radium. Ob id secundo ca-
pitulo Mysticę theologiæ dixit Areopagita magnus Dionysius: Secundum hanc nos fie-
ri superlucidam oramus caliginem, & per inuisibilitatem & ignorantiam uidere & cogno-
scere quod super omnem uisionem & cognitionem. Siquidem in uisione hac tenebrosissi-
ma ac superlucida, hoc est uere uidere eum qui uidetur, uidere omnino inuisibilem esse: &
quo mens munda hoc plenius uiderit, idq; profundius contuita fuerit, superbene dictum
uidelicet illud æternaleq; lumē, omnino atq; omnimode inuisibile & imperſcrutabile esse,
eo clarius illud cernit, tenebrosiusq; caligat. Et hoc Dionysius ait: Hoc, inquit, est uidere
& cognoscere, super substantialem super substantialiter per omnium entium ablationes
laudare. Ipsa enim æterna ac adoranda diuinitas, omne creatum, immensa utique dignitate
excellit: & quo ei mens amplius appropinquat, eo ipsius inaccessibilitas, incomprehen-
sibilitasq; lucidius animo clarent. Porro, dum caliginem ingressa mens fuerit, iam omnis ca-
ligabit agnitio, & secundum analogiā ascensus, omne quoq; abbreviabitur nomen, tan dēq;
in caligine uox omnis omneq; nomen relinquetur atq; deficiet. Et uti diuinus ait Diony-
sius: Non iam breui loquimur, sed sermonis priuationem omnimode & inintelligibilitatem
inuenimus. Hinc quippe quinto capitulo Mysticę theologiæ sacer theologus Dionysius:
Rursus, inquit, dicamus ascendentes, q̄ neq; anima est deus, neq; intellectus, nec ratio, neq;
intelligētia, nec dicitur, neq; intelligitur, nec stat, neq; mouetur, nec potentiam habet, neq;
potentia est, neq; lumen, nec uiuit, nec uita est, neq; substantia est, nec ueritas, nec ueritas,
neq; sapientia, nec unum nec unitas, nec deus neq; deitas, nec spiritus est, nec filiatio, neque
paternitas nec aliud quid nobis, aut alicui entium cognitioꝝ, neq; quid nõ entium neq; quid
entium est, neq; entia eam cognoscunt ut ipsa est, neq; ipsa cognoscit entia, secundum q̄ d-
entia sunt. Neq; ratio ipsius est neq; nomen, neque agnitio, nec lumen, nec error, nec ueritas,
neque est ipsius uenerſaliter positio neq; ablatio. Omnia quippe incomparabiliter ac
inexcogitabiliter excedit, & nec numero, nec specie, nec genere quicquam cum ea com-
municat.

Articulus X. De ampliori præinductorum elucidatione, & de subtilissimis quibusdam dictis admirabilis uiri domini Iohannis Ruysbroeck.

Vicenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum & nomen
nouū in eo scriptū, quod nemo scit nisi qui accipit. Innotescit (ni fallor) qm̄ quo
super simplici deo uehementius mens creata propinquat, eo utiq; amplius sim-
pliciter, & in deiformem substantiā sublimius transformatur. Ideoq; secun-
dum multiformem accessum ad deum, uarij quoq; distinguuntur perfectionum gradus.
Enumero fidelium hi quidem deo adhærent ut serui fideles, hi autem ut secreti amici, hi
uero ut occulti filij. Quorum ista (ut Iohannes Ruysbroeck scribit) distinctio est, quoniā fi-
deles serui mortalia quidem peccata diligenter declinant ac diuina præcepta fideliter ser-
uant, non dum tamē cōtēplatiui atq; interni facti sunt, sed actiui: & in actiua uia p̄s san-
ctisq; operibus deo placere festinant, atq; huiuscemodi exercitiā magni pendūt & eligūt.
Deniq; secreti amici interna atq; affectuosissima deo adhæsiōe intenti sunt, & ad spiri-
tualem se gustum transfundentes, consilia quoq; implere conātur, & contemplatiuæ actibus
uitæ se tradunt. Veruntamen non dum nudi, omninoq; simplices effecti sunt, quippe qui
necdum proprietatem omnem reliquerunt: neq; sibip̄s mortui sunt, nec a seip̄s prorsus
deficiunt: ad huc enim dei dona, ut puta consolationem internam, mentalem dulcedinem,

Dionysius.

Dei adeo trā-
scēdere ois, ut
adæquate ni-
hil de ipso dici
possit

Apoca. 2

Iohannes
Ruysbroeck

& item ad hæfionem deuotam, uelut finalia summaq; bona, magnipendunt, amant atq; de-
siderant. Porro, occulti filij, his utiq; moriuntur, soli q; superpulchræ æternæq; diuinitati
uacantes, nil præter eam magnipendunt, amant, aduertunt aut cupiunt. Ideoq; in superlu-
centes diuine lucis tenebras eatenus absorbentur, ut sibi penitus mori ac in amore combu-
ri, itemq; in nihilum redigi & in deum insuper transformari atq; ipsi in dissolu biliter uidean-
tur uniri. Enim uero in transformatione hac ipsa mentis in deum, mens ipsa à se defluit ac de-
ficit, & se omnîq; sui, ac cæterorum demum proprietate relicta, in ipsam deitatis superinef-
fabilem, simplicissimam interminabilemq; abyssum, & inscrutabilem quoq; inaccessibilem
caliginem mergitur & demergitur, liquefcit & deliquescit, profundatur & deprofunda-
tur, & ut omnia simul dicâ, annihilatur, & à se ipsa deperditur. Porro, in deo uiuit itemq; cū
illo, ab omni proprietate, commixtione, ac affectione nuda, pura & libera existens unum ef-
ficatur, unus spiritus, una anima, unum esse, una felicitas, alteritatem nanque non percipit,
quoniam in deiformem simplicitatem meauit. Si quidē in hoc mentis in deum excessu exta-
tico, in supersplendentem quandam mens sancta caliginem labitur: nempe superueniens
ei, diuina lucis interminabilis ac inuisibilis splendor, aciem eius repercutit, ex cæcat atque
obtenebrat. Sed in obnubilatione hac mens inextinguibili diuine dulcedinis diuiniq; amo-
ris sibi ignitur, dilectionis quoq; impatiens, in quieta est, & donec perfecte obtineat, uehemē-
tius incallescit: plus equidem ostenditur quam capere possit. Sed & intrahens dei influxus,
ac superducens contactus animâ à se alienat, & in alteritatem quandam transponit. Non q;
in omnibus his, natura aut existentia creaturæ mutetur aut desinat, sed quia modus exal-
tatur deificaturq; qualitas. Præterea ad hanc mentis perfectionem dignissimam, sex fore
necessaria testatur homo iste, non ab homine, sed à deo eruditus, quæ sunt pax uera, inter-
num silentium, adhæfio amorosa: & alia insuper tria, his uehementer eminentiora, & sunt
quies in dilecto, obdormitio, ubi uidelicet spiritus à se defluit, nesciens ubi uel quomodo: &
intuitio quædam caliginis quam Dionysius irrationalem itemq; amentem appellat, in qua
spiritus se mortuum sentit & perditum, atq; cum deo unum, & ibi deus pax eius est, quies
simul & fructio.

Ad pfectionē
mētis sex sunt
necessaria

1. Timo. 1

Charitas pri-
ma, & ultima
uirtutum

Charitatē nos
habere quod scia-
mus.
1. Cor. 13

1. Iohan. 4

1. Iohan. 3

Articulus XI. De necessitate & præ eminentia charitatis.

Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non fi-
cta. Omnium uirtutum prima ac ultima est charitas: neq; enim sine ea aliqua adest uir-
tus, neq; sine ipsa deo placere quis ualet. Deniq; operatio ostēdit, an forma uel uir-
tus seu habitus ueraciter insit. Qui itaq; scire molitur, an charitatem ueram possi-
deat, contempletur solcite si ea quæ charitas facit, in se quoq; comperiat. Porro, quid cha-
ritas agat, pandens Apostolus, Charitas inquit patiens est, benigna est: charitas non æmu-
latur, non agit perperam, non inflat, non est ambitiosa, nō querit quæ sua sunt, non irrita-
tur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Cui hæc
præfio sunt, charitatem sortitus est. Qui uero sine his se inuenit, non sibi de charitate blan-
diatur, ne erret. Itaq; si quis omnem legem impleuit, in charitate autem offendat, omnium
reus est, nec aliquid sibi prodest: quicquid enim egerimus, si in charitate non proficimus
neq; manemus, infelices censemur, nec quippiam nobis prodesse iudicemus, nisi in quan-
tum ad charitatem nobis profecerit. Deus charitas est, charitatem diligit, charitatem præ-
cepit, charitatem requirit: qui uitam suam in charitate non stabilit, nec cuncta quæ agit ad
eam ordinat, omnium operum suorum se fructu destituit, mercedemq; priuat. Deus em uni-
tas est, & unionē in suis amat, charitas uero diuersos uniat, & in unitatē reducit. Inuidia au-
tem dispergit & se parat. Porro, tanta dei & proximi extrat charitatis connexio, ut sine alte-
ra una haberi non possit. Qui enim se deum diligere dicit, & fratrem suum odit, mēdax est
deo nanq; fraternam dilectionem iubenti, inobediens est. Et scimus quoniam qui præce-
pta dei non seruat, non utiq; eum ueraciter amat. Interea charitatis necessitatem, ac super-
excellentiā apertissime Paulus in sinuans excellentiorem (ait) uobis uiam demonstrat: Si
linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeb, factus sum uelut
æsonans, aut cymbalum tinnies. Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia,
& omnem scientiam, & habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autē
non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si
tradidero corpus meū ita ut ardeā, charitatē autē nō habuero, nihil mihi prodest. Nihil em
sic in nobis odit, nilq; eatenus in cordibus nostris ledere saragit hostis, ut charitatē. Ideoq;
ei in hoc diligentissime reluctari oportet, quoniā mille artes molitur.

Articulus

Articulus XII. De argumentis & fomento ac causa charitatis fraternæ.

Quæcumq; uultis ut faciant uobis homines, hæc facite illis. Sic nempe agentes, di-
ligimus proximos tanq; nos ipsos. Dum enim cōfratribus sic bonum fauemus &
exhibemus, malo autem eorum condolemus, quemadmodū proprium bonum
nobis ipsis optamus, malūq; uitamus, tunc utiq; eos uere diligimus: sic tamē,
ut diligamus eos in deo, ad deum & propter deum. Porro, in dicitur ranco-
ris fraterni ex contrario sumere par est: quoniam uti amoris est unū alteri iungere, se suaq;
diffundere, in alio uelut in seipso confidere: sic profus inuidiæ est unum ab alio separare,
alterius bono inuidere, nō sua nec se uelle communicare, neq; de alio bona præsumere: atq;
in inuierfis quæ agit, quem quis odit, displicentiam tædiumq; habere. Ideoq; ut ferrur, hęc
quoq; inuidiæ argumenta sunt: Non sine mentis grauamine de alio cogitare, loqui, audire,
nec eum sine commotione aspicere, & omne demum bonum eius impedire, minuere aut cer-
te peruertere. Nō sibi de fraternâ charitate applaudat, qui in se ista perferit. Quo quis ista
uehementius habet, eo amplius charitatis expers est. Quod si ea plene habuerit, rancore
utiq; languet: & quicquid egerit, inane est, quoniam uera charitate penitus caret. Inuidia
quippe, sicut in secūda scē Thomas ait, bono naturæ nō fauet, sed inuidet: & ut Augusti-
nus edisserit, ex ira impatientiæq; uel frequenti aut longuâ inuidia oritur: estq; grauissimū
scelus, quoniam delectationi quæ uirtutum apex est, directe opponitur. Deniq; ex similitu-
dine nascitur amor, & ex uanitate similitudo emanat. Porro, ex eodem res nutritur & con-
stat, ut Aristoteles dixit, unde uitæ actuumq; parilitas internam affectionem conseruat, nu-
tritq;. Hinc enim dicitur, quoniam omne animal sibi simile amat: & ut Ambrosius asserit, Nil
tam secundum naturam, q; amare naturæ consortem. Itaq; qui cum alio stabilem cupid dile-
ctionem seruare, ei (ut fas est) in exercitijs exercitiorumq; desiderijs parem exhibeat: idq;
quo alium offendi grauari ue metuit, uitet, semper nihilominus uera seruata rationis censu-
ra, ne diuino amorī inferatur iniuria. Hinc equidem dilectio & perueerat & augetur &
feruet.

Mat. 7

Ex similitudi-
ne nascitur amor

Articulus XIII. De perfecta charitate proximi.

In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, &
nos debemus pro fratribus animas ponere. Discipulus quē diligebat Iesus, multiformi-
ter profus in nobis dilectionem instruit, recommendat atq; hortatur fraternam.
Nunc nempe pro proximo animam contestans ponendam, ait quod modo inferuit
nunc autem animæ facultates impartiendas fratribus instruens: Qui habuerit, inquit, sub-
stantiam huius mūdi & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauerit uiscera sua ab eo,
quomodo charitas deī manet in ipso: unde continuo monens: Pilioli, inquit, mei, non dili-
gamus uerbo neq; lingua, sed opere & ueritate. Et denuo: Nos, ait, scimus quoniam transla-
ti sumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres. Qui fratrem non diligit, manet in
morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et post pauca: Si diligamus, inquit, in-
uicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. Porro, quæ sit uera perfe-
ctaq; proximi charitas, ex præinductis paulo ante Apostoli uerbis elucescit: ea uidelicet,
quæ patiens est atq; benigna, non elata, non irascens, non suspiciosa, nec appetens propria.
Item uera cōsummataq; charitas, tales nos fratribus in cūctis bonis ac malis, prosperis atq;
aduersis exhibet, quales ipsi nobis sumus, aliosq; nobis in oibus esse optamus. Deniq; quis
utiq; tam insensatus est atq; sic amens, qui de proprio malo non doleat si sentiat, ac de pro-
prio bono non gaudeat si agnoscat: Sed & delinquenti sibi quis non utiq; misericordiam,
emendatq; tēpus impendit concupiat, irā uero ultionēq; formidet, & sibi eas non insiggi desi-
deret: siquidē penitus, nisi fallor, precamur altissimū, ut dum offendimus, nostram mox fra-
gilitate in imperfectūq; conspiciat, atq; ad id quod ei complacet, efficaciam præstet. Neq;
nos transgrediētes, ut inimicos sibi atq; rebelles existimet, sed ut pauperibus debilibusq;
ignoscat. Ideoq; omnino hoc quoq; modo proximis nos exhibebimus, si plenā eorū chari-
tatē sortiti fuerimus. Enim uero, quæ admodū ex ore sancti anachoretæ Chermionis abba-
tis Casianus cōscripsit: Qui talis factus est, nullis deinceps peccantiū uitijs irascetur: quin
potius eorum infirmitatibus peccatisq; condolens, ueniā ipsis adipisci à deo conabit: se q;
demū tā diu similitū stimulis passionū impugnatū remisiens, donec miseratione sanareū
diuina, non propria eruere industria, non iā iracundiā, sed misericordiā præuaricantibus
impendendā intelligit. Si autem quis obijciēs dixerit: Quomodo ait Casianus non irascē-
dum, in dignandumq; uitijs, cum dicit Psalmographus, Perfecto odio oderam illos: Non

1. Iohan. 3

Eodem

Quæ sit uera
charitas

Psalm. 139

naturam, sed culpam. Et Gregorius: Compassio, inquit, debetur proximo & rectitudo uirtus, ut in uno eodemque homine diligamus bonum quod factus est, & persequamur mala que fecit. Respondendum autem: Irascendum quidem uitium, ut puniantur in presentibus indulgendum autem atque orandum, ne in futuro aeternaliter torqueantur. Sic enim propriis quoque culpis nos irasci oportet, quoniam malum impunitum nequit relinquere. Ideoque dum tepus causaque requirunt, proximorum peccata nedum increpare, sed & ulcisci demum oportet: quia ad correctionem fraternam uniuersa tenemur. Nihilominus sic extrinsecus est seruanus iustitiae rigor, ne intrinsecus desit pius compassionis dolor. Misericordia namque ex charitate procedit. Et scimus quia benefacit animae suae uir misericors. Si quidem beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Ideoque Christus ad phariseos: Eritis autem, ait, discite quid sit. Misericordiam uolo & non sacrificium. Præterea, ut Cassianus fatetur: Lucidum animi necdum purgati iudicium hoc est, in alienis peccatis non condolere affectum seruare, sed austeram iustitiam atque iudicij censuram tenere: quippe qui necdum didicit, in quo secundum diuinum Apostolorum legis Christi plenitudo consistit, dicente Apostolo sancto: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Unde his uirtus amoris achu subiacere certissimum est, quae in alio inhumana & item in clementi feruere condemnat. Iustus namque, ut sapiens ait, miseretur peccatoribus: uiscera autem impiorum crudelia sunt. At uero paciste pore, euidentius nequit perfectae charitatis fraternae fore iudicium, quod inimicos diligere necessitatis uero persecutionis quoque hora, animam ponere, Christo testante: Maiore hac dilectione nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Si autem quis in se, eo quod secundum Apostolum, cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: dicendum, eum utique nos dilexisse, potissime secundum rationem praedestinationis aeternae, alioqui non in utique tanta nobis bona impendisset.

Articulus XIII. De uera atque sincera charitate, per quam deo potissime conformamur.

NOS igitur diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos. Qui alium sincere neque diligit, non iam propter ea quae uult sunt, sed propter ipsum utique: cum amat. Porro, qui iccirco alium amat, quoniam sibi utilis est, & quia ab eo commodum expectat & sperat, non illi, sed dona eius, praesertimque seipsum committitur diligere. Ideoque is duntaxat uerus purusque dei amator censendus est, qui eum, ut possibile est fecerit illud preceptum, ex toto corde, totaque mente, totaque anima & ex omni demum fortitudine sua diligit, non commodi alicuius intuitu, sed nec remunerationis aspectu, uel quia sibi deus conueniens est eo ipse eget. Quin potius propter conaturalē ac superamabilem suam bonitatem, sanctitatem ac perfectionem ei afficitur, eum amat atque completur. Et iam non metu poenae, neque felicitatis obtentu, sed propter ipsum nudum boni affectum desideriumque uirtutum ac diuinitatis ardorem, deo adhaeret, seruit, itemque iugiter & delectabiliter patitur. Nempe id est quissimus charitatis ordo efflagitat, ut quae minus bona sunt, minus desiderantur atque amentur: quod autem praestantissimum est, ardentissime ac propter seipsum diligatur: caetera uero in ordine ad illud, & propter illud, unde solus deus propter seipsum summe amandus est. Denique, neque nos ipsos, nec propriam salutem aut commodum, nisi in ordine ad deum, propter deum, & ob eius amorem atque honorem amare debemus. Praeterea qui deo tantum deum diligit, quoniam sibi conueniens est, hincque principaliter ei obedit, ut sibi felicitatem ac dona impendat, non ueram atque gratuitam dilectionem, quae sola meretur, sed naturalē ac imperfectam duntaxat charitatem, quae nihil a deo gloriae promeretur, quoniam super se inordinate reflectitur, se adeptum agnoscat. Huiusmodi quippe dei dilectio, ad se iniuste conuersa, ueri amoris, qui semper in altum tendit, ac in deum finaliter scandit, expertus est: & naturalis perhibetur, quoniam ex naturali inclinatione, quae cuncti beati esse desiderant, proficiscitur, & ex informi fide egreditur: ideoque non meretur. Itaque & nos & propria salutem in deo, ad deum propter deum amemus: quatenus cum sponsa fateri possimus: Ordinauit in me charitatem. Enim uero qui hanc tam ordinatam dilectionem, gratia dei sortitus est, in dei ac diuini amoris similitudinem iam processit. Ille equidem nos dilexit, nil a nobis recipere sperans (bonorum enim nostrorum non eget) sed propter nos ac nostram salutem nos fecit atque refecit: hoc non propter nostram iustitiam, sed suam munificentissimam bonitatem, non poenae horrore, nec amoris cupidine diligimus, deiformes efficiuntur.

Iob. 24

Prouer. 18
Mat. 5
Oice. 6

Mat. 9

Gal. 6

Prouer. 12

Iohan. 15

Rom. 5

I. Iohan. 4

Mat. 22
Marc. 12
Luc. 10

Can. 9

Psal. 15

Prouer. 16

Denuo, dum inimicos quoque amamus, neque ingratis beneficia exhibere desistimus, diuino utique amoris, qui solem suum iustis ac impijs lucere instituit, bonis ac malis pluuiam fundit, omnibusque quantum in se est, se communicare paratus est, & unicuique ut capere ualeat, se infuit, conformes in charitate facti sumus. Quam se dei assimilationem adeptum Iohannes agnoscens: In hoc, inquit, perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Etenim quomodo fragilis humilisque natura in hoc mundo esse potest ut deus, nisi ad instar charitatis diuinae in bonos & reprobos lenem semper placidumque cordis extendendo charitatis affectum, bonum ob ipsius uirtutis amorem efficiens, atque ad adoptionem filiorum dei pertingens?

Articulus XV. De tribus quae homines ad dei obsequium trahunt: & cur quidam serui, quidam mercenarii, quidam autem amici appellentur.

SI quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Tria sunt quae ad peccata libidine mentem auertunt, & ad dei mandata inducunt: Primum timor est poenae, scriptum est enim: Timor domini odit malitiam. secundum spes praemij: tertium autem charitas est. Igitur qui deum timet, non timore illo filiali ac casto, qui ex magnitudine amoris emanat, sed ne iusta poena plectatur, seruus uocatur: serui enim est timere tormentum quia si sciens uoluntatem domini non fecerit, plagis uapulabit multis. Et propheta: Filius, inquit, honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Denique mercenarius perfecta nondum charitate formatus ac propria quaerens, mercedis auiditate, non mora rectitudinis aut dei charitate deo seruit mandataque seruat. Et quidem si sic in his timor seruilis ac proprii commodi amor consistant, ut de filiali timore atque ipsius dei filiali dilectione nil penitus asit, nec seruus nec mercenarius quippiam promeretur: qui enim poenam metuit & deum non diligit, sine gratia est. Sed & qui se duntaxat privato inordinatoque quaerit amore, stans ad se reflexus, non in deum erectus, diuina utique dilectione destitutus est, quod iam paulo ante lucidius deductum recorder. Praeterea, cui bene operandi ratio nec metus est, neque sui lucri cupido, sed uirtutis atque munditiae indissolubilis ac iugis affectio, quem non aliud, quam diuinae reuerentiae amor, bonique summi serui oblectat, hic dei amicus rite asseritur, & is duntaxat stabilis in bono constansque subsistit. Charitas enim nunquam excidit: & ratio atque fomentum quod eum inducit, syncerum est, perpetuum atque diuinum. Denique, quae quaerit, intendit ac aspicit, aeternus est, cuncta prospiciens & ubique assistens. Neque nil utique huic humanus addet respectus, neque aspicientis creaturae reuerentia ei quicquam adhaeret, neque solitudo tollit aut minuet, quin potius semper atque ubique propriam intra se conscientiam intuens, actuum cogitationumque cunctarum animae suae peruigil erit custos, cum Helia Helizae atque dicens: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie: imò semper atque ubique, itaque proficisci festinans de uirtute in uirtute, a timore ad spem, & item per uirtutum ad charitatem meabit. Porro, is quem timor a uitio cohibet, timore ablato, ad id repente quod diligit, reuersurus est, nec in bono pacifice stabiliterque mansurus: quoniam in uirtutis affectu nondum ascendit. Qui praeterea praemiorum cupiditate inducitur, non utique uero summoque bono cor directe impressit: qui autem dei duntaxat nuda & absoluta dilectione inflammat, non quiescit donec perueniat quia Iohanne testante, Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei conseruat eum: hoc est, non remanet neque finitur in mortali capitalique crimine, quoniam semen dei in eo perfeuerat, quia electus est.

Articulus XVI. De concordia catholicorum doctorum & distinctione timoris.

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor poenam habet. Videntur, nisi fallor, si diligenter intueamur, orthodoxi doctores de praesenti materia diuersa sentire, sed rite contemplantibus summa eorum plenitudo debet concordia. Nempe uir a deo utique mirabiliter eruditus Iohannes Ruysbroick, in libro de Perfectione filiorum dei, ubi multa pulchra profundaque scripsit, de seruis ac mercenarijs loquens, seruos mercenarijs praetulit, & mercenarios demum ab omni felicitate ac gratia inanes appellat, seruos autem in gratia statuit. Cassiani uero rationes atque auctoritates his, ut appareat, repugnant: seruis namque mercenarios praefert, & mercenarios quoque qui mercedis operantur intuitu, non omnino euacuat, dicente Psalmographo: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum, propter retributionem. Et de Moyse narrans Apostolus: Aspiciebat, inquit, in remunerationem. Rufus, inter ami-

I. Iohan. 4

I. Iohan. 3

Prouer. 9

Luc. 12
Mat. 2

I. Cor. 13

1. Reg. 17
4. Reg. 3

I. Iohan. 3

I. Iohan. 4

Psal. 110

Hebrae. 11

Iohan. 9

Roma. 9

Psal. 120

Psal. 116

Psal. 73

Psal. 121

Iohan. 15

Isa. 11

Psal. 17

cos dei & filios non distinguit Cassianus, quemadmodum Iohannes Ruysbroick sed horum atq; eis maiorum concordia clare patebit, si fiat timoris diuisio. Est quippe seruilis timor constitutus seruum, qui non manet in domo in æternū, & hunc perfecta charitas, quia pœnalis est, penitus eijcit: hinc seruu mercenarius preit unde Augustinus: Timor, ait, seruilis est, cum per timorē gehennæ continet se homo à peccato: quo præsentiam iudicis pœnamq; metuit, & timore facit quicquid boni facit: non timore amittendi æternum bonum, quod non amat, sed timore patiedi malum, quod formidat: non timet ne perdat amplexus pulcherrimi spūs, sed ne mittat in gehennā æterni tormētū, de hoc timore Apostolus ad Romanos: Non accepistis, inquit, spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum filioꝝ dei, in quo clamamus, Abba pater. Etenim ut super hæc uerba Augustinus asseruit, quamuis seruilis timore credatur deo, non tamen creditur in deum: & si per eum bonū fiat, non tamen bene. Nemo enim inuitus bene facit, etiam si bonum est quod facit: hic ergo timor esse nequit meritorius. Est igitur alius quidam timor, qui initialis uocatur, qui charitari nondum perfecte commiscetur, eoq; magis pellitur, quo charitas magis augetur: hic timor priorem minuit, & quod ante durum erat, amabilius reddit. Deniq; timor iste ad fideles seruos pertinet, quos Ruysbroick mercenarijs præfert. Vnde nec simpliciter seruos, sed seruos fideles mercenarijs prælit: est q; insup meritorius timor iste, & tam ille q; alter initialis est sapientiæ, & ad charitatē disponēs: hic tñ secū dus magis atq; propinquus. Præterea, tertius timor est castus & filialis & amicalis, de q; S. Dauid concinit: Timor dñi sanctus, permanens in seculum seculi. Hunc ardens gignit amor, quo formidamus ne tardet dilectus, ne abeat, ne offendamus, ne careamus: hic timor primū eijcit, & secundū perficit, est q; in charitate perfecta, & quo maior est charitas, eo ipse quoq; in tenior est, quemadmodū indulgentissimū patrē filius, ac amantissimū sponsum coniunx sollicito reueretur affectu, ne uel paululum offendat pñsimū uultū, nē ue amoris uirtus tepescat, de hoc timore ait scriptura: Time te dominū omnes sancti eius, quoniā nihil deest timentibus eum. Et denuo: Beatus uir qui timet dominū, in mandatis eius uolet nimis. Hinc insuper constat, quemadmodū dicitū firi lam non dicā uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: uos autē dixi amicos. Hoc nempe de seruitute quā timor facit seruilis, dictū est. Porro, seruus bonus, prudēs atq; fidelis, & seruus est & amicus: sed & omnes insuper, qui in gratia sunt, siue filij sint siue amici, serui quoq; existunt deo enim obsequuntur & parent. Deniq; quomodo timor filialis in patria fit tam in angelis q; animabus beatis, & itē in omnibus illic æternaliter permanētib; & rursus, q; liter animæ Christi timor hic insuit & nunc etiā inest, modo relinquo. Hanc namq; materiā magister Sententiay libro tertio pulchre pertractat. Nunc tamen in iā tum breuiter tangā, non habere timorē istū sanctū, eosdē usum & actū in patria, quos habet in uia: non enim beati in cælo metuunt, ne deū offendant aut perdat, aut eius in ipsis ardor tepescat, sed remanet illic reuerentia, quæ est (ut ait magister) mixta cum subiectione dilectio. Sic demū & Christo secundū naturā assumptā hic timor inerat & nūc etiā adest: nunq; enim deū offendere aut eo carere timebat, quippe q; nec unq; uiator purus extitit, sed plus omnibus diuinitatem reueritus est, quemadmodū de ipso prophetauit Isaias: Replebit eum (inquiens) spiritus timoris domini.

Articulus XVII. De amabilitate diuinæ naturæ.

Diligā te domine fortitudo mea, dominus firmamentū meū & refugiu meum & liberator meus. Vnū quodq; quo fuerit in bonitate præstantius atq; in pulchritudine formosius, eo amabilius desiderabiliusq; existit. Tu autē o rex gentium, o princeps altissime, o summe adorandē deus, pura atq; immēsa bonitas, cui idē est esse & bonū eē, qm naturaliter bonus es, & q; ad bonitatis plenitudinē, decorē dignitatēq; pertinet, tibi profus cū incōprehensibili, incircūscriptibili ac superexcellētī eminētia maiestateq; cōpetit. Es enim o benedictē creator, o incōparabilis rex & uniuersorū dominator omnipotens, omnū bonitatū fontana causalisq; bonitas, sine cuius participatione nil uel minimū quid de bonitate sortitur: & quo tibi amplius appropinquat, eo res quælibet melior est: quo autē magis à te abierit, eo uilior defectuosiorq; efficitur. Præterea, tu o sublimis & in finitū cunctis præstantior deus, pulcher es & separata ac incircūscripta super substantialisq; pulchritudo: es enim o sancte domine lumen luminū, superessentiale lumen & interminabilis candor: neq; est finis, mensura uel modus clarissimi illius splendoris, quo in te ipso æternaliter radians fulges. A tuē nempe emicatione lucis uultus naturæ ornat, uniuersa splendent, sol & luna, ignis omneq; fulgidum, cæli & sydera claritatē

claritatem suscipiunt, uenustantur ac lucent: sed & omnium tam supermundanorū quam humanorū mentes ac oculi animorum in lumine tuo uident, discernunt, intelligunt. Eñ uero quicquid in ordinibus uniuersi entis sparsim ac finite consistit pulchritudinis, amœnitatis, bonitatis, perfectionis, dulcedinis tibi o deus simplicissime atq; cum immensa excellentiā inest. Omne pulchrum, omne amœnum & bonum tua domine pulchritudo incomparabiliter uincit, tuatq; dulce do atq; perfectio immense excedit, & quicquid appeti ualer, in te superplene quiescit. Tu enim o omnium causa, uita es quæ naturaliter uiuit, uita simplex ac pura, quæ totaliter uiuis: nec aliquid in te est, nisi syncerissima & actualissima uita: nec aliud in te est uiuens, aliud uita, aliud uiuere, sed ipsa tua essentia uita est, in qua omnis uita perfectio, nobilitas ac beatitudo consistunt. Deniq; ab ea omnis uniuersorum uita effluxit, uita natura, uita gratiæ uitaq; gloriæ. Ab eius nempe immediata in cessabiliq; participatione supercelestes illæ mentes immortalem ac in dissolubilem uita uigorem uitaq; incorpoream atq; felicem suscipiunt. Porro, in tua domine substantia naturaliter & absq; simplicitatis iniuria superplene comprehenditur omne quod amabile est & appeti ualer, æterna ac certissima ac cuncta disponens sapientia: uirtus fontana, omnipotens atq; illimitata, cuius communicatione subsistit omnis uirtus creata, neq; in icu oculi perduraret, nisi eam o domine uirtus tua manuteneret. Præterea, in te o altissime iucunditas immensa felicitasq; perfecta: nullius eges, à nullo dependes, neq; aliunde quid suscipis, sed de proprijs gaudes & omnibus sufficis.

Articulus XVIII. De sincera delectatione atq; admirabili dulcedine contemplatiuæ uitæ.

Vitate & uidete quoniā fixus est dominus. Vera delectatio in unione uetri boni consistit: uita enim quippiā bono conuenienti sibi coniungitur, naturaliter delectatur. Gaudium igitur mentis in conceptione unioneq; intellectu boni fitum est. Quo itaq; in intellectuua pars animæ sensitua parte melior est, purior, nobilior atq; præstantior, ipsūq; demum diuinum ens, quod eius obiectum est, diuina uidelicet increataq; ueritas, & item incircūscripta simpliciterq; perfecta bonitas omni sensibili atq; creato ente sublimius est, dignius & in omni bonitate, amabilitate ac dulcedine præclarius, eo delectatio itemq; dulcedo, quæ in contemplatione consistit sensitua, omni carnali atq; illicita oblectatione mūdiores sunt, suauiores, appetibiliores ac diuiniore: ideoq; utiq; admirabiles ac uoluptuosissimæ deliciae in contemplatiuo animo conqueiscunt. Deniq; eo gaudia ista mentalia dulciora redduntur, quo fuerit anima magis disposita ad diuinā, & æternorum amplius capax effecta. Si enim nec dum rationi sensualitas ipsa obedit, si animo adhuc passionē dominantur, & ad exteriora mēs uaga diuoluitur, non utiq; hominem uehementius oblectabunt contemplatiuæ opera uitæ, oratio, meditatio, secretum, psalmodia, compunctio, speculatio, amor, studium, pax, quies, quàm carnales deliciae exterioraq; opera ac sensualis uoluptas, & hoc quidem propter animæ uilitatem, immunditiam incapacitatemq; contingit, quoniam contemplatiua uita quantum de se est, alia omni uita incomparabiliter amœnior est, iucundior, eligibilior atq; suauior, sed hoc nemini nisi gustanti expertoq; constat. Nempe ut Gregorius ait: Corporales deliciae dum habentur in fastidio sunt, aut cito in fastidio sunt: dum autem non habentur, in desiderio extant: spirituales autem deliciae dum non habentur, fastidiuntur: habitæ uero amantur atq; optantur. Cum enim sit deus immensa bonitas, ei utiq; uniri dulcissimum est: & quo fuerit unio ipsa intimior, eo quoq; suauitas erit amœnior. & gustanti eam carnalis omnis paulatio & oblectamentum mundanum mox uilescit, atq; in fastidio contempraerunt. Porro, uita huius internæ dignitas & delectatio ex his quæ de se facer fatetur Gregorius, lucide patet. Si quidem in exordio Dialogorum affari Petri exorsus, dolens suspiransq; ait Infelix meus animus pulsatus, occupationis suæ uulnere meminit, qualis aliquando in monasterio fuerat: quomodo ei cuncta labentia fubterant: quantum rebus omnibus quæ uoluntur, eminebatq; nulla nisi cœlestia cogitare consueuerat: q; etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra contemplatione transcendebat: q; mortem quoq; (quæ pene omnibus pœnā est) utingressum uitæ & laboris sui præmium amabat. At nunc ex occasione curæ pastorali secularium hominum negotia patitur, & post tam pulchram quietis suæ speciem terreni actus puluere cœdatur.

Articulus XIX. De uera ac stabili pace cordis.

Beati

Iohan. 14

Psal. 73

Gregorius

Mat. 9

BEati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Quemadmodum undecimo capitulo de diuinis nominibus ait Dionysius, & decimonono de Ciuitate dei Augustinus: Pacē cuncta desiderat, & propter eius bonitatē agunt uniuersa quæ agūt: omniū enim bonorum nostrorum finis est. Deniq; ut Augustinus diffinit: Pax est tranquillitas ordinis. Ordo autem, inferiorū ac superiorū debita est habitudo, ut uidelicet fecū dum superioris exigentiam atq; censuram inferiora disponant ac pareant. Itaq; cum secundū Dionysium, optimum hominis sit secundum rationem esse, dum in homine inferiores omnes potentia rationi subduntur, & eius iudicio cuncta prompte atq; stabiliter sūt, tunc mens pacem ueram sortita est. Pax nempe perturbationem excludit. Perturbatio uero, rebellio est inferioris à superioris recto iustoq; ordine. Et quemadmodum teste Aristotele, Optimū in entibus est ordo, sic pessimum in ipsis extat turbatio: ideoq; obedientia nobis præsertim distictissimeq; seruanda est. Qui enim inobediens est, pacem amittit, ordinē non tenet, & perturbationem quæ pessima est, suscitatur atq; inducit. Porro, uti tunc ciuitas pacem habet, dum secundum gubernatoris uoluntatem omnia in ea agūt, sic cum in cœnobio secundum præsentis directionem rectam ac rationalem fratres disponuntur & uiuunt, pacem habet cœnobium, & uæ illi qui eam impedit, aufert aut odit. Præterea, qui pacis stabilitatem seruare conatur immobilem, & ite in uiolabilem in concussamq; mentis quietem, mititate & patientia potissime eget, ne iniurijs moueatur neque ira flamma scatur. Mentis quippe iracundia atq; commotio pacem prorsus extinguit, & spiritum sanctū (qui utiq; non dissensionis, sed pacis spiritus rite dictus est) celeriter à corde depellit. Denique, pacifico fortitudo necessaria est, ne extollatur in prosperis, neq; opprimatur aduersis, & ne pacem cordis sui in aliorum potestate constituat: sed ipsam in se statuens, quæ eam extrinsecus aut lædere aut tollere queunt, mox spernat, celeriter pellat, nullatenusq; suscipiat. O dignitas pacis amanda! siquidem presentem uitam pax sancta dulcificat, & æternam insuper beatitudinem præstat: turbatio autem de cella atq; cœnobio carcerem efficit, atq; in futuro tartareum meretur ergastulum. Enim uero monachus pacis expertus, nusq; neq; in presenti, sed ne in futuro quidē, lætabitur: sed cella ei amara est, & infernalis ei carcer amarior erit. Hæc mihi amantissime frater conscripsi, ut desiderium tuū adimpleam, meq; informem. Fateor equidem, quoniam dum hæc scribo, nec tamen ea quæ scribo in me ipso inuenio, erubescor: perfectiorem demūq; quam me habere debere intelligo nec habeo, uehementer adipisci affector: quod mihi, tibiq; & omnibus quoq; præstet deus sublimis & benedictus, Amen.

1. Cor. 14

Libri secundi de uita & sine solitarij, finis.

D. Dionysii

CARTHUSIANI DE REMEDIIS TENTATIONVM,
LIBER VNVS. PRAEFATIO.



MILITIA est uita hominis super terram. Omnis homo in hoc seculo constitutus, aut seruit deo, aut ministrat diabolo. Si ex charitate diuinis obedit præceptis, deo obsequitur: si uero in mortali iacet peccato, diabolo seruit ac subditur. Porro, qui creatori deseruit, aduersarij eius resistit: ideo miles dei censetur: idcirco uita eius recte militaria perhibetur. Qui autem diabolo seruit, diuino resistit in finitui, angelicæ inspirationi reniuitur, rationem quæ ad optima deprecatur, non audit. Syn derei culpis remurmuranti repugnati scripturis quoq; exhortationibus, informationibusq; salubribus proximorum impie reluctatur. hinc uita ipsius est praua militia, militia utiq; carnis atque diaboli: & ipse merito seruus, membrum ac miles diaboli nuncupatur, beatissimo principe apostolorum testante: A quo quis superatus est, huius & seruus est. Hinc unigenitus dei patris diabolum uocat principem mundi: id est, hominum mundanorum, carnalium, iniquorum. Venit, inquiens, ad me princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Itemq; Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. De hac praua militia summus ait apostolus: Obsecro uos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Hæc militia est repugnantiæ contra uirtutes, de qua ad Romanos uas ait electionis: Vide o aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Itaq; uita hominis uirtuosi ac iusti est militia salutaris, qua contra aciem uitiorum, contra insidias tentationumq; dæmonum, contra mundum & ea quæ mundi sunt, contra seipsum (id est, propriam carnem & sensuallitatem ac improbam uoluntatem) iugiter & assidue pugnat, uirtuosiq; actibus uictoriose inhaeret, quemadmodum hortatur Apostolus: Stabiles e stote & immobiles, abundantes in opere dñi semper. & rursum: Vigilate, stete in fide, uirtuiter agite, confortamini & omnia uestra in charitate fiant. Militia demum hominis uirtuosi, est conuersatio & actio eius praua, qua ad creatoris sui iniuriam, ad omnipotentis dei contumeliam acquiescit & subditur uoluntatibus dæmonum, inclinationibus uitiorum, motibus passionum, iustos quoq; persequitur, æquitati & ueritati resistit, atq; per uias graditur tenebrosas. Deniq; de hac duplici militia sanctus ait Gregorius: Iustorumq; fortitudo seu militia est carnē vincere, proprijs uoluntatibus contraire, delectationē uitæ presentis continere, aduersa mundi huius pro æterna felicitate diligere, prosperitatū blandimenta abscere. Reprobos uero fortitudo atq; militia est, trāsitoria sine cessatione diligere, cōtra flagella conditoris insensibiliter perdurare, militiæ argumēta exquirere, uitā iustorum non solū uerbis ac moribus, sed etiā gladijs impugna re. Itaq; tam iustorum q; impiorum uita, aliquo modo militia nominati: ueruntū uita iustorum multo conuenientius nūcupat militia, quia ex uera & spiritali fortitudine deriuat, ad uerū quoq; & felicē ordinat triumphū in deo seruire, regnare est: uirtutibus aut resistere, iustos opprimere, & his quæ uere salubria sunt præualere, uilissima seruitus est potius q; uera militia, hinc quod ait scriptura, Militia est uita hominis super terrā, de bona est intelligendū militia, qua aduersarijs diuini honoris & humanæ salutis resistit. Talis aut resistentiā interdū tentatio dicitur. hinc pro eo quod S. Hieronymus tran stulit, Militia est uita hominis super terrā, Septuaginta interpretes trāsulerūt: Tentatio est uita hominis super terrā. Senius rē redit in idē, propter qd S. Moralium scribit Gregorius: Hoc in loco in translatione ueterine quæ militia uita hominis, sed tentatio uocatur: sed si utriusq; uerbi sensus aspiciat, eundē in intellectu concorditer format. Quid enim nomine tentationis, nisi pugna contra spiritus malignos exprimitur? & quid appellatione militiae, nisi exercitiū contra hostes signatur? Hæc Gregorius, Nihilominus militia magis proprie reluctatio contra tentationes, q; tentatio appellatur: attamen uita hominis tentatio perhibet, quoniā uita eorum qui rationabiliter atq; non deliter conuersant, & homines dici merentur, tot ac tantis tentationibus plena est, ut non immerito nuncupetur tentatio.

Job 7

2. Pet. 2

Johan. 14
Johan. 14

1. Pet. 2
Roma. 7

1. Cor. 15
1. Corin. 15

Iustorum militia.
Reprobos uero militia.

Job 7

Gregorius 9
Moralium,

Articulus I. Quid sit tentatio & tentare.

Proba

Philos

Proba me domine & tenta me. Sicut ait Gulielmus Parisiensis in tractatu suo de uitijs & uirtutibus: Tentatio uno modo idem est quod experimentatio, & tentare est experimentum sumere de re, ut innoteat uel ipsi tentanti, uel ipsimet rei tentate, uel alicui alteri: ut dum homo aliquid querit ab alio, ut experiatur & sciat eius fidelitatem siue scientiam de qua extat incertus: sic quoque tentat equum, quem currere facit ut sciat eius uelocitatem. Deus uero tentare hominem dicitur, non ut ipse illum agnoscat, sed ut homo sibi ipsi aut alijs innoteat, ut infra clarius exponetur. Secundo tentatio est idem quod impugnatio, & tentare est impugnare. sicut tentatio duplex est, puta actiua qua tentat diabolus, & passiuua qua homo tentatur, hoc est, impugnatur, mouet aut allicitur ad peccandum. Præterea, ut ex dictis in fine procemij patet, tentatio secundum Gregorium tertio modo uocatur pugna contra spiritus malos. His consonat quod in secunda secunda q. 97. asserit S. Thomas: Tentare est experimentum sumere de tentato, quod contingit dupliciter, ut puta uerbis & factis, ut dum quis alterius patientiam probat, uerbis eum corripiendo & quasi inuiriā interrogando: quoque utrunque adhuc dupliciter fieri potest, uidelicet manifeste, sicut dum aliquis tentatorem se esse fatetur, suam intentionem publice exprimit: & occulte siue insidiosè, quando suam non pauidit intentionem, uel bona intentione, & pro sua informatione interrogare se simulat, quem admodum in euangelio scribitur & pharisei Christum tentasse leguntur, dicendo: Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de alijs: dic ergo nobis, licet censum dari Cæsari an non? Itemque, Quod est mandatum magnum in lege? Tertio dicitur aliquis quempiam tentare interpretatiue, dum est non intendat experimentum de alio sumere, aliquid tamen agit quod ad aliud nihil ordinabile est, & ad experimentum sumendum de illo, ut si quis cogat currere equum absque utilitate & rationabili causa, hoc enim ad nihil utile esse uidetur, nisi ad experientiam equi uel locitatem. Similiter, si quis proponat alicui sibi profus ignoto quæstionem, quamuis non intendat experimentum de illius scientia sumere, hoc tamen ob aliud non uidetur fieri nisi ad hoc. Amplius de multiplici acceptione & diuisione atque distinctione tentationis, diffuse scribit Albertus libro de quatuor coæquæuis, inter cætera recte affirmans, quæ tentatio proprie appellatur motio seu inclinatio tentati ad electionem aut actionem eius quod tentans intendit, siue illud sit bonum, siue malum, ad sumendum agnitionem & experimentum de illo, communiter tamen tentationem accipimus pro inclinatione aut motione ad aliquid illicitum: & qui tali tentationi frequenter succumbit, uocatur homo tentans: sicut doctores tentationem accipiunt, quando remedia contra tentationes assignant. Postremo, tentatio interdum uocatur quæcunque afflictio siue aduersitas.

Articulus II. Qui sunt, a quibus homines tentari dicuntur, & qualiter tentare diuersimode conueniat deo & angelis, mundo, carni, demonibus atque hominibus.

Eccles

Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Difficultas ista qua queritur, qualiter tentare diuersis diuersimode ascribatur, consurgit ex uarijs autoritatibus scripturarum, quæ sibi inuicem prima facie uidentur esse contrariæ. Nepe quod deo non competat tentare homines, apparet ex eo quod Iacobus protestatur apostolus: Nemo cum tentatur, dicat quia a deo tentatur, deus enim intentor malorum est: ipse namque neminem tentat. Præterea, ad Thessalonicenses scribit apostolus Paulus: Nisi ad cognoscendum fidem uestram, ne forte tentauerit uos is qui tentat, & inanis fiat labor uester. Vbi per eum qui tentat, designatur diabolus, sicut uidetur quod tentare conueniat tantum diabolo. Vnde & Glossa ibidem: Officium, inquit, diaboli est tentare, quod item probatur ex eo, quod fertur in Matthæo: Et accedens tentator (id est diabolus) dixit. Sed his rursus contrariari uidetur, quod apostolus Iacobus loquitur: Vnusquisque tentatur a propria concupiscentia abstractus & illectus. Ex quo apparet, quod uel soli carni, uel ei potissime tentare conueniat. Præterea, quod deo competit tentare, ex plurimis declaratur testimonijs scripturarum. In exodo enim ait Moyses filijs Israël: Ut probaret uos, uenit dominus. Idem in Deute. Adduxit te dominus deus tuus, ut affligeret te atque tentaret. Sic & in Genesi narratur: Tentauit deus Abraham. Itaque pro horum concordantia aduertendum, quod supra secundum Sententiarum dist. 21. asserit Thomas: Ad perfectam rationem tentationis tria concurrunt: primum est, ut cognitio illius cuius dubij per tentationem accipiat, siue pro certificatione tentationis siue alterius. Secundum est, ut hoc ipsum sit a tentante intentum. Tertium, ut ipsemet tentans uelit cognitionem rei illius accipere. Et tamen strictè ac proprie de tentatione loquendo, tentare non conuenit deo, cui ipse oia sciat, sed a demonibus atque hominibus conuenit sic tentare: demones tamen in cognitione tali non sistant, sed referunt

Tentatio duplex.

Matr. 22

Iaco. 1.

1. Thessa. 3.

Mat. 4.

Iaco. 1.

Exod. 20.

Deu. 8.

Gen. 22.

referunt eam ad nocendum ei quem tentant. Homines uero in tali cognitione sistere queunt, possunt quoque eam referre ad finem ulteriorem, uidelicet ad nocendum ei quem tentant, quod est hominum iniquorum: uel ad proficiendum sibi ipsis aut alijs, quod bonorum est hominum. Porro deo conuenit tentare secundum duo prima prædicta, ad tentationem proprie dictam requisita quoniam tentat homines, ut per hoc qualitas horum quos tentat, salubriter innoteat eis aut alijs, & tentando eos intendit hoc ipsum, sicut tentauit Abraham patriarcham, ut ipsemet sciret quanta esset uirtus obedientiæ suæ, & in deo regeat: et ut atque proficeret, ac alijs in exemplum imitationis proponeretur. Simili modo tentauit uirtuosum Tobiam, prout Raphael angelus ait ei demum: Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te, ubi tentatio pro aduersitate & execratione corporali accipitur. Vnde legitur & ibidem paulo antea: Hanc tentationem ideo dominus permisit euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. At uero mundus & caro tentant solū quantum ad primum illorum trium, ad tentationem proprie sumptam requisitorum. Mouent enim ad quædam illicita, ut per hoc accipiat alicuius rei cognitio, siquidem ex tali tentatione manifestatur an homo sit uirtuosus an uitiosus, quamuis caro & mundus hoc non intendat. Cum autem caro tentare hominem perhibetur, per carnem sensualitas quoque seu appetitus sensituius, concupiscibilis & irascibilis, & exteriores interioresque sensus intelliguntur: per quæ omnia homo frequenter ad uitia inclinatur & tentationes incurrit: per mundum uero intelligi possunt terrenæ diuitiæ, deliciae & honores, atque obiecta uirium sensituiarum: tam cognitio uirium que appetitiuarum, in quibus obiectis non est intellectiua cognitio: frequenter tamen in scripturis, præsertim in euangelio sancti Iohannis, nomine mundi, homines in hoc mundo uiuentis signantur. Nec solū impugnatur homo a propria carne & sensualitate, sensituiisque uiribus, sed etiam a proprio intellectu ac uoluntate, secundum quod ex originali peccato infecti sunt, ex quo peccato inflata sunt animæ quatuor uulnera, ut puta concupiscentia (id est, pronitas ad inordinata desideria) sensituiæ partis & carnis, quæ est in ui concupiscibilis, & in similitas in irascibili, ignorantia in intellectu, & malitia in uoluntate. Vnde propria uoluntas & ignorantia ac curiositas intellectus, ad multa uitia hominem mouent. Insuper, quædam tentationes hominis sunt a causa extrinseca: & hoc contingit dupliciter: primo, dum causa illa mouet hominem ad peccandum per modum obiecti, id est, sicut obiectum mouet potentiam, ut color, lux seu pulchritudo uisum, harmonia auditum, & ita est tentatio a mundo, cuius rebus uires animæ alliciuntur ad uitia, quemadmodum in Sapientiæ libro scriptum est: Creaturæ factæ sunt in tentationem hominum, & in mulcipulâ & laqueum pedibus insipientium. Secundo fit istud per modum causæ agentis, sicut dum aliquid trahit hominem ad peccandum, per suadendo, terrendo aut blandiendo, & hoc rursus dupliciter accidit: primo ab inuisibili causa, puta diabolo: secundo a causa uisibili, scilicet homine. Alio modo oritur tentatio hominis a causa intrinseca, hoc est, a carne, sensualitate seu improba uoluntate. Ait namque apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum. Porro secundum Augustinum, mundus (id est, acies hominum mundanorum) dupliciter tentat milites dei: primo, prospera & delectabilia promittendo, puta honores, diuitias, uoluptates: secundo, aduersa & aspera comminando seu infligendo, quod contra ait saluator: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Sed contra hæc duo serui Christi constanter persistunt, ita quod nec prosperis seducuntur, nec quæ aduersis deiciuntur, quod in beatissimis martyribus potissime est impletum. Hinc ait Hieronymus: Iusti ac fortis uiri est, nec aduersis frangi, nec prosperis eleuari, sed in utrisque mediū obseruare. Et rursus: Per bonam & malam famam a dextris & sinistris miles Christi progreditur, nec laude extollitur, nec uituperatione deicitur, nec diuitijs tumet, nec paupertate confunditur, & læta contemnit & tristitia. Amplius, sicut ait Albertus, quemadmodum deus, ita & angeli sancti tentare dicuntur. Nec enim præfato modo deus tentauit Abraham, Iob, Tobiam ac cæteros iustos, iuxta illud, Deus tentauit illos & inuenit illos dignos se, nisi per creaturam subiectam. Itaque loquendo de tentatione inclinante ad uitia, uel cuius finis est deceptio ac nocere ex intentione tentantis, sic tentare est diabolo potissime conueniens: conuenit quoque deinceps membris eius iniquis hominibus. Veruntamen diabolus non est semper proxima causa tentationis & immediatus tentator: quia ut asserit Origenes, quauis non essent diaboli, adhuc homines inclinarent ad uenera & multa illicita. At tamen tentationes carnis & mundi frequenter a demonibus excitantur atque augentur, quoniam per delectabilia carni, & per prospera aduersa quoque mundi, tanquam per instrumenta quædam ac media tentant nos.

Tob. 12.

Tob. 3.

Sap. 14.

Gal. 5.

Mat. 10.

Luc. 12.

Sap. 1.

Gen. 6.

Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt in malū ab adolescentia sua. Quicquid conatur hominē in ducere ad ea quæ sũg cõtrariantur salutī, potest uocari hostis & aduersarius eius. Hinc iniqui sunt hostes animæ suæ: & omnis qui peccat mortaliter, inimicus est sui ipsius. Similiter, qui alium amat carnaliter aut proximū scandalizat letaliter, aduersarius est illius. Nā cupit aut inferi illi quæ ipsius aduersant salutī, qđ ueræ opponit charitati. Ideo dixit Psalmista: Qui autē diligit iniquitatē, odit animam suam. Tobia quoq; sanctus Raphael loquitur: Qui faciūt pctā aut iniquitatē, hostes sũt aīæ suæ. Hinc cõiter dici solet, qđ tres sũt aduersarij aīę, ut puta diabolus mūdus & caro, intel ligēdo per diabolū quēcunq; spm̄ malignū tentatē. & quis unus & idē homo à diuersis tentē dæmonibꝫ, uel simul uel successiue (propter qđ ait scriptura: Cadē à latere tuo mille & decē milia à dextris tuis) tñ quē admodū unū quisq; homo à suæ natiuitatis exordio, imō ab exordio suæ gnationis in utero sortitus est angelū unū (sc̄m̄ sui custodē, ita & angelū malū seu dæmonē aduersantē, à quo assidue impugnat à tēpore quo uti incepit ratio ne, non tñ cõtinue. Secūdu s aduersarij aīę, loquendo in gnali, est mundus. i. hoies seculares, intimatori, carnales, ad uitia p̄trahētes, seu bona terrena sensibiliaq; obiecta, in quibus aliqđ amabilitatis & delectabilitatis cõsistit, per quod ad peccandū alliciūt: hoc est, ad inordinatum amorē, cõcupiscentiā prauā & delectationē immundā. Ideo scriptum est in prima Iohānis canonica: Nolite diligere mundū neq; ea quæ in mundo sũt, quia si quis diligit mundū, nō est charitas p̄ris in eo. Quod non est intelligendū, quasi debeamus machinam mūdālem aut proximos in hoc mūdo degētes odire, cum iubeamur etiam inimicos diligere: sed quōd uanitates mūdanas & uoluptates impuras atq; inanes honores, & quicquid in mundo nostrę aduersatur salutī, debeamus odire, abhorre ac fugere, secundum quod tale. Iuxta quem sensum ait saluator: Si quis uenit ad me, & nō odit patrē suū ac matrem & fratres & sorores, nō potest meus esse discipulus. Tertius aīæ hostis est propria caro infecta cum sua sensualitate & fomite, ad uarias culpas inclinans, in qua uiget lex peccati quæ caro aggrauat animā, & necessitatibus, indigentij, occupationibus ac superfluitatibus suis innumerabilia impedimēta uirtutum spiritualiumq; profectū, cõtemplationum & uirtuosorū internorūq; exercitiorū ingerit animæ. Hinc ad Romanos scribit Apostolus: Qui in carne sũt. i. desiderij, carnis & passionibus sensualitatis subdunt, deo placere non possunt. & denuo: Si secundum carnem (inquit) uixeritis, morietimini. Itemq; Video (ait) alia legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ. Veruntū, sicut præcedenti articulo tactū est, nō solum caro, sed & uolūtas, ppria ex originali peccato per malitiā infecta & læsa, intellectus quoq; ex eodem pctō per ignorantia uulneratus, hostes sũt aīæ, ad multa uitia inclinātes eandem. Vnde sanctus fateretur Bernardus: Tolle propriā uoluntatem, & infernus nō erit. In quem em̄ infernalis desæuiet ignis, nisi in filios, ppriæ uoluntatis: hinc in quodā Sermone pulchre tractat de lepra proprię uoluntatis, & de pprię lepra consiliū, imō om̄is creata essentia atq; potētia, eo ipso quo creata est, & per cõparationem ad suam originē ex qua, id est, ad nihilū, defectibilis est, labilis & prona ad malū, ac uanitati subiecta, quæ uanitas est distātia & defectus à summo & incõmutabili increatoq; esse, ut Alexander de Hales testatur. Vnde & Salomon loquitur: Vanitas uanitatū & om̄ia uanitas. Apostolus qđq; Vanitati creatura subiecta est nō uolēs. Ex quibus clarissime innotescit, qđ in decēs, illicita atq; contraria sit omni creaturæ omnis superbia, om̄is confidentia in se, omnis præsumptio de se, & om̄is gloriatio uana. Postremo, qđniam originale pctūm & fomes radicaliter & originaliter sũt in carne, ita qđ anima ex unione cum carne, p̄factam uulnerationem in uiribus suis prædictis fomitemq; incurrit: ideo p̄ carnem dantur intelligi oēs potentie illæ ad uitia inclinātes, uidelicet cõcupiscibilis, irascibilis, intellectus, uolūtas. Itaq; his hostibus suis & cūctis eorū tentationibus oportet animā uiriliter reluctari ac præualere, quatenus ita resistat dæmonibus ut fugiant ab ea, carnem quoq; in suam redigat seruitutem, & ea quæ mundi sũt aspernetur, quod qualiter fieri possit ac debeat, infra tractetur.

Palm. 10. Tobia

Psal. 90.

Iohann. 3

Luc. 14.

Sapl. 9

Roma 8. ibidem. Rom. 7

Eccl. 1. Roman. 8

Articulus IIII. De inchoatione, progressu & ordine diabolicæ tentationis in nobis.

Gen. 3.

Dixit serpens ad mulierem: Cur præcepit uobis deus ut non comederetis de omni ligno paradisi? Quemadmodū magister sententiæ libro II. ex uerbis sapientissimi Augustini diffuse declarat, consimilis inchoatio, progressus & ordo tentationū in nobis est, quæ ex diaboli impugnatione incidimus, inchoationi, progressu,

gressioni ac ordini tentationis primorū parētum: in qua diabolus in forma serpentis apparrens, tentationē incepit, mulierem aggrediendo, interrogando, cibūq; uetustum ei offerēdo & eam fallendo: cuius tērationis p̄gressio fuit, qđ mulier suggerenti diabolo audientia præbuit, credidit & consentiit: cõsummatio autē fuit, dum & uir consensum dedit uxori, & contra diuinū præceptū de fructu comediti prohibito. Cõsistit in nobis quotidie agitur, dū demon illicita suggerit sensualitati, sensualitas uero ea proponit rationi ac uoluntati que dū consentiunt, de illicito comedere phibentur: sicq; sc̄m̄ Gregorium, diabolus in tali tēratione gerit similitudinē officiumq; serpentis, sensualitas mulieris, ratio uiri. Porro, secundū Augustinū XII. de Trinitate, per serpentē sensualitas designat, cuius primus motus est sæpe suggestio dæmonis, ex cuius impugnatione oris prim' mor' p̄ mulierē uero significat inferior ratio, ita qđ delectatio cogitationis sc̄m̄ rationē inferiorē ē cõmestio mulieris: uiz autem figurat superior ratio, cuius cõmestio est consensus in delectationem plenarius. Itaq; teste Gregorio, p̄ hæc tria, puta suggestionē, delectationem & consensum homo in tentationem inducit, tentationēq; uincitur: quia p̄ suggestionē tentatio inchoatur, per delectationē progreditur, per consensum completi: quod in tentationibus de rebꝫ carnalibus, corporeis & mūdanicis præsertim intelligendū uidetur. Præterea, secundū doctores cõiter, in sensualitate non est nisi ueniale peccatū, in ratione uero inferiore tam ueniale qđ mortale peccatū consistit. Dum em̄ ratio ipsa inferior delectationem prauam mōx abiecit eū eam aduertit, nec ex deliberatione ei consentit, culpa est uenialis: si uero eā non reijcit, sed ex deliberatione cõsentit in eā, est culpa mortalis. & talis consensus uocat cõsentis in delectationē morosam, ita qđ delectatio nō uocat morosā ex temporis diuurnitate, sed ex deliberatione, dū p̄ rationis deliberationē adhuc cõplacet delectatio mala. Certū est quoq; tam uenialia qđ mortalia peccata, in superiore ratione locum habere. Nam & primi alig motus dicunt esse in ratione superiori, dum ex quadā subreptione subito concipiuntur, uenialia solū pctā dicuntur. Deniq; ratio superior & inferior nō sũt diuictæ potētie, sed eadē uis uocatur ratio inferior, in quantum procedit ex argumentis & cõsiderationibus reꝫ inferiorū, circa quas moralis philosophia uisatur, ut qđ aliqđ sit agendum, quia sic expedit uitæ humanæ & ratio dicitur: uitandum uero, quia superfluum est & nociuū. & eadem uis appellatur superior ratio, quantum intēdit causis & cõsiderationibus ac motiuis diuinis, ut ali quid esse agendum quā ad deo p̄cipitur & expedit ad æternā salutē uitādam uero, qđ displicet deo & lege phibetur diuina, atq; dānationem meretur p̄petuam: superior autē ratio inferiorē regere debet, quā cõsiderationes inferiores, morales, humanæ ac naturales, p̄ cõsiderationes & rationes sup̄naturales, diuinas ac supremas sũt gubernandæ. Præterea aduertendū, qđ primus motus sensualitatis cõiter dicitur esse culpæ uenialis: qđ intelligendū est de moribꝫ primis, qđ ex aliqua sua imaginatione seu cõsideratione procedūt, quō illi motus aliqđ modo subdūtur rationi ac uolūtati, à quibus sũt reprimēdi & p̄cauendi, sed motus primi qđ sũt pure naturales, & uocatur motus primo primus, nō extant aliqđ modo culpabiles, quæ ex causis pure naturalibꝫ oriūtur, nec aliqđ modo rationis ac uolūtatis imperio sũt subiecti, sicut dū qs ex sola naturali sup̄fluitate naturæ patit stimulū carnis, uel melacholicus ex malitia suę cõplexionis sustinet motū primū rancoris, sed quicunq; qs ex puia in p̄sione, imaginatione aut cogitatione rei carnalis stimulat, & motū sc̄do primū incurrit, ad min' est ueniale pctūm. & idē dicendū de primis aliisq; motibus uitiorū.

Gregorius Augustinus

In sensualitate nō esse nisi ueniale peccatum.

Motus primus, qđ primo primus dicitur.

Articulus V. Qualiter homo à diabolo, mūdo & carne uarijs modis tentet.

Sobrj est ore & uigilate, quæ aduersari' uester diabol' tanq' leo rugiens circūit, querēs quē deuoret. Dæmōnes ad tentandū, impugnandū, deijciendū qđ hoies, utitur carne & mūdo tanq' instrumentis ac medijs: quæ p̄ exteriores interioresq; sensus, & p̄ appetitū sensitiuū impugnat nos uarijs modis: primo, ip̄s sensitiuis potētij obijciendo seu representando obiecta delectabilia uel terribilia, p̄spera uel aduersa, quaten' ad inordinatū & carnalē amorē, siue ad uitiosum, carnalē & mundanū timorē, siue ad aliā passionē uitupabile nos accēdant, incitēt aut in ducant. Sc̄do, ad ipsa exteriora obiecta, sensibilia & terrena nobis undiq; occurrunt, nos uarijs modis afficiēdo, ita ut inordinate delectemur in eis, uel male contistemur de eis, atq; sup̄flue immoremur seu inhaeremus eisdē. Tertio immoderate nos occupando circa talia etiā in diuino officio, & qđ specialiter uacandū est deo in orōnibus, psalmodijs & meditationibus sacris. Insup, in corpora nr̄a agere possunt, & ea diuersimode alterare, accēdere & disproportionare, ita qđ inde ad libidinē, irā, acēdiā,

1. Pet. 5. Hostes a dæmonibus uel sic impetit.

11. 111.

timorem, audaciam, tristitiam & cōsimilia uitia excitamur sic & organa exteriora interiorumque sensuum & appetitus sensitui possunt multipliciter immutare & ita decipere, nō tam possunt directe in intellectum ac uolūtatē imprimere: sed quia in nobis est naturalis ac iugis & maxima colligatio atque connexio sensituarū & intellectus uoluntatis, intantum quod in intellectu nostra cognitio a sensitua cognitione depēdet, oritur ac procedit, & intellectus mediantibus phantasmatis quæ sunt in sensu interiori, tendit in actum, idcirco ex hoc quod demones sensitui uires in disponūt, & eas formas atque phantasmata turbant, impeditur & errat intellectus noster, & ratio in actibus ac iudicijs suis uoluntatis quoque ex motibus passionū obtenebratur, errat ac labitur. Idcirco necesse est tentationibus, passio nibus & immutationibus, quas inuisibiles hostes causant in potentijs & organis sensituiuis, & in corpore nostrorum complexioneibus ac sanguinibus efficaciter reluctari per remedia infra tangenda. Præterea, quod præinductis modis tentet nos satanas per sensituiuas uires & earum obiecta, cōstat ex uerbis sancti Cypriani dicentis: Circuit diabolus nos singulos, & tanquam hostis clausos obsidens muros, explorat & tētat an sit pars aliqua membrorum aut uirū minus fida ac stabilis, cuius aditu ad interiora ualeat penetrare: offert oculis formas illicitas ac faciles uoluptates, ut uisu destruat castitatem: aures per canora musica tentat, quatenus auditu soni dulcissimi soluat atque emolliat Christianum uigorē: linguam conuicit prouocat, manū iniurijs laesentibus ad petulantiā cædis instigat: uicra proponit, ut faciat fraudatorem: ingerit perniciosa compendia, ut animā pecunia capiat: honores promittit terrenos, ut tollat celestes: tentat falsa, ut uera subripiat: dumque latenter fallere nequit, aperte minatur, terrorem turbidæ persecutionis intentans, ad debellandos eos seruos semper in quietus & semper in se fit uis in pace subdolos, in persecutione uiolentus. Quāobrem contra uires satanæ diaboli tam fallaces insidias, contra apertas pugnas, persecutiones & minas stare animus iugiter debet instructus, tam paratus semper ad repugnandum, quam paratus est ille semper ad impugnandum. Hæc Cyprianus. Insuper, quod tentet nos per corporis alterationem & sanguinis uariā commotionē, probatur ex uerbis Augustini, dicentis quod demones immiscent se sanguinibus hominū ad excitandum tentationem concupiscentiæ. Consimiliter grauant ad acediam & somnolentiā disponendo, sed & sanguinis ebullitionem faciēdo disponunt ad iram: sicque ex tentatione diaboli potest sanctis hominibus grauis tentatio carnis oriri, quemadmodum sanctus refert Gregorius de beato Benedicto, quod dum adhuc clausus erat in antro, tantam inflammationem & concupiscentiam carnis subito incidit ex cuiusdā memoria mulieris, quod pene decreuit redire ad seculum. In quarto quoque libro Vitæ patrum narratur de quodam sancto anachoreta, quod dum ex compassione permisisset cellam suam intrare de sero feminā quandam, quæ se finxit errare & periclitari in eremo, mox coepit diabolus cor sancti illius sagittis concupiscentiæ uulnerare: qui intelligens opus esse diaboli, accendit lucernam & misit digitos suos in flammam, ne igne concupiscentiæ uinceretur, combussitque omnes digitos suos, & præ ardore tentationis non sensit, quod illa concipiens, expirauit: & resuscitata a sancto uiro, de cætero salubriter uixit. Denique, differentiā tentationis quæ est a diabolo, ab ea quæ est a carne, quidam assignant, dicentes quod tētationes diaboli frequenter nascuntur præter rationē, ut quod satiatus paulopost sustineat famem, uel homo mansuetus pro leui causa grauius irascatur, aut post longū somnum quis somnolentiā patiat. Tentationes uero quæ sunt a carne, multoties oriuntur ex quadā necessitate, quæ interdum in superfluitate excrescant, ut dum post ieiunium refectio immoderater appetitur, & ultra mensuram congruam sumitur. Amplius, quod tempore diuini officij ingerant nobis demones immoderatas memorias rerum, experimur quotidie & sancto cuidam patri fuit ostēsum: qui uidit in spiritu, qualiter demones in diuino officio uarias rerum & operationum imagines uoluebant ante oculos fratrum in orationibus positorum: quos postmodum seorsum ex aminans, inuenit unumquenque in suis orationibus eam inuenerat cogitasse, quorum similitudines ante oculos eius uiderat a demone presentari, sicut in Vitæ patrum plenius recitatur. Ex quibus omnibus innotescit, neminem quantumcunque perfectum, debere de uiribus suis præsumere aut putare, quod grauibus ac præ dominantibus tentationibus impug nari possit, si permittet deus. Insuper caro tentat animam seu hominē per singulos sensus & per appetitum concupisibilem ac irascibilem, mouēdo ad obiecta sensibilia ac terrena, & ad passiones uarias circa ea, sicut præ tactum est. Similiter mundus, id est, homines carnales seu res mundanæ, circa quas homo non debet affici, occupari, moueri, nisi secundum rectæ rationis iudicium ac iuxta diuinæ legis tenorem.

Per sensituiuas uires & earū obiecta tentantur.

Per corporis alterationem & cetera tentantur a diabolo.

Tentationis a diabolo, & a carne fit, differentia.

Articulus

Articulus VI. An omnis tentatio sit peccatum.

Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum uero cum consummatum fuerit, generat mortem. In his uerbis tangitur processus culpæ a minore ad maius, ut sit sensus: Vnusquisque tentatur a concupiscentia sua, id est, inordinata cupiditate, quæ secundum Apostolum radix est omnium uitioꝝ. Sicque cupiditas proprie sumi uideatur pro priuato & improbo sui ipsius amore, quem Augustinus omnium uitioꝝ uocat originem & radicem. Abstractus, id est, auersus a summo bono ac ueræ salutis itinere: & illectus, id est, ad peccatum attractus amore inordinato. Porro, concupiscentia cum conceperit, id est, ad delectationē & præsertim ad cōsensum perduxerit, parit peccatum mortale in his quæ sunt contra præceptū: peccatum uero cum fuerit consummatum, id est, ad opus perductum, generat mortē, quia meret æternā dānationē, quæ est mors infernalis miseris, de qua in Apocalypsi asseritur: Pars iniquoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure, quæ est mors secunda. Peccatum quoque quod per penitentiā non deletur, prauā cōsuetudinem obstinationisque parit. Circa quæ uerba loquitur Beda: Tribus modis tētatio agit, ut puta suggestionē hostis, delectationē humanæ fragilitatis, cōsensu cordis. Primo etenim concupiscentia oritur, per quam incipit homo abstrahi a uero bono, imò a prima ueritate & incommutabili summæ bonitate. deinde concupiscentiæ cōiungitur delectatio quædam, per quam homo in malū illi cōueniens adhuc infra terminos uenialis peccati. Cūque delectationi cōsensu deliberatus accesserit, est culpa mortalis. Porro si hoste seu mundo suggerente atque tētate, nō delectamur in re de qua tētant, nec cōsentimus eidē, non peccamur in tali tētatione, imò talis tentatio est nobis materia exercendæ uirtutis atque occasio meriti ac triumphi, nō culpa, prout magister sententiæ lib. 2. ex uerbis Augustini declarat. Ita quæ iuxta doctores cōcorditer, tētatio ab extra nobis proueniens, ut puta a diabolo uel a mundo, nō est peccatum in se nec impurat nobis ad culpā, quod dicitur nos ipsi nō cooperamur taliter nos tētanti, neque tētationē per delectationē uel cōsensum, sed resistendo ei meremur atque proficimus, sicut ait Apłs: Deus faciet cū tētatione prouentū. Tentatio autem quæ est ab intra, id est, a carne & fomite seu sensualitate, est semper peccatum quod prouedit ex aliqua præuia apprehensione, imaginatione seu cogitatione, ut plenius dictum est. Quæ circa pensanda sunt uerba Bonauenturæ, quæ ait: De ortu actualis peccati tenendum est, quod actuale peccatum originē trahit a libera uoluntate per suggestionē, delectationē & cōsensum. Si autem suggestio & delectatio sistant circa cōsensum, est ueniale peccatum: si uero sequatur cōsensum aut opus in his quæ lege prohibentur diuina, mortale peccatum est, quod si cōsensum est sine opere, hoc contingit dupliciter: Primo, quod uult in opus procedere, sed nō ualet, & tunc uoluntas reputatur siue pro facto: secundo, quod non uult in opus procedere, sed uoluptuari in delectatione seu cogitatione, & tunc quauis peccatum non sit plene consummatum, est tamen inter mortalia computandum. Cum enim peccatum dicat recessum uoluntatis a deo, in quantum nata est moueri ac regi ab ipso & secundum ipsum & propter ipsum, omne peccatum est inordinatio mētis aut uoluntatis, in qua esse possunt uirtus & uitium. Porro in ordinatio ista aut tanta est, quod ordinem iustitiæ exterminat, & sic est mortale peccatum, quoniam aufert uitam gratiæ separando a deo, a quo uiuificatur per gratiā anima iusta: aut est tam inmodica quod ordinem iustitiæ non perimit, sed in aliquo turbat seu lædit, & sic est ueniale peccatum, quia de ipso possumus ueniam cito & facilliter adipisci, quia per ipsum homo gratiam non amittit, nec inimicitia dei incurrit. Est autem ordo iustitiæ, ut bonum summū & incommutabile præferatur bono commutabili, bonum honestum utili, uolūtas dei uoluntati humanæ: sicque iudicium recte rationis præferatur sensualitati. & quoniam lex dei precipit ordinem istum & uetat oppositum, idcirco dum bonum commutabile præferatur diuino & bonū utile honesto, & uoluntas nostra præfertur uoluntati diuinæ aut sensituius appetitus rationi, committitur peccatum mortale. Dum uero bonum commutabile & creatum plus debito diligitur, non tamen bono increato præfertur, nec utilitas præponitur honestati, nec uoluntas nostra diuinæ, nec sensualitas rationi, tunc est ueniale peccatum: quoniam quamuis hoc sit præter legem, non tamen directe est contra legem. sensualis autem appetitus recte rationi nō præfertur, nisi dum ei a ratione cōsentitur: idcirco mortale peccatum contra rationis cōsensum nequaquam incurrat, si tamen sensualitas moueat ordinate, cū ordinatio illa ad malū inclinēt, quibus non cōsentiat ratio, peccatum est aliquod, quoniam aliquo modo ledit iustitiæ ordinē. Veruntamen ut caeterū est supra & Thomas scribit, motus concupiscentis potest dupliciter surgere: primo ex organi qualitate, sicut organo calefacto insurgit motus libidinis

Iaco. 1.

1. Tim. 6

Apo. 17.

Tentatio tribus agitur modis.

1. Cor. 10

Motus concupiscentis dupliciter surgit.

KKKK 3 abscq

absq; imaginatione. & iste motus est pure naturalis, nec ratione culpae fortis, & hoc facere potest diabolus & pte nature, qua potest corporalia trāsmutare, nisi diuina cohibeat uirtute. Secūdo motus concupiscibilis surgit ex apprehensione alicuius rei delectabilis, & ex hac parte appetitus concupiscibilis participat in homine aliquod libertatis, secundum quod obedire potest imperio rationis: sicq; in concupiscibili ui potest esse peccatū, sed motum hunc extorquere non potest diabolus.

Articulus VII. An tentatio sit appetenda.

OMnes qui deo placuerunt, per multas tribulationes transferunt fideles: qui aut tentationes non susceperunt in timore dei & in patientia, ex terminati sunt. Certum est quod tentatio, in quantum a tentante ordinatur aut tendit in malum culpae & in nocuum tentati, non sit appetibilis: sed in quantum ille qui tentatur potest tentatione uti in bonū, atq; ex ea consequi fructū multiplicem, sic appeti potest, p̄sertim secūdum quod necessaria est ad salutē, eo modo quo ait apostolus Paulus: Nō coronat nisi qui legitime certauerit. Vnde & Iacob⁹ dixit apostolus: Omne gaudiū existimate fratres cū in uarias tentationes incideritis. & iuxta hunc modum appeti possunt aduersa, non in quantum aduersa atq; p̄nalitia, sed in quantum purgamur per ea, & ex eis proficimus ac multa bona cōsequimur, q̄a per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū caeloz. Insuper, nullus debet tentationes appetere, praesumendo de proprijs uiribus, sed considerata defectū uositate & insufficientia sua, cōsidendo in deo & innitēdo eius gratiofo auxilio, ita q̄ deus tentationē sic moderet, taliterq; assistat tentato, q̄ nō uincatur. Hinc in Vita sparrum de multis sanctis narratur, qui in tentationibus constituti non petierunt nec cupierunt liberari ab eis, sed pro gratia resistendi efficaciter orauerunt quia ex tentationibus tenerunt se in multis proficere, prout infra diffusius ostendetur.

Articulus VIII. De tentatione multiplici.

Timeo ne sicut serpens se duxit Euam a titia sua, ita corrumpantur sensus uestri & excidant a simplicitate quae est in Christo. Richardus de sancto Victore, ponit septem species seu potius modos tentationis: quarum prima est importuna, qua homo tam assidue ac improbe impugnatur, ut eam a se amouere uix queat. Nam frequenter abiecta non cessat reuerti, & omni pene hora hoīem ingetat, quatenus quē nec ui nec fraude subuerit, improbitate atq; frequentia incessante allicit ad consensum, quē admodum gutta cauat lapidem non ui, sed saepe cadendo, & tellus ab unda papulim consumitur, iuxta illud beati Iob: Lapidēs excauant aquē & alluuione terra paulatim consumitur. Contra tentationem huiusmodi necesse est indefinenter infatigabiliterq; pugnare, ut infra ubi de tentationum remedijs tractabitur, exponetur. Secunda species tentationis uocatur dubia, quoniam ambiguitatis obscuritate animus sic inuoluit, ut nequeat clare discernere quid certi debeat de re unde tentatur sentire: sicq; facit mentem diuersimode fluctuare, & de eadem re nunc istud, nunc illud opinari, ita ut illud Heliae in libris Regum, mentibus sic tentatis obijci possit: Vique quo claudicatis in duas partes: Et homo sic fluctuans illud Iob dicere ualet: Idcirco cogitationes meae uarię succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Quocirca scriptum est in Ecclesiastico: Non uentiles te in omnem uentum, esto firmus in uia domini & in ueritate sensus tui. Hinc & Apostolus Ephesios hortatur: Non iam simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni uento doctrinae. Tertia tentatio dicitur subita, quae iudicium praenit rationis, intantum ut cor tentati praenit impetu huiusmodi belli, eius insidias per considerationem non queat anticipare, imo frequenter sentiat se iaculo prauae delectationis transfigi, antequam circumspectionis suo scuto possit se suis uiribus praemunire, ita ut illud Threnorum possit consperrere: Velociter fuerunt persecutores nostri a uiculis caeli. Sic ex intuitu Bersabee subito transfixus est Dauid huiusmodi telo. Quarta uocatur occulta, quia per eam mens quadam caligine ita fuscatur, ut negligenter se habeat ubi sollicita esse debuerat, nec ea quae sibi proponuntur, debita diligentia perscrutetur, imo perniciofa & noxia multa acceptet tanquam salubria: & heu multa multoties per negligentiam talem, committimus mala atque omittimus bona, quae forsitan toto tempore uitae huius nunquam rite iudicamus, sicq; male securi sumus. Hoc sanctus Dauid considerans, dixit: Delicta quis intelligit: ab occultis meis mundam me. Vas quoque electionis: Nihil, inquit, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, imo & magnus ille Iob qui fiducialiter dixit, Neque reprehendit me cor meum in omni uita mea, profundius pensans quanta habeat homo peccata occulta, quae ipsum

iudith 8.

2. Tim. 2. Iacob. 1.

Actu. 14.

1. Cor. 11. vii. sunt species tentationis.

Iob. 14.

1. Reg. 16. Iob. 20. Ecl. 5.

Eph. 4.

Thre. 4. 2. Reg. 11.

Phil. 16. 1. Cor. 4. Iob. 27.

ipsummet latent, deprecatus est dominum: Responde mihi quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta ostende mihi. Quinta tentatio nuncupata est uiolenta, quae adeo fortis est, tamq; acriter & acute impugnat, ut uideatur superari uix posse aut sustineri, intantum ut & Apostolus fateatur: Supra modum grauati sumus supra uirtutem, ita ut taderet nos uiuere. Vnde & sanctus Iob dixit: Quasi erupto muro irruerunt in me, & rursus: Quae est fortitudo mea ut sustineam: & quis finis meus ut patienter agam? In tali ergo conflictu oportet ad dominum in fortitudine cum insuperabili confidentia exclamare ac dicere: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Sexta uocata est fraudulenta, quae animum uehementer obscurat ac fallere nititur, & quandoq; in errore pertinaciter figit, dum mala ac pessima sub specie bonorum & optimorum proponuntur & acceptantur, sicq; noxia defenduntur, & de damnabilibus malis tanquam de uere salubribus mens laetatur. Hinc Salomon loquitur: Sunt uiae quae uidentur homini bonae, & nouissima earum ducunt ad mortem. Nempe & satanas se transfiguratur in angelum lucis. Quid horribilius dici potest, quam quod in deo damnatio prouenit, unde salus sperabatur aeterna? Septima appellatur perplexa, dum simul & tempore uno impugnatur homo uitijs multis, ut si uicerit unum, uincatur ab alio: & saepe artifex tentator tam callide contra hominem praelatur, ut unde robustius uni peccato disponit resistere, inde grauius in aliud dilabatur, ut si quis simul de uitio gulae & uana gloria impugnetur, quo fortius uicerit gulam, tanto plus impetetur p̄ gloriam uanam. Denique, praetactae tentationes interdum impugnant hominem sigillatim, interdum permixtim, & quaedam earum simul: & iuxta hoc necesse est uel simul uel successiue diuersa uirtutum arma contra ipsas assumere. Possunt quoque his septem tentationibus coartari ea quae leguntur in Psalmo, quo dicitur: Scuto circumdabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno &c. Ad primam namque tentationem quae dicitur importuna, pertinet tanquam remedium scuto circumdari, ueritate dei illuminatione spiritali, ut importuna, improbae atq; assidue tentationi pro medela obijciatur ueritas scripturarum, dicentium quod per multas tribulationes oportet nos intrare regnum caelorum, & quod omnes qui uolunt pie uiuere in CHRISTO, persecutiones tentationesq; patientur. Item q̄, esto fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam uitae. Porro secunda tentatio quae ambigua seu dubia appellatur, designatur quum dicitur: Non timebis a timore nocturno: In caligine etenim noctis homines frequenter uerentur, putantes se uidere exercitum hominum, cum uideant summitates monticulorum aut arborum, sic qui dubia tentatione uexatur ex defectu claritatis uerę cognitionis, frequenter timer ubi non est timendum, & segnior fit ad bene agendum, dum pro certo non nouit an illud quod facit, sit omnipotentii acceptum. Per sagittam demum uolantem in die, intelligitur tentatio tertia quae dicitur subita, quae instat sagittae emissae ferit ante quam prauideatur. Quarta quoque tentatio quae uocatur occulta, insinuat quum subditur, A negotio perambulante in tenebris. Quemadmodum enim tale negotium uersatur in tenebris noctis, sic occulta tentatio in tenebris falsitatis. At uero quarta tentatio quae dicitur uiolenta, exprimitur quum in Psalmo illo subiungitur, Ab incurso. Quo nomine impetus uiolentiae designatur. Sexta uero tentatio quae fraudulenta nominatur, tangitur dum sequitur, A daemone meridiano, quia ut patuit, in hac tentatione frequenter mala ac pessima sub specie bonorum ac optimorum persuadentur, & angelus tenebrarum in angelum lucis transfiguratur. Et quoniam septima tentationis species, quae nominatur perplexa, plures in se tentationes complectitur & circa diuersa uitia occupatur, recte ipsa intelligi datur quum subditur: Cadent a latere tuo mille & decem milia a dextris tuis. Praeterea quaedam sunt tentationes de carnalibus uitijs, quaedam uero de peccatis spiritualibus impugnantes, & quaedam de uitijs manifestis, quaedam de uitijs palliatis speciem quandam uirtutum habentibus nos impugnant. Sanctus autem Bernardus super Cantica ponit quatuor genera tentationum, quorum primum est de inordinato timore, quo homines trepidant aggredi uiam arctam seu religionis ingressum ac corporis castigationem & contra peccata conflictum, non attendentes auxilia gratiarum, magnitudinem praemiorum, cōsolationē spūs sancti, assistentiā angeli sancti, & quam dulce fiat cordi proficere Christo seruire qui ait uerissime: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Iugum enim meum suauē & onus meum leue. Hoc genus tentationis uocatur timor nocturnus. Secundum appellatur sagitta uolans in die, id est, tentatio laudis humanae & gloriae uanae, q̄ leuiter uolat, sed non leue uulnus infligit. Tertium est negotium perambulans in tenebris, puta hypocrisis, quae fingit

Iob. 15. v.

1. Cor. 1. Iob. 30. 6.

Iob. 13. vi.

Prou. 4. 2. Cor. 11.

11.

Psalm. 90.

Psalm. 5.

Actu. 14. 2. Timo. 2. Apoc. 2.

Psalm. 90.

Ibidem.

Ibidem.

1. Cor. 11.

Psalm. 90.

Mat. 11.

et simulat quod non est. Idcirco in tenebris uersatur erroris, et ex ambitione ac desiderio laudis humane seu proprii commodi appetitu solet procedere. Hæc hypocrisis maledicta non solum uirtutes beata remuneratione euacuat, sed et in tenebris infernales hypocrisis tam insensatum ac uilem præcipitat. Postremo, ei qui hæc tria tentationum uicerit genera, imminet quartum, ne sub specie boni fallatur, nec in discreto debilitetur seruire, nec in moderato zelo iudicet, aspernetur aut arguat proximum, sed uera compassione discretionisq; radio decoretur in omnibus, atq; rationabile obsequium perseueranter in finem suo offerat creatori.

Roma. 12.

Iacobi. 1.

Roma. 8.

Roma. 5.

Iere. 5.

Iere. 6.

Istia. 18.

Istia. 26.

2. Mac. 9.

Ecc. 14.

Pro. 29.

Iud. 1.

Articulus IX. De magna & multiplici utilitate tentationum.

OMne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes uarias incidetis, scietes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Hæc est saluberrima profusum monitio strenuissimi pugnatoris, ut ex incidentia tentionum quantumlibet multarum atq; magnarum, non solum non cõtristemetur nec pusillanimes aut diffidentes efficiamur, sed potius gloriemur in domino, qui nos paternaliter uisitat & in præfenti exercet, castigat, humiliat, purgat, informat, ne æternaliter pereamus. Oportet namq; in aduersis gaudere, in quantum necessaria sunt aut utilia ad salutem. Præterea, quamuis iuxta præhabita, tentiono quæ est à carne & ex præuia imaginatione, sit ad minus ueniale peccatum, nec quantum ad hoc sit de ea gaudendum, sed contristandum, atque pro eius plenaria extirpatione assidue laborandum, tamen ipsa est electus occasio boni multiplicis, cū & omnia cooperentur prædestinatis in bonum, qui ex suorum consideratione excessuum & culpæ profundius seipfos humiliant, cautiore redduntur & deo frequenter cordialius re gratiantur, atq; in eius amore ualidius inardescunt: sicq; ubi abdidit iniquitas, superabundat & gratia, ut ait Apostolus. Tentatio autem quæ directe à deo infligitur, ordinatur semper ad profectum tentati sicut aduersitas tentatio uero quæ à diabolo & à mundo infertur, quamuis in eo qui tentatur, rationem non habeat culpæ q̄d tentatus non operatur ei per delectationem, neq; per consensum aut exaccationem, est tamen tendens & inclinans ad malum culpæ, nec utilis est in se, sed ex adiutorio gratiæ dei & prudētia eius qui bene utitur tali tentatione, est materia atq; occasio utilitatis multiplicis & copiosæ fruētiositatis. Verum reprobus & peruersus omnia cooperantur in malum, qui de sua correctione & tribulatione sunt peiores, de quibus Ieremias dicit deo: Percussisti eos & non doluerunt, attriuisisti eos & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Itaque loquendo de tentatione in generali, dicendum quod tentatio primo utilis est ad instruendum. Inducit enim tentatum ad uisum suam recognitionem, & docet eum qualiter debeat alijs qui tentantur consulere: sicq; efficit hominem in spiritali militia (hoc est, in pugna cõtra aciem uitiorum & dæmonum) exercitum, expertum & promptum. Hinc communiter dicitur, quod tentatio tentatum illuminat sicut & tribulatio. Vnde in Ieremia ubi nostra habet translatio, Erudire Ierusalem, Sepruaginta interpretes transferunt, Per omnem dolorem & flagellum erudieris Ierusalem. Quocirca scribit Hieronymus: Dum crebris angustijs subiaceamus, huius uersiculi recordemur, quatenus per aduersa redeamus ad cor, iuxta quod loquitur Isaias: Sola uexatio dabit intellectum au ditui. Et rursum ad dominum: In tribulatione, inquit, murmuris doctrina tua eis. Hinc secundo Machabæorum de Antiocho recitatur, quod grauissimis afflictus doloribus cepit ad agnitionem sui uenire. In Ecclesiastico quoque asseritur: Qui non est tentatus, quid scit: Qui non est expertus, pauca recognoscit. Vir in multis expertus, cogitabit multa, & Salomon ait: Virga & correctio tribuit sapientiam. Nempe ut testatur Gregorius: Oculos quos claudit culpa, aperit pœna. Secundo, tentatio hominem examinat, an creatori suo fidelis sit atq; obediens, quem admodum exterior pugna militis contra aduersarios sui regis demõstrat an sit regi suo fidelis. Nisi enim hosti regis sui relinqueretur, infidelis suo domino reputatur. In cuius rei figura scriptum est in Iudicium libro: Dimisit dominus Chanaanos, ut in eis experiretur Israel, utrum audirent mandata domini an non, & ut discerent posteri eorum certare cum hostibus, haberentq; consuetudinem præliandi. Sic ergo oportet nos discere demicare contra tentiones & tentatores iniquos, & sic demerere ad consuetudinem sacrorum conflictuum, per quam in omni tentione deo auxiliante facilliter præualeamus, imò & delectabiliter contra hostes diuini honoris ac nostræ salutis certemus, quem admodum primo Machabæorum de strenuissimo Iuda & fratribus eius nat

ratur, quod præliabantur prælia Israel cum lætitia. Nam & teste Philosopho, signum uirtutis est delectatio fiersi in opere. Itaque in tentationibus & aduersis ostendamus fidelitatem nostram ad dominum deum nostrum, qui modo iam tacto non cessat suos examinare electos, iuxta illud Sapientie: Tanquam aurum in fornace probauit electos, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Amicitia quippe & fidelitas in aduersis monstrantur, propterea scriptum est in Ecclesiastico: Si possides amicum, in tentione posside eum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis. De tali homine ait saluator: Hic est qui uerbum dei audit & cum gaudio suscipit illud, sed non habet in se radicem. Facta enim tribulatione & persecutione, continuo scãdalizatur: sic multi in prosperitate gratias agunt deo, sed in aduersis deficiunt, prout de unoquoq; tali fertur in Psalmo: Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Tertio, tentatio tentatum humiliat, quia ex hoc q; ipsum illuminat ad cognoscendum seipsum & propriam infirmitatem siue uirtutem, facit eum aspernari ac uilipendere semetipsum, eo q; ad resistendum impedimentis suæ salutis, atq; ad abiicienda uana, cœca ac uilia tã tardus debilisq; consistat: & quia tam cito ac facilliter mouetur ad passionis & uitia, neq; in paruis ac minimis uictor extiterit, cum amici dei in magnis ac maximis tentationibus fuerint tam constantes. Si autem præualuerit, ad monet eum tentatio & eius uictoria, ut deo regratietur humiliter, dicens: Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Hinc asserit Prosper: Ad magnam utilitatem hominum reseruata est & exurgit materia certaminum, ut non superbiat sanctitas dum pulsatur infirmitas. Vnde & beatissimum uas electionis de seipso fatetur: Ne magnitudo reuelationis extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus fatanæ. Gregorius quoq; differuit: Pia dispensatione nobiscum agitur, ut tentationibus impugnemur, ne uirtutibus quibus proficimus extollamur. Itemq; Dum uicia nos impugnant, uirtutes in nobis proficientes humiliat. Hinc in Threnis fastus est Ieremias: Ego uir uidens paupertatem meam in uirga indignationis tuæ. Hac ratione solent discreti spiritualesq; uiri, subditos sibi seu sibi charissimos fortiter & frequenter increpare atq; aduersitatibus exercere, ne ex spiritali intumescant profectu, sed iugiter humiliet semetipfos. Vnde recitat Cassianus de quodam Paulo abbate, qui in presentia quasi innumerabilium patrum ac fratrum in suo refectorio comedentiũ, unum ex fratribus suis secum ministrãtem edentibus, tam dire absq; illius culpa percussit ad genam, q; sonus per totum refectorium audiebatur & icui pallor seu liuor successit: nec tamen ulla turbatio orta fuit in fratris mēte, nec signũ impatiencie alicuius in facie. Quarto, tentatio purgat hominem à uitijs multis: fugat enim stultitiam, extirpat præsumptionem, iactantiam arrogantiãq; repellit, eo quod faciat hominem intueri ac noscere semetipsum. Vnde ait Gregorius: Tentationis inquietudo interrogat an homo in quiete positus deum ueraciter diligat. Etenim tẽtatus pondere pressus, à uana suarum uirtutum præsumptione compefcitur, à iactantia cohibetur, ab elationis frenatur, dum propriam imbecillitatem, insufficientiam, ac diuini subsidij indigentiam experitur, sicq; cum sancto Iob protestatur: Ecce non est auxilium mihi in me. Hinc ait Gregorius: Nemo sibi innotescit nisi tentatus, nec uires suas quis in pace recognoscit. Hinc refert Cassianus de quodam eremita inexperto ac indiscreto, qui fratrem quendam tentatum sua imperita responsione pene ad desperationem induxit: quo cognito, sanctus quidam anachoreta fratrem illum sapienter consolans, orauit deum ut tentationem fratris illius in senem illum conuerteret: quofacto, cepit senex ille instar insanientis discurrere: quem sanctus ille accedens, sciscitabatur cur taliter agitaretur. Quod dum ille dicere uerecundaretur, instruxit eum sanctus ille ac increpauit: sicque senex ille cepit se uere cognoscere & omnem præsumptionem abijcere. Quinto, tentatio facit hominem ad deum confugere, exclamare atque subsidium implorare, iuxta quod scriptum est: Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Dum enim tentatus expondere atque molestia suæ tentationis propriam fragilitatem ac infirmitatem agnoscit, cernit se uirtutibus suis resistere ac præualere non posse: idcirco de uirtutibus suis diffidens, confugit ad deum, & sperans in misericordia ac ope ipsius inuocat eius subsidium, qui ait in Psalmo: Inuocame in die tribulationis, eruat te & honorificabis me. Ideo scriptum est in Isaias: Domine, in angustia requisierunt te. Imò tentatio, pœna, afflictio & quæcumque aduersitas facit hominem festinare ad deum & cito cõuerti, quem admodum dominus ait in Osea: In tribulatione sua mane confurgent ad me. & Psalmista: Multiplicatae sunt inquit, infirmitates eorũ, postea accelerauerunt. Itẽq; Conuersus sum in ærũna mea dũ cõfigitur

1. Mac. 3.

Sap. 3.

Ecc. 6.

Matt. 13.

Psal. 49.

Psal. 99.

2. Cor. 13.

Thre. 1.

Iob. 6.

Psal. 106.

Psal. 49.

Istia. 26.

Osea. 5.

Psal. 17.

Psal. 31.

spi

Spina. Sexto, tentatio facit hominē coram deo sollicitum, sicq; negligentia & torporē, dissolutionem & piculosam securitatem expellit. Timor nāq; periculi quod sentitur, efficit diligētē & custoditū: & q̄ impugnatur, expugnari uerecunde quāliter resistat sollicitatur & quærit consiliū. Hinc sup̄ illud, Proba me dñe & tentame, asserit Glossa: Nisi tentaremur, negligentes essemus. Huic tentationi ascribitur, q̄ hominem cōseruat in gratia & uirtute ser̄ custodit. Septimo, spiritalem profectum producit, qui enim impugnari se sentit, ad repugnandum accenditur: sicut & naturalia fortius agunt, dum à suis contrarijs eise resistit. Nam ignis flatu ropressus, latius se diffundit, & aqua occurrente tui cursus obstaculo magis impellit. sic homines boni sentientes obstacula suorū profectuum ac repugnacula desideriosū suorū feruentium, ualidius inardescunt ad bona: quemadmodum gloriosus martyr Laurentius præsentatis sibi omnium tormentorū generibus, dixit: Has ego epulas semper desiderauī. Sanctissimus quoq; præsul Martinus, cum tyrannum impunitè ignauia q̄ noluit seculo militare, sed Christo, respondit: Si hoc ignauia deputatur, ego in nomine Christi cuneos hostiū inermis cras penetrabo. Sic & strenuissimus præliator, magnus pater Antonius, à dæmonibus crudelissime flagellat⁹, & uelut mortuus a loco quo fuit percussus sublarus, fecit se illuc deferri, & dixit dæmonibus: Ecce hic sum, non fugio ustra cæramina. Hinc loquitur Augustinus: uita nostra in hac peregrinatione esse nō ualet sine tēratione: quia profectus noster per tentationē efficitur, nec sibi quāquam innorescit nisi tēratione: nec potest nisi qui uicerit, coronari: nec uincere potest nisi certauerit, nec certare nisi tentet. Vnde & Leo Papa testatur: Nulla sunt opera uirtutis sine experimentis: tentationū, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione uictoria. Octauo, tentatio cōfert spem placendi deo. unusquisq; enim quo amplius displicet uita sua diabolo, tanto acrius solet impugnari ab illo: idcirco quo grauius quis tentatur, tātō plus fiducia eius in domino auget. Vnde ait Gregorius: Aduersarius noster quanto plus te bellare sibi nos conspicit, tanto plus nos debellare contendit: illos autē impetere minus curat, quos quasi hereditario iure possidere se cernit. & rursus plerunq; contingit, q̄ qui plus in contemplatione rapitur, tentationibus amplius impugnetur, quemadmodū quibusdam digne proficientibus frequenter accidere solet: quos dum compunctio afficit aut contemplatio supra se rapit, statim tentatio sequitur, ne de suo profectu aut contemplationis altitudine extollant. Recte ergo dixit Apostolus: Virtus in infirmitate perficit. & Augustino testante, grauissima tentatio est nulla tentatione pulsari. Nono, tentatio tentationem expellit, dum una aliam eicit: sicut tentatus de uana gloria, tentationem superat gula: & quidam stimulo carnis grauius impugnat⁹, à cōfratribus suis de industria multipliciter iniuriat⁹, stimula carnis oblitus fuit. Decimo, per tentationē Christo assimilamur, qui propter nos à mūdo atq; diabolo multipliciter fuit tētatus. Vnde decimo, per tentationē fit homo proximis exemplaris, qui eius exēplo ad patientiā ac resistantiam contra tentamenta animant, ut patet de sancto Iob, unde de Tobia habetur: Hāc tentationē permisit dominus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Duodecimo, per tentationē consolatio & tranquillitas meremur, prout in Tobia dicit deo: Post temporetem tranquillum facis, & post sterū exultationē infundis. Merito igitur dixit apostolus Iacobus: Beatus uir qui suffert tentationē. Deus nanq; pugnantibus pro se gratiose assistit. Tertio decimo, tentatio facit hominē etiā in hoc mūdo famosum & gloriosum, ita q̄ alij innuntur ei ut sustentamento. Hinc in Apocalypsi dñs loquitur: Qui uicerit, faciā illum columnā in tēplo meo, & sancto Antonio dixit saluator: Quia uiriliter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. Quarto decimo, tentatio facit hominē cunctis dæmonibus triūphantem. Hinc beatus simon ana choræta, Macharius, Moses, Pastor & eis consimiles, non plus timuerunt dæmones q̄ mu scas. cum enī magnus ille Macharius nocte quadā in templo dormiens, idolorū caluariam quandā suo capiti supposuisset, diabolus cernēs eius fidutiā, ex caluaria illa cepit alteri de monti respondere. Porro, Macharius nil penitus metuēs, caluariā capite suo tundeat, dicens diabolus: Fac si aliqd potes. Quinto decimo, tentatio coronationem acquirit. Cum enim dixisset ap̄ls Iacobus, Beatus uir qui suffert tentationē, adiecit: Quā cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. imō toties coronari meremur, quēs tērationi præualemus, sicut in uita patrū describitur de sancto quodā eremita, qui in uisione noctis uidit septē coronas super discipuli sui caput descendere, qm̄ septē uicibus discipulus ille nocte illa resisterat cogitationibus suis & patientiam habuit. Sunt autem & alij multi salubres effectus ex tērationibus prouenientes: quod cum ita sit, non recusemus tentari, sed uitemus tentationibus su-

Plat. 25.

S. Laurentii
S. Martinus.

1. Timo. 2.
Leo Papa.

2. Cor. 12.

Matt. 4.

Iob. 1.

Tob. 2.

Tob. 3.

Iacob. 1.

Apoc. 3.

Iacobi. 1.

superari, id est, in tentationem induci. Hæc & enim dicta sunt, ut ad perferendum atq; uincendum tentationes animemur & accedamus.

Articulus X. De quibusdam occultissimis & callidissimis tentationibus atq; insidijs inimici.

Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Sicut sanctus ait Gregorius, pedica in terra absconditur, dum culpa sub terrenis commodis occultatur. Hostis quippe insidiās ostendit menti humanæ in terreno lucro quod appetit, & occultat peccati laqueū ut hominis animū stringat, quatenus uideat quod cōcupiscat, nec tñ consideret in quo culpæ laqueo pedem ponat. Porro, decipula à decipiēdo uocata est, & tunc ab antiq̄ hoste sup̄ semitā decipula ponitur, qm̄ in actione huius mundi uoluptas fallens paratur. Sunt autē innumerabiles fallaciæ, occultissimæ quoq; insidiæ dæmonū. Prima est, hominē diuturna & assidua tentatione fatigare ac tēdio quodā obruere, quatenus paulatim ducatur non solū in tentationē, sed etiā in desperationem aut diffidentia, ita ut neq; nō pertinere ad deū, nec curari ab eo, quem toties inuocat ut se à tali tentatione dignet eripere, nec tñ exaudiri ad uotū: sicq; suspicatur deū de suo non curare periculo, uel de adiutorio opotentis diffidit, quoq; urunq; perniciosissimum est. Isti non pensant fidelitatē ac prouidentia dei ad hoies, nec utilitates quæ eis ex diuturna tentatione proueniunt, nec indigent ut eorū supbia penitus eradiceretur. Secunda uersutia diaboli est ipsa extraneitas tentationis, dum quosdā electos incōsuetis, foedis & abominabilibus tentamentis impugnat, ut tātō plus arbitrentur se à deo relictos, quanto plus opinantur alios ita non fuisse tentatos, ut sunt tentationes blasphemie & cōtra fidem, & de iniectioe manus uiolentiæ in seipsum, atq; de uitijs signominia contra naturā. Isti non aduertunt qd̄ uisibiles hostes ex sua malignitate frequēter p̄iciunt in castra obfessa quasdam materias foetidissimas, impurissimas ac penitus uenenas: sic inuisibiles inimici ex inuidia sua immittunt cordibus ali quoq; cogitationes prorsus abominabiles, insolitas & nefandas: & omnibus quibus possunt ac permittuntur modis, ipsos impugnat. Illi tñ inde non maculantur, q̄ diuturnā detestantur nec delectantur in eis, imō tanto gloriosius coronari merentur, quanto molestiora ac abominabiliora sunt illa ad tolerandū. Tertia dæmonū astutia ē, qua hoc fo lum intendit, ut hominē trahant ad mutandū statū seu locū suū in q̄ se bene habet, ut intreret locū assumatq; statū in quo capi possit ab ipsis, quemadmodū pisces atq; cuniculi strepitu quodā terrent, ut egrediantur receptacula sua in gbus à captione securi sunt, & sic cadant in retia. Hinc in Ecclesiaste scriptum est: Si sp̄s habentis potestatem ascendit super te, tu locum tuum non deserat. & Paulus: Non deseramus, inquit, collectionē nostrā sicut consuetudinis est quibusdam. Veruntamen bonum est charitativa meliora sectari & periculo sa uitare consortia. Quarta astutia eius est, qua conatur quosdam per sanctorū exempla in citare ad inchoandū aliqua magna bona, in quibus cōiicit eos non perseueraturos, aut inquiete & scandalose uicturos, ut dum inconstantes, inquietos, indisciplinares inducit ad religionis ingressum, ut inde apostatando plurimos scandalizent & grauius peccent, aut perseuerando in religione multos inquietet ac turbent. Per talem calliditatem simia capiuntur, dum uenatores in earum præsentia se calceant calceis magnis & ponderosis, eosq; fortiter pedibus suis astringunt, quo facto, exuunt eos ac ibi relinquunt, & abeunt, tunc uenientes simia: similiter induunt & astringunt pedibus suis calceos illos, quo uiso, uenatores irruunt super eas, fugere, imō nec progredi ualētes, & capiūt eas. Quinta uersutia est, dum sub specie boni suadent periculum, quemadmodum quosdam inducit ad immoderatam diuitiarū adeptionem, ut opera misericordie magis exerceant, interim uero inficit eos cum piditatis affectu, uarijsq; peccatis, quæ diuitijs & earū acquisitioni annexa sunt. Sexta, dum sub colore & prætextu uirtutum uitia persuadet, ut crudelitatem sub specie æquitatis, sollicitudinemq; superfluam sub colore prudentiæ, ac nimiam remissionem sub pietatis prætextu. Septima & periculosissima uersutia est, cessatio ab omni tentatione, quam cessatio nem aliqui cupiunt imperiti, à quorum impugnatione desistit, ut eos ad periculosam inducat securitatem, per quam timor dei amittitur: deinde ex tali securitate nascuntur negligētia atque acedia: elatio quoque, si se putant sanctos quoniam non tentantur: deinde contemptus & dijudicatio fratrum, præsertim eorum qui impugnantur, & de immiserordia circa eos.

Articulus XI. De his quæ debent nos animare & accendere ad resistendum uirtutem omni tentationi.

Induit se Iudas lorica sicut gigas, & accinxit se arma sua bellica, in praelijs similitas
 ctus est leoni in opib⁹ suis. Videm⁹ q^o milites in praesentia regis sui fortissime pugnant
 pugiles quoq; tanto robustius praeualere conantur, quanto a pluribus dimicare co-
 spiciuntur. Primum ergo, quod inflammare nos debet ad reluctandum strenuissime omni
 tentationi, est praesentia atq; aspectus regis omnipotentis, qui cum uniuersa coelesti mili-
 tia nostrum intuetur certamen. Tanti ergo regis intuitu & amore, & propter totius super-
 nae curiae intuitionem, & specialiter propter angelos sanctos animarum nostrarum custodes, ac-
 cendamus ad sanctam spiritalem militiam inuictissime exequentiam, ne aduersarijs nostrae sa-
 lutis cedamus aut occubamus. Hinc ait Ambrosius: Deus ipse omnium rector ac dñs, cum omni
 angelorum militia certamen tuum inspicit & expectat, ac finem praestolatur coelictus, tibiq; co-
 tra diabolum dimicanti parat eternitatis coronam. sic & de beato Antonio Athanasius scñs re-
 fert: Dum quadam fuisset nocte a demonibus crudeliter laceratus, repete descendit lux gran-
 dis, tenebras fugans ac demones moxq; curatus & Christum aduenisse intelligens dixit: Vbi
 eras bone Iesu, ubi eras? quare a principio non affuisti ut saluares uulnera mea? Cui saluator
 respondit: Antonio, hic eram, sed expectabam uide certamen tuum. Deniq; de hac re Guli-
 elmus Parisiensis in Summa sua de uirtutibus & uitijs, scribit: Ad expugnandum tetationes
 incitare nos debet magnitudo spectaculi, in quo positi sumus certantes, quemadmodum de
 duobus contra alterutrum dimicantibus patet, quoq; utriq; astat tota sua cognatio, oras pro
 suo ut uincat: sic tota coelestis curia pro nobis cecantibus sollicita est & orat pro nobis, ac
 inspicit nos: totaq; horrenda societas tentantium daemonum intuetur, ac nititur ut uinca-
 mur. O q^o gloriosum est, in tot sanctorum praesentia praeualere. Secundum quod debet nos
 animare ad istum conflictum, est fidelitas quam creatori ac regi nostro tenemur, atq; eidem
 contra hostes suos ostendere obligamur, ad hoc ut eius honorem ac gloriam totis uiribus
 defendamus, nec aduersarijs eius prebeamus consensum, nec simul cum illis contra ipsos ho-
 norem pugnemus: neq; nos ipsos quos sibi consecrauit in templo, quos possidet tanquam
 uita atq; dignissima castra, permittamus a suis aduersarijs superari, dicere Apostolo: Tem-
 plum dei sanctum est quod estis uos, & rursus: Si quis templum dei uiolauerit, disperdet il-
 lum deus. Hinc sanctus ait Hilarius: Hoc potissimum debeo deo, ut eum omnis sensus, mens
 & uirtus mea loquantur ac ueneretur, quatenus sicut totum quod sum & habeo ab eo sus-
 cepi, sic totum ad eius honorem & obsequium conuertatur. Itaq; sicut miles cui rex suus dedit
 arma, e quum ac stipendium, quatenus pro repub. contra suos hostes prelietur, esset suo regi
 infidelissimus et totus ingratus, si aduersarijs eius sociaretur et consentiret ac cooperaretur
 ad impugnam dum ea quae sui sunt regis: sic totus infidelis & ingratus deo est, qui damo-
 nibus uitijq; consentit, & corpore suo ac anima & uiribus suis ac rebus concessis utitur ad
 creatoris iniuriam & offensam iuxta diabolicam suggestionem, & uiolat ac corrumpit tem-
 pla & castra dei, alias personas ad uitia inducendo. Idcirco Romanos hortatur Apostolus: Non
 regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius: sed neq; exhi-
 beatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae deo. Tertium quod ad pu-
 gnantem hanc sanctam inflammare nos debet, est q^o ipsemet deus omnipotens ad repugnandum
 tentationibus & peccatis nos inuitat & exhortatur per instinctum diuinum, per angelos san-
 ctos, per scripturas & per suos uicarios ac ministros, imo q^o insup assistentia suam & opem no-
 bis promittit, dummodo ipsum fiducialiter ac incessabiliter inuocemus. Implet igitur unum
 quicq; quod deus per Psalmistam hortatur: Expecta dominum, uiriliter age & confortetur cor
 tuum, & sustine dominum. Quartum est nobilitas brauij ac triumphij, pretiositasq; coronae,
 quas rex caelorum praeualentibus pollicetur: quas si rite attulerimus, usq; ad sanguinem ten-
 tationibus & peccatis resisteremus, & omne gaudium existimaremus, diuersas tentationes in-
 cidere, cum dicat Apostolus: Id quod in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae,
 supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, & item: Non sunt co-
 dignae passionibus huius temporis ad futuram gloriam. Ecce qualiter currunt & laborant, q^o pro
 modico terrenorum brauij currunt aut certant, q^o d tamen unum duntaxat fortitur. Cur ergo
 tam tardi sumus & negligentes ad currendum in uia mandatorum altissimi, pro brauij felicitate
 aeternae, quod non solum uelociori cursori, sed unicuiq; psequerantur pro suo posse curre-
 ti promittit. Vnde dixit Apostolus: Nescitis quid hi qui in stadio currunt, oes quidem currunt,
 sed unus accipit brauium: Sic currite ut apprehendatis. Quintum est magnitudo confusio-
 nis, acerbitasq; poenae, uilitas deiectionis ac seruitutis eorum, qui tentationibus superantur
 & uitij obsequuntur, quibus debet ac imminet aeterna damnatio, summa confusio: qui & nunc
 in

1. Mach. 3
 Exempla di
 ui Antonii
 ex Athana
 sio,
 Gullelmus
 Parisiensis
 1. Cor. 13
 Eodem
 Roman. 6
 Psal. 26
 Iaco. 1
 2. Cor. 4
 Roman. 8
 1. Cor. 9

Iugo peccati, seruituti diaboli, corruptioni fecditatiq; carnis subdunt, & omni bruto decies
 milies uiliores ac deteriores censent, nec digni sunt pane q^o uescunt, nec aere quae respirant,
 nec terra qua calcant. Hinc sacratissimus apostolici ordinis princeps in sua II. testatur Cano-
 nica: Iniqui sunt serui corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Vt
 quoq; electionis Serui, inquit, estis eius cui obedistis. Sextum est copiositas exemplorum. Oes
 etenim sancti qui similes nobis fuerunt mortales, & uiriliter pugnauerunt contra aciem ui-
 tiorum ac daemonum, proponunt nobis in exemplum: & turpe ac ualde damnabile nobis est in
 illo succumbere bello, in quo tot uirgines ac puellae tenerrime, tot adulescentes ac iuuenes,
 multi quoq; utriusq; sexus senes praeualuerunt, imo turpissimum nobis est, q^o in paruis & mi-
 nimis superamur atq; in pace succumbimus, cum tot sanctae puellae tam inmanissima ty-
 rannorum supplicia, tam acerimas mundi ac demonum tentationes gloriosissime uicerint. ideo
 recte ait Gregorius: Quid inter haec nos barbati dicemus, qui puellas per ferra & martyria
 ire ad regna caelorum uidemus: quos elatio inflat, iracundia superat, impatientia deiecit, auaritia
 uincit. Hinc ad Hebraeos scribit Apostolus: Ideo & nos, tantam habentes impositam nobis
 testium nubem, per patientiam curramus propositum nobis certamen. Iacobus quoq;: Exempla, in-
 quit, accipite longanimitatis & patientiae prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. Suf-
 ferentiam Iob audistis, & sine domini uisidistis. Septimum est exemplaris praecessio Christi
 ualde enim confortantur & animantur pugnatore ac milites ad bellandum, dum uident re-
 gem suum in acie ipsos praecedere, formamq; praeliandi opere strenue demonstrant: ita & nos
 agnoscimus q^o uictorioso ac sapienter Christus rex noster omnem tentationem diaboli, omnem
 persecutionem mundi & amarissimam pro nostra salute pertulerit mortem, debemus ad
 spiritalia praelia semper esse parati ac seruidi: & si deus ac conditor noster tanta pro nobis
 fecit ac pertulit, nequaquam debemus salutem nostram negligere, nec ad resistendum tentatio-
 nibus ac peccatis tardi ac desides esse. Hinc cum dixisset Apostolus: Per patientiam curramus
 nobis propositum certamen, mox addidit: Aspicientes in autorem fidei & consummatorem Ie-
 sum, qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusionem contemptra. Recogitate eum qui
 talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini ani-
 mis uestris deficientes. Vnde & ipsemet dominus loquitur: Qui mihi ministrat, me sequatur,
 & item: Ego sum uia, ueritas & uita: nemo uenit ad patrem, nisi per me.

Articulus XII. De abusionibus & imperitijs quae in spiritali pugna contingunt.

Accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die mala, & in omnibus perfecti sta-
 re. Non solum Vegetius in libro de Re militari, sed etiam sanctus Thomas in libro
 suo de Regimine regum, Aegidius quoq; in uolumine suo de Regimine principum
 docent, q^o necessaria sit in exteriori corporaliq; bello, bona & ordinata dispositio
 pugnatore, & apta armatura eorum atq; peritia belli, imo (ut scriptum est) Melior est sapietia
 quires, & uir prudens q^o fortis. Idcirco ut Salomon protestatur: Consilij tractanda sunt
 bella, & cum dispositione bellum initur: quod utiq; in spiritali militia contra uniuersa mundi
 & carnis ac demonum tentamenta est maxime obseruandum, & tanto plus, quanto periculosi-
 us ac damnabilius est in spiritali praelio superari. Itaq; sicut in bello corporali prima stulti-
 tia est, inepta dispositio exercitus & nimia distantia pugnantium ab inimicis: ita in praelio
 spiritali prima fatuitas est inordinatio mentis & eius turbatio, & proximorum separatio per
 rancorem: quocirca hortatur Apostolus: Omnia decenter & secundum ordinem fiat in uobis.
 Itaq; Per charitatem seruite inuicem, & rursus: Non quae sua sunt singuli quaerentes, sed que
 aliorum. Praeliantes ergo aduersus diabolum & peccata, sint per charitatem connexi ac mutuo se
 iuuantes, orando, hortando, corripiendo exemplariterq; uiuendo. Hinc ait unigenitus dei
 Pater quos de dicit mihi, uolo ut sint unum, id est per charitatem uniti. Secunda in corporali bel-
 lo stultitia est, dissentio exercitus a principe militiae, & unius partis aduersus aliam: sic in pu-
 gna spiritali periculosissima atq; precipua stultitia Christianorum est rebellio subditorum con-
 tra praelatos, atq; discordia mutua proximorum. hinc monet Apostolus: Id ipsum dicatis oes,
 & non sint in uobis schismata. & denuo: Vnanimem, ait, uno ore honorificetis deum. Itaq; per
 Obedite propositis uestris & subiaceat illis. Hinc iussit saluator: Pacem habete inter uos. Hinc
 quoq; solitudo est periculosa, nisi ualde specialis affuerit gratia. Propter q^o d in Ecclesiaste ait
 scriptura: Vae soli, quia eum ceciderit, non habet subleuantem: & si quis praualuerit con-
 tra unum, duo resistent ei. Vnde & in Prouerbij habetur: Frater qui adiuuatur a fratre, quasi
 ciuitas firma. Tertia in corporali bello stultitia est, in armatum & imparatum ad bella pro-
 cedere, nec ante pugnam armari: sic in spiritali pugna fatuitas est, non uere armatum uir-

2. Pet. 2
 Roman. 6
 vi.
 Gregorius.
 Heb. 12
 Iaco. 5
 vii.
 Hebr. 12
 Iohan. 12
 Iohan. 14
 Ephe. 6
 Sap. 6
 Prouer. 24
 Prima in cor-
 porali bello
 stultitia.
 1. Cor. 14
 Gal. 5
 1. Cor. 10
 Iohan 17
 11.
 1. Cor. 1
 Roma. 15
 Hebr. 13
 Marc. 9
 Eccl. 4
 Prouer. 18
 111.

curibus ac peritia resistendi anteq̄ tentationes proueniunt, imò non esse indefinenter omni uirtute muniti, cum tota hanc uita sit tentationibus plena, & in medio laqueorū ac hostium ambulemus. Hinc Christus dixit discipulis: Vigilate & orate, ut non intratis in tentationē, & rursus: Sine lumbi uestri precipinēti &c. Ideo iuxta scripturā, in die bonorū & pacis memor simus malorū & tentationis, ad ea nos pręparando, quę admodū in Ecclesiastico inducitur: Fili accedens ad seruitutē dei sta in timore, & prepara animā tuā ad tentationē. Quarta in corporali bello stultitia est, uia hostibus apire, & eis cōcederari ad destruendū seipsum ac suos: sic in spiritali pugna stultissimū est tentationibus consentire ac sponte transire ad laciū iniquitatis foueāq̄ perditionis, in quas tētator pręcipitare conatur tentatū. Ideo monet Apostolus: Nolite locū dare diabolo. & Iacobus sanctus: Resistite, inquit, diabolo, & fugiet a uobis. Quinta corporaliter pugnantū insipientia est, hostibus laboriose reluctari, quos possent sine bello sibi subijcere: sic stulti sunt, qui tentationes & uitia possunt silendo & quiescendo proficere, contra eos graue assumunt conflictū: nepe iniurias & conuitia, quas possent taciurnitate ac patientia superare, uolūt mala similia rependēdo ulcisci. Ideo Salomō dixit: Ne dicas, reddā malū pro malo: expecta dñm & liberabit te. Apostolus dicit: Nulli malū pro malo reddentes. Sexta in corporali pugna stultitia est, non repugnare per contraria saltē in casu, ut si castra incēdantur non apponere aquā sic in spiritali militia stolidum est, per similia non per cōtraria reluctari: sicut agit, qui per odiū & loquacitatē odio & loquacitati resistit, cū potius per charitatē & moderatā loquelā aut taciurnitatē repugnare deberet, quę admodū scriptū est: Noli uinci a malo, sed uince in malo bonū. Saluator dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Atq̄ Psalmista: Posui, inquit, ori meo custodiā, cū cōsisteret peccator aduersum me. Unde in Ecclesiastico scriptum est: Non litiges cū homine linguato, nec cū iracundo facias rixā. Septima stultitia est, lumere arma nimīū ponderosa: propter q̄d Dauid deposuit arma Saul: sic spiritaliter stolidum est, exercitia proprias uires omnino excedentia contra tentationes arripere, ut faciūt qui ultraq̄ ferre quę incipiūt uigilare, ieiunare, orare, sicq̄ in breuitate debilitat, q̄ paulo post inuiles fiunt, hoc aliqui agūt, quasi putantes q̄ meritis suis ac uiribus possint pręualere diabolo, quibus consultius est, ut corpora sua moderate affligāt, & totā suā spem ponant in dño, eius subsidia semper humiliter implorātes, ac illud Apostoli, rationabile obsequiū uestrū, implentes. Octaua stultitia est, in ipso congressu abijcere arma sic spiritaliter stulti sunt, qui tentatione inchoante aut perdurāte uirtutū abijciūt armaturā, patientie clypeū, cordis constantiā, dei timorē: quocirca hortatur Apostolus: Stabiles estote & immobiles, abundāte sū in opere dñi semp. Nona stultitia est, non resistere inimicis in locis ad hoc aptioribus, ut sunt loca angusta & alta, ubi pauci multis possunt resistere: sed in locis patētibus ubi faciliter hostes ingrediunt: sic stulti sunt q̄ tērationibus non resistunt, stando in sublimitate sapiētie ac uirtutū, atq̄ in arcta uia salutis, sed in actibus ualde remissis & laxis, in quibus multa mala admixta sunt, & dæmonibus patet accessus ad animā possidendā. Decima stultitia est, non expugnare hostes adhuc impotentes ac debiles, sed expectare quousq̄ inuale scant: sic stultū est non reluctari tentationi in eius principio, cū dictū sit serpenti tentanti Ipsa, scilicet ratio, conteret caput tuū: quia principio mali fatum est resistendū. Unde decima insipientia est hosti nimis appropinquare, cū a remoto facilius expugnet: sic insipientes sunt q̄ cōtra tērationes uoluptatū uolūt reniti, cogitationes atq̄ materias earundē nimis intra se reuolueno, cū melius superent se a talibus elongādo. Duodecima est, fugere hostē, magis insequi fugientē: sic stolidū est cedere tentatori & eius iacula in aduersis nimis timere, cū tamē ad sustinendū aduersa debeamus esse parati. Tertiadecima insipientia est, propriū inimicū cōtra se cōfortare, & eū reputare amicū, & ea quę uere expediūt reputare nociua: sic fatuū est, propriū corpus delicate nutrire, atq̄ ad cōcupiscētiās incitare, & ea quę pprię carni ac proprio sensui pprię q̄q̄ uolūtati repugnāt, ut sunt castigatiōes corporis, reprobatiōes pprię sensus ac repressiōes pprię uolūtatis odire, cū tñ oīno salubria sint. Idcirco generalia uitā, cōtra suos pugnat amicos. Quartadecima stultitia est, ubi sibi min⁹ de armatura prouidere, ubi maiora instāt picula: sic insipientes sunt, q̄ cōtra ea uitia minus se muniunt, ad quę ex naturali dispositione aut praua consuetudine proniores fuerūt, imò suę uitiofitatis materiā sibi accumulānt, sicut auari deberent se ad opera misericordię liberaliter dare, qui tñ non cessant sibi temporalia cōgregare: sic iracundi ad mansuetudinē magis debent se exercere. Itaq̄ ut in spiritali proficiamus militia, uniuersas has fugiamus stultitias.

Articulus XIII. De generalibus tentationum remedijs, & de primo illoꝝ.

Ne

NE timeas, plures enī nobiscū sunt, q̄ cū eis. Sciens creator piissimus defectuositate & fragilitate nature humane, nequaq̄ permitteret homines ab inuisibilibus hostibus impugnari, nisi copiosa remedia ac gratiosa auxilia prouidisset & conlulisset hominibus ad resistendū & pręualendū atrocissimis & callidissimis, fortissimis & quasi infatigabilibus aduersarijs illis. Horū remediōꝝ quędā sunt generalia ad omniū tentationū ac uitioꝝ uictoriā obtinendā idonea: quędā uero specialia sunt ad specia litū uitioꝝ atq̄ tentationū eradicationē prefertim ualētia. Nunc itaq̄ de cōmunijs illis remedijs est tractandū, quōꝝ primū & ualde efficax ad resistendū inflāmans est diligēter cōsiderare quales sint hostes nostri, & quę sit eorū intētio, & quis finis. Primo itaq̄ per pēdam⁹, q̄ dēmones nos tētantes sunt omnino malitiosi, inuidiosissimi, crudelissimi, implacabiles, callidissimi, & ex sua natura ualde robusti ac infatigabiles ad nocendū, quōꝝ tota intētio est, ut suis impugnationibus a deo creatore nostro & a charitate & gratia eius atq̄ ab æterna salute nos in æternū auertāt ac secū omni uitioꝝ spurcicia inquinent, sicq̄ ad perpetuā nos perducant dānationē. Ex hac cōsideratiōe incitemur ac robaremur, proponamus ac decernamus nunq̄ consentire suggestioni illoꝝ, sed incessabiliter illis resistere, & tanto plus, quanto certius sumus quales sint, quid querāt, quōd tendāt, & quantū nos odiant, quāto etiā clarius est, nihil stultius, nihil iniquius ac dānabilius esse q̄ talibus hostibus cōsentire, cōfōr mari, cooperari. Itaq̄ si a pōnibus, a latronibus nos pferuamus ac fugimus ne terrenas diuitias & temporalē corporalēq̄ uitā auferāt nobis, quāto plus debemus nos custodire ab infernalibus illis pōnibus atq̄ latronibus, q̄ nobis conant auferre uitā gratiæ, omne meritū uitæ æternę, uniuersas uirtutes & beatitudinē æternalē, imo summū, infinitū & incōmutabile bonū, deū creatorē & saluatorē nostrū: Deniq̄ si reuolūtati pugnatore tanto fortius incitatur ad resistendū hostibus suis, quanto certius noscūt illoꝝ inuidiā contra se, & quāto grauiora mala sibi inferre nitunt. Ex tali nāq̄ cōsideratione, sicut in libris Machabæorū describitur, inclytissimus ille Iudas ac fratres ipsius consueuerūt adiutores suos hortari ac animare ad pugnadū fortissime aduersus æmulos suos gētiles, q̄ intenderūt sancta eorū destruerem, mulieres ac paruulos captiuare, uiros occidere, bona diripere, territoria possidere, hinc etenī magnanimus Iudas dixit: Melius est nobis mori in bello, q̄ uidere mala gētis nostrę & sanctoꝝ: sic etiā fert, q̄ Carthaginēses maluerūt occidi, q̄ Romanorū imperio subdi. Conformer ciues Sagūti cōföderati Romanis, potius elegerūt in primis uxores suas ac sobolē, deinde seipsoꝝ precipitare in ignē, q̄ in Carthaginēsiū redigi seruitutē. Nos igit potius eligamus oēm labōrē, tribulationē, aduersitatē, irruionē, imò & mortē perferre, q̄ dēmonū suggestioni obtepare, & crudelissimorū atq̄ inuidiosissimorū hostiū uolūtati nos conformare, eorūq̄ subijctiō, ac deseruire nefando imperio. Veruntū propriā ignorantia, fragilitatē & defectuositatē pēntes, ipsoꝝ q̄q̄ calliditates, experiētias, uires, nequias millepartes prouident cōsiderātes, sciamus ac corā altissimo fateamur nos proprijs uiribus non posse illis resistere ac pręualere. Ideo coram deo nos semper humiliemus, atq̄ in ipso indefinenter speremus, & ipsius auxilium cum omni seruore & instantia imploremus.

Artic. XIII. De secūdo remedio tentationū, q̄d est incessabilis inuocatio dei & sanctoꝝ. Lamauit ad me & exaudiā eum: cum ipso sum in tribulatione et eripiā eum, & glorificabo eum. Hęc est promissio benignissimi dei, qui nec mētiri potest neq̄ mutari, nec fallere neq̄ falli. Itaq̄ quo maior est aduersariōꝝ nostrorū furor, rācor, crudelitas contra nos, & quo maior est eorū calliditas & potestas, quo etiā maior est nostra infirmitas, ignorantia, instabilitas ac pronitas ad peccandū, tanto affectuosius & incessabilius oportet nos exorare omnipotentem, ne nos induci permittat in tentationem, id est ad delectationē aut consensum tentationis, sed statim & indefinenter nobis subueniat, nosq̄ pręseruet & protegat a delectatione & consensu illicitis, atq̄ corroboret & conseruet ad resistendū uirilitē, ad pugnadū & pręualendū salubriter, sicq̄ iuxta sancti Bernardi doctrinā habeamus semper ad manū tutissimū oratiōis refugiū, cum dicat saluator: Oportet semper orare & non deficere, quatenus sicut hostis indefinenter tentat suggerēdo, sic indefinenter resistamus orando: imò & quando actualiter aut sensibilibiter non tenemur, ad futuras tentationes per orationes nos pręparemus ne lædamur, sed triumphemus in illis, hoc dominus noster Iesus Christus in oratione quā proprio ore nos docuit, iugiter esse petendum insinuauit, dicendo: Et ne nos inducas in tentationē. Cōsiderantes ergo propriam infirmitatē & defectuositatē, hostiumq̄ nostrorū robur & in defensionē ferociam, implacabilem quoq̄ contra nos inuidiam & furorem, oremus cum deuoto Iosaphat rege

LLLL 2 dicētes

Mat. 26
Mar. 14
Luc. 11
Ecc. 11
Ecc. 12
III.

Eph. 4
Iu. 4

Præter. 20
I. Thes. 5
VI.

Rom. 12
Mat. 5
Psal. 138
Ecc. 9
VII.
I. Reg. 17

Rom. 12
VII.

I. Cor. 15
IX.

X.

Gen. 3
XI.

XII.

XIII.

XIII.

4. Reg. 6

Remedia tentationum dicitur.

I. Mach. 5

Psal. 90
Nume. 23
Mala 3

Mat. 6

Luc. 18

Mat. 6
Luc. 11

1. Para. 20

Pfal. 119

Pfal. 17.

2. Para. 20

Deut. 4

Exo. 3

Exo. 14

Exo. 17

Pfal. 99

Omnia quae
Ecd. 37

dicentes: In nobis ò domine non tanta fortitudo, ut tantis aduersarijs possimus resistere: sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Audiamus & imitemur Psalmistam qui protestatur: Ad dominum cum tribulatione clamauit, & exaudiuit me. Itemq; De tribulatione mea inuocauit dominum, & ad deum meum clamauit, & exaudiuit de templo sancto suo uocem meam: sic & de praefato pio Iosaphat rege secundo Paralipomenon ferruri Iosaphat rex timore perterritus, totum se contulit ad rogandum dominum. Ita & nos agamus: & quanto periculosius est à daemonibus quibus ab hominibus superari, & aeternam damnationem quam temporalem mortem incidere, omniumque spiritali opulenta gratia & uirtutum ac meritorum, quam terrenis opibus spoliari, tanto affectuosius atque instantius deprecemur ab inuisibilibus hostibus praeteruari & eripi, quam a uisibilibus redimi inimicis. Etenim quam compuncte & feruide oportet nos inuocare altissimi, docet nos Moyses in Deuteronomio: Cum quae fueris dominum deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde & tota tribulatione animae tuae quae fueris eum. Denique qui libenter exaudiet nos dominus deus noster, contra aduersarios iustioris ac nostrae salutis praestantes & exorantes, constat ex hoc, quod ipse toties nos hortatur & inuitat ad orandum, auxiliumque promittit, dummodo perseveranter ac confidenter oremus. Et quoniam conspicit hostium nostrorum malignitatem, uersutias ac rancores aduersus nos, ineffabilem quoque magnitudinem periculi nostri, omnem etiam imbecillitatem, labilitatem & ignorantiam nostram: ideo circa compatitur nobis deus, & paratissimus est iuuare, dummodo quod in nobis est faciamus: quod ex multis scripturarum testimonijs & exemplis facile est probare, praesertim cum & ipse deus omnipotens tam pronus sit etiam à corporali tribulatione & uisibilium hostium afflictione eripere. Vnde in Exodo dominus ait ad Moysen: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, clamorem eorum audivi, & sciens dolorem eorum descendit ut liberem eos. Praeterea Moyses exorans submersi fuerunt Aegyptij, filios Israel insequentes. Eodem quoque sancto uiro manus suas extendente in caelum cum prece ad dominum, Iosue & filij Israel superauerunt Amalechitas: retrahente autem Moysen manus suas, praualuit Amalech: per quod signatum est, quod homine tentato ad dominum feruide proclamante, superatur tentator: si autem à diuini inuocatione auxilij cesset, tentator mox praualet. Ex eisdem uerbis id etiam innotescit, quod oratio seruus praeterlati idonei pro subditis fusa, ualde auxiliatur eisdem. Statim ergo ut nos tentari sentimus, ad orationem surgamus, & prostrati in terra uel erecti in caelum corde, uultu ac manibus, opem & assistentiam dei cum omni affectu & lachrymis imploremus, cum Psalmista dicentes: Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina. Vnde de sancto & innocente Hugone Carthusiense episcopo Linconiese in sua narratur legenda, quod in cella sua ad pedes Iesu in star beatissimae Mariae Magdalena deuotissime sedens, cum grauiter tentaretur, dominum feruentissime exorauit, toto corpore prostratus in terram, pectus tundens, uultum lachrymis rigans, & fortiter ingemiscens. Hinc quidam sanctorum patrum reulit, dicens: Audiui frequenter daemones inter se conferentes, & de his quos tentabant loquentes, dixitque unus eorum: Ego durissimum hominem habeo, qui statim ut senserit se tentari, surgens ad orationem prostrernit se, & ego confusus abire compellor. Alius daemon dixit: Ego hominem habeo bene flexibile, qui suggestionibus meis audientiam praebet, & immoratur. Hinc denuo in Vita patrum recitatur de fratre stimulo carnis tentato, qui ad unum seniore accedens, reulit ei quod patiebatur senex uero consolabatur fratrem: qui ad cellam reuersus, tentabatur ut prius: sicque senex multoties accessit, & rediens impugnabat ut ante. Rogauit igitur senex deum, ut ei causam tam assidue temptationis fratris illius ostendere digna retur: quem dominus exaudiuit, & uidit daemones ante fratrem illi stantes, & ei repraesentantes similitudines reus & actuum, de quibus stimulabat, ipsorumque fratrem sedentem immorantem, & quoddammodo delectantem in illis. Cumque frater pro consilio redisset ad senem, locutus est ei senex: Tu ipse in culpa es, quoniam se delectaris in phantasia reus, quae tibi monstratur ab hostibus: sed surge, & cogitationibus illis abiectis, conuerte cor tuum ad dominum, & inuoca illum: quod cum frater fecisset, temptatione deuicit. Nempit sanctus disseruit Augustinus, Oratione est animae tribulatae ac sanctae subsidiū, angelo bono solatiū, diabolo supplicium, deo obsequium: quae cum seruens, perseverans ac humilis fuerit, caelos utique penetrabit, & uacua non redibit, ut deuotissimus scribit Bernardus: qui rursus fatetur: Nemo orationem suam paruipendat: dico enim uobis, quod deus eam non paruipendit: sed unum est duobus sperare debemus: quia aut faciet quod oramus, aut quod nouit nobis esse utilium.

Articulus XV. De tertio temptationum remedio, quod est, firmiter sperare in deo.

Adiuuabit

A

Diquabit eos dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, qui sperauerunt in eo. Fidelis, uerax ac pius dominus qui hortatur ac iubet ut confidamus in eo, & reprobatur confidentes in seipsis aut in sibi similibus: ipse nequaquam relinquet confidentes in ipso dummodo perseverent in spe sancta, & ipsa spes sit formata non informis, id est uirtuosis decorata operibus, ut puta ex gratia & operibus bonis procedens. Alioqui sperare in deo, & ab eius iniuria ac offensa non cessare, eiusque quotidie praeruarari precepta, non est spes uera, sed praesumptio uana. Itaque ex proprie imbecillitatis & defectuositatis consideratione de proprijs uirtutibus diffidentes confugiamus in omni temptatione & tribulatione ad deum totius fonte clemetiae, & in eius omnipotentem pietate ac gratia actualiter confidamus, quod scilicet nos ad eius misericordiam fugietes, & in ea sperantes non deseret, hancque confidentiam principaliter concipiamus ex pietate ipsius, secunda uero autem ex meritis nostris, sine quibus spes esset informis, praesumptuosa, inanis, sicut tamen quod ipsa merita nostra cum omni humilitate & gratiarum actione ascribamus pietati & gratiae dei, cuius dona sunt merita nostra, quia ab ipso infundunt uirtutes, quibus mere mur: nec sine actuali motione & excitatione ipsius possumus aliquid meritorie operari: siquidem tota spes nostra immobiliter ac principaliter fixa in deo. In sanctis autem tanquam in mediatoribus & adiutoribus nostris apud altissimum, sicque in omni temptatione speremus, quod deus nos adiuuabit, defendet ac triumphabit, & quod eius pietate, ope & gratia efficaciter resistemus, atque uictoriam sortiemur, & raliter id speremus, & nihilominus quod in nobis est faciamus, tota diligentia atque industria nobis possibili bona agendo ac mala uitando, & dei adiutorium implorando, quemadmodum Regi quarto fertur de piissimo Ezechia, quod ueniente contra se rege Assyriorum, tota spem suam fixit in domino, & tamen quicquid potuit humana industria ac potentia fecit aduersus illum, sicque orando dicamus: In te domine deus est tota nostra fiducia: à te adiuuari confidimus, in tua pietate & gratia consistit spes nostra: propter tuam bonitatem & pietatem immensam nos tuari digneris. Tibi omne bonum & omne meritum nostrum ascribimus. Non derelinquas sperantes in te, imò da nobis in te sperare sincere ac tibi placenter sperare. Tuo gratioso auxilio confidimus mala uitare, bona peragere, aduersa aequanimiter pati, & preualere in omni temptatione diaboli, carnis ac mundi. Itaque quicquid temptationis & aduersitatis contigerit nobis, credamus ex diuinae providentiae dispositione pro nostro meliori nobis accideri: ideo inde non murmuremus sed tanquam munus à domino dispensatum, gratanter suscipiamus, cum beato Iob confitentes: Sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Vnde & uenerabilis illa Iudith sapientissime dixit: Non ulciscamur nos pro his quae patimur, sed reputantes peccatis nostris haec ipsa supplicia esse minima, flagella domini quasi serui qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Hinc ait Gregorius: Quisquis aduersitate, tribulatione, temptatione uel frangitur, à quo factus sit minime contemplantur: qui enim quod non erat fecit, factum sine gubernatione non deserit: & qui benigne hominem condidit, conditum iniuste affligi nequaquam permittit, nec finit neglecte perire quod est, qui quod non fuit, creauit ut esset. Denique ad sperandum in deo, in omni euentu scriptura sacra & ipsaemet deus in scripturis copiosissime nos hortatur: sperantibus quoque auxilium & salutem uberrime pollicetur. Ait namque deus de suo fidelis in psalmo: Quoniam in me sperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, & Psalmista sperent (inquit) in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te domine. Hinc per Ieremiam dominus loquitur: Liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quoniam in me habuisti fiduciam. In Ecclesiastico quoque inducitur: Respiciite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est: permansit in mandatis eius, & derelictus est: & quis inuocauit illum, & despexit eum: Propterea ait Bernardus: Tu es domine spes mea. Quicquid agendum, quicquid declinandum, quicquid tolerandum, quicquid optatum, tu es domine spes mea. Haec una mihi omnium promissionum fiduciam haec tota expectationis meae ratio: praeterea alter meritum sustinere se iacet pondus diei & sustineat se in sabba tho dicat: postremo, non esse sicut caeteri hominum se gloriatur. Mihi adhaerere deo, bonum est: ponere in domino deo spem meam, & rursus: Si mihi praemia promittunt per te domine, haec obtinere sperabo: si insurgat aduersus me praesens saeuia mundus: si terreat malignus: si caro aduersus spiritum concupiscat, in te ego sperabo.

Articulus XVI. De quarto temptationum remedio, quod est contritio capitis tentatoris ac temptationis, & quod seipsum in omnibus coram deo humiliare sit ualde accommodum, ad praualendum omni temptationi.

LLLL 3 Persequar

Psal. 136

4. Reg. 19

Iob 1

auditis

Gregorius

Psal. 90

Psal. 9

1. Reg. 19

Ecd. 2

Psal. 70

Mat. 10

Luc. 18

Psal. 74

Psal. 25

Gala. 5

Pfal. 17

Persequar inimicos meos & comprehendā illos, & non conuertar donec desiciant. Confringam illos, nec poterunt stare. Cadent subus pedes meos. Haec iuxta spiritalem ac mysticum intellectū sunt uerba strenui pugnatoris aduersarijs suā salutis magnanimitate reluctantis, & sunt haec uerba potius uerba bonae spei q̄ assertio nis incautae, in quibus praesupposito per omnia dei auxilio confidenter proponit & pie presumit se conculcaturū & deuideturum inuisibiles hostes uitiorumq; acies, & quicquid deo ac saluti contrariatur, non ignorans q̄ uere dixerit Paulus apostolus: Deus conteret satanā sub pedibus uestris uelociter. Iacobus quoq; Resistite diabolo, & fugiet a uobis. hinc rursus Apostolus monet: Nolite locum dare diabolo, hoc implet, qui nec per delectationē nec per consensum admittit diabolica tentamenta, sed celeriter mox ut senserit ea, dissentit, abhorret, aspernatur & reijcit aut reprobatur illa. Quemadmodum primo Machabaeorum de magnanimo Ionatha recitatur, q̄ non dedit inimicis suis tempus aut spatium ut ingrederentur fines ipsius: ita & nos non permittamus daemones aut peccata per delectationem aut consensum ingredi corda nostra: & hoc est cōterere caput serpentis tartarei, qui totus mobilis lubricusq; consistit: & ubi caput suum intruserit, cito torus illabitur, Cui in Genesi dominus sub persona mulieris de ecclesia & unaquaque fidei anima loquitur: Ipsa conteret caput tuum. Hoc caput est tentationis exordium seu ipsa superbia, uitiorum origo & radix, aut cordis peccatum, ex quo peccata oris operisq; nascuntur. Itaq; prauae suggestionis protinus resistamus, eam mox reprimendo, detestando, uitando atq; ad meditationes salubres mentem celeriter conuertendo, iuxta quod dicitur: Principijs obsta. Ait quippe Gregorius: Si cogitationi iniq̄e in corde nascenti festinanter non resistatur, per ipsam morā qua remanet, roboratur. Idcirco dum adhuc paruula ac debilis est, extirpetur, cum per Ieremiam dominus dicat: Vsq; quo morabantur in te cogitationes noxiae? In quibus uerbis non reprehendit q̄ ueniunt & nascuntur in corde, sed q̄ morantur in eo, hinc unus patrum asseruit: Non sumus anticipatores cogitationū, sed reluctatores earum. Vnde hortatur Hieronymus: Dum paruus est hostis interfice eum, ut malitia & nequitia elidantur in semine, ne excrescant. Insuper caput infernalis serpentis, id est superbia, specialissime & in primis est conterenda & conculcanda, cum ipsa sit omnium uitiorum origo, in qua initium sumptit omnis perditio: & quia omnipotens, cui nullus ualet resistere, resistit superbis, ideo ubi superbia habet locum, pater ingressus diabolo, & plurima inducit peccator: quae omnia uita qui superbiā semper abhorret ac proijcit, quemadmodū Tobias hortatur: Superbiā nunq̄ in animo tuo aut in uerbo tuo dominari permittas. Etenim coram deo & hominibus odibilis est superbia: ideo ait scriptura: Quid superbit terra & cinis? superbus nanq; a deo relinqui meretur: & iuste relinquitur, qm̄ magnus & fortis in oculis suis existens, propria utilitate ac fragilitate non pensat: ideo nec ad dei confugiat auxilium, atq; in uitioq; uoragine, & in uilissima diaboli & peccati seruitute collabitur. Hinc ad superandū omnē tentationē praecipue confert seipsum in omnibus profunde humiliare, uilipendere, accusare, propria insufficientiā, fragilitatē, defectuositatē recognoscere, & fateri: humilibus enim gratia datur, augetur & cōseruatur, ac diuinā pietatis auxiliū copiose porrigitur. Ideo sanctus testatur Hieronymus: Nihil ab ineunte pueritia ita uitauit, sicut superbo corde & erecta ceruice incedere. Sanctus quoq; Bernardus: In ueritate, inquit, didici nil ita ad gratiā promerendam atq; augendā, ad uictoriā obtinendā ita proficere, ut si omni tempore inueniaris non alitū sapere, sed timere. Hinc dum beatissimus pater Antonius uniuersos demonū laqueos uidisset extentos, & gemens clamasset: Domine quis euadet hos laqueos? audiuit uocē de caelo dicentem: Sola humilitas. Ideo semper & praesertim in omni tentatione humiliemus nos ipsos, & uilia sentiamus de nobis, & coram deo nos humilime prosternamus, nostra uitia confitentes, nostram infirmitatem & in omne malum procliuitatem desentes, sicq; misericordiam dei iugiter inuocantes, dicendo: Adiua nos deus salutaris, et propter gloriam nominis tui domine libera nos: non nos deseras, nec hostibus tradas. Sic sancti tres pueri orauerunt positi in camino ardenti: In spiritu humilitatis et animo contrito suscipiamur a te domine. Ita & nos in omni tentatione deum cum omni humilitate & confidentia inuocemus, diuino adiutorio nitentes, & deo omnem uictoriā ascribentes. Hinc de gloria humilitate sanctus loquitur Augustinus: O medicinā omnibus consulentem, omnia tumētia comprimentem, omnia tabescentia reficientē, omnia superflua refecantem, omnia deprauata corrigentē. Postremo caput serpentis, id est culpam cordis in ipso corde suffocare uitemus, ne erumpat in uerba malitia, nec monstretur per signa, neq; procedat in opera, imō cogi-

Rom. 9 Iaco. 4 Eph. 4

1. Mach. 12

Gen. 3

Gregorius.

Ier. 4

Hieronymus.

Tob. 4

Iaco. 4

1. Petr. 5

Tob. 4

Eccles. 10

Eodem

Iaco. 4

1. Petr. 5

Hieronymus.

Bernardus.

Roma. 11.

Humilitatis uis

Pfal. 79

Dan. 3

cogitationem illicitam, affectionem peruersam, negligentiam & omnem omissionem culpabilem per saluberrimas meditationes, deuotas orationes ac alijs modis iam tactis ac tantis generis opprimamus ac superemus.

Articulus XVII. De quinto & praecipuo tentationum remedio, quod est dominicae passionis consideratio.

Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Quemadmodum in Numerorum libro describitur, cum filij Israel in deserto ob sua facinora occiderentur serpentum moribus ignitorum, iussit Moysi deus: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, uiuet. Quo facto praefiguratum est, q̄ sicut filij Israel serpentē aeneum intuendo à moribus serpentium corporalium curabant: sic fideles Christū pro ipsis crucifixū per fidē formatā aspiciendo, à tentationibus & laesionibus infernaliū serpentū eruiūt. Nēpe passio Saluatoris liber est toti cōlestis magisterij, om̄q; uirtutū, in quo uniuersae uirtutū exēpla & documēta legunt, discunt ac imitanda tradunt. Nōne in passione Christi relucet ardentissima charitas, humilitas profundissima, patientia maxima, inuicta constantia, obediētia summa? Etenim propter nos factus est patri obediēs usq; ad mortē: & cū adhuc inimici essent mortuūq; pēctis, recōciliauit nos deo patri in sanguine suo, & aīam suā posuit pro nobis, offerēs semetipsum oblationē & hostiā deo in odore uanitatis, & tāq; agnus corā tondeite obmutuit, stans facie inclinata, ore silēte, mēte mitissima corā Pilato atq; Herode. De q̄cūq; igit uicio impugnemur, p̄tinus acerbissimā & ignominiosissimā Christi passionē intueamur: & si de uoluptatib; carnaliū uitiōq; tētamur, mox oēm amaritudinē dñicā passionis diligentissime recordemur, dicētes singulū ad seipsum: Nūq; de te seruū uilissimū decet aut fas est turpiter delectari & uoluptatibus deseruire, cū dñs deus creator, rex, Saluator & iudex tuus pro tua salute tā amarissimā ptulerit passionē? Si impatiētia aut iracundiā nos impugnat, recogitemus quā patētissime atq; mitissime Christus in omni sua se habuerit passione, imō & pro crucifixoribus suis orauit. Si nos impugnat inuidia aut odiū, aduertamus quantum filius dei dilexerit nos, quantā nobis charitatē in sua passione monstrauit, q̄lter pro iustis & iniustis, pro amicis & inimicis mori dignatus sit. Deniq; ex cōsideratione obediētē Christi oēm inobediētiā, rebellionē, duritiā prorsus uitemus, fortitudo & constantia Saluatoris oēm carnalē molliētiā, inordinatū timorē, effeminatam instabilitatē & confectiā ad nos. Audiam; ipsum dicēte: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā quādie, & sequat me. Nēpe ut ait Ap̄stolus: Qui sunt Christi, carnē suā crucifixerunt cū uitijs & concupiscentijs. Princeps q̄q; apostolorū Christus, inquit, passus est pro nobis, uobis relinquit exēplū, ut sequamini uestigia eius. Iccirco discipulus quē diligebat Iesus, differuit: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulare & ipse ambulare. Si haec rite pensemus, nequaquā uanitatibus, uoluptatibus, risibus, iocis, ludis, pigritijs aut ceteris uitijs in nobis locū prestabimus, imō, omni tentationi de talibus nos pullanti ex eoq; attenda recordatione strenue resistemus. deuotioni, cōpunctioni actibusq; penitentiae insistamus. Praeterea cū passio Christi sit nobis multipliciter cōsideranda, uidelicet ad recordandū, ad cōpatiendū, ad imitandū, ad gratulandū, ad admirandū, ad cōtemplandū, ad diligendū. Si passionē dñi nr̄i cū pia cōpassione fidelisq; imitatione attendimus, oēm delectationē immundā, cōsolationē mundanā, diabolicā elationē, oēm rancorē, irā, impatiētiā & torporē abijciemus. Debemus itaq; passionē Christi quādie, imō assidue meditari. Primo, ad recordandū, ne ex obliuione beneficii tanti, simus ei ingrati. Secūdo, ad cōpatiendū, eo q̄ ipse mitis & innocens agnus dei, tot & tāta pro nobis sustinuit. Tertio ad imitandū, quatenus praefatas uirtutes quas ipse in sua ostēdit passione excellentissime imitemur pro posse, atq; exēplo Saluatoris ac regis nostri corpora nostra crucifigamus, id est in actibus penitentiae castigemus, uita & concupiscentias carnis mortificemus. In aduersis tāq; in oibus diuitijs gloriemur. Quarto, ad gratulandū, inquātū passio Christi tā fructuosissima fuit nr̄a redēptio: sicq; cū Ap̄lo fateamur: Nos autē gloriari oportet in cruce dñi nr̄i Iesu Christi, in q̄ est salus, uita & resurrectio nr̄a. Quinto, ad ammirandū q̄ unigenitus filius patris aeterni uere & qualis deo patri uoluit tā amarissimā & ignominiosissimā mortē pro nostra saluare salute, Sexto, ad regratiandū, ut pro sua benedicta passione & nostra gratiosa redemptione saluatori totis uiribus regratiemur, imō & eius intuitu ac amore libetē agamus & patiamur secundum beneplacitum eius. Septimo, ad cōtemplandū altitudinem diuini consilij sup modo nostrae redemptionis, immensitatē quoq; pietatis diuinā, quae tā misericorditer no-

Iohan. 3

Num. 12

Phil. 2 I. Iohan. 3 Eph. 5 I. I. 52

I. I. 55 Luc. 12

Luc. 9 Gal. 5 I. Pet. 2

I. Iohan. 4

Passio Christi multipliciter nobis est cōsideranda

I. Iere. 11 II Gal. 5

Phil. 118 Gal. 7

VI

VII

Iſa. 59

Roma. 8

his subuenit, sed diuinæ rigorem iustitiæ in hoc, quod deus maluit unigenitum suum sic pati, quam peccata hominum non ulcisci. Posuit enim in eo iniquitatem omnium nostrum, & propter scelus populi sui percussit eum, nec proprio filio suo pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Oſtauo, ad diligendum, ut ex consideratione horum quæ filius dei pro nobis sustinuit, & ex intuitu tantæ dilectionis suæ ad nos accendamus totaliter in eius amore. Si ita his modis passionem Christi quotidie diligenter contemplari non desistamus, omnem uitamque tentationem facilius uirtute ac merito passionis ipsius uincemus, mundum quoque cum uanitatibus suis et carnalia oblectamenta cordialiter contemnemus cum Apostolo proferentes: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Itaque ego stigmata domini mei Iesu Christi in corpore meo porto. Insuper ut tam compassiue, deuote & condescender passionem Christi ualeamus recitare, debemus cordium nostrorum distractiones abijcere, & ea in deo recolligere atque defigere: debemus quoque mentes nostras Christo per amoris feruentem unire, eiusque passionem tam attente meditari, ac si præsentialiter ac corporaliter uideremus eum sic trucidari & ite pensare, quam poenale esset nobis talia tolerare. Præterea contemplari debemus, quis, qualis & quantus sit, qui ita pro nobis dignatus est pati: quæ, qualia & quanta sustinuit, à quibus, qualibus & quantis pertulit ea; pro qua causa, quo fructu, quo fine. Debemus ergo attendere, quis sit ille qui pro nobis est passus, ut puta quod ipse in unitate personæ est uerus deus & uerus homo. Si ergo magnum & omni gratiæ actione cõdignum esset, si aliquis angelus uel purus & sanctus homo pro nobis sic passus fuisset unone incomparabiliter magis est reputandum & regratiandum, condolendum & imitandum, ammirandum, inuendū & diligendum, quoniam ipse met dominus deus talia pati dignatus est in humanitate quam pro nobis assumpsit. Debemus quoque attendere qualis sit, ut puta totus innocens, pius, mansuetus, amorosus, obedientissimus, corpore quoque tenerimus & passibilissimus. Et quantus: uidelicet quod ipse sit omnium dominus, regum atque altissimus omnium, & tamen propter nos dignatus est fieri obprobrium hominum & abiectionis plebis, & apparere miserrimus ac uilissimus uniuersorum. Amplius est pensandum, à quibus est passus, puta à populo peculiari ac proprio, cui tam multa ac præcipua beneficia contulit, & à quibus, scilicet à crudelissimis, sceleratissimis uilissimisq; ribaldis: & à quantis, quia à multis milibus spernebatur ac irridebatur in præcipuo festo ac celeberrimo loco: & ex qua causa, quia ad delendum peccata nostra: quo fructu, quoniam genus humanum redemit, & omnibus nobis supererogantissime meruit, ita quod eius meritis indefinenter inuamur, & de plenitudine eius omnes accepimus, atque ex opulentiâ & thesauro merito ipsius indulgentiæ copiosæ incessanter præstantur: quo fine, quia ut nos ab æterna dånatione eriperet, celestisq; gloriæ constitueret in æternum hæredes. Hæc omnia rite, morose & affectuose perpendere, non solum est efficacissimum ad superandum omnia tentamenta, sed etiam ad proficiendum in omni uirtute & gratia, imò ad pertingendum ad euangelicæ legis perfectionem, ad contemplationem altissimam. Hæc omnia electus & felix, imò illuminatissimus Augustinus bene & profunde cõsiderauit, qui dixit: Inspice uulnera filij dei in cruce pendentis, sanguinæ morientis, charitatæ ac pretium redimentis, cicatrices resurgentis. Caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sunt cogitare: hæc in scatera cordis uestri appendite, ut totus uobis figuratur in corde, qui totus pro uobis fuit fixus in cruce. Hinc & alius quidam in persona Christi satis deuote locutus est: O homo uide quæ pro te patior: non est dolor ut dolor quo crucior: Ad te clamo, qui pro te morior: Vide poenas, quibus afficior: uide clauos, quibus confodior: & cum tantus sit dolor exterior, maior tamen est dolor interior, dum te tam ingratum experior. Hæc uerba à multis ascribuntur sancto Bernardo sed Albertus Magnus & Bonauentura super Sententias, asserunt ea edita à Philippo cancellario Parisiensi, quod uerius reor. O qui uere beatus dixit Gregorius: Nihil tam graue est, quod non æquanimitè toleretur, si Christi passio ad memoriam reuocet. Hoc est quod & Cassiodorus ait: Si passio redemptoris ad memoriam reducat, nihil tam dux: quod non æquo animo sustineatur. Parua sunt omnia quæ toleramus, si recordemur quid biberit, quid pertulerit in patibulo ille, qui nos inuitat ad beatitudinem & gloriâ regni celestis. Ipse pro nobis opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, spina, flagella, spinam coronam crucemq; sustinuit: & nos miserrimi ad nostram confusionem uno uerbo deſcimus, modicissima iniuria fatigamur, imò pro proprijs uitijs corripimur & corrigi uix dignamur. Erubescamus ergo salubriter, & emendemus nos fortiter, ac contra omnia tentamenta & uitia nos armemus, atque

circumſtantie in dñi passione cõtempnandæ

Phil. 21

Iohani. 1

Augustinus

Gregorius.

armati stemus indefinenter, consideratione assidua & interna passionis filij dei, dicentes ei: Passio tua domine Iesu Christe est ultimum meum refugium ac singulare remedium. Deficiente mihi sapietia, non sufficiente mea iustitia, succubentibus meritis meis, illa securit ac medetur, succurrit & consolatur: Ideo cum defecerit uirtus mea, non conturbabor neque diffidam, sed scio quid auxiliante te faciam: Etenim calicem salutaris accipiam, passionem tuam ad memoriam meam reducam, & te dominum inuocabo. Itaque quicumque & quotiescunq; aliqua cogitatio praua, affectio uilis, tentatio que uis mentem nostram pulsauerit, mox dicitur passionis memoriam assumemus: & si id in consuetudinem duxerimus, mirabile inde fructum atque profectum sentiemus & consequemur, imò & cõsolationem præcipuam nec erit nobis tam facile manum aut pedem mouere, sicut passionem Christi recollere, ac per eam omnem tentationem ac uitium expugnare.

Phil. 17

Articulus IX. De sexto generali tentationum remedio quod est cõsideratio diligens dignitatis humane nature, quæ habet in donis nature, & multo plus ex supernaturalibus donis gratiæ.

Quæ societas luci ad tenebras: aut quæ conuentio Christi ad Belial: aut quæ cõsentus templo dei cum idolo: aut quæ pars fidelium cum infidelibus: Quæ quæ plura, maiora & sublimiora dona ab omnium creatore suscepit, tanto grauius peccat, dum uilissimo iugo diaboli seruituti uitioque subdit seipsum. Vt ergo homo uere magnanimis sit & uirtus atque demeritis ac spurcitijs carnis subijci dedigneris, attende excellentiam tuæ nature, quia præ cæteris corporeis creaturis splendore intellectus, spontanea uoluntate ac libero arbitrio, naturalibus quoque scientijs es ornatus, inferiorisq; mundi diuis constitutus: quæ hæc omnia subiecit creator sub pedibus tuis, imò celestia corpora, planetæ ac sidera in tuum obsequium sunt creata, quæ admodum in Deuteronomio ait ac iuber scripura: Ne oculis eleuatis ad cœlum uideas solē & lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit deus tuus in ministerium gentibus cunctis. Noli ergo peccato cunctis brutis uilior fieri, imò incomparabiliter eis deterior effici. Quæ bestia tam crudelis & insana, ut occidat seipsum: Cur ergo tu particeps rationis per peccata mortalia propria interficias animam? Præterea uide quantam sit dignitas tua per supernaturalia beneficia Christi, per charismata spiritus sancti, per uirtutes intus & merita felicitatis æternæ, per quæ omnia factus es consecratus es templum, thronus ac mansio dei, & non solum seruus, sed etiam filius adoptiuus regis æterni, hæres regni celestis, æternæ sapientiæ sponſus, miles ac mēbrum Christi, amicus altissimi, & quod super omnia est mirandum, tua natura in Christo unita est uerbo æterno uero deo in unitate personæ, per quod angelis sanctis honorabilis es effectus. Cur ergo te ipsum ita uilificas, & cœlesti dignitate tam miserabiliter dånabiliterque degeneras? Quæ admodum enim per charitatē & dona gratiæ gratiū facientis effecta est anima tua spōsa Christi, ita per mortale peccatum fit adultera diaboli. Si materiale basilicam cõsecratam prophanare, polluere, demoliri, in cœdem grauissimum crimē censet: quod dånabile & enorme est, uirtuū & intellectualem repli ac thronum creatoris uitijis fordidare, concupiscentiæ igne accendere, daemonibus exhibere spiritaliterque destruerē? Vide ne tibi conueniat quod ait propheta: Homo cum in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis inſipientibus, & alter: Qui nutriebat, inquit, in croceis, amplexatus sunt stercorea. Hoc quippe contingit, dum homo ecclesiasticis sacramentis renouatus, spiritalibus alimonijs merite refectus, uirtuosus exercitijs enutritus, ad carnalia redit, & cum spiritu cepit, carne cõsummat. Hic unus philosophorum locutus est: ita uilitas est peccati, quod quæuis post seipsum peccare, non tamen peccare. & rursus: quæuis scit quod diuinitati ignoscet, tamen peccatum ob eius deformitatem uitare. Vnde & Tullius scripsit: Oem cõdationem animi reprimi in cõspectu posita humana natura. Itaque recte dixit Hieronymus: Sola apud deum libertas est, non seruire peccatis: summa apud deum nobilitas est, clare esse uirtutibus. Tu ergo quod adoradæ deitatis imagine es ornatus, ac summæ trinitatis similitudine sublimatus, ad æternam beatitudinem cõditus, proprio sanguine dei incarnati redemptus: cui ad custodiendam deputatus est angelus sanctus: qui in Christo renatus es, & supernaturalibus donis gratiæ decoratus, attende beneficia tibi collata, ne tanto largitori bonorum inueniaris ingratus. Ex horum cõsideratione omni tentationi resistere, nec in uilissimam impietatis foueam te precipitari permittas. Vult creator omnipotens in rationali creatura tanquam in imagine per uirtutum similitudinem relucere. A te dignatur & uult patere uocari, ideo iubet te ei assimilari: Ipse enim pater misericordias præcipit misericordem te esse: ipse qui iustus est, iustum te esse requirit: ipse locutus est sancti estote, quoniam ego sanctus sum, & unigenitus eius dixit: Estote perfecti, sicut & pater uester celestis perfectus est.

1. Co. 8

Phil. 8
Deu. 4

Rom. 8

Phil. 4.8
The. 4
Gala. 3

Hieronymus
Gen. 1
Roma. 8
Titum 2
Apoc. 5
Heb. 1

Mala. 2
2. Corin. 8
Mat. 5
Phil. 10
Leuit. 11
Mat. 9

Articulus XIX. De septimo tentationum remedio, quod est cõsideratio scripturarum, uera discretio & sapientia salutaris,

Omnis

.Timo.3
Iob.33
Marc.4
L. uc. 4
Eccli.10
Iaco. 4
1. Pet. 5
Eccli.10
Iob.14.
1. Cor. 4
Iohan. 5
Iob. 5
Eccli. 7
1. Iohan. 3
Heb. 13
Ambrosius
Prover. 30
Apoc. 3
Mart. 10
2. Timo. 2
Iohan. 3
Sap. 7
Ista. 11
1. Cor. 14
Psal. 118
Psal. 1
Tob. 4

OMnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudicendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Quemadmodum in Iob ait scriptura: Semel loquitur deus, & secundum id ipsum non repetit, quoniam in scripturis instruit uniuersum: sacra enim scriptura euidenter copioseque instruit, qualiter homo in omni uita sua debeat se habere, qualiter omni tentationi & unicuique peccato sit resistendum, qualiter recedendum a uitijs, & instandum in uirtutibus. Hoc dominus & Saluator apertissime docuit, qui per allegationes scripturae diabolicis resistit tentamentis. Quo exemplo docemur, ut unicuique tentationi ac uitio congrua scripturae testimonia opponamus: ut, si inuaserit nos superbia, mox dicamus: Odibilis coram deo & hominibus est superbia. Itaque: Deus superbis reficit, humilibus autem dat gratiam. & rursus: Initium omnis peccati est superbia. & iterum: Quia diabolus est rex super omnes filios superbiae. Innumerabiles penes sunt huiusmodi auctoritates scripturae, quibus tanquam imperforabilibus clypeis reicienda sunt iacula tentationum superbiae & gloriae uanae, ut cum denuo fert scriptura: Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? & rursus: Quomodo potestis uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis? Conformiter, si de inuidia impugnemur siue de ira, respondeamus illud Iob Paruum occidit inuidia, & uix stultum iracundia. & quod iterum ait scriptura: Putredine cordis & ossium inuidia, & ira in sinu stulti quiescit. Si autem tentetur quis de odio, dicat illud Iohannis apostoli: Omnis qui odit fratrem, id est proximum suum, homicida est. Si de luxuria, dicat cum Paulus: Fornicatores & adulteri regnum dei non possidebunt. Sicque singulis tentamentis ac uitijs opponenda sunt conuenientia scripturae: eloquia: quae quod ait Hugo: Nihil in uita dulcius sentitur, nihil auidius sumitur, nihil ab amore mundi mentis sic separatur, nihil contra tentationes mentis sic roboratur, nihil sic uiuat & excitat ad omne opus bonum atque ad omnem laborem, ut studium sacrae scripturae. Itaque recte locutus est sanctus Ambrosius: Ignorantia periculosissimum est peccatum. Qui enim ignorat qualiter sit contra uitia reluctandus, protinus uincitur: & qui nescit sacri eloquii documenta, tentationibus facile superatur. Hinc Salomon dixit: Omnis sermo dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Si ergo tentationum acerbitas, abundantia, assiduitas & proluxa duratio nos in se infert, pensemus quod in Apocalypsi dominus monet ac pollicetur: Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae. & alibi: Qui perseuerauerit usque in finem, saluus erit. Itemque: Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Denique omnis peccans ignorans est, & aliquo modo errat quia & si in generali agnoscat quod uerum est, errat tamen iudicando in particulari: atque ad hoc tendit tentator, ut falsitate suae tentationis ac peccati caligine corda nostra obscurat, propter quod in Iohanne scriptum est: Omnis qui male agit, odit lucem. Verum contra hanc obscuracionem utilissima est notitia, imo actualis consideratio scripturae, radius discretio nis, sapientia salutatis: haec etenim tanquam clarissima lumina tenebras hostium fugant, & rationem ab erroneo praeseruant iudicio, ne apparens bonum quod in ueritate est malum, praeferat uero bono: & ut generalem notitiam circa particularia applicet congruenter, & deum in cunctis praeculis habeat. Hinc quippe scriptum est: Sapientia non uincit malitia. & ut alii qui legunt: Sapientia uincit malitiam, unde in Ista legitur: Non occidit, & non nocet in omni monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini. Inhaeremus ergo indefinenter luci sapientiae, uerae discretionis rectaeque rationi, nec praecipitauerit quicquam agamus, sed decenter & ordinate omnia faciamus: sapientia namque eos qui se obseruat a doloribus liberat, suamque luce sic mentem perfundit, ut salubriter & acute inter uera & falsa, inter bona & mala discernat. Veruntamen non sufficit informis & nuda notitia, imo talis frequenter infiat scientia. Deprecemur sapientiae fontem, intelligentiae atque iustitiae solem, ut per unctio nem spiritus sancti nos illustrare dignetur, quatenus cum affectu & efficacia consideremus scripturas, sicque dicere per experientiam ualeamus: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hinc sanctus pater Antonius: In omnibus inquit: quae agis, testimonium adhibe scripturae. Et de electo homine ait propheta: In lege domini meditabitur die ac nocte. Si ita egerimus, tentationibus nunquam dabimus locum: sed quicquid deo displicere nouerimus, cum diligentia summa uitabimus. hoc est quod in Tobia docetur: Omnibus diebus uitae tuae deum in mente habeto, & caue ne aliquando consentias peccato. Postremo quae ad modum prudentes seculi huius libros scripserunt de re militari & de arte pugnandi, quam in prelijs fortitudinis multitudinis exercitus praetulerunt sic uerae spiritualis militiae peritia docet scriptura, insinuando quibus uirtutibus & actibus efficacia resistat diabolo, prout dictum

dictum est supra, & infra dicitur. Et ut in spiritali militia dominum cum ingenti fiducia, humiliter, feruore ac perseuerantia inuocemus, imo usque ad sanguinem & mortem reluctemur tentationi ac uitio, & quasi a facie colubri, imo incomparabiliter plus fugiamus peccata, sicque per propria exercitia uirtuosa artem & peritiam istam salubrem dicamus, & ita utraque manu utamur pro dextera, non solum per prospera, sed etiam per aduersa proficientes.

Articulus XX. De octauo tentationum remedio, quod est consideratio damnorum & nocumentorum, quae homo incurrit consentiendo tentationi.

Qui facit peccatum & iniquitatem, hostes sunt animae suae. Ista sunt uerba Raphaelis in Tobia, quemadmodum enim diligere est alicui bonum uelle ita odire est alteri uelle malum. Porro, inter genera mali malum culpae est pessimum, iocundo qui consentit peccato aut amat seu efficit illud, aut bonum uirtutis omittit ad quod tenetur, odit seipsum, & hostis est animae suae, sicut ait Psalmista: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Pari ratione qui consentit tentationi ad uitium inclinatum, est suae animae inimicus. Porro peccatum sub ratione peccati & mali non potest amari, cum bonum sit appetitus obiectum: sed peccatum in quantum apparet bonum, propter delectationem sibi annexam siue aliam causam appetitur. Aliqua autem bona & competibilia esse uidentur, quae si bene & plene considerentur, abhorrentur atque uitantur in quantum sunt materia, in citamentum occasio uel peccandi & impedimenta proficiendi, sicque Christus in euangelio consuluit relictis diuitijs, propria uoluntatem, propinquos, uxorem, cum ista non sint mala neque illicita in se peccata uero in seipsis sunt mala ac uetita, ideo fugienda: & quamuis aliquo modo alliciant, si tamen rite pensemus, quae & quanta damna & nocumenta insistant peccanti, abhorrebimus ea omnino. Sapienter igitur ac profunde consideremus effectus laesionemque uitiorum, praesertim mortalium: Nullum enim peccatum mortale tam paruum est, quin homo per illud separetur a summo incommutabili & incircumscriptibili bono, gratiam quoque gratumfacientem, charitatem seipsumque dona spiritus sancti & cetera spiritalia ac supernaturalia spiritus sancti charismata charitati inseparabiliter iuncta amittat, sicque dei inimicus constituitur, seruus diaboli & peccati reddatur, aeterna felicitate priuetur, perpetuam quoque damnationem incidere mereatur. Cum ergo sciamus tam ineffabiliter magna ac odibilia damna & incomparabilia nocumenta peccato esse annexa & ipsum concomitantia, nonne infinita stultitia est quod unquam consentimus tentationi uitium suggerenti? Iccirco omnis qui peccat, est stultus: atque ut Salomon correstatur: Talium stultorum infinitus est numerus. Nonne stultus ac furibundus, omni quoque bruto peior, ferocior ac insipientior reputaretur, qui omnia bona sua ex inimicorum suorum suggestione projiceret in abyssum, & demembraret ac trucidaret seipsum, etiam quamuis ex hoc non sequeretur aliud damnum? quanto magis insensatissimus est censendus, qui tentationi consentit, & ex suggestione diaboli seua alia investigatione peccat mortaliter, ac per hoc animam suam spiritaliter necat, ferociter perimit, aeternae damnationis exponit & obligat, omnique spiritali opulenta spoliatur eam, ita quod quae erat sui creatoris Saluatorisque sponsa, haeres, amica & filia, sole & astris splendidior ac supernaturali decore ineffabiliter speciosa, peccando fit inimica dei, membrum, adultera ancilla & captiua diaboli, tenebrosa, foeda ac foetida, imo & mortua coram deo, & omni cloaca turpior coram illo. Propterea in omni tentatione omnique hora intueamur profunda haec ipsa peccata, damna & nocumenta, ita ut magis uelimus, eligamus milies trucidari ac mori, quam consentire tentationi. Itaque perpendamus quod uile ac fatuum sit tentationi succumbere: quod damnosum & impium sit, peccare: quod irrationabile stolidumque consistat uitia praeferre uirtutibus, bona creata, caduca & uana creatori dignitatis immentae, & propter momentaneum oblectamentum seipsum aeternae calamitati subijcere, sicque omnem tentationem cum infinita deestimatione abijciamus. Quis enim uellet per unam noctem omni deestimatione carnali ad libitum frui, & pro ea nocte sequenti in fornace iacere ardenti? Noli o homo te ipsum per consensum tentationis & impium uoluptatem diaboli illaqueare, spiritaliter excipere, propriam animam trucidare, uilissime uendere, prorsus depauperare, ad infernale supplicium sponte procedere, creatori ac Saluatori tuo ingrati & odibilemque efficere, atque ex pulso fidelissimo spiritu sancto & refutato angelo bono, inuidiosissimis & crudelissimis hostibus tuis in te locum & mansionem praebere.

Articulus XXI. De nono tentationum remedio, quod est intentio consideratio mortis.

Marc. 13

Vigilate, nescitis enim quando dominus ueniat, sero an media nocte, an galli cantu, an mane cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Qui uitam presentem attendit celeriter finendam atque celeriter incescibiliterque festinantem ac decurrentem ad mortem, detestatur ac uilipendit impiarum suggestiones tentationum quae ad mortem pertrahunt infelicem, & in hora mortis angustias pariunt intolerabiles ac remorsus grauissimos, dolorem de malo preterito, timorem morte acerbiorum de imminente diuini rigoris iudicio, ac inferni aut saltem purgatorij diro supplicio. Denique cum agnoscat certissime se moriturum in breui, nesciatque quandiu subsistet hic, an post modicum tollet eum hinc factor suus: aduertitque breuis ac momentanea sit omnis huius uitae uilis uoluptas & uitiosa transgressio comparatione aeternitatis & aeternae damnationis, mortem ueritatemque mortale sequentis, ideo respicit tentationibus & peccatis conferre assensum, loquens cum Salomone: Risum reputaui errorem, & gaudio dixi: quid frustra deciperis? Itemque, Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij: In illa enim putat in domo luctus, hoc est in exercitio poenitentiae, in congregatione suorum peccata desentium, in schola sapientium ac uirtutum finis cunctorum: admonetur hominum, & uiuens homo cogitat quid futurus sit, urputa cinis & puluis iuxta quod dicitur: Memeto homo quoniam puluis es & in puluere reuerteris. Aduerte igitur & perpende tuae conditionis fragilitatem, tuae naturae mortalitatem, tuae uitae incertitudinem, breuitatem, pericula, fallaciam mundi ineffabilem, mortis acerbitatem, morientis dispositionem, cordis corporisque pressuras acerrimas, tetrationes agonizantis, horribile exitum ac daemone tunc occursum, quae omnia si digne pensaueris, nequaquam tationi tribuis locum sed protinus sufflabis in eam, & exufflabis eandem, atque cum sanctissima Agatha tentatori magnanimiter respondebis: Mens mea supra petram solidata est, & in Christo fundata, uerba tua uenti sunt, suggestiones tuae pluuie sunt, impugnationes tuae Christo auxiliatae, me obruere non ualebunt. O tu miser sine sensu, & intellectu salubri, quomodo fugeris ut uana & uilia animam inquinantia, atque ad aeternam damnationem trahentia amem, & creatorem meum ac Saluatorem propter illa insipientissime, & inique relinquas? Ecce quae uere auerit Augustinus: Nihil sic reuocat a peccato, ut frater equens meditationis mortis. Hieronymus quoque: Platoni (inquit) sententia est, omnem sapientium uitam esse meditationem mortis assiduam. Debemus ergo & nos mente praemeditari, quid in breui simus futuri, & quod siue uolumus siue nolumus, longe abesse non potest. Qui se recordatur quotidie moriturum, contemnit praesentia, & ad futura festinat. Denique, consideratio horum facit hominem sic uiuere quolibet die, quasi in eo sit recessurus a uita praesenti, unde ait Gregorius: Ad hoc conditor noster latere nos uoluit finem nostrum, diemque nostrae mortis nobis esse incognitum, ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & tanto unusquisque sit feruentior in operatione, quanto incertior de uocatione, ut dum horam mortis prauidere non possumus, ad illam nos sine intermissione paremus. Hinc Climachus loquitur: Quemadmodum panis est necessarius homini praeter ceteris cibis, sic diligens consideratio mortis praeter exercitijs ceteris. & de hoc refert exemplum notabile: Fuit (inquit) in monte hoc Oreb, solitarii quidam in omni negligentia uiuens, qui tandem grauius infirmatus, migravit quasi unius spatii horae, perfecte a corpore, qui reuersus ad se, rogauit nos omnes exire ab eo, quo facto obstruens ianuam cellulae suae mansit in ea duodecim annis, neminem penitus alloquens, nec aliud quam panem & aquam gustans: sedens & ad ea quae uidit in extrasi, stupens sic mansit, moerens ita quod nunquam proprium morem & apparatus mutauit, & lachrymas calidas iugiter fudit. Cumque migraturus erat ad dominum, portam sui habitaculi destruentes intrauimus, & multum rogantes ut salubre aliquid diceret nobis, hoc solum ab eo audiui: Ignoscite mihi nemo mortis memoriam habens, potest peccare. Nos autem ammirabamur hominem prius tam negligentem tam repente in melius feliciter transmutatum. Cumque eum sepelisse mus, requirentes die sequenti sanctas eius reliquias, nequaquam inuenimus eas: per hoc certissime nos deo de illius studiosa fructuosaque poenitentia & salute. Postremo narratur in Vitalispatrum, quod Theophilus Alexandrinus patriarcha & archiepiscopus in hora obitus sui dixit: Beatus es abba Arseni, quoniam semper hanc horam habuisti praeparatam oculis. Ut ergo & nos beati fieri omnique tentationi resistere ualeamus, mortem oculis cor disincensibiliter proponamus.

Articulus XXII. De decimo tentationum remedio, quod est profunda consideratio tam uniuersalis quam particularis iudicij dei.

Deus

Deus cuius ira resistere nemo potest, sub quo curuantur qui portant orbem: quantus ergo ego sum, ut respondeam ei & loquar uerbis meis cum eo? Quia innumerabilia atque enormia scelera fierent in hoc mundo ultra ea quae sunt, nisi homines timore iudicij tertenorum refrenarentur, certissimum est. Verum ut ait Gregorius, si tantum timeret iudicij pulueris, id est corruptibilis hominis, quantum metueret iudicij omnipotentis: & quamuis credatur iustus & sanctus deus uniuersos homines iudicaturus, attamen quia non statim punit peccantem nec cito exercet iudicij, sed usque ad diem nouissimum differt iudicij uniuersale, & usque ad mortem singulorum iudicij particulare, miserissimi & insipientissimi homines sine diuinae aequitatis formidine non cessant peccare, uel quoniam longe reputant adhuc distare a finale illud commune iudicij, uel quia adhuc in uita hac ante mortem suam se emendare & poenitere proponunt, & de misericordia dei stolidè praesumentes: propter quod Salomon dixit: Quia non cito profertur contra malos iudicij, absque ullo timore filij hominum perpetrant mala. Si isti insipientes esse probantur tanto se committentes periculo, non pensantes quam incerta, fallax & breuis sit uita haec, & quam multi improuisi ac subito de hac uita tollantur, atque quam pauci eorum qui tempore iuuentutis & sanitatis damnabiliter uiuunt, in fine uitae poenitentiae uere. Praeterea non aduertunt quam breue ac momentaneum sit omne tempus seculi huius, non solum quo nos in eo subsistimus, sed etiam quod usque ad diem uouissimum protenditur respectu sequentis aeternitatis infernalisque poenae, cum finiti ad infinitum nulla sit comparatio. Hoc igitur attendentes intueamur & formidemus finale illud iudicij in fine mundi futurum, quod est reuera metuendissimum, sicut ait Apostolus: Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. atque beatus Iob loquens deo: Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, & abscondas me donec pertrahat furor tuus? Et si adhuc tam offuscata & obruta est anima nostra, ut tempus usque ad uniuersale iudicij duraturum non ualeamus quasi tam breue ac modicum apprehendere ac metiri: tempus tamen residuum uitae nostrae pensemus esse per modicum praesertim comparatione ad perpetuitatem concomitantem: ideo tanto praecordialius ac penetrabilius formidemus nostrum particulare iudicij, quo mox post egressum a corpore a summo iudicabimur iudice, iuxta illud Apostoli ad Hebraeos: Statutum est omnibus hominibus semel mori, post hoc autem iudicij: quanto breuius & nobis incertius est tempus residuum uitae nostrae. Ecce quam uehementer metuunt homines iudicij quo mors temporalis ac corporalis insiguitur. Nonne ergo incomparabiliter magis est formidandum diuinae maiestatis iudicij, quo spiritalis ac aeternalis mors, puta infernalis damnatio pro mercede ac ultione imprimatur? Ideo consideratio huius iudicij & eius formido ab omni dissolutione, uanitate, impietate ac tentationum consensu nos reprimant, ab intemperate transgressione nos retrahant, & coram deo reddant sollicitos, custoditos & fructuosos. Considera quam paucum sit iudicari ab eo, in quem peccatum commissum est, qui est iudex, testis & pars: cuius sapientiam nihil latet, cuius potentiam nemo euadit, cuius iustitia nullam culpam cuius uultu libet paruam deserit impunitam aut in discussam: a cuius autoritate atque sententia nullus poterit appellare: qui agnoscat nos in multis ac magnis esse culpabiles, de quibus nos ipsi non sumus conscij nobis. Attendit quam formidolosum sit praesentari & stare iudicandj tribunali iudicij summi, atque incertam ab ipso praestolari sententiam, qui proprio ore deprompsit: Multi uocati, pauci electi. Quo constat, quod comparatiue loquendo pauci damnationis aeternae euadant sententiam. Insuper imaginemur qualiter in hora uniuersalis iudicij totus mundus in igne consummationis stabit, ac desuper iudex districtissimus residebit, angelorum sanctorum ac omnium beatorum uallatus agminibus, horrendumque chaos inferni infra hians patebit. O quam intolerabile, confusibile & amarum, desperatione & omni calamitate plenissimum erit in die illo a iudice adorando in uniuersorum electorum ac reprobatorum praesentia increpari ac iudiciale illam audire sententiam, Ite maledicti in ignem aeternum. Horum consideratione sancti uiri frequenter compuncti fuerunt ac territi, resistentes fortissime omni tentationi ac prauitati. Unde sanctus fatetur Hieronymus: Quoties diem illum considero, toto corpore contremisco: siue enim comedo siue bibo, siue aliud aliquid facio, semper mihi uidetur tuba illa terribilis sonare in auribus meis, Surgite mortui, uenite ad iudicij. Hinc abbas Helias, Ego (inquit) tres res timeo, ut puta egressionem animae meae a corpore, praesentationem eius coram iudice, & prolationem suae sententiae. Abbas quoque Ammonius, Vade (ait) cogita & loquere sicut in carcerati. Illi namque interrogant

Iob. 3

Ecds. 3

Hebr. 10

Iob. 14

Hebr. 9

Apoca. 1

Mat. 20

Mat. 27

MMMM rogant

rogant, ubi est iudex? quando uenturus est? atq; in suarum expectatione pœnarū plorant sic debet homo animam suam quotidie obiurgare, dicendo: Væ mihi quoniam a stare habeo ante Christi tribunal, & ei meorum actuum reddere rationem. Amplius de hac re Climachus terribile narrat exemplum: quod quamuis in alijs opusculis recitasse me recolam, hic nihilominus illud tangam: Itaq; ait, fuit in monte hoc Sinai monachus nomine Stephanus habitans, solitariam & quietam agens ac diligens uitam, ieiunijs, lachrymis ac alijs bonis maxime decoratus, qui in monasterio sub obedientia plurimis uixit annis. Deinde de desiderio pœnitentiæ acrioris anachoreticam, id est omnino solitariam, abstractam & contemplatiuam uitam assumpsit in loco ualde remoto & penè inaccessiblei, ac omni humano carente solatio, ubi angustissimam & superarduam duxit uitam. Postmodum senex ad suam redijt cellam in monte Synai sitam, in qua infirmatus est infirmitate qua obiit: qui ante unū sui obitus diem factus in extasi mentis, apertis oculis respexit ad lectulū suū dextram & sinistram, & tanquam ad reddendam rationem ab aliquibus requisitus, dixit astantibus quos uidebat, audientibus cunctis q̄derat: Verum est quod in hoc peccaui, sed confessus sum, & tandiu pro huius culpæ indulgentia ieiunauī. Interdum uero dixit, nequaquam, sed mentim in istud non feci. Et rursus quandoq; ait: istud sic est, sed defleui & domino ministravi. Aliquando quoq; respondit: calumniose me accusatis. Porro, ad aliqua dixit sic est: & ad hoc respondere non ualeo sed deus misericors est. O eiauir anachoreta, qui per annos circiter quadraginta fuerat monachus, & in deserto leopardum ad se uenientem palcebat, de aliquibus culpis dixit: ad hoc respondere non scio nec ualeo. Et hic tantus recessit in tali exactione rationis à corpore, certum non faciens quod fuerit eius iudicium & quis finis: & quamuis omnino sperandum sit, quod feliciter exspirauit, hoc tamen exemplo instrumur quantum nos imperfecti & defectuosi debeamus dei iudicium formidare, qui quasi infinita à uita tantū anachoretæ deficiamus & distamus.

Articulus XXIII. De undecimo tentationum remedio, quod est infernalium tormentorum pensatio.

Dabo impijs in uexationem & maledictionem, & in stuporem & sibilum & obprobrium sempiternum, eo quod non obediuerunt mihi, dicit dominus per Ieremiam. Multi timore pœnarum ab excessibus, uoluptatibus, ac peccatis retrahuntur & fugiunt: & si temporale aut breue supplicium facit à uitijs abstinere, quantum magis æternæ damnationis consideratio debet nos ab omni tentationum consensu auertere: pensemus quanta miseria, quam intolerabilis pœna, quantum horror esset unicuique nostrum à grandi dracone circumplecti, eius spiris confringi, ueneno ipsius repleri, inter illius amplexus & oscula ad unam horam iacere: quis pro omnibus mundi diuitijs atq; delicijs uellet per unum diem hoc sustinere? Quis inter ignitos serpentes, deformes bufones, turpissimas ranas uellet in uase uno per unum diem includi pro cunctis honoribus seculi? & ubi est fides nostra? si credimus pro uno mortali peccato æterna infligi tormenta cunctis præfatis iam supplicijs non solum extensius incomparabiliter grauiora, imò etiam intensius ineffabiliter acerbiora ac magis horrenda, quid est quod unquam peccare audemus, aut (quod solidius est) in peccato manere, nisi quod infinita est stultitia, excæcatio atque peruersitas nostra? Imaginemur ante nos stare clibanum incendio plenum calidissime calefactum, sulphureo, sceridissimo ac æstuatissimo igne repletum, & in medio eius iacere hominem nudum nunquam inde exiturum nec inibi moriturum, sed in tanta afflictione æternaliter permanens, qui præ suarum acerbitate pœnarum nihil aliud intelligere queat nisi quod sua miseria in æternum durabit: attendamus nunc quod pœnale & intolerabile nobis esset in tueri illum miserimum in tantis acerbitatibus, desolationibus ac desperationibus constitutum, audire clamores illius, uidere qualiter se hinc inde iactaret, quam miserabilissime quoque uideret mortem & non esse appeteret. Quod si tam intolerabile esset nobis hoc cernere, quam intolerabile erit sentire? Præterea si credimus sancto Augustino dicenti, quod etiam pœna purgatorij omnem præsentis uitæ pœnam excedat, quamuis martyres sancti immanissima supplicia sint perpessi non solum ex consideratione & horrore infernalium tormentorum, uerum & purgatoriarum pœnarum debemus ab omni tentationum consensu ac uitiorum excessu penitus abstinere: horum considerationem attemptā, iugem memoriam, ingentem formidinem imprimamus in debilibus cordibus nostris, sic que uana & uilia oblectamenta spernamus, & omnem creatoris iniuriam & offensam

Stephani ere
mitæ uita.

Iere. 4.

Purgatorij pœ
næ acerbitas

offensam uitemus, cunctis tentationibus mūdi ac carnis atq; diaboli infatigabiliter resistamus, quemadmodum nutrix ablaçtare uolens infantulum, uerberibus suis supponit finapiū aut simile quid amarum, quatenus infans amaritudine degustata cesset appetere ubera. Certe si horum, hoc est mortis ac diuini iudicij, purgatorij & inferni, & præsertim passionis Christi acerbitates, amaritudines, afflictiones intente & assidue meditemur, nequaquam tentationi aut uitio negligentia uel torpori locum præbebimus uel consensum. Quanta est infernalium tormentorum acerbitas, perpetuitas, generalitas atque diuersitas, Nonne in inferno est intolerabile frigus, inextinguibilis ignis, immortales edacissimi ac monstruissimi uermes, palpabiles ac horren dissimæ tenebræ, confusio uitiorum, desperatio omnium bonorum, pœnalior sensibili supplicio reproborum, acutissima fames, grauissima sitis, flagella cædentium, molestissima uisio dæmonum, molestissima quoq; societas, immūditissimus locus, clamor & dentium stridor, odium omnino boni honesti, blasphemia dei sanctissimi, mors sine morte, defectus sine defectu, atq; incomparabilis pœna damni. Quam insensati ac miseri sunt, qui pro temporali prosperitate breuiq; uoluptate tot & tantis exponunt, uendunt ac obligant se tormentis, in quibus una hora uidetur centū annis prolixior, unaq; dies longior mille annis. Intueamur hæc uita, certa & clara fide quasi præsentialiter ea conspiceremus, nec diabolicis suggestionibus fallacissimis unquam credamus, quia nescimus diem neq; horam: & quanto quis diutius manet in uitijs, tanto ad pœnitendum ueraciter efficitur magis ineptus. In ipso quoq; articulo mortis molestiores ac periculosissimæ instat tentationes, in quibus tunc præuolare, defendi & adiuuari non promeretur, qui dum sanus & iuuenis est, dominum non ueretur, nec iuste ac timorate in omnibus conuersatur. Ideo quicquid boni ualeamus, instanter, perseueranter ac feruide operemur.

Articulus XXII. De alijs decem generalibus tentationum remedijs.

In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros in multa patientia per arma iustitiæ à dextris & sinistris. Supra decimo articulo tacta sunt aliqua, quæ omnem Christifidelē incitant, animant & accendunt ad reluctandum omni tentationi uiriliter, & de unoquoque illorum posset hic formari specialis articulus, sed prolixitas est uitanda: breuiter tangendo dicendum, quod duodecimum generale remedium ualens ad resistendum omni tentationi ac uitio, atq; ad proficiendum in omni uirtute, est consideratio præsentis iudicij summi ubiq; præsentis & omnia clarissime semper ac diligentissime intuentis: si ergo præsentia & aspectus iudicij terreni retrahit subditos à transgressione præceptorum illius, quantum magis ex consideratione præsentis & aspectus dei Saluatoris ac iudicij nostri omnipotentis debemus cum omni sollicitudine ac feruore omni tentationi iugiter repugnare, ac illud Apostoli adimplere: Labora sicut bonus miles Iesu Christi. Deniq; si in præsentia garfionis uilissimi erubesceremus turpiter loqui & obscena peragere, quantæ irreuerentiæ, impudentiæ, stultitiæ, excæcationis & peruersitatis est, summo adorandoq; deo ac iudice præsentē & inspiciente scæda & impia cogitare, appetere, loqui aut agere? Quæ adultera inuenitur tam impudica, ut uidente suo marito fornicetur cum alio? Quam uilis ergo uitiosa, impudens atque damnabilis est anima Christo in baptismo & pœnitentia per fidem & charitatem desponsata, quæ ipso relicto ac contemte cum carne & mundo, cum dæmonibus & uitijs fornicatur: Insuper, nōne rex terrenus arbitretur sibi maximam irrogari iniuriam, si quis ex sua familia ipso astāte, prohibente ac comminante uiolare ipsius præcepta? Valde ergo iniuriosum est deo sublimi ac sancto, quod euidente, præsentē atque æterna supplicia comminante audemus transgredi eius præcepta. Quæ cum ita se habeant, debemus ex consideratione præsentis summi dei ac iudicij metuendissimi omnem tentationem & iniquitatem abijcere, uiriliter agere, ac reuerenter coram altissimo in omnibus conuersari, illud Helij frequenter pensantes: Viuit dominus, in cuius conspectu sto hodie: ut cum psalmista ex sententia dicere ualeamus: Seruauī mandata tua & testimonia tua, quia omnes uitæ meæ in conspectu tuo. Amplius, ex consideratione præsentis & uenerabilitatis angelorum sanctorum & omnium beatorum nos intuentium sic agere & ita nos habere debemus. Tertium decimum tentationum remedium est consideratio magnitudinis præmij & gloriæ brauij, honoris, laudis, meriti ac profectus eorū qui tentationes uiriliter perseueranterq; uincunt: quia ex tali uictoria proficiunt in hac uitā in charitate & gratia ac meritis uitæ æternæ, fiuntq; triumphatores inuisibilium hostiū, mundi quoq; & carnis ac uitiorum, & in clyti milites Christi, amici & filij dei, sicq; diliguntur

Simile

Mat. 25

1. Cor. 6

2. Timo. 2

4. Reg. 5
Psal. 116

xxii

Apo.2
Eodem.
Apo.3
1.Timo.1
1.Timo.4
xiiii
xv
xvi
Ecc.1
Ecc.7
Ecc.17
Deut.23
xvii
Iosue.8
xviii
1.Paralip.20
Iob.17
Iudic.5
xix
Mat.9
Mat.7
Psal.40
xx
Abac.2
1.Rom.1
1.Iohan.5
1.Petr.5
Eph.6
xxi

tur, reputantur & honorantur à rege uniuersorum & ab omnibus sanctis eius atq; æternę felicitatis fortiuntur coronam. Hinc tali uictori Christum in Apocalypsi multa a promittit: Vincenti, in quiens, dabo e de re ligno uitę quod est in paradiso dei mei. & rursus: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomē meū scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. Itemq; Qui uicerit, uestietur uestimētis albis, & confitebor nomen eius coram patre meo. Ita que nullum tempus nobis longum uideatur, nullus labor difficilis, nullum certamen graue, quo tantam beatitudinem, tantam fructuositate adipisci ualeamus, imò intuitu tantū meriti tantiq; ineffabilis premij cum iucunditate & seruoere omni tentationis & culpę infatigabiliter reluctemur cum Apostolo confite- tes: Scio cui credidi, & certus sum, quia potes est depositum meum seruare: Vt cum eodē finaliter dicere ualeamus ad laudem omnipotentis: Bonum certamen certauit, cursum cōsummaui, fidem seruauit, superest mihi corona iustitię. Indefinenter ergo p̄semus quam stultum & impium sit tanta merita ac premia per tentamenta ac peccata amittere, sempiternę gloria pro breui delectatione seipsum priuare. Quartum decimum tentationum remedium, consideratio strenuitatis fidelium dei pugilum ac militum, qui in tentationibus in clypeo præualuerunt qui cum fuerint nobis similes in natura, & non uiribus suis sed dei auxilio triumphauerunt, debemus eorum animari ac confortari exemplo, sicut de hoc scriptum est plenius supra, iccirco pertranseo. Quintum decimum tentationum remedium est, cōsideratio fidelitatis quam deo & regi saluatoriq; nostro tenemur, qui in seipso tam uenerabilis est, & tot & tanta nobis beneficia est largitus, quod nulla tentatione debem⁹ nos ab eius fidelitate ac seruitute auertere, nec eius aduersarijs adharere, nec ipsis cooperari ad iniuriam fidelissimi dei regis & Saluatoris nostri. Sextum decimum est timor dei, quoniam timor retrahit à peccato atq; sollicitat ad uitandum pericula & peccata, sicq; parit diligentiam bonam, quę negligentiam pellit, & tentamentis resistit. Vnde Salomon cōtestat. Qui timet deū, nihil negligit, atq; in Ecclesiastico scriptum est: Si non timore dei renueris te instanter, cito subuertetur domus tua: etenim timor istius cauendo offensam dei & occasiones peccandi, meretur & obtinet superna auxilia: nec enim dignus est de super adiuuari, qui non satagit dei offensam cauere. Ideo in Deuteronomio docetur: Quando egressus fueris aduersus hostes tuos ad pugnam, custodi te ab omni re mala. Septimum decimum tentationum remedium est, tam in confessione sacramentali quam extra eam spiritalibus & discretis uiris ipsas tentationes integraliter propalare, consilium quærere & in formationem suscipere ac implere. Hinc Iosue dixit: Fili mi, da gloriam deo, & confitere ac indica mihi quid feceris. Vnde quidam sanctorum patrum dixit fratri cuidam tentator: Fili ne abscondas cogitationes tuas: Ita enim confusus spiritus immūdus discedet à te. Nihil enim ita confundit & allidit dæmonum uersutiam & uirtutem, quomodo si quis secreta cogitationum & suggestionum prauarum reuelat sanctis ac beatissimis patribus. Nempe hoc ipsum humilitatis est atq; discretionis, iccirco profernit diabolus: qui cum quær rat decipere, odit lucem, & suarum suggestionum manifestationē abhorret. De hoc Clemachus multa scribit. Decimum octauum remediū est cōstantia, stabilitas & magnanimitas cordis, iuxta illud secundi Paralipomenon: Constantes estote & stare confidenter, & uidebitis auxilium domini super uos. Ideo sanctus Iob dixit: Donec deficiam non recedā ab innocentia mea. Iustificationem quam cœpi tenere, non deseram. Magnanimus quoq; ex impugnatione & læsione sua fortius prouocatur ad resistendum. Vnde scriptum est: Diuiso contra se Ruben magnanimatorum contentio reperta est. Nonum decimum est misericordia circa proximos: qui enim alijs pius & compassius existit, & cunctis pro posse suo libenter succurrit, meretur iuari & speciale ac grandem misericordiam adipisci à deo, qui ait: Beatimisericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Itemq; Quam mensura mensi fueritis, remetietur uobis. & Psalmista: Beatus, inquit, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum &c. Vicefundum est fides, quę est totius spiritalis structurę interioris militię ac meritorij exercitus fundamentum, sicut ait scriptura: Iustus ex fide uiuit. Iccirco in prima sua Canonica sanctus ait Iohannes: Hęc est uictoria quę uincit mundum, fides nostra. Princeps quoq; apostolorū: Diabolo, inquit, resistite, fortes in fide. Vas ite electionis hortatur: In oibus tu mētēs scutū fidei, in q̄ posuisti omnia tela nequissimi ignea extingueret. In lumine et est fidei certimus quāta fit eorū q̄ tentationibus uincit dñatio, atq; q̄ ingens uincitū beatitudinis: dñs eqdē est oculus cordis, ea q̄ rationē trāscēdūt ostēdens. Vicefundum primū tentationū remedium

dium est charitas, quę teste Apostolo non irritatur, non agit perperā, & super omnia roborat mentem in deo, nec sine eius motione aliquod prædictorum remedium tentationibus meritorie resistit aut præualeat, imò & multo plus meritorium ac deo acceptum est, tentationibus uitijsq; resistere, & quę bona sunt agere, solo intuitu ac puro amore dei q̄ timore pœnarum aut desiderio præmiorum. Nulla quoq; uirtus, nulla forma tam prompte ac delectabiliter agit ut charitas, quę præ cunctis uirtutibus indissolubiler figit ac ligat mentem cū creatore, ita ut dicere queat: Quis nos separabit à charitate dei? Et rursus: Nec mors, nec uita, nec alia creatura potest nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu. Verum tentationibus ita resistere præcipue competit perfectis hominibus: Nihilominus uniuersisq; deum diligētī, conuenit deum super omnia appetiati incomparabiliterq; amare ac reputare. Non ergo permittamus nos ab hac dei appetiatiōe atq; amore per nebulas passionum, inquietudines ac uehementias tentationum aut per tenebras uitioꝝ auelli seu obsecrari, imò quicquid charitati dei contrariatur, cum indignatione bona abijciamus, dicentes, ity: Quemadmodū enim negotiator sapiēs iuste indignaretur, si quis ei pro pretio summis mercibus pretium offerret uilissimum, nec dignaretur aspicerē illū sic dei amator indignari debet omni tentanti atq; tentationi offerētibus sibi pro deo & spiritalibus ac supernaturalibus donis gratię ac glorię eius dignissimis uita, carnalia, uilia & caduca. Iuxta hūc modum possent & alia tentationum generalia remedia assignari, ut patientia, & consimilia quędam, cum dicat Saluator: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Nempe contra tentationes aduersitatum & assiduas impugnationes, diuturnas, improbas ac molestas, multum ualent manifestudo ac patientia. Sed de his iam tantum demitelligisse sufficiat.

Articulus XXV. De uarijs adiutorijs quę misericors deus impendit hominibus contra tentationes ultra uirtutes infusas.

SI putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet dominus ab hostibus dei quippe est adiuuare & in fugam uertere. Certum est, qd ad meritorie agendum non solum indigeamus supernaturalibus & infusis habitibus gratię gratum facientis & uirtutū atq; donorum, sed etiam actuali motione seu excitatione spiritus sancti. Et quærri posset, an ultra hæc indigeamus adhuc alijs auxilijs creatoris cōtra tentationes: & uideretur qd no: quia ad Paulum dixit, sufficit tibi gratia mea. Virtutes quoq; fortiores sunt uitijs sed pensandum, qd ultra prædicta cōtulit nobis benignissimus ac prouidissimus conditor alia multa subsidia contra tentationum certamina. Primum est totius militantis ecclesię communicatio atq; subuentio mutua, iuxta illud psalmis: Particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua. Vniuersi namq; fideles per charitatem conueniunt, sunt unum mysticum corpus, & sibijnuicem communicant merita sua ac suffragantur. Vnde super Lucā dicit Ambrosius: Oret pro te mater ecclesia, quę pro suis filijs quasi unitamater interpellat. Secundum est adiutorium prælatorum, qui subditis suis orādo, instruendo, corripiendo succurrunt, cum sint mediatores inter Christum & gregem ipsius. Hinc Moyses filijs Israël loquens: Ego inquit sequester & medius eram inter deum & uos. Ad Ezechiēlem quoq; dominus ait: Speculator ē te dedi domui Israël. Hinc pastorum est subditos contra tentationes præuisare ac præmunire, modumq; & practicam resistendi docere. Tertium est charitatiua subuentio, consultiō, consolatio seu conformatio proximi cuiuscunq; quemadmodum in Ecclesiastico scriptum est: Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. Vnde & Paulus hortatur: Alter alterius onera portate, & denuo: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Ad quod beatissimus princeps apostolici chori hortatur, dicendo: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Quartum est angelorum sanctorum custodia, de quibus Heliseus locutus est: Plures nobiscum sunt &c. Hinc cum abbas Moyses post suę conuersationis exordium stimulo carnis acerrime tēretur, & pro consolatione uenisset ad abbatem sanctum Isidorum, ille fecit abbatem Moysen ad orientem aspicerē, uiditq; innumerabilem multitudinem angelorum ad subueniendum paratam. Quintum & præcipuum auxilium est meritum diatoris & interpellatio eius pro nobis, iuxta quod in prima sua canonica Iohannes ait: Si quis peccauerit, aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: qui (ut ad Hebræos scribit Apostolus) introrūt in ipsum cœlum ut appareat nūc uultui dei pro nobis: ipse et est uel electus ait Bernardus, ostēdit patri latum & uulnera: atq; ut ad Romanos scribit, interpellat

1. Corin. 13
Rom. 8
Tty est inter-
tatio cōueni-
tis aut name-
ntis
Luc. 21
2. Paral. 19
1. Cor. 12
Subsidia con-
tra tentationes
Primum
Psal. 138
Deut. 5
Ezech. 3
Ecc. 17
Gala. 6
1. Pet. 4
111
4. Reg. 6
1. Iohan. 2
Heb. 9
Roma. 8

lat pro nobis. Sextum est aduocatio & oratio, meritum & subuentio gloriosissimæ uirginis deo patri cōparentalis, quæ est aduocata ecclesiæ, miseratrix, adiutrix & mater omnium ad se confugientium, conculcatrix capitis demonum, atque in omni necessitate subuentrix. Septimum est subsidium totius triumphantis ecclesiæ matris nostræ, & specialiter sanctorum illorum ad quos quisq; maiorem habet deuotionem, confidentiam & recursum, Michaël quoq; princeps magnus commissæ sibi ecclesiæ specialis ac fidelissimus est patronus. Octauum est refrenatio inuisibilium hostium ne nos tentent quantum uellent ac possent, quæ refrenatio ministerio fieri solet specialis chori angelici. Vnde in Apocalypsi legitur satanas religatus. & in Tobia legitur Raphaël angelus religasse demonium in deserto superioris Aegypti. Christus demum potestatem demonum præcipue refrenauit ac minuit, sicut in euangelio protestatur: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet: si autem fortior illo superueniens uicerit eum, uasa eius diripiet & cætera. Nonum est effugatio hostium, qui diuina ope frequenter saltem ad tempus fugantur à seruis dei, nec impugnant eos finuntur. Vnde & in Luca asseritur: Consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo usq; ad tēpus. In cuius rei figura dixerit Aegyptij: Fugiamus Israël, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Decimum est profectus spiritalis & gratiæ incrementum, quod tentatus tentatori resistens in diuina ope consequitur, iuxta illud Apostoli: Deus faciet cum tentatione prouentum. Vnde decimum est actualis illuminatio seu gratia discretionis spirituum, qua qui tentatur, in suo conflictu intelligit uersutiam inimici, & qualiter sit resistendum: per quam beatissimi uiri Antonij & Martinus diabolum in specie Christi apparentem, adorare uolebant. Abraham uero & Iosue ac alij quidam angelos eis apparentes mox cultu dulci adorauerunt: quoniam ex dono discretionis spirituum cognouerunt quodd uere erant angeli sancti. Duodecimum est timor diuina inspiratione conceptus ex ipsa tentationis impugnatione, quo tentatus timet succumbere: atq; ex hoc cauet & sollicitatur ad reluctandum, quem admodum in certaminibus cæsi prouocantur ad repercutiendum. Tertiumdecimum est forma in qua tentatus cogitur apparere ut ex ea fraus callidissimi deprehendatur facilius, sicq; secundum magistrum Sententiæ & alios multos, aggressus est Eua in forma serpentis, & glorioso patri Antonio apparuit spiritus fornicationis in specie pueri turpis nigerissimi. Quartumdecimum est releuamen quoddam, consolatio seu refrigerium desuper datum in ipso tentationis ardore, iuxta illud in psalmo: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ: lætificauerunt animam meam. Vnde & Paulus fatetur: Benedictus deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quintumdecimum est reparatio qua interdum concedit suos à tentationum labore ad tempus quiescere, ut interim uires resument, & ad futurum præparent se conflictum, sicut in exteriori uidimus Iustamine, Vnde in Tobia dicitur deo: Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempus statem tranquillum facis, & post fletum exultationē infundis. In Mattheo quoq; iuxta mysticum ferris sensum: Imperauit mari & uentis, id est, in quietudini impugnationum atque demonibus, & facta est tranquillitas magna, id est pax cordis. Sextumdecimum est confortatio seu erectio cordis in deum aut corroboratio spei uisibiliter aut inuisibiliter facta, in cuius rei signū angelus apparuit Christo prolixius orati, Septimumdecimum est suppositio manus dei qui suscipit & à collisione præferuat suos, ne tentatione penitus conterant, iuxta illud psalmi: Impulsus euersus sum ut caederē, & dñs suscepit me. Itēq; iustus cū ceciderit non collidet, quia dñs supponit manū suā. Permittit quippe deus suos electos interdū impelli & pene usq; ad ruinā deuenire peccati, ut suas recognoscāt infirmitates, nō autē permittit eos in foueā corruiere culpe aut lapsos passime erigi. Octauumdecimum est susceptio confugientium ad se, iuxta quod psallimus: Dñe refugium factus es nobis. In prouerbijs quoq; legitur: Turris fortissima nomen dñi ad ipsum currit iustus & saluabit. Nonumdecimum est corporalis labor, paupertas, infirmitas siue aduersitas, per quas tentationes uinci solent aut minui. Vnde in Osea dñs loquitur: Ecce sepiaui uiam tuā spinis. Hinc recitat Cassianus, qd dum in congregatione quadā quidā adolescens stimulo carnis a certime tentaret, ordinarij monasterij pater, ut unus senior uir seriosus iuuenē illū quōtidie exerceret aduersus & proclamaret, ac corā abbate multipliciter accusaret, atq; ut fratres in testimonium adducti restaret p sene. Quia exercitatio p annū exhibita dixit ad iuuenē abbas: qd est fili, adhuc te stimulat caro: rñditi pape uiuere nō licet, fornicari liberet. Ecce qd, quāta & quāta puidit & cōtulit nobis clemētissim' pī cœlestis auxilia aduersus mūdū & carnis ac demonū tentamenta

tentamenta. Idcirco nō diffidamus, sed cōfortati in dño agam' uiriliter, ac bonū fidei agamus certamen, & carnem ac sensualitatem rebellem sic rationabiliter disciplinis, uigilijs, ieiunijs, abstinentijs, asperitate uestitus ac laboribus castigemus, ut in spiritu seruitutem salubriter redigatur.

Articulus XXVI. De uarijs modis diabolicæ impugnationis.

Libera me & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Callidissimi & male expertissimi nostræ salutis hostes innumerabiles habēt nocendi & tentandi insidiantiq; artes ac modos: & uicti in uno nocēdi genere, aliud mox assumunt uictum quoq; in uno ad grauiora paulatim facinora trahere molūtur, atq; in his uitijs quenq; superare ac lædere satagunt, ad quæ eum proniorem consistere, siue ex naturali dispositione, siue ex assuefactione, siue ex circumstantia rerum uel occasione conspiciunt. Hinc asserit Leo Papa: Non desinit antiquus hostis tentationum laqueos ubiq; prætere dēre, ut corda credentium quoquam modo queat corrumpere, omnium discretione, uentilar curas, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocendi, ubi uiderit quenquam diligentius occupari, hinc nouit cui carnis illecebras ingerat, cui inuidia: uirus infundat, cui luxuriæ incitamenta apponat. Nouit quem mœrore conturbet, quem gaudij fallat, quem metu opprimat, quem admiratione deiciat. Hinc ait & Hugo: Diabolus dum quenquam decipere querit, prius naturam illius considerat, & ibi se applicat ad nocendum, ubi pronum aspicit hominem ad peccandum: blandis ac leuibus mentibus sæpe apponit luxuriam aut gloriam uanam: asperis autem elationem, crudelitatem & iram. Itaq; unuquicq; contra uitia illa sollicitus prælietur, inuigilet & armetur, ad quæ se procliuiorem consistere intuetur. Præterea iuxta prædicta ex uerbis felicitis Bernardi, quatuor sunt tentationes, contra quas in digenuis undiq; scuto dei circumdant: Timor patiedi aduersa & afflictiones, correptiones, iniurias, aspernationes, nocturnus est ac tenebrosus, quia abscondit ab oculis cordis, qd non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam que conferenda est nobis, sed facile hunc timorem radius exufflat ac reicit ueritatis, dum ingerit oculis cordis nunc mala que fecimus uel bona omittendo incidimus: nunc æterna supplicia que meruimus, nunc præmia sempiterna que cupimus, iam ea que pro nobis perulit Christus. Cumq; ad lucem tam multiplicis ueritatis recesserit à te timor nocturnus, noli protinus esse securus, sed time sagittam que in die leuiter uolat, sed non leue uulnus infligit. Hæc sagitta est gloria uana, quam oportet cauere specialiter eos qui sunt feruentiores, ne deserat securum ueritatis, dicentis: Qui gloriatur, in domino gloriatur. & rursum: Quid habes quod non accepisti? Itemq; Noli altum sapere, id est magna de teipso sentire, sed time. Insuper pulsat & impugnat tentator à sinistris pusillanimitate, deinde à dextris humana laude: qd si nec ita deuicerit, dicet: Viribus præualere non ualeo, sed forte alitius deceptoris ingenio decipere potero. Negotium perambulans in tenebris extat ambitio, subtile malū, secretum uirus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris patrens, uitiosorum origo, criminum fomes, uirtutum ærugo, tinea sanctitatis. Contempit (ait quis) uanam gloriam, quoniam uana est: sed forte solidius quid affectat, puta diuitias aut honores. Qd si proditor hūc ueritas inuestigat & negotiū arguit tenebrarū, quid iam restat & superest callido inimico cōtra eos quos uidet omnino amare iustitiā & odissimū iniquitatem, nisi ut iniquitate palliet uirtutū imagine? Nēpe quos perfectos uidet boni amatores ac uirtutum æmulatores, malum eis persuadere conatur sub specie boni, non mediocriter, sed perfecti ut qui currit, de facili illud incurrat: sola autem ueritas hanc palliatam detegit falsitatem. Præterea paulatim ducit nos hostis ad grauiora, trahendo à suggestionem ad delectationem, à delectationem ad consensum, à consensum ad operis executionem, ab executione ad excusationem audaciam, ab excusatione ad consuetudinem prauam, à consuetudine ad gloriationem in malis, à gloriatione iniqua ad iactationem de culpis, à iactatione ad obstinationem, ab obstinatione ad desperationem. Impius quippe cum in profundum uenerit uitiorum, contemnit, dum de meritis eum passionum tempestas, & aborbuert eum profundū, clausit ut puteus super eum os suum. Insuper diabolus cum præsumptuosus & arrogans sit, libet ea que temeritatis & presumptuositatis sunt, psuadet. Hinc in exordio seculi p̄uocauit Eua ad iudiciū de causa & intētiōe dei, iubeuit: Cur, ingens, p̄cepit uobis deus ne comederetis ex omni ligno paradisi: quæ cū rñdisset: Ne forte moriamur: adiecit tētorum

Iohan 8
Diabolus etiã
in penitentiã
constitutos sal
lit.
Philip 4
II.
Mat. 7
III.
III.
V.
Eph. 6
Roma. 12
Iaco. 2
Eph. 6
Luc. 21
Vitiis carnis
quomodo testi
fendum.

mendacium dicens: Nequaquam moriemini. Cum enim sit mendax & pater mendacium, ut ait saluator in euangelio Iohannis, nititur se pe per me dacia fallere, sicque decipit multos quos instigat ad uitia, promittens eis quod cito resurgent, uel quod diu uicturi sint, & ante obitum penitentiam peracturi, cum ignorent diem aut horam. Amplius in penitentia constitutos multipliciter fallit. Primo inducendo eos ad considerationem suar infirmitatis, absque attentione subventionis pietatis diuinæ, ita susurrans: tu infirmus es, & talia poteris obseruare. Sic quoque retrahit multos ab assumptione uitæ religiose & actu penitentiarum. Cui dicendum est, quod pro prijs uiribus non ualeo, cum dei auxilio possum. iuxta illud Apostoli: Omnia possum in eo qui me confortat. Secundo fallit diminutione oneris consulendo, quasi non sit necesse siue expediens tam ardue conuersari. Cui est respondendum: quoniam arcta est uia & angusta porta salutis. Tertio omnia difficilia pariter proponendo, quæ tamen sunt successiue agenda. Idcirco dicendum est: Vna hora hoc faciam, alia illud: & paulatim per consuetudinem omnia mihi faciliora ac delectabiliora reddentur. Quarto, suadendo id esse exonerationem quod est aggrauatio maior: si enim onus iustitiæ & satisfactionis abijcimus, onere uitioꝝ ac iugo diaboli opprimemur, ac tandem in æternæ damnationis onus intolerabile dilabemur. Quinto fallit mentionem esse exonerationem: ueluti si raptor aut latro alicui auferat omnia pretiosa quæ gestat, & dicat: Ab onere tuo te releuauit: sic cum diabolus inducit quempiam ad abijciendum onus & iugum Christi, spoliat eum omni opulentia spiritali.

Articulus XXVII. De specialibus tentationum remedijs, & primo quod uirtutes expungant tentationes ac uitia, & specialiter quælibet uirtus uirtuti sibi contrariarum nec hoc solum, imò quod quælibet uirtus ualet ad resistendum unicuique tentationi & peccato.

Confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quomodo corporaliter præliaturi singula quæque corporis sui membra proportionatis & congruis muniunt armis: quod si in una parte corporis fuerint forinsecus inarmati, poterunt ibi lædi ac periri, sicut & si toto corpore inarmati confisterent: sic contra inuisibiles æmulos uitioꝝ, quæ acie pugnantur, in singulis animæ suæ uirtutibus ac uitioꝝ susceptiuis debent esse spiritaliter conuenienter armati uirtutibus singulis, ut unicuique tentationi & culpæ reluctentur uirtute illis directe contraria, ut puta elationi, humilitate; iracundia, mititate; incontinentia, castitate. Nempe ut dici solet, contraria curantur contrarijs. unde præhabitu est, per contraria non per similia esse tentationibus repugnandum: sicut & in naturalibus per aquam extinguuntur ignis. Qui autem uitijs per uitia reluctantur, sicut superbi pro contumelia contumeliam, pro læsione læsionem rependunt: & si uisibile superent hostem, non tamen uincunt se ipsos nec inuisibiles inimicos, imò uincuntur ab illis, & à tentationibus ac peccatis, propter quod horatur Apostolus: Noli uinci à malo, sed uince in bono malo. Vnde ut asserit Augustinus: Bene uincere, est omnes machinas uincere, id est omne quod uirtuti contrariatur uitare ac superare. Nam & si quis totam legem impleuerit, offenderitque in uno, factus est omnium reus. Denique, quamuis charitati directe non contrarietur nisi rancor seu odium, ex consequenti tamen omne mortale peccatum charitati contrariatur & eam expellit, imò unumquodque mortale peccatum cuiuslibet uirtuti hoc modo contrariatur eamque tollit. Ideo sicut quælibet uirtus ualeat quantum ad suum esse formatum, per unumquodque mortale peccatum amittitur: sic unaquæque uirtus ualet ad resistendum unicuique tentationi ac uitio: quod certum est de uirtutibus seu quæque actiones iam supra enumeratae sunt inter generalia tentationum remedia, puta de fide & charitate, humilitate, patientia, discretionem, orationem, quæ actus est latrig. Nempe ut tactum est, de fide ait Apostolus: In omnibus scutum fumentis fidei &c. & de patientia Christus: In patientia uestra possidebitis animas uestras. Insuper iuxta præhabita diabolus unumquodque ex ea parte magis impugnat, in qua minus inuentus est armatus, hoc est de uitijs illis ad quæ ex complexione, usu, societate aut occasione est pronior: idcirco requirit prudentiam, ut unusquisque uolens saluari, illis uirtutibus se potissime studeat præmunire, armare, confortare, perficere, ad quæque contraria uitia procliuiores inuenit. hinc cholericis ad inuidiam & rancorem procliuem, ad charitatis & pietatis sinceritatem; phlegmatici tristes, ad spiritalem lætitiã. Itaque dum quis de carnali uoluptate ac uitijs carnis tentatur, repugnet fides, dicendo: Non acquiescas: quoniam si consentis, damnationem mereris: spes quoque

resistat, dicens: Quia per talia perdo regnum cælorum quod præstolor: similiter charitas reluctetur ac dicat: Malo deum & amicitiam eius habere, quam uana & fecunda timor etiam retrahat, dicens: Abhorreo dei offensam, uereor eius districtum iudicium: sic & fortitudo opponat: Noli, inquit, uilibus uitijs istis succumbere: castitas item renitatur dicatque: Puritate amplector, turpitudine talem detestor: patientia uero impugnationem diabolicam & carnalem æquanimitè patitur ita, ne tentatus ex assiduitate uel diuturnitate tentationis tædio obruatur aut fatigatus succumbat: sic & mansuetudo in omni conflictu tentationis iræ deuiat, ne ratio per iracundiam perturbata à necessarijs considerationibus & ordinato impediat processum, ad quem necessariam esse prudentiam constat. Simili modo opponenda prædictæ uirtutes ac cætera, in tentationibus quæ circa alia uersantur peccata.

Articulus XXVIII. De remedijs contra tentationes superbiæ.

Initium superbiæ hominis est, apostatare à deo: quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius: quoniam initium peccati est superbia: qui tenuerit illam, implebitur male dictis & subuertet eum in finem. De superbia quid sit & de speciebus, filiabus, effectibus ac remedijs eius, de grauitate quoque ipsius, in alijs locis, præsertim in tractatu de Vitijs & uirtutibus scripsi, & dicta ibidem hic reiteranda non sunt, nisi quod nunc breuiter est rangendum, qualiter sit tentationibus ac moribus superbiæ resistendum. Mox ergo ut de superbia senseris te tentari, potes uniuersa generalia tentationum remedia superius introducta assumere, & per ea te uerti ac morbo pestifero reluctari. Insuper potes imò & debes specialibus armis atque remedijs te munire ac telis reniti lætalibus horum specialium remedium contra tentationes ac uitiositates superbiæ. Primum est considerare, quod uilis & factus, quod enormis & detestanda, quod damnabilis & peruersa sit superbia in seipsa ipsa etenim summæ ueritatis maxime esse repugnans, luci uirtutum omnino contraria, ueræ sapientiæ spiritui opposita, & omnem creaturam præcipue indecens: creatura enim eo ipso quo ex nihilo facta est, atque à creatore altissimo conseruari, incessabiliter eget, & quantum de se est, iugiter tendit in nihilum, & ex seipsa non habet nisi deficere & peccare. Ex his inquam debet & habet se semper coram præstantissimo deo humiliare, paruificare, deuicere & nequaquam in altum seipsam extendere, neque elationis assumere cornua. Secundum remedium est, considerare quod uehementissime displiceat deo superbia, & quam horribiliter ab exordio munditiam puniuit: superbia etenim maledicta tanquam furatrix sacrilega usurpat & ascribit sibi quod dei est, & ipsum quantum in se est suo priuat honore & gloria, sic enim extollit superbum, quasi à se ipso sit aliquid, & quasi à se non à deo sit & habeat id quod habet & est: sicque proprium quarit honorem, laudem & gloriam, & cupit præesse, præferri, honorari, timeri, famari. Denique propter unum motum & consensum superbiæ super gloriosissimus conditor in exordio seculorum æternaliter condemnauit excellentissimas creaturas, angelicos spiritus, immateriales & immortales substantias: si ergo ob unam superbiã innoxiam suis nobilissimis creaturis tam horrendam & interminabilem pœnam, quomodo putas te uilem saccum stercoreum immunditatis, defæctuositate sordibusque repletum, quoti die superbientem & mille elationibus sordidatum, à sancto & iusto deo tractandum, sperniendum, reprobandum, damnandum? Audi quid Sapiens dicat: Tres species odit anima mea: pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Intolerabilior ergo uidetur esse superbia in paupere quam in diuite. Hinc beatissimus apostolici ordinis uerex in sua secunda scribit Canonica: Si deus angelis peccantibus non pepercit, sed ruentibus inferni detractos tradidit cruciandos: nouit dominus iniquos in iudicium referuare damnandos. hinc quoque beatus ait Bernardus: Quid tu superbis? superbiis tibus angelis deus non pepercit: quanto magis tibi putredo & uermis. Nihil ille, uidelicet Lucifer, fecit: sed tantum cogitauit superbiã, & in momento, in ictu oculi itreperabiliter præcipitatus est: si sic actus est de angelo, quid de te fiet terra & cineres: ille in celo intumuit, tu in sterquilinio: quis non intolerabilior dicat superbiã in paupere, quam in locuplete, cum potestibus cognata uideatur esse superbia. Fuge superbiã, quæ tam uelociter ipsum quomodo cunctis syderibus clarius emicantibus æterna caligine obtenebrat. Luciferum: quæ non solum angelum, sed angelorum primum in diabolum commutauit. Tertium est considerare, quam nocua sit superbia suo subiecto, expellit namque omnem gratiam & uirtutem, & innumera uita eam concomitantur: grauatur scandalizaturque proximos, & facit hominem deo ac omnibus sanctis odibilem: est quoque signum reprobationis, sicut humilitas signum est prædestinationis secundum Gregorium, & reddit hominem diaboli seruum ac filium, qui

Eccl. 10

Primum contra
superbiã reme
dium.

II.

Eccl. 10

2 Pet. A

III.

Tob. 41

Prover. 13
III.

V.

VI.

VII.
Eccle. 9

VIII.

IX.
I. Cor. 4

X.
I. Sa. 64

XI.

XII.

XIII.

XIII.

qui est rex super omnes superbia filios. Cumq; in alijs multis similitudo uirtutis seu uirij amicitiam quãdam soleat generare, unus tamen superbus alium sustinere non potest: quia ut Salomon loquitur, inter superbos semper sunt iurgia: & ubi fuerit superbia, ibi erit & contumelia. Quartum est considerare quã & quanta peccata commisit & incidit, imo quotidie incidat ipse qui de superbia impugnatur: si enim recte perpendimus quanta sit cuiuslibet peccati mortalis enormitas, atq; q̃ multa & magna sint nostra peccata præterita, seu etiam quãdiana, & quantã per ea dãnationẽ meruimus ac meremur, nõ solũ nõ superbiemus, imò & uehementissime metuemus, profundissime quoq; & quasi in infinitũ humiliabimus, despicimus ac despicemur nos ipsos. Quintum est consideratio propriã fragilitatis ac pronitatis in omne malũ, & defectuositas naturalis & accidentalis in corpore & anima & in omnibus uiribus eius, instabilitas, ignorãtia ac fallibilitas rationis, infectio atq; malitia uoluntatis, rebellio carnis, corruptio sensualitatis. Sextum est consideratio infimi gradus propriã speciei: quemadmodum enim materia prima est infimũ & imperfectissimum ens in ordine rerum, sic rationalis anima est infinita & imperfectissima in ordine intellectualiũ substantiarum. Septimum est consideratio incertitudinis propriã status ac magnitudinis periculorũ, quibus expositi sumus: nescimus enim an digni simus amore ac odio, & utrum finaliter sumus in æternũ condemnandi an non, atq; in medio laqueorũ uersamur, & ab inuisibilibus, atrocissimis ac callidissimis inimicis undiq; circumuallamur, tentamur & multipliciter lædimur: ideo timoratisissimi, humilissimi ac semper summe solliciti ac custoditi esse debemus, imò eos quoq; talis est status, superbiere ac sine formidine ambulare extrema insania est. Octauum est consideratio immunditiã, sordium & fetorũ corporis nostri. Nonũ consideratio propriã conditionis, quia ex nihilo conditi sumus: & quicquid sumus & habemus, a deo adorando accepimus, nec sine eius conseruatione possemus ad momentũ permanere in esse: & quo plura ac maiora ab ipso suscepim⁹ dona, eo plus obligamur ei grati ac subditi esse, nec contra eum in aliquo superbiere. Decimum remediũ est considerare q̃ imperfecta, impura & defectuosa sint opera nostra bona, quã ut sanctus asserit Isaias, sunt quasi pannus mestrũ: & quicquid boni ac meriti est in eis, a deo conceditur & procedit: quicquid uero culpã & defectuositatis ipsis miscetur, a nobis exoritur: sicut in his assimilamur garfio uilissimo, qui pretiosissimo balsamo sibi a domino suo oblato misceret sua stercorea & urinas: sic quippe charismatibus spiritus sancti nobis desuper datis nostrarũ refectionibus animarum miscemus cor diũ nostrorũ distractiones si uilissimas, phantasias inanes, affectiones illicitas, negligentias, irreuerentias, omissiones multiplices, ita q; de ipsis bonis amplius formidare, & nos ipsos humiliare q̃ præsumere, gloriari ac superbiere habemus, præsertim cum ignoremus an iusto ac omnipotenti deo accepta sint. Undecimum remediũ est, considerare nos ipsos per respectũ ad superiores, sanctiores ac meliores, uidelicet q; non solum in infinitum distamus a creatoris perfectione, & q; ipse dignus est cultu, honoratiõ ac dilectione in infinitum maioribus q̃ nos pauperes ac infirmi ualeamus ei offerre, sed q; etiam a perfectiõ omnium beatorũ deo in caelis fruuentium ineffabiliter prorsus deficiamus: nec solum a perfectione illorũ, imò etiã a uirtuositate multorũ adhuc in carne mortali uiuentium, & præsertim sanctorũ patrum qui ante nos extiterunt: estq; ualde salubre ac sapientiale, ut assidue attendat homo per comparationẽ ad meliores ac sanctiores, potissime eos qui suã uocatiõis seu professionis fuerunt aut sunt, comparatione quoq; sumus sicut locusta ad gigantẽ, arena ad montem, stilla ad abyssum: & sicut garfio pannosus inter purpuratos uilescit, sic nos comparatione præcedentiũ patrũ. Duodecimum est consideratio diuini iudicij, in quo de beneficijs nobis desuper collatis & de ingratitude nobis nostris rationem reddere nequaquam poterimus. Tertiumdecimũ est, consideratio totius humilitatis filij dei in seculo isto ab exordio suã natiuitatis usq; ad suã terminum passionis. Nunquid uilissimos tanti regis seruos decet aut licet superbiere, quibus ipse tot humilitatis exempla præbuit & præcepta? Deinde consideratio sanctorum, qui quanto uirtuosiores & perfectiores, tanto & humiliores fuerunt. Quo igitur pacto nos defectuosissimi superbiere atq; inaniter gloriari audeamus, qui tam ineffabiliter ab illis occumbimus, nisi q; hoc ad miseriam nostrarũ conuersionem, ad insipientiarũ & obtenebrationum nostrarũ plenitudinẽ spectat, ut cæteris uirtutibus ac facultatibus quibus sordeamus, superbiã quoq; ambitionis uanae uel gloriã crimen adiciamus? Quartumdecimũ remediũ est, seipsum in operibus humilib⁹ despectis obsequijs, libenter & sæpe occupare & exercere. Præterea, si de his & consimilib⁹ remedijs uirtuosus & inuistatis actibus bonis inuaserit mētem aliqua spiritalis elatio aut gloriatio uana, retundenda

tundenda est per præmissa remedia: & solet ex raritate aut nouitate bonorum exercitioꝝ oriri atq; per longum euasere usum. Itaq; per tot remedia omnem tentationem superbiã resistamus, ad quam protinus reuertendam efficacis quoq; remedium est sanctarũ consideratio scripturarũ, quã superbiã tam terribiliter, euidenter ac copiosissime reprobat, uetat & damnat, contra quam & sancti patres specialissime ac feruentissime conscripserunt de qua Climachus protestatur: Superbia est negatio dei, inuentio demonum, despectio proximorũ, & mater reuerentiã iudicij condemnationisq; aliorum, signũ infructificationis, effugatio diuini auxilij, aduersus ruinã & sceles, fons irã & impatientiã ac rancoris, porta hypocriticos, demonum firmamentũ, inuiserositatis incompassionisq; causa, cõseruatio uitiorum, blasphemie radix, atq; ut Innocentius fastus est, superbia turrim Babylonis euerit, linguas confudit, angelos præcipitauit, primos parentes paradiso priuauit, prostrauit Goliath, deiecit Saulem, suspendit Aman, interfecit Nicanorem, peremit Antiochũ, Pharaonẽ submersit, & ipsum Sennacherib interemit. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Sedes ducum superborum destruxit deus, & gentiũ superbarũ radices arefecit. Certe quẽ tanta remedia a tentatione & uulneratione superbiã non præseruant, aut lapsum in eam non curant, quẽ toruerrimã ac saluberrimã considerationum lumina a falsitate atq; caligine uana ac tumida cogitationis non eruant, incurabilis, obstinatus & nimium obscuratus esse uideatur: præsertim si specialibus istis remedijs addantur generalia tentationum remedia præducta. Vitanda est ergo omnis superbia cordis, oris & operis, incessus, ornatus uestitus ac ceterorũ. Hinc in libello de Conscitu uirtutum & uitioꝝ habetur: Superbia dicit: Multis aut omnibus melior es uerbo, scientia, diuitiis, honoribus, & cãctis quã uel carnalibus uel spiritalibus suppetunt charismatibus. Cunctos igitur despice, cunctis te ipsum superiorẽ attende. Sed ad hæc respondet Humilitas: Memento q; puluis sis, cinis & putredo: & si aliquid es, nisi te tanto humiles quanto magnus es, perdis omnino quod es. Nunquid altior es angelo primo? nunquid splendidior es in terra q̃ Lucifer erat in caelo? Quis ille de tanta sublimitate per superbiam cecidit, quomodo ad tantam celsitudinem superbiens de imis conscendit? Quã densissimis superbiã tenebris putamus in terra lutum inuolui, si in caelo potuit stella quã mane oriebat, lucis suã globos amittere? Audi ergo dũ tumor superbiã, audi adhuc magistrum humilitatis dicentem: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. & rursus: Humilis qui se exaltat, humiliabitur. Itemq; Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & quietum? audi Apostolum de unigenito filio dicentem: Qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: factus obediens usq; ad mortem. Si ergo tanta humilitate se de prestit diuina maiestas, superbiere debet in aliquo humana fragilitas? Nunq; seruus aut creatura maior est domino aut creatore suo?

Articulus XXIX. De remedijs tentationum auaritiã.

Qui uolunt diuites fieri in hoc mundo, incidit in tẽtationem & laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua, quã mergunt homines in interitum & perditionem: Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quemadmodum ait Iohãnes apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Nempe ad grauiorem sui damnationem a Christo Christianus uocatur, qui Christi uestigia per uirtutum itinera non sectatur. Primum ergo & prorsus efficacissimum atq; per se uere sufficiens remedium contra omnem auaritiã tentationem ac prauitatem est diligens consideratio summã ac plenissimã paupertatis filij dei in seculo isto: qui cum esset diues, propter nos egenus factus est, imò tam pauper, ut ipsemet dixerit: Vulpes terrã foueas habent, & uolucres caeli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suũ reclinet: Qui etiam propter nos in cruce nudus suspensus est. Deniq; quoniã uenit in hũc mundum, quatenus exemplo & uerbis ad spiritalia, cœlestia & æterna bona dignissima nos inuitaret, inflammaret atq; perduceret, docuit cuncta carnalia, transitoria & terrena esse spernenda, nisi in quantum ad spiritalia & æterna fuerint necessaria siue accommodata, iuxta quod ait Apostolus: Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus. Hinc Climachus ait: Auarus est euangelij subsannator. Secundum remedium est consideratio salubrium ac terribilium doctrinarum æternã sapientiã contra auaritiã morbum & impietatem. Et enim in Matthæo CHRISTVS loquitur: Quã difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum cœlorum. Quibus uerbis adiecit, Facilius est camelum per

Superbia quid

Gene. 11
I. Sa. 14
Gen. 11
1. Reg. 17
Eccle. 10
1. Reg. 31
Hest. 7
1. Mach. 7
2. Mac. 9
Eccle. 14
4. Reg. 19
I. Sa. 17

Gen. 3

I. Sa. 14

Mat. 11
Luc. 14. 12
I. Sa. 6
Phil. 2

Iohan. 3

1. Tim. 6

1. Iohan. 2.

Act. 11

2. Cor. 8

Luc. 9

Iohan. 19

1. Tim. 6
II.

Mat. 19
Mar. 10

per

1. Cor. 6

1. Sa. 7

III.

1. Tim. 6

III.

Luc. 16
Job. 25

Psal. 48
Psal. 5
V.

1. Sa. 47

VI.

Eph. 5

Ecl. 10

VII.

1. Tim. 6

VIII.

Marc. 4

IX.

per foramen acus transire, q̄ diuitem intrare in regnū cœloy. & alibi: Væ, inquit, vobis diuitibus, qui habetis consolationē uestram. Vnde per Isaiam locutus est: Væ vobis, qui coniuugitis domum ad domū, & agrū agro copulatis: nunquid uos soli habitabitis in terra? Tertium est attenda consideratio mortis, breuitatis quoq; & incertitudinis uitæ presentis, unde ait Gregorius: Lōga nostra desideria increpat breuis uita. Incaſsum multa pro uictu portantur, cū prope est quo pergitur. Idcirco dixit Hieronymus: Facilliter despicit omnia, qui semper cogitat esse se moriturū. Talis quippe attendit, q̄ omnia ista terrena cito relinquēt, quemadmodū ait Apostolus: Nihil intulimus in hunc mundū: haud dubiū, quia nec auferre quid possumus. Nonne ad oculū mors ostēdit delicias, opes, honores seculi huius contemptibiles esse, quæ omnia simul in momēto derelinquuntur? Quartū est consideratio inopiæ & ærumnæ, quæ diuitē & auarū tempore mortis ac deinde æternaliter comprehendunt. In morte nanq; omnia sua terrena relinquere cogitur, & comitatur eum sua cupiditas pro qua infernalem penuriam, calamitatē, famem & sitim foritur: in qua gutta aquæ ei negatur. Hinc scriptum est in Job: Diues cum dormierit, nihil secum auferet. apprehendet eū quasi aqua inopia. Psalmista quoq;: Homo, inquit, cum dormierit, non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria eius, & usq; in æternum non uidebit lumen. Itemq;: Nihil in uenerunt omnes uiri diuitiarū in manibus suis. Quintum est consideratio insipientiæ, peruersitatis ac confusions auarorum: quoniā terrena ista uilia ac infima bona præferūt summo, inuariabili infinitoq; bono, per quod maximā irruentiam irrogant infinitæ excellentiæ dei. Similiter temporales ac perituras citoq; deserendas diuitias præeligunt & proponunt spiritalibus, supernaturalibus, præstantissimis bonis gratiæ ac uirtutum, æternisq; donis gloriæ beatorū, carnem quoq; suā uilem cito in putredinem resoluendā plus amant & excolunt q̄ immortalem ac nobilem animam suam, quod totum stultissimū est & omnino præposterum, ac sempiterna confusione dignissimū: idcirco à summo ac sapientissimo iudice iustissime irridebuntur, & unicuiq; eorum dicitur: Sapientia tua & scientia tua decepit te. Sextum est considerare, q̄ uile & enorme peccatū sit auaritia in seipsis: si quidē tanta est eius enormitas, ut dicat Apostolus: Auaritia idolorum est seruitus: plus enim querit & colit nummū q̄ deum: plus quoq; honorat in proximis opes, q̄ deum & gratias. Nam si occurrat auaro duo, quorū unus sit pauper & uirtuosus, alius diues & cupidus, plus appetitur ac ueneratur diuitem illum q̄ pauperem talem. Ideo scriptū est in Ecclesiastico: Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius q̄ amare pecuniā: hic enim animam suam habet uenalem. Septimum est considerare q̄ multa & magna peccata ex auaritia oriuntur: ipsa quippe, ut præ tactum est, in præallegatis Apostoli uerbis, omnium malorum est radix: quoniā ex abundantia diuitiarum ad quam tendit, sequi solēt uita gulosa & lubrica, superbia, otii, iactantia, præsumptio & innumerabilia mala. Vnde recte Innocentius protestatur: Diues in superfluitate resoluatur, iactantia effrenatur, currit ad libitum, corruiat ad illicitum, & fiunt in strumenta pœnarum, quæ erant oblectamenta culparum. hinc denuo loquit: Cupiditas sacrilegia committit & furta, rapinas exercet ac prædas, bella gerit, homicidia facit, Simoniace uendit & emit, inique petit & rapit, iniuste negotiatur & sceneratur, inſtat dolis & fraudibus, dissoluit pactum, uiolat iuramentum, mentitur, & falsa testimonia loquitur, & peruertit iudicium. Octauū est considerare tam mala culpæ q̄ mala pœnæ, quæ non solū in futuro sed etiā in præſenti auaritiæ sunt annexæ: est etenim labor in acquirendo, timor in possidendo, dolor in amittendo diuitias: ideo pungunt, inquietant, dilacerant mentem, nec sinunt eam in deo quiescere, nec auditis dei sermonibus obedire, atq; (ut ait Chrysoſtomus) diuitiarum sequela est luxuria, gula, ira intemperata, furor iniustus, superbia, iactantia, & omnis irrationabilis motus. hoc totum Christus breuiter tangit cum ait: Aerumnæ, inquiens, seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes in cor, suffocant uerbū dei, & sine fructu efficiunt. Merito itaq; dixit Gregorius: Magna quies & securitas cordis, nil habere concupiscentiæ secularis. Nam si & ad terrena concupiscenda cor inhiat, securū & tranquillū esse nullatenus ualet, imo (ut fatetur Bernardus) diuitiarum insatiabilis amor lōge amplius animā torquet, q̄ eam suo usu refrigeret. Nonum remediū, consideratio status presentis: quoniā in hoc mundo positi sumus ut peregrini & uiatores: ideo sicut stultus uiator est qui sibi ipsi quotidie cupit augere ac superimponere ea quorū pondere à processu impediatur: sic spiritaliter stultus est, qui sibi iugiter appetit plura temporalia procurare, aut habita cupide referuare, quorū possessione, amore, abusu & effectū magis ac magis à profectu impeditur uirtutum, & à progressu ad ueram salutem propter annexa

annexa eis mala, ut patuit: unde ait Gregorius: Vitiū auaritiæ mētem eam infectam tam grauem reddit, ut ad appetendū cœlestia sincere attolli non possit. Etenim uili hanc terrenorum dominio subdit, atq; seruitute eam miserima deprimit. Decimū est consideratio summi, increati & incomparabilis boni, & spiritaliū gratiæ ac æternaliū diuitiarum nobis in cœlis promissarum, cunctis terrenis diuitiis incomparabiliter meliorum. Vnde ait Gregorius: Si consideremus quæ & quanta sunt quæ promittuntur nobis in cœlis, uileſcunt animo omnia quæ habentur in terris. Vnde cum est, confidentiam filialem in deo habere: ipse enim est fidelissimus, piissimus, prouidentissimus pater noster, qui & bruta pascit, multo magis hominibus prouidet: ideo superflua sollicitudinem temporalium prohibuit nobis, dicens: Nolite solliciti esse in crastinū: uult enim, ut in ipso filialiter confidamus, ideo sollicitudo superflua ad diffidentia spectat. Hinc denuo iussit ac repromisit: Querite primū regnum dei, & hæc omnia adijcientur uobis. Cum enim deus sit bonus, diues atq; omnipotens, ipse utiq; seruientibus sibi fideliter necessaria prouidet ac largitur. Duodecimū est, scripturas sacras attendere, quæ auaritiā maledicunt, reprobant & copiosissime damnant, ut constat ex dictis: nam & Christus primā beatitudinē posuit paupertatē: Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cœloy. Miseri ergo sunt auari & diuites, quia ipsorum est exiliū inferorū. Tertiūdecimū est, omnia propter deū relinquere ac simul pauperibus erogare, aut ea paulatim pie liberaliterq; expendere. Expedit etiā cupidorum uitare consortia. Viterur ergo hoc uitium, & omnis tentatio ad ipsum instigans penitus contemnatur: quia auaritia intantū extitit, ut cum Iudas uendiderit Christū pro triginta denarijs, auarus sæpe pro uno denario deserat deū, blasphemet, mentiat, peieret, decipiatur deo Climachus loquitur: Auaritia est adoratio idolorū, mater infidelitatis, infirmitatum causatrix, senj diuinatrix, ut uideatur terrena rationaliter cōgregare, quasi creator non habeat prouidentiam uitæ humanæ.

Articulus XXX. De remedijs specialibus contra tentationes luxuriæ.

MVndemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Sunt uitia quædam in seipsis amara & afflictiua, aut afflictiones & difficultates ac resistentias graues annexas habentia: ira nanq; inuidia, indignatio, rancor, odium, timor, tristitia, impatentia, auaritia, contētio in seipsis sunt afflictiua: superbia uero, ambitio, auaritia & consimilia quæ dā, habent annexas difficultates, labores, resistentias, afflictiones. Nempe qui in montem dominationis, honoris aut præſidentiæ cupit & conatur ascendere, multos patitur resistentes ex aduerso ascendere cupientes, contra quos mordetur suspicio, inuidia, odio. Itaq; tētionibus uitiō: istorū efficacius resistitur, intiendo & recte considerando eas, ac uitia de quibus impugnant: quo enim diligentius considerantur, eo plus abhorrent propter pœnalitates adiunctas. Porro alia sunt peccata in seipsis delectabilia, ut præsertim uitia carnis: quæ quanto plus considerantur, quāuis in seipsis sint bestialia, scœda, uilia atq; enormia, tamen tantò plus titillant, excitant, mouent, alliciunt appetitū propter annexā delectationē concupiscentiamq; innatā: ideo talibus uitijs & eorū tētionibus melius resistitur, cogitationē & omnē imaginationē atq; memoriā & aspectū mox ab eis totaliter auertendo, etiā cū aspernatione & indignatione salubri, imò & cum prolotione interiectionis istius tſy. Nam cum prolotione monasylabæ huius tſy, superatur diabolus & stimulatio carnis, ut in tractatu suo de Virijs & uirtutibus scribit Gulielmus Parisiensis. Ideo statim dum sentimus nos de uitijs carnis tentari, dicamus ex corde tſy: sicq; cum indignatione & contemptu fordidū inquinamētū auertamus nos à tali tētionē & ab omni intuitu sui obiecti & occasionis atq; materiæ, quemadmodū auerſis oculis auertimus nos à scetidissimæ inspectione spurcitarum. Hoc ergo est primū præcipuūq; remediū tētionū & uitiō: carnaliū, mentē ab eorum intuitu, commemoratione, imaginatione statim auertere, cum tam uilium spurcitiæ cordiali aspernatione, eorū quoq; occasiones, causas, materias, incitamenta & obiecta fugere & uitare, ac inde se elongare, sicut hortatur Apostolus. Q. si quærat, qualiter possit se homo inde ita auertere, potissime dum tentator talia oculis interioribus importune, improbe atq; assidue repræsentat, caro quoq; inflammetur & intra se stimuletur, ita q; ignis concupiscentiæ tanquam clibanus inter dum exardescit in ea, iuxta illud: Succensit quoniam clibanus à coquente, est respondendum, q̄ omnis affectio ex præuia quadam apprehensione seu cognitione procedit, quia obiectum appetitus est bonum cognitū: idcirco qui cur

X.

Gregorius,

XI

Mat. 6

XII

Mat. 5

XIII.

Mat. 16

1. Cor. 7

1. Corin. 6
Quo pacto se
homo à tēta
tionibus possit
auertere,
Osee 7

NNNN

pit

pit inordinatam affectionem aut carnalem concupiscentiam, motumq; corporis in de pro
uenientem uitare, studeat uitare aut a se protinus remouere apprehensionem, in spe cione
seu imaginationem obiecti carnalis seu delectabilis rei, ad quam inordinate ac sensualiter
affici potest siue afficitur uel mouetur. Et si quaeratur, qualiter possit se a talispecti de, co
gitatione seu imaginatione auertere: dicendum, q; conuertendo se ad considerationem re
rum salubrium, & potissime ad considerationem eorum quae pariunt compunctionem &
salubrem timorem, & potissime ad considerationem eorum quae pariunt compunctionem &
passionis ac propriae mortis, diuini quoq; iudicij & infernalis supplicij, ac praeterita cul
parum atq; aduersitatum & tribulationum proximorum, & q; quotidie totae tanta
sunt in mundo flagitia, tamq; innumerabiles homines pereant & damnentur. Qui itaque
cupit carnalium tetationum & uitiorum carnis euadere laqueos, faciat sibi consuetudine
considerandi assidue passionem saluatoris secundum omnem modum supra in introdu
ac sua nouissima & peccata praeterita, pericula quoq; quibus undiq; circumvallatur, sicq;
quotiescunq; se senserit carnali tentatione pulsari, mox ad praecordiale dominice passio
nis considerationem recurrat, & sua aduertat nouissima, atq; quam saepe & grauius offen
derit deum. Secundum remedium est inmoderatam uitare potationem & refecionem lau
tam superfluam, praesertim calida alimenta, & unum in quo uiget luxuria, ex quibus car
nalium uitiorum ac tentamentorum foedus generantur in citamenta atq; materia pro
pter quod dixit Apostolus: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Nemp ex gula gene
rari luxuria, certum est: ut ait Hieronymus, Venter mero effuans, in libidine cito delu
mat. Tertium est, uitare lubricorum consortia, quae sunt uehementer nocua, sicut ait scriptura
Quis se iungit fornicarijs, erit nequa. & rursum Amicus stultorum, id est, & carnalium & prauorum,
efficatur similis eis. Cum enim homo ex seipso sit pronus ad uitia ista, iuxta id Geneos, Sen
sus & cogitatio cordis humani prouincunt in malum ab adolescentia sua, ad uitia ista alio
rum persuasionibus & exemplis facilliter trahitur. Quartum est diligenter attendere, ta
men celeriter sine immoratione, enormitate & uilitate huius peccati & brutalitatem
ac inhonestatem ipsius, ac mala ei annexa: quoniam multa ac grauiora mala ex ipsoe quun
tur, & per uitium istud fit homo praecipue bestialis ac acediosus, leuis, depressus, in timora
tus maxima quoq; turpitudine in ipso apparet: idcirco praecipue derogat dignitati ac nobi
litati naturae humanae. unde & specialiter fertur coram deo & sanctis eius scelerate, sensibi
lem quoq; eius foetorem multi uirtuosos perceperunt frequenter. Vnde in Vita spatrum nar
ratur de angelo sancto, qui ambulans cum eremita, & obuiam habens cadauer, nar es non
obstruxit: obuians autem iuueni pulchro, sed lubrico, nars mox obstruens, se ab illo auer
tit. Quintum est, bene pensare qualis erit caro post mortem, quam sceda & purrida. Hinc
fertur in Vita spatrum, q; dum quidam frater in eremo uehementissime tentaretur de qua
dam muliere formosa, & au disse eam esse defunctam, nocte aperuit eius sepulchrum, & su
mens partem de putredine eius, posuit eam in cella sua: cumq; illi uisintu ac foetore affli
geretur, dixit cogitationi suae: Ecce habes carnem quam appetebas, fariare eius amplexu
sicq; cessauit tentatio sua. Refert quoq; Gulielmus Parisiensis: Quidam nostris tempo
ribus psumpsit caluariam feminae speciosa, quam quoties tentabatur, aspexit: & ita cessauit
sua tentatio. Sextum est, incautos & morosos mulierum aspectus, amplexus & oscula, fa
miliaria colloquia, loca secreta, uisitationes, laterales confessus, atq; cuncta, manifesta deuita
re. Dauid namq; incaute aspiciens, concupiscentia fuit uictus: & Samson per feminae bla
dimenta est superatus. Ideo sanctus Iob ait: Pcepigi foedus cum oculis meis, ut ne cogitare
quidem de uirgine. Et in Ecclesiastico habetur: Virginem ne conspicias, ne scandalizeris
in decore eius. Auerte faciem tuam a muliere compta. Noli respicere in uicis ciuitatis. Pro
pter speciem mulieris multi perierunt. Eadem ratione cohibendus est audire ab aduer
tentia carminum amatoriorum femineorumq; cantuum. Septimum est otia fugere, seq;
iugiter occupare honeste: quia ut dicit scriptura: Multa mala docuit otiositas atq; in con
cupiscentiis est otiosus & piger. Propterea de otiosis ait propheta: In labore hominum non
sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia: transierunt in affe
ctum cordis. Octauum est, omne uitare superbiam, qm propter eam multi sinunt in uitia uere
carnis. Nonum est, corpus proprium egregie disciplinare uigilijs, teiuinjs asperitateq; stratis

Eph. 9
iii.
Ecc. 19
Proverb. 19
Gen. 8
iiii.
v.
vi.
z. Reg. 11
Iudic. 16
Iob 31
Ecc. 9
vii.
Ecc. 33
Psal. 72
viii.
ix.

ac uesibus discrete domare, & in seruitute redigere rationis. Decimum est, studio sacre scri
pturae insistere, seq; spiritualibus exercitijs strenue occupare: ideo ait Hieronymus: Ama stu
dia scripturae, & carnis uitia non amabis. Si his specialibus tentationum carnalium remedijs
addant generalia tentationum remedia, poterit deo auxiliante homo in omni tentatione hu
iusmodi praualere: ad quod etiam confert potissime adimpletio euangelici consilij Christi
perpetuam continentiam consulenti: consideratio quoq; aureolae quae simul cum praemio
substantiali uirginibus perpetuam uirginitatem seruare proponentibus finaliterq; refer
tantibus est promissa.

Articulus XXXI. De remedijs tentationum irae & impatientiae.

Ira non habet misericordiam nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus fer
re quis poterit? Ira est desiderium ultionis propter paruipensionem iniuriam ue illa
tam: seu irrationabilis commotio cordis propter quancunq; aduersitate. Primum ergo
contra tentationem ac uitium irae remedium est, considerare proprias culpas, ac propter eas
se reputare omni uilipensione, iniuria afflictioneq; dignum, atq; ob hoc talia: & quantimito
lerare. In multis namq; offendimus omnes. Ideo in Iob scriptum est: Utinam deus offende
ret tibi secreta sapientiae tuae, & intelligeres q; multo minora exigaris ab eo q; mererit ini
quitas tua. hinc Iudith ait: Nos ergo non ulciscamur nos pro his quae patimur, sed reputa
tes peccatis nostris haec ipsa supplicia esse minora, flagella domini quasi serui qui corripi
mur, ad emendationem & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Sic Dauid rex
iniurias, maledictiones, conuitia Semel mansuetissime ac patientissime tulit, quoniam con
siderauit se deum grauius offendisse. Secundum remedium est, sapienter attendere pra
ordinationem prouidentiae creatoris, qui est optimus ac fidelissimus pater, sine cuius pra
ordinatione nulla aduersitas potest nobis contingere, nec permittit nobis aduersa accide
re, nisi pro nostro meliore quantum in ipso est: idcirco cuncta aduersa & aspera debemus
accipere tamquam quaedam munuscula de manu patris altissimi, exemplo unigeniti filij dei,
qui passione instante dixit ad Petrum pro ipso zelantem: Calicem quem dedit mihi pater,
non uis ut bibam illum? Tertium remedium est, aduerte maximam & multiplicem fru
ctuositatem & utilitatem iniuriarum, aspersionum, afflictionum & aduersitatum, dummodo
aequantimiter tolerantur: sunt etenim medicinales, & ualent ad delenda peccata praeterita,
ad uitandum praesentia, ad praecauendum futura, ad impetrandum gratiae charismata ac pro
fectum in eis, ad conformandum se Christo propter nos passio, ad euadendum supplicia purga
torij aut inferni, & ad ingredendum celerius, ad piscendum copiosius gaudia aeterna re
gni caelestis: ideo merito ait scriptura: Beatus homo qui corripitur a domino. Quartum
remedium est consideratio totius mansuetudinis & patientiae Christi in seculo isto ab exor
ditio sua: natiuitatis usq; ad mortem crucis, qui in tota conuersatione sua ac passione tor &
tanta abscq; omni suo demerito tranquillissime tolerauit & dixit: Discite a me, quia mitis sum
& humilis corde. Quantomagis nos uiles ac miseri peccatores debemus propter nos
excessus omnem paruipensionem, aduersitatem, molestiam patienter sufferre, cum Michae
propheta dicentes: Irram domini portabo, quia peccaui ei, unde in Threnis loquitur Iere
mias: Quid murmurauit homo uiuens, uir pro delictis suis: Quintum est, recte pensare q; ui
lis, irrationabilis, inhonesta & poenalis sit ira in semetipsa: nempe ex suo genere est peccatum
mortale; caninum, furibundum, afflictiuum ualde & fatuum: ideo scriptum est: Virum stul
tum interficit iracundia. & Salomon protestatur: Ira in sinu stulti requiescit. Itemq; Impa
tiens operatur stultitia. Per iram feris & canibus assimilamur: ideo Ioseph ad fratres suos,
Ne irascimini, inquit, in uia. Itaq; iracundus seipsum affligit, perturbat, deordinat, & ma
xime laedit, imo spiritualiter perimit, propter quod ait Hieronymus: Quid iracundo furor
tuus confert, quem saeuissimis stimulis exagitatum ita ab omni consilio ac mente deturpar,
ut dum irascitur, insanire credatur? Sextum est, perpendere nocumenta quae irascenti ac
alij inferit ira: Mentem namq; infatuat, sapientiam auferit, spiritum sanctum expellit, alios
scandalizat, & contemptibilem efficit hominem atq; ineptum ad regendum seipsum ac ali
um: ideo ait Gregorius: Per iram sapientia perditur, ut quid quo uo ordine agendum sit, ne
sciatur. Per iram quoq; iustitia uera relinquitur: quia, ut ait apostolus Iacobus: Ira uiri iusti
tiam dei non operatur. Per iram gratia uitae socialis deperditur, mansuetudo amittitur, lux
ueritatis deferitur. Per iram excluditur spiritus sanctus, qui super quietum & humilem re
quiescit. Iracundus itaq; grauis est condomesticis suis & scadalosus: propter quod in Pro
uerbijs scriptum est: Spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Hinc Clima

x.
Mat. 19
Prover. 17
Ira quid,
Primum con
tra iram reme
dium.
Iaco. 3
Iob. 11
Iudith. 8
I. Reg. 16
ii.
Iohan. 18
iii.
Iob 5
iii.
Mat. 11
Mich. 7
Thre. 3
v.
Iob. 5
Ecc. 7
Prover. 14
Gene. 45
Hieronymus
vi.
Gregorius,
Iaco. 1
Ia. 66
Prover. 10

vii.

viii.

Prout 12

ix.

Ambrosius

x.

Gal. 6

xii.

xiii.

Leuit. 19
xv.

Prout 19
Prout 21
Prout 25

Gal. 6

Prout 17
Prout 25
Ecl. 10

Primum con-
tra inuidie te-
ntatione reme-
dium.

Gal. 6

chus confestatur: Quemadmodum unus lupus totum ouium gregem perturbat, sic unus iracundus aut impatiens totam congregationem inquietat. unde & unus sanctorum locutus est patrum: Sicut fumus hospitem expellit de domo, sic ira spiritum sanctum de corde. & alter asseruit: Iracundus etiam si mortuos suscitaret, deo placere non potest. Nempe sicut tempestas nociua est vinee, sic iracundia cordi. Septimum est seipsum ad mansuetudinem & patientiam toto conatu in desinere assuefacere, atque addiscere in paruis aduersis iram & impatientiam totaliter refrenare, sicque eas paulatim omnino eradicare. hinc quidam homines boni ut patientiam discerent, quosdam peruersos & impatientes secum detinuerunt, ut eorum insolentiam tolerando, mansuetudinem plenam & patientiam discerent consummatam. Sic & Socrates interrogatus, cur domi teneret duas uxores litigiosas & pessimas, dixit: Vt in domo patientiam discam, quam foris exhibeam. Octauum est, commotionem & flammam iracundiae intra se suffocare, ne erumpendo noceat, incendat scadalizetque alios: ideo ait Isidorus: Tene silentium: tacendo citius uincis. hinc super illud Prouerbiorum, Fatus statim indicat iram suam, Glossa fatetur: Natura iracundiae est, ut prolata plus ferueat, repressa languescat. Vnde abbas Isaac requisitus, cur sic a daemonibus timeretur, respondit: Ex quo factus sum monachus, non permisi iram usque ad guttur meum ascendere. Nonum est, de inhonestate propriae irae uerecundari, & sibipsum de ira irasci, eamque debite in se castigare. Ideo affirmat Ambrosius: Qui sibipsum irascitur, quia commotus est & ira uictus, desinit alteri irasci: qui uero iram suam probare uult iustam, plus inflammatur & cito in crimine dilabitur. Decimum est, proprias infirmitates & defectus omnes quae ab alijs tolerantur perpendere, sicque aliorum defectus libenter sufferre. Nam ideo quidam alij irascuntur tam cito aut uehementer, quoniam defectus proprios non aduertunt, propterea monet Apostolus: Alter alterius onera portate. & rursus: Considera te ipsum, ne & tu teneris. Improbum autem est, uelle portari a proximis, & eos pie portare non uelle. Vnde decimum est, facere sibi quotidie forte propositum abstinendi ab omni ira & impatientia quicquid aduersitatis occurrerit atque praemeditari quae possunt occurrere, & impatentiae clypeum se parare: praeuisa quippe iacula minus nocent. Duodecimum est, se ab iniuriante prudenter auertere, & aliam bonam occupationem seu locutionem assumere, ut sic suae commotionis homo obliuiscatur: quemadmodum uolens extinguere ignem, subtrahit ligna. Tertiumdecimum est, considerare quam fructuosum atque laudabile sit coram deo & bonis hominibus iram & impatientiam superare. Quartumdecimum est, obliuisci iniuriam, iuxta illud Leuitici: Non quaeras ultionem, nec memor eris iniuriae: ciuium tuorum. Postremo, ad extinguendum iracundiam aliorum, ualeat exemplaritas in repressione propriae irae ac molle responsum, taciturnitas quoque & beneficij impensio, hinc in Prouerbis Salomon factus est: Responso mollis frangit iram. Itemque, Munus absconditum extinguit iram, & donum in sinu indignationem maximam. & denuo: Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, prunas congeres super caput illius. Siquidem beneficia sunt uelut prunae ardentes ad amorem accendentes. His itaque remedijs cum praedictis generalibus tentationum medelis contra tentationes irae simul semper muniti.

Articulus XXXII. De remedijs contra tentationes inuidiae & rancoris.

Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Inuidia ex suo genere uitium est enorme ac uenenatum, cum sit inordinata tristitia quae inter omnes passiones magis nociua est anime & corpori uitaque gratiae ac uite naturae: quae ut Salomon loquitur: Spiritus tristis exccat ossa. & denuo: Sicut uermis nocet ligno & tinea uestimento, ita tristitia nocet cordi. Idcirco in Ecclesiastico fertur: Tristitia non des animae tuae: multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Porro ex sua specie tristitia est enormissimum uenenatissimumque peccatum, cum sit dolor de fraterna prosperitate, aut proximorum gratia ac salute: & quo ad hoc uultum, est peccatum in spiritu sanctum, cuius bonitati directe contrariatur. Primum ergo remedium contra tentationem inuidiae, odij aut rancoris est, considerare enormitatem & uenositatem uitiorum istorum, sicque ea totis praedictis abhorre, abijcere & odire, quoniam mentem omnino inficiunt, atque a fonte totius bonitatis ac gratiae maxime eam elongant. hinc super praedictum uerbum Apostoli, Non efficiamur inanis gloriae cupidi, asserit Glossa: Per omne peccatum mortale hostis antiquus uirus humano cordi insudit in uitio autem inuidiae tota sua uiscera concutit, atque in hac imprimenda serpens ille infernalis pestem uomit: hinc uita ista pestilentia ualde difficulter curantur, nisi quod medicus ille caelestis omnipotens est.

Denique

Denique uita ista charitati, quae summa uirtus est, maxime ac directe contrariatur, idcirco sunt uitiosissima, imo tam graui, ut sanctus Iohannes apostolus fateatur: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Secundum remedium est, pensare quod uita ista prorsus diabolica sunt: Inuidia namque diaboli mors introiit in orbem terrarum, & per inuidiam eius protoplasti patres priuati sunt paradiso, & infererit seipsum ac posteros suos. Ex inuidia Cain occidit innocentem Abel & filij Iacob electi Ioseph, Iudaeique Christus. Tertium est, quod odium & inuidia sunt in seipsis poenalia & amarissima uita, inuidiam assidue assidua, & quando infernum inchoantia ac producentia in eodem, ita quod perit in se & consumit seipsum, unde ait Apostolus: Si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini. Nonne stultissimum est seipsum in trase ita dilaniare, & per infernalē amaritudinem aeternalia inferorum supplicia sibi mereri, promereri, incurere, sicque in praesenti & in futuro esse miserum, ac praesentis atque sequentis uitae gaudijs se priuare: hinc ait Hieronymus: Oro te, quid delectationis aut profectus confert inuidio sua inuidia, quae uelut acutissimis unguibus liuor ipse decerpit, & aliena felicitate facit ipsius tormentum? Nempe ut testatur Gregorius: Inuidio color pallore afficitur, mens uitiose accenditur, membra frigidescit. In cogitatione fit rabies, in dentibus stridor. hinc quod beatus praefatus ac martyr differuit Cyprianus: Inuidio minax uultus, toruus aspectus, pallor in facie, in labijs tremor, in dentibus stridor, rabida uerba & effrenata conuita, imo & manus ad uolentiam prona. Quartum est, quod haec uita mentem uehementissime obtenebrant & indurant, ac circa proximis crudelissima sunt & maxime eis nociua. Inuidus enim nemini parit, & querit siue occulte siue aperte nocere, uitam auferre, & beneficia dei a proximis tollere. hinc in sua prima Canonica sanctus scribit Iohannes: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eatur: quoniam tenebrae obcauerunt oculos eius. Itemque, Qui non diligit, manet in morte. Quintum remedium est consideratio charitatis Christi, quod pro crucifixoribus suis orauit, & non solum pro amicis & iustis, sed etiam pro inimicis ex charitate mori dignatus est, iuxta illud Apostoli: Commendat charitatem suam in nobis deus: quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: & cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Nonne indignissimum est Christianus uocari & induratissimum habere mentem, quae tantae charitatis consideratio ab inuidia non auerit, neque ad ueram dilectionem emollit? Hinc monet Apostolus: Ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Sextum est consideratio documentorum praceptorumque filij dei, qui in euangelio iubet: Diligite inimicos uestros: benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. & rursus: Hoc est, inquit, praecceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. In hoc cognoscet omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Septimum est, consideratio dilectionis & beneficentiae dei ad ingratos, iniquos & aduersarios suos, quos diligit quantum ad id quod sunt & in esse conseruat, atque de necessarijs prouidet ipsis, multos quoque eosque per praedestinationem aeternam amat, conuertit & saluat, unde ipse ait: Sitis filij patris uestri qui in caelis est, quod solum suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, de quo in Luca sic legitur: Eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos: hinc uas electionis hortatur: Imitatores dei estote sicut filij charissimi. Octauum est, non diligere mundum & ea quae mundi sunt, hoc est inordinate non affici ad opes terrenas, ad temporales honores, ad carnales delicias: quia ex horum amore generatur inuidia: quoniam a multis simul & integre haberi non queunt: ideo dicit Gregorius: Qui liuoris peste plene carere desiderat, illam habere editatem (puta caelestem beatitudinem) diligit, quam cohaerere numero non angustat. Etenim tanto plus quisque inuidet alteri bona praesentia, quanto immoderantius diligit ea. Nonum est, ea perpendere quae ad uerum amorem inducunt, ut sunt similitudo naturae, communio gratiae, unitas religionis ac fidei ac corporis mystici, & quod sumus inuicem membra & unus exercitus dei, unus grex Christi ab eodem creatore plasmati, ab eisdem primis parentibus generati, ad eandem felicitatem facti & ordinati. Decimum, quod aliter ad dei amicitiam pertingere nunquam ualemus, nisi inuicem nos amemus. Vnde decimum est consideratio prouidentiae dei omnia optime ordinatis, atque rectissime disponetis ac iudicatis: sicque contentari de ea, & proximis id fauere quod ex diuina prouidentia concessum est aut contigit eis, nec uelle reniti. Postremo, quae ex ira solet nasci inuidia, iram penitus tollam de cordibus nostris, & proximis ignoscamus, neque ex aduersis tristemur, sed potius delectemur in ipsis, secundum quod multipliciter profunt, prout praecedenti capitulo est expressum.

Articulus XXXIII. De remedijs contra tentationes acediae atque pigritiae.

NNNN 3 Vsqquo

I Iohan. 3
II.
Sap. 2
Gen. 4
Gen. 5
III.
Gen. 17
Mat. 17
Gal. 5

I Iohan. 2
I Iohan. 3
V.
I Ioh. 5
Luc. 12
Rom. 5

Eph. 5
VI.
Luc. 6
Iohan. 15
Iohan. 16

VII.
Mat. 9
Luc. 6
Eph. 5
VIII.
I Iohan. 3

IX.
X.
XI.

V Squequo piger dormies: quando confurges de somno tuo: paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus ut dormias, & ueniet tibi quasi uitor egestas tua, & pauperies quasi uir armatus. Acedia charitati qua deum toto corde diligere iubemur, contrariatur opponitur quoque latræ, que est uirtus deo cultu ceremoniamque impendens: cuius actus est deuotio, quæ est promptitudo uoluntatis ad ea quæ dei sunt: cui promptitudini contrariatur acedia. Primum ergo remedium tentationum acedia: atque pigritia, negligentia & torporis est, quod diuina scriptura tam specialiter & uehementer irridet hæc uicia, ut patet in præinducta autoritate, unde eodẽ Prouerbio rum cap. rursus pigro & acedioso increpatorie ac iusta cum subfannatione sapientia loquitur: Vade ad formicam piger, & discite sapientiam: quæ cum non habeat ducem nec præceptorẽ, parat æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. hinc denuo in Prouerbis de calua pigroꝝ excusatioe asserit: Dicit piger ileo est in uia, læna in itineribus in medio platearum occidit dũ sum, hinc quoque in Ecclesiastico de pigrorũ inducit uilitate: In lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernatione eius. De stercore boũ lapidatus est piger, & omnes loquentur super acutiet manus. Secundum remedium tentationum acedia est, considerare quantum hoc uitium sit deo iniuriosum, abominatum ac displicens: cum etenim deus excelsus & adorandus sit infinitæ honorabilitatis ac dignitatis, ualde iniuriosum est excellentiæ ac reuerentiæ eius, quæ rationalis creatura sit pigra & acediosa ad eius obsequium, aut negligens in eodem, propter quod scriptum est in Ieremia: Maledictus est qui facit opus dei negligenter. Et in Apocalypsi dicitur negligenti ac pigro circa testatur Hieronymus: Sola tepiditas est quæ solet altissimo uomitum prouocare, hinc iterum in Apocalypsi dicitur negligenti: Habeo aduersum te, quia charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, & poenitentiam age, alioquin uenio tibi cito. Tertium remedium est consideratio damni & calamitatis, quæ per acediam incidit homines per eadem namque opera quæ facit homo, feruens, prompte ac delectabiliter & cum profectu gratiæ ac uirtutum præcipuo ac gloriæ incremento homo piger & negligens parum aut nihil promeretur de gratia aut gloria, imò frequenter damnationem incurrit, agitque opera illa cum tædio & labore & cum tristitia sine sapore, sicque habet infernum quandam in presenti, habiturus grauiorem infernum in futuro, nisi abiecta acedia referuescat in charitate & spiritu sancto. Ideo asserit Leo Papa: Non dormientibus aut pigritantibus prouenit regnum cœlorum, nec otio desidiamque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur. Quartum est, diligens consideratio infinitæ honorabilitatis, dignitatis & excellentiæ dei, atque ex hac consideratione excitari & inflammari ad promptam & reuerentialem honorificentiam eius, præsertim cum ipse cuncta intueatur & radicem atque affectionem ex qua ei seruitur, agnoscat ac magis perpendat quod opus. hinc primo Paralipomenon sanctus rex David filium suum Salomonem informans: Tu, inquit, fili mi scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto & animo uoluntario: Omnia enim corda scrutatur dominus, & uniuersas mentium cogitationes intelligit: hoc est quod in Iosue infungitur nobis: Timete dominum & seruite ei corde perfecto atque uehementer, hinc Ambrosius increpat pigrum & irreuerentem disseruit: O homo impudens, milia milium deo angelorum ministrant, & decies milies centena milia ei assestant: tu sedere præsumis: Quintum est, consideratio seruitutis humanæ: uidemus quod peccata reuerenter & attonite, quam prompte ac feruide serui regum ac principum terrenorum suis dominis obsequantur: quibus si negligenter, pigre & defectuose seruirent, mox grauius indignarentur talibus seruis, sed contemptos magis quam honoratos arbitrantur: quæ tomagis deo excellentiæ infinitæ cum omni diligentia, custodia & seruore est obsequendum, & damnationem magis quam gloriæ promerentur, qui ei cum desidia seruiunt ac torpore. Nonne iniuriosissimum improbitissimumque confititur, hominem magis reuereri quam deum: Sextum est pugna re contra seipsum & propriam increpare ignauitatem, dicendos: Regnum cœlorum uim patitur, & ardua est uia salutis, sicque strenue aggredi opus bonum & cum agilitate incipere, atque cum quadam coactione ad spiritualia exercitia assuefacere semetipsum, quousque sibi in consuetudinem conuertantur & paulatim dulcescant: In principio etenim solet accidere difficultas, sed uiriliter continuanti accedit suauitas: quoniam habitus præsertim consuetudo delectabiliter operat. De hoc in regula S. Benedicti multa dicunt. Septimum est, in bona consuetudine perseverare bonaque opera exercere, siue sensibilis percipiat deuotio & seruos suauitas siue non: ideo ait Bernardus: Dum acedia aut tædio te affici sentis, noli ob hoc diffidere, ne que a studio

Prouer. 6
Prouer. 16
Eccl. 22
II.
Ier. 48
Apoc. 7
Hieronymus
Apoc. 2
III.
III.
I. Paralip. 28
Iosue 24
Dan. 7
V.
VI.
Mart. 11
Mar. 7
VII.

à studio spiritali desistere, sed manum require dei adiuuantis & clama: Trahe me post te, & rursus: Adiuua me domine deus meus. Octauum est, ut ea quæ quotidie agimus, studeamus non ex consuetudine superficiali ac arida agere, sed semper cum maiori diligentia atque deuotione. Quidam equidem bona quædam ad tempus agunt deuote, sed tempore procedente ex tepida consuetudine: quocirca dominus iussit in Leuitico: Ignis in altari semper adhibet, quem nutrit fac erdos subiiciens ligna per singulos dies: per quod datur intelligi, quod in altari cordis indefinenter debet ardere ignis diuini amoris, quem homo seipsum deo sacrificans, præsertim sacerdos deo patri offerens Christum, debet omni hora nutrire recollendo immensam altissimi bonitatem & beneficia ac promissa ipsius, ac bonis semper in harendo operibus. Nonum est, uariatio & alternatio actionum & occupationum bonarum, ita ut nunc insistat quis orationi, meditationi, nunc studio, nunc lectioni, nunc operi manuum. Hinc fertur in Vita spartum, quod beatus Antonius sedens in eremo & spiritu tentatus acedia, clamauit ad dominum: Domine, uolo saluari, & non permittit me cogitationes. Quid agam in hac tribulatione anima mea: Quo dicto uidit quædam in forma sua sedentem, & opus manuum exercentem, deinde surgentem ad orandum, & rursus residetem ad operandum, ac deinceps ad orationem surgentem, audiuitque uocem dicentem: Sic fac, & saluus eris. Quo audito, ille disparuit: autem angelus ad instructionem Antonij missus, & consolationem magnam accepit magnus Antonius. Hinc in fine secundi Machabæorum habetur: Alternis uti delectabile est. Decimum est, deuota societas & exhortatio seruica proximorum. Hinc solitarijs solet acedia esse molesta. Undecimum est imaginatio præsentia: alii cuius uiri honesti, id est ita se habere, ac si adesset homo honestus, in cuius præsentia erubesceremus nos negligenter habere ac pigre, atque ex hoc fibimet diceret: Si erubesceres te acediose habere homine tali præsentem: quanto magis uerecundari debes de negligentia atque acedia tua coram deo ubique præsentem & omnia intuentem, & coram angelo tuo sancto: Duodecimum est, consideratio periculorum quibus expositi sumus: & quoniam in uisibilibus inimicis, infernalibus furibus & latronibus ex omni parte circumdamur, à quibus pigri finaliter capiuntur, spoliantur ac perimuntur: istud tamen inter generalia tentationum remedia computatur. Confortiter consideratio priorum uitiorum & diuini iudicij ac futurij supplicij sempiternæque gloriæ expellit acediam. Hinc abbas Achilles interrogatus à fratre quodam: Cur in cella sedens acediam patior? ait, quoniam nondum considerasti beatitudinem & præmia quæ speramus, nec tormenta in impijs preparata: quæ si digne attenderes, quamuis cella tua esset usque ad collum uermibus plena, tu tamen in ea patienter & sine acedia resideres. Postremo, quia acedia solet ex superflua repletione cibi & potus oriri, ex multiloquio quoque remissione animi, in consolatione carnali atque ex immoderata occupatione, in exteriori labore: Itecirco & alia remedia tentationum acediæ sunt ista loquacitatem reprimere, dissolutiones iocorum ac risuum fugere, & sobrie reficere: in corporali labore metem ad deum frequenter leuare, orando & meditando saltem breuiter ac deuote. Itaque ex omnium horum consideratione attendenda, ab omni iugiter caueamus acedia, negligentia & torpore.

Can. 1
Psal. 108
VIII
Leui. 6
IX
Mach. 1
X
XI
XII

Articulus XXXIII. De remedijs tentationum gula.

A Trendite uobis ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate & curis huius seculi: Verba sunt Christi legislatoris nostri in euangelio Lucæ: Quemadmodum de tentamentis ac uitijs luxuriæ dictum est, quod melius superantur ac deuitantur fugiendo eorum materias & obiecta, societatesque lubricas & occasiones huiusmodi uitiorum, cogitationes quoque de actibus & oblectamentis obsequens, eo quod uitia illa lasciuia delectationes habeant sibi annexas, tantoque fortius alliciant & accendant affectum, quanto plus aut diuturnius cogitatur de eis, & quanto amplius propinquatur eorum materijs & obiectis, occasionibus & incitamentis: ita de tentationibus ac uitijs gulae nec sententiam ac faciendum, sicque primum contra ea remedium est delicata conuiuia euitare, nec sibij præparare aut procurare alimenta superflua, lauta aut exquisita, sed fugere ea: & si quis ea uitare non ualet, consulendum est ei ut cum timore dei accedat, moderate uescat, nec iustar canis famelici sup cibos & pocula se effundat, in disciplinate aut nimis auide comedendo, aut tanquam lupus nimis uoraciter se replendo. Secundum est, gulosorum uitare consortia, cum Satomò dicat: Noli esse in conuiujs potatorum, nec in comestationibus eorum: quæ carnes ad uescendum cõseruati, quæ uacantes potibus & dâtes symbola cõsumunt. Tertium remedium est cõsiderare

Luc. 11
Primum gulae remedium
II

Ecdi. 31

Prouer. 28

Prouer. 29

Ecdi. 37

Gregorius

III

V
Augustinus

VI

VII

Phil. 3

VIII

IX

X
Psal. 58

Mat. 27

Mat. 19

XI
Luc. 23

iohan. 19

Prouer. 31

dāna, nocumēta & uitia, quae corpori & aīa ex gula proueniūt, de quibus in Ecclesiastico habetur: Vigilia & cholera & tortura homini infrunito, uinum multum potatum irritationem & ruinas multas facit. Amaritudo animae uinum multum potatum: suauitas autē animae & corporis, sobrius potus. Hincq; Salomon loquitur: Cui uae, cuius patri uae, cui rixae, cui oueae, cui sine causa uulnera, cui suffosio oculorum: nonne his qui commorantur in uino, & student calicibus epotādis: Itemq; Luxuriosa inquit, res uini, & tumultuosa ebrietas: quicunq; his delectatur, non erit sapiēs. Aduerte ergo, & imple quod docet scriptura: Noli audius esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multis semēcis erit infirmitas, & auditas appropinquabit ad choleram. Propter crapulam multi perierunt: qui autē abstinentes est, adijciēt uitā. Hinc ait Gregorius: Domināte gulā uitio quicquid homines fortiter egerint, per dū: & dum uenter non restringitur, coniunctae uirtutes pariter obruuntur. Deniq; saturati magis delectat fabulari, iocari, ridere aut certe dormire, q̄ solitudini, compunctioni, orationi aut laudibus dei insistere: propter quod denuo dixit Gregorius: Epulas pene semper comitatur uoluptas: dumq; corpus in delectatione refectiois resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur, atq; ut faetur Chrysostomus: Si cut impossibile est ignē in aqua diu feruere: sic impossibile est cōpūctioē in refectioib; lauris uigere. Itaq; gula etiā in praesenti multa inducit incōmoda ac tormēta, infirmitates, torturas, sitim, calorē: & ipsa ebrietas uehementer abbreviat uitam: iccirco stultissimū est, tam nocentissimo uino consentire. Quartum est, cōsiderare q̄ gula est alioy: ianua uitioy, ita q̄ qui gulā admittit, cunctis uitis in se preparat locum & aperit aditum: ideo quicquid non expugnat, nō potest proficere, cum ex gula nascantur libido, loquacitas, aecidia, somnolentia, iocus, risus, chorisatio, detractio, indiscretio, contētio, bellum, obliuio dei & confusio multa. Propter quod asserit Cassianus: Quibuslibet eis ueteres referunt, seminaria parit luxurię, nec p̄gualer mens discretionis gubernacula retinere, aliorum pondere p̄gtrauata. Quintum remedium est, perpendere q̄ fructuosum & gloriosum sit uincere gulā ac cōseruare sobrietatē, quae ad omnium uirtutum ac sapientiae disponit augmētum: iccirco disse ruit Augustinus: Sobrietas superbiā, domum familiāq; rite gubernat, uitam prolongat, tranquillitatem & iucunditatē producit, sensus & mentis omniumq; membrōy custodia est & cautela, pudicitiae ac castitatis munimen, pacis & honestatis amica, discretionis subsidiū, expeditio rationis, uiuacitas mentis, estq; sobrietatis perseverantia ināstimabilis, fortitudo animi, quam cunctae uirtutes omnesq; tituli laudis iugiter concupiscūt: quoniam sine ipsa ornare animā nequeunt, nec deo placere. hinc quoq; Chrysostomus: Simplicior, inq; uictus & mensa mediocris plurimum habet iucunditatis: econtrario diuitum mensae ex crabiles existunt & horridae atq; contaminationibus plenae. Itaq; tot mala gulositatis tan taq; bona sobrietatis fortissime nos accendant ad odium abiectionemq; gulę & ad sobrietatis amorem obseruantiamq; perennē. Sextum est, de futura refectioe non praecogitare inordinate, nec de futura comestione aut potatione cōsolationem aut delectationē admittēre, in ipsa q̄q; refectioe necessitate non uoluptatē exquirere, & ipsam refectioē ad dei ordinare honorem, quatenus sumpta refectioe aptior fiat homo bonis actibus inherere. Septimum est pensare quanta sit uilitas, peruersitas, bestialitas, enormitas & immunditia gulae. Ipsa quippe fordidissimum uentrem deificat, & magis amat ac colit q̄ deum, dicēte de gulosis Apostolor; quoy: deus ueter est. Ipsum quoq; hominem qui tēplum est spiritus sancti, facit foedam coquinam diaboli, & animam summā trinitatis imagine decoratā, deturpans prostermit dæmonibus. Octauum est attendere q̄ uilis sit, foeda ac misera caro, & qualis erit post mortem, qualiter uermibus & serpētibus tradetur in escam, iccirco de eius ornatu, uoluptate ac mollitie non curare, nec eam uermibus impinguare. Nonum est intū eri q̄ multi electi & boni inopes sint & mendici, fame, siti & alijs poenis confecti: iccirco eis non iniuriari superflue consumendo, unde multis eoy; posset utiq; subueniri. Decimū est, consideratio refectiois Christi in cruce ex aceto & felle, cui refectiois uicem condignā rependere non possemus, quāuis mille annis in pane & aqua ieiunaremus, ut bene locutus est Climachus. Undecimū est spiritalem cōsolationem & uirtuosam laetitiam in laudabilibus exercitijs querere, uidelicet in studendo, psallendo, orando, meditando, uirtuosisq; actibus insistendo, siquidem quaelibet uirtus suam habet delectationē, qua reficit mentē: & actui uirtuoso delectatio est annexa. Ideo in Prouerbijs scriptum est: Gaudium est iusto facere iustitiam, Aristoteles quoq; Signum, inquit, uirtutis est delectatio fieri in opere: imō

& Christus ait: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei. Cumq; fuerit homo his delectationibus sinceris affuetus, carnalia contemnet oblectamenta, & praesertim in contemplatione consistit delectatio pura & magna, cuius amore cōsolationem carnalem debemus despicerē, iuxta quod ait Psalmista: Reuinit consolari anima mea. Memor fui dei, & delectatus sum. Duodecimum est, ad supernae ac sempiternae cenae iustis ac sobrijs praeparare summas delicias assidue aspirare, ac eius desiderio & amore nunc sobrie manducare & bibere: quem ad modum ceruinus q̄ inuitati ad cenam lautissimā, temperatius prandent. Tertium decimum est consideratio sobrietatis & abstinentiae patrum sanctor; qui similes nobis fuerunt mortales, & tamē desiderio dei & uirtutū ac glorię abstinentissimā uitā duxerūt in teris, in solitudine, in desertis, imō de pane & aqua parcissime & cū grādū formidine excedendi sumētes; per q̄d nostra confundit infelix carnalitas, cū etiā secundū naturalis rationis dictamen naturalēq; legē nō plus sit accipiendū de cibo, potu & somno q̄ conuenit homini ad usum rationis expeditū exercitiūq; uirtutū. Porro, secundū euāgelicā legē etiā aliqd subtrahendū est necessitati naturae, cū discretionē pro uitioy; punitione imperatione; grāe amplioris, & imitatione dñicę passionis ad sanguinis minoratōē & carnis castigationē ac refrenationē. Hęc dicta sunt de remedijs tērationū septē p̄ctōy; mortaliū: & sicut ad septē illa reducunt & alia mortalia uitia, ita ex remedijs istis possunt p̄per di specialia remedia cōtra illa, uidelicet cōtra detractionē, cōtentionē & cōsimilia, in quibus oibus est pensandū, q̄ enormia sint in seipsis, q̄ uehementer phibita & nociua, q̄ periculosa & quāta ex eis mala sequant, qualiter offensa sua sint deiscandalizatiuay; proximit; quantū mereat dānationē, quāq; inestimabilē tollat felicitatē. Verūtāē adhuc parū de quārdā specialiu; periculosis & difficilū tentationum remedijs tangam.

Articulus XXXV. De remedijs cōtra quasdā molestissimas tērationes secretas & raras.

Atanasē transfiguratur in angelum lucis. Videns satan nequissimus quosdā se non posse uincere per tentamēta & peccata carnalia, neq; per ea quibus naturalis ratio contradicit, talibus tērationes ingerere de quadā infidelitate aut hēstitione circa ueritatem fidei Christianae, ostendēdo uaria argumēta ad persuadendū aliqd fidei sacre contrariū. Quosdā incitat ad imaginandū turpiter de Christo & uirgine gloriosa, uel ad cogitandū in deo ceteri ac in digne de deo, siue ad blasphemādū: quosdā impugnat ad occupandū se curiose atq; incaute de praedestinatione aut praescientia ac prouidentia dei, & an ipsi sint praedestinati, uel q̄ sint praesciti. Aliq; uero tētat ut sibij; manus iniiciant uiolentas ex nimio morore, desperatione aut tēdio uitae. Nonnullos impugnat appardēdo eis uisibilibus in specie Christi aut angeli sancti, seu alloquēdo uel illicita tāq; bona iubendoy; quosdā demū tentat ut discutiant mentē suā de hoc, an mallent aeternas penas sustinere inferni; deū offendere culpa mortali. Aliqui demū tentant mira quādā mētis ariditate, ita q̄ coelū a neū eis uideat, terrāq; ferrea: & apparet eis q̄ sint praesciti. Itaq; de hāz tentationum remedijs aliquid breuiter est tangendū. Si igitur tentaris spiritu incredulitatis aut blasphemiae: aut turpis imaginationis de Christo aut beatissima uirgine, non debes ex hoc contristari nec pusillanimitas fieri, neq; diffidere, quasi a deo relictus sis, sed eas tentationes curare nō debes neq; aduertere, imō potius deridere ac mentē in de auertere ad meditantū salubria & iucunda: nec arguere debes aduersus eas, quāuis uerissime ac facilliter possent cōfundi ac reprobati. Nepe ex argumētatiōe & ratiocinatiōe ac rōsione ad eas magis resticarent & accēderēt seu augerent; supbus nāq; p̄tinaxq; diabolus ita nō cedit nec uincit, sed cito qd obijciat inuenit. Verū a quamiter ferre nō ualet, q̄ modo praetactio irri deat, uisipendat neq; curet, & cū iucunditate p̄traeat: Ideo ei ita tentatū poterit iucū de ac breuiter dici, qd sc̄tus Franciscus docuit fratres suos dicere illi: Aperi os tuū, & pronciā ibi stercus. & qd Gulielmus Parisē sis docet, cū auerfione & irrisiōe esse dicēdū, uidelicet tfy; atq; qd Climachus tāgit: Suggestio tua seu blasphemia tua sit tecū in perditionem, & in caput tuum redūdet. Potest quoq; fidelis pie ac simpliciter dicere sine ulteriori argumētatione: Ego credo sicut beatissimi patres Antonius, Martinus, Seruatus, Bernardus, Franciscus & similes eis, cū his cupio deputari ac praemiari. Insuper potest tēpore opportuno, & dum ad horā cessat sua tēratio, argumēta fidei Christianae attēdere, & qualiter per innumera mirabilia miracula soli uero deo possibilia, & per scripturas testamenti ueteris sit fides firmata, & q̄ nihil uerius, nihil rationabilius, nihil ad contemplandum sublimius sit his quae Christiana asserit fides, dum omnia eius motiua ac fulcimenta atq; insignia comportatur, ordo & nexus ac cohabitudo credēdo; simul pensantur: tūc nempe apparet et cōstat q̄

Psal. 78

xii

2. Cor. 11

Tfy. est interiectio spernit

totum

torum super hominē & super omnē adinventionem diabolicam & humanam, ab omni quoque magica arte liberatissimum: ideoque rotū cernitur esse diuinum, supernaturale ac magnificētissimum: iccirco sapienter dixit Richardus: Vtinam attenderent Iudæi, Pagani & omnes increduli, cum quanta securitate & conscientie sinceritate poterimus pro nostra fide ad iudicium dei accedere. Nonne cum omni confidentia deo poterimus dicere: Domine, si error est in hac fide, à te & per te decepti sumus, quoniam ista quæ credimus, tot, tantis ac talibus signis ac prodigijs sunt corroborata, quæ non nisi à te fieri possunt. & quæ eis non credere, extremæ dementiæ sit: & certe à summæ sanctitatis uiris nobis sunt tradita, cum summa autentica attestazione prolata, te cooperante & sermone confirmante sequētibz signis. Hi quoque qui huic fidei firmius adhæserunt, & secundum eius præcepta plenius conuersati sunt, maioribus ac pluribus frequenter coruscauerūt miraculis, imò interdū maioribus quæ ipsemet Christus, secundū quod ipse prædixit: Qui credit in me, opa quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horū faciet: quæ ego ad patrē uado. Denique ab exordio primitiue ecclesiæ & euāgelicę legis omnia illa miracula, dona & supernaturalia charismata, quibus in ueteri testamento claruit synagoga, per gloriosos apostolos & cæteros Christi discipulos ad ecclesiam primitiuam & ad gentilitatem conuersam translata sunt, multoque abundantius data & facta in ea, quæ unquā in synagoga. Præterea prædictæ tērationes frequenter sunt præfagia gratiæ ualde specialis ac præ eminentis dandæ eis qui sustinent eas, & deo sic dispensante ipsis contingunt, ne hominum laude aut propria reputatione fallātur, aut extollantur, & ut profundius humiliēt semetipsos, uel à carnalibus & periculosis tribulationibus præferentur: ideo tanquā diabolica susurraria patienter sunt toleranda & dissimulanda: quia non solum non inquinant hominem dissentientem, imò sunt ei occasio atque materia promerendi demeriti copiosi: Non enim offenderet regem filius eius audiendo ab aduersario sui patris conuicta contra eundem, quandiu cum displicentia audiret huiusmodi. Amplius, de hac re multa leguntur exemplarum sanctus uir Hugo Gratianopolitanus episcopus, eadem nocte qua fuerat mane à summo pontifice in episcopum consecrandus, præfatis tentationibus cepit acriter impugnaris: iccirco perterritus proposuit suæ electioni penitus cedere & episcopatum dimittere, arbitrans deum sibi iratum propter huiusmodi tentationem quam ante non fuit expertus: sed dominus apostolicus in talibus bene peritus consolabatur atque instruxit eum. Multum enim ualet ad expellendum tentationes huiusmodi non eas abscondere, sed uiris spiritualibus & discretis humiliter euidenterque pandere, & eorum informationibus consentire. Hinc Climachus narrat: Monachus quidam seruus ac diligens per annos uiginti taliter impugnatus, & ob id corpus suum ieiunijs uigilijsque affligens, nec tamen ex hoc in hac causa aliquid uel leuementis experiens, scripsit tentationem suam in charta: & uisitans quendam sanctum senem, obtulit ei chartam, prosternens se ad pedes sancti, nec uultum ipsius aspiceret, sed dixit: Senex autem dum chartam legisset, submisit & fratrem leuās: Fili, inquit, pone manum tuam super ceruicem meam: quod factū, locutus est senex: Super me fit hoc peccatum: & ecce ante quā frater cellam senis egressus est, à sua tentatione est liberatus. At uero si de prædestinatione aut præscientia impugnaris, responde quod Salomon ait: Sicut qui mel comedit multum, euomit illud: sic qui perferuatur est in maiestatis, opprimetur à gloria. Et titem quod Moyses dixit: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Illud quoque Ecclesiastici: Altiora te ne quaeris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus: Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Illud etiam Augustini: Quæ trahat, & quæ non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli uelle iudicare, si non uis errare. Nō dum traheris, ora ut traharis. Illud quoque Apostoli: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Etenim dei secreta sunt ueneranda ac metuenda, non discutienda. Præterea dicere poteris tentatori: Quicquid fit de me, certum est te esse damnatum: & si ego post hanc uitam à deo repellar ac condemnabor, nolo saltem in hac uita eisdem deliter adhærere ac deseruire, ne in utroque seculo caream tanto bono. Si uero tentaris, ut ex desperatione, moerore aut tædio te ipsum lædas ac perimas, sicut Achitophel & traditor Christi fecisse leguntur, dic animo tuo: absit à me, ut ad euadendum temporale & paruū in commodum, me ipsum precipitem non solum in amarissimam mortem, sed etiam in æternam dānationem grauissimam. Absit à me de infinita dei misericordia desperare. Nunquid plus peccaui quā Manasses, qui poenitentia saluatus est: & tamen si omnia mundi peccata solus fecissem, non tamen de immensa dei pietate diffiderē: Aduersa autē patienter sunt

Matr. 15

Johan. 14

Prou. 25
Exod. 19
Ecc. 1

Rom. 9

sunt toleranda. Amplius, si tibi apparet aut loquitur quis in similitudine seu persona Christi aut angeli, & iubeat se adorari aut sibi obediri ac credi, si gratiam discretionis spirituum non habes, non statim acquiescas, sed ora deū ut te instruat intus & ueritate reuelat. Dein de si certificatus non fueris, potes sub conditione adorare, & seniore uti consilio debes. Præterea si tētaris de hoc, an malles æternaliter cōdēnari, quantum ad mala pœnalia, quæ peccare potes ratiōne suspendere, dicendo: Spero quod ad talē necessitatē seu articulū nō pmittet me deus uenire: & si uenire pmiserit, spero quod eligerē quod ipse inspiraret & melius eiet. Postremo, si graui mentis ariditate aut anxietate seu desolatione tentaris, cōsidera ac attende in terminabilem bonitatem & misericordiam dei, atque infallibilem ueritatē ipsius, qua dixit se nullū in ipso speratē derelicturū: & quod ipse suos electos uarijs modis tētarat aut tētari pmittit, nō aut finaliter deserit: imò quo grauius affligit ad tēpus, eo perferatē gratiosius consolaf, gloriosiusque coronat. Hæc de hæz remedijs tentationū nō nisi succinctum ac breuiter tanquod hoc loco rationabili ex motiue.

Articulus XXXVI. De quibusdam tentationibus quæ solent quosdam religiosos grauius occupare, & earum remedijs.

Sap. 10

Certamen forte dedit illi dñs ut uinceret, & sciret quoniam omni potentior est sapientia. Vim hominis intellectum conatur diabolus uarijs modis subuicere, suggerēdo hæreses, incredulitates, curiosas inuestigationes, stultas obseruationes, temeraria iudicia, negligentiam debite inquisitionis, carnalem prudentiam: inter quæ & consimilia quosdam sic fallit, abducit, excæcat, ut de paruis culpis grandem sibi conscientiam faciunt: de grauioribus autē & de his quæ directe sunt cōtra præcepta dei siue ecclesiæ, aut contra sua uota, paruū aut nullā conscientiam habent, nec sup hoc informationē suscipiūt, sed suis erroneis immorāt iudicijs, ac suggerēte diabolo iccirco se reputāt multū demeritos & iustos, quæ de paruis & minimis culpis tantā sibi uim scrupulūque efficiunt. Tales sunt quidā hypocritę religiosi, qui superficialiter & crudi, circa ceremonialiū suorum obseruantiam uementer intenti, qui de monasticorum suorum transgressione notorum paruū aut nullū habent remorsum, nec de passionū suarū refrenatione solliciti sunt, nec reformationi student interire. Hi si uiderint alios in paruis culpabilibus, protinus eos iudicant, acriter reprehendunt & indifferēto zelo feruntur. Sic pontifices, scribæ ac Pharisei Iudeorum uerebatur in trare Pilati prætorium, ne contaminarentur: nec audebant pecuniam pro qua emerant Christū ad occidendū, in cor bonam mittere: non tamen metuebant Christum sic emere atque occidere. Tales student foris esse compositi, non autem formidant coram iudice summo esse suspiciosi, impatientes, temere iudicantes, animosi & detrahentes: quibus ait & cōminatur Saluator: Væ uobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. Nepe si tales modica exercitatioe aut quæ iniuriatioe quadā tãgāt, mox apparebit quod lateat intus: mox namque erumpet pessimus foetor iræ, impatientiæ, elationis, contentioni: obstinatio quoque, proprietas uoluntatis atque immāsiō proprii sensus tãque durissima ossa, ita ut agnitā ueritatē nō pensent neque se quant, nec incognitā uelint audire, ut puta sapientes ac iusti in oculis suis, cū tñ oīno puer se habeant: quoniam charitas incipit à suo subiecto, & ordinate procedit: uera quippe sapientia sicut detestatur & odit oēm culpā, sic grauioribus culpas uehementius horret ac punit, præsertim in eo cui inest ac iuxta sacras scripturas parūque documenta, non secundū propriū sensum aut experimētū fallax iudicat & discernit. Hinc unicuique tali summa & increata sapientia ait: Quid uides festucam in oculo fratris tui, trabem in oculo tuo non uides: hypocrita, elice primū trabē de oculo tuo, & tñc uidebis ut eiicias festucam de oculo fratris tui. Hinc facti sunt sancti patres, eum qui in eodē aut maiori existit peccato, esse indignum reprehendere proximum de suo peccato. Denique isti sub cuiusdam discretionis uelamine & colore persuadent sibiipsis ac proximis laxius esse agendum, lautius comedendum, diutius dormiendum, frequenter confabulandum, & consolatiunculis atque solatijs esse utendum, ne ex uigilia cæcutiāt oculi, aut ex ieiunijs corpus debilitetur, uel ex interioribus exercitationibus meditationum, compunctionum, orationum, aut certe ex solitudine caput languescat in quibus tamen ueræ discretionis seruandū est moderamē atque auxiliū gratiæ desuper regrendū, ac ualor uiriū propriarū diligenter pensandus est successus: debetque unusquisque rigorosior esse sibiipsis quam proximis, cæteris paribusque prioribusque crederet debet, quod ad usque & ipse fiat paulatim gra adiuuante experientia prout se uiderit posse agere, pati, cōtinuare & cōsummare, psequat perleuerant

Johan. 18

Matr. 23

Matr. 7
Luc. 6

Ier. 49
Iere. 6

Isa. 30

Pfal. 14

Iaco. 3

Ezech. 8

Ezech. 23

Iohan. 7

I. Iohan. 3
I. Iohan. 4

Iohan. 15

Bernardus

Gregorius

perseuerant ac feruide, ut neq; in opere dei negligens inueniatur, nec per in discretione incurrat quod in Ieremia habetur: Quia plus fecit q̄ potuit, ideo perijt. Hinc Ieremias inducitur: Interrogate quæ sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus uestris. Hæc est regia uia obseruatiæ medi, in quo uirtus cõsistit, de qua rursus Isaias ait: Hæc uia, ambulate in ea, & neq; ad dexteram neq; ad sinistrã. Porro, nonnulli sunt qui mūdum corporaliter tãtum relinquunt, sed mundanis affectionibus inquinantur, ad ea quæ mūdi sunt & ad homines seculares sensualiter afficiuntur, attracti his rebus, puta diuitiis, ornatum, honoribus, potestatibus, quas in illis miratur & appetunt, amant & appetunt quo circa de uero iusto ait Psalmista: Ad nihilum deductus est in conspectu malignus: timētes aut̄ dominum glorificat. Hi mundi uanitatibus illuduntur, quibus plus placet quod mundus adinuenit q̄ quod condidit deus: qui plus afficiuntur ad ea quæ placent mundo, q̄ ad ea quæ placēt deo: qui diuitibus atq; magnatibus seculi reuerentiã exhibēt potius propter mundanã prosperitatem & exteriorem ornatum, q̄ quia dei uicarij sunt, & propter officij dignitatem. Hos concernit quod in sua Canonica ait apostolus Iacobus: Fratres, si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens, & in ueste candida introierit aut̄ & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste præ clara, & dixeritis eitu sede hic bene: pauperi aut̄ dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: Nonne iudicatis apud uosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Aduertat hæc quor; corda aperiuntur & gaudent uis maioribus, opulētis & magnis in seculo istor; pauperes uero, abiectos & simplices uilipēdunt, uixq; hospitare, aspicerē & affari dignantur: & cur hoc, nisi quia plus appetiuntur bona fortuna: hoc est temporalia & terrena, q̄ dona gratiæ & ea quæ docuit Christus, uidelicet pauperitatem, humilitatem, & abiectionem: Nōne similitudo est causa amoris? quare itaq; magis afficeris ad secularia, uana & curiosa, q̄ ad spiritalia & interna ac uere salubria, nisi quonia illa inania sunt tuo cordi magis cõformia, & plus diligis ea? Et sicut uidit Ezechiel in pariete depictã similitudinem reptilium & auium, & animalium atq; abominabilium idolor; carnalium Israēlitar; sic infelix & uilis mens tua mundalium re; ac dånabilium uitio; quibus renunciaſti & quæ spernere obligaris, imaginibus est depicta affectionibusq; formatarum uisq; etenim rebus quas diligit efficitur similis, & quasi unum cum eisdē eo; imaginibus uisus mox ad eas allicitur: quemadmodum de fornicatrice anima dominus per Ezechielem testatur: Cũ uidisset, inquit, uiros depictos imagines Chaldæor; expressas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tias in capitibus eorum, insaniuit super eos concupiscentia oculor; suor;. His ergo applaudis, quibus intus per amorem depictus es, hoc & dñs in Iohãne infinuasse uidetur loquens ad suos nondum spirituales effectos: Non potest mundus odisse uos, me ait dicit: quia testimonium perhibeo de eo: quia opera eius mala sunt. Spiritualibus uero hominibus scripsit Iohãnes in prima sua epistola: Nolite mirari si odit uos mundus: de carnalibus autem in eadem subdit epistola: Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquunt, & mundus eos audit. Idcirco nō putes te uere esse spirituales, si tibi adhuc placet mundus aut uanitas eius. Hinc innotescit eo; carnalitas ac mundana affectio, quia a mūdi magnatibus cupiunt honorari, famari, agnosci, et de tali sua excellentia stolide gloriantur ac insensate factant, non aduertentes quod in Iohanne filius dei ait electis: Si de mundo essetis mūdus quod suū erat diligeret: quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mundus. Præterea religioſi, imò uerius irreligioſi, reiecto ueri et celestis honoris amore, neglecto spiritali pfectu et desiderio altitudinis felicitatis æternæ, improbo infecti amore proprium quærunt honorem, et ambitiosi effecti, cupiunt proximis præfici, dominari, præesse, præcipere: hinc blandientibus sibi afficiuntur, increpationibus indignantur, sua uitia nolunt aduere, resistentibus suæ promotioni grauius obloquuntur: talis commedationem audire non ualent. Hæc uanitas, ista ambitio, hic improbus amor sui, est fomes dissensionis, tinea sanctæ religionis, mater hypocrisis, turbatio pacis, instabilitatis origo: hinc oriuntur suspiciones peruersæ, detractiones, inuidiæ, iræ, insurrectiones, stulta iudicia, practica periculosa, attractiones et subornationes Simoniacæ, interpretationes sinistra, inquietudines afflictionesq; cordis, unde recte dixit sanctus Bernardus: O ambitio, crux ambientium, quō omnes torquēs omnibus places: et breuiter ut beatus affirmat Gregorius: Numerari culpæ nequeunt, quæ ex ambitione procedunt. Nonne ambitiosus miserimus penē in omnibus ad proprium suum commodum ac honorē reflectitur, et raro aut nūq; recte in deum dirigitur: Qui talis est, etiam bona alio; interpretatur in peius, et

& assimilatur araneæ, quæ ex flore trahit uenenum, unde colligit ap̄ mel suum. Defectus quoque aliorum obseruans, reuoluens, exaggerans, sit similis auibus, quæ ex stercore uisus sibi nidus: Febricitantibus etiam, quibus ex eorum infectione dulcia uidentur amara. Tali uidetur, quod multa pariat ab alijs, & a nemine honoretur cõdigne, aliorumq; in firmitates toleret, quod non aduertens in quantis toleretur ab ipsis. Postremo, ut omnia mala hæc possis effugere, te ipsum in sancta humilitate & in deifunda timore, priuatum extirpa amorem, & in deo te ama ueraciter: quicquid expedit tibi ad complacendum deo, amplectere: quicquid a deo & diuino te impedit, fuge. Incipe a te ipso, miserē do in primis anime tuæ, & zelum iustitię in te & contra uicia tua in primis exerce: propria uitia perpende & emenda, desse & dolo affidue: scq; ad aliorum increpationē charitatiue ac ordinate procede, ut sic tota uita tua sit uere militiã super terram. Ad laudem & gloriam omnipotentis, Iob. 71 qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

FINIS.

E R R A T A .

Fol. 143 lin. 18. Tu omnis. 22. indueris. 27. pro ex. in. 31. dicitur ueritas. 33. deus omnipotens. 46. est penitus. 60. neq; est. co. b. 9. in. 14. 4. 10. est a te somnolent. 28. abiotare. perlectum. 41. imperfecti nil. 43. imitari. 1. 145. b. 4. dele. esse. 9. qui queat. 1. 6. 38. inuisti. 147. 19. tu idē p̄ce: quē in incom. 24. geniosissime p̄ce. 37. sit rem. co. b. 60. has. 148. 10. ecclesiasticis. 37. gloriā de. 46. Porro ad. 10. creatura rationalis. 54. tum. &. 149. 15. Hoc. 37. inra. te. 45. dele. subire. co. b. 2. uel uanti. 170. b. patiente. 151. 17. creatura natura. 24. hanc. in. co. b. 15. pare. diuinitatem. 24. hominem sanctum. 153. 41. re. dixit. fer. 154. 27. protulisti. 42. linum. 157. b. 30. inuasi. 158. b. 204. præcellus. 160. 38. dele. tuorum. 14. charitatem. 161. 45. ipsi afferent. 163. 41. sint. 51. notus conditor meos. 164. 42. ueritã nobis. 56. p̄ nos. nobis. co. b. 55. nos in Christo. 167. 12. dele. de fratribus. 168. 3. qui per. 17. 2. 37. quoniam duces. co. b. 3. de opere. 19. ad tuum. 59. in finos. 173. 32. ornati. 45. suscepit. lum. co. b. 41. datam. 174. 55. q̄ pluitum. co. b. 39. aliquos pro. 45. quæ. 53. in fe. 179. 21. lex nō. 45. dei. 181. 19. q̄. decoris. 182. 60. paritatem. 186. b. 13. donari. 188. 24. nunq; d. 189. 4. nullus. co. b. 17. acq; ex interiori. 14. quatenus per. 50. An non. Ma. 190. b. 33. nature. speciem. 191. b. 2. 4. quinq; uniones. 18. quina hæc. 193. b. 38. quod dat. 195. 48. ante differunt. 198. b. 19. diuinæ sibi. 200. 6. uiam purgationem. co. b. 19. in. 120. b. 1. eis. 24. b. 51. sit actus prudentiæ. 235. b. 1. gis. est. 217. 25. dele. maior. 26. in. consi. 218. 44. uinæ dilectionis. 239. 9. quarto. quia. 17. & ipse. 2. 47. 10. nulli. et. 250. 26. est. humilitas. 34. discretio. & discretio. am. 55. par. cere. 252. 19. amittere. 253. 20. autem. 254. b. 18. quãdã humiles. 27. laborare. 256. 26. perfructans. 55. quis princeps aut populus. co. b. 27. innotatus. 264. ab hoc loco corriget. folio. numerum ut. 347. 260. 38. specialiter. 268. b. 36. immittit. ino. 269. 5. 42. q̄ in. in. ductus. 272. 16. creata. co. b. 33. apprehen. 276. est. & co. b. 13. colore. 22. in. dicit. 279. b. 37. respicendat. 281. b. 10. periculorum & 286. b. 15. quinq; tenet. 287. 40. ceteris. co. 201. b. 3. in. dicit. ad. 298. b. 4. spiritaliore. 301. 26. in. obedi. 303. 13. admittit. 305. b. 17. docetur. 307. b. 36. uacuita. 314. 5. Insuper. in. 315. b. 6. si. uel. sic. 316. 2. infelicissima. 317. b. 47. retrahunt. 318. b. 2. uis. 319. 49. in. cur. co. b. 10. ab. dicit. 320. 22. omnium. 321. 8. ac. proximis. re. co. b. 13. gestã. 19. comestiones. super. 322. b. 4. ista. 324. 23. conuersionem. 327. 37. dele. inde. 49. qui. 325. 5. hæc. tria. 26. saniori. patri. 33. pro. q̄. q̄. co. b. 19. sub. ceteris. 326. 13. si. tamen. co. b. 59. obediunt. 327. 15. ac. pro. ceteris. 330. b. 19. si. impone. alio. quor;. 229. 23. prudentiores. prioribus. co. b. 4. ceteris. oportere. 330. 21. uel. quæ. co. b. 4. dele. aut. 331. 2. mo. nec. 15. ac. proximi. 333. 20. in. dicit. in. 334. 14. in. proximum. 31. bello. iusto. 336. b. 2. queat. uirginitas. 35. respicit. 337. b. 32. reuerentio. 345. 25. in. uocandus. est. 40. nil. impie. 349. 20. & quæ. re. 37. quã. 50. formidandum. 354. 9. in. eptorem. 357. b. 19. sed. cõtra. 365. cõ. sideratio. p̄sentis. 360. 41. Christo. ad. 365. fide. 368. b. 5. p̄. ac. 307. 19. ex. cõ. mē. 23. uis. cõ. munē. 47. que. 369. 21. in. sapior. 37. foli. nō. 370. 27. in. dicit. 377. 48. uer. forte. ed. 20. distictã. 23. uerba. illa. 379. b. 19. in. se. in. uic. gratiã. dei. 381. b. 1. in. mē. secari. 382. 51. quã. de. co. b. 54. Præterea. sup. 383. 11. sicut. dicit. 385. 34. Est. q̄. 45. iudicando. 47. aliud. esset. pec. 384. 14. quod. ea. 16. sciuit. 31. Paer. or. co. b. 2. quod. ex. 27. non. sunt. 32. ideo. nec. 385. 8. lumē. tibi. co. b. 5. q̄. d. possint. de. p̄. in. ter. ab. ile. 34. dele. ordine. 45. cõ. sententiã. 55. arguit. 388. b. 9. ma. lum. sine. 41. sancti. in. dicit. 389. 27. in. ordinar. co. b. 24. periculi. 50. locutus. 390. 41. scilicet. in. spe. 391. 38. actor. in. co. b. 22. iustit. 394. 9. Deniq; in. cito. 397. 42. esse. 400. 398. b. 30. paterna. ab. 400. 4. arrenate. 401. b. 30. quid. 41. situati. 49. post. professi. onem. 406. 6. patē. tibus. nō. 408. 19. aliq; 28. loci. dare. 409. b. 22. coprauerit. 28. & causa. 413. b. 15. animas. in. star. 414. 32. qui. uoluit. 41. magis. q̄. co. b. 20. p̄. potum. 417. b. 26. Nup. m. 34. mūdandus. 416. 17. uis. tauerit. 43. p̄. dicit. in. m. 420. b. 22. uis. tauerit. 423. i. rerauit. bis. 425. b. 26. tam. m. 427. b. 32. in. uenit. illi. 55. de. 56. incipienti. 428. 11. quos. 37. disper. 430. b. 16. unq; 433. 8. ac. 444. b. 50. in. multiplicitate. 446. 50. que. 439. 13. sunt. propter. 443. 3. federatur. 448. 23. creata. 451. 11. illa. cõ. iuncti. 44. doctore. 453. 10. abba. co. b. 5. in. uidus. 454. 47. mortui. ut. 460. b. 56. cibus. q̄. illi. uenient. Sunt. in. clup. exercitia. 460. 32. Quod. 462. b. 35. proficiet. 465. 16. dilectioni. 468. b. 43. in. ster. 470. b. 51. quati. non. 471. 31. cõ. tra. 472. b. 27. executione. 475. b. 20. in. bono. mal. 477. b. 30. peccata. 479. 42. Hinc. 485. b. 14. infima. 490. b. 19. uis. cõ. ien. 491. b. 23. & merit. 40. p̄. cõ. tra.

OOOO Venē

VENERABILI AC RELIGIOSO PATRI D. IOHANNI ZVLE, CARTHVS

SIANORVM MONTIS S. IOHANNIS BAPTISTAE IN ZEE-
lem prope Diest, Priori uigilantissimo F. Theodoricus Loer à Stratis,
eiusdem sacri ordinis apud Agrippinam Coloniam & mo-
nachus & uicarius S. P. D.



SI NULLA te alia uirtus commēdaret pater in pri-
mis uenerāde, hoc unum te cordi meo imprime-
ret, quōd ad euulgāda D. Dionysii nostri opa mi-
hi non solum consentaneus, uerum etiam studiosi at-
q; uigilarum mearum omnium es patronus. Iam cum
& literis politioribus nō minus ac religione & morib;
sua ornatus, singularibus quoque uirtutibus praeditus, tā
accepta sint tua & fauores. Delectat me uehementer, q;
sanctissimum patrem nostrum D. Dionysium impēse
amas, nec tantum amas, sed omnē etiam operam na-
uas, ut typis excudantur eius libri. Ad haec tuos mitris
codices, & hos admodum ornatos ac pretiosos: qui si
discendantur aut soluantur ab impressoribus, parui sa-
cis, modo fiat ut soluti atq; foedati pluribus profint ex-
cudendi, quā si in armario tuo immaculati laterent.
Quid referam impēsias ac munera quae ad op^{us} hoc tri-
buis? Per alluionem iam pridem non minus bis mille
aureos tibi idepradatum est mare: nec tamen ubi Dio-
nyso quid foret impendendū, inops factus es: ad alia,
extra dei cultum, uere pauper. Scribis ipse, sicuti ex-
plaria desint: fratresq; tuos ad hoc adhortaris, nec so-
lum tuos, uerum in prouincia tua etiam quocunq; po-
tes, ad hoc ipsum excitas, quantum in te est, uolens ut
ecclesiae catholicae omnes etiam monachi scribendo in eremo praedicent Carthusiana. Neque enim hic
pater amantissime aliud quaeris, nec nos aliud uenamur atque dei gloriam & animarum adificationem.
Quare nullis etiam tecum parcimus cum laboribus tum impensis, ne quicquam hic animabus desit qd
prodesse possit. Ad haec me tu iam dudum non literis tantum hortatoris, sed auctoritate etiam confor-
tasti: quippe qui in patrum confessu Antuerpiae & Dionysio & mihi, ne operum magnitudine superarer,
consulisti. Taceo quod optimis passim amicis ad promouendam hanc operam nostram saepe numero
scribens, nihil interatum relinquis, quicquid in dei gloriam, quicquid in ordinis, quicquid in Dionysii, q;
quid deniq; nostri fauorem potes. Quam obrem nimium essem ingratus, si ex Dionysii operibus pater-
nitati tuae nihil dedicarem: quippe cui uel ex praecipuis merito deberet eius operibus unum nuncupari, ut
si tu ipse per humilitatem alios praeferrere maluisses. Neq; enim tuam, sed (quod dixi) Dionysii, imo Christi
in Dionysio gloriam quaeris. Itaq; quum eos in manibus haberem libros, quos iam olim nos quidem do-
lueramus amissos, tu uero studiosissime quaesitos reperisti, cui potius commendarem nunc typis excu-
sos quā tibi, quos ut in lucem redirent, partim tuis, partim filiorum tuorum manibus scriptis: Itaque
pater optime ac uenerabilis, accipe quem amas tuum Dionysium, qui non eam ob rem tantum dicitur
us, quod eius te lectio adeo delectet, sed q; iuxta natus gentilis etiam tuus, uelut est: & domus tua omni-
um prima fuit, in qua pro ordine institit, haud dubium quin aliquanto tempore tunc tibi moratus, & ni-
si aetas iunior uetuisset, etiam suscipiendus. Habuit domus tua (tame si Ruremunda Dionysium iactet)
alios nihilominus uiros eruditione ac pietate praecelatos, de quibus citra iniuriam posset gloriari: quib;
Petrus est Dorlandus, cuius opera utinam in lucem dari contingeret, praesertim quam de illustribus Car-
thusiani ordinis uiris scripsit Coronam. Rogo autem pater amande, quem admodum amissos Dionysii li-
bros, primum & trib^{us} De auctoritate summi pontificis, De donis spiritus sancti libros quatuor, & illi quē
pius pater Dionysius, Sonus epulantis inscripsit, magna industria reperisti ita absconditos adhuc, quos
uere esse Dionysii nemo inficias ibit, & reuerendus D. Iohannes Trithemius, abbas in Spaenhem, in Cata-
logo suo de Ecclesiasticis scriptoribus testis est, inuestiga. Sunt autem qui sequuntur quos perditos dolo-
mus, De diuina essentia, quem tamen eundem speramus, quem Dionysius inscripsit De lumine Christi-
anae theoriae: De discretione spirituum, De profectu charitatis, De uisitatione claustralium, De officio legati, De
nata in deum, De deformatione & reformatione ecclesiae, De uisitatione claustralium, De officio legati, De
custodia cordis, De proprietate monachorum, & alius ab isto hic tibi dedicato, De uia purgatiua, exor-
dium habens, SICVT dicit Apostolus, De triplici uia, De honesta conuersatione clericorum, De regulis uirgini-
stiano. Pro quib^{us} haec tenus ad multa misimus monasteria, nec tū aliquem eorū esse quatuordecim uale pa-
ter amantissime & quē docti omnes colunt, boni amāt, ego quoque licet neuris me a uisum comparare, &
amo & colo. Ex Carthusia nostra Colonien^{si}, Anno M. D. XXXII, ferijs beati Pauli primi eremite.

D. Diony

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE VIA PURGATIVA,
LIBER VNVS.



OLENS PURGARI DE PECCATIS, GRA-
tiam impetrare, & indulgentiam cōse qui salutarem, in scri-
pturis illuminari, & tandem Christo totus inardescere,
ut sic in eo dominus Iesus resideat ut in throno, refugiat
ut in Cherubin, & ardeat sicut in Seraphin, ac etiā ut sic si-
miletur throno Cherubin & Seraphin, hoc modo incipiat:
Ponat se ad locum quietum & occultissimum, & maxime
nocturno tempore si potest, semel saltem per diem & no-
ctem, uel aliās in die in silentio, ne si pluries fecerit, caput
doleat, maxime si fuerit senex aut debilis. Et faciem suam
dirigendo in caelum, uel cum Maria Magdalena & publi-
cano submitte do in terram, recolat decem uel duodecim
uel infra de peccatis suis maioribus, magis ipsum in con-
scientia pungentibus, eaq; coram deo quasi ipsi loquēdo enumeret, & enumerando suspi-
ret, ipsum deum in omnibus exaltando, & se in omnibus deprimendo prout poterit: uel
tamen & quasi cursorie transeundo, ne diabolus sibi de eisdem peccatis propter mo-
ram delectationem inferat, de quibus debuit habere medicinam uel, ne cogitationem fan-
ctam alienet. Et incipiat sic, uel quocunq; modo melius sibi placuerit loqui humilime sua
materna lingua: uel meditari, si tēdet loqui: Domine Iesu Christe, ego sum ille peccator ne-
quissimus, miserissimus infelicitior, nequissimus abominabilior, qui tuam maiestatem tot & tan-
tis criminibus offendi, ut enumerari nō possint, sicut nec arena maris pra multitudine, &c.
O pie Iesu, tu nostri q; miser egi in tali loco, tali tempore & cū tali persona, & tali occasione,
& q; abominabile peccatum ibi commisi, &c. Et sic transeundo quodlibet, ad singula suspi-
rando, eiulando, lamentando & flendo si deus dederit, & in capite pati poterit: quia sicut
quaelibet lima confricatio rubiginem auferit ferri, sic & gemitus seu suspitium peccati. Ta-
men non excedatur modus in nimia tristitia cordis, propter demeritiam quae multis capi-
te debilibus posset & solet euenire. Adjiciet etiam talia uel similia: Bone domine Iesu, licet
in illo peccato & illo tantum te offenderim, & ita abominabiliter egerim, ut merito me
terra absorbuisset, uel ignis tuae uindictae, tamē in aeternum non desperabo: imo semper spe-
rabo q; mihi misericordiam facies & remissionem, qui tunc non uindictas sed ad istam cō-
tritionem, quam etiam mihi das, seruasti. Et scio quia maior erit ex hoc gloria tua, si mei mi-
sereris, sicut miseratus fuisti Petri, Zachari & Pauli, qui gloriosiores surrexerunt poeni-
tentes: ita de me futurum non dubitabo in aeternum. Talia & similia semper iocalia & soci-
alia intermiscat ad quodlibet peccatum propter recreationē spirituum & uirium suarum,
dicendo: Bone Iesu, Mariae Magdalena & Mariae Aegyptiacae poenitentia, agnitio & cō-
fidentia latronis, reuocatio Petri, conuersio Pauli, Dauid, Chananae & Publicani, ac talis
& talis N. & N. mihi poenitenti audaciam dant ueniam petendi. Rogo ergo pie domine,
da mihi contritionem de peccatis & remissionem & tuam familiaritatem. Et sic magis ac magis
anima se purgans ad perficienda quae ratio non inuestigat, uel intellectus speculatur, diui-
no subsidio uel desiderio eleuatur. Et ut plus doleat de peccatis, ad sui confessionē & humi-
liationem beneficia sibi à deo tanq; ingrato collata attentissime corā deo ibidem & ubiq;
semper praesente, prout melius poterit, recolat. Primo generalia, deinde specialia, dicendo
sicut iam domine Iesu, quomodo non esset mihi occasio sperandi, quia tot & tam gloriosa
beneficia mihi contulisti: Nunquid enim quo ad spiritum, de nihilo nobilem creaturam
me creasti, rationabilem super omnes creaturas corporales post angelicas, ad imaginem
tuam cum aptitudine hic tenendi te per gratiam, post hanc autem uiam contemplandi &
uidendi facie ad faciem per gloriam? O ergo me miserū, q; te creatorem sic offendi & quoti-
die offendo. Miserere ergo domine, miserere: alias enim mihi misero nō nasci profuisset, q;
sic natum offendisse dominum creatorem meum & pro peccatis cōdemnari. Fac ergo mi-
sericordiam pauperi tuo & abiecto. Sed multo magis mihi dolendum, q; contra tam pium
dominum peccando superbiui, quē se intantum propter me humiliari, quod licet esset

Luc. 8
Luc. 18

Peccatoris pre-
catio humilis

Exercitatio
spei cōtra de-
sperationem

Mat. 26
Luc. 19
Act. 9

Spes uenitae ex
diuina bñfi-
cium cōsidera-
tione
Gen. 2
Beneficium
creationis

rex regum & dominus dominantium, in quē angeli prospicere gaudent, nihilominus pau-
per effectus tanq̄ pauper, exul & peregrinus mundi huius, dolores pro me ferre dignatus
est, & finaliter turpissima morte occubuit, ut me sibi q̄ credentes ab aeterna morte redime-
ret. Ista ergo beneficia mi domine, creationis scilicet, incarnationis, passionis & mortis spē
mihi faciunt obtinendi peccator; indulgētia. Sed ualde merito turbor ex eo, q̄ licet ista
pro me feceris, ego tamen e conuerso intātum offendi te, ut totus mundus iuste contra
pugnare possit. Ita q̄ bone domine desidero (quia uere dignus sum) ut insurgāt omnes cre-
aturae tuae in me ulciscētes creatorem suum qui pro me homo factus, paupertatem susti-
nuisti. De passione cogita, q̄ uix fuerit aliquid membrū quin conculcatum fuerit & pu-
nitum à planta pedis usq̄ ad uerticem capitis. Etiam domine propter hoc sperabo, quia te
diu de me non uindicasti, sed expectasti conuersionem meam atq̄ ad ordinem hunc fan-
ctum locumq̄ uocasti, & inter bonos seu solitarios collocaſti. Secundo, q̄ multos dignio-
res, potentiores & ad gratiam praeſtationes in tenebris seculi reliquisti, & me miserum
lumine gratiae tuae circūdedisti. Deniq̄, q̄ multos infernus iam deglutit uel purgato-
rium detinet, qui minus peccauerunt q̄ ego. His domine peiorem me superstitem seruaſti.
Sic quoq̄ cogitet de alijs beneficijs dei specialibus q̄ proprijs, ut q̄ subdiaconum uel dia-
conum aut presbyterum fecit, & ē periculis multis saluauit. Et sic de omnibus tāquam cō-
fusus dicat: Oh mi domine, ista beneficia tua tot & tanta mihi impensa totum me confun-
dunt, imò minorem nihilo si possibile esset facerēt, q̄ dominum tam beneficū sic prouo-
caui. Heu me, nunquam possem emendare, nisi per gratiam tuam omnia remittas. O bone Ie-
su, quid ergo de cætero faciam, quia dignus sum, imò conscientia me dignum iudicat peſsi-
ma morte. Sed quia id mihi non licet, tu me interfice uel angelus tuus. Si uero hoc tibi non
placet Iesu bone, ego quantum in me est, offero me latronem pessimū & immundissimū
peccatorem tibi perpetuo seruiturum. Et cætera similia cogitet uel dicat, prout dominus
dabit, proſternatq̄ se humiliando quantum ualet, & quanto humilior tanto melius. Et sic
tanto citius ac abundātius gratiam diuinā misericordiae prouocabit. Tunc equidem p̄ſſi-
mus ille Iesus dabit illi dolorem de peccatis, uel saltem dolorem quia non dolet. Tamen si
fecerit istud per tempus, & dominus ipsius diligentiam & patientiam probauerit, dabit
gratiam sine dubio quam optat. Postea abſtineat ab his quae conscientia iudicat offensua
dei, & assueſcat in orationibus & meditationibus, in scripturis & studijs manuūq̄ opibus
sem̄p̄ suspirare, dicēdo amatoria & inflāmātia noia, ut dulcissime Iesu, amabilissime & amā-
tissime deo, misericordissime, p̄ſſime dimitissime Iesu, charissime dñe, misericordissime, dul-
cissime, sume, benignissime & c. sicut deo dederit temp̄ sua lingua. Et recursū specialē habeat
ad beatissimā uirginē Mariā, ut pro ipso intercede dat. Et sic caues à p̄ſſis & uacās deo, quidie
magnam obtinebit agilitatem in uerbis & factis omnib; conuersione, semper nanq̄ deū
offendere timebit: Nisi em̄ in dei timore omnia sua faciat, cito dominus recedet ab eo, eritq̄
peccator quemadmodum & ante. Stet ergo ut uir uiriliter agens, & oret non solum pro se
uel sibi familiaribus ac specialibus, sed in communi pro omnibus in uera charitate existen-
tibus, quos Christus suo sanguine redemit. Et ante omnia sit exemplaris, quoniam hoc do-
mino multum placet: sic enim sanctimoniam, sanctosq̄ mores in eo aliq̄ legunt. Et sciat
quod quicumq̄ se in his exercuerit, nec ea spreuerit, quia ueritas uidentur, quoniam spe-
ciale familiaritatem experietur de domino Iesu, imò per dolorem de peccatis uelut per
osculum pedum, & per recordationem beneficiorum, uelut per osculum manuum pertin-
get ad osculum oris, adhærendo domino in æternum. Postquam autem hæc per tempus
fecerit, tunc sicut sit in fabricis pontium superædificatis lapidibus diuini amoris, deſcere
debet lignea facta, continuam scilicet recordationem & tristitiam de peccatis: sed raro, in
septimana semel uel aliquando leuiter, ne grauet cerebrum. Delicietur autem quasi gra-
tias agens domino de beneficijs suis quotidie occurrentibus, & laudet eum in quolibet. Si
bona audierit de aliquo, benedicat deū in donis suis: si uero mala, oret ut parcat atq̄ igno-
ſcat. Vnde Bernardus in Canticis: Suadeo uobis amicis meis reflectere interdum pedem à
moleſta & anxia recordatione uiarum ueſtrarum, & ire in itinera planiora ſenioris cōſci-
entiae memoriae beneficiorum dei, ut qui in uobis confundimini, ipsius intuitu respiretis.
Est quidem dolor de peccatis necessarius, sed non sit continuus. Et post ea: Ideo (inquit)
iustus non continuo, sed in principio accusator est sui. Veruntamen si qui sint qui
ex charitate (quia deum offenderunt) peccata continue plangere uelint, faciant hoc
leuiter

leuiter cum quodam suspirio in generali dicendo: O bone Iesu, heu q̄ te offendi, quem ad-
modum tu dñe nosti, sicut em̄ qualibet lima confrictio aliquam ferri auferit rubiginem: sic
gemitus suspiriumq̄ peccati, delet maculam, sed non amaritudine animi nimia hæc fie-
ri debet: quoniam in bonis factis modus quoq̄ seruandus est. Post hæc autē dñs dabit quan-
dam confidentiam & spem indulgentiae, quae sensibilibus omnem timorem excludet, ita q̄
dicet: Domine ex tui illuminatione me tam uehementer peccasse cerno, ut aeterno me sup-
plicio iustissime torquere posses: sed precor domine, inueniam gratiam coram te: iam enim
pe confido q̄ misereberis mei, eò q̄ dederis mihi ista orare: hancq̄ contritionem & fidutiā
uitam emendare propono. Mane igitur benignissime domine mecum, egoq̄ te cum, nec se-
paremur in æternum: Etenim sine te bone domine nec stare neq̄ proficere ualeo, quia ni-
hil boni à me est, nec in me, neque per me, sed omne bonum à te aeternaliter est Iesu benedi-
cte. Da præterea domine, ut tibi uiuam, & mundi pompis moriar: tibi uigilem, & omnibus
alijs rebus dormiam. Moriantur sensus mei in me, qui adulterinam mihi delectationem af-
ferunt. Videam te crucifixum, audiam atq̄ cognoscā. Si autem celebraturus fueris, proſter-
ne mentem tuam ante dominum Iesum, tractans mente uel uoce talia: O domine, accede ad
me: sam tuā ubi uestis mea nuptialis: heu domine ea careo. Ideoq̄ formido q̄ si accessero
ne in tenebras exteriores proijciendus sim. Quid itaq̄ agam: si enim non accessero, uā mi-
hi, quia spiritali fame deficiam. Porro, si indecenter irruerent q̄ accessero, quid nisi pec-
catorum restat aggrauatio? Heri & pridie frequenterq̄ accessi: sed heu ubi est pinguis
mea, famelicus accedo; & inanis recedo, uitam non emendans postea uti nec ante. Pro alijs
preces fundo: sed nec ego placeo. Eheu mi dñe, ut iam cerno ex rari & error: Sed ser opē dñe,
quia cor, lingua, & mores custodire intēdo, ne te denuo perdam atq̄ eiiciam. Mane ergo
mecum domine, nec amplius me deserās. Ego in reliquum tibi ingrata cauebo, & sub hoc
proposito domine ad te accedere uolo. Ex quo em̄ mihi officii deſisti, si nō egero, seruus
torpens ero. Da ergo dñe cōtritionē & cōfessionē emendationēq̄ uitae: suscipe sacrificiū q̄ d
offerat in cruce, prout dñs deſerit & occurrerit. Tunc accedat & pro uiribus ad singula
attentus sit prout poterit. Post missam autē ite: ad dñm Iesum se cōuertens, dicat: Dñe mi
nullatenus tibi grās referre sufficio de tuis beneficijs: reciterq̄ quae occurrunt. Rogo ergo
domine ut sit tibi gratum hoc sacrificium quod tibi obtuli ad honorem nominis tui, beatae
Mariæ uirginis, talis uel talis sancti & omnium electorū tuorū: pro salute uiuorū ac mortuorū,
atq̄ pro his pro quibus ab ecclesia uel ab ordine institutum est. Et da per hoc uiuis gratiā,
defunctis requiem, ecclesiae pacem, & nobis hic ambulantibus pro uatico spem, fidem &
charitatem, & finaliter uitam aeternā. Et sit insuper cautus ualde in omni sua cōuersione,
ne rursus deum in honoret, quem semper pro modulo suo prae oculis sibi ſtatuit in uerbis,
factis ac cogitationibus. Et si quid offensionis commiserit, plus q̄ ante poeniteat, etiam de
minimis, quatenus pure deo uiuat, & sic sæpius accedere poterit. Si uero sint aliqua in qui-
bus ex antiqua consuetudine, & quasi ex modica conscientia uel ficta ignorantia facile de-
linquit, ut loqui, audire, inquirere & percipere uana ac secularia: rumores alijs intimare, fa-
cile suspicari malum de fratre, pro modico turbari, leuiter loqui unum uerbum uel duo sine
necessitate, mente tractare facta seculi, & de paruis rebus murmurare, quae munda con-
scientia uere ſentit, denigrare spiritum, & deo aliquo modo displicent: Talia & confimi-
lia licet aliquando non nimium lædant in genere peccati, sunt tamen neglectiones tempo-
rum, & in diuinis potissime occurrunt uehementerq̄ spiritualis uitae profectum impediūt.
Talia enim inuilia facit diabolus hominem concipere ad hoc, ut ea inter horas deo debi-
tas pariat & tractet. In his inquam restringat se in quantum potest auferendo occasiones,
ut uitando colloquia aſinum suum dicendo: uere si non caues de hoc & illo, & nisi cum
deliberatione utiliterq̄ loquutus fueris, tu leges pro qualibet uice lapsus tui, unum psal-
mum

Simile

Adulterino de lectario
Exercitiū ame diuinorū cō-
tritionem
Matt. 22

Matt. 27

Altaris sacrifi-
ciū pro quib; offendentium

Missæ pacto officio quid agendum

Pacte deo qua-
lier uiuendum

Homo sepe aſ-
nūreputans, q̄ pacto restringere debet

Apo. 19
1. Pet. 1
Ia. 75

Eodem.

Beneficiū lon-
ganis expe-
ctationis
Ia. 30
Mich. 7

Quid faciendū
post huiusce-
modi spem &
cōpūctōnis
gratiam

Phil. 30

1. Timo. 3

Promittit fru-
ctus agentibus
præſens exerci-
tium

De amore di-
ni & dulcedi-
ne ſpiritali

Bernardus sup
Cantica

Dolor de pec-
catis q̄is esse
debet.
prouer. 17

num, & sic tandem quasi atque diatis de lege da, citius cauebit. Aut etiam dicatur relinquens unum haurit in amphora pro emenda. Tu carebis medio tempore colloquio: tu leges. Placebo: tu pro qualibet uice casus tui unum age istum recipies. Et speret quia domino iuuant cito erit homo syncerae uitae. Et si adhuc sepe ceciderit, quia hoc est humanum, sufficiat sibi sic dolere, & quasi militare quotidie contra uitia & impuritatem. Et sic pars sua in hoc seculo sic portare crucem cum domino, uidelicet cum tali amaritudine & dolore casuum & peccatorum illis: quia si non curauerit de talibus cauere uel facere conscientiam, quotidianum dolorem, sciat quod erit & remanebit rudis & crudus religiosus, nec deo neque hominibus, sed nec sibi ipsi proficiens. Et certe graue experietur de illis purgatorium testimonio sanctorum. Et haec praecipua causa, quare tam pauci reperiuntur ueri religiosi ac amatores puri, & non adulterini, quia certe a stimantibus se aliquid esse, cum nihil sint, uel fore aut fecisse aliquid in ordine non respiciunt actus suos, nec uigilant circa se facientes multa, quae si sci uisissent patres, uere inhibuissent. Sed quia a stimantibus se debere purificare, & proficere quotidie, ideo pauca statuerunt. Sed alii abutentes faciunt multa quae non prohibuerunt, credentes per hoc tenere ordinem, ut dormire facilius, loqui uana & inutilia, & ingredi plura talia. Quis unquam credidisset quod religiosus, qui se ad caelum ponens ut molificet domino Iesu, tam cito dilaberetur ad propinandum abstinuit uerborum inutilium, ac secularium concupiscentiarumque puerilium? Quando exit cellam, timendum est, ne non eructet cor eius uerbum bonum. Ideo quod non dicit opera sua regi: sed quia audit alios talia facere & dicere, credit quia impossibile est abstinere. Non est ita, cum dominus dicat: De quolibet uerbo otioso &c. imo de gratia dei, quam semper implorare oportet, homo dirigere potest uerba & facta cogitationes quoque in bonum & sanctum opus. Denique, si diabolus, caro uel mundus ingerat importune, cogitationes uanas homini uacanti deo: si uigilat mente, sufficit tales retere, nec ludere cum eis. Imo ad gloriam tunc faciunt homini, & ad meritum, non ad peccatum, si non consentit, licet sentiat. Sed reuera sicut quodlibet opus nouum discere est difficile, sic in principio laboriosum erit hoc modo uiuere: sed sic ut quando ars scitur, facilius operamur. Sic utique si quis huic puritati studeret, & dominum Iesum in uocaret, mirabilem fructum sentiret: Imo superuenientibus quibuscunque extraneis & aduersitatibus, ipse tanquam per uigil atque in dei schola eruditus, & que immobilis permanet in omni enentu. O quantum expetiretur qui uel uno mense hanc sibi sanctam inferret uolentiam. Nec dicat quisquam, multum uexat caput, sic deo quotidie uerbo aut mente uacare. Dicat ille: cur non uexat eum continue de uanis rebus cogitare? qui non est homo sine cogitationibus: imo quando homo non cogitat de deo, de his cogitat quae geruntur in Anglia & Hispania aut in Aegypto sua. Cur utique hoc contingit, nisi quia diabolus haec intingat, caroque iuuat ac praeteritorum reminiscencia? Itaque si deo uacare satageret, deus quoque assisteret, & ipsius angeli succurrerent, totaque celestis iuuaret militia. Quod si istud difficile, quoniam non uisum, & daemon resistit: amplius tamen meritum est: Christo nanque cruci sic consigitur. Rursus, tota die de regum seculariumque potentibus atque diuitibus, pompis ac crapulis loqui nec uexat nec tedium est: sed psallere unum psalmum aut Placebo, multum tædet. Vere diabolus est in olla, si negligimus tempus & non proficimus. Et hinc quidam antiqui se in deuotos sentiuunt in spiritu (nec cura de laboribus) quoniam non faciunt ut in nouitatu suo. Et non sunt miracula quae per patres olim fiebant, cum tamen proculdubio per nos quoque deus illa utique faceret, si eius syncreti effemus amici. Respicamus igitur in domino quotquot sumus qui puritati studemus, curantes semper ne offendamus. Quod si offenderimus non cessemus dolere & cauere, & sufficit deo. O si aduerteret homo quam candidi ac sancti sibi assint angeli celebranti uel communicanti, aut quodlibet opus bonum agenti, minimum etiam maculam que illis magna apparet, propter eorum candorem cauere, & a sua conscientia tergere niteretur. Veruntamen id illi non aduertunt qui quotidie dictante conscientia de uanis rebus puerilibus que concupiscentibus uelut de nigredine quadam consistunt, nec tamen cauent: Imo in colloquiis sic se habent, tanquam de talibus confessi non essent, aut certe confitentur dum non esset uel habenda conscientia: Imo nec uerent loqui de uiuorum defunctorumque peccatis. Meditemur ergo & loquamur de diuinis, & ne cogitando fortiter doleamus caput (ut quod afferunt) saltem cursum & leuiter de his occupemur. Sanctius namque est si per quid de uita Christi cogitemus quam si totum diem in alijs deducamus. Si cum tamen de alijs ac exterioribus cogitare committitur, debet hoc obedienter prosequi, quoniam in tali casu huiusce-

Mat. 5

Causa cur tam pauci in religione proficiant Gal. 6

Psal. 4

Mat. 11

Sentire & non consentire, meritum habet

sancta uolentia homini inferenda

modi

modi sunt facta dei, nihilominus tamen semper ad faciem dei reuerti conetur, etiam in laboribus diuina reuolendo, quemadmodum Carthusienses ad saculatorias breuesque orationes semper recurrere iubemur. Volens ergo sic uiuere, ante omnia assuescat ut cogitet dominum Iesum ubique sibi praesentem, & omnes suos actus semper conspicientem, ac si prope se stare, uocetque ubique fuerit locum suum, DOMINVS VIDE T. Et cogitet eum uibrasse gladium suum super eum: sic enim uocis defectu uerba formabit, humiliabitque se in omnibus: Et si irridetur patienter feret, eo quod Iesus pro ipso irrisus sit: aliam caueat ne dicat, Ego derisus sum propter te, & tu non propter me. Erit silentium tenens, mansuetus, obediens, patiens, modestus, pacificus. O quantum ualet haec praesentia domini Iesu cogitata, qui uere ubique praesens est. Si esset episcopus aut quispiam alius reuerendus dominus praesens, qualiter mesuraremus & ponderarem uerba factaque nostra, ne offenderemus, multo magis ergo propter Iesum hoc decet, quod omnia uirtutum speculum est atque exemplar. Caeterum si interrogatur uel loqui oporteat, habeat semper dominum Iesum in ore in quinto uerbo, & hoc assuescat quae atque in mente semper sileret: quod dicturus est de scripturis sanctis, ponderose & morose loquendo: nec utatur tribus uerbis, si duo sufficiant, prout spiritus docebit, postquam inceperit. Postea quando liber cogitare, cogitet de Biblijs, de Psalterio, de historijs, cantu & hymnis, collectas quoque & capitula meditando: ut, Qui timet deum, faciet bona, dicendo: Vere ita est, bone Iesu da mihi timorem tuum, ut bona faciam: & similia. Et ante omnia quomodo ipse deo, & deus ipsi placeat: etiam cogitet quando placet, quid faciendum est in ecclesia, quid in sequenti hebdomada, de quali sancto quid tenendum. Et haec ante horas praecogitet, ne propter improuisionem truncatum deo officium reddat. Discat praeterea auctoritatem aliquam, & interim quae cum memoriter apprehendere nititur, aliae cogitationes deseruet eum. Et sit semper in opere, & in memoria sancta se exercere: sed sine dubio afficietur interdum tædio, quia diabolus obstat quantum potest, ne deo uacat: sed si perseverat deus utique non deerit, sed iuuabit eum gloriose. Praeter haec omnia quae quotidie in scripturis sacris legit & audit, potest ista uigintiunum facta Iesu Christi cogitare: Primo septem de primordijs in humanitate, ut sunt haec, Conceptio, natiuitas, circumcisio, apparitio, oblatio in templo, fuga in Aegyptum, & educatio. Deinde alia septem conuersionis, quae sunt, Baptismus, tentatio, conuictus, conuersatio, discursus, praedicationis, & legis aemulatio. Postremo septem consummationis, quae sunt, Cena, oratio, comprehensio, illusio, crux, mors & sepultura. Ecce tot poteris cogitare de die, ludendo cum Iesu puero, solatando cum Maria, cum Magis & apostolis, prout dominus dabit. Et ultra ista potest mente ascendere in caelum, & cogitare quantum Iesus irradiauerit de gloria electorum, sacram salutando uirginem, eiusque beatitudini cordialiter congratulari. Demum uisitando angelorum ordines, Seraphim, Cherubin ac Thronos, & precari ut pro se intercedant, & celestia praestent munuscula. Deinde ad patriarchas, prophetas, legis doctores, apostolos, euangelistas, discipulos domini, martyres, confessores, uirgines, uiduas ac continentes, & alios qui Petri, dicendo: O Petre quanta est gloria tua. Tu negasti, ego negaui intercede pro me &c. Ita ad Paulum & Iohannem & caeteros, illosque praecipue quorum festiuitas agitur solatiose loquendo, gaudiose & precatorie. In talibus diem peragere sanctum est, si non restat opus iniunctum, quod tamen adhuc in opere fieri potest. Et postea dum licet, debet de istis cogitatis etiam loqui: ista ergo potest facere quando placet, sedendo in oratorio uel spatando. Semper etiam oret pro defectibus aliorumque criminibus. Si uiderit fratrem peccare, dicat: Domine Iesu ignosce illi. Si audit aliquem mortuum, pro illo celet breuiter uel oret, dicendo, Placebo, uel Agendam: uel aliquem grauer peccasse in firmum, uel etiam mortuum in iustitia publica. Pro tribulatione terrarum, pro defunctis in bello aut periculis, etiam pro periculis futuris ne ueniant, ut pro seditione ciuium, & dicat in charitate missas pro tribulatione, pro peccatis, pro inimicis, pro omni statu ecclesiae, pro familiaribus, prout ecclesia sancta instituit: si uero non fuerit sacerdos, dicat orationes priuatas pro praemissis, & latitabiles uesperis, pacto die, in tali seruitio Christi. Sed sciat uir iste desiderare, quod diabolus multipliciter terabit eum auellere a proposito, multis tædio affectibus, uanis occupatiõibus & similibus: quia ualde dolet de hoc, quod quod ad fontem suae salutis primordialis scilicet ad contemplandam faciem dei (salte per speculum in aenigmate) & praesentia eius per sacra desideria entis: Nepe quies faciem dei desiderat, toties redit ad statum, a quo diabolus procurante homo eiectus est. Sed resistat uiriliter, confidens in domino, & assuescat irridere tentantem. Conterget quoque, quod diabolus ua-

Contra negligens priuatas remediam. Gene. 32

Iohan. 18

Ista 15

Xcxi. Christi facta scilicet deo gitaniam.

Medela contra diabolica remedia praedicta.

Dan. 9 1. Cor. 13 Gene. 8

rios libros religioso procurabit, quatenus illis cursum inhians, tempus interim instructuose expendit de uelut caty, esse cum deo, & mores suos sanctos negligat, atq; ut ante uanus fiat: sentiunt enim dolorose experti, quid prosit imò nocuerit, nunc hūc, nunc illum quaternio- nem percurriffe: plus nanque ualeret, q; homo uni uirtuti insisteret se in ea exercitando, ut humilitati, obedientiæ aut patientiæ, quam mille libros perlegere, & sine fructu uiuere, Sicut monachus delicatis cibis propter deū renuntiavit: ita lecturis, nisi illis, quibus disce- ret bene uiuere. Multi plura legunt & sciunt, sed pauci bene uiuunt. Sed de quomodo puni- entur qui legunt, fac hoc, & non faciunt. Stude tu omnibus diebus uitæ tuæ humilis fieri in ueritate & sufficienter tamen legere, nō solum ut lectio deleat, sed ut spiritus impingue- tur, doceatur, nutriatur & proficiat. Desidera ergo semper loqui cum Christo, nec exeat os tuum nisi Christus & ad Christum pertinēs: neq; inter his colloquijs, nisi ubi audias Iesum, Omnia refer ad Iesum: bona, quia facit mala, quia parit. Etiam uir desideriosus agnoscat, q; nunc aptiorem, nunc uere difficiliorem se ad meditandum reperit. Quod interdum acci- det ex parte sui, quia uidelicet uanitati se donans reliquit Iesum, tunc mox doleat atque se emendet: aliquando ex parte dei, quia se subtrahit ne extollatur homo ardentiusq; que- rat, & tunc dicat: Domine trahe me post te: Tu enim misericordia mea & refugium meum. Quando dignabit dominus meus reuerti &c. ubi cumq; fueris, stude conuerti in te, animam uertendo quemadmodū stas cum domino tuo, ut sis patiens in his quæ tibi oblique eueni- unt, tanquam de oblato à domino. De paucis nisi iustus te intronitias. Esto quietus in ani- mo. Parce delinquentibus in te. Dubia in melius interpretare. Itaq; si sic in patientia, obedi- entia humilitateq; uiueris, scito q; tu deus sis, & quod suū est assumet deus, & non peribis, sed uisita beris à spiritu sancto, & stabilieris in iudicio, uirtute & moribus. Viriliter igitur age & confortare. Ama deum, & diligit te deus, qui est benedictus in secula. Amen.

Libri de uia purgatiua finis.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI DE ORATIONE LIBER VNVS.

P R A E F A T I O.



PORTET semper orare & non deficere. Hæc sunt uer- ba Christi. Quamuis dominus & saluator ad multos actus uirtutum & in euangelio admonuerit suos discipulos, de nullo tamen actu uirtuoso asseruit, q; oportet eū semper atq; indeficienter exercere, nisi de oratione: ex quo constat, q; oratio sit uniuersis hominibus ualde specialiter oportuna, & quantum humanæ fragilitati possibile est, in- cessabiliter exercenda. propter quod & sanctus Aposto- lus exhortatur: Sine intermissione orate. Incessanter namq; indigemus auxilio dei, protectione & cōseruatione ipsius, incremento quoq; gratiæ eius ac spiritali uirtutum profe- ctu, eo q; in uia dei non progredi neq; proficere, sit regre- di atq; deficere. Deniq; in medio laqueorū iugiter ambulamus, & grauissimis innumerabili- busq; periculis undiq; circumdati sumus, imò fortissimis, inuidiosissimis, crudelissimis, inde- fessis & inuisibilibus hostibus circūuallamur & impugnamur, quibus propriis uiribus ne- quaquaquā resistere & præualere ualemus, qui indefinenter nil aliud moliuntur, nil aliud querunt neq; excogitant, q; ut omni gratia dei nos priuent, omni iniquitati inuoluant, & ter- na salute nos spoliēt, ac secum in infernalē nos trahant damnationem. Amplius, aduersariū nostræ salutis ubiq; portamus nobiscum, utputa propriū corpus infectū & militans cōtra animā nostram: imò in corpore & anima tam proni sumus ad uitia, tam defectuosi ac fragi- les, q; nisi indefinenter desup adiuuemur ac roboremur, innumerabiles quotidie culpas in- cidimus cogitando, appetendo, loquendo, operando & omittendo. Hinc indigemus inces- santer clamare ad dominum, & uiscera pietatis suæ immensæ cum omni anxietate, humili- tate, diligentia & seruore solícite implorare, quatenus sine cessatione nos adiuuare, uerū, roborare & confortare dignetur. Propterea unigenitus filius dei, uirtus & sapientia patris æterni

æterni, magni consilij angelus, id est nuntius saluberrime ac sapiētissime nos edocuit atq; admonuit, dicens: Oportet semper orare. Et certe quod docuit uerbo, monstrauit ac præ- monstrauit exemplo: quoniā ipse in euangelio legitur sepiissime exorasse, ut infra dicitur. Cū ergo orare sit opus præcipuū & maxime necessariū, saluberrimū q; uniuersorū concer- nens statū fidelij, expedit de ipsa oratione tractare & declarare, quid sit oratio & qualiter sit orandū, atq; de causis orandi, de loco & tempore orationis, & de effectibus, proprietati- bus impedimentisq; eius, & de præparatione animi ad orandū, de speciebus quoq; oratio- nis & circumstantijs eius. Præterea, quoniam oratio & laudatio sibi inuicem sunt cōnexæ, imò & mixtæ, & unum alteri acceptibilitatē efficaciamq; largitur, iuxta quod scriptum est: Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis saluus ero: idcirco & de laudatione diuina & psalmodia in præsentī bello tractabitur. Et quoniā protestante diuino Dionysio tertio de Diuinis nominibus capitulo, Ante omnia expedit ab oratione incipere, ita ut per orationē tradamus & uniamus nos deo, sicq; inuermur, dirigamur & illuminemur ab eo: tanq; totam spem nostram constituentes in ipso, sine quo nec ad momentum subsistere ac meritorie co- gitare, affectare, loqui aut agere quippiam possumus: idcirco & ego nūc de oratione & lau- de dei scripturus, in primis inuoco & imploro infinitam omnipotentis dei clementiam, qua- tenus me in toto hoc opere benignissime adiuuare, dirigere, illuminare ac docere dignet, ad laudem & gloriam maiestatis ipsius.

Articulus primus. Quid sit oratio.

Oratio ut asserit Damascenus, est petitio decentiū à deo, id est, postulatio rerū salu- briū quas decet peti à domino maiestatis ac sanctitatis immensæ, à quo nec uilia, nec puerilia neq; illicita sunt petenda, sed summū bonū, uidelicet ipsemet domi- nus deus tanq; obiectū, causa & fons totius salutis, deinde benefica uisio eius quæ est beatitudo æterna omnij electorū, consequēter ea quæ nobis necessaria aut utilia sunt ad obtinendā felicitatē perpetuā, utputa gratia gratūfaciens & uirtutes infusæ ac spirituales profectus in eis, & merita uitæ beatæ, remissio præteritarū culparū, & euitatio futurarū atq; in omni tentatione triūphus. Temporalia quoq; bona à deo sunt postulanda, inquantū sunt expeditia & necessaria ad uirtuose uiuendū, ad proficiendū in spiritalibus bonis, ad adi- picendū dona gloriæ æternalis. Itaq; à liberalissimo ac gratiosissimo deo principalissime atq; finaliter postulare debemus ipsūmet summū & incōmutabile bonū, & incōparabile & immensum, sine q; nec esse, nec laudabiliter uiuere, nec felices esse aut fieri possum, atq; ad quē nos ipsos & omnia nostra ac cūcta creata finaliter ordinare debemus: Deus namq; præ- stando dona sua gratuita utputa charitatē & gratiā rationalibus creaturis, præstat eis lei- ptum, ita q; ipse est obiectalis beatitudo, pars, possessio hereditatisq; eorū, quo in hac uita fru- untur inchoatiue & imperfecte, in futura autē uita plenarie & æterne. Vnde sanctus Iere- mias propheta testatus est: Pars mea dñs, dixit anima mea, propterea expectabo eū. Et bea- tus rex Dauid: Dñs pars hæreditatis meæ, id est pars mea hæreditaria ac bonū illud præci- puū, qd præ cūctis elegi & diligo, qd est uera & summa opulētia amatorū suorū. De q; tur- sus ait Psalmista: Quid enim mihi est in cœlo à te? quid uolui super terrā? Deus cordis mei & pars mea deus in æternū. Insuper quā rationalis intellectualisq; creatura summe desi- derat id clare uidere, & eo plenarie frui quod maxime amat & cupit, idcirco post desiderij & amorē summi, in creati ac inuariabilis boni potissime appetit clarā, immēdiatā ac fa- cilem intuitionem atq; notitiā eius, suauissimā quoq; & æternā & perfectā fruitio- nem ipsius, qua adepta tam plenarie contentetur & quietetur, ut nil amplius nec aliud ua- leat affectare, quia nec aliter potest hoc summum bonum perfecte possidere, nisi intuendo ipsum ac perfrendo eodē modo iam tacto. Deniq; hæc beatifica uisio deitatis est ultimus finis & beatitudo formalis in hærens electis, uidelicet perfectissima actio eorundē. Quem- admodum autem rationalis creatura orat & inuocat deum uerum, pro obtinenda beatitu- dine ista: sic orat & inuocat eum pro medijs necessarijs atq; accomodis, per quæ ualeat tantam adipisci felicitatem, quæ media sunt remotio impedimentorum salutis, id est expul- sio uiciorū, indulgentia peccatorum, expugnatio tentationum & omnium deuitatio, per quæ impeditur homo à uera conuersione, contritione ac spiritali profectu per- feuerantia que finali. Porro gratia & uirtutes ac dona spiritus sancti uirtuosi que actus & spirituales profectus, contritio & conuersio, illuminatio & inspiratio spiritus sancti, sunt media magis directā & propinqua obtinendi salutem æternā, quam præterea

Predicatorum breuis epilog.

Can. 1 Psal. 45

Psal. 30

Isa. 9 Luc. 18 Act. 1

Psal. 17

Thren. 3 Psal. 17

Psal. 72

Luc. 18

1. Thes. 5

1. Petr. 2

1. Cor. 11

remotiones impedimētōꝝ salutis. Itaq; deū gloriosum & piū quotidie inuocare debemus pro omnibus medijs istis, & pro eorū profectibus & augmentis, exorādo infinitā benignitatem ipsius, ut omnia peccata nostra præterita nobis clementer ignoscat, & à futuris excessibus ac peccatis nos præseruare dignetur, quotidianū quoq; præstet profectū in omni gratia, uirtute ac dono spiritus sancti, in refrenationibus passionū, in extirpationibus uitiorum, in tentationū uictoria, in prudentia & cautela uitandi periculosa & uana confortia, imò & uniuersas occasiones peccandi. Sicq; euadamus pœnas purgatorij ac inferni. Præterea quædam sunt orationes, in quibus hæc omnia postulamus, ut est oratio illa dominica, Pater noster. Quædam uero sunt orationes, in quibus petimus aliqua horum aut unū, ut est facile pensare: & secundum hoc assignantur diuersæ species orationis, ut infra tangetur. Insuper, quia orantem oportet attendere propriam defectuositatem, infirmitatē & culpam, sicq; ad diuinā confugere pietatē, quod non contingit, nisi credendo seu considerādo deū esse omnipotentē ac misericordē, & omnia cognoscētē, disponētē ac iudicantē: idcirco oratio dicitur ascensus mentis ad deū, quoniā orans à consideratione propriæ insufficientiæ & peccati, mente conscendit ad considerationem omnipotentis, clementis ac prowidentiæ dei, qui solus per omnipotentiam suā potest impiū iustificare, & per suā clementiam pronus est indulgere, atq; per inuariabilem prouidentiam suā facit omnia cooperari suis electis in bonū, & ex malis elicit bona, & cuncta prout uoluerit ordinat, & ad piū ac salubrē finem conuertit ac ducit. Amplius, quia oratio ex desiderio oritur, nam & interpret (id est, expositor ac propositior nuntius)q; desiderij nuncupatur, ideo asserit Augustinus, qd oratio est pius affectus mētis in deū directus. Quod qualiter intelligendū sit, Thomas super quartū Sententiæ 15. distinctione exponit, dicens: Dirigere mentis affectū in deū contingit dupliciter: Vno modo sicut in obiectū, sicq; affectus in deū directus est amor dei: Alio modo tanq; in id per quod adimplenda est mentis affectio, & hanc directionē mentis in deū facit oratio, & ipsa directio oratio appellatur. Sicq; oratio uocatur desiderij seu affectus, sicut res sperata inter dū spes nominatur, ut cum ait propheta: Quoniā tu domine spes mea, atq; Apostolus: Spes quæ uidetur, non est spes. Postremo sicut ait Isidorus, Orare prima impositione est idē quod dicere, sicq; oratio uocatur locutio. Et dicitur oratio quasi oris ratio, quæ ex sua institutione oratio designat expressionē actus ipsius rationis per officium oris. Hinc ait Bernardus: Oratio, oris est ratio, quando iam ore suo loquitur homo cum deo. Hinc q; sermones rhetorici dicuntur orationes, & rhetores oratores. Vnde oratio proprie sumpta, de qua nunc sermo, uocatur diuina rhetorica. Propter quod Gulielmus Parisiensis librum quem de oratione composuit, de diuina rhetorica intulauit.

Articulus II. De dignitate & utilitate & fructuositate orationis.

Loquar ad dominū deum meū cum sim puluis & cinis. Recte dixit Chrysostomus: Vide o homo quanta tibi collata sit dignitas, quanta gloria condonata, orationibus confabulari cum deo, cum Christo miscere colloquia. Magna dicitur & ineffabilis dignatio dei omnipotentis, qd sic semper paratus est admittere allocutionem suæ fragilis creaturæ. Nonne magnus & prosper reputaretur in palatio regis terreni, qui ad beneplacitum suū posset habere accessum ad regē, atq; ad libitū alloqui eum etiā familiariter ac diffuse? Nonne igitur incomparabiliter maior est dignitas hominis, omni loco ac tempore ad regem gloriæ adorandum habere aditum liberum & acceptum, & iugiter eum affari per uerba sacra, cœlestia ac diuina, quod fit in oratione ac laude altissimi? Deniq; dicere solent philosophi, qd motus seu actio dignitatem sortitur à termino ad quē. Cum itaq; deus ad quē dirigitur & terminatur oratio, sit excellentiæ penitus infinitæ, constat qd deum per orationes affari sit præstantissima actio. Præterea, inter uirtutes morales latræ extat præcipua, quæ est uirtus deo cultū ceremoniamq; impendens oratio autē actus est latræ, idcirco est actio præcipue dignitatis. Insuper, tam laudē dei qd contemplationē ipsius aliquo modo includit oratio. Orans quippe non solū culpam defectuositatemq; propriam intuetur, sed creatoris quoq; altissimi pietatē, omnipotentiam, excellentiamq; fatetur, considerat & extollit, quia in ipso tanq; in principe summo, qui solus potest saluare, spem suā constituit. Cum ergo laudatio dei & contemplatio eius sint nobilissimi ac diuinissimi actus, elucescit qd oratio quæ eas aliquo modo includit, sit actio ualde diuina, præ clara & gloriosa. Nam & orationes in diuinis scripturis contentæ, & item ab ecclesia institutæ, seu à quocunq; fidelī deuotē creatori oblata, laudibus dei cōmuniter sunt refertæ, permixtæ ac decoratæ. Amplius, in actu orandi personæ deuotæ cum beatissimis ciuibus regni cœlestis conueniunt.

Quamuis

Quamuis enim orate magis conueniat uiatoribus q̄ beatis, tamen & ipsi beati orant, & nostras orationes deo gloriæ representant. At uero oratio à terrenis ad deū eleuat mentem, & eam suo copulat creatori: & tāta est orationis utilitas, fructuositas ac potestas, qd eas plene exprimere non ualeamus. Oratio namq; in omni necessitate, tribulatione, angustia unicus & efficacissimus extat solatiū, subsidium atq; refugium, quemadmodum deuotus rex Iosaphat legitur dixisse ad dominū: In nobis non est tanta fortitudo, ut resistere possimus hostibus nostris: sed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Hinc dixit uir sanctus: Ad dominū quū tribularetur clamauit, & exaudiuit me. Et dominus in psalmo promissit: Clamauit ad me, & ego exaudiam cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Imò ipsemet dominus nos hortat: Inuoca me in die tribulationis, eruā te & honorificabis me. Itaq; oratio ab aduersarijs nostræ salutis nos protegit, diuinæ pietatis opem & consolationem acquirit, deum placat, & nos reos reconciliat ei: gratiam, sapientiam & uirtutes ab omnipotente procurat, atque eandem profectum ac perfectionem meretur. Oratio æternam beatitudinē adipiscitur, nubes cœlosq; penetrat, propteritis satisfaciens peccatis: thymiana est boni odoris & sacrificiū deo gratissimū, uia illuminationis superne ad uidentū salutare dei in uia per gratiā, & in futuro per gloriā. Oratio exercitium est præcipuum & occupatio omnium deuotorum, fructuosa deductio temporis, præseruatio à futuris excessibus, medicina culparum, confortatio infirmorum, consolatio desolatorum, cōseruatrix bonorum, ductrix cœcorum, opulentia omnium uiatorum. Hinc dominus dixit per apostolum Iacobum: Tristatur aliquis uestrum, oret æquo animo, & palliet. Itemq;: Si quis uestrum indiget sapientiā, conuertet à deo & dabitur ei. Vnde Climachus orationem commendans: Oratio, inquit, est conuinctio dei & hominis: id est, unio hominis orantis cum deo: consistentia mundi, quia sanctorum precibus mundus subsistit, qui alias propter scelera impiorū periret: collectio spiritalis ornatus, quia orando obtinet homo decore gratiæ & incrementum uirtutum: reconciliatio dei, mater & filia lachrymarū, propitiatio peccatorū, pons tentationum, murus medijs tribulationum, præliorū destructio, angelorū operatio, incorporeorū oīm alimētum, futura iucūditas, actio infinita, fons uirtutū, cōciliatrix charismatū, profectus inuisibilis, deliciae aīæ, illuminiatio mentis, despationis securis, demonstratio spei, dissipatio tristitiæ, diuitiæ monachorū, quiescentiū (id est, solitariorū & contemplatiuorū) thesaurus, diminutio iræ, conseruatio gratiæ, ac signum diuini clementiæ. Præterea, sicut primo Collationū uolumine Cassianus refert ex uerbis Isaac anachoretæ, tanta est dignitas atq; excellentia orationis, ut omnium reliquorū finis & perfectio tendat ad iugē ac indistruptam orationis perseuerantiā atq; immobilē mentis tranquillitatem ac puritatē, propter quas omnē corporis laborem & spūs conuictionē quærimus in desesse ac iugiter exercemus, estq; inter in desinentē & purā orationē & inter immobilē mentis tranquillitatem ac omnium uirtutū perfectionē, reciproca quædā inseparabilisq; coniunctio. Nā sicut ad orationis perfectionem ordinat ac tendit omnium structura uirtutum, sic ipsarū uirtutum & officia nullo modo poterunt esse firma ac perdurare stabilia, nisi huius orationis culmine fuerint colligata atq; cōpacta. Quæ admodū cū sine uirtutū perfectione acgri aut cōsummari nō potest ppetua ac incessabilis orationis tranquillitas, ita nec uirtutū perfectio sine huiusmodi oratione assidua poterit obtineri. Idcirco hæc duo se inuicē iuant & promouēt, ac pariter crescūt. Præterea p̄ductis consonat quod sanctus ait Bernardus: Rogo ut semp ad manū habeatis tutissimū orationis refugium. Nemo suā paruipendat orationē. Dico em̄ uobis, qd deus omnipotens quē oramus, eā non paruipendit: & prius quā ab ore nro egressa sit, scipit eā scribi in libro suo: imò angelorū manibus rapit ab ore nro, ut representet ac offerat altissimo. Hinc q; Gulielmus Parisiensis in exordio libri de diuina rhetorica, loquitur: Quæ & quanta sit dignitas ac præcellentia orationis in sacris & sanctificatis exercitationibus, clare apparet ex eo, qd omnis sanctificatio, benedictio & consecratio, omne etiam sacramentū, & omnino quicquid in cultum diuine honorificentie agit, aut oratio est, aut oratione effici: deinde ex hoc, qd omnis sanctorū ecclesia cœlesti ac diuino magisterio instituta ac erudita, tanta rāq; multiplici celebritate frequētat orationem, ut ei die noctūq; insitat atq; inuigilet, & eidē impariat uicē præsentis tēpora, tanq; ipsi orationi consecrata ac deputata. Cuius rei nulla causa alia aut ratio existimari cogitari ue potest, nisi tanta orationis fructuositas & item necessitas, quæ tantæ frequentationis ac instantiæ assiduitatem & continuitatem. Tertio patet hoc ex miris effectibus & mira numerositate utilitatum orationis, de quibus iam dictum est & infra dicitur. Hinc sanctus asserit Augustinus: Ora

2. Para. 20.

Psalm. 119.

Psalm. 90.

Psalm. 49.

Ecd. 37.

Iacob 5.

Mat. 6

Rom. 8

Psalm. 70

Rom. 8

Gene. 18

Latræ quid.

Oratio est animæ fidelium sub sidium, angelo sancto solatium, diabolo supplicium, deo sa-
crificium, religionis corona, laus tota, perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta. Postre-
mo, cum talis & tanta sit sacræ orationis dignitas, utilitas, fructuositas, uirtus & fortitudo,
quæ & qualis est nostra insipientia, ingratiudo, negligentia, imò peruerfitas, quòd sacro-
sanctæ orationis exercitio saluberrimo derelicto, uanis, uitiolis & uicibus confabulationi-
bus, iocis, risibusq; uacamus, otio locum damus, stultis & nociuis imaginationibus ac phā-
rasis insitimus, & tempus nobis concessum, non solum otiose & infructuose, uerum etiam
uitiose & malitiose expendimus ac damnabiliter perdimus illud, imò nos ipsos in hoc tem-
pore breui: Heu quanta est ista peruerfitas, quòd magis delectat nos fabulatio uana, quam
nobilissima allocutio dei in oratione tam salutari. Respiciamus ergo à tanta stultitia atque
malitia, & orationibus cum deo loqui assuescamus: & in hoc exercitio uirtuoso sit præci-
pua consolatio nostra, imò deo excelso & benedicto ineffabile & p̄cordialissimas de hoc
gratias quotidie referamus, quòd ita dignatur nos ad suæ maiestatis alloquium ad libitum
nostrum semper & ubiq; admittere: & ad tantam dignitatem ac gloriam nos promouit, q̄
sic indefinenter possumus nos occupare cum ipso & in ipso, atq; de tãto subsidio miserico-
rissime nobis prouidit.

Articulus III. De speciebus seu partibus orationis.

Obscuro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum acti-
ones. Oratio uno modo accipitur communiter & extense, prout dicitur esse peti-
tio decentium à deo, sicut expositum est primo articulo: sicq; includit obsecra-
tionem, postulationem, gratiarum actionem, & etiam orationem stricte ac specia-
liter sumptam, tanquam species uel tanquam parte integrale. Obsecratio namq; uocatur
oratio & inuocatio dei, facta per aliquod sacrum, cui⁹ uirtute aut merito seu dignitate ipsa
obsecratio exaudiat, ut quò dicimus: Deus, propter propriam tuam bonitatem & misericordiam
nos exaudi. Interdum uero fit talis obsecratio per sacrum increatum, ob cuius dignitatem
& sanctitatem orans petit desuper exaudiri, sicq; orauit David in Psalmo: Secundum miseri-
cordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam domine. Daniel quoque prophe-
ta, dicens: Propter te ipsum deus meus inclina aurem tuam & audi. Aliquando uero
fit obsecratio per sacra creata, præsertim per Christi mysteria, sicut in Litanis: Per passio-
nem & crucem tuam libera nos domine. Vel per preces ac merita aliorum sanctorum, quo-
rum meritis & precibus petimus adiuuari & exaudiri, aut propter eorum dignitatem, uirtuo-
sitatemq; acceptari. Deniq; quandoq; in eadem obsecratione continetur utraq; sacra ista,
uidelicet sacrum increatum & sacra creata, ut si dicamus: Deus omnipotens, propter boni-
tatem tuam immensam exaudi nos per omnia illa, quæ Christus pro nostra salute assumpsit,
fecit ac passus est. Et talis oratio uideretur esse dignissima, atque ad impetrandum magis ido-
nea. Porro postulatio appellatur oratio fusa pro bonis æternæ gloriæ adipiscendis, ut cum
oramus ab exilio huius peregrinationis ac uis ad claritatem & beatitudinem patriæ cele-
stis trãsferri ac introduci. sicq; ex diuina inspiratione Philippus ap̄lus dixit ad Christum
Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et propheta: Ostende nobis faciem tuam,
& salui erimus. Oratio autem stricte & specialiter sumpta, prout est species orationis com-
muniter sumptæ, uocatur petitio bonorum gratiarum ac uirtutum, aliorumq; mediõrum, p̄ quæ
ad felicitatem plenam pertingitur. Gratiarum uero actio potest dici uel oratio continens grati-
arum actiones deo oblatas pro beneficijs eius, uel ipsa gratiarum actio que est orationis com-
pletio & integralis pars eius, per quã tam ipsa oratio deo fusa exaudibilis redditur, q̄ sequẽ-
tibus orationibus uia ac præparatio exauditionis aperitur. Qui enim grat⁹ est de acceptis
& de minoribus re gratiatur, maioribus donis efficitur dignus, quia (ut ait saluator) habenti,
id est, gratias referenti, dabitur & abundabit. Præterea omnes istæ partes & species orati-
onis quandoq; in eadẽ oratione cõprehenduntur, ut si dicamus: Omnipotens & æterne deus,
peccatis nris ignosce, uirtutes infunde, beatitudinẽ tribue ppter te ipsum p̄ Iesum Chrm.
Insup qdã inter p̄dicta ita distinguunt, ut oratio dicat petitio facta pro bonis obtinendis, po-
stulatio pro malis arcẽdis aut remouendis: obsecratio uero sit petitio adiuratio, facta p̄ ali-
qua sacra. Vnde Glossa sup prædicta Apostoli uerba affirmat, qd obsecrationes sunt adiura-
tiones pro reb⁹ difficilib⁹ factis, ut pro suscitatione mortui, justificatione uẽ impj, & hæc dẽ
functione assignat Gulielm⁹ Parisien⁹. Quocirca p̄sanctũ, quia ut asserit sanct⁹ doctor sup
4. Sent. 1. distinct. Sicut in iuramento assumit diuina ueritas tanq; certior & infallibilior in te-
stimonij ueritatis à nobis prolata, ita in adiuratione assumit semp potẽtiõr uirt⁹ ad impe-
trandum

1. Timo. 2

Psal. 124
Dani. 9.

Iohann. 14.
Psal. 79.

Marth. 13.
Luc. 19.

1. Timo. 2

trandũ id quod ex propria infirmitate non possumus impetrare. Sicq; adiurans fatetur in
se defectũ uirtutis seu potestatis. Vex id per qd adiuramus qdq; assumit ad inclinandũ &
causandũ per uolentiã, ut dũ sancti adiurant dẽmonia, ut ab obsessis recedant corporibus.
Interdũ autẽ assumitur ad inclinandũ per beneuolentiã, & sic deũ patrẽ adiuramus & ob-
secramus per filiũ eius & alios sanctos q̄ præ nobis deo accepti sunt. Amplius ut docet Hu-
go de sancto Victore, est quædã species oratiõis, quæ insinuatio dicitur, quæ quãuis sit uir-
tualiter oratio, non tamẽ petitionẽ formaliter exprimit, ut cum beatissima uirgo Maria di-
xit ad Christũ filiũ suũ in nuptijs: Vinũ nõ habent, id est, opto & precor, ut de uino eis pro-
uideas. Talis demũ expressio petitionis interdũ omittitur ex plenitudine confidentiæ & fa-
miliaritatis, quã habet orans ad eũ quẽ ita alloquit, ut in prædictis sacratissimis uerbis, quæ
suę maternitatis priuilegio ita locuta est unigenito filio suo. Interdũ uero omittitur ex pia
erubescencia aut reuerentia eius ad quẽ sermo dirigitur, uel ex causæ difficultate, sicut so-
rores Lazari mandauerunt Christo, dicentes: Dne ecce quẽ amas infirmas. Et rursus Chri-
sto sigillatim dixerunt: Dne si fuisses hic, non esset mortuus frater meus, quasi diceret: Cau-
sam tibi insinuamus, desiderij nostrũ agnoscis, effectũ pietatis tuæ cõmittimus, & tũ quan-
tum in nobis est, fratrẽ nostrũ resuscitari precamur, quãuis ob reuerentiã tuã & ex uerecũ-
dia non exprimamus hoc ipsum. Postremo, est quædã integralis pars orationis, quæ pars
uocatur exordij, & captatio seu laus per quã beneuolentiã & gratiã procuramus eius quẽ
exoramus, ipsum laudando uel in seipso uel in suis operibus, uel humilitudo ei nos ipsos seu alio
modo. Sicq; beatus Ambrosius dicit laudẽ esse partẽ orationis, unde in orationibus & col-
lectis ecclesiæ frequenter præmittit: Omnipotens sempiternus deus, uel, Deus qui abundã-
tia pietatis tuæ supplicij preces excedis & uota, seu, Deus cuius prouidentia in sui disposi-
tione non fallitur. Species q̄q; orationis adhuc alijs modis distinguuntur à Bernardo in epi-
stola ad fratres de Monte dei, atq; à Cassiano primo libro Collationum.

Articulus IIII. De uarijs causis & incitamentis inuocandi deum indefinenter
cum omni diligentia & feruore.

Cum quæ fieris dñm deũ tuũ inuenies eũ, si tamen toto corde quæsieris eũ & tota
tribulatione animæ tuæ. Orare est diuinũ auxiliũ implorare, & dona dei efflagi-
tare: iccirco quo amplius ac multiplicius indigemus auxilio dei & donis suę cle-
mentię, eo instantius atq; feruentius oportet orationibus nos uacare. Deniq; quẽ-
dam sunt mala culpæ, quædã mala poenæ, quædã mala infernalis miserie. Rursus, quædam
sunt mala præterita, quædã mala præsentia, quædã mala futura. Multa sunt q̄q; quæ inci-
tant & inclinant nos ad peccandũ, uel delictet fomes peccati, cõcupiscentia carnis, consuetu-
do praua, societas mala. Quatuor uulnera animæ ex originali peccato inflicta & cõsecuta,
quæ sunt habitualis concupiscentia quædã in ui concupiscibili, infirmitas in irascibili, igno-
rantia in ratione, malitia in uoluntate, mūdus & amabilitas quædã, pulchritudo ac delecta-
bilis creaturarum atq; inuisibiles hostes. Primo itaq; diuinã misericordiã iugiter inuocare
debemus propter peccata præterita, ut nobis indulgeatur quantum ad culpã & poenã, ita ut
in præsentia uita pro eis satisficiamus, ne uita futuræ referuemur supplicij. Hinc in Ec-
clesiastico docetur: Fili peccasti ne adijcias iter, sed de præteritis deprecare ut tibi dimittant,
nempe ut ait scriptura: Deus peccata inulta abire non patitur. Idcirco necesse est ea uel in
præsentia seculo aut in futuro puniri: poena namq; correspondet atq; debetur culpæ. Verũ-
tamen magna pars punitionis, satisfactionis & expiationis culpæ, est cordialis contritio
& erubescencia de eis: ar dor quoq; charitatis, uitiõs; consumit reatũ. Præterea, quo deũ
gloriosum & summũ enormius, frequentius diutiusq; offendimus, eo incessabilius, doloro-
sius, humilius & feruentius benignitatẽ dei & ueniã postulare debemus, & dicere cum Ma-
nasse: Peccau super nubes; arena; maris, multiplicans offensiones abominationesq; statua-
ens, & non est respiratio mihi. & cum Psalmista: Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt
caput meũ, & sicut onus graue grauata; sunt super me. Itẽq; Ne memineris iniquitatũ no-
strarum antiquarum, cito anticipet nos misericordiã tuã, quia pauper facti sumus nimis. atq;
cum Esdra: Deus meus cõfundor & erubescio faciẽ meã leuare ad te, quoniã iniquitates no-
stræ multiplicata; sunt super caput nostrũ, & peccata nostra creuerunt usq; ad coelũ. Itaq;
contritio ex qua pro remissione culpæ dominũ inuocamus, debet esse ad quata grauita-
ti & multitudine trãgressiõũ nostrarum. Secũdo omnipotentẽ quodiẽ exorare debemus
propter peccata nostra quotidiana, quibus omittendo & cõmittendo offendimus eũ quo-
tidie, multoties ualde imò innumerabiliter potius & multo frequentius q̄ ad uertimus aut
PPPP scite

Insinuatio.

Iohann. 2

Iohann. 11

Deu. 4

Inuocatiõis dñi
uina; causa 1.

Ecc. 21
Job. 24

Psal. 37

Psal. 78

1. Esdr. 9

ii.

scire ualeamus cogitatu, affectu, locutione & actione, omniq; sensu exteriori & interiori acti-
 uis quoq; passiuusq; scandalis & alienis peccatis, atq; in cibo, potu, uestitu, incessu & somno,
 ac negligentis leuitatibus & dissolutionibus multis, ita q; intercedere indigemus: Ab oc-
 cidium eius seruo tuo domine. & rursus: In multis offendimus omnes. Et, Non intres in iu-
 dicio cum seruo tuo domine, quia non iustificabis in conspectu tuo omnis homo uiuus. Me-
 rito ergo dixit beatus Iob: Non iustificabis homo cōpositus deo: & si uoluerit iudicio cum
 eo contendere, non poterit respondere unū pro mille. Si iustificare me uolueris, os meū con-
 demnabit me. Et si habuero quem piā iustū, non respondebō ei, sed ut meū iudicē depre-
 cabor. Ecce q̄ humiliter & contrite, q̄ frequēter ac feruide oportet nos dñm inuocare, pro
 quotidianorū nostrorū remissionibus peccatorū. Tertio oportet nos deū iugiter exorare, ut
 à peccatis nos præsruare dignetur futuris, quā nisi ab illo adiuti, protecti & præsruati
 fuerimus, incidimus. Hinc affectuosissimo & deuotissimo corde dicamus: Ne derelinquas
 nos dñe deus noster. Et denuo: Custodi me dñe ut pupillā oculi: sub umbra alarū tuarū pro-
 tege me. Gressus meos dirige secundū eloquiū tuū, & non dominetur mei omnis iniquitas.
 Deduc me dñe in uia tua, & ingrediar in ueritate tua. Dirige me in ueritate tua & doce me.
 Quarto indigemus sic deprecari propter pronitates & procliuitates peccandi, quibus in-
 fecti & pleni sumus in corpore & in anima: deformatae sunt etenim animae uires & ad pec-
 candū pronissimae: procliuus est intellectus ad ignorantias, falsitates, errores, deceptions,
 obtusus & tardus ad capiendū salubria, promptus ad curiosa, stulta, inania, in quibus facili-
 me delectatur cōplacentiaq; habet memoria quoq; uaga in stabilisq; cōstitit, tenax in utilitē
 & malorū, obliuiosa salutariū & bonorū: sic & uoluntas ad malitias, nequitias, dolos, auer-
 siones, inuidias inuenitur procliuus. Insuper appetitus sensitius tam concupiscibilis q̄ iraci-
 bilis, ad diuersarū passionū immoderantias & excessus totus pronissimus est, miserabiliter
 infectus & deformatus. Difficilimū quoq; est interiores & exteriores sensus sic retinere &
 regere, ut circa sua non excedant obiecta, ita ut nec uident, nec audiendo, nec tangendo,
 nec odorando neq; gustando peccemus, nec uanis imaginationibus, phantasiis, aestimatio-
 nibus aut suspicionibus occupemur aut immoremur. Amplius, caro ipsa uehementer infe-
 cta est, grauis, libidinosa & rationi rebellis, imō ut etiā Plato in Phedone testatur: Mille im-
 pedimenta uirtutū contēplationūq; exhibens: propter quod dixit Apostolus, & unusquisq;
 nostrū dicere habet: Scio quia non habitat in me (id est in carne mea) bonū: & uideo aliam
 legē in mēbris meis, repugnantē legi mētis meae. Itēq; Infelix ego homo, quis me liberabit
 de corpore mortis huius? Cū ergo tam uehementer ac multipliciter, tā in definitē ac lamē-
 tabiliter simus proni & celeres ad peccandū, imō ad carnalia ac spiritalia uitia, ad omisso-
 nes, negligētias & torpores, ad innumerabiles culpas ex parte corporis & animae: uehemē-
 tissime ac in definitē indigemus diuinā implorare clementiā, ut ab omnibus his uitijs nos
 præsruet, uirtutibus nos confortet & incessanter gubernet, tueatur ac dirigat, ut cū Pal-
 mista mente grata ei dicere ualeamus: Tenuisti manū dexterā meā & in uolūtate tua dedu-
 xisti me, & rursus: Protexisti me à conuētū malignantiū, à multitudine operantiū iniquitatē.
 Quinto indigemus sic dñm exorare, ne alliciamur & decipiamur à mūdō, à mūdānis & pra-
 uis hominibus, à periculosis consortijs, à delectabilitate, decore & desiderabilitate creatu-
 rarū, quae factae sunt in odiū & in tentationē animae hominū, atq; in musculū pedibus in-
 pleant. Ideo deū feruētissime deprecemur, q̄tenus tāta grā, uirtute & illuminatione nos im-
 pleat, ne ad res creatas afficiamur inordinate, neq; in eis culpabiliter delectemur, sed eis tantū
 utamur in deo, hoc est secundū dei p̄ceptū atq; consiliū, in quantum deseruiuit ad creatoris no-
 titiā, cultū, amorē, timorē ac seruitutē. Nepe ut Salomō cōtestat: Cū cetera fecit deus ut timeat,
 atq; ut scriptū est: A magnitudine speciei creaturę potest creator cognosci, cui⁹ excellētia,
 sapiētia & potestas in cūctis creaturis reuolūtū sicq; qcqd amabilitatis, pulchritudinis, dele-
 ctabilitatis atq; dulcedinis in entibus repim⁹ creatis, ad superexcellētissimi creatoris honorē
 & gloriā, timorē, amorē & cultū referamus ac ordinemus: certi q; ipse uniuersis & singulis
 in infinitū melior, amabilior, speciosior, delectabilior, dulcior, terribilior honorabiliorq; cō-
 sistit. Nō ergo in amore aut delectatiōe creaturę sicut, quiescat aut cōtente cor nostrū, sed
 intrase dicat: Si tā amabilis, tā decora, amcena, suauis est res creata, cadauca, terrena, sensibilibis
 seu carnalis, q̄ amabilis & suauis, speciosus, delectiosus, suauis ē creator immēsus, cuius
 respectu tot⁹ mūdus est tanq; puluis exiguus. Sicq; ex intuitu & usu creaturarū amore, timo-
 re, cultu & admiratiōe incōparabilis ac superhonorabilissimi creatoris accēdamur, stimule-
 mur & illustreremur. Sexto oportet nos deū infatigabiliter inuocare, eo q; tot inuisibilibus
 hostibus

hostibus atrocissimis, caelidissimis, inuidiosissimis circunuallemur & impugnemur, qui in-
 fatigabiliter nil aliud sciunt, quærunt aut molunt, q̄ ut æterna felicitate nos priuent, omni
 uirtute, gratia & amicitia dei nos spolient, spiritaliter perimant, ac secū damnationi inuol-
 uant æternæ. Cū ergo tot ac talibus inimicis proprijs uiribus nullatenus p̄ualere ualeam⁹,
 necesse est nos diuinū subsidū incessanter efflagitare. Si q̄s irer p̄ campū latronibus plenū,
 necesse sciret se impugnādū, spoliandū & occidendū, nisi aliū de adiuuaret, haberetq; aliquē
 secū euntē, cuius auxilio posset iuari, defendi, euadere, q̄ non offenderet illū: & si aliquādo
 eū offenderet, q̄ instanter postulare sibi ignosci, q̄ itē humiliter & obnixè rogaret eundē,
 ut sibi assistere dignaretur: & hoc totū, ne temporalia dāna & corporalē mortē breuē incurret.
 Cū ergo in seculo isto peregrini simus & uiatores, habeamusq; deū ubiq; & semp̄ præsente, Heb. ii
 quantū uitare debemus eius offensam & implorare ipsius indulgentiā atq; subsidū, ut nos
 à prætatis hostibus dignē protegere, ne ab eis spiritaliter occidamur, ne spiritalia damna
 patiamur, ne eterna beatissima uita priuemur, & ne perpetuis intrudamur supplicijs. Se pri-
 mo deū iugiter inuocemus propter mala p̄nalialia qbus circūdamur, ne perlecutionibus,
 ægritudinibus, damnis, iniurijs, increpationibus & castigatiōibus supemur. Sed in his omni-
 bus patientiā habeamus immobilē, & cūcta aduersa æquanimiter toleremus, imō p̄ ea pur-
 gari in hac uita optemus. Octauo, quatenus spiritaliter locupletemur, q̄ orādī officiū maxi-
 me est lucrosū, p̄ qd omni hora possumus in uirtutibus crescere, merita uitę æternę auge-
 re, copiosiorēq; beatitudinē promereri. Si uideremus mercatorē otio, cōmolationi & iustiti-
 tiae suae dissipatiōi uacare, q̄ qualibet hora posset centū aureos nūmos lucrari, in sapientē ac
 miserē reputarem⁹ huiusmodi hominē. Nonne ergo nos ipsi incōparabiliter in sapientius
 ac infelicitus nos habemus, q̄ cū omni hora possumus in cœlestibus charismatibus, meritorijs
 actibus, æternisq; beatissimis p̄mjs tam uehemēter orādo proficere & ditari, non solū à
 sancto orādī exercitio tepescimus & cessamus, sed etiā loquacitatibus uarijsq; peccatis ua-
 camus: Respicimus ergo à tāta infania. Nonno, ut iugiter orādo deū incessabiliter honore-
 mus, & eius assidue accēdamur amore, atq; celerius ad regnū p̄tingamus celestē. Decimo,
 quatenus in definitē orādo, pro nostris satisfaciamus peccatis. Oratione nanq; elemosy-
 na & ieiunio precipue satisfit pro omni peccato. Vndecimo, ut à futuris purgatorijs ac infer-
 ni erumur supplicijs. Duodecimo, ut proximos ædificemus, & eorū necessitati ac indigen-
 tijs succurramus. Tertio decimo, q̄ ad exorandū assidue sacra scriptura & omnis sanctorū
 patrū doctrina, exēpla & uita nos uberrime admonēt & informāt. Quarto decimo, ut ad-
 uersarios nostrae salutis inuisibiles hostes affligamus, fugemus & prosternamus, quae admo-
 di scriptū est: Persequar inimicos meos & cōprehendā illos. Orationū nanq; instātia ac fer-
 uorē potissime affligunt ac uincunt. Quinto decimo, qm̄ Christus cuius omnis actio est no-
 stra instructio, in euāgelio legit sapius orasse, cū tñ nō posset peccare nec decipi, & nō solū
 in quantum deus omnia posset, sed etiā secundū assumptā humanitatē data ei esset omnis po-
 testas in cœlo & in terra. Idcirco ad nostrā instructionē hoc egit. Sexto decimo, q̄a incerti-
 sumus in charitate, idcirco assidue nos oportet orare, ut charitas uera nobis in in-
 fa non est, infundat, aut iam infusa augeat atq; p̄ficiat. Itaq; cū tot & tanta habeamus inci-
 tamēta, tot causas & necessitates incessanter orādī, nequaquā ab orationibus desistamus: imō
 cū tot & tantis sumus uallati laqueis, periculis & peccatis, iugiter exclamemus ad deū, p̄re-
 fertim cum tam fructuosissimum ac saluberrimum sit orare.
 Articulus V. Qualiter exorandus sit deus, id est, q̄ instanter ac feruide.
 Spiritus est deus, & eos qui adorāt eū, in spiritu & ueritate adorare oportet. Qualiter
 omnipotentē inuocare debemus, p̄p̄dere possumus tam ex parte dei quē inuoca-
 mus, q̄ ex parte nostri & itē ex parte causae, quae ad orandū nos incitat. Cū igit deus
 sit bonitas & amabilitatis penitus infinita, q̄ & prior dilexit nos & nostrā querit ap-
 penitē saluē, debemus eū cū ardenti charitatis affectu orare, p̄ferri cū nulla actio ei ac-
 cepta sit, nisi ex charitate quae est animę uita procedat. Feruida q̄ppe & affectuosa oratio in-
 stat ignis celerrime scādit in cœlū, & usq; ad diuinę præsentiā maiestatis pertingit. Nepe nō
 clamor, sed amor in auribus resonat creatoris. Ideo dixit Psalm. Dirigat oratio mea sicut in
 censum in cōspectu tuo. Imō feruēs orātis dilectio insuperabilē deū superare, flectere & li-
 gare uidet. propter qd feruētissimo oratori suo Moyſi dixit: Dimitte me, ut rascā furor
 meus cōtra eos, tanq; dicitur: Feruor amoris q̄ oras & æstus pro credita tibi plebe, me tenet
 & impedit à debita ultione. Hinc sanctus ait Bernardus: In auribus dei desiderū uehēmēs,
 magnus clamor: remissa aut intētio, uox submissa. Hinc Moyſi uocāliter nō orātī dicitur est
 P P P P . 2 Quid

Pfal. 10
Iaco. 3
Pfal. 142
Iob. 9

iii.

Pfal. 17
Pfal. 16
Pfal. 118
Pfal. 87
Pfal. 174
iiii.

Roma. 7

Pfal. 73
v.
Sep. 14

Eccl. 8
Sep. 13

Iia. 40
vi.

Heb. ii
viii.
ix.
x.
xi.
xii.
xiii.
Pfal. 17
xv.
Mat. 5
Mar. 26
Mar. 1
xvi. Mat. 14
Luc. 5
Luc. 6
Luc. 9
Luc. 22
Mar. 28

Iohan. 4
I. Iohan. 4
Pfal. 140
Exo. 32

Exod. 14
Iere. 33

Quid clamas ad me? Sic clamorosa oratio exauditionē atq; diuinoꝝ reuelationē meretur. Vnde ad Ieremā prophetā dñs loquebat: Clama ad me & exaudia te, & annūtiabo tibi grā dia & firma quæ nefcis. Desideriū etenim est quidā spiritalis hiatus & apertio cordis, aptās & dignificās illud ad susceptionē charismatū quę precasti & ipsa dilectio propinquat & unit amantē dilecto. Sicq; a fonte gratiæ ac uirtutū copiosius adimplet, præsertim cū sancta charitas potissime reddat rationale creaturā suo creatori amabilem ac dilectā. Et certū est qd eorū qui se inuicē feruide diligūt, propriū sit se & sua inuicē libetere cōmunicare, liberaliter dare & uoluntatē habere conformē. Hinc sanctos & perfectos conseruit deus celeriter exaudire, & ad eos instantiā magna & supernaturalia facere, ac p̄clarissimos exercere effectus, quęadmodū ad instantiā Iouue fecit solē & lunā in medio cœli stare immobiles p̄ xxiii. horas: atq; ad p̄ij Ezechie instantiā fecit solē retrocedere lineis decē, & per angelū interfecit centū octoginta quęq; milia hominū impioꝝ, uitāq; Ezechie annis quēdecim plongauit: imō deus qd charitas est, feruentiū amatoꝝ suoꝝ preces & uota frequenter tā exuberāter ac liberalissime audit & implet p̄spiritaliū ac diuinoꝝ infusioē charismatū, qd ipsi totū capere ne queunt, nec tantā uisitatiois superne abundantiā ferre queūt sine corporalibus mortalibus naturæ defectu, atq; cū electo Efrē clamare interdū cogunt: Dñe, cōtine undas gratię tuę. Accedamus ergo ad dñm exorandū cū incalescēte ipsius amore, & ante orationē in amore nos exercēam⁹ diuino: in ipsa qd; orōne p̄semus & inruemur infiniti eius, quē alloquimur & oramus, bonitatē, p̄nchritudinē & gratiositatē qd si qd egerit, rapies interdū orādo in diuitias dilectissimi dei, tamq; profunde absorbebitur ac figetur in deitatis oceano, qd nec se ipsum nec propriū actū attendet. Hęc est perfecta oratio, quæ in contemplationē terminat, de qua beatissimus pater Antonius est testatus, qd perfecte non orat, nisi qui orando sic absorberetur in deū, qd obliuiscit & omnino transcendit seipsum actumq; propriū. Sic orauit magnus ille anachoreta Syois, qui si quando in oratione extendit manus ad deū, mox eas retraxit, ne raperetur. Tales fuerunt orationes felicissimæ Mariæ Aegyptiacæ, seraphicę Francisci, ac multoꝝ heroicorū uiroꝝ, qui orando non solum mente rapiebantur in totius uicis fontē ac principē, sed corpore quoq; eleuabant, ac suspensi manebant in aere. Præterea, quid dicā de uere mirabili illa Christina, quæ post primā suā resuscitationē à morte, uixit annis circiter quadraginta, atq; in suis orationibus tam ualidissime accendebatur in deum, qd totū corpus eius instar cere liquefiebat, & pristina amissa figura, uelut trochus aut globus sphericæ factū figuræ circūferebat in terra. Inter has omnes merito sortitur primatū & clarissimā Christi discipula Maria Magdalena, qd in uastissima commorās eremo, qd die in suis orōnibus & contemplationibus septies ab angelis sanctis leuabat in aere, atq; corporeis aurib⁹ symphoniā cœlestis audiuit concētus, uitā angelicā ac celestē agēs in carne mortali.

Articulus VI. Quam reuerenter ac timorate oportet nos orare altissimum.

1. Reg. 6

Vis poterit stare in cōspectu dñi dei sancti i huius? Maiestatē & autoritatē aut dignitatē sapientiæ & excellentię reuerentia debet ac timor sincerus. Nōne ergo deo maiestatē immēse, dño uniuersoꝝ, sancto sanctoꝝ, creatori dignissimo, soli sapienti & sup̄excellētissimo dñatori cū summa & incōparabili reuerentiā ac casto timore oportet astare, supplicare & psallere? Præsertim cū homo orans sit tantæ defectuositatis & culpæ, ut prorūs in dignū arbitrari se debeat ad representandū se tantæ excellentiæ deo, uereriq; habeat, ne contēnat & abhñciat ab eo. Veruntimō timor ille debet esse moderatus, inter præsumptionē & pusillanimitatē, inter temeritatē seu nimiam securitatē & diffidentiam mediū seruās: quatenus sicut ex considerationē diuinæ maiestatē atq; iustitię dei timor grādis concipiū, sic ex cōsiderationē pietatis diuinæ ac piissimæ dignatiōis dei concipiat fideliā moderatās & refocillās timorē. Sicq; oratio sit mediocriter timida, non præsumptuosa nec tepida, sed reuerentialis & uigorosa, magis innitens benignitati omnipotentis, qd uiribus ac meritis propriis, quęadmodū sanctus propheta Daniel dixit ad dominū: Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuā, sed in misericordijs & miserationibus tuis multis. Hinc ait sanctus Bernardus: Periculū est, si fuerit oratio nimis timida: maius periculum, si fuerit temeraria aut præsumptuosa: tertium periculū, si fuerit tepida. Timida nōq; oratio cœlos non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus ut procedere nequeat. Porro, tepida oratio in ascensu languescit & deficit, eo qd uigorē non habet: temeraria uero oratio præsumit ascendere, sed protinus resilit, quæ resistit ei, & nō solum nō obtinet gratiam, imō & meretur offensam. Præterea perpendamus, quā reuerenter ac timore subditi loquantur suis principibus ac prælatis, regibus, imperatoribus ac pontificibus

Dan. 9

seculi huius, qd tamē eiusdē cum eis naturæ sunt ac similes eis mortales. Nonne ergo reuerentia multo maiori ac formidīne ampliori loq; supplicare oportet regi secularum immortali, inuisibili, infinito? Nōne maledictionē meret æternā, qd hominē magis honorat ac timet qd deū? Væ nobis qd tam imparate, tam irreuerenter ac timorate ad astandū, supplicandū & psallendū deo accedimus. Ideo quales accedimus, tales recedimus, & parū aut nihil orādo proficimus, imō ob nostrā irreuerentiā, negligentiam & informidolosam securitatē magis deficiamus. Talis nō erat beatus Iob: Qui semp̄ quasi tumētes sup se fluctus timuit deū, & ait: Deus solus est, & cogitationē eius nemo auertere potest. Idcirco à facie eius turbatus sum, & consideras eū timore sollicitor. Nonne angeli sancti Cherubin ac Seraphim cum reuerentiali timore attroniti astant & iubilant deo, quāuis sint cōfirmati in gratiā? Quid ergo agendū est homini defectuoso ignoranti an amore dignus sit an odio, & qd de ipso decreuit deus, an finaliter sit saluandus an eternāliter sit periturus? Præterea attēdamus qualiter rei mortis affert iudiciū tēporali: qualiter homicidæ & latrones captiui stent corā principe ac rege terreno, qd formidolose, ne corporali ac breui morti adiu dicent, quantū se ipsos humiliant & prosternūt, si aliquā habēt euadēdi fidutiā. Qualiter ergo oportet nos astare iudici summo & supplicare regi altissimo, qd toties æternā dñationē meruimus: qd tā enormiter ac frequenter offendimus, ne ab ipso infernali dñationi adiu dicemur, quę omni tēporali morte inconparabiliter terribilior extrat. Hinc sanct⁹ uir Climachus ait: Si ante condēnatorē uisibilē iudicē ut peenis obnoxius aut reus mortis unq; stetit, typo seu exēplo alterius in tua supplicatiōe deo facta nō indigebis. Si uero nō ita astitisti, neq; exactos penes alicubi cōspexisti, saltē ex orōne infirmoꝝ ad medicos cū ab eis exuri & incidi debēt, tu discē talē facere orationē corā deo: hoc est, tam cōpuncte & formidolose, tam humiliter & lachrymose, tā prostrate & affectuose ora cœlestē iudicē animāq; medicū, sicut rei mortis deprecantē iudicē hominē: & sicut urendi atq; secandi supplicā medico. Hinc itē Climachus protestatur: Condēnatus à iudice terreno nō sic timet suę penę sententiam, quem admodum studio sui orationis executor in sua oratione coram deo. Ideo dixit abbas Euagrius: Si deficiis animo, ora: Scriptam est enī, Oratio aluiuiat infirmum. Ora cum timore & tremore atq; labo re uigilanter & sobrietate quoniā sic orare oportet, maxime propter inuisibiles hostes, qui nos in hoc præcipue impedire nituntur.

Articulus VII. Quomodo cum ingenti attentione atq; per uigili cordis custodia sit orandū.

In omni obsecratione & oratione cū gratiarū actione petitiones uestræ innotescant apud deū. Quis tam amens aut improbus, qui ab homine excellēte præsumat aliquid petere sine attentione? Multo ergo maioris est improbitatis atq; dementiæ, omnipotentē pro rebus magnis sine attentione orare, præsertim cum dictū sit præcedēti articulo, cū summa reuerentia uerba orationis & laudis dirigēda esse ad dñm maiestatē. Ideo sancti patres dixerunt, deū illā orationē non attendere nec audire, quā ipsemet orans non attendit: imō cum oratio sit ascensus mentis seu eleuatio cordis in deū, qui uerba orationis proferendo distractus est nec deo intentus, non uidetur orare. Ideo Cassiano narrante abbas Isaac dixit: Per pag. orat, qui tunc solū orare consueuit, dum genua flectuntur. Nuti quā uero orat, quāuis etiā flexis genibus euagatione cordis qualicunq; distrahit. Itaq; ad exorandū deū idonee & cōdigne, necessaria est maxima cordis custodia, duplici ratione: Primo, quoniā mens humana ex propria natura ualde instabilis est, & ad distractionē pronissima: secundo, quoniā & si mens orātis p̄ dona gratiæ ac uirtutes preparationēq; diligētī sit aliquāter stabilita, dæmon tñ tēpore orationis conat acerrime eā ad euagationē, somnolentias aut torpores protrahere: imō tanto callidius, quantū ipsum orādī exercitiū salubrius, fructuosius diuiniusq; cōsistit. Cū ergo mentē ad distractionē sic cohibere sit ualde difficile, nisi homo sup̄na uisitatioe omnino preueniat, impleat ac conseruet, recte abbas Agathon est locutus: Nēpe interrogatus à fratribus, quæ uirtus in bona cōuersatione plus habet laboris? Rēdit: Puto nō esse aliū talē ac tantū laborē, qualē orare deū. Dū enī uoluerit hō deū orare, dæmones semper festinant interrūpere & impedire atq; distrahere eius orationē, sciētes qd ex nulla re nisi per orationē ad deū sūsam uincant. Etenim omnē aliū laborē quem homo in religiosa cōuersatione assumpserit, quāuis instāter patietēq; agat, habet tñ & possidet aliquā requiē: oratione aut usq; ad ultimā exhalationē opus est, ut habeat semper magis certaminis studiū. Hinc S. Bernardus differuit: Oratio quanto efficacior atq; salubrior est, si fiat ut debeatur, tāto callidius impediri ab aduersario solet: Cū enī orare sit deū querere, nō recte oras, si orādo præter deū aliqd queras aut cogites, nisi in deo & propter deū id

Iob 31
Iob 23
Iia. 6

Iaco. 5

Philip. 4

Orare deum,
labor maxim⁹

quetas & cogites. Verū ut idē sanctus pater fatetur, idcirco quiddā in suis orationibus quamdam heberudinē & ariditatē sentiunt cordis, ut labijs tantū orantes, non satis attendant neque quæ dicunt nec cui loquantur, pro eo quod uelut ex cōsuetudine quadā cū minus digna reuerentia & sollicitudine accesserūt. Idcirco in cūctis actibus nostris opus est multa animi uigilia, præsertim in oratione: quibus erit semp̄ uideamur a dño, tñ in oratione representamus & inōstramus nos deo quasi facie ad facie loquētes eū eo. Itaq; oratiōes nostras & horas non ex superficiali & arido usu, sed cū grādi diligētia persoluamus, imō tāto deuotius quāto frequentius, ne inter eos annumeremur, quōd spiritu cōperint, carne cōsumant; de quibus beatus loquitur Augustinus: Multi in exordio suæ cōuersationis orant seruide, postea languide, postea frigide, postea penitus negligēt, quorum unicuique deus in Apocalypsi impropere: Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Tantam ergo negligentiam deitemus, quia ut Climachus fassus est: Quemadmodum abominabilis est regi terreno ei assistens, & uultum suum ab eo auertens, eiusque hostibus loquens: ita abominabilis deo est, qui in oratione assistit, & cogitationes immundas admittit & suscipit. Veruntamen ad hoc quod oratio sit meritoria, non oportet ut sine interruptione atq; continue assistit in oratione actualis intentio, sed sufficit quod ex charitate procedat, & cum recta intentione incipiat. Si autem in processu contingat distractio, adhuc uirtus boni exordij & rectæ intentionis aliquo modo in sequentibus manet, & ipsam orationem facit meritoriam & acceptam. Sed certū est, quod quanto attentio fuerit maior & magis continua, tanto oratio exaudibilior acceptabiliorque efficitur. Si autē de sit prima intentio, dicit Thomas, quod oratio non est meritoria nec impetratiua eius quod postulat. Veruntamen magis apparet, quod quāuis orationē suā aliquis non incipit ex actuali recta intentione charitatis, uel motione: si tñ orationē profequendo redeat ad cor & eā ex charitate & recta intentione ac uera deuotione ex qua atq; cōtinuet, aut salte sic finiat, meritoria erit & impetratiua, cum omnis actio ex charitate & recta intentione procedens continuata aut terminata sit meritoria. Insuper triplex potest esse orantis attentio: Prima, qua attendit ad uerba suæ orōnis, ut proferat ea integre & distincte: quæ attentio non debet esse immoderata, ne meliorē attentionē impediatur qua ad sensum uerborū attendit, quæ est secunda orantis attentio: quā idiotæ habere non ualent, qui orationē fundunt per uerba eis ignora, quos non intelligūt sensum, nisi forsan ex alioy in structione agnoscat particulariter aut summam sensum uerborū huiusmodi. Tertia attentio est orantis, qua attendit ad deū quē inuocat & ad rem pro qua orat: quæ attentio est præcipue necessaria, idiotis quoque possibilis. Rursus, ut asserit Thomas, triplex est orationis effectus: Primus, promereri uitā æternam, quæ est communis omni actioni ex charitate procedenti: Secundus est impetrare quod petitur, & ad hos duos actus non exigitur necessario actualis attentio, sed sufficit quod in ipsa oratione anteq̄ finiatur, assistit recta intentio actualis: motio charitatis: Tertius orationis effectus est spiritalis quæ dā iucunditas & interna reflectio, quæ orando ex peritur mens orantis: ad quem effectū requiritur actualis attentio uel ad sensum uerborū, uel ad deum, aut ad causam pro qua oratur. Præterea intuentū, quod distractio cordis in oratione, psalmodia & cultu diuino interdū cōtingit ex sola subreptione & infirmitate naturæ, quæ diu in alto stare non solet: nam & corpus corruptibile agegrauat animam, & deprimit terrena in habitatio sensum multa cogitantem. Secundo contingit ex negligētia quadam, qua quis sine custodia & sollicitudine orat: & quamuis deuote incipit, tamen non satagit deuote continuare aut à distractione mox surgere, & ad attentionem redire. Tertio accidit ex quodam proposito, quo quis spiritalia exercitia horrens, ad exteriora se fundit, & alias occupationes in orando assumit, quousque ab exercitio se expediat spiritali. Primum horū parum aut nihil habet de culpa: secundum culpabile est, & orationis minuit fructum: tertium autem ualde culpabile est, & est frequenter mortale peccatum: Ait etenim Thomas super quartum Sententiarum decimaquinta distinctio: Quando aliquis ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, non caret culpa, & præcipue si in alijs sponte se occupat quæ distrahunt mentem, ut sunt opera exteriora: & si ad contraria mens euagetur, etiam culpa mortalis erit, & hoc est fati arduum & terribile uerbum, Prædictis quoque concordat quod Basilius ait: Si debilitatus à peccato fixe nequis orare, quantūcumque potes te ipsum cohibeas, & deus ignoscit, eo quod non ex negligētia, sed ex fragilitate non potes sicut oportet corā deo assistere, aliās esset grauior culpa: Quia ut rursus docet Basilius: Diuinū auxilium implorandum est non remisse nec mente huciluctu uagante: quia sic orans non solum nil impetrabit, sed etiam deum grauius irritabit.

Hinc

Hinc ait & Climachus: Aliud est fordes, i. maculatio oratiōis, aliud exterminatio, aliud furum, & aliud querela: Sordes orationis est coram deo stare, & meditationes atq; intentiones inconuenientes imaginari: Exterminatio, id est euagatio orationis est, curis inutilibus captiuari: Furta est insensibiliter intentionē recurrere ubi non decet, id est, ab eleuatione ad deū cor relaxare aut flectere: Querela est qualiscūque insultus nobis oratib; appropinquas.

Articulus VIII. Quod deum adorandum exorare debemus perseueranter ac confidenter

Sobrū estote & uigilate in orationibus, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ad omnium uirtutum exercitia pertinet quod ait Saluator: Qui perseuerauerit usq; in finē, saluus erit. Itaq; sicut usq; in finem uitæ præsentis necessarium est manere in humilitate, charitate, patientia, mansuetudine ceterisque uirtutibus & in actibus earundem tempore oportuno: sic necesse est usq; in finem orationibus inhærere omni hora ad hoc requisita, & quanto incessabilius tanto & melius. Veruntamen orationibus cum speciali assiduitate & quantum possibile est cōtinuate expedit & oportet insistere diuersis ex causis, de quibus præhabitu est: & quia oratio est omnium uirtutum, donorum ac meritorum custos, munimē, forrix, auctrix atq; perfectrix: & quia incessabiliter ab aduersarijs nostri profectus ac salutis circūuallamur, impugnamur, tentamur, ita ut teste scriptura, tentatio & militia sit uita hominis super terram. Propter quod admonet Augustinus: Perseuera usq; in finem: quia tentatio perseuerat usq; in finem. Vsq; in quem finem? quousque finis uiam. Hinc dixit Saluator: Oportet semper orare & non deficere. Apostolus quoque: Sine intermissione orate. Nam & una conditio ad orationis exaudibilitatem requisita est, perseuerāter orare. Inter dū equidē dīs differt exauditionē, ut probet nostram fidem & spem, atq; ut tempore opportuno liberalius salubriusque exaudiat, & item ut dñi orando plus mereamur in uia recipere de uirtute & gratia, maiorem quoque felicitatem in patria. Hinc loquitur Augustinus: Si aliquis dīs tardius dat, cōmendat sua dona, non negat. Diu desiderata, dulcius obtinentur: cito autē data, uilescunt. Seruat tibi deus quod nō uult cito dare, ut discas magna magnalia desiderare. Hoc est quod ait Eusebius Emisenus: Non uult deus noster dona sua nimia inueniēdi facilitate uilescere. Pretiosa mercēs cupidum exigunt amatorem: pretiosissima dona cum incessabili instantia sunt quærenda, quia æternitati celestium præmioy correspondere quantū fieri potest, debet magnitudo pioy affectuū ac diuturnitas & perseuerātia precū. Denique diuitiæ laboriosius ac quid sit diligentius custodiuntur: quæ autē facilius obtinent, minus appetiuntur ac sepe prodigaliter expēdunt, quæ admodum in Proverbij scriptū est: Substantia festinata minuetur: quæ aut paulatim manu colligit, multiplicabit. Hinc rursus loquit Augustinus: Cur petere, quæ rere & pulsare nos iussit, qui nouit quod nobis necessariū sit antequā postulemus: nec quia exercere uoluit desiderium nostrum in precibus, quo ualeamus capere quod disposuit dare? Denique ipsum orādi exercitiū in seipso ualde præclarū, diuinum ac nobile est, meritorium, satisfactorium, salubre & fructuosum, sicut multipliciter est ostensum: Ideo pius deus differt multoties exaudire, quoniam uult nos diu tā salubriter occupari. Ideo Climachus ait: Cum diu in oratione permanseris & morari in ea perseuerāter contraxeris, nō dicas te nihil direxisse aut profecisse: ita cū profecisti. Quid nāq; sublimius aut melius, quod deo adhærere, atq; indefinenter apud eū in unione perseuerare? Itaq; bene fundati & certi in fide ac spe nec de prouidentia omnipotentis ambigui perseueranter, & line tædio ac hæsitacione oremus, scientes quod labor orationis nostræ non erit inanis in dñi circū cū ingēti fiducia postulemus, eo quod ipse deus qui nec falli nec fallere potest, ad orādum nos incitat, hortatur ac iubet: exauditionē quoque uberrime pollicetur, nisi facere uellet, aut non diceret, aut fallaciter diceret, quod nefarium est putare. Præterea si p̄semus infinitā bonitatem, cōmunicabilitatē, munificentiā, opulentiam, imo charitatē & pietatē eius ad nos, nequaquam ambigere licet, nec dubitare poterimus quin quantū in se est, paratissimus sit orantes se exaudire, ita quod defectus exauditionis nullatenus erit ex parte ipsius. Quod si fideliter intueamur, qualiter pater æternus unigenitum filium suum dedit & misit in mundum, atq; pro nostra salute eum uoluit incarnari, & inter homines conuersari, ac acerbissimam mortem subire: clarissime perspiciemus, quantum nostram optet salutem, quod paratus sit exaudire. Propter quod dixit Apostolus: Proprio filio suo nō peperit, sed pro nobis oibus tradidit illū: quō etiā non omnia cū illo donauit: Sic & unigenitus patris æterni, nonne libentissime eos exaudiret pro quoy salute tot & tanta egit, assumpsit

Orationis fordes, Exterminatio, Furum, Querela

1. Pet. 5

Mat. 18

Iob. 7

Luc. 11 1. Tel. 5

Proverb. 13

Mat. 7

Luc. 11

Gal. 4

Mat. 8

Roma. 8

ac passus est dummodo orēt sicut oportet qui & seipsum quotidie tam amorose ac liberalissime donat in sacramento. Cum omni ergo fiducia credamus dicenti, exhortanti ac promittenti: Petite & accipietis: quaerite & inuenietis: pulsate & aperietur vobis: Imo hoc ipsum multipliciter probare dignatus est per locum à maiori & per similitudinem uiriduar clamantis ad iudicem, ac hominis euntis media nocte ad suum amicum & rogantis sibi ab illo concedi tres panes. Itaque arguens ait: Quis uestrum patrem suum petet panem, nunquid serpentes dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo uos cum fitis mali, nostris bona data dare filijs uestris: quāto magis patet uester celestis dabit spiritum bonum petentibus se? Veruntamen magnitudini ac certitudi- ni spei ac confidentiae nostrae, ex parte misericordiae dei conceptae debet esse admixtus timor moderatus ex cōsideratione propriae defectuositatis aut in dignitatis conceptus scilicet inter spem & timorem spiritaliter moli debemus, nisi forsitan spiritus sanctus testimonium perhibens spiritui nostro quādoq; & ad tempus à corde nostro talem timorem expulerit, prout in uiris perfectis solet accidere. At uero deus cuius natura est bonitas, quādoq; exau- dit suos electos ualde celeriter, praesertim perfectos, quos seic ex tā celeri exauditione nō extolli nec detrimentum incurrere, sed potius ad ipsum charitate accēdi, spe roborari atq; praecordiales rependere grates. Nempe & deus id facit, ut suam ad eos charitatē ostēdat, & q̄ accepti sint ei declaret. Sic itaq; dñm deum nostrum oremus perseueratē ac cōfidenter usq; in uitā praesentis finem: Quia ut sanctus affirmat Bernardus Vnum ē duobus indubitātē sperare possumus qm̄ aut dabit quod petimus, aut qd nobis nouit esse uilium. Nos em̄ qd oremus, si qd oportet nescimus sed miserere ille super ignorantia nostra, & orationem benigne suscipiens, quod nobis aut omnino non est uile, aut non tam cito dari necesse est minime tribuit, aut tribuere differit omnino: tamē oratio instructuosa nō erit, quoniam q̄dem tanta super te cura est deo tuo, ut quoties ignorans quaeris quod tibi inutile est, nō te audiat super hoc, sed mutet illud dono utiliore.

Articulus IX. Quod cum omni humilitate, puritate & obedientia exorandus sit deus.


Ratio humiliantis se nubes penetrabit. Cum quanta humilitate inuocandus sit dominus rex & creator uniuersorū incomparabilis, immēsus, ex duobus loquēdo in generali perpendere possumus, ut puta ex cōsideratione infinitae excellentiae dei in omni perfectione, dignitate & gloria, & item ex propriae defectuositatis, fragilitatis & uitiōsitatis cōsideratione. Itaq; sicut infinita profusioq; incomprehensibilis & incomparabilis est excellentia dei, ita cum summa, profundissima & incōparabilis (quantum nobis possibile est) humilitate debemus eum accedere, ad exorandum, ad psallēdum, ad offerendum atq; colēdum, ita ut coram eo nos praesentemus ac prosternamus cū omni qua possumus humiliatione, uilipensione aspernatione q; nostri, sapienter recognoscētes q; penitus infinite simus deo inferiores, ac eius respectu nihil ac uanitas. Huic humiliatiōni sumptae ex cōsideratione infinitae excellentiae creatoris accedat humiliatio nostri concepta ex cōsideratione perniciosa propriae defectuositatis, fordis & culpae ac pronitatis ad omne malum: atq; quo saepius ac grauius deum offendimus, eo profundius nos humiliemus uehementiusq; spernamus, ac omni bruto reputemus nos uiliores. Talis humiliatio sui ipsius ualde complacet summo deo, & ad omnem gratiam ac exauditionem dei appropinquat nos, prout tota scriptura & copiosissima sanctorū documēta testantur. Si quidē deus superbis resistit, humilibus aut dat gratiam. Et qui se humiliat, exaltabuntur. Vnde admonuit filius dei: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Hoc experta sacratissima uirgo: Respexit, inquit, humilitatem ancillae suae. & Psalmista: Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorū. Ideo scriptū est: Humilium & mansuetorū tibi dñe semper placuit deprecatio. Deniq; filius prodigus humiliter loquens, Pater peccator in caelum & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus. Chananaea quoq; se catellis humiliter cōparans: Atq; Centurio humiliter dicens: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meū. Et publicanus oculos suos ad ccelū leuare nō audebat, sed percussus suum cōtrite percutiēs humiliterq; exorans. Deus propitijs esto mihi peccatori: meruerunt protinus etiam ultra id quod petierunt à domino exaudiri. Hinc ait Bernardus: Magna & sublimis est uirtus humilitatis, quae promerere quod non docetur digna adipisci, quod non ualet adipsū digna à deo & de deo concipere, quod ipsa suis uerbis non ualet exprimere. Humilis quippe sua indigentiam & uacuitatem deo praesentat, suam culpā fatetur, omne bonum deo ac tribuit,

non

non inaniter gloriatur. Humilitas non nouit praesumere, non contendit iudicio, non praeredit iustitiam. Cui igitur uas, cui receptaculo, cui cordi infundent diuina charismata omni balsamo puriora, omni auro pretiosissimoq; Sardonycho pretiosiora, nisi humili mēti? Hinc Gulielmus Parisiensis in libro de Diuina rhetorica: Nihil, inquit, gratius deo, q̄ dare. Idcirco gratiosissima est in cōspicenti eius humilitas: Ipsa em̄ semper est querulosa, semper mendicā & egena in hac uita, semper saccū suum uacuum deo ostendens ac porrigēs, se q; pauperimā clamitans, & miserias suas innumerabiles oculis pietatis diuinae non tam ostentās q̄ ingerens, ac uehementi quadā quasi improbitate & importunitate impingens, in strā aegrorū q; scabies suas, corrosiones, ulcera, deformitates ac uulnera transeuntium oculis ferocissimē ingerunt, & eos has intruere quasi compellunt, ut si nullo miserationis affectu mouētur in ipsos, necesse tamen habeant beneficio elemosynae se ipsos redimere ab aspectu plagarum tam horrendarum. Itaq; saccus humilitatis impleri non potest, quia quo ampliora & maiora recipit dona, tanto plus crescit: ideo tāto plus uacuum & inopem se proclamat. Ideo coram liberalissimo deo gratiosissima est, quoniam occasiones ei semper ministrat donandi, miserandi ac succurrendi, quod ipse libentissime facit. Insuper deus simplicitatis ac puritatis immensa, simplicitate, eleuato puroq; corde est exorandus, ita ut mens orantis ab omni imaginatione se abstrahat, & sensibilia cuncta transcendat, dum aciem suā cōsiderationis tendit in deum, qui est in suae deitatis natura ab omni materialitate & corporeitate in infinitum immūnis, distans & eleuatus, tanq̄ mundissimum, simplicissimum, perfectissimū & incircumscriptibile esse in seipso aeternaliter inuariabiliterq; consistēs. Purgata est etiā mens ab omni affectione inordinata, ab omni cogitatione impertinente, ab omni occupatione extranea tempore orationis, celebrationis, psalmodiae ac cultus diuini, praesertim ne tunc alicui imaginationi immunde, suspicioni peruersae, iudicio temerario, irae, auersioni, rancori tribuat locum aut moram in se, nec aliqua sceditate aut distractione corā deo deip̄ta sit. Etenim beati mundi corde, quoniam deum possunt sincere, tranquille, contemplatiue stabiliterq; orare. Hinc Climachus ait: Labora meditationem tuam sursum ferre, & mentem tuam in uerbis ac sensu orationis recludere & quamuis attonita ex sua infirmitate cadat, rursus eam erige sursum, quoniam mēti proprium est esse instabilem, deo autem facillimum est eam constabillire. Nihil aliud est oratio, nisi uisibilis & inuisibilis mundi alienatio, id est ascensio mentis super uisibilia inuisibiliaq; creata, atq; totius supergressio creaturae, dicite Propheta: Quid enim mihi est in caelo: nihil: & a te quid uolui super terram: nihil: sed tantummodo absq; occupatione circa creata tibi deus sempiternus in orationibus adherere. Hinc quidam patrum dixerunt: Sicut impossibile est ut uideat quis in aqua turbida faciem suam: sic & anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis, deum contemplatiue orare non potest. Absit ergo à corde orantis strepitus tumultuantium cogitationum, inquietudo passionum, macula uitiorum. Postremo obedienter orandum est, ita ut orans sic studeat uoluntatem dei in omnibus adimplere, quemadmodum cupit suae uoluntatis petitionem impleri à deo. Vt si ante in peccato fuit, iam cesset & toto poeniteat cor deus uero in charitate consistit, conetur in ea & in omni uirtute proficere. Peccatores namq; in uoluntate & actu peccandi manentes, deus non audit, quemadmodum fertur apud lohanem: Deus peccatores non audit: sed si quis cultor est dei & uoluntatem eius facit, hūc exaudit. Ridiculum namq; est, omnipotentem iustumq; deum pro praeteritorum remissione uitiorum orare, nec tamen ab eius offensione & inhonoratione cessare nec uelle desistere. Quis aueret terrenum principem pro irrogatis iniurijs ignoscēdis rogare, si princeps ille conspiceret rogantē non uelle ab iniurijs illis se refrenare: Iustos ergo, obedientes, timoratos & uirtuosos, tanquam filios & amicos exaudit altissimus intātum, ut illorum precibus obedire aliquando uideatur. Ideo ait scriptura: Oratio iusti penetrat caelos. Itemq; uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Qui autem declinat aurem ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Hinc in obedientibus dominus in Euāgelio loquitur: Quid dicitis mihi domine, domine, & non facitis quae dico: Ideo Climachus protestatur: Vidi quosdam in ipsa obedientia fulgentes, & quanta poterant uirtute secundum mentem dei memoriam non negligētes, qui in oratione stantes protinus suam mentem excedebant, perfundebantq; faciem lacrymis afflūter, quoniam ante parati à sancta obedientia fuerunt.

Articulus X. Quod cum steru ac gemitu sit orandum praesertim in secreto.

Indulgen



Mat. 7
Luc. 11
Luc. 18
Luc. 9

R. om. 8

Ecc. 37

Mat. 5

Psal. 71

Simile

Iohan. 9

Ecc. 37

Psal. 144

Proverba

Luc. 6

Isa. 4
1. Pet. 5
Luc. 18
Mat. 11
Luc. 1
Psal. 101
Iudith. 9
Luc. 17
Mat. 15
Mat. 18
Luc. 18

Judith. 9

Indulgentiam fufis lachrymis postulemus. Virtus & efficacia orationis ex interno cordis affectu potissime oritur ac dependet, & iuxta diuersitatem affectionū assignat diuersitas lachrymarum. Est namque quaedam cordis affectio dolor de peccato proprio ac alieno, ex qua affectione dolorosa procedit fletus, quo quis propria seu aliena deplangit peccata. Rursus quaedam affectio cordis est timor mali futuri, quo quis ueretur deū offendere, uel in peccata corrumpere, aut aeterna felicitate priuari, uel infernalibus traditorum mentis, & habet hic timor lachrymas suas. Conformiter compassio animae ex recordatione dominicae passionis concepta affectio cordis est, pius lachrymas habens. Item desiderium dominicae passionis concepta affectio cordis est, pius lachrymas habens. Item desiderium felicitatis aeternae & meror de eius dilatioe, sunt bonae affectiones habentes lachrymas suas spirituales quoque laetitia & complacentia de dilecto & de gratiosa eius praesentia, sunt quaedam cordis affectiones, ex quibus solent profluere lachrymae dulces. Itaque siue oremus pro propriae, siue pro alienae remissione culpae, siue pro gratia uitae diuinae peccata in posterum, siue pro bono communi & reformatione ecclesiae, siue pro adeptione salutis aeternae ac celeti eius concessionem, siue pro euadenda damnatione, multum ad exauditionem orare cum lachrymis & singultu, cum suspirio, gemitu ac rugitu. Haec enim ueniunt ex uirtuosa radice, interna ac sancta affectione, & fouent eandem. Ait namque sanctus Hieronymus: O humilis lachryma, tua est potentia, tuum est regnum; tu tribunal non uereri, silentium accusatoribus praui imponis, non est qui te ueter accedere tunc intraueris, uacua non exibis; magis affligis diabolum quam poena inferni. Quid plura? uincis inuincibilem, & quodammodo ligas & cogis omnipotentem. Oratio deum lenit, lachryma quasi cogit; oratio ungit, lachryma pugnat. Hinc ait Bernardus: Lachrymae poenitentium atque orantium sunt uinum & gaudium angelorum, quia in lachrymis illis est odor uitae, sapor gratiae, gustus indulgentiae, sanitas redemptionis innocetiae, reconciliatio iucunditas & conscientiae serenitas tranquillitas. Denique, teste Gregorio: Sacrificium siccum est opus bonum, quod orationis lachrymae non perfunduntur; pingue uero est holocaustum, dum id quod humili corde bene peragitur, etiam lachrymis irrigatur ac ungitur. Hinc protestatur & Climachus: Cōditur pisciculos sal & oleum ruraliter habent. Orationem autem pennatam lachrymae & castitas faciunt. Veruntamen lachrymae corporales, dum sponte non ueniunt nec emanant, non sunt immoderanter extorquendae, sed sufficiunt lachrymae spirituales, interiores & igneae, id est, affectiones accensae atque pios desiderios; profluua. Vnde abbas Isaac in prima sua collatione de oratione differuit: Ab his qui iam transierunt in affectum uirtutum, nequaquam debet extorqueri profusio lachrymarum, nec exterioris hominis magnopere affectandi sunt fletus. Quod etiam si fuerint utcumque producti, nunquam pertinere poterunt ad illam lachrymarum spontaneam ubertatem, quae ex solo nascuntur affectu sine ulteriori conatu; magis enim suis conatibus supplicantem impediunt, distrahent atque ad ima demergent, & illa coelesti sublimitate deponent, in qua attonita mens orantis indeclinabiliter est defixa, eamque compellent laxata precum suarum intentione circa steriles & coactas lachrymas; gennulas aegrorare. Amplius agnoscendum, quod excellentissima deuotio seu oratio quae terminatur in raptum, & si in principio sui habeat lachrymas, cum tamen ad omnimodam ceperit abstractionem pertinere cessabit a fletu. Veruntamen ad laudabilem gratiam lachrymarum; debemus nos dare, praeparare & excitare: Primum, ipsum dominum inuocando, ut donum huiusmodi lachrymarum nobis conferre dignetur. Nempē ut aliqui dicunt, deuotio est quaedam cordis teneritudo, qua quis in piis facilliter resoluitur lachrymas; quae tamen non est propria deuotionis diffinitio, sed quaedam eius descriptio per effectuum. Secundo, enormitatem, laesiones & damna uitioꝝ nostrorū pensando. Tertio ex hoc, quod corporalem mortem ac temporalia damna amicorū & propinquorū nostrorū toties & abundanter deseuimus; propter quod merito multo plus deplangemus spiritalem mortem, interioraque damna tam propriae animae; quam propinquorū, cum mors animae per peccatum mortale imminens; aeterna damnatio & gratiarum ac uirtutum & meritorum perditio, sint incomparabiliter grauiorē & lamētabiliores, quam mors corporalis temporalisq; damnum. Propter quod loquitur Augustinus: An non sunt in te christiana uiscera pietatis, ut desleas corpus a quo recessit anima, & non desleas animam a qua recessit deus? Praeterea, sicut compunctio deuotionis; seruoꝝ, ac ceterorū sanctae affectionis praetactae, ex quibus procedere solent lachrymae, interdum nobis proueniunt ex gratiosa spiritus sancti praesentatione absque nostra praedispotione atque conamine, ita & lachrymae ex affectionibus & compunctionibus illis manantes, sic ut eas abundantiā & impetus reprimi nequeant. Interdum uero ista proueniunt nobis ex prima dispositione

Lachrymarum
humilitatis

Quibus de causis
lachrymas
excitare debemus

& nostro annisu, ita ut suspiriose ac cum rugitu oremus, cum Ieremia diceret: Ne auertas domine faciem tuam a singultu meo, & cum Psalmista: Rugiebam a gemitu cordis mei. Atque cum sancto Iob: Antequam comedam suspiro, & tanquam inundanis aquae sic rugitus meus. Nihilominus in aliorum praesentia pro posse uitanda sunt signa supererogationis deuotionis; spiritualis.

Thren. 8
Psal. 37
Iob. 8

Articulus XI. Qualiter debemus nos preparare ad orandum idonee ac deuote.

An te orationem praeparata animam tuam, & noli esse quasi homo tentans deum. Quem admodum magnus ille pater Climachus admonet, quicumque deo regi ac iudici coram stare & colloqui accedimus, non imparati hoc faciamus, ne a longe uidens nos imparatos uenire, & arma ac stolam regiae assistentiae non habere, ministris suis iniungat, ut ligatos nos alicubi longe a facie sua proiciant atque exilio tradant, orationes quoque nostras diruptas denuo in nostras proiciant facies. Denique dictum est, quod cum omni attentione, reuerentia & seruore, cum omni humilitate, obedientia, confidentia & timore debeamus deum exorare. Certum est autem, quod mens humana tanto perfectius possit unum intendere & uacare, quanto minus circa creatura uana & impotentia occupat. In primis ergo ad exorandum efficaciter & condigne, disponit consideratio propriae defectuositatis & transgressionis multiplicis, quae diuinaeque culpe quasi innumerabilis; ex qua consideratione & intera oriuntur sumptuosius profunda humiliatio, cordialis contritio, salubris anxietas & magna ac festinata orandi instantia. Ideo ait Bernardus: Debemus nos coram deo quasi facie ad faciem constitutuere, uitam nostram discutere, & imminetia nobis mala propter nostra peccata pensare. Vnde Isidorus dixit: Dum coram deo in oratione assistimus, gemere & plorare debemus, reminiscere quae grauiora sint peccata quae commisimus & quae omittendo incidimus, atque quae dira existant supplicia quae meruimus ac timere habemus. Secundo, ad praeparationem hanc ualet consideratio dei quae inuocamus, cuius proprietates, attributa & perfectiones diligenter inueniri nos conuenit. quaedam uero namque scriptura testante, secundum ligna syluae ex ardescit ignis; sic secundum diuersas considerationes apprehensionesque dei, nascuntur in mente affectiones salubres diuersae. Etenim ex consideratione infinitae & superpurissimae bonitatis, amabilitatis ac pulchritudinis dei, oritur dilectio eius & inflammatio charitatis, iuxta illud Psalmistae: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Porro ex consideratione infinitae maiestatis, dignitatis & excellentiae dei oritur zelus & affectio diuini honoris, iuxta illud Heliae: Zelo zelatus sum pro domino. Ex consideratione diuinae liberalitatis & beneficiorum ac promissionum ipsius, sequitur affectio gratitudinis, iuxta illud: Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Ex consideratione diuinae iustitiae oritur timor, sicut Iob ait: Considerans deum timore sollicitor. Ex consideratione misericordiae dei nascitur affectio spei, Ex consideratione sapientiae sanctitatisque dei generatur ebullitatio de turpitudine uitioꝝ. Ex consideratione ac meditatione diuinae praesentiae profuit custodia cordis, iuxta illud: Seruauimanda tua & testimonia tua, quae omnes uiae meae in conspectu tuo. Sicque ex consideratione hac dei multiplice praeparat homo se ad orandum amorose, timorate, reuenter, confidenter & custodite atque gratanter; & quo dignior extat affectio, eo praeclearior est oratio ex ea procedens. Tertio, ad praeparationem orationis pertinet fixa recollectio cordis & emundatio eius a cogitationum & affectionum extraneorum decursibus, ad quod pertinet quod ait Saluator: Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito. Quod quamuis frequenter corporaliter sit agendum, melius tamen spiritualiter sumitur, ut ingressus cubiculi sit reditus ad cor. Vnde & scriptum est: Quae dicitis in cordibus uestris, in cubiculis uestris compungimini. Clausura uero cubiculi est mentis custodia ac distractionum exclusio. De hoc in Collationibus patrum abbas Isaac: Ante omnia, inquit, obseruandum est diligentius euangelicum illud praecipuum, ut intrantes in cubiculum nostrum ostio clauso patrem oremus; quod a nobis ita implebit. Nam intra nostrum cubiculum supplicamus, cum ab omnibus cogitationum & sollicitudinum strepitu cor nostrum penitus amouentes, secrete ac familiariter preces nostras deo offerimus. Ostio uero clauso oramus, dum strictis labijs cum silentio supplicamus scrutatori non uocum sed cordium. In abscondito autem oramus, quoniam corde tantum & mente intenta petitiones nostras deo effundimus, ita ut nec aduersus patres ualeant genus nostrae petitionis agnoscere. Propter quod cum summo silentio est orandum, non solum ne fratres astantes nostris susurris aut clamoribus impediamus, & orantium sensibus obstrepamus, sed ut ipsos quoque insusceptibiles hostes, qui nostris orationibus maxime aduersantur, lateat nostrae petitionis intentio

Ecclesi. 19

Prover. 26

Psal. 38

3. Reg. 19

Psal. 119

Iob. 21

Psal. 119

Mat. 6

Psal. 4

Cubiculi clausura quid

intentio. Quarto ad præparationem hæc ualet consideratio magnitudinis causæ, pro qua oramus quæ est remissio peccatorum, infusio gratiarum, euasio æternæ damnationis, adeptio sempiternæ salutis, uictoria tentationum, conculcatio inuisibilium hostium, præseruatio à peccatis, profectus in omni uirtute ac meritis. Et item saluatio Christianorum, commune bonum ecclesiæ, subuentio defunctorum atq; succursus dei in omni necessitate. Si hæc eminentiam magnitudinemq; causæ rite perpendimus, cum omni utiq; custodia & feruore cum inaccessibili diligētia cum timore exorabimur deum. Insuper quoniam indigemus in tota uita præsentī clamare ad dominum, debemus nos ad idoneam orationem per uitā bonam disponere, cum dicat Propheta: Subditus esto domino & ora eum, & quia, qua mēsurā mensi fuerimus, remetietur & nobis: qui uult à deo liberaliter & misericorditer exaudiri, opera misericordię tam corporalia q̄ spiritalia studeat totis uiribus exercere: Beati em̄ misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. De hæc præparatio ad orationem abbas Isaac in sua ait collatione: Ut eo feruore & puritate qua decet fundatur oratio, ista sunt obseruanda: Primo abscindenda est generaliter omnium carnalium reꝝ sollicitudo: nec solum cura, sed & memoria cuiuslibet causæ siue negotij est uitanda: detractiones uaniloquia, loquacitas, & potissime iræ atq; tristitia sunt radicibus euellēdæ: quibus extrusis humilitatis inconcussa fundamenta sunt faciendā: quibus superponēda est spiritalis uirtutū structura, & ab omni discursu uagationeꝝ lubrica cohibendus est animus, ut ita paulatim ad cōtemplationem dei ac spirituales intuitus ualeat eleuari. Quicquid enim ante orationis horam anima nostra conceperit, oratibus nobis per recordationis ingestionem occurrere solet. Quāobrem quales orantes uolumus inueniri, tales nos esse ante orationis tempus præparare debemus. Ex præcedenti enim statu mens in supplicatione fortiter, & præcedentium uerborum aut actuum imago ante oculos mentis præluens faciet nos irasci, concupiscere aut retractare præterita, aut risu fatuo, q̄ dicere pudet, concitari. His concordat q̄ Climachus loquitur: Si sapiens & acuta intelligētia quis existit ex dei memoria abijcere potest omnem male dictionem, iram, sollicitudinem prauam, uagationem, fatiorem & tentationem. Præanticipa, præparare teipsum per continuam in anima orationem ad assistentiam tuæ supplicationis, id est ad exoluendum deuote orationes, laudes & horas ad quas teneris. Dispone te deum intra te assidue inuocando, ut det tibi gratiam & uirtutē persoluendū debita illa cum condecēti attentione, & castitatis proficiēs. Quod adhuc in carcere carnis sumus, audiamus Christū dicentē: Linteo obedientiæ te præcinge, & proprias uoluntates exue, atq; ab his nudus accede ad deum in tua oratione, & tunc deus te sine periculo gubernabit. Postremo præparans se exaudiri ignoscat ex corde, & his quibus forefecit, reconciliari & satisfacere mox festinet.

Articulus XII. De uarijs meritorijs causis exauditionis.

SI cor nostrum non reprehēderit nos, fidutiā habemus ad deum: & quicquid petierimus, accipiemus. Christus rogantibus se pro corporali sanatione in euangelio frequenter legitur respondisse: Fides tua saluum te fecit: aut, secundū fidem uestrā fiat uobis. Prima igitur causa exauditionis est fidei magnitudo. Vnde ait Saluator: Quicumq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, fiet. Secundum est firmitas spei, iuxta illud Psalmistę: Saluabit eos quia sperauerunt in eo. Hinc per Ieremiam dñs testat: Eruens liberabo te, & erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fidutiā. Etenim teste Apostolo spes nō cōfundit. Propter quod scriptum est in Ecclesiastico: Qui timetis dominū sperate in illo, & in oblectationē uobis ueniet misericordia. Item q̄: Scitote quia nullus sperauit in domino & confusus est. Ideo fert Psalmistā: Reuela domino uiam tuam & spera in eo, & ipse faciet. Sed sicut in ceteris actu uirtutum necesse est perseuerare usq; in finem, ita in actu spei, ita ut nulla aduectas, nulla tentatio, nulla exauditionis dilatio frāgant spei nostræ fidutiā: sed cum omni fidutiā accedamus ad thronum gratiæ dei, ut misericordiam consequamur & gratiā inueniamus in auxilio opportuno, cum sancto Iob dicentes: Etiā si occiderit me, in ipso sperabo. Vt itaq; hanc causam exauditionis, imō & tertiam quæ est conscientiæ puritas tangit Apostolus ad Hebræos loquens: Accedamus cum corde uero in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala: teneamus spei nostrę confessionem in declinabile. Ideo dicit Bernardus: Intātum hereditatem dei intrabis, quousq; confidentię pedem porrexeris. Tertiū est sincera ac irreprehensibilis conuersatio sicut iam tactum est & in themate tangitur: Si cor nostrū non reprehēderit nos, quicquid petierimus, accipiemus. Vnde hæc causa exauditionis

tionis solis competit iustis, præsertim innocentibus ac perfectis, qui cum beato Iob dicere queunt: Neq; reprehendit me cor meū in omni uita mea, uidelicet de mortali peccato: nec enī à uenialibus & quotidianis peccatis fuit Iob ipse immunis, q̄ exorauit: Tu quē gressus meos denumerasti: parce peccatis meis. Hinc dixit Gregorius: Quid mirę, si orantes nos non exaudiat dñs, q̄ præcipientē dñm non audimus: Imō pfecte obediētes deo & eius uicarijs tā copiose atq; celeriter ipse exaudit, ut eorū petitionibus obedire dicat. Ob hoc in libro de Ope monachorū differuit Augustinus: Citius exaudit una oratio obediētis, q̄ mille inobediētis. Quartum est feruor dilectionis, quemadmodū Chrs de beatissima Maria Magdalena testatus est: Remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multū: imō sine charitatis informatione nulla oratio est meritoria. Quintum est plurium consensus in postulatione. Vñ locutus est dñs: Si duo uel tres cōsenserint ex uobis sup terrā, de omni re quæcūq; petierint, fiet uobis à patre meo. Hinc preces cōmunitatis per charitatem cōnexę sunt plurimū efficaces. Sextū est elemosynarū largitio aliorūq; oporū misericordiæ exhibitio: Beati em̄ misericordes, qm̄ ipsoꝝ miserabit deus: Ideo scriptū est: Cōclude elemosynā in sinu pauperis, & ipsa orabit pro te ad dñm. Septimū est, libenter ignoscere peccantibus in se, iuxta illud Ecclesiastici: Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluent. Ideo ait iudeus: Cū stas ad orandū, dimittite si quid habetis aduersus aliquē, ut & pater uester celestis dimittat uobis peccata uestra. Octauū est contritio uera, confessio pura, emendatio non ficta, prout p̄ Ezech. ait altissimus: Si impius egerit pœnitentiā, oim iniquitatū eius non recordabor amplius, qui & per Isaiam hortat: Dissolue colligationes impietatis, tūc inuocabis & dñs exaudiet clamabim, & dicet, ecce assum. Nonū est humilis accusatio sui ipsius, sicut præhabitu est: Nā & humilitas est quædam concuuitas & capacitas cordis ad ois græ susceptionem disponens. Vñ & Iudith fatet: Mansuetorū & humilium tibi dñe semper placuit oratio. Decimū est assiduitas orationis, imō & importunitas quæ dā orādī, quæadmodum in euangelio edocet filius dei per similitudinē uiduæ iudicem incessabiliter inuocantis, atq; amici euntis ad suum amicū mediā nocte. Vñ decimū est persecutio & tribulatio quā quis patitur æquanimiter, & præsertim propter iustitiā cū dñs dicat: Cū ipso sum in tribulatione, & Psalmistā: Prope est dñs his q̄ tribulato sunt corde. Itē q̄: Ad dñm cū tribularer clamauī, & exaudiuī me. Duodecimū est zelus diuini honoris, amor quoq; boni cōmunis, hinc Heliam & Helisæum dñs in multis arduis ad libitum exaudiuī, quia præcipue zelo honorificentię dei erant succensi, & pro bono laborabant cōmuni, Moysen quoq; & Aaron & Samuelem. Tertium decimū est pro inimicis cordialiter exorare. Vñ ait Gregorius: Præcipua exaudibilitas Moysi ac Samueles insinuat, cū per prophetā dñs protestat: Si Moyses & Samuel steterint corā me, nō est aia mea ad populū istum. Quia uidelicet Moyses & Samuel duo sancti illi præ ceteris describunt pro aduersarijs exorasse. Iuxta hūc modū possunt & aliæ causæ exauditionis ipsius orationis colligi ac pensari. Nā & oratio iusti penetrat celos, & lachrymæ pœnitentis à maxilla ascēdunt ad deū. Et itē scriptū est: Delectare in dño & dabit tibi petitiones cordis tui: hoc est, cū gaudio obsequere deo, & audier preces tuas. Studeamus ergo in definiēter præfatas exauditionis causas iugiter in nobis habere ac possidere, ita ut sumus insuperabiliter certi in fide, firmi in spe, sinceri in conuersatione, feruentes in charitate, unanimes cum proximis, pie orantibus misericordes, ignoscētes, contriti, confitentes & corrigentes nos ipsos quotidie, humiles, mansueti, patientes, zelo diuini honoris ac boni communis succensi, atq; pro inimicis orantes.

Articulus XIII. De uarijs quæ orationis exauditionem impediunt.

NVnquid deus exaudiet uocem hypocritę, cum uenerit super eum angustia, aut poterit in omnipotenti delectari: Quemadmodum commune uerbum est, contrariorum contrariæ sunt causæ: ideo sicut iam tacta in præcedenti articulo sciunt orationem specialiter exaudibilem atq; idoneam: sic mala illis contraria, exauditionem orationis præsertim impediunt, quorum primum est incredulus dubitas uel orantis. Ideo scriptum est: Qui hesitat, similis est fluctui maris: non ergo existimet homo ille, quod accipiet aliquid à domino. Etenim certum est & de hoc certi esse debem⁹, quod ex parte dei non erit defectus exauditionis, sed formidolosus nos esse oportet, ne forsitan ex parte nostrā aut eorum pro quibus oramus existat defectus. Secundum est diffidentia: quia ut ait Apostolus: Venit ira dei super filios diffidentię. Tertium est peccatum orantis & perseuerare in uitij atq; adijcere culpas culpis, Ideo fatetur Psalmistā: Iniquita

QQQQ tem

Phil. 10
Mat. 7
Marc. 4
Mat. 5

Apost. 15

I. Ioh. 3

Mat. 9
Marc. 10
Luc. 7. 8

Prima exauditionis causa

Phil. 36
Iere. 39
Eccli. 3
Eccli. 2

Phil. 36
Mat. 24

Hebr. 4
Iob. 11

Hebr. 10

I. Ioh. 3

Iob. 27

Iob. 31

III
Luc. 21

V
Mat. 18

VI. Mat. 9

Eccli. 29

VII
Eccli. 29

Mat. 11

VIII
Ezech. 16

Isa. 59

IX

Iudith. 9
X

Luc. 18. 11
XI

Phil. 90
Plat. 35
Plat. 19

XII
XII

3. Reg. 19
XIII
Eccli. 4. 6
Iere. 15

Eccli. 35
Plat. 36

Iob. 27

Iaco. 1

Eph. 5
Plat. 95

tem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus, quod de aspectu per approbatione exponitur. Et Isaias: Ecce inquit non est aggravata auris dei ut non exaudiat, sed peccata uestra absconderunt facie eius a uobis. Nempe ut Salomon loquitur: Longe est dominus ab impijs. Hinc rursus per Isaiam asserit deus: Cum extenderit manus uestras, auertam oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis preces, non exaudiam: manus enim uestrae sanguine plenae sunt. Siquidem testante Isidoro: Sicut nil proderit medicina in uulnere manente ferro in illo: ita nihil prodest oratio manente in corde peccato. Quartum est refrigerentia charitatis, tepor mentis, rancor, inuidia, & quicquid charitati directe contrariatur. Vnde in Apocalypsi dominus comminatur: Quia tepidus es, incipiam te euomere de ore meo. Ideo ait Eusebius Emisenus: Remisse & lente quare gratiam Saluatoris: maxima est iniuria remunerationis. Icirco magnitudini boni optati debet correspondere magnitudo desiderij pñ. Quintum est discordia, & quicquid fraternis opponitur paci: Sicut enim beati pacifici, ita miserii sunt discordes, nec illorum uoluntati concordat omnipotens, quorum uoluntas proximorum uoluntati in bono non acquiescit. Sextum est immisericordia, iuxta illud: Iudiciu sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Ideo ait scriptura: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis: clamabit & ipse, nec audietur. Septimum est non ignoscere iniuriantis, cui ad minus dimittenda est culpa: quauis satisfactio posset secundum processum & ordinem iuris exquiri, qua tamen dimittere propter deum uirtuosius extat, nisi forsitan hoc peccans fiat ad peccadum procliuior & bonum periclitetur commune ac derogetur iustitiae. Octauum est, seipsum inaniter excusare ac nolle totaliter cofiteri. Qui em abscondit scelera sua, non dirigitur. Nonum est superbia que uehementer displicet deo, nec solum orationis fructum excludit, imo & alia multa & grauiam in dicitur peccata. Iuxta huc modum possunt & alia uaria exauditionis impedimenta pensari, sicut orare ex solo seruilis timore, propter quod oratio Antiochi fuit contempta. Itemque admonitiones salubres continere, increpationes charitatis ac iustas irridere, tempore sanitatis ac iuuentutis non curare de deo. Propter quod ait in Proverbij: Quia uocauis & rennuistis, desperastis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu uestro ridebo. Et rursum: Tunc clamabunt ad me, & non exaudiam, eo quod exosam habuerint disciplinam: Sic & eos qui ab oratione deficiunt dominus non exaudit. Qui igitur cupit in extremis exaudiri, satagat tempore iuuentutis ac roboris obedire.

Articulus. XIII. De magnis & praeclaris effectibus orationis.

Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Quam potens & efficax sit oratio, copiosissime docet scriptura: Ipsa namque sancta oratio irae dei resistit, diuinam iustitiam placat, & omnipotentem uincere & ligare uidetur, ut supra habetur. Oratio miraculosos effectus produxit, abundantissimam aquam de petra eduxit, plagas Aegypti fecit cessare, rubrum diuisit mare, manna de caelo obtinuit, angelicum ac diuinum ducatum & comitatum promeruit, muros Hierichontinos prostrauit, Amalech ac eius exercitum superauit. Oratione obtinuit Dauid diuina oracula, responsa angelica, triumphos in praелиjs, ueniam in peccatis, percutionem angelum fecit cessare. Oratio sanctorum suscitauit defunctos, mundauit leprosos paralyticosque exerxit, atque a natiuitate caecos, surdos, claudos, mutos fecit uidentes, audientes, gradientes, loquentes. Oratio fecit solem & lunam in caelo immobiliter spatio diei unius stare, imo & retrocedere solem. Omnia elementa & mixta ac bruta orationi cesserunt, subiecta fuerunt & obedisse noscuntur. Oratio ab inuisibilibus & uisibilibus hostibus eripit & ruerit in omni necessitate, tribulatione & angustia opere meretur, & in omni tentatione sortitur uictoriam: In conuersatione directionem acquirit diuinam. Oratio inimicos dei ac impios facit eiusdem amicos & iustos: mentem purificat, uirtutibus replet, spiritali profectu ac meritis ditat, deo coniungit. Oratio angelorum apparitionem sensibilem, gratiosam allocutionem, informationem, defensionem procurauit. Oratio penetrat nubes ac caelos, deo representatur per angelos, supernaturalia dona sortitur, consolationem largitur, infirmos releuat, & gros sanat, uitae prolongationem frequenter obtinuit, igne fecit de caelo descendere in sacrificijs olim sanctorum, exercitusque combustit idololatras. Oratio erudit intellectum, accendit affectum, confortat stabilitque memoriam: passiones refrenat, carne

& sensualitate subijcit rationi, & breuiter orationi nihil impossibile perhibet. Oratio clausit caelum ne plueret, tonitrua impetrauit ac imbrē: nec numerari queunt effectus magnifici in particulari, quos electi dei per orationes sunt operati: de quibus cum plena sit sacra scriptura, chronicae respos, Legendae sanctorum, autoritates & exempla non introduco.

Articulus XV. Quando orandum sit, & quibus potissime horis sit orationi uacandum. Ine intermissione orate. Pugnator durate bello arma non deponit: cum igit sine intermissione indefinenter nobis ad uersarij nostrae salutis insidient, omni tempore est orandum: & si non continue, salte assidue, cum scriptum sit: Multum ualet oratio iusti assidue. Denique omni tempore orat, qui omni tempore opportuno orationi insistit: qui ab actibus bonis non cessat: qui prijs desiderijs semper intentus est. Insuper orationibus & laudibus dei specialiter est uacandum temporibus ab ecclesia institutis, in quibus canonicae horae soluunt. De hora etenim uespertina ait Psal. Eleuatio manuū mearum, sacrificium uespertinum: quatenus materiali sole iam declinante inclinaturque die, mens ad solem sapientiae atque iustitiae dirigat: cuius illustratione dies clarescat interior, & inuariabili luminis mens profundius immergatur: tuncque gratiae actio & laus creatori altissimo offerat. Porro ad horam completorij potest pertinere quod dicitur: Domine deus salutis meae, in die clamaui & nocte coram te, in tunc enim in gremiis tenebris noctis & hora dormitionis instante, expandendus est sinus mentis corporaliter in abyssum lucis immensae, & abiecta cura terrena, re colligendus ac stabilendus est animus in conditore, atque in meditationibus sacris codecet obdormire, discussione praemissa qualiter expensus sit dies, quod boni in eo omisit, quod mali commisit: utique castigatione inflata, uenia quoque petita & confessione ac emendatione propositis, sopore mediocri resouendum est corpus. Ad matutinalem uero horam spectat quod scriptum est: Media nocte surgebam ad confitendum tibi, in qua singulari deuotione mens ad deum est eleuanda: & quo tempus illud quietius est, eo impedimentis deuotionis sublatis, maiori feruore stabiliorque tranquillitate orationibus, psalmis & laudibus oipotens est insistendum. At uero ad horam primae pertinet quod loquitur Isaias: De mane uigilabo ad te. Et Psal. Mane astabo tibi & uidebo. De qua in Ecclesiastico fertur: In stus cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum, quifecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Tunc itaque antequam mundanae curae exterioraque opera admittantur, ante oia quaerendum est regnum dei & iustitia eius: & si quod culpa in nocte commissum est, oratione & poenitentia est delendum. Tunc quoque inuocandus est deus, ut tota die dirigere ac defendere nos dignetur. Praeterea cuiuslibet operi notabili, magno aut arduo est praemitenda oratio, quatenus deus actiones nostras pueniat, regat & prosequatur, ut cuncta nostra opera ab ipso tempore incipiatur, & per ipsum coepta meritorie finiatur. In ipsa etiam oratione frequenter eleuanda est mens ad deum, orationi breui & ignea, meditationeque sacra. Ad quod insinuandum Christus aplos electurus, orationem praemittit, ut scribit apud Lucam. Amplius specialiter est orandum tempore tentationis ac tribulatione instante, quemadmodum Christus orauit prolixius passione sua iam imminente. Diebus ite poenitentiae deputatis atque festiuis. Et quanto maiorem quis gratiam desuper fuerit sortitus, tanto instatius dominum deprecetur, quatenus se in illa gratia conseruare dignetur. Post tale namque uisitatione superna praecipue gratiosam, hostis nequissimus Callidius nititur mentem ad turbationem pertrahere: & nisi diligens assit custodia, deiecit eam. Ideo Climachus dicit: Cum uigilanter oraueris, celerius in iras impugna beris potissime spiritualiter. Postremo diligenter est praecauendum, ne quis tempore orationi deputato in se operi manuali aut alteri operi importune aut indiscrete, sed unumquodque exercitium ad se pertinens suo impleat tempore, ne postea festinatius illud persoluat. Solet etenim nequissimus hostis ad impertinentia seu corporalia exercitia prosequenda nos potissime incitare, quando orationi & psalmodiae est insistendum. Contra quod sanctus instituit Benedictus, ut operi de nil praeparatur. Et Climachus ait: Quodcumque quis negotium exequitur, & uacat ac occupatur in eo hora orationis apprehendente, a daemone talis illuditur. Vnde recitat Cassianus, quod quidam probatissimus senex uidit fratrem quemdam durissimum saxum malleo conterentem, atque diabolum in forma Aethiops assistentem, & una cum fratre insertis manibus percussit eum, ignisque factibus instigantem fratrem illum ad opus inceptum. Cumque frater lassus uellet cessare, rursus instigauit eum iniquius ad opus tam importunum. Tandem senex accedens fratrem: Quid inquit agis o frater? Laboramus, ait, contra saxum istud durissimum. Ad quem senex: Bene dixisti, laboramus: quia non solus percussisti, sed alter tecum quem non uidisti.

Articulus XVI. De congruentioribus locis orandi.

QQQQ 2 Volo

Xls. 59
Prouerb. 17

Apoc. 3

Iaco. 1

Prouerb. 21

Prouerb. 28
Eccles. 10

2 Mach. 9

Prouerb. 1

Eodem

Marc. 11

Exod. 17
Exod. 7
Exod. 14
Exod. 16
Exod. 17
1 Reg. 11

Iosue. 10

Eccles. 37

3 Reg. 17
Iaco. 5

1. Tel. 5

Iaco. 5

Psal. 140

Psal. 65

Psal. 118

Isa. 26
Psal. 5
Eccles. 39

Marc. 5

Luc. 6

Luc. 12

s. Timo. 2
1. Saia. 66
Mar. 11
Luc. 19
Luc. 22
Mar. 6
Psal. 74
Psal. 101
Mat. 6
Rom. 6
Psal. 49
Bona duplicia
Bona gratia
ac uirtutum re
gare, quadru
pliciter p. d. est

Volo uos orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione, sicut ubiq; diuino indigemus auxilio, & undiq; hostib' nostrae impugnamur salutis, atq; ubiq; est deus: sic in omni loco clamare debemus ad dñm grandi afectu. Veruntamen materialis ecclesia est orationi specialiter consecrata, prout sapientia asserit in creata: Domus mea domus orationis uocabitur. Propter quod oratio in ecclesia deo facta aliquid efficaciae ac idoneitatis ex parte loci sortitur. Demum ut aliqui arbitrantur, sicut aspersio aquae benedictae, ita ingressus ecclesiae ad uenialium ualeat remissionem. Nihilominus ad insistendum deuotius orationi priuatae aptior est locus quietus, solitarius & secretus, in quo orans à cunctis abstractus hominibus tanto purius & liberius uacet deo, quanto minus distrahitur aut impeditur inquietudine aliorum. Ad quod insistendum Christus, qui nec solitudine poterat adiuuari, nec aliorum praesentia impediri, fugit in montem solus orare, imò passione sua instante, à tribus quoq; familiarioribus sibi apostolis auulsus est, quàm iactus est lapidis, & orauit: Solitudo etenim iuuat praecipue ad percipiendum reuelationem secretorum caelestium, ad excessus contemplanonem, ad abundantiam lacrymarum, ad inflammationem diuini amoris, ad discussionem & emundationem propriae mentis, ad puritatem & feruorem sanctae orationis, ad meditationum subtilitatem, ad diuinorum charismatum accumulationem. Incircò ad literam docuit Christus in cubiculo clauso esse orandum, qui euangelista testante, còsuetudinem habuit nocturnis transeundi ad ortum, prope montem oliueti situm, ad deprecandum ibidem. Vnusquisq; ergo cupiens deo placere, quantumcumq; sit magnus, aut in pluribus occupatus, còsuetudine faciat sibi abstrahendi se à strepitu ac tumultu multorum, atq; còsuegendi ad solitariam, secretum quietumq; locum, in quo se coram deo potesternat, còrsuum in precibus lacrymosis effundat, conscientiamq; examinet & expurgat ut sic cum uiro sancto ex sententia dicere queat ad gloriam dei: ecce elongaui fugiens, & m' in solitudine, & rursum: Similis factus sum pellicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio: Vigilauit & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Hinc ait sanctus Bernardus: Locu & tempus obseruare oportet eum, qui sibi orare uoluerit: tempus feriatum, id est, ab exterioribus occupationibus uacans est aptius: maxime autem dum nocturnus sopor profundu cunctis indicit silētium, tunc plane liberior ac purior erit oratio, quia secreta in nocte oratio ascendit solo deo arbitro, ac angelo sancto qui illam superno altari suscipit praesentandam. O quàm grata tunc & lucida est uerecundo colorata rubore ex còsideratione & erubescencia culpae defectuositatisq; propriae: q̄ serena & placida, nullo intus turbata clamore, q̄ munda atq; sincera nullo asperso puluere curae terrenae, nulla aspiciētium laude aut adulatione tentata.

Artic. XVII. Quid sit petēdū in sc'ib' deo oblati, & an aliqd determinatū sit à deo petēdū.
Primum quaerite regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiciētur uobis. Refert Valerius de Socrate, qd dixerit: Nihil determinatū esse à deo petēdū, sed in còmuni duntaxat esse orandū, ut ipse deus succurreret atq; utilia ac salubria daret qm ipse melius scit q̄ nos qd expediat nobis: cui uerbo còsonare uidet illud Apst. Quid oremus, si uti oportet nescimus. & qd ait Psalmista: Iacta super dñm curā tuā & ipse est opus multu loqui in oratione, sed extendere manus frequenter & dicere: Dñe sicut scis & sicut uis miserere mei. Si aut in stat bellū tentationis in aīo, dicit A diuina mei: & qm ipse scit quae expediant, facit misericordia nobiscum. Veruntamen quaedam sunt bona in se ac fina luter petēda, ut bona gloriae & salutis aeternae, & haec sunt ab oibus determinate petēda: alia quoq; sunt bona in se & necessaria ad obtinēdū felicitatē còpletā, ut uirtutes ac merita, dona q̄q; spūs sancti, q̄ etiā ab oibus uiatoribus sunt petēda, imò unusquisq; specialissime petere debet gratiā ac uirtutes extirpādi se uitia illa, ad q̄ ex naturali dispositiōe aut habitu prauo seu usu ē procliuor: & ea charismata gratiae q̄ sibi magis sunt necessaria aut expēdientia secundum exigentiam suae uocationis aut gradus seu status suae officij. Sunt autē & alia de quibus ignoramus an nobis ad salutem expediant, ut sunt aduersitates, tribulationes, & g'itudines, à quibus interdum cupimus & petimus liberari, cum tamen aliter proficit nostrae salutis diuinae quoque, honores & dignitates quas contra nostram salutem quandoq; opramus. De talibus ergo non expedit aliquid postulare, nisi secundū quod ad spiritalia requiruntur ac profunt, tanquam media & minus principalia bona. Deniq; praeracta spiritalia bona grae ac uirtutū determinate orate, quadrupliciter prodest: Primo, ut ea particulariter

particulariter còsiderando feruentius affectemus: bona namq; quanto particulatius ac distinctius attenduntur, tanto plus appetuntur. Secundo, ut orātis intentio plenius applicet ad ea, sic oratio eius efficacior fiat ad obtinēdum: quia attentio orationis uigorem ac ualorem non modice cōfert. Tertio, ut quātitas desiderij ac feruoris nostri nobis ipsi pateat, sicq; seriosus studemus proficere, & de concessis bonis gratias agere. Quarto, ut spiritalium illorum charismatum capaciosius reddamur, atq; copiosius ea adipiscamur: quia desiderium aperit mentem & captat ad susceptionem boni optati. Hinc dignitatem, ualorem & nobilitatem gratiae gratumfacientis, theologiarum beatitudinum ac duodecim fructuū spiritus, & meritoriarum actionum spiritalium quoq; profectuum ac perfectionis interne, & item salutis aeternae donorumq; gloriae diligentissime totis uiribus consideremus, feruentissime affectemus, & pro eis ardentissime infatigabiliterq; precemur, ac de concessis toto posse regramur, diuinam pietatem ac liberalitatem iugiter benedicentes, qd ad tam praeractissima, diuinissima ac supernaturalia bona nos creare dignatus est.

Articulus XVIII. An oratio debeat esse diuturna.

Vigilate omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere omnia quae uentura sunt. Aliqua sunt ex quibus uidetur, qd orationes nostrae debeant esse breues & aliqua, ex quibus apparet qd esse debeāt diuturnae: Christus enim Lazarum suscitaturus à morte, breuem fudit orationem. Similiter passione instante, cum orando dixisset: si possibile est, trāseat à me calix iste: ad discipulos redijt, & tam breuiter bis orauit, sed tertia uice orauit prolixius. Scriptum est quoq; apud Lucam, qd ascendit in montem solus orare, & erat pernoctans in oratione dei. Vnde uidetur qd oratio debeat esse prolixa, praesertim cum dicat Saluator: Oportet semper orare. Sed huius contra praercepto quidam tenent, quae quaedam sunt diuturnae, ut matutinale officium: quaedā breues aut breuiore, ut caeterae horae: & tales orationes ac laudes immutare, abbreviare ac prolongare non est in nostra autoritate: quia in sua integritate sunt persoluendae. Aliq; sunt orationes, laudes & psalmodiae, quas quisq; ex supererogatione ac spōtanea legit deuotione, quas prout uoluerit aut conuenerit ei potest abbreviare siue extendere. De quibus orationibus uidet dicendū, qd quanto fuerint diuturniores, tanto & efficaciores, dummodo feruor deuotionis & uigor attentionis in eis continuentur: & nisi intantum protenderent qd alia faciendae ex hoc omittentur: nisi forsitan terminentur in raptum, qui diurnitatem & aliorum omissionem sublimiter excusaret, ac maximum robur orationi cōferret. Si uero ex diuturnitate huiusmodi orationis, laudis aut psalmodiae teperet deuotio, rēdium oriretur, caput debilitationem incurreret, expedientius esset qd celerius & cum feruore terminaretur, ac paulo post denuo cum recentij inciperetur attentione atq; affectionis feruore: sicq; oratio esset assidua, hoc est frequens, quamuis non prorsus continua: & sic lo cum habet quod asserit Augustinus: Dicuntur fratres in Aegypto crebras habere orationes, tamen breuissimas & raptim quodammodo iaculatas, ne erecta in deum intentio quae orati plurimū necessaria est, per moras pductiores euanescat & hebetet. Per qd satis ostendit, sicut attentionē non esse cito rūpendā (si poterit p durare) ita nec diuturnitate obruendā, qd durare non ualet. Hinc Cassianus ex ore abbatis Isaac refert: Ob id quoq; frequēter & breuiter est orandum, ne immorantibus nobis orationi aliqd possit extraneū inserere inimicus: Ista uera sunt libamina: istud sacrificium iustitiae, immolatio laudis, holocausta medullata, quae contritis & humiliatis cordibus offerunt. Vñ & in libro de institutis patrū differuit: Dum adhuc feruet oratio, à faucibus inimici est rapiēda, qui proculdubio cū sit nobis infestus, tunc maxime astat infestior, cū uiderit nos contra se uelle preces effundere deo, festinans mentē nostrā ab attentione supplicationis abducere per cogitationes extraneas aut suscitatos clamores, & per haec eam à cepto feruore tepescere nisi iugiter ualens coherere, atq; insidiantis diaboli iacula, quae orantibus conatur infligere, possint uitare. Praeterea qd durate deuotionis feruore debeat cōtinuari oratio, patet ex uer his Climachi exhortatis: Crudele est porū rapere ex ore sitientis: crudelius uero est, qd aīa eū compūctione orans, ante cōpūctionis terminationē seipsam multū desiderabili assitētia, oratione per quā corā deo se sinit, priuet. Ne resiliat quousq; ignē & aquā, i. charitatis ardorem

II
III
III
Luc. 1
Iohan. 10
Mat. 26
Marc. 14
Luc. 22
Luc. 6
Luc. 19
Mat. 6
Psal. 70

Thren.3

uid eas malū, & respicere ad iniquitatem non potes. Quare non respicis super inique agentes, & taces conculcante impio iustiore se: Jeremias quoq; in Threnis: Quare percussisti nos ita ut nulla sit sanitas: Sicut refert Hieronymus, cum Paulus simplex quendam obsessum & rabidū tam celeriter ut optabat, non posset curare, quasi comminans aut indignans locutus est deo: Vere non comedā hodie, nisi curaueris eum: moxq; curatus fuit inianus. Conformiter fertur in libro Apū, q; quodam tempore præ dominante grandi caritate, quidam solitarius sanctus dominū durius obiurgauit, q; populum sic afflixit: cessitq; dominus gloriæ obiurganti, subueniens plebi. Tam infinite bonus & clemens est deus, ut sic p̄is ac feruentissimis cedat & quasi obediat suorum affectibus amicorū. Ex præfatio auctore uidentur Moyses & Paulus orasse pro reis, ut uel deleterentur de libro uitæ aut reis ignosceretur. Amplius non tantū diuersi tam diuersimode orant, sed etiam unus & idē secundum qd uarijs modis seipsum attendit atq; afficitur, & prout diuersimode tangitur à spiritu sancto. Nam & Psalmista omnibus modis his inuenitur locutus ac deprecatus in psalmis: imò unus & idem in eadē totali & pertracta oratione orat interdū omnibus modis atq; affectibus nunc prætractis, ut puta pro seipso, pro sua purgatione ac uenia, pro recuperatione charitatis amissæ, pro gehennæ euasione & impetratione salutis æternæ, pro omnibus propinquis, benefactoribus & commissis, pro uiuis ac mortuis, pro reformatiōe totius ecclesiæ in omni gradu, statu & ordine, pro infidelium conuersione, pro honoratione creatoris ab omnibus creaturis, pro sui ipsius profectu & perfectione in omni gratia & uirtute, pro uisitatione secretarum sponſi cœlestis, atq; ut deus omnipotens prouideat undiq; suæ ecclesiæ de sanctis idoneisq; prælatiſ.

Articulus XXIII. Qualiter deus diuersimode uideat se habere circa orantes.

Iſa. 63

Multitudo uiscerū tuorū & miserationū tuarū super me continuerunt se. Quomodum orantes ex diuersis affectibus & considerationibus diuersimode inuocant deum, sicut iam præcedenti articulo patuit, sic diuersis orationibus in orationibus suis apparet, q; deus ualde diuersimode se habet circa ipsos, imò uno & eidem oranti per tempore interualla hoc ipsum apparet. Etenim personis deuotis & uirtuosis interdum dispensatiue ad tempus consolatio diuina subtrahitur, ita q; in quadā ariditate atq; duritia animi relinquunt, subtracta deuotione sensibilibus: interdū quoq; grauissimas tentationibus, infirmitatibus, aduersitatibus, persecutionibus exponuntur, in quibus si spiritalis consolatio desit, cœlum æneum & terra ferrea esse uidetur: sicq; uidetur oranti, q; deus ipsum respicere & audire penitus de dignetur, quoniam diu orando nullū in se sentit fructū suę orationis: imò interdū oranti apparet, quasi omnia casu & fortuna decurrant, nec utile sit orare: meliusq; succedat iniquis & impijs qui non orant, q̄ iustis orantibus: ex quoq; persona Malachias ait: Quod emolumentū habuimus, quia ambulauimus tristes coram dño: & Psalmista: Auertisti, inquit, faciem tuā à me, & factus sum conturbatus. Nam & sanctus Iob amaritudinibus afflictionibusq; repletus: Clamo, ait, ad te, & non exaudis me. Deniq; istud quādoq; ita apparet oranti ex suggestionibus inimici, quādoq; uero ex subreptione uel obscuratiōe, hebetudine aut tædio animi, dum deus dispensatiue permittit suos fideles sic fluctuare & concuti, ut probet eos constantiam, & uirtū suarū insufficientiā pensent, ac postea releuati & exauditi cordialius regratiantur. Sicq; exercitati reddantur & experti in spiritali militia, atq; idonei consulere alijs, præsertim tentatis, nam & Paulus apostolus protestatur: Supra modū grauati sumus supra uirtutē, ita ut tæderet nos uiuere. Interdū apparet oranti, q; deus non solum non audiat neq; respiciat eum oculo suæ clementiæ, uerum etiā tanq; indignans & iratus aut implacabilis sibi resistat, seq; abiciat, & suę iracundiæ plagas augeat in se: quoniam quanto plus orat, tanto plus crescit in se sterilitas seu afflictio cordis, siue tribulatio corporis aut certe utrunq; hinc scriptum est: Super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me, & rursus: Vt quid domine repellis orationem meā: Vnde & sanctus Iob locutus est dño: Mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. In tali euentu habenda est patientia, & certa tenēda est fides, q; iuxta testimonia scripturarū: omnipotens non relinquet sperantes in se, nec continuatas orationes despiciat. Interdū apparet oranti, q; deus pie se habeat circa se, non tamen suam orationē aduertat, quia orando non experitur signum aliquod acceptiōnis aut beneuolentiæ dei circa id pro quo oratur: unde ambiguis redditur, an id quod deprecatur placeat deo: uel si tale est ut nequeat displicere, ueretur an pro aliqua sua culpa deus differat exaudire: an potius dispensatiue, ut postea copiosius præstet quod petit. Interdū uero

Mal. 3

Psal. 29

Iob. 19

2. Cor. 1

Psal. 87

Iob. 30

Psal. 9

Psal. 67

Ecl. 3

Psal. 84

Iſa. 30

Iſa. 58

Psal. 9

Apo. 8

Prima orationis nomen uocatur.

II.

III.

Psal. 87

Psal. 32

Ecl. 37

III.

Psal. 140

V.

Ecl. 10

VI.

Apo. 8

VII.

Osee 14

Hebr. 13

VIII.

Eph. 6

IX.

Gene. 28

X.

Oratio

uero orās mox in precibus suis consolationem ac spiritalē sentit dulcedinē, iuxta illud psal-
mi: Ad ipsum ore meo clamaui, & exultavi sub lingua mea: Sicq; ad deprecandum magis
accēdit, unde in Ecclesiastico scriptū est: Qui in oblectatiōe orat, exaudiet. Aliquādo uero
a paret orati, q; intra se audiat dominū suis desiderijs fauorabiliter respondētē, ac suę pe-
titioni gratiose ac misericorditer annuentem. Iuxta quod scriptum est: Audiam quid lo-
quatur in me dominus deus, quoniā loquetur pacem in plebē suā. Hinc legitur apud Iſaiā:
Miserās miserēbit tui ad uocē clamoris tui, statim ut audierit respōdebit tibi. Vnde rursus
per eundē ait propheta: Adhuc illis clamantibus dicam, ecce assum. Et istud uero solet esse indi-
cium exauditionis diuine secundum illud in psalmo: Desiderium pauperū exaudiuit do-
minus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Articulus XXIII. De diuersis nominibus orationis.

S Tetit angelus ante altare habens thuribulum aureum in manu sua, & data sunt ei in
censa multa ut adoleret & daret de orationibus sanctorum super altare aureum qd
est ante thronum dei: & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de
manu angeli coram deo. Tanta est dignitas & efficacia orationis, ut non queat pau-
cis exprimi uerbis: deo in scripturis diuersa & præclara nomina sortitur oratio: ipsa nanq;
in primis est interpres desiderij, id est piæ affectionis expositoria, atq; internæ dispositionis
animæ declaratrix: idcirco ut Climachus loquitur: Oratio est speculum mentis, quia in ea
resulget dispositio cordis. Nemp̄ qualis sit orans, quantum & quousq; profecerit, ex eius
orationibus innotescit: quia quo mente extat feruentior, q̄ humilior, purior atq; stabilior,
quanto pfectior ac diuinius fuerit, tãto affectuosiores, humiliores, mūdiores, sublimioresq;
pces offeret deo, & in suis oratiōibus stabilior erit. idcirco ut asserit Augustinus: Vnusquisq;
q; ex qualitate suæ orationis sibij ipsi innotescere potest: nisi enim in p̄cis suis hinc inde dis-
trahitur, si frigida orat mente & circūspicientibus oculis, si sine præparatione, reuerētia ac
timore, signum est interioris inopiæ ac miseræ mentis, sic ergo oratio uocatur in primis in
terpres desiderij. Secundo speculum mentis: Tertio, nuncius & legatus orantis, non quies-
cendo nec ueniens ad thronum atq; presentiam summi regis, unde orauit uir sanctus: Intra
in conspectu tuo oratio mea. Inſinuat enim orantis affectum deo, non quasi ignoranti, sed
ut patrocinium conferenti, iuxta quem modum ait propheta: Delictum meum cognicum
tibi feci. Hinc scriptū est: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & donec propinquet nō
consolabitur: & non discedet, donec prospexerit altissimus. Quarto oratio uocatur sacrifi-
cium quod ex me dullis atq; uisceribus animę creatori offertur. Hinc scriptū est: Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificiū ueiperti-
num. Hoc sacrificium igne charitatis est inflāmandum, sicq; celerrime fertur in altū. Quin-
to oratio nominatur spiritale unguentū & uitorū emplastrū ac medicina, unde Salomon
falsus est: Muscæ morientes perdunt suauitatem unguenti. Hę etenim muscæ sunt distracti-
ones illicitæ & cogitationes extraneæ, quæ orationis suauitatem impediunt. Sexto uoca-
tur thus seu immolatio, uapor & fumus thuris: quia deuotionis dulcedinem, pietatis & cha-
ritatis suauitatem includit, & instar fumi ascendit ac dulciter redolet coram deo: idcirco
& thymiana boni odoris potest uocari, unde in Apocalypsi habetur: Habebant singuli se-
niores cytharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.
Septimo appellatur oratio uitulus labiorum, secundum illud Osee decimoquarto: Redde-
mus uitulos labiorum nostrorum, cui consonat illud Apostoli: Per CHRISTVM offeram-
us hostiam laudis deo semper, id est fructum labiorum nostrorum consentientium nomi-
ni eius. Oratio nanque instar uituli est sacrificium spiritaliter pingue, tenerum ac suauē.
Ostauo oratio nominatur gladius per quem orans fugat inuisibiles hostes, & penetrat cor-
dis secreta & eius scindit duritiā. unde Apostolus dixit: Sumite gladium spiritus quod
est uerbum dei. Nono uocatur luctus: Orans enim sua oratione iræ dei resistit, & à deo sua
assiduitate ac importunitate extorquet quod postulat: nec dubiū quin orans contra inuisi-
biles hostes sua oratione luctetur. Sic enim sanctus Iacob contra angelū fertur luctatus, &
benedictionē ab illo extorsit intantū, q; contra deū fortis fuisse describitur. Decimo oratio
dicitur satisfactio pro peccatis: siquidē oratio, elemosina & ieiuniū partes satisfactoriis dicuntur.

Oratio

D. DIONYSII A RICKEL CARTHVSIANI,

Oratio quod. Oratio quoque est reconciliatio creatoris, tutamen & præferuatio à culpis futuris, refugium uiatorum in omni necessitate, consolatio ac releuamen in omni infirmitate, armatura atque uictoria in omni tentatione, columna in prosperis & aduersis.

Articulus XXV. De industrijs ac adiutorijs orandi deuote.

Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlos. Nō est semper in potestate nostra æque deuote orare: hinc indigemus industrijs quibus excitemur ac adiuuemur ad orandum seruide ac deuote. Prima industria est ex parte corporis, ut puta talis situatio, incuruatio seu dispositio eius, quæ amplius inuēt ac prouocet ad inflammandū dilectionis, cōpunctionis siue deuotionis affectum: unde quidā legūtur orasse manibus ac oculis in cœlum eleuatis, ut Moyses pro uictoria filiorum Israël contra Amalech orās: Salomon quoque III. Regū in tēplī dedicatione: similiter Christus in Lazari resuscitatione: sed Moyses sic orauit se deo, quoniā tota die orauit sic: Salomon autem genibus flexis: Christus uero, ut creditur, stādo orauit ita: sed passionem proximis orauit, sic etiam genibus flexis. hinc & Apostolus: Volo, inquit, uiros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione, unde Isaias: Leuate, ait, in excelsum oculos uestrōs, & uidete quis creauit hæc. Sic legitur, beatissimus Thomas apostolus cum esset in nuptijs filij regis, fixos in cœlum oculos tenuisse. Et gloriosus præsul Martinus oculos suos corporales assidue erexit in cœlum: nam & ex intuitu & cōsideratione cœlestium corporum ac astrorum & motus atque influxus eorum leuatur mens in contemplationem creatoris ordinatorisque omnium, iuxta illud Sapientie: A magnitudine speciei creaturæ poterit creator cognosci. Talis quoque eleuatio oculorum ualeat ad considerationem cœlestium gaudiorū ac patriæ beatorum que est regnum cœlorum, ad quod mentis intuitum & cordis affectū assidue decet nos eleuare: imō ad dominum ipsum præsentem & regnantem cœlis, exem plo dicētis: Ad te leuauit oculos meos qui habitas in cœlis. Hinc ut sciremus quo & ad quē debeamus orando dirigere oculos ac desideria cordis, Christus in exordio dominicæ ait orationis: Pater noster qui es in cœlis. Porro, alij legūtur orasse genibus flexis, quemadmodum & sacratissimus Barptolemæus apostolus recitatur centies in die genua in oratione flexisse. Alij orauerūt toto corpore in terrā prostrato, quæ admodū Moyses in monte Sinai pro uenia impetrāda idololatris Israëlitis, prout ipsemet in Deuteronomio referit sic quoque & Christus passione imminente orauit, & talis prostratio uidetur maiorem humiliatiōnem prætereundere, tamen si diu daret potest facilliter somnolentiam prouocare: eligat ergo unusquisque stum suæ deuotioni magis deferuientem. Præterea, ad maiorem compunctionem in se prouocandam potest orans se coram dei præsentia exhibere manibus retrō ligatis aut iūctis imitar latronis, homicidæ ac furis, ac dicere: Ecce ò domine deus ego sum pesti mus ille latro, qui scandalo ac peruersione & uarijs modis animas proximorum ac propriam animam interfeci, eas ad mortalia uitia inducendo, qui honorem, laudem & gloriam tibi debitas sacrilege usurpauit, sicque innumerabilibus uicibus suspendium merui infernale.

Secunda industria est ex parte loci, cuius dispositio multum confert ad deprecandum de uote: nam & Christus describitur ascendisse in montem ut solus oraret: tempore quoque passionis à tribus etiam familiarioribus aut uisus discipulis, solus orauit: quo constat, quod altitudo solitudoque loci ad orandum deuotius conferant, ut declaratum est supra, similiter cōsecratio loci: unde Anna sancta non discedebat de templo. Tertia industria est ex parte temporis, quia nocturnum tempus ad orandum est aptius, ut supra dictum est plenius.

Quarta est inuocatio suffragationis sanctorum, iuxta illud Iob: Ad aliquem sanctorum conuertere. Nam & Moyses orando pro filijs Israël, frequēter commemoratos est sanctorum patriarcharum Abraham Isaac & Iacob, illorum postulationis meritis adiuuari & exaudiri: quantomagis nos defectuosissimi uitia nostra pensantes, reputare debemus indignissimos nos esse per nos ipsos immediate ad deum sanctitatis ac dignitatis immense accedere: idcirco illorum suffragia implorare, qui iam confirmati in bono & beati effecti, indefinenter & immediate astant uultui gloriæ maiestatis, ut ipsi præparent nobis iter, ueniam postulēt, gratiam impetrent, & omne nostrum suppleant imperfectum: specialissime autem uirire debemus nos ipsos ac meritoria opera nostra domino nostro IESV CHRISTO tanquam capiti nostro, per fidem, spem & charitatem, quatenus uirtute ac meritis totius conuersationis Christi in seculo isto ac sue saluificæ passionis exaudiamur, adiuuemur & acceptemur in omnibus. Hinc ecclesia orationes suas concludit, dicēdo: Per dominum nostrum Iesum Christum: sed quoniam Christus est deus & homo, metuendissimus iudex, indigemus quoque

DE ORATIONE,

quoque mediator ad ipsum aut mediatricem: idcirco dignissimam ac benignissimam genitricem ipsam aduocamus & dominam nostram indefinenter cum omni charitatis seruire, pia fiducia & pfunda humilitate debemus accedere, salutare, honorare & inuocare ut oret pro nobis: deinde sanctos & sanctas ad quas maiore habemus deuotionem: & expedit ut unusquisque specialiter inuocet unum specialem apostolum, unum martyrem, unum confessorum unamque sanctam aut plures: sed & quilibet angelum suum custodem ualde specialiter debet diligere, uenerari ac inuocare, & suis beneficijs atque dignatijs obsequijs regratari. Quarta industria est pectus tundere, suspirare ac gemere, ut per talia generetur compunctio: quemadmodum enim quædam aues sunt leues & agiles corpore & ad uolandum protinus expeditæ, quædam uero sunt corpore graues & quibusdam præambulis alarumque motibus se præparant ad uolandum: sic personæ uirtuosæ, contemplatiuæ, perfectæ, sine præactis industrijs in omni loco & tempore sunt aptæ ac dispositæ ad eleuationem cordis sui in deum, per sapientie donum, per charitatis incendium, per deuotionem & cōpunctionem: mox enim ut nomen dei conceperint, eleuantur & accenduntur in ipsos imperfecti uero & incipientes adminiculis atque industrijs indigent tactis nunc & tangendis. Sexta industria est ab exercitio assidua orationis nō cessare, siue sensibilis assit deuotio siue nō, ut in sanctam consuetudinem orandi perueniatur, & studeat orans ac psallens, non ex superficiali & arida consuetudine orare ac psallere, sed quo frequentius eo feruentius tam sanctos & angelicos actus exercere conetur. Septima industria est diligens & affectuosa ac compassiua recordatio dominicæ passionis, ex qua ad deitatis contemplationem & amorem anima præcipue eleuatur. Octaua est uigilans consideratio propriarum indigentiarum, culparum, calamitatum, periculorum, ex quarum attenda ponderatione generatur grandis compunctio. Nona est consideratio indigentie proximorum & compassio eorumdem, sicque ex charitate uelle pro posse succurrere ipsis tanquā sibi metipsis, & orare ex corde pro omnibus dicēdo: Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: imō tota oratio illa dominicæ ex feruenti affectu pro uiatoribus cunctis præsertim fidelibus est dicenda. Decima industria est quotidiana diligensque attentio quatuor nouissimorum, quorum sollicita consideratio omnem expellit negligentiam ac torporem, iuxta quod ait scriptura: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. His utamur industrijs, incitamentis ac dispositionibus ad orandum quotidie magis ac magis seruide ac deuote, quousque ad illum pertingamus gradum perfectionis, in qua sine adminiculis istis sumus idonei, expediti ac ualidi ad orandum contemplatiue in omni loco, actu & tempore, mox atque repente cum deum conceperimus mente.

Articulus XXVI. Quod in priuatis orationibus in aliorum præsentia factis uitanda sint gesta singularia in solitam specialem deuotionem repræsentantia: & quod uoce suppressa orandum sit cum exteriorum custodia sensuum.

Cum esset Anna amaro animo, orauit dominum flens largiter, & loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & uox penitus nō audiebatur. Iuxta euangelica & apostolica documenta abstinendum est ab omni specie mala, à singularitate, hypocrisis & ostentatione operum supererogationis omnique uanitate atque cupidine laudis humanæ: idcirco coram alijs priuate orans, nil agat quo aliorum in se intuitum prouocet, quo singulari deuotione uideatur perfusus, aut ultra debitum solitumque deuotus: non ergo in aliorum præsentia gemat, suspiret, ploret peccatus uel tundat, aut brachia extendat ultra consuetudinem generalem, & dummodo queat uitare. Interdum namque ex præuentione diuina inflammationeque subita & repletionem mentis gratiosissima, repente & irreuocabiliter erumpunt lachrymæ, gemitus, singultus, suspiria, aut etiam signa spiritalis lætitiæ. Nempe cum Seneca protestante, nulla res carius ematur quam que precibus obtinetur: fons totius liberalitatis deus munificentie infinitæ multa largitur etiam non rogatus. Orandum est quoque cum exteriori modestia & sensuum, præsertim oculorum custodia, ne orans distractionis incitamenta hauriat sibi. Insuper coram alijs orans sic uerba suæ moderetur orationis, ne sibilo oris aut sono prolationis uicinos ab orationis eorum attentione impediatur, aut rædium, tentationem turbationem uel pariat eis: sic enim debemus proximorum uitare offensam ac detrimentum, ut propriam & ne occasio simus quoque

RRRR offend.

offensionis in deum. Idcirco secundum Chrysostrum super Matthaeum: Qui alte orando ac sibilando impediunt alios, non solum non exaudiuntur a domino, nec eum reconciliant sibi, sed iram colligunt sibi & peccant in deum ac proximum. Hinc libro de Institutis sanctorum patrum recitat Cassianus, quod monachi in Aegypto cum tanta uocis suppressione orabant, atque cum tanto silentio & quiete eum qui publice legebat aut orabat adueterunt, ut innumerabili patrum ac fratrum multitudine congregata nullus putaretur adesse, nisi qui publice orauit aut legit: toto igitur posse uitandum est, ne quis oscitans, excreando tulum uel faciendo, alte orando, praeter eum cui ex officio hoc incumbit, aut aliter perstrepen do seu sonitum grandem agendo, alios inquietet, impediatur aut offendant.

Articulus XXVII. Quod quaedam sunt orationes feruentissimae, quae tamen per modum orationis non exprimuntur.

Psal. 19

Genes. 18

Iosue. 7

Exod. 32

Psal. 113

Iohan. 3

Iohan. 11

Psal. 143

Psal. 17

Psal. 5

Can. 7

Can. 2

Luc. 9

EGo autem dixi in abundantia mea, non mouebo in aeternum. Prae dominatio excessus ac feruor sanctae affectionis frequenter uincit & opprimit rationem, nec in uerbis seruat ordinem consuetum aut solitam formam: hinc uiri uirtutum charitate succenssi, interdum leguntur dominum exorasse non per modum orantium, sed instar persuadentium, probantium, aut quod mirabilis sonat, etiam praecipientium, prohibentium aut pie omnino praesumentium, sicut in Genesi describitur: Cum audisset Abraham Sodomitam subuertendam, Sodomitae uehementissime condolens, quasi arguens dominum exorauit ex arteuissima charitate, loquendo: Nunquid perdes iustum cum impiis: si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul, & non parces illi loco propter quinquaginta iustos si fuerint in eo: Absit a te ut rem hanc facias & occidas iustum cum impiis: non est hoc tuum qui iudicas omnem terram: nequaquam facies hoc iudicium. Ecce quantus sancti amoris feruor: quomodo sanctus ille patriarcha interrogauit, & personaliter sibi ipsi respondit arguit, & conclusit. Insuper sancti uiri sic deprecari exorsi, quandoque sumperunt me dium arguendi ex parte honorabilitatis & honorificentiae dei, quem admodum Iosue uisa fuga filiorum Israel dixit: Mi domine, quid dicam uidens Israel in hostibus suis terga uertentem & quid facies nomini tuo magno? Moyses quoque: Ne quaeso, inquit, dicant Aegyptii, callide eduxit eos de Aegypto, ut interficeret in montibus & deleteret de terra. & Psalmista: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Hoc genus orandi tanto efficacius est ad impetrandum, quanto plus in eo quaeritur quod dei est, quod suum est. Praeterea, species illa orationis quae insinuatio appellatur, de qua dictum est, ualde seruens oratio est, quauis per modum petitionis non proponatur: ut, cum sacratissima uirgo dixit ad filium suum, Vinum non habet. Martha quoque & soror eius ad Christum: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Insuper sicut Hugo declarat, supplicatio quaedam fit per sola nomina, ut est illud: Misericordia mea & refugium meum, susceptor meus, liberator meus, deus meus, adiutor meus. Aliquando fit per sola uerba, ut est illud: Respice, miserere, placare, attende & fac. Aliquando per nomina simul & uerba, sicut est illud: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. Intende uocem orationis meae rex meus & deus meus. Supplicatio autem, quae fit per nomina sola, quanto plus imperfectum quid est foris in significatione, tanto plenius intus est dilectione, quae per nomina illa amorosa continuatur ac inflammatur. Affectus enim hoc proprium habet, quod quanto intus extat feruentior atque intentior, tanto minus foris explicari potest per uocem inam & magnitudo affectus uerba abruptum de amantium est ut sermonibus defectiuis, abruptis, imperfectis, truncatis, in quibus minus abfcondita sunt ab oculis tuis. Porro supplicatio quae per sola uerba exprimitur, minorem habet deuotionem, quam illa quae per sola fit nomina: & maiorem, quam quae fit per nomina simul & uerba. Postremo inter omnia uerba deprecatoria, uerbum hoc, Misere re, uidetur efficacissimum & insuperabile esse, & omnipotenti quodammodo praeualere. Nam quicquid dicenti Misere, dixerit deus, ipse oras opponere potest & dicere, Misere ressi dixerit deus, Impius es, & omni misericordia mea indignus, respondeat miser, Misere, Nam

Nam quia indignus sum, imò indignissimus & quasi infinite indignior, quam ego ipse comprehendere ualeo ideo dico & oro, Misere mei: & quicquid huic orationi obicitur, uidelicet quod non oro ex zelo iustitiae, ex charitatis affectu, propter idem uerbum resumam dicamque, Misere mei. Etenim quia ex zelo iustitiae & charitate non oro, peto ut mihi miserissimo miserearis, & des mihi ex zelo iustitiae atque ex charitate ut tibi placeat orare. A tua iustitia ad misericordiam tuam confugio, quae in infinitum maior est omni malitia & miseria mea: ideo misere mei, a cuius uerbi prolatione nunquam cessabo.

Articulus XXVIII. De duabus alis & multis pennis orationis.

Leuata orationem pro populo. Pissimus Ezechias ex humilitate reputans se in sufficientem ad deprecandum ac impetrandum a domino opem operatam contra Assyrios, mandauit Isaiae sanctissimo, ut leuaret orationem pro rege & Israelitico populo, quasi diceret: Nostra oratio iacet, sed tua ascendit: leua ergo orationem pro nobis: quo exemplo docemur, non solum postulare subsidia beatorum cum deo regnantium, sed etiam deuorum in terris adhuc peregrinantium: quae igitur sunt quae leuant orationem? Ad quod multiplex datur responsio: Chrysostrum etenim ait, quod eleemosyna & ieiunium sunt duae alae orationis: quod dictum est ualde conuenienter & consonat uerbo angeli Raphaelis, qui Tobiae ait: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna: & potest per eleemosynam intelligi omne opus misericordiae, tam corporale quam spirituale: tam quanto quis prouisus ac liberalior est ad subueniendum egenis & ipsam petentibus, tanto omnipotens dator, cuius diuitiae nec deficere queunt nec minui, prouisus & munificentior est succurrere & benedicere ei, ac ultra quam petit largiri: ideo ait altissimus: Quia mensura mensi fueritis, remetietur uobis. Itemque, Date & dabitur uobis. Denique posuit nobis regulam deus, ut sicut ab ipso nobis fieri uolumus, sic proximo faciamus. ideo dicit Tobias: Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet ut nec a te auertatur facies domini. Ieiunium uero purificat mentem, & ueniam promeretur ac gratiam, ideo leuat orationem. ideo angelus Gabriel dixit ad Daniele: Ex quo posuisti cor tuum, ut affligeres te in conspectu domini dei tui, exaudita sunt uerba tua. Hinc Chrysostrum hortatur fideles, ut si uelint in ecclesia & in suis habitaculis exaudiri a domino, eleemosynas in utrisque faciunt locis: imò cum indefinenter indigeamus, ineffabiliter multum misericordia & misericordibus dei, simus intenti ieiunij atque ad opera misericordiae, corporalia ac spiritualia totis uiribus prouisi, & cum omni affectu hilariter exerceamus opera pietatis: & si magna retribuere non ualemus, parua cum largissimo conferamus affectu, quem admodum scriptum est: In omni dato hilarem facultatum tuam. Nam & Apostolus protestatur: Hilarem datorem diligit deus. Porro, qui multum ieiunare non potest, opera misericordiae copiosius operetur. Tot namque pennas habet misericordiae ala atque oratio nostra, quot opera misericordiae exerceamus: & quot sunt species operum pietatis, inter quas praecipue ualet orationemque leuat, ignoscere propter deum iniuriantem atque in se peccantem. Praeterea, secundum Hugonem, duae alae orationis sunt, consideratio propriae miseriae & contemplatio diuiniae misericordiae: consideratio namque propriae defectuositatis, calamitatis & culpa, periculorum quoque quibus expositi sumus, excitat ad orandum: contemplatio autem pietatis diuiniae praestat orandi fiduciam. Et quia ad hoc oratio fit efficax & exauditione condigna, oportet quod cum debita reuerentia, custodia, attentione & perseverantia fiat: Idcirco contemplatio praesentiae dei & omnipotentiae atque iustitiae eius pensatio, sunt pennae orationis eam non mediocriter erigentes, quoniam ex speculationibus praesentiae, omnipotentiae ac iustitiae creatoris in ducimur ad orandum reuerenter, timorate, attente & perseveranter prout declaratum est supra. Insuper dici potest, quod alae orationis sunt compunctio & lachryma: fides quoque & obedientia, maxime autem feruor dilectionis diuiniae, & zelus salutis fraternae, Charitas etenim ignis est sursum ascendens, & desideria pura & seruida orationem faciunt in superna uolare. Ideo Moyses affectuosissimis precibus suis exauditus fuit etiam in arduissimis causis & pro alijs. Postremo, quoniam scriptum est: Oratio iusti penetrat caelos, & rursus: Oratio humilientis se nubes penetrabit: dicere possumus, quod iustitia atque humilitas sunt alae orationis: iustus enim dominus iustitiam diligit: & qui se humiliat, exaltari meretur. Consilia quoque quae iuxta documenta scripturae reddunt orationem praecipue exaudibilem, dici possunt alae aut pennae eius, ut fides, mansuetudo, puritas & patientia in aduersis, cum scriptum sit: Cum ipso sum in tribulatione, & Paulus ait: Leuantes puras manus

Isa. 37
4. Reg. 19

Tobias. 12

Mat. 7

Tob. 4

Dan. 10

Eccles. 35

1. Cor. 9

Prouer. 15

Eccles. 35

Psal. 119

Luc. 18

Psal. 90

1. Tim. 6

Iaco 1
Mat. 17
Mat. 11
Iud. 19
Psal. 101

aus sine ira & disceptatione. Iacobus quoque: Postulet in fide nihil hæsitans, imò & CHRI
STVS: Si habueritis, inquit, fidem sicut granum sinapis, dicitis huic monti, iacta te in ma
re, & fiet: & nihil impossibile erit uobis: sicque fidei plenitudo facit hominem fragilem & im
potentem in se, & quodammodo omnipotentem in deo. sed & uenerabilis Iudith dixit ad
dominum: Mansuetorum & humilium tibi semper placuit oratio. & Psalmista: Respexit
in orationem humilium, & non spreuit precem eorum.

Articulus XXX. De speciebus instructuofæ orationis.

In 29
Mat. 15
Mat. 7
Orationis in
fructuofæ spe
cies prima.
Prover. 18

Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius lon
ge est à me. Hæc uerba Christus apud Matthæum sic allegat: Populus hic labijs
me honorat, cor autem eorum longe est à me. Hinc prima species instructuofæ
orationis est oratio attenta atque oratio in inobedientis orantis, qui uerbis deû ho
norat, sed mente & opere offendit ac cõtradicit: de quo ait scriptura: Qui declinat aurem
suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Talem orationem quidam Simoniam
uocant, quia pro sola corporali uoce aut sono uerborum uult spiritualia obtinere charisma
ta, de qua asserit Augustinus, quod oratio sine attentione, & uox sine deuotione, est quasi cla
mor brutorum, & tanquam mugitus bouum. Secunda instructuofæ orationis species dicitur
in salutaris, id est saluti cõtraria, qua petitur quod ueræ beatitudini aduersatur, unde post
cenam dixit saluator discipulis suis: Vt modo non petistis quicquam in nomine meo. In
nomine enim Christi non petitur, quod ad salutem non suffragatur, unde & Iacobus ait
apostolus: Petitis & non accipitis, eo quod male petatis. Talis fuit oratio qua diuinus Aposto
lus petiit à se stimulum carnis auferri. Tertia appellatur peruerfa oratio, qua postulatur
quod prohibet peti deus quod exoratur, dum iniuste rogatur uindicta de inimico, pro quo
iubetur fundi oratio: de tali oratione fertur in psalmo: Fiat oratio eius in peccatum: quoni
am talis non solum non promeretur, sed etiam demeretur. Quarta species orationis in
fructuofæ uocatur simulata & fictitium, quod mente impetrare non cu
pit, imò impetrare formidat, quemadmodum ait Gregorius: Fundit os precem, sed utinam
cor teneat amorem. Nam uitam inimicorum petimus, & tamen ne exaudiamur timemus.

II.
Iohan. 16

Iaco 4
2. Cor. 12

III.
Psal. 103

III.
Psal. 103

VI.
Mat. 10
Mar. 10

VI.
Luc. 18

VII.
Apoc. 3

VII.
Iaco. 1

VII.
Psal. 34

V. Sic orans conatur deo illudere, sed mētitur iniquitas sibi, & illud it miser fibimetipſi. Quin
ta huius orationis species uocatur præſumptuofa, dum quis meritis proprijs orando ni
mis innititur ac cõfidit, aut alijs præferri inordinate deposcitur: ideo filijs Zebedei non dum
spiritualibus factis & cæteris anteferri apostolis precantibus, dixit iudei: Nescitis quid pe
tatis. Sexta uocatur ridiculofa & fatua, dum orans coram deo se reputat spiritualiter opulē
tum ac cæteris meliorem, nec suam attendit inopiam, defectuositatem atque culparum sua
rum cõgeriem: similis ei, qui elemosynā petitur, suas iactat diuitias, uestesque induit præ
tiosas. Talis est oratio hypocritarum & spiritualiter superbiorum ac pharisei qui dixit: Iei
no bis in sabbatho: Decimas de omnium que possideo, unde in Apocalypſi Christus ait ad
quendam: Dicis quia diues sum & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, &
pauper, & cæcus, & nudus. Septima species orationis instructuofæ dicitur diffidentialis aut
hæsitans, iuxta illud Iacob: Qui hæsitat, similis est fluctui maris: non ergo existimet homo
ralis quod aliquid accipiat à domino. Oratio quoque non perſeuerans frequenter est instructu
ofa. Porro, oratio pro alijs fusa ex charitate, quamuis interdum pro illis non exaudiat, nõ
tamen instructuofa censetur: quia in profectum orantis conuertitur, quemadmodum ait
uir sanctus: Oratio mea in sinum meum conuertetur. Omnes hæc instructuofas uitemus ora
tiones, atque orationes feruentes, sinceras, attentas, confidentiales ac humiles deo iugiter
offeramus.

Articulus XXXI. Quod deum laudare sit nobilissimum cœlestis atque ange
licus actus & dignior quam oratio.

Eccl. 51

Laudabit usque ad mortem anima mea dominum. Sicut orare conuenit ciuibus mi
litanſis ac triumphantis ecclesiæ, magis tamen ciuibus ecclesiæ militantis, quo
niam amplius indigent adiutorijs dei atque sanctiori, & in medio ambulant laque
orum periculis que diuersis uallantur & uiatores existunt: ita laudare utriusque
ecclesiæ ciuibus ac filijs conuenit, potius tamen ciuibus ecclesiæ triumphan
tis, qui ad terminum peruenerunt beatum, sunt que confirmati in bono, nec ulli sub
iacent unquam periculo, nec indigent pro seipſis orare: ideo cum inaccessibili atque
plenissima

plenissima iucunditate laudes & gratiarum actiones suo offerunt creatori, dicentes: Laqueus
contritus est, & nos liberati sumus, de quibus loquitur Iſaias propheta: Legitima sempiterna
super capita eorum, gaudium & lætitia obtinebunt. Hinc ut abbas Euagrius dixit, Ma
gius est deum laudare quam orare: quia ut tactum est, laudare est actus magis angelicus ac
cœlestis, iuxta illud Psalmistæ: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum
laudabunt te. Laudare quoque deû est actus simplicior & minus ad commoda sua reflexus,
quam orare. Veruntamen imperfectis & pusillis magis conuenit orationi quam laudatio
ni insistere: quoniam egent purgatione multisque defectuositatibus inuoluuntur, propter
quas ad laudandum altissimum nondum satis aprati sunt: perfectis uero & cõtemplatiuis,
quorum conuersatio est in cœlis, competit laudibus dei iugiter immorari atque angelicam
uitam inchoare, ac quantum possibile est continuare in terris: nam & futuræ illius beatitu
dinis suauis præ gustu iam recreantur. Denique, quamuis inter laudare, benedicere & glorifi
care deum soleat assignari distinctio: nunc tamen laudationem dei tam extense accipio, quod
benedictionem & glorificationem eius includit, ut deum laudare sit bonitatem, uirtutem
& perfectionem eius recta intentione proferre atque extollere: sicque laudandus & super lau
dandus est deus in seipſo & in suis operibus, in suis beneficijs ac promissis, in operibus nau
ræ & gratiæ ac gloriæ, in operibus creationis, reparationis & glorificationis. Etenim iustus
dominus in omnibus uñs suis, & sanctus in omnibus operibus suis, in quibus omnibus ex
cellentia, bonitas, sapientia, omnipotentia & incomprehensibilitas creatoris relucent. Por
ro, orationibus ecclesiæ militantis communiter adiunctæ sunt laudes dei, sicut præ habi
tum est: imò orans, quamuis præconia dei in suis orationibus formaliter non exprimeret,
tamen ipsa oratio est dei laudatio: quoniam orans eo ipſo quo inuocat deû, fatetur ac præ
supponit insufficientiam propriam, & omnipotentiam, prouidentiam atque clementiam dei
quem non inuocaret, nisi crederet eum potetem ad adiuuandum, & omnium prouisorem
ac pium ad succurrendum. Psalmi quoque communiter consistunt ex laude & prece, quamuis
multi sint psalmi, præsertim in tertia quinquagena ex solis dei laudibus cõsistentes, in qui
bus non continentur orationes.

Psal. 123
Iſaiæ. 51

Psal. 52

Phil. 3

Psal. 144

Articulus XXXII. De multiplici lau de super gloriosissimi dei in seipſo.

Benedicentes dominum, exaltate eum quantum potestis: maior est enim omni lau
de: & exaltantes eum replemini uirtute, ne laboretis: non enim perueneritis. Quis
uidit eum & enarrabit: & quis magnificabit eum sicuti est à principio: Vñ quodque
tanto laudabilius reputatur, quanto melius, uirtuosius perfectiusque consistit. Pri
mo ergo laudandus est deus: quoniam sicut omnis intellectus creatus deficit infinite à ple
na comprehensione & comprehensiuâ cognitione ipsius: ita deficit infinite à plena laude
honorationeque eius. Ideo insufficientissimos reputare debemus nos ad laudandum deum
æternum: nec tamē debemus à laudibus eius cessare, sed totis uiribus eum laudare assidue
ac feruenter, cum humili recognitione totius insufficientiæ nostræ, ita quod dum eum toto
laudauerimus posse, fateamur nos nihil condignum egisse, imò potius infinite distare ab
excellentiâ ac plenitudine laudis, qua ipse in seipſo dignissimus est, qui in omni perfectio
ne est penitus infinitus & infinite in omni excellentiâ, nobilitate, uirtute ac felicitate perfe
ctus: & hoc est deum laudare secundum multitudinem magnitudinis suæ. Idcirco cum de
um incomparabilis excellentiæ totis uiribus laudauerimus ac uenerati fuerimus, nequa
quam uane ac stolide gloriemur aut extollamur quasi magnum quicquam egerimus: sed
dominum maiestatis immense humilime deprecemur, ut nostras imperfectissimas lau des
ac uenerationes dignanter accipiat & pie dignetur admittere: Nam & totum hoc quod
eum utcunque laudamus deuote, donum ipsius est, & effectus gratiæ eius. Ex hac cõsi
deratione excellentiæ dei sanctus Iob fassus est se esse indignum alloqui eum, inter cæte
ra sic loquens: Deus cuius iræ nemo resistere potest: sub quo curuantur qui portant orbem.
Quantus ergo sum ut loquar uerbis meis cum eo? Vnde & primo Regum cõscriptum est
Quis poterit stare in conspectu domini dei sancti huius: Consequenter deum excelsum spi
ritualiter collaudemus, quoniam bonus est, & dicamus: Tu domine deus essentialiter bonus
es & bonitas infinita: tu bonitas sempiterna non dependens ab alio nec indigens alio, qua
tu bonitas prima & increata, à nulla causata, & tua natura est bonitas pura, incircūscripta
omniformiterque perfecta. Ab excellentiâ tuæ bonitatis omne bonum creatum distat, oc
cumbit & deficit in immensum. Tu æ adorandæ bonitati nil mali, nil inuidiæ, nihil impuri
tatis extat admixtum: quoniam simplicissima bonitas tua est sanctitas plena ac infinita. Tu

Eccl. 43

Psal. 150

Iob 9
1. Reg. 6

D. DIONYSII A RICKEL CARTHUSIANI,

Deus altissime solus es naturaliter, substantialiter, totaliter ac omnifarie bonus. Tu solus su per omnia summe & incomparabiliter amabilis ac desiderabilis. Te omnia appetunt, sine quo nec ad momentum subsistere queunt. A te cuncta bona emanant, tuam quæ bonitatem uniuersa aliquo modo participant. Tu bonitatem tuam copiosissime communicas & diffundis. Non tam naturale est soli lumen diffundere aut fontium riuum producere, quam naturale est tibi bonitatem tuam communicare: ueruntamen intellectualiter ac libere hoc agis in creaturis secundum tuæ propositum uoluntatis. Ob hanc tuam bonitatem aufer à nobis omnem prauitatem: in totius boni, honesti affectum transformas & uerte cor nostrum bonus es tu & in bonitate tua doce nos iustificationes nostras. Tibi laus, honor, uirtus & gloria indefinenter per secula cuncta. Amen.

Articulus XXXIII. Laus diuini esse ac diuinæ & increatæ uitæ.

Dixit dominus ad Moysen: Ego sum qui sum. Hæc dices filiis Israël: Qui est, misit me ad uos. Tibi ò deus super dignissime tibi soli ex teipso plenarie competit esse, ita quod comparatione tui esse omnis creatura esse quasi non ens. Tibi competit omnis essendi nobilitas plene ac infinite. A te cunctis deriuatum est esse ac ueritatis clarior, his autem obscurior. Tuum simplicissimum ac perfectissimum esse est tua essentia: & quantum quis recedit à te per errores & uitia, tantum deficit à uero esse & quasi nihil efficitur cadens ad uana. Tu dominator sublimis es primum uiuens ac uita æternam: te omnis uita creata: tu in teipso immobilis permanens, omnia moues ad proprium finem, in te profus idem sunt esse, uiuere ac intelligere: ideo tua uita est intellectualis non sensitiua, tuumque uiuere esse sapientia tua & tuum cognoscere. Tu actualissima, opulentissima ac beatissima uita, cuius opulentia ac beatitudinis nullus est finis: da nobis uitam gratiæ in præsentia & uitam gloriæ in regno cælesti. Qui enim peccat in te, moritur morte culpæ, & perdens uitam gratiæ, meret mortem infernalis miseris. Qui mortuus est per culpam, ad uitam gratiæ non resurgit, nisi à te fonte uitæ resuscitetur, & eum misericordia tua proueniat. Tu solus habes immortalitatem, hoc est omnimodam incommutabilitatem: cuius uita est inuariabiliter & infinite deliciofa. A te uiatores fideles uitam gratiæ esse spiritale, & actus meritorios fortuntur. A te comprehensores beati uitam gloriæ beatificam tui uisionem tuæque bonitatis suauissimam fruitionem adipiscuntur. O quam gloriosa, felix & plena est uita tuam in semetipsa, in qua idem sunt uiuens & uita ac uiuere, cuius uitalis riuus sunt ita amabiles creaturis, tam salubres hominibus, tam iucundi angelis sanctis. Tu mères nostras semper uiuifica, fac eas fructuosas & alacres per diuinam charismata. Tibi seruiat incessanter omnis uitalis intellectualisque creatura: tibi magnificentia, honor & gloria in æternum & ultra. Amen.

Articulus XXXIII. Laus æternæ & increatæ sapientiæ.

Solis sapientiæ deo per IESVM CHRISTVM honor & gloria in secula seculorum. Incomprehensibilis est domine deus tuæ sapientiæ altitudo, quoniam sapientiæ tuæ non est finis nec numerus. Infinita est tuæ scientiæ multitudo, quam nullus penetrat intellectus. A tua sapientiæ omnium rerum fluxit ordo, omnium specierum coordinatio totiusque mundi dispositio speciosa ac ordinata. Tua sapientia in quantum uniuersorum gubernatiua, prouidentia nuncupatur: in quantum nouit cuncta creata, scientia appellatur: uocatur quoque prædestinatio secundum quod prouisiua est electorum, & præscientia & præcognitiua est reprobatorum. Tu super sapientissima mens arses rationibus plena: tu omnium exemplaris idealisque causa, iuxta tuæ conceptionis formam uniuersorum productiua, retriua atque dispositiua. Gyrum cæli tu circuis, in orbe terrarum ludis à sine usque ad finem: potenter attingis, & suauiter cuncta disponis. Quamuis in mentibus beatorum tanquam in thronis pulcherrimis commoretis: tamen esse cum filiis hominum tuas esse delicias protestaris. Tu lux uere immentis, puritas incostaminabilis, nulli permixta: sanctitas in se subsistens inuariabiliter separata. Te mentem illuminante serenatur, splendet & contemplatur: tua illuminatione subtrahita, obtenebratur, peccat aut labitur. Vnico intuitu te ipsum & alia cuncta clarissime intueris, imò infinita quæ nec sunt nec erunt cognoscis intelligentia simplicis uisionis. In mundi gubernatione, ordinatione tamque diuersorum entium connexione gloriose resplendes. In uniformi cælorum motu uniuersorum que gubernatu inclute repræsentaris. Tu in infinitum speciosior sole, imò uniuersis singulisque creatis simul acceptis incomparabiliter delectabilior, pulchrior atque splendidior

DE ORATIONE.

514

didior esse cognosceris. Tu qui omnem angelicam mentem lumine gloriæ impleas, corda nostra lumine gratiæ implere digneris, & ea indefinenter possidere, perficere & gubernare non cesses. Tibi laus, honor & gloria, à te omnis bona uictoria: in cuius manu regnum, potestas, imperium per omne incessabiliter seculum, amen.

Roma. 16

Articulus XXXV. Laus diuinæ & increatæ ueritatis, unitatis ac simplicitatis.

Hic est uerus deus & uita æterna. Tibi soli deus omnipotens competit deitas uera, quæ est ipsa diuina essentia: & hæc est simplicissima unitas ac summa una simplicitas, in qua nulla materia, nulla passiva potentia aut limitans differetia. Tu omnium ueritatum ueritas exemplaris, fontalis atque causalis. A te ueritas rei & ueritas propositionalis. Tu causa & fons triplicis ueritatis, ut puta uitæ, doctrinæ & æquitatis. Sicut ab uno uultu diuersæ imagines in pluribus speculis lucent ac deriuantur: ita ab una tua increata ueritate multæ ac uariæ ueritates in creaturis causantur, splendent ac repræsentantur. Et sicut in speculo uno relucet similitudines que plurium facierum: sic in tua ueritate æterna, una ac simplici idealiter exemplariterque relucet ueritates omnium rerum. A tua unitate omnis multitudo profluit, quando omnis multitudo necessario est ab uno. Sicut multitudo totius exercitus ad unum militiæ principem ordinatur: sic uniuersitas rerum ad te omnium creatorem ac regem reducitur ac refertur. Tua simplicitas est simplicitas perfectionis, exclusiua totius compositionis, quoniam sine necessitate non est pondosa pluralitas. Fac nos tuæ ueritatis sincerissimos amatores, omnis mendacii contemptores, ueritatem uitæ doctrinæ atque iustitiæ iugiter amplectentes. Etenim os quod mentitur, occidit animam: & tu perdes omnes qui loquuntur mendacium. Fac nos omnes in te unum per charitatem. Fac concorditer coordinatos per finalem ad te reductionem. Mentis nostras in te simpliciter, reducere ac stabilire digneris, atque ab omni uana distractione eas retrahere non moreris. Ab omni duplicitate, calliditate & simulatione eas purifica: omni synceritate & eorum uita simplicitate ipsas adorna. Tibi laus, honor ac reuerentia, seruitus sancta, incessabilis obedientia à cunctis semper exhibeantur rationabilibus creaturis, imò & materialiter ab uniuersis creatis naturis.

I. Iohan. 5

Strate

Sap. 1

Articulus XXXVI. Laus dei de cæteris suis perfectionibus attributis.

Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur: sempiterna quoque uirtus eius & diuinitas. Sicut omnis effectus est participata quædam sui causæ similitudo: sic omnis creatura est tuæ maiestatis atque perfectionis ò deus quidam radius & imago. Quicquid perfectionis, nobilitatis & decoris: quicquid bonitatis, desiderabilitatis & ualoris: quicquid dulcedinis, potestatis & opulentia: quicquid uirtutis, sanctitatis & excellentiæ in totius uniuersis inuenitur: hoc totum in te cum infinita eminentia esse scitur. Væ ergo in se infatis, excæcatis ac miseris, qui ad creaturas magis quam ad te creatorem afficiuntur: qui in rebus uanis & turpibus amplius quam in te delectantur: qui mortales magis quam te æternum ac immortalem dominum uerentur ac uenerantur. Tu igitur solus absolute perfectus, quem nullus potest comprehendere intellectus, nullus affectus satis potest diligere aut optare, nulla creatura condigne sufficit honorare. Quicquid absolute loquendo melius ac dignius est in esse quam deesse, hoc tibi inest & competit, imò tui ipse hoc es cum infinita profus perfectione. Ideo in teipso felix & deliciofus es, plenus omnino immensa iucunditate. Tu substantialiter & incircumscripibiliter pulcher es & superpulcherrimus, ad intuendum incomparabiliter delectabilis & amoenus. A tua pulchritudine omnis pulchritudo creata occumbit ac deficit in immensum: & tua pulchritudo immensa est tua incircumscripita essentia in æternum. O quam decorus & speciosus creator omnipotens, quam in æstimabiliter delectabile est tuam pulchritudinem in seipsa clare conspiceret, artifex cuncta pulchrificans, qui rebus corporalibus ac terrenis & uilibus tantam pulchritudinem indidisti, atque immodica quorundam facie tantam speciositatem constituiti. Tu solus uere omnipotens, & tua maiestas est infinita potestas, qui propria non aliunde sortita potestate omnium gloriosissime ad libitum dominaris. Per comparationem ad te omnis creatura infirma est, & nisi indefinenter conseruaret à te, redigeret in nihilum. Nihil tibi impossibile neque difficile, imò omnia sunt: quæ facilia: nec potest tot & tanta, quin possis in infinitum plura atque maiora. Tu solus immaterialiter ac perfectionaliter infinitus, nullo loco aut tempore, nulla mensura aut termino circumscriptus, mensus aut comprehensus. Tua dñe

Rom. 1

RRRR 4 magnitudo

Philos. 1. Timot.

Exod. 3

1. Timot.

Roma. 16

Ecc. 1. 4
Sap. 8
Prover. 8

Articulus XLI. De modo & practica pertingendi ad stabilitatem mentis in orationibus.

Optimum est gratia stabiliri cor. Quemadmodum passiones & vitia hominē red-
dunt instabilem & instar venti fluctuantem ac mobilem, iuxta illud in psalmo:
Impij tanq̄ pulvis ante faciem uentific gratia, sapientia ac uirtutes stabiliēt mē-
tem in deo. Ideo scriptum est: Si iniquitatem abstuleris, stabilis eris, & leuare fa-
ciem poteris: imō quanto quis uirtuosior fuerit factus, tanto inuenietur in omni acta uir-
tutum stabilior: potissime aut uirtutes quæ immediate circa deum uersantur, figūt cor ac
roborant id in eo, & maxime charitas, quemadmodum communiter fertur: Vbi amor, ibi
oculus: sapientia quoq; secundum illud Ecclesiastici: Homo sanctus in sapientia manet ut
solam stultus sicut luna mutatur: quod potissime uerum est de sapientia saluari, quæ est
unum & primum inter septem dona spiritus sancti, quæ & tantum crescit in homine, quan-
tum in eo creuerit charitas dei. Itaq; uolēs in suis orationibus, meditationibus ac laudibus
dei, in psalmo dñs & choris esse fixus stabiliterq; intentus, satagat & conetur in omni uirtu-
te proficere, in gratia & sapientia crescere, in charitate dei augeri, perfici & accēdi. Deniq;
quotiescunq; pulsauerit eum tentatio aliqua, statim conuertat cor suum ad cogitandū de
deo, de pertinentibus ad salutē, de passione dominica, de quatuor nouissimis: pectusq; suū
percutiens, inuocet deum. Præterea ut sic queat stabiliri in deo, assuescat in omni loco & tē-
pore, in omni actu & motu atq; sermone cogitare præsentiam dei omnipotentis omnia in-
uentis, & cum Helta sanctissimo intra se dicere: Viuit dominus, in cuius conspectu sto ho-
diē sic enim agendo ueniet ad saluberrimam consuetudinē attendendi dei præsentiam,
& erit sibi facilimum mentem suam eleuare ad creatorem, sicut facilimum atq; conatura
le est igni ascendere & terræ descendere: Consuetudo enim est altera natura, & ex multis
actibus productur habitus: qui per modum nature inclinatur ad operandum, & facilius ac
delectabiliter operatur. Porro ex consideratione assidua diuinæ præsentia cuncta cernen-
tis oritur erubescētia uiliter & inique se habendi coram oculis maiestatis diuinæ, & in cō-
spectu infinite sanctitatis dei altissimi, sicq; uitantur peccata, & bona opera strenue exercē-
tur, propter quod dixit Psalmista ad dominum: Seruauī mādata tua & testimonia tua, quia
omnes uia: meæ in conspectu tuo. Sic quoque idem uir sanctus considerauit in desinenter
præsentiam dei, dicens: Oculi mei semper ad dominum, & præuidebam dominum in con-
spectu meo semper. Deniq; ex tali meditatione diuinæ præsentia generatur in homine ti-
mor salubris iudicij summi, & sicut ad custodiam castrī deputatur diligens custos in por-
tata in introitu & ostio mentis stat timor dei repellens, abiciens & conculcans tentatio-
nes ac uitia, & quicquid nocuum est animæ ac impeditiuum spiritalis profectus, ideo Sa-
lomon dixit: Timor dei fons uitæ, ut declinet à ruina mortis. Itemq; Qui timet deum, ni-
hil negligit. Sic cogitauit præsentiam dei sanctus Iob loquens: Nonne deus considerat uia
meam & omnes gressus meos dinumerat: & rursus: Semper, inquit, quasi tumentes super
me fluctus timui deum. Amplius, ex tali assidua consideratione præsentia dei uere super-
pulcherrimi, incomparabiliter optimi, amabilissimi, beatissimi ac perfecti inflammat cor
in amore ipsius, & crescit in sancta dilectione sui creatoris, à quo maxima beneficia iam ac-
cepit, & multo maiora præstolatur sibi promissa, ut puta gloriæ dona. Etenim assidua con-
sideratio beneficiorum dei & promissionum ipsius amorem accendit diuinum. Præterea
sæpe diligimus hominem quem nunquam conspeximus propter bona quæ de ipso per-
cepimus: quanto magis debemus ardentissime nostrum diligere creatorem, de quo tot &
tanta excellentissima bona cognouimus ex ratione, ex fide, ex scripturis, ex chronicis & le-
gendis, ex propria experientia communiq; fama, ex theologorum & philosophorum
doctrina, ex intuitu cuiuslibet creaturæ: uniuersa namq; creata sui creatoris excellentiam
representant. Ideo quicquid bonitatis, amabilitatis, dulcedinis, speciositatis, delectationis
in creaturis conspiciamus, mox ad creatoris admirationem, laudem & dilectionem referre
debemus, dicendo: Si tam bona, tam amabilis, suauis, pulchra aut delectabilis est cre-
atura: quam bonus, amabilis, dulcis, speciosus & delectabilis est creator, qui in omni
perfectione in infinitum cuncta excedit creata, sic que debemus ad ipsum cordialiter
aspicere & affici, ac propriam tepiditatem, ingratitude, negligentiam increpare,
atq; omnipotentē assidue inuocare, ut in uera metis stabilitate ac sancta dilectione dignes
corda nostra: quotidie magis ac magis corroborare ac inflammare. Multum quippe ualet
talis

Rom. 8

Phil. 117
Phil. 101
Iha. 63

Apoca. 19

Apoc. 15

Phil. 117

dotes animæ & corporis, glorificationem plenissimam utriusq; & omnium beatorum iu-
cundissimam societatem promissisti nobis pro premio, pro temporali, breui ac modico qd
tibi iam exhibere ualemus obsequio. O quanta est charitas hæc, quanta pietas, q̄ immensa li-
beralitas ista. Tibi nequaquam gratiari ualemus munificētissime & superoptime deus:
nihil condignum tibi rependere possumus, præsertim quia tu pater æterne unigenitū tuū
dedisti nobis, quem propter nos incarnari, inter homines cōuerti ac mortem uoluisti tuū
bire durissimam. Et quia tu unigenite dei tot & tanta pro nostra salute dignatus es assume-
re, facere & perferre, atq; in sacramento te ipsum nobis quotidie tam mirabiliter ac superna-
turaliter & liberalissime confers: Quid tibi retribuemus pro omnibus quæ largitus es no-
bis: Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Miserationū
tuarum domine recordabor. Laudabo te super omnibus quæ contulisti nobis, & quæ lar-
gitus es nobis. Secundum indulgentiam tuam fac nos omnipotens deus tibi quotidie tan-
to plus gratos, obsequiosos, humiliter subiectos: quāto plura atq; maiora facis nos à te bene-
ficia esse sortitos, & quo eminentiora nobis bona ac præmia polliceri dignatus es. Eia bene-
dictio & claritas & sapientia & gratiarū actio tibi domino deo nostro omnium bonorū: for-
tissimo & æterno.

Articulus XL. Laus dei in suis effectibus.

Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotēs. Tu deus sublimis
qui es ens per essentiam, ens primum, æternum & in dependens, propria boni-
tate & potestate omnia produxisti, atque in rerum creatione in totius mundi
plasmatione omnipotentiam tuam monstrasti. Amor tuus non reliquit te sine
germine esse: & ut bonitatem tuam entibus communicares, cuncta te scimus fecisse. Ete-
m bonorum nostrorum nō indiges, nec ex creaturis aliqua tibi uenit utilitas. Tu in exordio
omnium angelicorum spirituum personas ac choros, hierarchias & ordines condidisti, &
eos qui te conuertunt ad te, æterna felicitate munerasti ac confirmasti. Omnia quoq; ui-
sibilia cœlestia corpora, elemēta & prima specierum indiuidua, à te constat esse producta,
atq; ex tuo imperio & statuto, ex similibus similia nunc usq; sunt procreata. In multiplici ac
celerimo motu, influxu & causalitate cœlestium orbium & castrorū ac planetarū, omni-poten-
tiam ac sapientiam tuam magnifice manifestas. In elementorum collocatione, coordinati-
one ac mutua alteratione, excellentia sapientia ac uirtutis tuæ ostenditur: Nam inter ele-
menta inter se magis contraria elementum cum utroq; conueniens situatum, conspicitur.
Tua sapientia infinita uniuersarū rerum species & naturas, differentias, proprietates, uires
ac ordines originaliter constituit ac produxit: & quicquid entitatis, bonitatis, ueritatis &
unitatis in uniuerso consistit, ex te fontaliter fluxit. In totius mundi pulchro stabiliq; regi-
mine, & in rerum tam diuersarū mira connexionē, conseruatione ac omnium dispositione
& prouisione elucescit sapientia tua immensitas, beneuolentia ac potestas. Veruntamen in
humani generis gubernatione prouidentiam tuam, pietatem & gratiam specialiter ac co-
pioissime declarasti: Contulisti namq; hominibus legem naturalem, legem scriptā ac euan-
gelicam, sacram quoq; utriusq; testamenti scripturam. Misisti ad eos instructionem, substi-
dia atq; solatia angelos sanctos, Patriarchas, Prophetas & gloriosos apostolos, uirtuosos
prælatos, prædicatores idoneos, imō innumerabiles uiros heroicos, per quos magna & mi-
rabilia, supernaturalia miraculosaq; opera innumerabilia perpetrasti. Tu electis & sanctis mar-
tyribus in eos atrocissimis pœnis inuictissimam præstitisti constantiam, & per præclara ac
summa miracula approbasti & confirmasti eorum fidem ac legem. Porro in Iesu Christo
in carnatione ceterisq; mysterijs bonitatem, charitatem, misericordiam, sapientiam, iustitiā
ac omnipotentiam tuam præclarissime ostendisti. In consummatione quoq; mundi, in ge-
nerali mortuorum resurrectione, in uniuersali & finali uniuersorū iudicio, & in reproborū
damnatione æterna, & electorū glorificatione perpetua inæstimabiliter elucescunt tua
potentia, clementia, sapientia atq; iustitia. Quotidie quoq; in impiorū iustificatione ac mul-
tiformi tuæ pietatis, misericordie ac gratia operatione, diuitias tuæ longanimitatis, mise-
rationis & patientia non desinis misericorde declarare. Hinc ergo te laudet, adoret, glorificet
totā machina mundialis, omnis spiritus rationalis, uniuersa contenta in cœlo & in terris
Tua in nobis dona magnifica. Nos tibi semper gratiose assimila. Nos incessabiliter posside
& gubernā, quousq; te duce ad gaudia pertingamus æterna. Interim à tua laude, cultu, di-
lectione ac reuerentiali timore nequaquam cessemus. Tibi laudem, gloriam & honorem cū fe-
lici perseverantia immolemus, Amen.

Articulus

Heb. 15

Phil. 1

Tobia. 11

Eccl. 17

2. R. 19

Phil. 116

Phil. 124

Prover. 14
Eccl. 7
Iob 31
Eodem

talioratjo. In primis ergo necesse est ut per humilitatem, mansuetudinem, patientiam & terasq; uirtutes morales ab omni inquietudine, impulsu, motu ac turbulētia passionum reformemus animas nostras, & mentes nostras à cunctis uitijis expurgemus: sicq; per indefinentem diuinā præsentiæ considerationē ac feruentem dilectionem & sapientiam spiritalem stabiliamus cor nostrum in domino, & quādoque ab ipso nos distractos senserimus protinus recedamus, & intra nos proferamus uerba illa prædicta: Viuit dñs, in cuius conspectu sto hodie, coram quo debemus conscientias nostras quotidie examinare, discutere, exercere, purgare, bonisq; actibus adimplere, omnem negligentiam, otiositatem ac torporem perpetue deuitare.

Articulus. XLII. Qualiter perueniatur ad contemplatiuam orationem quæ terminatur in raptum.

Ascendit Petrus in superiora ut oraret, & factum est eo orante cecidit super eum mentis excessus. Sicut præhabitu est. Oratio est ascensus mētis in deum aliqd deprecans obtinere. Idcirco qui orat, leuet se super se, sensum, phantasias & imaginationes cunctasq; distractiones transcendat saltem paulatim & quantum sensus permittit orationis. Interdū em̄ expedit in oratione imaginari tormenta inferni, rigorē diuini iudicij, & consimilia quædam. Paulatim uero erigenda est mens in admirationem & feruentē amorem eius quē inuocat, ita ut eius immensitatem in omni sapientia, pulchritudine, omnipotentia, felicitate, bonitate, pietate, perfectione & gloria intueādo, præ uehementia admirationis & synceritate contemplationis atq; ardore diuini amoris rapiatur in diuinitas gloriæ eius, & suspensa in lumen illud supersplendidissimū, increatum, suauissimum & immensum absorbeat in pelagus incomprehensibile & superamabilissimę deitatis, ac super gloriosissimā trinitatis. Porro, ut homo ad hanc perfectionem pertingat, atq; dispositus sit ad frequentem huiusmodi eleuationem ac raptū, necesse est mētē ab omni priuato amore penitus emundari, ab omni labe peccati diligentissime præcauere, & actibus sanctæ deuotionis atq; internę exercitationis iugiter occupari. Itaq; cupiens ad contemplatiuam orationem pertinere, studeat deum toto cordis affectu sincere diligere, & quicquid offensiuum est dei incessanter uitare: seipsum quoq; & proximos uniuersos, nō nisi in deo pure amare. Quicquid utile sibi est ad complacendum altissimo, ad proficiendum in eius amore, ad obtinendum beatitudinem æternalem, hoc totum toto affectu acceptet: sicq; gaudeat in aduersis, quasi in cunctis diuitijs cupiat increpari & corrigi. Iniurias ferat hilariter. Nihil proprii honoris aut cōmodi optet, imō quicquid filij seculi huius & serui priuati amoris, quo quis amat se in se, appetantur & optant, toto corde abhorreat. Malit subesse, uituperari ac despici, q̄ præesse, laudari aut reputari, salua tamen exemplaritate ad quam omnes tenemur. Proprium corpus ieiunijs, abstinentijs, disciplinis, uigilijs, duritia strati asperitateq; uestis domet. Totis præcordijs afficiatur ad deum, atq; immensę perfectioni, opulentia, felicitati ac gloriæ eius cordialiter congratuletur, ipsum ab uniuersis ac singulis semper colit, amari & honorari desideret, ac pro posse orando, exhortando ac alijs sibi possibilibus modis procuret. Commune bonum feruenter desideret, & in totius boni honesti affectum mens eius totaliter transformetur, ita ut aliud q̄ iustitiam & uirtuositatem efurire ac sitire non queat, omni carnali & sensuali amore prorsus euulso, & omni inordinata reflectione ad se, omni prauæ intentionis obliquitate, omni simulatione & calliditate penitus extirpatis, sic exercitijs uirtuosius omni tēpore ordinate & gaudiose inhæreat. Cum deus omnipotens naturaliter bonus ac pius uiderit mentem hominis ita esse dispositam, ornata & affectatam, habeat in ea complacentiam grandem, eamq; sibi intime applicabit, & intra se rapiet, stabiliet obdormireq; faciet, imō in his frequentissime præueniet eam, ac quasi sopita arbitrij libertate præstringet, deosculabitur, amplectetur ac possidebit. Ad laudem & gloriam suū ipsius, qui est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen.

D. DIONYSII

LIBRI DE ORATIONE, FINIS.

P R A E F A T I O .



DEVS SPEI REPLEAT NOS OMNI PACE & gaudio in credendo, ut abundemus in spe & uirtute spiritus sancti. Deus beatitudinis infinitæ, cuius super sancta ac illimitata essentia est felicitas prorsus immensa, in qua omnium deliciarum ac diuitiarum interminabilis plenitudo exuberantissima & opulenta uere cōstitit, ita qd̄ mētis diuinę iucūditas in seipsa est penitus infinita. Propter qd̄ ipse dñs deus noster, deus sublimis & benedictus, rite beaurissimus, gaudiofissimus, deliciofissimus, & laudat: quippe cui idē est esse & beatū esse: Idcirco mētis diuinę letitia, beatitudo & glia oim̄ beatorum atq; letitū felicitatē & gaudiū in infinitū excedit: cui? beatitudini totis præcordijs intimisq; medullis cōgratulari semp̄ debemus. Deniq; ipse ad hoc

Rom. 15

intellectuale edidit creaturā, ut suæ beatitudinis, pacis & gaudiij cōsortē participēq; agat eandē, ut qd̄ deo omnipotenti cōperit æternaliter per naturā, creaturis intellectualibus cōueniat sine fine per gratiā: in quo utiq; ineffabilis eius circa nos dignatio, pura dilectio, liberalitas summa bonitasq; p̄missima clarissime innotescit, cōmendat, & digna admiratione habet. Neq; ab aliquo satis laudari, plene cōprehendi aut sufficēter ualeat mirari. Vnde nil restat, nisi ut creatori nr̄o altissimo grati atq; in omnibus amorose subiecti esse iugiter enitiamur. Nōne etenim immensam nobis per hoc largitus est dignitatē, quod ad suū plus felicissimā beatitudinis cōmunionē, ad sui adorandi speciosissimū uultus desiderabilissimā atq; p̄ specie clarā & immediatā inspectionē, ad suæ incircūscriptibilis, purę ac sup̄dulcissimę bonitatis suauissimā fruitionē nos creare dignatus est: Hinc in prima sua epl̄a sc̄tis scribit Iohānes: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondū apparui qd̄ erimus. Scimus qm̄ cū appaauerit, simile ei erimus, quia uidebimus eū sicuti est. Hanc suę deitatis beatificā uisionē filius dei amatoribus suis permittit: Qui diligit me, diliget a patre meo, & ego diligā eum, & manū festabo ei in eis. Præterea quo huius sacratissimæ uisionis dei p̄ specie & fruitionis suæ maior est dignitas, tanto oim̄ uiliores consistunt & insipientiores, qui propter huius breuissimæ uitæ mortalitatisq; carnis, fallacissimi atq; uanissimi mundi diuitias, delectationes & prosperitates, tanta felicitate & gloria spoliant semetipsos. Quāobrem monet nos diuinus Ap̄st̄: Nolite fieri imprudētes, sed intelligentes quę sit uoluntas dei. Erantius: Has, inq; habentes promissiones, mūdemus nos ab omni inquinamento carnis & spūs, perficiētes sanctificationē in timore dei. Vex̄ quæ admodū in Moralibus ait Gregorius: Sunt nonnulli qui uitā suā salutēq; negligunt, diu transitoria appetunt, & æterna nō intelligūt, uel in lecta contēnunt, dolorē nō sentiunt. Vñ heu miseri in bonis esse se putant: exiliū diligunt, & in cæcitate quasi in luminis claritate exultant. E contra, electorum mentes dum transitoria quasi nulla despiciunt, ad quid sint creatæ requirunt: cumq; eorū affectui nihil extra deum sufficiat, & in sola conditoris contemplatione requiescant, supernis in teresse ciuibus appetunt: & adhuc in mundo positij, extra mundum confulgunt. Postremo, quoniam ad diuinæ mentis increatum, immensum sempiternumq; gaudium participandum, itemq; ad incomprehensibilis dei pacem, quę omnem sensum & intellectum transcendit ac superat, dulciter feliciterq; gustandum nemo ualeat peruenire, nisi carnali uoluptate & seculari pace contemptis: spirituale gaudium cum pace interna nunc studeat adipisci. Idcirco precatur Apostolus nos impleri omni pace, utiq; uera & cordiali, ac gaudio spiritali in credendo.

Iohā. 3

Iohā. 14

Epho. 5

Rom. 15

Articulus primus. Quod in sacra scriptura & dictis doctorum sanctorum, gaudium uarijs modis accipitur

SSSS

Non

Rom.14
Ioh.48
Bonu duplex
Iob.20
Iohan.14
1.Cor.17
Proverb.2
Ecl.1.9
Ecl.1.23
Iob.31
Rom.14
1.Cor.8
Luc.17

Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto. Gaudium ex coniunctione potentiae cum obiecto conveniunt sub ratione concupiscentiae apprehenso, concupiscentiae quae ad modum voluntatis bono desiderato unita seu praesentia concupiscentiae adempta mox delectatur in ea. Itaque bonum sub ratione boni, obiectum & causa est gaudium. Ex quo certissime elucescit, quod gaudium uere & proprie sumptum non est nisi de his quae uere bona conuenientia sunt gaudenti, qualia sunt praesertim bona honesta, spiritalia ac diuina, in quorum contemplatione, possessione, ademptione & dilectione gaudere debemus. Primo ergo ac propriissime gaudium sumitur pro delectatione spiritali, intellectuali, uirtuosa atque sincera, quae contemplationem ueri dilectionemque boni consequitur. Sic ergo sumitur scriptura gaudium, ubi ait: Non est gaudere impijs, dicit dominus. Augustinus quoque dicens: Impij non proprie gaudere sed gestire dicuntur. Et de hoc gaudio potissime uere est quod ait Albertus: Gaudium est diffusio animi in conceptu boni. Sed quia duplex est bonum, ut puta uere & apparente: Et multi uisus obtenebrati aut errore fuscati, uera bona relinquunt, & falsa seu apparentia bona praesigunt, quae tanquam uera bona concipiunt, amant & quaerunt: iccirco delectationem suam & gaudium in talibus statuunt. Hinc secundario atque improprie gaudium sumitur pro delectatione inani & falsa, tamen in spiritalibus rebus concipitur, sicut heretici in suis uanissimis adinventionibus agnoscunt gaudium. Iuxta hanc gaudij acceptionem scriptum est: Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocrite ad instar puncti. Hypocritae nepe in palliatis uirtutum operibus & simulata aequitate, quae non est aequitas sed duplex iniquitas, gloriantur. Sic quoque Hieronymus loquitur: Gaudeant nunc reprobi, quibus parata est & seruat sempiterna poena inferni. Sed quoniam multi uitioy & passionum suarum crassitudine obnubilati, carnalia & terrena uel solui uel potissime cogitant, amant & quaerunt, eo quod se seipos, quantum ad suum brutale, sensituum & corporale uel tantum uel praecipue apprehendunt & diligunt: hinc in carnalibus, transitorijs, uanis, caducis atque terrenis, praesertim & maxime delectantur, occupant, quiescunt: quia in talibus finem sibi ultimum statuerunt: Ideo gaudium tertio sumitur pro delectatione carnali, tam in interioribus quam exterioribus uirtutibus sensituius, quales sunt delectationes appetitus concupiscibilis ac irascibilis, & exteriorum exteriorumque sensuum. Vnde apud Iohannem ait Saluator apostolus: Mundus gaudebit, uos autem contristabimini. Iob quoque uicesimo primo de impijs fertur: Tenent tympanum & gaudent ad uocem cytharae. Simili modo secundum Augustinum dicit Apostolus loquens de charitate: Non gaudet super iniquitate: quasi aliquis possit super iniquitate gaudere: quod utique nemo potest, gaudio proprie sumpto: potest autem gaudio improprie capto, Salomone testante: Laetantur cum male fecerint. Et Psalmista: Quid gloriaris in malitia: Hoc modo ait Gregorius sexto Moralium: Nonnulli iniquitates perpetrant, & gaudere non cessant: de quibus legit in Ecclesiaste: Sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant. Et Iacobi quarto: Risus uester conuertatur in luctum, & gaudium in uerorere. Sunt autem & alia plura diuinae loca scripturae, in quibus gaudium hoc modo prouitiosa delectatione improprie sumitur, sicut est illud Ecclesiastici uicesimo tertio: Domine pater & dominator uitae meae, ne derelinquas me in cogitatu & consilio impiorum, & incidam in conspectu aduersariorum meorum, & gaudeat inimicus meus. Itemque illud Iobi: Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: quasi quis ualeat de alterius gaudere ruinam quod utique potest & non potest, secundum diuersas gaudij acceptiones, sicut praetactum est. Postremo, quod in articulo huius exordio ex uerbis Apostoli introduxi (Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto) dupliciter potest intelligi: Primo sic: Non est regnum dei, id est regnatio atque inhabitatio dei per charitatem & gratiam in anima nostra esca & potus, id est uictus exterior seu manducatio corporalis secundum se considerata: Esca namque, ut ait Apostolus, non commendat nos deo, nec manducatio laudabilis uituperabilis uere consistit, nisi secundum quod anima ordinate aut inordinate afficitur, debitaque mensura exceditur aut seruatur. Sed iustitia reddens cuique quod suum est: Et pax, quae est tranquillitas animi & gaudium in spiritu sancto, id est spiritalis laetitia per gratiam spiritus sancti concepta: ista sunt regnum dei: quia per haec deus corda nostra inhabitat & regnat in nobis. Vnde in euangelio loquitur Christus: Regnum dei intra uos est. Secundo sic: Non est regnum dei esca & potus, id est, per comestionem corpoream absolute acceptam regnum caeleste seu uitam aeternam non acquirimus neque meremur, sed iustitia &c. id est, per actum iustitiae, pacem internam & gaudium spirituale

spiritali, futuram beatitudinem promeremur & obtinemus: secundum quod in prima sua epistola protestatur Iohannes: Omnis qui facit iustitiam, ex deo est. Et Saluator: Beati patris filij, qui filij dei uocabuntur. Itemque Psal. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Articulus II. Quod gaudium spirituale dupliciter sumitur, & qualiter ab Apostolo inter fructus spiritus connumeratur.

1. Ioh. 2
Mat. 5
Psal. 105

Gala. 5
Fructus spūs
duodecim

Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas &c. Hoc loco ponit Apostolus duodecim fructus spiritus, quorum primi atque praecipui sunt charitas, gaudium & pax. Denique quidam doctorum per fructus spiritus intelligunt delectationes spirituales actibus uirtuosis annexas: alij uero ipsos actus uirtutum delectabiles seu iucunde exercitatos. Potest quoque utrumque teneri, ut siue delectationes, siue opera uirtuosa dicantur fructus, unum intelligatur includi in alio, scilicet delectatio in actu quem connumeratur, & actus in delectatione quae ex ipso causatur: signum uirtutis est, delectabiliter quae bona sunt, agere. Haec ergo dicuntur, fructus, ad similitudinem fructus materialis: Quoniam fructus materialis de terra aut arbore nascitur, & tanquam ultimum quoddam expectatur: quod suauiter degustatur: sic praedicta opera delectationis uel spiritus a spiritu nostro uelut ab arbore oriuntur & colliguntur, & propter se tanquam bona per se appetuntur, nec non cum spiritali dulcedine assumuntur. Dicuntur praeterea fructus spiritus, siue per spiritum intelligantur spiritus sanctus, siue animus non rationalis: quoniam a spiritu sancto principaliter diriuantur, & in spiritu nostro subsistantur, a quo etiam opere spiritus sancti causantur. Itaque dum charitas dicitur fructus spiritus, non sumitur pro uirtute seu habitu uirtuoso infuso, qui charitas appellatur, quia deus gratis propter se pure diligitur, & proximus propter deum sed uel pro actuali dilectione dei, uel pro delectatione actum hunc consequente. Per gaudium uero & pacem proprie intelligitur neque actus uirtutis a delectatione & pace distinctus, sed delectatio ipsa & quies in bono amato: Propterea Antistidorensis per fructus spiritus ipsas delectationes uirtutum intelligens, ita inter haec tria distinguit: Per charitatem equidem diligimus primo deum, deinde nos ipsos, tertio proximos. Delectatio ergo consequens actuale dilectionem dei, est primus fructus, qui ab Apostolo charitas dicitur, quoniam aliud speciale & proprium nomen non habet: delectatio autem consequens actuale dilectionem nostri, qua de bonis nobis diuinius collatis & conferendis gloriamur in deo, gaudium nuncupatur, sumendo de gaudij appropriate, ut est specialis fructus spiritus. Vnde Ap. ait: Pro huiusmodi, ut puta dono gratiae mihi concessae gloriabor. Et rursus: Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Postremo, delectatio consequens actuale dilectionem, qua proximos nostros diligimus, pax uocatur, prout hoc loco pax inter fructus spiritus annumeratur. Veruntamen gaudium & pax in communi usu doctorum communius accipiuntur: nam gaudium etiam proprie loquendo, pro quacumque delectatione spiritali & bona suscipitur, siue ex dilectione creatoris, siue ex dilectione operis eius diuinorum, seu spiritalium creaturarum nascatur. De diuersis uero acceptionibus pacis infra patebit. In hoc quoque tractatu de gaudio spiritali, interno, uirtuoso & sancto loquendum est intentio: de hoc etiam gaudio charitas tua mihi domine praedilecte postulabat tractatum.

2. Test. 1
2. Cor. 1

Articulus III. De duplici concupiscentia seu desiderio, duplici quoque delectatione & gaudio, & quod inter delectationem & gaudium assignat distinctio. **C**or meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Quae admodum Isaacus Istraelitae philosophus in libro definitionum edocuit, in homine omnium rerum differentiae inueniuntur, ita quod de uniuersorum entium natura & proprietate aliquid participat, atque cum omnibus in aliquo comunicat. Est quippe in homine substantia materialis & immaterialis, uidelicet caro & spiritus, seu corpus & anima rationalis, substantia mortalis & immortalis, substantia non intellectualis seu irrationalis, & intellectualis seu rationalis. Simili modo est in homine accidens materiale, sensibile, corruptibile, & accedens immateriale, insensibile & incorruptibile, sed intellectus, uoluntas, sapientia, charitas: Sic itaque est in homine, duplex uis cognitiua, uidelicet sensus & intellectus: duplex etiam appetitiua potentia, ut puta appetitus sensituius, qui in concupiscibilem irascibilemque partem & intellectuius qui nuncupatur uoluntas. Hinc ergo competit homini duplex desiderium seu concupiscentia: una carnalis & sensitua, in appetitu inferiori & sensitiuo consistens, estque una de passionibus animae, quae nisi per uirtutes morales a ratione regatur ac refrenetur, protinus uictiosa efficitur. De talibus concupiscentijs ait Ap. Quia autem sunt christi, carne sua crucifixi uerunt cum uitijs & concupiscentijs. Porro, alia est concupiscentia intellectualis, cuius subiectum uoluntas est, de qua in lib. Sap. inducitur: Concupiscentia sapientiae deducet ad regnum perpetuum. Et quoniam concupiscentia seu desiderium

Psal. 138

Gala. 5
Sap. 5

desideriū est quedā tendentia & motio appetitus ad bonū desideratū nondū adeptū, cuius presentia, cōiunctio siue adeptio delectationē in appetitū producitur: idcirco quēdam dū duplex est cōcupiscentia, ita & delectatio bipartita: quāz una est sensitua carnalis, quā oportet frenare & rationi subijcere, de qua Ecclesiastici octauo decimo habet: A uoluptate tua auertere: Alia autem est intellectualis, de qua loquitur Psalmista: Memor fui dei & delectatus sum. Rursumque: Delectationes in dextera tua usque in finem. Insuper inter delectationem & gaudium ponit Thomas super quartum Sententiarum huiusmodi distinctionem, quod delectatio dicitur, quando ipsa perfectio seu bonum appetibile realiter appetenti seu potentia affectuā coniungitur, ut quando realiter præsens est: dum uero cōiungitur secundum apprehensionem, est gaudium: sicut de spe futurorum & memoria præteritorum gaudere censetur. Nihilominus etiam gaudium est, quando perfectio ipsa realiter gaudenti unitur, dummodo eam apprehendat, præsertim si uis appetitiua reflectatur super eandem, unde delectatio inferiori & superiori appetitui competit, imò brutis & hominibus, angelis quoque & deo: gaudium uero ad intellectualem affectum seu appetitū præcipue pertinet. Lætitia demum, exultatio atque iucunditas significat idem quod gaudium, sed superaddunt & connotant quosdam gaudij huius effectus: lætitia e quidem superaddit & connotat interiorē effectū scilicet cordis seu appetitus dilatationem affectum gaudij cōsequente: dicitur namque lætitia à latitudine, quasi lætitia, prout ipse affectus ex sui appetibilis cōiunctioe roboratus perfectiorque effectus intra se dilatatur & aperitur. Vnde ad Corinthios scribit Apłs: Cor nostrum dilatatum est. Et Psalmista: A dextris, inquit, est mihi dñs, ne cōmouear: propter hoc lætatiū est cor meum. Alia translatio cōinet: Dilatatum est cor meum. Exultatio autē significat gaudium cū effectū eius exteriori proripente ac apparente, inquantū internū gaudiū per exteriora quædam indicia foris ostenditur in uultu, uisu & mēbris. Dicitur enim exultatio, quasi extra se saltatio. Locūditas uero dicitur gaudiū, quod sic foris per signa hilaritatis prorūpit, quod etiā alios ad gaudiū prouocat. Veruntamen unum quodque istorum pro alio ubertim accipit: propter quod de hac distinctione nominali nō nimis curandū uidetur.

Articulus III. Quid sit gaudium diffinitiuē seu descriptiuē: & quod non sit idem quod dilectio uel contemplatio aut operatio, sed quietatio quædam ipsius potentia appetitiuē seu apprehensiuē.

IN pace in idipsum dormiam & requiescam. Omne perfectibile tam diu in quietum & imperfectum cognoscitur, quandiu à propria perfectione & bono concupito elongatur: idcirco naturaliter tendit ad ea, eisque adeptus iam quodammodo quietat & contentari uidetur. Et quietatio hæc appetitus, delectatio appellatur & gaudium: quod gaudium ita se habet ad desiderium præuium, sicut in naturalibus quies ad motum præcedentem. Vnde quemadmodum ignis naturaliter quiescit in loco qui sursum, & terra deorsum sic appetitus in bono conuenienti adepto quiescit, quantum ad desiderium quo afficiebatur ac ferebatur ad ipsum: Non tamen simpliciter conquiescit, quietatur aut contentatur in aliquo bono creato, sed solū in bono diuino immenso, deo glorioso & sancto, clare atque per speciem uiso ac fruiuiue feliciterque adepto: ipse enim est finis noster, ad cuius beatificam fruitionem conditi sumus: nec aliquid citra eum animæ nostræ capacitatem & desiderium, uel intellectus nostri ad sciendum auiditatem potest satiari aut immobilitare siue implere: secundum quod loquitur Augustinus: Domine creasti nos propter te, & inquitur cor nostrum, donec ueniat ad te. Hoc uere sensit & affectuose experiebat qui dixit: Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Denique, si appetitus noster uel sensitiuus uel intellectiuus in aliquo bono creato siue sensibili siue intelligibili cōquieuerit delectatus uel fuerit, nisi inquantū bonum hoc ad summū boni ac ultimū finis nostri adeptionem nobis ac commodum est, inordinata quietio & uisiosa delectatio erit. Idcirco non iam duntaxat in sensibilibus atque carnalibus, sed in spiritalibus quoque quam plures inaniter delectantur. Vt qui de scientia sua, uel uirtutibus aut subtili ingenio in seipsis uanissime, non in deo sapientialiter gloriantur, quos inflat scientia, & ab hominibus sapiētes & docti cupiunt reputari qui ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Porro, qui uere doctus & sapiens est, quanto plura à deo sortitus est bona, quanto se uidet uel in donis naturæ uel in muneribus gratiæ amplius adornatum, tanto satagit deo piissimo in omnibus ubique & semper esse deuotior, gratior, humilior atque subiectior, imò & timorator redditur, sciens quoniam cui plus datum, plus utique

requiretur ab eo à iudice deo. Ex his innoscit, non esse tenendam opinionem dicentium realiter idem esse dilectionem uoluntatis & delectationem eius, seu gaudium: dilectioni etenim delectatio potest adesse atque abesse: imò frequenter abest, & postea adest, dilectione in suo esse manente. Insuper dilectio est actus interior uoluntatis, quem iuxta Philosophū delectatio perficit: sed & uolūtas cogi potest cessare à delectatione, ita ut eam per infirmam tristitiam in uitā amittat: non autem cogi potest à dilectione cessare, cum sit liberissima eius uolūto. Præterea delectationem ut se ad delectationem appetitus sensitui ac uoluntatis extendit, sic diffinit Abertus: Delectatio est diffusio ipsius appetitus, propter eius præsentiam quod reputatur conueniens, uel eius absentiam, quod inconueniens iudicatur. Vnde etiā in malo poenæ seu malis poenalibus uitæ præsentis, uidelicet in aduersis, in persecuti onibus, tērationibus, infirmitatibus, inopia, fame, siti & frigore gaudēdū est Christiano, inquantū hmoi sunt sibi uilia bona & necessaria, ad satisfaciendum pro culpa, ad disponendum cor suum pro gratia, ad crescendum in uera perfectione, ad proficiendum in diuinæ charitatis feruore, ad assequendum uestigia Christi, ad feliciorē, celeriorē ac faciliorem ingressum super celestis palatij. Et quo ista poenalia Christianus plus refugit, eo se imperfectionem ac miserabiliorem agnoscat. Quo autem ad ea se promptiorē, alacriorē ac fortiorē repererit, eo perfectior est, & deo benedicto omni boni datori liberalissimo precordialiores referat gratias, laudes & famulat. Qui enim se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse utique ambulare. Christus uero in omnibus, quod carni exat molestius prælegit. Hinc iuxta Apostolicū documentū, Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum celorum. Et Iacobus in principio sue canonicæ: Omne inquit, gaudiū existimate fratres, cum diuersas tentationes incideritis. O quantum distant amatores seculi huius, qui hominum laudibus atque honoribus confouent, qui in fama, prælatione & mundi prosperitatibus gloriantur, à sensu, doctrina imitationeque humilis & pauperis Iesu Christi, itemque à beatitudine illa de qua ipse in euangelio suis loquebatur electis: Beati inquit, eritis, cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos, mētientes propter me. Gaudete ait, in illa hora & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in caelis. Si non essemus in mundo hoc peregrini & exules, possemus nunc delectationes & prospera mundi optare. Si autem gaudemus nos esse Christianos atque in seculo isto uiatores & aduenas, quid desideramus temporaliter prosperari, carnaliter delectari, seculariter iucundari, cum certum sit nos tanto plus à futura uera beatitudine celestique patriæ impediri & elōgari, quanto in uita ista mortali mox peritura, amplius sublimari, abun dare inaniterque lætari, ac proprijs uoluntatibus satisfacere affectamus?

Articulus V. Quam frequenter ac uigilanter sacra scriptura nos exhortatur ad gaudium spiritale.

Quoniam iuxta Apostolum, omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur: nempe à tribus generalibus animarum hostibus iugiter impugnantur, multipliciter infestantur, grauiter tribulantur: idcirco ne ruant sub onere, & radio uicti succumbāt deserētes semitas æquiritatis uiasque domini pulchras atque pacificas, quamuis subinde ad tempus laboriosas & duras, necessaria ualde est eis delectatio spiritalis, consolatioque interna & gaudium in spiritu sancto, quo omnis externa mitigetur itemque pro Christo æquanimiter toleretur afflictio: præsertim quoniam sicut sine dilectione, ita & sine delectatione nemo diu ualet cōsistere: quia per uolūtatē utrumque naturaliter adamatur: imò secundum Philosophum decimo Ethicorum, Delectatio maxime uidet hominibus propria, & per se inest cuilibet ut tristitia fugiat & delectabilia inuitetur. Tristitia quippe secundum quod talia, fugiuntur à quolibet, quamuis uirtuosi ea accipient, in quantum per ea ad felicitatem ueram proficiunt, iuxta illud Petri: Hæc est gratia dei, si propter conscientiam dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Verum hac consideratione, quæ in se tristitia sunt, sub ratione conuenientis apprehenduntur, propter quod appetibilia & iucunda redduntur. Insuper deo præcipue naturale est naturæ humanæ delectationem expetere, quoniam quæ infra hominem sunt, scilicet bruta, solo appetitu sensitiuo ad delectationes afficiuntur: quæ autem sunt supra hominem, ut puta mentes angelicæ, intellectuū præcise appetit ad delectationem feruntur: homo uero utroque seu duplici appetitū inclinatur ad eas. Idcirco ne sensitui appetitus delectationes sequatur, necessarium ei est gaudium spiritale & consolatio in diuinis. Hinc Christus docuit, in aduersis uel hemeter esse gaudendū, propter præmiū illud copiosissimū, quod oculus nō uidit, nec auris

Gaudiū in aduersis quod efficitur

1. Iohan. 2.

Act. 14.

Iaco. 1.

Luc. 6.

2. Timo. 3.

1. Pet. 2.

Ista. 64.

Delectatio ad pietatem

Psal. 76
Psal. 1171. Cor. 6
Psal. 117

Psal. 4.

Psal. 4.

Rom. 10.

1. Cor. 13

Eohan. 15

Eodem

Eohan. 17

Phil. 4

1. Thim. 5

Roma. 12

1. Pet. 4

1. Plat. 32

1. Plat. 32

1. Plat. 32

Luc. 1

Abac. 3

Luc. 17

1. Pet. 4

Eohan. 17

Eodem

audire, neq; cor apprehendit nobis in cœlis paratū, ad qd per patientiā in aduersis cōpen-
diosisime puenit. Hinc in sermone illo præ clarissimo in cōparabiliterq; pulcherrimo, quē
post cenā nouissimā passioni iā proximus ad aplos fecit, eos oēsq; electos multipliciter cō-
solabat atq; ad spiritale gaudiū hortabat, dicēdo: Petite & accipietis, ut gaudiū ur̄m sit ple-
nū. Et rursus: Vos nūc qdē tristitiā habetis: itēq; aut̄ uidebo uos, & gaudebit cor uestrū, &
gaudiū uestrū nemo tollet a uobis. Denuo loquēs ad patrē: Nūc inq; ad te uenio, & hec lo-
quor in mūdo, ut habeāt gaudiū meū impletū in femetipsis. Hinc monet Philippēs Ap̄s:
Gaudete in dño semp; itēq; dico, gaudete. Ad Thessalonicē. q̄q; semp; gaudete. Et alibi
Spe gaudētes, in tribulatione patietes. Hinc Petrus nos instruit: Cōmunicātes Christi passi-
onibus gaudete, ut & in reuelatiōe gl̄iæ eius gaudeatis. In sup̄ & Plal. ad gaudiū istud uber-
rime nos inuitat, dicēdo: Exultate iusti in dño. Et rursus: Lætamini in dño & exultate iusti,
& gloriamini oēs recti corde. Et itēq;: Iucū dū sit ei eloquū meū, ego uero delectabor in dño.
Hāc demū lætitiā sanctā copiosissime expta dulcissima uirgo Christifera, dixit: Exultauit
spūs meus in deo salutarī meo. Et Abacuck ppheta: Ego aut̄ in dño gaudebo, & exultabo
in deo Iesum eo. Itaq; bona q̄ agimus ad gloriā dei alacri mēte agamus, non torpētes, igna-
ui, fastidiosi, regi regū & dño dominātiū obsequamur, sed corde iucūdo atq; ex aīo, modicū
cū facere possumus: qd cū fecerimus, dicere habemus: Serui inuiles sumus, qd debuius
facere, fecimus: nihilominus cū gaudiō spiritali omne qd possumus, ad dei honorē & gloriā
ex charitatis seruire uiriliter prosequamur.

Articulus VI. An beatitudo consistat in gaudio, & an delectatio aliqua sit qd
optimū. De bonitate quoq; & malitia delectationum.

Vidētes Christū exultabimus lætitiā inenarrabili & glorificata, reportātes finē
fidei nr̄æ, salutē aiā nr̄æ. Nūc dictū est, qd sacra scriptura sc̄ipue nos hortet
ad gaudiū spiritale seu delectationē intellectuāle ac uirtuosam intāū, ut Chrs̄
dicat se ob hoc p̄dicasse ap̄lis, ut habeāt gaudiū suū in seipsis impletū. Ex q̄ seq̄
uidet, qd gaudiū sit bonū nostrū finale ac ultimātū, & p̄ cōse quēs felicitas nr̄a. Deniq; deci-
mo Ethicoz ait Philosophus, qd delectatio aliq̄ propter se ipsam finaliter desideratur, non
propter aliud aliquid. Hoc aut̄ non nisi felicitati conuenire asseritur. Rursus eodē loco Ari-
stoteles ait cōtra Platonē, quod aliqua delectatio est qd optimū. Ad idē cōsonare uidet qd
loquitur Augustinus: Est gaudiū qd non dat imp̄s, sed eis qui te dñe gratis colūt, quoq; gau-
dium tu ipse es. Et ipsa est beata uita, gaudere de te propter te, ipsa est, & nō altera. Adhuc
fructio dei uidet esse nostrā felicitasē, sed fructio ista est delectatio consummata in deo, quē
admodum multi doctores affirmant. Postremo apparet, qd nec cognitio neq; dilectio app-
petibilis esset, nisi delectabilis foret: sicq; delectatio erit bonū finale ac principale propter
quod cœtera appetuntur. Sed huius contrariū facilius demonstratur: quoniam secundū
theologos atq; philosophos, felicitas est optima operatio uirtutis dignissima. Nunc uero
præ habitum est, qd delectatio non est operatio, sed quietatio appetitus consequens eam.
Itēq; Christus ait ad patrem: Hæc est uita æterna, ut cognoscāt te uerum deū. Quo liquet
qd beatitudo sit clara diuinitatis cognitio: gaudium uero a cognitione realiter est distin-
ctum. Et respondendum, qd felicitas non consistit essentialiter seu formaliter in delectatio-
ne uel gaudio, sed in actu sapientie qui contemplatio nominatur: quamuis nonnulli ponāt
eam in actuāle dei amore. Verum Aristoteles apertissime docet, qd speculatio optimi specu-
labilis sit formaliter felicitas ipsa: Nilominus quoniam delectatio operationem hāc opti-
mam ornat, complet & perficit, sicut pulchritudo iuuentutem: siccirco felicitas completi-
ue non essentialiter in delectatione consistere perhibetur. Et quantum ad hoc uerificatur
positio affirmantium, qd delectatio aliqua sit quid optimū, non quod sit operatio quā
consequitur, melioris sed quoniam operationi uirtuosæ in qua consistit felicitas, tam intrinse-
ce est connexa, & ad beatitudinē requisita, qd non reputat a felicitate extraneæ: Itcirco nō
ponit in numero quantum ad rationē boni finalis, quod de necessitate conuenit tam ope-
rationem q̄ delectationem annexam, præsertim cum iuxta Boethium, beatitudo sit status
omnium honorum aggregatione perfectus. Hinc secundum Thomam bonitas operatio-
nis & bonitas delectationis non reputantur bonitates distinctæ seu duæ, sed una, eo quod
una sit propter aliam atq; perficiat eam. Delectatio quoq; potius ad operationem ordina-
ri uidetur q̄ e contra. Deniq; absolute loquendo, operatio seu dilectio melior est delectati-
one ac dignior, cuius rationem Ockam assignat: Quoniam illud est melius atq; perfectius,
cuius cœterarum extat deterius: Odium aut̄ dei quod dilectioni opponit, est peius tristitiā

quæ

quæ delectationi contrariat. Præterea secundū Thomā, Amor plus unit nos beatificanti
obiectō seu deo q̄ delectatio: quoniam amantē in amatum sic amor transformat, qd amas &
amatus sunt unū per affectū: & ipse amicus dicit alter ego. Delectatio aut̄ amāus in amato
est per participationē amicus ab illo, secundū quod est amanti realiter præsens. Ex præin-
ductis demū elicitur, qd licet operationē delectatio dicat perficere & cōplere: hoc tamē nō
est per modū finis seu causæ finalis, prout finis dicitur id, gratia cuius seu propter quod est
aliud: sic namq; delectatio principalior foret: sed in quantum finis dicitur rationē ultimi iudicæ
nientis: sicq; Philosophus astruit, qd delectatio perficit operationē tanq; finis quidā ip̄sus.
Constat etiā qd delectatio perficit operationē ex parte causæ agentis, quoniam cōseruat atq;
accendit operantē in opere, facitq; eū operationi magis intentū & ad operandū magis ro-
bustū. Propterea ait Philosophus, qd proprias operationes adauget, & extraneas impedit
seu excludit delectatio. Deniq; quoniam iuxta præhabita, delectatio operationē consequit,
par eadēq; est censura de bonitate atq; malitia delectationū & operationū quas consequū
tur: bonū autē in moralibus appellat, quod rationi cōcordat: malū uero quod ab ea discor-
dat: ratio nōpe deprecat ad optimā: & optimū hominis est esse secundū rationē. Vnde &
tribus, uidelicet deo & ecclesiæ, rationi quoq; obedire tenemur. Quemadmodū ergo ope-
ratio fert moraliter bona, quæ est rationi consentanea: mala uero quæ discordat ab ea. Con-
formiter delectatio dicit moraliter bona, dū appetitus quiescit seu oblectat in his quæ ra-
tionis conueniunt: mala autē, dū quiescit in his quæ a ratione & lege diuina discordant. Ex
quibus euidenter elicit, qd sicut non omnis delectatio intellectualis seu spiritalis est bona &
licita, sicut ostensum est: sic non omnis delectatio sensitua & corporalis est mala ac uitiosa:
Tēperatus etenim sine culpa in cibo delectat & potu, secundū qd delectatio illa est natura-
lis & cōtra defectū corruptiui contrariū ordinata. Castus q̄q; cōtinensq; maritus in cōiu-
gali cōcubitu delectat sine offensa, eo qd actum matrimonij excubent & honestat hæc tria,
quæ sunt fides, sacramentū & proles, imō & actus ille meritorius esse potest, in quantum est
opus religionis siue iustitiæ a charitate originaliter imperatus. Veruntū si appetitui alimē-
ti aut cōiugis admiscet appetitus delectationis, erit peccatū tūc uti quæ ueniale dū delectatio
diuina lege non prohibet, nec dilectioni diuinæ eiusq; delectatiōi præferri uero diuinitus
prohibeat aut diuinæ dilectioni delectationi ue spiritali anteponat, erit mortale. Omnes in-
super de rebus cōceptas creatis delectatiōes opus est ordinare, secundū qd expedit, ad di-
lectiōē delectationēq; in deo habendā. Quāuis etiā delectationes quæ dā sensibiles ulum
rōnis absorbeāt, sicut in copula maritali legitimi thori nō tñ idcirco sunt malæ atq; uitæ dē,
quā non dissonat a rectæ rationis dictamine. Vnde nec somnus est malus, quāuis liget atq;
impediat exercitiā rationis. Nunc solū dā sunt breuiter, quæ in huius articuli principio ui-
deban̄ probare, qd beatitudo nostra in delectatiōe cōsistat, & idē cum gaudio sit. Vnde ad
autoritates ex euāgelio introductas dicendū, qd Christus accipit tibi gaudiū pro uita æter-
na & gloria cōsummata, uidelicet pro delectatiōe cū inclusiōe operatiōis beatificæ & oim
quæ felicitatē concernūt. Sic & alibi ait seruo fidelis: Quia sup̄ pauca fuiti fidelis, supra mul-
ta te constituā, intra in gaudiū dñi tui. Similiter ad autoritatē Augustini dicendū: Ad uerba
uero philosophi elucescit ex prædictis solutio. Ad aliud respondendū, qd fructio potius di-
citur amor q̄ delectatio: amor, in quā, actualis, purus & sincerissimus, qui est amor amicitie
non cōcupiscentiæ, quo deus diligit pure propter se, non propter cōmodū diligētis, ita qd
deus superamabilis & in finitū præ oīibus sup̄ desiderabilis, est huius amoris finis præ-
cipuus ratioq; amādū: quæ fructiū amorē delectatio sancta & mūda consequit. Itud est de
mēte Thomæ & Bonauenturæ ac Scoti, Richardi q̄q; de Media uilla & petri de Tharēstia.
Autoritates aut̄ quæ sonare uident, qd delectatio sit fructio, accipiēdē intelligēdēq; sunt cau-
saliter uel cōcomitanter, non identice atq; formaliter uel cū inclusiōe operationis, quæ cau-
sa est delectatiōis. Ad ultimū respondendū, qd utiq; contemplatio & dilectio dei, seu contem-
platiua dilectio & dilectiua contemplatio p̄ se & propter se, ut puta delectatiōe seclusa, app-
etibiles sunt, imō quo amor amātis deū fuerit purior, eo minus delectationē propriūq; bonū
requirit, sed ipsum quod diligit quærīt dūtaxat: amantē namq; totaliter in amātū trāponit.
Nilominus deus fons omnis liberalitatis, munificentiæ, magnificentiæ & cōmunicabilitatis,
delectationē dulcedinis suæ omnesq; diuitias gloriæ suę puris amatoribus suis tanto exu-
berantius cōmunicat & infundit, quāto minus illi ad seipos reflexi sunt, propriū cōmodū
intendendo uel ad primum oculos dirigēdo, sicut in sequentibus plenius declarabo.

Articulus VII. An uiri in uirtutibus consummati, sit consolationem internam uel
delectationem in domino spiritalem exquirere uel optare.

SSSS 4 Et

Tribus homo
obedire tenet.

Mat 25

Deut. 10

ET nunc Israël quid dominus petit à te, nisi ut timeas dominum deum tuum, & ambules in uis eius, & diligas eum ac seruias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua? In superioribus patuit, quemadmodum sacra scriptura ad spirituale gaudium (quod est interna animæ consolatio) nos frequenter inuitet. Nunc autem paulo ante disserui, quod amor seu charitas dei, quo fuerit purior, plenior atque perfectior, eo minus ad se seu proprium subiectum reflectitur, ita quod tanto minus proprium commodum ac delectationem requirit, sed tota purissime tendit in deum, illum duntaxat exquirens, suspirans, affectans. Merito itaque ita inuestigat, An uiri perfecti, heroici seu diuini sit delectationem seu consolationem aut cætera gratie deuotionisque dona exquirere, optare siue rogare. Et uidet, quod imo, quoniam illi quibus scribit Apostolus, Gaudete in domino semper, erant ualde perfecti, ut puta Philippenses, quos Paulus excellenter commendat. Rursum, admonitionibus sacræ scripturæ acquirere & parere, iustum & bonum est scriptura autem ad delectationem inuitat nos spiritalem. Adhuc secundum documenta euangelicæ legis, uniuersa quæ agimus, operari propter futuram felicitatem seu præmium electorum debemus: cuiuslibet igitur Christiani est proprium bonum dei quod exquirere. Amplius, cum delectatio sit operationis uirtutis perfectio, nonne utique ab omnibus est optanda, ut possint perfectum deo offerre obsequium? At uero cum sine deuotionis & gratie donis non ualeamus deo seruire alacriter aut conplacere salubriter, omnis Christianus dona hæc debet acquirere. Postremo de Moyse uiro heroico scribit Apostolus ad Hebræos, quod aspexit in remunerationem. & Psalmista uir perfectus: Inclinaui, inquit, cor meum ad faciendas iustificationes tuas in eternum propter retributionem. Veruntamen huius oppositum uariis modis probatur. Primo, quod quidam contemplatiui deuotissimi quæ scripserunt: Nil iustus domine, quod ut obtemperatum propriamque bonitatem nullo adhuc dilectionis sperato premio diligaris. Insuper in Tractatu de uirtutibus, qui Paradisus animæ intitulatur, conscriptum est: Charitas ad deum uera & perfecta est, quando anima cum omnibus uirtutibus suis ardentem infundit se deo, nullum commodum transitorium uel æternum querens in eo, sed solum propter inamatam suam bonitatem, nobilitatem & sanctitatem afficitur circa eum. Delicata anima quasi abominatur per modum commodi uel præmii diligere deum. Qui autem diligit deum quia sibi bonus est, & principaliter ut sibi beatitudinem conferat, naturaliter & imperfectam habere conuincitur charitatem. His proinde concordant ea, quæ dominus Iohannes Ruysbroek in libris suis anagogicis sapientissime scribit. Denique, in libro de perfectione filiorum dei, uir idem à spiritu sancto mirabiliter, imò & experimentaliter (ut pie creditur) eruditus, fideles in statu salutis & gratiæ consistentes, tripartitur: alios uocans seruos fideles, alios autem secretos amicos, alios uero occultos filios: quorum primi sunt boni, secundum meliores, tertium optimi. Ponitur talis differentia inter istos, quoniam serui fideles peccata mortalia uigilanter deuiant, præcepta dominica diligenter custodiunt, nondum tamen interni ac contemplatiui effecti sunt, sed actiui atque in actibus uitæ propriis studiis sanctis operibus deo placere contendant & huiusmodi exercitia magna arbitrantur & eligunt. Porro, secreti amici interna & affectuosa adhesionem deo intenti sunt, atque ad spirituale se gustum erigentes: consilia quoque conantur implere, contemplatiuæque actibus uitæ se fatagunt applicare. Veruntamen nondum omnino nudi ac simplices facti sunt, quoniam omnem necdum proprietatem reliquerunt, nec fibimet penitus mortui sunt, nec à seipsis totaliter defecerunt: adhuc enim dona dei, consolationem internam, spiritalem dulcedinem, adhesionem suauem uelut summa atque finalia bona magnipendunt, amant & cupiunt. Præterea occulti filij dei his omnibus moriuntur, solique super beatissimam deitati tota mente intenti, nil præter eam magnipendunt, aduertunt, requirunt. Hinc in super splendidissima diuine lucis caliginem ætenuis absorbentur, ut sibi penitus moriantur in amore diuino comburi, & omnem ad se reflexionem ac proprietatem relinquere uideant. Multa quoque alta ac profundissima de hoc puncto introducit uir iste diuinus, quæ sancta conuersione, interna degustatione, felici experientia melius certiusque discitur & intelliguntur, quæ dectione aut uerbo. Postremo certum omnino censetur, quoniam quo in cultu diuino integrius, amorosius atque simplicius ad deum conuertimur minus ad nos ipsos reflectimur, eo in charitate diuina excellentiores monstramur. Ad uirum ergo in charitate uirtutibusque perfectum non pertinet consolatio à deo expetere, aut ad dona creatoris sibi proficua oculum cordis dirigere, nec in diligendo deum de præmiationis suæ retributione quippiam cogitare. hinc etiam alibi scriptum est: Qui alium sincere uerè diligit, non iam propter ea quæ illius sunt, sed propter ipsum pure diligit eum: qui autem idcirco alium diligit quoniam sibi utilis est, & bonum seu commodum ab ipso præstolatur, non illum, sed dona seu bona ipsius

Philipp. 4

Hebræi
Filiis

ipsius, imò seipsum præcipue comprobatur diligere: ideoque is duntaxat uerus purusque dei amator censendus est, qui eum quantum possibile est secundum euangelicam illud præceptum, toto corde, tota mente, tota anima & tota fortitudine diligit, non comodi alicuius intuitu, sed nec remuneratiōis aspectu: non metu poenæ, aut felicitatis obtentu, aut quoniam sibi conueniens ac necessarius est: Quin potius propter conaturalē purā, fontanā, immensam & superambibilem suam bonitatem, nobilitatem, perfectionem & sanctitatem ei afficit, eumque reuerentiali cultu seruet & ad bonum ipsius, non per reflexionem ac reuersionem ad nos. Hæc charitas continet gradus, meretur enim augeri, ut aucta mereatur & perficiatur: sicut timor initialis aliud fortitur de timore seruilis, quāuis in ipso præponderet id quod est filialis timoris, aliter non esset meritorius: sic amor amicitie, quantum ad gradum suum nondum perfectum, aliud habet de amore concupiscentiæ sibi admixtum, præponderat tamen in eo quod est amicitialis & charitati amoris. Cum uero ad perfectum deuenit gradum, iam nihil de amore concupiscentiæ secum cõpatitur, sed est purus, simplex, seraphicus, semper ascendens, in dilectum transponens & extasim faciens. Cum ergo castissimus diuinitatis amator ad hanc charitatis pertingit mensuram seruidam puritatem sublimemque uerticem, fertur in deum per contemplationem tam eleuatam & dilectionem ita extaticam, ut supersus & omnium quæ creata sunt, quodammodo obliuiscatur, & deo intime copuletur, insignatur seu immergatur, & quasi in diuinitatis abyssum liquefactus ac profundus absorbeat. Tunc utique totus in deum extat conuersus, ad se nequaquam reflexus, solo super gloriosissimi sui creatoris ardore, eiusque zelo succensus, seipsum profus contemnit, & deum in omnibus perfectissime uenerari precordialissime cupit, sicque seipsum penitus deserens aliud pro se non appetit, nisi ut domini dei sui uoluntas in se iugiter impleatur, & quicquid magis ad dei honorem & gloriam est, sibi eueniat. Itaque pro tanto dicitur non requirere uel optare dona dei, delectationem seu præmii, sed ipsum duntaxat deum excellentem superadorandum ac omnipotentem, quoniam hoc nihil actualiter attendit, pensat aut postulat: nec ea desiderat in quantum sibi secundum se extant proficua: nihilominus uirtualiter seu implicite aut etiā explicitè requirit & postulat ea in quantum sine eis deo plene placere, uiri ac obsequij nequit, & in quantum uoluntas dei est in ea requirit, atque in quantum per ea ad perfectissimum dei cultum ardentissimumque amorē & inseparabilem unionem efficacior redditur, ita quod & se et omnia quæ cumque habet aut suscipere potest uel cupit, ad deum purissime ordinat. Denique hoc modo amare deum, non tantum propter eius bonitatem, sed & propter beneficia ac promissa ipsius, puritati ac perfectioni charitatis nequaquam repugnat: quando uidelicet amans omnia dona dei ad deum sinceriter refert atque ex consideratione eorum dei amore accenditur, non in quantum dona huiusmodi sunt sibi proficua, aut quo ad ipsum bona quædam singularia ac priuata, sed potius quia deus tam dignanter & munificenter ad ipsum se habuit, & per dona huiusmodi ad dei honorem, laudem & gloriam magis idoneus factus est. Denique, si quis istam solutionem clare perspexerit, facillime soluet per eam omnia quæ in huius articuli principio inducebantur ad comprobandum, quod uiri heroici & perfecti sit consolationem spiritalem, retributionem finalem & cætera dei dona exquirere seu optare. Itaque mi domine prædicte, ad hanc perfectionem desiccam, ad hunc sanctæ uerticem dilectionis exten damus nos ipsos, puro charitatis affectu semper agerites quicquid deo complacere nouerimus, aliudque non cupientes, quam ut dei beneplacitum fiat in nobis, & eum in omnibus honorare uniuersis modis (quibus possibile est) ualeamus. Si autem non nunquam permittit nos grauiter tribulari, non aliud exclamemus, nisi quod dixit saluator ad patrem: Non quod ego uolo, sed fiat uoluntas tua. Cum omni fiducia committamus nos deo, non incauta ac uanissima præsumptione ut confutandis est multorum, sed ex fonte charitatis & bonæ conscientie attestatione, insuperabiliter euitantes quicquid in honorarium est maiestatis ac sanctitatis diuinæ, nec unquam frangentes fidem, spem & charitatem nostram circa eum.

Deut. 6
Mat. 22
Marc. 12
Iohan. 10

Lucæ 12

Articulus VIII. Ad quid datus est homini affectus gaudendi, in quo uere gaudendum est. In quo ostenditur quid sit gaudere in deo, & utrum in solo atque de solo deo letandum sit, & item, quot modis contingat in deo gaudere.

Gaudens

sta. 61

Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Iuxta Philosophum, deus & natura nil frustra efficiunt: Non ergo sapientissimus institutor nature sine causa idonea indidit homini affectum gaudendi, sed ob id appetitum gaudendi impressit eidem, ut gauderet de his de quibus per approbationem & complacentiam gaudet & ipse, cui bona cuncta placent deus essentialiter sanctus, omnis boni amator & omnis mali reprobator, ac per hoc rationalis creatura suo assimilaretur autori, cui assimilari est perfici. Dedit itaque deus homini affectum gaudendi, ut gauderet de omnibus bonis, illud considerando ac diligendo, siue in generali siue in speciali de melioribus quoque magis gauderet, & de optimis maxime. Vnde & in libro de Spectu religiosorum docetur: Affectus gaudij datus fuit homini, ut gauderet in deo & in spe æternorum bonorum, ac beneficiorum intuitu diuinorum: delectaretur in laudibus dei, atque in bonis proximo congauderet: in sanctis exercitijs bonisque actibus ac diuinis operibus exultaret, & ita ad omne obsequium dei alacer redderetur ac agilis, uana & inutilia omnia iugiter fastidiendo. Nunc uero per culpam peruersus est tam ordinatus gaudendi affectus in dissolutionem & uanitatem, ut gaudeat homo de insanis ac falsis, de affluentia temporalium rebus, honoribus ac uoluptatibus, in ritu atque dolere ac lugere qui efficaciter a spiritu sancto tactus, cõpunctus & doctus est. Itaque uera lætitia & sancti gaudij est, delectari & consolari de uniuersis quæ in deo consistunt, in quo est omnis gaudij materia, obiectum & causa, ut puta beatitudo immensa, pulchritudo incircumscripta, dulcedo illimitata, sapientia infinita, potestas, sanctitas, iustitia, ueritas, omnisque perfectio atque nobilitas æternaliter sine mensura. In hõrum contemplatione, sancta charitate succendi cordialiter lætari & summe gaudere debemus, perfectioni, beatitudini, nobilitati & superineffabili excellentiæ nostri creatoris affectuosiissime congaudendo, tãto utique plenius, quanto uerius atque mentalius eum diligimus: istud autem est uere, directe & immediate gaudere in deo. Sed ut asserit Thomas in Secunda secundæ, quæst. 28. Spirituale gaudium de deo dupliciter potest haberi: Primo, secundum quod bonitas dei in seipsa consideratur, & hoc est gaudium magis perfectum, ad amoris beneuolentiæ pertinet: secundo, in quantum bonitas dei participari potest aut participatur a nobis: & hoc est gaudere in deo intuitu beneficiorum uel promissorum seu quorumcumque donorum ipsius: quod etiã est uere gaudere in deo. Denique gaudere debemus in deo, seu in contemplatione ipsius multis de causis & ordine quodam. Primo, propter bonitatem eius ut dictum est secundo, quoniam ipse prior amauit nos: tertio, quia tot bona contulit nobis, uidelicet dona naturæ & gratiæ, imò innumerabilia beneficia nobis impendit: in quibus hoc eminenter, quod ipse unigenitus filius pro nostra salute tanta fecit & pertulit, nostramque naturam hypostatice sibi uniuert, atque tam inestimabiliter sublimauit eandem: quarto, quoniam ea que oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, parauit ac repromisit nobis in patria, & semper paratus est nobis tribuere ea, dummodo fecerimus nos capaces: quinto, de omnibus malis quæ per gratiam dei euasimus, & uniuersis bonis quæ eius subsidio fecimus, si de cunctis actibus uirtuosis tam nostris quam proximorum iucundari in domino deo debemus. hinc dicit Apostolus: Gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate & sinceritate dei: Non in sapientia carnali conuersati sumus in hoc seculo. Itaque de omnibus iam prædictis est gaudendum in deo, mediate uel immediate: quoniam omnia sibi attribuenda sunt bona. Vnde quod aiunt Gregorius & Bernardus: Illud est uere gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur: non est sic accipiendum, quasi de creaturis non sit uere, meritorie spiritaliterque gaudendum, cum dicat Psalmista: Delectasti me domine in factura tua: sed quod de creatis bonis gaudere non debemus sistendo in eis, sed referendo ea & quicquid boni in eis est, ad gloriam creatoris, ita quod ipse deus gloriosus & fortis ac immortalis, erit causa finalis & ratio principalis secundum dicitur obiectum gaudij quod habetur in creaturis. Sic nempe, uidelicet propter se, & ipsemet deus lætatur in operibus suis. Ordinata sit ergo nostra lætitia, & semper in deum relata, ne gloriamur in his quæ nostro sunt creatori contraria: si non amore dei a uana exultatione retrahimur, saltem id formidemus quod in Apocalypsi habetur: Quantum gloriam cauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Quod in Lucæ sexto tribuliter nimis testatur & comminatur in dextera illius infallibilis ac districtus, in cuius manus est horrendum incidere: Vae, inquit, uobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis. Vae uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram. Alibi quoque ait scriptura: Vae dissolutis cordis. Audiamus & audiendo impleamus, quod ad Hebræos scribit Apostolus: Seruiamus, inquit,

Psal. 91

Apoca. 18

Heb. 10

Eccles. 3
Hebræ. 11

deo cum metu & reuerentia. Etenim deus noster ignis consumens est. de quo scriptum est Iosue uicesimo quarto: Deus sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus uestris: siquidem iustus dominus & iustitias dilexit, & quietatem uidit uultus eius. de quo sanctus Iob loquitur: Deus inultum abire non patitur.

Deu. 4.
Psal. 10
Iob 24

Articulus IX. De diuersa natura & distincta qualitate gaudij hominum spiritalium atque carnalium secundum Gregorium in libris Moralium super Iob.

Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuulsi: in illa enim finis cuncto rum adinonetur hominibus, & uiuens cogitat quid futurum sit. Longe multumque inter se distant ac differunt gaudia eorum qui deum colunt, timet & diligunt, & prauorum qui coram diuini uultus presentia se in timore & uitiose habere non metuit: impij namque frequenter sine timore in uana gaudia resoluunt: uirtuosorum uero gaudium sancto timore extat permixtum dicitur V. Moralium cap. 17. scribit Gregorius: Sancti uiri cum de quibusdam uitijs ereptos se hilarescunt, magno se metu in ipsa etiam exultatione concutiunt: quia etiam de cuiuslibet tempore stas procella erepti sunt, esse tamē se adhuc in incertis ac dubijs maris fluctibus sciunt, & sic spe exultant ut pauore trepidenti sic pauore trepidant, ut spei fiducia exultent, propter quod dicit Psalmista: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. At contra, hi qui de sanctitatis specie intumescunt, cum unum quodlibet uitium superant, mox mentem in superbiam erigunt, & quasi de uitæ suæ perfectione gloriantur, & pro eo quod fortasse semel à periculo tempestatis erepti sunt, iam quod in mari nauigent, obliuiscuntur, magno se in omnibus æstimant & uicisse se antiqua aduersa rium funditus putant. Insuper 6. Moralium cap. 10. ait Gregorius: Nonnulli & iniquitates perpetrant & gaudere non cessant, hi non sospitate sed insaniam eriguntur, qui superbiunt cum affligi & contritari deberent, & inde miseri in exultatione desunt, unde à bonis desentur: phreneticorum uidelicet sensibus similes: insaniam qua præualent, uirtutem putant: qui ex morbo esse nesciunt, hoc quod amplius sanis possunt: & quasi creuisse se uiribus æstimant, dum ad uitæ terminum per augmenta languoris propinquant. Qui quoniam rationis sensum non habent, sent, & ridet, & tanto in magna se exultatione dilatant, quanto & insensibiles malum quod patiunt, ignorant. Sospitate autem dominus moerentes erigit, quoniam electorum mens non de presentis uitæ insaniam, sed de certitudine æternæ salutis hilarescit: nam & afflictos suos ad gloriam dei uere lætitiæ soliditate sustollit. Præterea internum spiritalemque gaudium lenit, & quasi non sentiri facit presentis uitæ dolores. Propter quod X. Moralium cap. 14. Gregorius in intro ducit: Mala uitæ presentis uitæ durius animus sentit, quanto pensare bonum quod sequitur negligit: Cuius non curat præmia considerare quæ restant, gratiam æstimat esse quæ tolerat. Vnde & contra flagellum luctus cogitatione cæca conqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quæ diebus cursu labentibus quotidie partim finitur. At si semel quisque ad æternam se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanet oculum cordis figat, propè nihil esse hoc conpicit, quicquid ad finem currit. Presentis uitæ aduersa tolerat, sed quasi nihil esse omnem quod labitur pensat: Quo enim se internis gaudijs robustius inserit, eo minus dolores exterius sentit: gustat namque gaudium quod permanet intus, leue fit proinus omne quod dolet foris. Gaudium quoque istud internum per tolerantiam angustiarum frequenter innascitur & cõsurgit: secundum quod rursus ait Gregorius: Bonorum mens quo duriora pro ueritate tolerat, eo æternitatis præmia certius sperat. Tanto namque spes in deum solidior surgit, quanto pro illo quisque grauiora pertulerit, quia nequaquam retributionis gaudium de æternitate colligit, quod non hic prius pia tribulatione seminatur, quæ admodum ait Psalmista: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua: uenientes autem ueniunt cum exultatione, portantes manipulos suos. Hinc sanctus gloria Iohanni angelus indicat: Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. At uero iustorum gaudium non est in rebus carnalibus, sed diuinis speciebus cœlestium: gaudium autem malorum est in rebus carnalibus. Hinc dicit Gregorius: Iniqui tabernaculum caro est, quoniam ea lætus inhabitat: & si possibile est, eam nunquam relinquere affectaret. Iusti uero, quæ gaudium suum in celo constituit, eorum cõuersatio in cœlis est. Et cum adhuc in carne sint, quasi in carne non sunt: quoniam nulla carnis delectatione pascunt. Vnde quibusdam per Paulum dicit: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. In carne enim quasi non est, est ita de carnalium amore nihil habere. Rursus: Non est securus gaudium in ipsa scripturarum notitia, sed in earum potius efficacis custodia. Ideo dicit Gregorius: Non est securus lætitia in diuinis paginis uel fortia aut multa cognoscere: Quoniam quæ lætius intellegit, exte dicitur, ratio ad explenda opera enixi obligat. sicut in euangelio ueritas loquitur: Cui multum datum est, multum quæret ab eo. Præterea tribulationes atque tentationes gaudium spiritale

Eccles. 7

Psal. 12

Psal. 117

Apoca. 7

Lib. Moralij
cap. 11.

Rom. 8.

Luc. 11

bus quanto aliqua mens creata est diuinæ menti similior, hoc est in natura sua seu specifico esse sublimior ac deo uicinior, tanto diuinæ lucis puritate ac ueritate clarius excellentiusq; cognosceret, atque per hoc exuberantius in deo gauderet & felicior esset. Vnde Auicenna facitur, q; prima intelligentia ex diuinæ naturæ contemplatione tanto gaudio adimpletur, q; ex ineffabili plenitudine gaudij huius primū mobile rapidissimo seu uelocissimo motu quotidie circunuolet. Aristoteles quoq; testatur, q; extra mundū hunc nihil est, nec tepus, nec motus, nec uacuum, sed sunt ibi entia quædā simplicia optimā uitā ducentia, & de suis sufficientia. Insuper docuerunt philosophi, q; etiā animæ rationali esset in uita hac contemplatio dei & felicitas quædam possibilis, in qua spiritalem delectationē non modicam statuerunt. Vnde Aristoteles dixit, q; uita qui dem nostra nonnunq; ad modicum talis est, qualis est æternaliter uita primæ entis: uidelicet contēplatiua, deiformis & gaudiofa, secundum quemdam spiritalem excessum extaticum. Hoc idem dixit & Plato, quemadmodum IX. de Ciuitate dei Augustinus ex uerbis Apuleij Platonici introducit, ita dicentis: Summus deus omnium creator deorum sic à Platone prædicatur, q; ipse solus qui non potest penuria sermonis humani uel modice comprehendī, uix à sapientibus uiris cum se uigore animi, quantum licuit à corpore remouerint, contempletur. Id quoq; interdum uelut in altissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicat. Hanc uero rationālis animæ speculationem, felicitatem & delectationem dixerunt post uitam hanc in celestibus perfici, prout in Timæo Platonis & Phædone eiusdem, & in Elementatione theologica Procli Platonici plenius scribitur. Porro, in hoc beatitudo & gaudium mentis diuinæ distat à felicitate & gaudio omnis mentis creatæ, q; in deo substantialiter idem sunt essentia, beatitudo & gaudium, non autem in alijs. Rursus, iuxta Philosophum: Quo natura mentis simplicior fuerit, eo operatio eius uniformior, continuior simpliciorq; consistit. Idcirco in fine septimi Ethicorum habetur, q; deus gaudet una simplici operatione. Mens uero humana ob suam à prima mente distantiam operationes sortitur diuersas multipliciter interruptas: mentes uero angelicæ etiā secundum philosophos incessabiliter diuinæ contemplationi intentæ sunt, sicut in libro de Causis diffusus edocetur. Hinc dicit Philosophus, q; deus est semper in optimo sui seu dispositione una perfecta ac optima, ideoq; uoluptuosissimam uitam ducit. Sic ergo secundum philosophicam traditionem, quanto quis à carnalibus ac sensibilibus cunctis seipsum abstraxerit uirtutibusq; uacauerit, tātō amplius ad contemplationem supernam sincerissimamq; in ea delectationem erit idoneus. Hoc quoq; sciendum, quod præinducti philosophi de naturali creaturam mentium beatitudine gaudij loquuntur: non enim putabant incretam, æternam incircumscriptamq; mentem à mente creata & circumscripta posse per speciem clare sic uti est, immedie in seipsa & propria lucis puritate superlypidissima intueri. De hoc nullus utiq; dubitabit, qui præcipuorum philosophorum tam Platoniorum q; peripateticorū scripta cognoscit: unde in libro de Causis inducitur, quod causa prima est superior omni narratione, & non narratur nisi per causas secundas. Proclus quoq; in Elementatione sua theologica, in qua secū dum Thomam totam mentem Platonis expressit: testatur, quod primum infinitum, quod est uirtus uirtutum, est omnimoti prorsus ignotū, tanq; ens ameteclum. Hinc & Plato scribit in primo Timæi, genitorem opificemq; uniuersi tam difficile inuenire, q; inuentum impossibile digne profari aut explicari.

Articulus XI. De gaudio intellectus diuinæ, angelici & humani seu dei, angelorum & hominum, secundum theologica sanctæ fidei documenta.

Beato & solo potenti regi regum & domino dominātium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibleem, honor & imperium in secula seculorū. Quemadmodum ait Apostolus: Stultam fecit deus sapientiam huius mundi, non quod ueritas philosophica stulta sit aut spernenda, sed quod philosophi ueritibus à se dictis uana fideiq; contraria, adiecerunt, omnipotentiam dei ad naturalem rerum ordinem limitantes: quod q; irrationale sit Aegidius de Roma in libro suo contra errores philosophorum plenius demonstrauit. Propterea a ueritati catholice fidei omnis naturalis subicienda est ratio, magisq; consentiendum ueritati scripturæ per diuina miracula confirmatæ, q; philosophorū doctrinæ humanis argumētationibus roboratæ. Ideo protestat Apost. In captiuitate redigētes oēm intellectū in obsequiū Christi. Itaq; qm mundi huius philosopho

philosophi diuinæ essentia unitatē, non autem diuinæ personarū trinitatem nouerunt: idcirco de superbeatissima & superessentiali & superexaltatæ trinitatis, unius ueræ, adorandæ ac simplicissimæ deitatis beatitudine nihil locuti sunt. Quoniam ergo quælibet diuina persona, uidelicet pater & filius & spiritus sanctus uerus est deus, quicquid de felicitate & gaudio mentis diuinæ secundum naturalem ac philosophicam dictum est rationem, unicuiq; competit diuinæ personæ, non tamen ob id maior, perfectior siue præstātor aut certe beator totā simul est trinitas benedicta q; singula quæq; diuina persona, quemadmodū contra superbos atq; uanissimos Arrianos hæreticos Augustinus copiose deducit. Præterea palam est, q; quanto aliquid magis ardentem diligitur, tanto iucundius amantis affectus ei coniungitur. Diligentis in super & dilecti conuictus est tanto hilarior, quanto eorū exiterit dilectio mutua maior, intimior, infatigabilior atq; feruentior. Cum ergo quælibet diuina persona sit uerus deus ac per hoc bonitas infinita perfecte infiniteq; pulchra, dulcis & sancta, unāq; alteri exte similitudo, & non duntaxat similitudo, sed & substantialiter unum sint in natura, certū est q; pater diligit filij & filius patre: pater quoq; & filius spiritum sanctum, & spiritus sanctus patrem ac filium amore prorsus superæstuantissimo, superuehementissimo, intensiue penitus infinito, inuariabili, sempiterno: præsertim cum sit eorū non solum plena concordia, sed & uoluntas in super una communitateq; perfecta, ita ut pater nil sibi referuet quod non filio suo communicet: Pater quoq; & filius totam perfectionis lucis ac deitatis suæ plenitudinem spiritui sancto communicent. Cum igitur harum superhonorabilium, incircumscriptibilium super substantialiumq; personarum sit intima, plena ac sempiterna conuictio, elucescit q; unaquæq; earum aliam clarissime inspicendo, plenissime comprehendendo, inuariabiliter in se habendo, eaq; æternaliter persequendo, delectetur & gaudeat, tam in se q; in alia, gaudio super plenarie infinito, ita q; super uictis super sanctisq; trinitatis dulcedo & pax nullum sortitur beatitudinis perfectionisq; terminum. Forsitan magnum aliquid dictum uidetur de super benedictæ trinitatis mutua dilectione, felicitate & gaudio: uerum ut pateat quanta sit dictorum horum inopia, contemplerur quid in libro de Hierarchia angelica magnus ac diuinus Dionysius scripserit: Constat utiq; q; amor ille seraphicus, quo angeli primi summisq; ordinis qui Seraphin appellantur, diligunt deū in infinitum, deficiat & occumbat à plenitudine ac superar deti seruore dilectionis diuinæ, quō super beatæ & increatæ personæ se mutuo amant & complectunt. Et tamen de igneo illo sancti amoris calore, quo Seraphin diligunt creatore, ait diuinus Dionysius sexto Celestis hierarchiæ capitulo: Illud quidem mobile eorum semper circa deum & incessabile, & acutum, & calidum, & superferuidum, & igneum cœlitus, & purgatiuum, & incircumscriptum, & inextinguibile ac luciforme &c. Si itaq; tam feruescens, ignitus & supercalidus extat dilectionis affectus personarum ac mentium creatarū circa deum, quid de incretatæ personarum prorsus incircumscriptibilium mutua dilectione conuictū poterit pronuntiarī: uere in infinitum deficiamus. Proinde, si teste scriptura, Beneplacitū est domino in populo suo: lætaturq; dominus in operibus suis, & gaudium eius est fortitudo nostra, q; super excellentissime & super gloriosissime & super dulcissime delectatur & gaudet pater æternus in unigenito filio suo sibi perfecte similitudo, quem non minus diligit q; seipsum: filius quoq; in patre, itemq; pater & filius in spiritu sancto, & spiritus sanctus in patre ac filio, cum filius à patre per generationem æternam bonum suscepit infinitum. Similiter à patre & filio spiritus sanctus per processionem æternam in dōne gloria patris filius sapiens, iuxta scripturam: Quam cordialiter igitur & immense gloriatur pater in filio, conspiciens eum sapienter, pulchritudinis perfectionisq; quomodo libet infinitæ: filius item in patre, à quo cernit sibi totam diuinitatis plenitudinem communicatam: sed & spiritus sanctus in patre ac filio, à quibus plene suscepit per spirationem æternam diuinam essentiam, qua utriq; cōsubstantialis, cœque qualis & consempiternus uerissime atq; certissime creditur. Postremo XI. de Ciuitate dei recitat Augustinus: Quemadmodū Plato dixit deū gaudio elatū mundi uniuersitate perfectæ: per quod deo opifici opus machinæ mundialis iam factū & conditū placuisse ostendit. Cui concordat quod in Genesi legitur: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erāt ualde bona. Vnde in Prouerbis increta sapientia uerbum dei, unigenitus patris loquens de patre testatur: Quando præparabat cœlos, aderam: quādo certa lege & gyro uallabat abyssos: & delectabar per singulos, ludens coram eo, omni tempore ludens in orbē terrarum. Et: Delicia meæ esse cum filijs hominum. Ex quibus patere nunc reor, q; incomparabiliter ampliori gaudio elatus est ab æterno pater in productione illa ad intra, qua procedit

TTT 2 ab eo

1. Tim. 1
1. Cor. 1

1. Cor. 10

Psal. 149
Psal. 150

Gen. 1
Prouer. 8

Eodem.

Ab eo unicus filius eius: pater quoque & filius in processione spiritus sancti. Insper docet fides catholica, quod deus ob inaequabilem suam bonitatis charitatem & liberalissimam communicationem, non propter naturalem de qua loquitur philosophi felicitatem, sed supernaturalem beatitudinem condidit mentes angelicas & humanas, quatenus deo beatifice conuincatur, eius bonitate perfruatur feliciter, eiusque ueritate siue essentiali contentetur per speciem clare perenniter tanto plenius atque felicius, quanto cum ampliori charitatis affectu ad deum conuersae sunt. Secundum quod X. de Ciuitate dei loquitur Augustinus: Deus est fons nostrae beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis, ad quem dilectione tendimus, ut in illo quiescamus: bonum enim nostrum nullum aliud est, quam illi cohaerere. Et iterum in caelestibus, inquit, sedibus constituti, immortales & beati creatoris sui participatione congaudent, cuius aeternitate firmi, cuius ueritate certi, cuius munere sancti sunt. Praeterea cum deitas ipsa sit natura aeterna, in omni speciositate, suauitate, amabilitate, opulencia, excellentia, charitate, pace & gaudio in fine perfecta, nonne omni delectatione & gaudio ineffabiliter plenus est eam in seipsa clarissime intueri, & eadem aeternaliter frui, sicque in ipsa contentari atque quiescere sine fine? Denique quantum saepe deus clementissimus etiam in hac peregrinatione suis electis spiritualis gaudii consolationem in comprehensibili pietate infundat, non est mea in experta paruitatis describere, sed in diuersis hoc sanctos legendis copiose narratur, qui mirabiliter rapti, insensibiles facti atque in deum absorpti, in aera quocumque leuati, longa temporis mora ac frequenter fuerunt: quorum nonnullae utriusque sexus personae in tempore breui fuisse non ignorantur. Sed & uir anagogicus Iohannes Ruysbroeck talium consolationum non ignarus, in libro Spiritualis desponsationis sic ait: Ex contemplatione sine dulcedine procedit uoluptas cordis & omnium corporaliu uirtutu, sic quod homini uidetur quod intus in amore amplexatus sit amplexu diuino. Haec uoluptas & consolatio maior, delectabilior & sufficientior est animae & corpori, quam quae cumque uoluptas quam mundus dare potest, etiam si unus homo omnes terrenas uoluptates simul haberet. In hac uoluptate mittit deus in cor tantum saporosam consolationem & laetitiam per sua dona, quod ipsum cor abintus super effluit & superabundat. Haec uoluptas est unus defluxus cordis, sic quod homo exultat hi qui extra amorem habitant dei. Haec uoluptas est unus defluxus cordis, sic quod homo ex plenitudine interioris letitiae se retinere non potest. Ex hac uoluptate oritur spiritualis ebrietas: spiritualis ebrietas est, quando homo plus sensibilis saporis & uoluptatis internae recipit, quam cor desiderat uel capere ualet. Spiritualis ebrietas plures extraneas maneries facit in hominem: quosdam facit cantare & deum laudare ex laetitiae plenitudine; quosdam magnas lacrymas ex cordis uoluptate seu gaudio fundere: quosdam facit in omnibus membris suis inopportunos, ita quod oportet eos currere, saltare uel tripudare: quosdam tamen haec ebrietas stimulat, quod oportet eos componere manus uel plaudere: quosdam alta uoce clamant, & plenitudinem quam sentiunt intus, ostendunt: quosdam coguntur tacere & lique fieri ex uoluptate: multa quae alia scribit uir iste de praesenti materia. Si hanc sincerissimam mentis uoluptatem redundantem copiose in inferiorem appetitum & corpus cupimus degustare, oportet omnino immundas seculi consolationes, uanitates, leuitates & delectationes illicitas iungi cordis custodia deuitare.

Articulus XII. De gradibus gaudii spiritualis.

Quam magna multitudo dulcedinis tuae dicitur esse, iam dictum est quod gaudium uere spirituale, internum, ex actu uirtuoso, praesertim ex dilectione & contemplatione confurgit signum namque uirtutis est delectatio siens in opere, secundum philosophos. Unde ut dicunt theologii: Quaelibet uirtus habet gaudium suum operationis suae annexum. Quomodo ergo sunt gradus in uirtutibus, ita & in delectationibus bonis seu gaudiis. Porro, in uirtutibus attenditur duplex ordo seu gradus, unus specificus, secundum quod uirtus una differt ab alia, estque praestantior seu perfectior ea specificae seu in naturae. Secundum est accidentaliter secundum maius & minus, prout eadem uirtus habet magis uel minus perfectam, quae distinctio non uariat speciem: sicque secundum Plotinum Platonicum, diuiditur uirtus in uirtute politica & purgatoria ac purgati animi. Unde theologii diuidunt hoc modo uirtutes secundum triplicem statum, uidelicet incipientium, proficientium & perfectorum. Itaque uirtutum nobiliorum secundum speciem, delectationes sunt maiores ac digniores, ita quod delectatio consequens actum charitatis extat potissima. Rursus delectatio consequens actum uirtutis competens statui perfectior est maior ac dignior quam delectatio consequens actum eiusdem uirtutis quantum ad statum proficientium uel incipientium: idcirco quo quis in uirtutibus fuerit amplius radicans, exercitatus & consummatus, eo propius, facilius atque iucundius inhaerit actibus uirtuosis, uniuersa quae dei alacritate exequens mereatur, ut uiam uirtutum & semitas dei potius currere uideat, quam ambulare.

Nihilominus

Nihilominus plus meretur de praemio essentiali in futuro & incremento uirtutum ac gratiarum in praesenti, quam proficiens aut incipiens, qui actus eosdem cum grandi exercet labore, sudore, renitu ac difficultate. Ex quo Thomas concludit, quod praemium essentiali in patria non correspondet labori operis uirtuosi, sed charitatis seruari. Praeterea dictum est, quod ad delectationem exigitur coniunctio potentiae cum obiecto: idcirco loquendo in genere, & ceteris paribus, tunc delectatio uirtuosa est posterior, quando coniunctio ipsa est actualiter secundum rem: si uero sit coniunctio secundum apprehensionem, hoc potest esse dupliciter: Primo, cum apprehensio illa sit cum facultate atque fiducia obtinendi bonum cupitum, qualis est delectatio spei: secundum, cum est coniunctio secundum solam apprehensionem, & haec delectatio sortitur ultimum locum, qualis est delectatio ex sola confurgens memoria rei delectabilis seu amatae. Constat ergo, quod absolute loquendo, delectatio uirtutis purgati animi seu uiri heroici ac perfecti sit maior ac prior. Unde de gaudio hominum perfectorum accipienda arbitror, quod in tractatu de Septem generibus contemplationis Bonauentura commemorat: Gustus est, in quiens, super inestimabilis diuinae dulcedinis praefauis quaedam & mollitudo praebatio, ex cellario spiritus sancti in sanctorum contemplationibus: animos distillata praebatio dico, quoniam per modicum ualde est quod nobis existit tam super magna multitudine diuinae dulcedinis tribuitur secundum thearchicam prouidentiam bonitatis aeternae: Omnino enim stillatim aeternis & superfluis illis influxionibus recreamur, frequentius nos ipsos orationibus & meditationibus ad caelestia extendentes, atque ad omnimodam plenitudinem patriae anhelantes, quae influxiones seu praebationes quamuis alliciant ac reficiant, plus tamen alliciunt quam reficiunt: reficiem enim, non saturitatem efficiunt. Nempe ut dicit Gregorius, Corporales delectationes protinus in fastidium conuertuntur: spirituales uero quo plus gustantur, plus placent & appetuntur. Propter quod ait sapientia dei: Qui edunt me, adhuc esuriunt; & qui bibunt me, adhuc sitient. Postremo, cum coeperit homo has spirituales delicias experiri, & in gustu earum succrescere, continuo uilipendit & fugit delectationes impuras, mundanas, carnales, illicitas, immodestitas in rebus externis. Secundum quod ait Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro. Hinc ergo non sit nobis molestum ad gloriam dei, amore tam sanctorum ac spiritualium gaudiorum omnes oblectationes uanas & seculares cordialiter aspernari fortiter & uitate.

Articulus XIII. De multiplici causa delectationis & gaudii.

Memoriae abundantiae suauitatis tuae eructabunt. Iam patuit quod delectatio bona seu gaudium spirituale ac purum consequitur actum uirtutum. Et rursus, quod omnis operatio connaturalis non impedita est delectabilis atque conueniens, immodicum uero potentiae animae delectabile est actum proprium exercere: idcirco prima & generalis causa delectationis seu gaudii ponitur operatio non impedita, ut puta dispositione contraria carens: in speciali uero sunt ualde diuersae causae delectationum, secundum quod delectationes diuersificantur. Contingit enim delectari secundum sensus exteriores & interiores, item secundum utrumque appetitum, uidelicet sensitiuum & intellectiuum ac rationem: & quaelibet delectatio ab operatione illa causatur, ad quam directe consequitur, cum qua & in eodem subiecto seu in eadem potentia collocatur siue formaliter siue casualiter. Praeterea, quoniam omnium uirtutum dignissima charitas, ceteras omnes uirtutes perficit, format atque uiuificat, & actus earum imperat imperialiterque producit, ita quod quanto fuerit charitas ipsa perfectior, tanto & ceterae uirtutes ab ea in actus suos commotae seu excitatae, promptius ac iucundius operantur: propterea alia generalis causa delectationum bonarum est ipsa dilectio, quae est actus charitatis elicitus. Et quoniam delectatio oritur ex unione potentiae cum re optata conuenienterque bono: spes autem causat fidem obtinendi realiter bonum futurum, ita ut iam dicatur haberi in spe & inchoatiue, quia per spem apprehenditur ut possibile, & per ipsam apprehensionem quodammodo praesens est bonum speratum. Hinc spes quoque est generalis causa delectationum, immodicum in omni actu meritorio generatur nobis laetitia gaudiosa: Ex parte spei, in quantum per actum huiusmodi confidimus futuram beatitudinem adipisci. Ideo dicitur quod spes seu consideratio praemii tollit uel minuit uim flagelli: nam spes inducit & animat homines ad agendum. Insper quia ex contemplatione generatur praecipue gaudium spirituale, internum & intellectuale: ideo secundum quod diuersae sunt species contemplationis, assignari possunt diuersae causae speciales internae delectationis. Quot uero sint species contemplationis, & qualiter a diuersis doctoribus uarie assignentur, non est huius opusculi angustiae contractum. Quamuis autem omnium uirtutum operationes habeant delectationem annexam praecipue, uiciosi meroris & inordinata tristitia & repulsiuam, hoc tamen praecipue petit

Augustinus

Ebrietas spiritualis quae sit.

Pia. 50

Duplex in uirtutibus ordo.

Eccl. 2.4

Psal. 144

Gregorius

petit actibus latræ quæ est uirtus deo cultum ac cerimoniam exhibens. Habet quippe operationes magis diuinas, puras ac nobiles, uirtutum theologicis actibus uiciniores: ideo Iacob ultimo dicit: Tristatur aliquis uestrum, ore te quo animo & psallat. Psallere quoque seudeum laudare magis est ex sua natura iocundum & hostium expulsum quæ orare: Nā & actus laudandi diuiniore præstitiorque consistit, & cum actu seu uita & exercitio beatorum in patria, maximam similitudinem habet: ideo dicit Psalmista: Laudas inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Et denique: Exultabit labia mea cum cetero tibi, & anima mea quæ re demissit. Itē aduersitates, persecutiones, tērationes, egritudines, iniuriatōes sunt uirtus perfectis materia gaudij spiritalis, inquantum talia apprehenduntur tanquam probabilia signa dilectionis diuinæ & predestinationis æternæ, eo quod amicis dei & prædestinatis talia soleat abundantius euenire, ipso domino protestante: Ego quos amo, arguo & castigo. Iterum præinducta sunt delectationis bonæ materia, inquantum considerantur tanquam utilia ad deletionem culpæ, infusionem gratiæ ad deptionemque gloriæ, & sicut ei qui in amore priuato abundat, & ueram patientiam non dum sortitus est. Grauius atque poenale est pati aduersa, irrationes, oblocutiones, dāna, inopiā: sic ei qui amorē illum priuatum ad se reflexum, inordinatum ac reprobum funditus extirpauit, patientiam quoque perfectam iam possidet, leuissimum est ualdeque delectabile ac iucundum ferre prædicta. Præterea, considerare & mēte intēta quanta Christus ac martyres sancti alij electi in seculo isto pro deo, pro iustitia, pro uita futura innocenter perpessi sunt, inducit delectationem bonam, consolatoriam ac salubrem, prauæ & deprimētis tristitiæ expulsiuam. Hinc nempe ad Hebræos loquitur Paulus: Recogitate eum (scilicet Christum) qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris. Consideratio quoque generalium ac specialium beneficiorum dei & promissorum ipsius, & quod ipse prior dilexit nos, maximam parit in anima delectationem supernam. Ideo Itaias fatetur: Miserationum domini recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis, & quæ largitus est nobis secundum indulgentiam suam. Insuper, non parua spiritalis gaudij causa est sanctorum lectio scripturarum & studium theologicorum librorum. Ibi enim contra omne genus tristitiæ inuenitur solatiofium remedium, ibi inflammatur affectus, & per spiritalium delectationum saporem in fastidium conuertuntur corporales deliciae. Propter quod dicit Hieronymus: Ama studia scripturarum, & carnis uitia non amabis. Apostolus quoque: Quæcunque, ait, scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Denique, prout Thomas in prima secundæ pulchre persequitur: Adhuc multæ sunt causæ delectationum siue bonarum siue malarum, quarum una est motus, quæ per motum pertingunt uiuentia ad suam perfectionem seu bonum cupitum, cuius adeptio delectationem producit. Animalibus etiam motus conueniens delectabilisque consistit ex ipsa institutione seu proprietate naturæ ipsorum. Vnde & quidam philosophi felicitatem uitæ præsentis ponebant in disputatione de ambulatoria. Alia causa delectationis est memoria boni præteriti, quod per apprehensionem quodammodo præsens efficitur, & tanquam conueniens consideratur, uel causa boni futuri speratur. Hinc maximum gaudium seniorum est, tempus iuuentutis in uirtutibus expendisse; hinc & pessimi quidam delectantur de peccatis præteritis, delectationibusque carnis suæ præhabitis. Alia delectationis causa ponitur ipsa tristitia, non ut tristitia, sed ut inductiua cuiusdam dulcis memoriæ de re absentis siue amissa. Memoria etiam afflictionis præteritæ delectationem inducit, inquantum proficuum æstimamus sustinuisse aduersa, & quia euasimus aliqua mala. Ideo catur in psalmo: Lectati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. Insuper, operationes aliorum delectationem ingerunt nobis: Primo, inquantum per charitatem diligimus reputamusque eos quasi nos ipsos: & ita de prosperitate & bono eorum gaudemus, sicut de proprio bono. Secundo, inquantum ex operatione aliorum aliquid utilitatis prouenit nobis. Tertio, inquantum ex operatione seu actu aliorum concipimus intra nos aliquid boni nobis inesse, quemadmodum dum laudamur & honoramur ab alijs, præsertim à magis & eruditis. Sic delectari non est laudabile, nisi forte in casu, & bonum quod in se deprehendit, ad dei gloriam referat. Rursus, quoniam nihil amat uel sub ratione boni, ideo homines delectantur in hoc, quod ab alijs amantur atque in admiratione habent, præsertim à sapientibus de quibus presumunt quod non errēt. Similiter quibusdam delectabile est, alios increpare, redarguere, uincere & punire, inquantum tales actus exercendo, apprehendunt sibi aliquam excellentiam consequi, uidelicet sapientiam siue potentiam,

tentiam, uel se putant ab alijs sapientes ac fortes ceteris: tunc & ludi in quibus est cōcertatio quedam atque uictoria, delectabiliores existunt. Et quibusdam naturaliter delectabile est benefacere alijs, quoniam ad abundantem & eminentiorem in bono p̄tinet talis actus. Veritatem si quis in his actibus delectatur, inquantum ex iustitia & charitate procedunt, erit delectatio bona non uana. Amplius, similitudo est per se causa delectationis sicut & dilectionis: quoniam per accidens fit causa iustitiæ sicut & odij, inquantum unum similitudinem impedit bonum operatum alterius. Vnde si quis odit similitudinem, quoniam suum dimittit lucrū: & superbia superbum, quoniam contra uoluntatem suam & ambitionem tendit in altum: propter quod si iuxta scripturam inter superbos semper sunt iurgia. Postremo, inspicere noua & rara uel mirabilia, delectabile est, propter adiuctam spem cognoscendi quod ante nesciebat homo namque naturaliter appetit scire, & precipue optat eorum cognoscere causam, quæ sibi in consuetam, magna aut mira uident. Vnde in Actibus legitur, quod Athenienses ad nihil aliud uocabant, nisi aut dicere aut audire aliquid noui. Itaque omnia nunc inducta cum sint delectationum causæ, ualēt ad expellendam tristitiam quæ per quolibet delectationem mitigat, quoniam non omnia sed bona dumtaxat delectatio fit pro remedio contra tristitiam admittenda uel assumenda. Sunt quoque contra tristitiam alia quedam remedia, scilicet amicorum cōpassio, somnus, balneum, exterior plangens ac gemitus, prout in prima secundæ Thomas declarat. Nec dubium quin inuitabilem aduersitatum seu miseriarum summa medicina sit ipsa obliuio: tristitia uero que est secundum deum (cum sit effectus uirtutis) habet delectationem annexam, sicut & penitentiam.

Articulus XIII. Quid opponitur delectationi seu gaudio. Et quomodo delectatio fit tota simul.

Charissimi obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Constat ex præinductis, quod sicut in naturalibus habet se quies corporis in loco sibi conuenienti, ut ignis sursum: ita in animalibus habet se delectatio appetitus in suo obiecto seu bono operato. Quemadmodum ergo quies naturali duo opponuntur, uidelicet motus uolentis ad locum oppositum, & quies uolentis in tali loco sic delectationi quoque duo opponuntur, ut puta tristitia quæ se habet per modum uolentis ad quietem, & delectatio alia obuians ei, ut delectatio carnalis delectationi spiritali, quæ se habet ad illam sicut unus motus ad alium sibi contrarium. Itaque sicut amor carnalis opponitur spiritali amori, & desiderium carnale ex amore carnali procedens desiderio spiritali ex spiritali amore nascitur: sic delectatio carnalis ad quam carnale desiderium terminatur & quietatur, opponitur delectationi spiritali, ad quam spirituale desiderium, quietem terminumque sortitur. Hinc dicit Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Denique secundum Philosophum decimo Ethicorum, Omnis delectatio est tota simul, id est, in omni nunc temporis, secundum speciem suam perfecta & secundum proprium esse, ita quod non est motus nec per se directe in tempore, sed est motus operationisque terminus. Vnde sicut in alijs motus ad perfectionem seu formam est successiuus ac temporalis, sed consecutio perfectionis est tota simul: ita est de delectatione & operatione uel motu ad eam: quoniam esse delectationis non consistit in constitui seu fieri, sed in constitutum & factum esse, puta in termino. Veruntamen delectatio dicitur successioni temporis subiecta per accidens ratione obiecti unde causatur. Quod cum transmutabile fuerit, delectatio inde causata per accidens temporis subiacet, ut patet in delectationibus gustus & tactus. Si autem quærat, ex quo delectatio non subiacet temporis per se, quod secundum theologos quedam delectationes uocantur morosæ ac diuturnæ, quæ etiā reputantur culpe mortales: Et respondendum, quod delectatio fertur morosa propter moram consensus non temporis, quando uidelicet ratio deliberatiua circa eam immoratur, non repellens & respuens eam repente, sed præbens consentum. Veruntamen secundum doctores, delectationi quæ est in considerando, nulla contrariatur tristitia, id est delectationi intellectuali habenti pro obiecto non ipsam rem cognitam sed eius considerationem, nulla per se atque directe tristitia extat contraria: Oportet enim tristitiam illam ex aliqua consideratione causari. Consideratio autem inquantum huiusmodi, non est consideranti contraria, sed eius perfectio: ideo non est directe inductiua tristitiæ, sed per accidens ex parte ipsius subiecti seu considerantis, cuius cognitio & appetitio per organicam exercentur potentiam, quæ in actu suo successiue fatigatur ac læditur, ex quo tristitia oritur & causatur: quod directe locum habet in inferiori sensitiua, quæ animæ partem in parte uero intellectiua indirecte, secundum quod intellectiua uis alicuiusmodi

sensuum utitur. Propter quod etiam delectationi intellectualem potest hoc quod tristitia esse eorum contraria, improprie tamen & multum remote. Rursum per accidens delectationi praefata contrariatur quaedam tristitia propter effectum consequentem, ut dum considerationi uacando incurrimus dampnum, meliora atque salutis uiciniora negligendo, aut culpam occasione liter incidendo ut si quis de legitima coniugum coniunctione cogitans, stimulum sentiat tunc utique consideratio in quantum apprehenditur ut nociva, est tristitia inducitur, quae est delectationi contraria. Proprie tamen loquendo, non cauatur tristitia talis ex consideratione aut eius apprehensione, sed ex apprehensione effectus ipsius, ut puta dampni illati seu consueti. Ex praehabitis elucescit, cur delectationes, praesertim corporales ac sensitiuae, non eodem modo perseverant continue, sed in principio sunt maiores, paulatimque decrescunt: Cuius rationem assignat Philosophus: Quonia instrumenta seu organa & spiritus per operationem successiue lassantur. Unde cibus omnemque pulchrum ac rarum in principio magis delectat. Postremo, quoniam spirituales seu intellectuales delectationes non habent directe tristitiam sibi contrarias, iuxta modum nunc tactum, quemadmodum delectationes corporales sibi minus appetuntur, praecipue ab inexpertis & imperfectis, quae delectationes corporales, quae sunt uelut medicinae quaedam contra tristitiam sibi oppositas, propter quod maxime appetuntur, potissime ab his in quibus abundant tristitia & necdum in uirtutibus sunt perfecti, uidelicet a melancholicis itemque a iuuenibus propter continuam transmutationem corporis sui qua laborant tempore incrementi: Maxime enim optatur quod praesentem afflictionem atque tristitiam tollere potest.

Articulus XV. Quae delectationes sint maiores seu potiores, corporales an spirituales: Et de effectibus delectationis seu gaudij.

Nebriantur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae potabis eos, ait Psalmista. Ad delectationem & gaudium (sicut ex praedictis reor patere) multa concurrunt, uidelicet potentia appetitiua, obiectum amorumque unio, operatio boni, operatio consecutio & eiusdem consecutionis cognitio. Cum ergo spiritualis delectationis obiectum sit corporalis delectationis obiecto nobilior: potentia quoque intellectiua, praestantior sit potentia sensitiua: coniunctio etiam horum amorum, scilicet intellectiuae potentiae & sui obiecti ex ter intimo, eo quod intellectus sit magis penetratius ad intima sui obiecti, quam sensus itemque operatio intellectiua, & ipse intellectus cognitio digniores sint operatione sensitiua & eius notitia: constat quod spiritualis delectatio ex omni parte maior nobiliorque consistat delectatione corporali, simpliciter & ex sua natura: quamuis quantum ad nos, uel potius quantum ad imperfectos, carnales seu in exercitatos in spiritualibus rebus ac sensibus: qualis heu ego sum, delectationes corporales maiores sint, eo quod tales sint corporalibus bonis magis assueti atque intenti. Et quoniam corporales tristitias ac defectus, grauius & impatientius ferunt: ideo delectationes oppositas fortius cupiunt, & ipse eis dulcius sapiunt. Et rursum: quoniam delectationes corporales, cum corporali sunt transmutatione, ideo plus percipiuntur, praesertim ab his qui spiritualium gaudiorum exuberantiam excessiuam ac redundantem nondum experti sunt. Denique, delectatio spiritualis competit homini, quantum ad id quod est in ipso diuinius, ut puta quo ad intellectiuam animae partem, inorganica, immortale, coelestis: ideo delectatio talis diuiniore est diuiniore, purior magisque angelica ac coelestis: & quanto quis habuerit mentem purgatior, diuino amori ac cultui magis intentem, tanto spiritualia ac diuina, dulciora sunt ei, ipseque carnalia, uana & friuola, fortius spernit, detestatur, repellit. Sunt quoque nonnulli, qui gratia dei auxiliata ad tantum deueniunt perfectionem, quod interdum tanta spiritus sancti hilaritate seu gaudio perfunduntur atque replentur, quod nullius quantumcunque mundani delectatio corporalis, ualeat eorum spirituali laetitia in magnitudine comparari: qui uere dicere possunt deo cum Isaias: Domine rostruus, ros dulcis. Et cum Ieremias: Factus sum quasi uir ebrius, & quasi homo madidus uino, a facie domini & a facie uerborum sanctorum eius. Talis utique fuit qui dixit: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Insuper effectus delectationis seu gaudij ponitur dilatio quaedam: quoniam delectatio appetitum, in quo est, magis capacem facit aperitum, consentientem ac patulum ad suam perfectionem, atque ad plenioris boni desiderium, uel adepti receptionem siue retentionem. Unde & alius delectationis effectus ponitur desiderium sui causare, prout Thomas diuersis in locis copiose declarat: corporalis tamen delectatio cito in satietatem fastidiumque conuertitur, & animam hebetat usum rationis impediens, atque ad diuinorum ac spiritualium amorem & gustum maxime indispiciens.

Articulus

Articulus XVI. De subiecto delectationis & gaudij.

EXultauit spiritus meus in deo salutari meo. Iam dictum est de essentia delectationis & gaudij, itaque de obiecto & causis effectibusque eorum: restat ergo ostendere, quid sit eorum subiectum. Multi uero dicunt, quod non sint formaliter siue realiter nisi in potentia appetitiua ita quod delectatio sensitiua seu corporalis sit solum in appetitu sensitiuo. Intellectiua uero seu spiritualis seu gaudium in uoluntate, in potentia aut cognitiua, uidelicet sensibus exterioribus ac interioribus & intellectu dicunt eanone esse nisi casualiter, secundum quod ex operationibus uirium illarum ipse appetitus superior siue inferior delectatur. Porro, quod ista positio uera sit, hinc potest uideri: Delectatio enim & gaudium sunt quaedam affectiones, ergo ad potentiam affectiuam seu appetitiuam pertinent. Rursum, omnes passionem animae ponuntur communiter in appetitu sensitiuo, ergo corporalis delectatio erit duxat in eo, ipsa namque est animae passio. Adhuc, potentiae animae distinguunt per actus & obiecta: si ergo ipsae affectiones essent realiter in uiribus cognitiuis, non oporteret in anima diuersificare uim appetitiuam a cognitiua, nec uires animae per actus essent distinctae. Praeterea, gaudium ponit charitatis effectus: ergo non erit nisi in uoluntate, in qua & charitas subiectatur. Insuper dictum est, quod delectatio habet se ad appetitum, sicut in naturalibus quies ad motum, ita quod est quietatio appetitus in delectabili praesentiatque coniunctio. Non igitur est nisi in appetitu formaliter siue realiter. At uero delectatione generaliter sumpta sic definit Albertus: Delectatio est diffusio appetitus propter eius praesentiam quod reputat eum uires, uel eius absentiam quod reputat incommuniens. Ergo delectatio in solo est appetitu. Accidit enim per propria diffusionem subiecta. His rationibus multi consentiunt. Sed omnino uideat, quod etiam in uiribus cognitiuis sit uere atque realiter delectatio seu gaudium. Dicit namque Philosophus & experientia docet, quod delectationes tactus & gustus sunt maxime: ergo in sensibus istis est delectatio. Experientia namque contradicere stultum est. Denique, Auerrois ponit duo si gna sapientis: quorum unum est, quod ea quae afferit, experientia non repugnet, sed consonet, sed experimur quod delicatum cibum dulcemque porum sumendo, delectamur in organo gustus. Unde & Epicurus summum bonum in uoluptatibus gustus ponentes, operabantur (ut dicitur) colla grati, quatenus ciborum ac potuum sapores ac uoluptates sentirent diutius. Praeterea, omne perfectibile naturaliter appetit propriam perfectionem, & tenet ac mouetur ad eam: & ea adpta, quiescit in ipsa & delectatur: ergo & potentiae cognitiuae. Insuper, unicuique potentiae cognitiuae seu apprehensiuae delectabile est proprium actum explorare. Unde in Ecclesiaste scriptum est: Dulce lumen & delectabile oculis uidere solem. Sed & auditus audiendo symphoniam, uere intra se delectatur: similiter olfactus in dulci odore. Itaque, tota atque sufficiens causa delectandi formaliter siue realiter inuenit in uiribus cognitiuis. Delectatio namque causatur ex coniunctione potentiae cum obiecto conuenienter conuenienter unito: talis autem coniunctio est in uiribus cognitiuis. Rursum, secundum Philosophum: Vnaqueque uirtus habet propriam delectationem sibi annexam. Aliqua autem uirtutes prenobiles sunt in intellectu, uidelicet prudentia, fides, sapientia. Amplius, ipsa felicitas est actus in se maxime deliciosus. Cum ergo secundum Philosophum, felicitas sit speculatio optime speculabilis, constat quod speculatio, quam certum est esse in intellectu, sit uere in se praecipue gaudiofosa, tam suo subiecto conuenientissima: quo dato, constat delectationem formaliter esse in intellectu. Adhuc, quemadmodum intellectui competit desiderium sciendi, ita & delectatio in ipsa adceptione seu usu scientiae: desiderium autem sciendi competit ei formaliter. Insuper, si per omnipotentiam dei tolleretur ab aliquo potentia uolitiua, uel actus eius penitus suspenderetur, adhuc rationi delectabilis esset consideratio ueritatis. Similiter, si tolleretur ab homine appetitus sensitiuus uel actus ipse, adhuc uires sensitiuae cognoscitiuae in suis actibus delectarentur propter proportionem conuenientiamque potentiae cum obiecto. Et nonne in talibus delectabilis adhuc utique esset actus potentiae generatiuae, seu usus Venereorum ac alimentorum? Rursum, si dolor in cognitiuis uiribus inuenitur, & delectatio: sed dolor uere atque realiter est in interioribus ac exterioribus sensibus: organa enim eorum sunt uere passibilia, & ab obiectis excessiuis leduntur & corrumpuntur non sine grandi tormento. Augustino quoque & Bernardo testatibus: dolet tibia, & fit in alio membro scissura: dolet pes, fitque scissura in capite. Praeterea, decimo Ethicorum dicitur, quod cuiuslibet sensus circa sensibile proprium operantis, sensu atque sensibili optime dispositus, est operatio maxime delectabilis & perfecta. Eodem autem modo se habet in operatione intellectus circa intelligibile: intellectus enim optime deputatus, intelligibile nobilissimum speculando maxime delectatur: delectatio namque perfectissima

Luc. 1

Delectatio quae

Ecclesi.

Psal. 35

Ier. 16
Ier. 23
Psal. 115

perficit operationē potentiae operantis. Et subditur ibi, quod delectatio facit hoc per modum qualitatis intrinsecae completivae, ergo formaliter inest tali potentiae. Item ait Philosophus, quod philosophia seu consideratio philosophica habet delectationes admirabiles sibi admixtas. Argumentationibus istis consentio: quamquam sanctus Thomas, Albertus magnus, Aegidius de Roma, Henricus de Gandavo & alij multi videntur velle oppositum. Praeterea occurrit mihi positio cuiusdam doctoris antiqui & magni, videlicet Antifidorensis, qui non solum affirmat quod delectatio seu gaudium sit subiectivae atque formaliter in virtutibus cognitiivis & earum virtutibus, sed etiam quod magis directe, vere ac proprie sit in eis quam in appetitiivis potentijis. Habet quoque ad hoc multas rationes subtiles, quae quamvis non demonstrant totum quod ipse intendit; tamen quantum capere queo, evidenter convincit, quod in potentijis cognitiivis & sensibus spiritualibus delectatio vere formaliterque consistat. Veruntamen rationes eius brevitati studens pertranseo. Et inter positiones praefatas, scilicet primam & ultimam, istam mediam eligo: quod scilicet in utriusque potentijis delectatio realiter invenitur. Nihilominus quantum ad suum formale complementum & plenam rationem seu esse perfectum magis proprie, immediate atque directe pertinet ad vim appetitiivam quam cognitiivam, quae admodum rationes primae opinionis satis convincunt. Postremo huius materiae ampliore discussionem, & rationem in principio huius articuli inductarum solutionem disputantibus scholasticisque, ad finem opusculi huius festinans, committo praefertim quoniam in praesenti tractatu non iam curiositati & subtilitati, sed deuotionis & sanctae dilectionis excitationi vacare decreui. Hoc equidem statui meo & tuae voluntatis proposito domine praedilecte amplius congruit: iamque libellus iste in maiorem excrevit quantitatem quam ipse decreui; & nihilominus adhuc non pauca restant dicenda.

Articulus XVII. Qualiter ad spiritualis gaudij consolationisque diuinæ gustum internum perueniatur.

Comedite amici & bibite & inebriamini charissimi. Secundum Philosophum, susceptivum non est contingens: non enim qualibet res cuilibet rei capax est aut susceptiva, sed ut commune iam dictum est, Actus actiuorum sunt in patientibus praedispofitis seu receptaculis preparatis. Ideo dicit Apostolus: Animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. Et item: Non potui, inquit, vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et de uero: Quae, ait, societas luci ad tenebras? Cum ergo consolatio illa diuina, interna atque coelestis seu gaudium spirituale delectatioque sincera in deo sit angelica quae da perfectio, supernaturalis refectio ac futurae beatitudinis prelibatio dulcis, non facilliter ad eam pertingitur: ad quocumque, nec quilibet eam experiri inuenitur idoneus. Secundum quod docet sanctus Bernardus dicendo: Errat omnino si quis illam coelestem dulcedinem huic cinerit illud balsamum diuinum, huic gaudio uenenofo carnali: charisma hoc spiritus sancti, illecebris huius seculi arbitretur misceri. Denique triplici instrumeto, medio siue itinere ad consolationem istam qua gustatur quod dulcis est dominus, peruenitur: videlicet per depurationem animae a passionibus & peccatis seu uitijis & concupiscentijs, quod fit per poenitentiae actus: per compunctionem internam & lachrymas, per refrenationem delectationum carnalium gustus & tactus, per sensuum exteriorum custodiam & linguarum coertionem, per inanium inordinatarumque affectionum uigilantissimam depulsionem, per secularium consolationum aspernationem, omnisque uitiofoe affectionis circa creata, caduca & uana omnimodam eradicationem. Hoc autem certum est pertinere ad uiam purgatiuam & statum incipientium. Primumque oportet declinare a malo & a pristinis foribus, uitiorumque maculis emundari: quo facto restat iter secundum ad gustum suauitatis praefatae, quod est per spiritalem & efficacem in sanctis uirtutibus exercitationem ac diuinorum illuminatam considerationem orationi, meditationi ac laudibus dei insistendo, sacris scripturae mysteria speculando, uerba & opera Christi sapientialiter perpendendo, noui ac ueteris testamenti consonantiam admirando, quod utique pertinet ad uiam illuminatiuam ac statum proficientium. Tertium uero iter est, per amorosam mentis in deum eleuationem, qua transcendens seipsum & cuncta creata, in creatorem suspen ditur, in diuitias gloriae rapitur, in diuinæ maiestatis admiratione inestimabiliter exhilaratur. Sicque iuxta Pauli sententiam, Reuelata facie gloriam domini speculans transformatur, decoratur atque progreditur ad claritatem, in uniuersis spiritus sancti charismatibus inclyte proficiens: quod totum ad uiam perfectiuam seu unitiuam, ac statum perfectorum noscitur pertinere. Verum tamen in unoquoque gradu ac statu praememorato solet animae religiosae aliquid consolatio-

tionis diuinæ spiritualisque gaudij diuinitus impartiri, atque a spiritu sancto, qui naturaliter, totaliter ac interminabiliter clemens, bonus munificentissimusque consistit infundi, sed ordine quodam. Nempē in primo gradu praefata suauitas odoratur: in secundo, gustatur in tertio, usque ad ebrietatem hauritur atque potatur. Vbi inmittitur anima diuini amoris iaculo transfixa ac languida in cellam uinariam, ut bibat de uino condito superessentialis ac superbenedictissimae trinitatis. O felix ebrietas, quam concomitatur animae & corporis tam casta & sancta sobrietas: ubi efficitur anima instar ebrj plena, eructans, laetabunda & gaudens: per quod redditur in aduersis robusta, in periculis tuta, in prosperis quoque discreta, in remissione iniuriarum promptissima: sicque tandem quieta, quiescens in deo atque obdormiens ac recumbens in diuinis amplexibus. Denique, consolatio ista praeclearissimum deuotionis donum est, procedens ex contemplatione ignita bonitatis, charitatis, opulentiae beatitudinis quae diuinæ, uel de spe uenit ac felicitatis futurae, & gustus boni bonificus, quamuis uenturae dulcedinis comparatione exiguus. Suauissima utique delectatio, qua clementissimus deus moestam propter se recreat animam, per quam ad querendum dominum gloriae irriatur atque ad amandum deum seruentius uehementer accenditur. O dilecte utinam saepe ista gustemus experimentaliterque noscimus. Quid nam utique est tam dulce tamque suauae quod in re cordatione dei super omnia incomparabiliter praedilecti, animas amorosas, deuotas ac munda solet tangere, & tam suauiter eas afficere, ut iam a seipsis omnino alienari incipiant, conscientia exhilarentur, omnis dolor obliuioni tradatur, animus ipse exultet, intellectus resplendet, cor illuminet, affectus letetur. Iam nesciunt ubi se esse conspiciunt, amplexibusque sanctae dilectionis aliquid intra se tenent, & penes ignorant quid sit: nihilominus totis uisceribus tenere id concupiscunt. Luctatur quodammodo delectabiliter animus, ne quod gustat ab eo recedat, quasi in eo desideriorum suorum finem inuenit. Hinc ait Bernardus: Nonnunquam domine quasi oculis clausis ad te inhio. Nam mittis mihi in os cordis quod non licet mihi scire quid sit. Saporem quidem dulcedinis sentio, adeo confortantem: quae si perficeretur in me, ultra nil quaererem. Hoc inestimabile donum humano non potest studio obtineri, humano uix merito poterit promereri, sed a deo largissimo humiliter precibus a digne dispositis ex diuinæ pietatis condecentia potest utique impetrari. Omne enim aurum in comparatione illius est uelut arena exigua: & argentum illi comparatum, pro nihilo reputatur. Vtinam mihi omnium minimo deuorum congruat dicere illud cuiusdam deuoti in Soliloquio suo: Non accessit oculis meis, neque appropinquauit cor meum usque ad multitudinem dulcedinis quam intrinsecus abscondisti filiis tuis. Solo eius odore ut cunquae sustentor: spiramentum suauitatis tuae de longinquo uenit ad me, quae est mihi super odorem balsami ac fragrantiam thuris ac mirrhæ omnisque generis suauia odoramenta. Concupiscentias mundas parit in me, quarum est adustus dulcis, uix tamen portabilis. O domine si tam suauis ac nobilis est tuae bonitatis atque dulcedinis odor, quam praeclearus ac suauissimus eius est sapor: si tantae uirtutis est modica degustatio uiae, quam inestimabilis iocunditatis erit plena inebriatio patriae. Postremo sic ut doctor deuotus Dominus Bonauentura, uir uere illusterrimus ac diuinus, fatetur: Vnctio ista deliciosa quae amantissimis dei praestatur a spiritu sancto in uia, est uelut quidam roseus liquor, qui per totam animam se diffundens eam confortat, disponens eam suauiter ad ueritatis luculentias suscipiendas ac pariter contemplandas. Si ad hanc coelicam unctioem ac coeliformem in deo delectationem concupiscit cor nostrum pertingere, oportet ab inferiori ac fundamento humiliter inchoare: Non enim prius quod spirituale, sed quod animale, secundum Apostolum: Quantum enim ad primum, quo ad praefatam consolationem attingitur, oportet nos quod docet saluator implere: Videte, inquit, ne grauentur corda uestra crapula uel ebrietate aut curis huius seculi. Nam iterum ait: Vt uobis qui saturati estis, quia esuriatis. Ideo dicit Apostolus: Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Oportet quoque nos ponere custodiã ori nostro, & ostium circumstantiae labijs nostris. Ab omni aut uanitate rifiu, iocose, ludose, cofabulationu quasi a facie colubri oportet nos fugere: sed & cor omni uigilantia a cogitationibus uanis, ab affectionibus inordinatis, ab omni occupatione praua atque inerti temporis negligentia oportet praecipue praeseruare. Agamus ergo uiriliter, praeslemur contra defidia nostri torporis instanter. Vincamus nos ipsos, cogitemus quae superuentura sunt nobis, & perseueremus in his usque in finem, scientes quod bonorum laborum gloriosus est fructus: quod item non sunt condignae passionibus huius temporis

Can. 2

161 35

Taurus dicit
nus quid est
et in contem
platio anima.

Bernardus,

Augustinus,

1. Cor. 15

Luce 21
Luce 6
Rom. 13

Can. 7

1. Cor. 2

1. Cor. 3

1. Corin. 6

1. Pet. 2

Pd. 15

1. Corin. 13

temporis ad gloriam fortibus dei militibus præparatam. Quibus deus sublimis & benedictus non aliud præparauit quæ seipsum, ut sit ipse dator ac donum, præmiator ac præmium quoniam hoc ad liberalissimum pertinet amatorem, ut dando munera sua simul præstet seipsum. Tanta ergo diuinæ dilectionis liberalitas circa nos mentem nostram inflammet, uigilantem, gratam atque in omni diuinitatis amoris obsequio perseverantem, proficientem feliciterque consummantem efficiat.

Articulus XVIII. De his causis ac uitijis quæ gaudium spiritale impediunt.

VSque quo delictis dissolueris filia uaga: si uis mi domine singulariter prædicte fuit quod specialiter declarari petebat sapientia tua, uidelicet, quænam uitia spiritale impediunt gaudium. Quo circa pensandum, quod sicut ex superioribus elucet, gaudium spiritale proprie sumptum, uno modo multum stricte accipitur pro delectatione actû charitatis cõcomitate, secundum quod per charitatem nos ipsos diligimus, atque de bonis nobis diuinitus collatis aut conferendis in deo synceriter gloriamur, sicut Apostolus constituit gaudium inter fructus spiritus: Secundo accipitur gaudium pro quacunque delectatione spiritali, uirtuosa & bona. His modis sumptum gaudium præsupponit gratiam gratam facientem & charitatem infusam. Vnde haberi non ualeat nisi ab his qui sunt in statu salutis, qui in nullo creato delectantur contra diuinum præceptum. Quicquid itaque charitatem & gratiam aufert, etiam gaudium tollit ac impedit spiritale. Constat autem quod omne peccatum mortale uitam animæ, scilicet charitatem & gratiam delet: ideo omne peccatum mortale in generali loquendo, tollit & perimit spiritale hoc gaudium. Veruntamen sicut uirtutes acquiruntur, quas & philosophi & quidam inter gentiles præcipui habuerunt, alij quo modo ueræ uirtutes nec charitate dei infusa nec gratia perficiantur, uidelicet naturalis dilectio dei, prudentia, ceteræ quoque uirtutes morales, prout de eis Aristoteles loquitur, imò ipse quosdam gentiliū appellat heroicis, id est, diuinos atque perfectos, sicut de Hectore profertur; quod potius uidebatur filius dei quæ uirtus moralis uel mortalis. Similiter in libro de ciuitate dei recitat Augustinus, quod multi gentiliū deos colentium ualde fuerant uirtuosi. Hæc tamen uirtutes stant simul cum peccato mortali. Conformiter delectatio actum talium sequens uirtutem uel etiam fidei informis, aliquo modo appellari potest gaudium spiritale, quod non impeditur quomodo libet per peccatum mortale. Vnde supra iam de gaudio mentis creatæ naturali tractatum est atque ostensum, quæ admodum iuxta Aristotelem ac Platonem ipsis philosophorum præcipuis, delectatio huiusmodi in contemplatione philosophica actibusque uirtutum plerumque excellenter donata est. Veruntamen secundum philosophos, aliqua uitia tale impediunt gaudium, scilicet uita seu uoluptas carnalis, sollicitudo secularis, passionum tumultus, occupatio fornicis in quiete atque immoderata tristitia. Præterea sicut olim philosophi, ita & nunc quoque quidam literati ac theologi uitijis inquinati, in quibusdam rebus bonis & actibus studiosi delectantur, uidelicet in speculatione & lectione theologica: siue alterius ueritatis, in disputatione inter uirtutes & uitia, in quorundam criminum fuga & operum ex genere bonæ executione non minima: ueruntamen quoniam in mortalibus culpis sunt, eorum delectatio est informis, nuda & imperfecta. Præterea gaudium spiritale formatum proprie sumptum, quod sine charitate uel gratia nequit haberi quo ad seipsum directe & proprie, dupliciter impeditur: Primo, per tristitiam uitiosam sibi contrariam, præsertim per acediam, quæ est pigritia in diuinis speciebusque tristitia secundum Damascenum, quam nominat Apostolus tristitiam seculi operantem mortem peccati: gaudium etenim spiritale ex diuina charitate mananti contrariatur acedia, quæ est torpor aggrauans mentem ad fastidiendum ea quæ sunt cultus diuini. Secundo impeditur gaudium spiritale directe, quantum ad se per delectationem carnalem illicitam sibi contrariam, dicente Gregorio: Sicut impossibile est ignem inflammari in aqua, ita impossibile est in delictis uigere compunctionem: quanto magis spiritale gaudium cordis. Porro, hoc gaudium spiritale, quia præcipue ex charitate procedit, secundario ut puta quantum ad suam causam, impeditur præcipue per uitia charitati directe contraria, puta odium dei & proximi rancoremque animi: qui est odium dei, uellet eum non esse omnipotentem, tamque beatum & perfectum, ut est, sicut econtra qui diligit deum, corde lætatur & de uniuersa excellentia eius. Deinde, quoniam omne peccatum mortale charitati repugnat, eamque interimit, etiam per omne peccatum mortale, spiritale gaudium impeditur, tamē ordine quodam. Quo enim peccata mortalia magis è uicino charitati repugnant, ut sunt ea quæ contrariantur formaliter ac directe uirtutibus charitati magis propinquæ,

1. Cor. 14

Gaudium spiritale formatum, dupliciter impeditur
1. Cor. 7

quis, quæ sunt spes & fides, deinde septem spiritus sancti dona, postmodum lætia, prudentia atque iustitia, eo spiritale gaudium magis impediunt. Vnde peccata in spiritum sanctum, scilicet desperatio & c. blasphemia, stoliditas, superstitio, hypocrisis, atque similia, sunt spiritualis gaudij penitus corruptiua. Propter quod in libro Iob uicesimo septimo legitur: Nunquid hypocrita poterit in omnipotente delectari? Et Psalmista, Lætamini, inquit, iusti in domino. Postremo peccata omissionis, in custodia cordis, dissolutio animi, cessatio à continuis meditationibus, mentalibus dei laudibus orationibus que internis, spiritualis gaudij amissionem merentur. Spernendus est ergo mundus & omnis concupiscentia, gloria ac delectatio eius, iugiter que insistentium est custodia: cordis ac suspensioni mentis in deum, ut enitatur quantum possibile est semper actualiter ferri in deum, eique interno seruire uniri & intra nos pfallere iuxta doctrinam Apostoli: Cumque non nunquam per dispensationem diuinam aut culpam nostram contigerit nos consolatione interna priuari, non effandamur ad uana, nec in carnalibus siue mundanis consolationem aliquam admittamus, quinimo ad deum stillet oculus noster, eius que absentiam æquanimitè toleremus, atque pro reditu eius fiducia incessabiliter suspiriose rogemus, quatenus cum uiro sancto ueraciter decantemus: Renuit consolari anima mea, memor fui dei & delectatus sum. Magna & irreuerberabilis sit fides nostra, spes ipsa robusta sit atque longanimis, charitas in deum, feruens ac intima: sicque postulemus deum nil penitus hæsitantes, & de eius charitate ac pietate ad nos humilime præsumentes. Nihilominus locum, tempus & modum exauditionis precum nostrarum, bonitati ac sapientiæ dei filialiter committamus. Non enim fallit Augustinus qui ait: Erubescat humana pigritia: plus uult deus dare, quam homo audeat postulare. Et rursus: Deus dedit nobis pignus spiritus, in quo sentiamus eius dulcedinem, & degustemus ipsum uitæ fontem, in quo sobrie irrigemur tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. Præterea, quoniam iuxta præhabita, unaquæque uirtus habet delectationem actui suo annexam ac propriam, certum est quod cuiuslibet uirtutis seu actus uirtuosi tam moralis quam intellectualis impediatur delectatio seu gaudium per uitium sibi directe contrarium: immo cum uirtutes sint concatenatæ, saltem quantum ad esse suum formatum ac meritum quod sortiuntur à charitate, consequens est quod una uirtute amissa, omnium uirtutum spiritale sublatur sit gaudium. Iterum, quoniam iuxta Philosophorum secundo Ethicorum, uirtus moralis est quædam medietas seu medium inter duo extrema uitiosa, iccirco delectatio uirtutis moralis per quodlibet extremum uitiosum impeditur, ut delectatio fortitudinis per timorem atque audaciam: delectatio temperantiæ per luxuriam & insensibilitatem. Insuper ut ea quæ de gaudio dicta sunt clarius pateant, oportet scire, quod tristitia duplex est, una est de rerum temporalium damno seu propriæ carnis incommodo aut quocunque malo pœnali, uidelicet de carnalium deliciarum, secularium diuitiarum, transitoriorum honorum amissione. Alia est bona ac uirtuosa tristitia, qua dolemus de diuinitatis inhonoratione, de uirtutum & gratiæ perdizione, de omni negligentia & defectuositate nostra, de propriis ac proximorum peccatis, de dilatione futuræ felicitatis per quam demum tristitiam etiam Christo pro nobis passo compatimur, & alienæ miseræ sicut propriæ condolemus atque pro uiribus subuenimus. Hæc secundum Apostolum secundæ ad Corinthios septimo, Penitentiam in salutem stabilem operatur: quæ utique præcipuam à spiritu sancto consolationem meretur. Quæ admodum scriptum est, Tobia tertio: Post factum domine exultationem infundis. De hac tristitia loquitur Salomon: Cor sapientum, ubi tristitia & cor stultorum, ubi lætitia. Item que: Per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis, De uitiosa autem tristitia loquitur in Proverbis: Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. De qua etiam Ecclesiastici tricesimo scriptum est: Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas te ipsum in consilio tuo. Est quoque tristitia ita nedom animæ sed corpori quoque seu bonæ corporalis uitæ habitudini multum nociua, iccirco uehementer uitanda est. Hinc nempe in Proverbis decimo septimo asserit Salomon: Spiritus tristis exsiccat ossa. In Ecclesiastico quoque legitur: Tristitiam longe expelle à te, multos enim occidit tristitia; & non est utilitas in ea. Per oppositum denique ipsa cordis ordinata lætitia, non duntaxat menti, sed & corporis sanæ expedit plurimum dispositioni. Ideo nanque in Proverbis decimo septimo dicitur: Animus gaudens ætatem floridam facit. Et Ecclesiastici tricesimo: Iucunditas cordis hæc est uita hominis. Et rursus: Non est oblectatio

Psalm. 96

1. Cor. 14

Psalm. 76

2. Cor. 1

Psalm. 1

Tristitia duplex

Ecclesi. 7

Eodem.

Prover. 11

Ecclesi. 30

Eodem

Proverb. 17
6, Cor. 6

super cordis gaudia. Propter quod denuo loquitur Salomō: Melior est buccella panis cum gaudio, quam domus plena uicinis cum iurgio. Et ipse sanctus Apostolus: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Itaque in bonis & ueris delectetur anima nostra, non solum intellectualiter, nude, speculatiue atque informiter: sed iuxta magni atque diuini Dionysii documenta, Per conaturalitatem seu affectuosam conformitatem operosam que conformationem cordis nostri ad uera ac uirtuosa.

Articulus XIX. De uilitate & impuritate delectationis uitiosa carnalis ac inordinata. De nobilitate quoque & puritate gaudij spiritualis ac uirtuosi.

Thom. 4

Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercorea. Cum perfectio, nobilitas, beatitudo summa que dignitas creaturæ, presertim intellectualis, sit suo (ut fas est) creatori assimilari, suamque uoluntatem eius beneplacito conformare, atque mandatis siue consilij eius se in omnibus subiungere, quid uilius, miserabilius, turpius atque decliuius esse ualeat, quam delectari in his, quæ displicent sancto atque mundissimo deo: ea amplecti & approbare, quæ horret ac reprobabiliter ea eligere & amare, quæ prohibet ille? Denique, quid uituperabilius, damnabilius, que potest quis mente concipere, quam rationalem creaturam ad super sanctæ diuinitatis similitudinem conditam, super beatissimæ trinitatis imagine insignitam, summæ felicitatis capacem, cœlestium spirituum in natura conformem, relicto summo, immenso, superessentiali & incommutabili bono, neglecto uero, uiuo adorandoque deo, contempto creatore, saluatore & beatificatore suo: in his terrenis & sensibilibus fordidari, carnalibus oblectari, transitorijs implicari, corporalibus uoluptatibus superari & obsequi, ac per hoc deo inimicari, de omnibus complacere & subijci, bestijs decies milies deteriorem constitui? Insuper, nonne prorsus infinita calamitas est, negligentia stultitiæque immensa, amore harum breuissimarum mundi carnisque deliciarum ac uitiosissimarum delectationum atque inanium gloriationum, non iam dumtaxat in uita presentis, sanctis, internis ac spiritualibus gaudijs, deficiis consolationibus, purissimis cœlestibus dignissimisque delectationibus spoliari: sed sempiterna quoque beatitudine patriæ, super dignissima diuinitatis fruitione, & eius beatificati uisione in æternum priuari? & ultra hæc omnia, sempiternam infernalium suppliciorum inexplicabilem acerbiter mercari, innumerabilia beatorum gaudia perdere, atque innumera damnatorum tormenta incidere? O infelicissimi huius seculi amatores, uoluptatum turpissimi sectatores, densissimis interioris cœciritatis tenebris obuolui, palpabilibus uitiojs, erroribus obtenebrati, cur uobis imitipis crudelissimi estis? Cur non miserimini proprij animabus? Cur incessanter augetis & thesaurizatis uobis amarissimas infernalis fœneæ pœnas? Redite præuaticatores ad cor: attendite quod in seculo isto peregrinamini & exules estis, nec aliter quam per uitam penitentialem, per uiam artem seu conuersationem uirtuosam saluari potestis. Ecce quantum seipsum uilificat homo peccando, red dens se deo difforem, ingratum, contrarium atque odibilem, de demonibus similem, corde turpissimum, brutis deteriorem. Præterea quantum iniquus seipsum turpiter delectando uilificat, tantum se iustus in solo creatore lætando nobilitat. Nonne præclarum & optimum est sic proprium affectum diuinæ conformare ac subdere uoluntati, ut in his tantummodo delectetur, in quibus delectatur & deus: ea uitare, quæ ille censet uitanda: in diuinis & spiritualibus potius quam in uilissimis seculi huius materijs deliciarum propter spiritalia gaudia tantumquam patriæ inanissima mundi solatia detestari? Erubescere ergo animam consolari in cœno, quæ es de cœlo: erubescere in minimis delectari, quæ non potes nisi summis satiari. Natura cœlestis es, cœlestemque consolationem (si carnalis infania permittit) quereres. O quam dulce ac delectabile esset secundum naturam gratia decorata & bene instituta uiuere, in terris cœlestem uitam ducere, ab exterioribus ad interiora redire, ab interioribus ad superiora ascendere, cunctaque facere secundum nobilissimum quod præ excellit in homine, hoc est secundum intellectum. O anima, si te ipsam perfecte cognosceres, ex tua cognitione mundum & ea quæ mundi sunt, sperneres. Si te cœlestis esse naturæ, deformis ac immotialis essentia sapienter perpenderes, terrenam consolationem & uilem in iocis ac risibus dissolutionem contemneres. Ecce mundana delectatio quam inimici creatoris requirunt, amplecti & diligunt. Primo uilitatē habet in obiecto, cum sit circa immunda & infima seculo, habet immunditiam in subiecto, quia habentē se maculat: tertio habet breuitatē in seipso, momenta

16, 46

taneum siquidem hoc delectari. Quarto habet merorem in termino, dum impj in puncto ad infernum descendunt. Quinto, habet magnam miseriam in effectu, quoniam spiritali gaudio priuati hominem in presenti seculo ac futuro. Contrario autem modo per omnia est de consolatione ac delectatione spiritali & uirtuosa. Vere ergo, sicut Hieronymus loquitur, gaudere atque ridere in seculo isto, non est hominis sensati, sed phrenetici: quoniam mundana gaudia excludunt hominē a uita beata. Hinc decimo quinto Moralium dicit Gregorius: Gaudia uitæ huius quæ iniusti magna bona existimant, iusti uelut stercore deputant, & æternitatis intuitu tanquam nihil ac somnium peruipendunt. Vnde in Iob scriptum est: Laus impiorum breuis est, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Et Machabeorum primo: Gloria impj stercus & uermis: hodie extollitur, & cras non inuenitur.

Iob. 21

Iob. 20

1, Mach. 2

Articulus XX. An gaudium spiritale sit uirtus actus, uel habitus,

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Sicut doctores concorditer astruunt, & sanctus Thomas in Secunda secundæ, quaestione uicesima octaua declarat, ex eadem uirtute possunt procedere plures actus ad inuicem coordinati, & eiusdem rationis, quorum unus oritur a uirtute illa per alium. Vnde de ipsa uirtute ab illo actu denominatur ac diffinitur, qui primo & principaliter ab ipsa proceditur. Porro amor est prima affectio appetitiue potentia, & ex amore desiderium gaudiumque nascuntur. Hinc idem est habitus uirtuosus, puta charitas, appetitum seu uoluntatem inclinans ad diligendum bonum & ad desiderandum illud, itemque ad gaudendum in illo. Et quoniam actuum horum prior extat dilectio, idcirco a dilectione non a delectatione uel gaudio charitas nomen ac rationem fortitur. Vnde gaudium non est habitus aut uirtus a charitate distincta, sed eius effectus: potestque dici actus charitatis, si per actum intelligatur quicunque effectus habitus uirtuosi. Non autem, si actus proprie accipiat per actum proprio, immediate, directe elicitor: sic enim gaudium non est actus immediate a uirtute elicitor, sed actum uirtuosum consequitur, & ei annexum est tanquam complementum & quietatio potentia operantis, quæ in obiecto sibi conuenienti gaudendo quodammodo contentatur, quietat & conuiescit. Quamuis autem gaudium asserat principaliter charitatis effectus, nihilominus quælibet uirtus habet proprium gaudium. Sed quemadmodum charitas omnes uirtutes imperialiter mouet ad operandum tanquam regina & forma ac finis uirtutum: sic eius est de omnium uirtutum actu gaudere, dicente de ea sancto Apostolo: non gaudet super iniquitate, cõgauerat autem ueritatis: haud dubium, quin & æquitati omnique uirtuti. Denique gaudium & tristitia ex charitate opposito modo procedunt: quoniam sicut ex boni amati presentia uel prospero eius quem amamus successu, aut quia perfectio sua sibi iam inest, gaudemus: ita ex absentia uel aduersitate boni amati tristitia oritur. Insuper quaeri potest, Quomodo gaudium nostrum de deo esse possit uel dicatur plenum, presertim cum de deo nulla mens creata tantum queat gaudere, quantum de eo dignum est gaudere. Nam sicut per suam puram atque immensam bonitatem est infinitæ amabilitatis & desiderabilitatis, ita est utique per eandem infinitæ gaudiositatis seu delectabilitatis. Quod autem gaudium nostrum de deo ualeat esse plenum, innotescit per id quod apud Iohannem ait Saluator: Petite & accipietis ut gaudium uestrum sit plenum. Et respondendum, quod gaudium istud dicitur plenum dupliciter. Primo ex parte obiecti, uidelicet eius, de cuius bonitate quis gaudet. Sicque solius dei gaudium est plenum, tanquam uere ac intensiue immensum. Secundo ex parte subiecti: puta gaudetis: quando uidelicet desiderium eius perfecte satiatur, contentatur & quietatur, ita quod potentialitas eius ad suum actum completum & ultimum perfecte deducitur. Sicque gaudium nostrum plenum erit in patria, in qua quilibet beatorum attingit terminum sibi a diuina prædestinatione præstitutum, atque præfixum. Idcirco nil ultra expectat aut petit, neque appetere potest. Interim uero in uia huius exilij quotidie crescere & proficere possumus & debemus. Præterea cõtemplandum quod gaudium spiritale ex diuina procedens contemplatione ac dilectione, secundum quod bonitas dei in seipsa consideratur, & propter seipsam pure diligitur, non habet admixtam tristitiam sibi contrariam, sicut & bonitas dei non habet malum sibi admixtum: gaudium uero ex contemplatione ac dilectione dei descendens, secundum quod bonitas dei seu deus consideratur siue diligitur per respectum ad nos, secundum quod participatur, aut participari potest a nobis, habere potest tristitiam contrariam sibi annexam, propter ea quæ participationem, aut fruitionem, seu cætera dona dei a nobis uel a proximis charis que nostris

2, Gal. 17

1, Cor. 13

Iohan. 16

excludunt. Quemadmodum enim de participatione & presentia boni quis gaudet, ita de eius absentia aut impedimentis tristatur. Ideo sponsa ait in Canticis: Indica mihi quem diligit anima mea tibi pascas, ubi cubes in meridie. Et Psalmista: Fuerit mihi lacrymę meę panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? Item: que: Dum mihi quia incolatus meus prolongatus est. Apostolus quoque de se loquens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic enim & luctus ex charitate procedit. Et hoc sciendum, quod tristitia quę gaudio opponitur, & uitium est, oritur ex superfluo inordinato amore qui dicitur amor priuatus ac improbus, nec est uitium speciale, sed radix uitiorum omnium generalis. Veruntamen non obstantibus præinductis, Gulielmus Parisiensis in tractatu suo de Virtutibus, ponit quandam specialem gaudij & doloris accceptionem: Sunt inquit, dolor & gaudium quę nomen habitus sortiuntur. Ponit itaque quoddam gaudium habituale, quod secundum eum est penę continua serenitas cordis, ex presentia inhabitantis dei, quam non obnubilat neque obscurat aduersitas. Est quoque, ut ait, gaudium spirituale, quod dicitur tristitia quę gaudio opponitur. Non enim est uirtus quę gaudium proprium non habet annexum. Vnde dicitur in Prouerbis uicesimo primo: Gaudium est iusto facere iudicium: ita & casto facere quoddam castitatis est: gaudium spirituale est de bonis futuris: gaudium charitatis, de honore dei & proximorum salutis: gaudium patientiæ de ipsa tribulatione. Simili modo dicit ipse: Datur dolor qui & donum & luctus & gratia lacrymarum uisitate uocatur: qui quantacunque uehementia crescat, quantacunque amaritudine mentem affligere uideatur, non sine dulcedine & gaudio unquam est. Hinc generaliter uirorum sanctorum uultus nunquam gratiosiori serenitate resplendent, quam cum eorum corda compunctionis gratia amaricauit, lacrymis que eorum ora perfudit. Et hic dolor non opponitur gaudio uero, immo secum compatitur, sed gaudio uano, carnali, mundano. De hoc autem dolore intelligitur illud Matthæi: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et illud Ecclesiastes: Qui addit scientiam, addit & dolorem. De qua scientia & dolore loquitur Augustinus in primo de Doctrina Christiana. Scientia hæc facit hominem non foris se iactantem, sed interius lamentantem. Insuper secundum Gulielmum, Vir sanctus gaudet ex presentia dei ipsum inhabitantis, non quia sentit, præscit uel præsumit præsentiam dei in seipso: hoc nanque esset iam aliud gaudium, ut puta fidei aut spei: sed sic de dei inhabitantis presentia gaudet, quemadmodum prædicto dolore saluberrimo ac iucundo de eius absentia dolet. Deus quippe donat huiusmodi gaudium, sicut & gratiam compunctionis. Nec mirum, si ex presentia lucis diuinę serenitas præmemorata in cordibus sanctorum diffunditur. Huic gaudio opponitur tristitia seculi operans mortem, & specialiter ipsa acedia, quę est spiritualis boni fastidium. Itaque secundum istum doctorem, hæc est specialis accceptio gaudij, quod dicitur habituale: est que speciale donum dei, sicut & gratia compunctionis. De gaudio isto sponsa fateatur in Canticis: Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem: Rex enim est CHRISTVS, cella uinaria ipsa ecclesia, in qua uinum spiritualis gaudij bibitur, quo omnia temporalia uispenduntur, quorum dilectio est impedimentum ordinis charitatis: & ita per gaudium spirituale impedimentis remotis, charitas ordinatur in sponsa. Hoc ergo gaudium, quod est causa ordinis charitatis, per hoc quod remouet impedimenta, uidetur esse donum dei, quod anima ex eius presentia adipiscitur. Præterea alijs satis probabiliter rationabiliter que uidetur, non utique oportere ponere tale gaudium habituale distinctum à charitate considerata in suo esse perfecto, quod competit sibi in animo plene purgato seu uiro diuino atque heroico: nempe cum charitas habeat se ut proprium uexillum spiritus sancti, per quod ipse uenit atque in paternam hæreditatem in se uadat eos ad quos uenit, ita quod ipsa charitas est signum potissimum regię presentię spiritus sancti: sicut ab ea deliciosissima dilectio fruiua, quam consequitur perfectum non impugnatum imperturbatumque gaudium actuale. Istud quoque est de mente uenerabilis patris nostri domini Barptolemæi sacrę theologię professoris cõdigni, & in dictis scholasticorum doctorum multũ exercitati ac propti, cui etiã in hac parte potius quę positioni Gulielmi Parisiensis cõsentientiũ opinor. Si tñ Gulielmus intēdat asserere, quod gaudij habitus: sit quod fixũ

in anima distinctum realiter à gaudio actuale, intermedianstq; inter actualem dilectionem & gaudium actuale: quo enim charitas extat in suo esse perfectior, eo actus eius est stabilior, continuior atque sincerior. Idcirco gaudium consequens eum, est fixius, purius ac deliciosius, ita quod nõ cogimur ponere habitum medium inter actuale dilectionem & gaudium actuale. Si uero secundum Gulielmum, gaudium spirituale uiri perfecti, qui est quasi in quadam continua serenitate mentis, ideo habituale uocetur, quoniam propter fixationem, permanentiam siue frequentiam suam habet se per modum habitus seu habitualis perfectionis, quemadmodum donum seu gratia prophetię in prophetis eximijs, quod tamen non dicitur proprie habitus, sed potius quędam perfectio actualis: sic arbitror positionem illam posse teneri.

Articulus XXI. Cur consolatio interna seu gaudij spirituale, affectuosum, dulce ac perceptibile, hominibus etiam deuotis nonnunq; subtrahitur: & quomodo debet se hõ in tali subtractione habere.

LAETIFICA animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuauit. Quoniam tu domine suauis & miris & multæ misericordię omnibus inuocatus te. Lam dictum declaratumque est frequenter, quod operationem uirtuosam, præcipue diuinorum contemplationem ac dilectionem spirituale gaudium concomitatur in tantum, ut signum uirtutis asseratur delectatio operationi annexa. Hinc plurimũ etiam de uoti spiritualesque uiri sensibilem illam consolationem internam & experimẽtalem dulcedinem in diuinis seu perceptibile gaudium uehementer desiderant, magnipendunt, requirunt in tantum, ut nec uere deuotos se arbitrentur, nec ad communicandum aut celebrandum, seu alios quoslibet præcipuos uirtutum actus idoneos putent, si ista non sentiant, uel certe sensibilem cordis compunctionem, lacrymarum profusionem, & quendam in affectu feruorem sensibilem: imò si careant istis, steriles se proclamant & quasi derelictos à deo, ita ut penę quadam animi pusillanimitate, mœrore & diuini affecti succumbant cessando à bonis, & præconcepto bono proposito ac forti in deo fiducia. Porro, cum prædicta bona affuerint, gloriantur: & tanto meliores, perfectiores ac deo complacentiores se opinantur, quanto copiosius affuerint iam prædicta. Sed quoniam doctorum magnorum testimonio, non modice hoc interdum falluntur & errant, dicendum cur diuina consolatio fidelibus subtrahatur, & quomodo debet se homo sapienter & caute habere in appetendo suauitates præfatas, quę esse solent effectus & signa charitatis, deuotionis & perfectionis. Considerandum ergo in primis, quemadmodum Thomas demonstrat, quia dictum illud commune, quod delectatio consequens actum uirtuosum, est signum uirtutis, potissime intelligendum est de uirtutibus acquisitis, quę inclinationem ad contrarium per assuefactionem boni eradicauerunt. Itemque de uirtutibus infusis per usum boni seu executionem actuum propriorum roboratis & exercitatis, hoc est quantum ad suum esse completum, quod cõpetit eis præcipue in statu & animo perfectorum, & quodammodo etiam in statu proficentium: Non autem proprie intelligi potest de uirtutibus infusis, quantum ad incipientes, præsertim qui iam ante conuersionem uitiose uixerunt: in talibus quippe ut communiter uirtutes infusæ non tollunt reliquias pristinarum culparum, & pronitatem ad uitia tarditatemque ad bona. Vnde uidemus quod talibus in conuersionis exordio magna inest difficultas, labor atque anxietas in operatione uirtutum, in resistentia tentationum, in refrenatione passionum, in propriæ uoluntatis fractione, in cordis custodia, in perseverantia cultus diuini: paulatim uero in bonis assuefcunt, proficiunt, promptificantur & exhilarantur. Nihilominus quibusdam mox in principio conuersionis tanta infunditur gratia, quod statim omnia quę sunt uirtutum, prosequuntur alacriter: nonnunq; quoque consolantur à deo, & delectantur in eo magnifice, quibus necessaria est grãdis cautela, circumspectio magna, discretio multa, sicut in sequentibus elucescit. Præterea intuentium, quod in proficientibus & perfectis spiritualis delectatio, experimẽtalis consolatio sensibilisque suauitas, quamuis frequenter, non tamen necessario & semper concomitantur, formant & perficiunt actus uirtutum: uel quoniam delectationis obstacula non tolluntur, uidelicet occupatio animi circa diuersa, uel uenialia mala, uel ex diuina dispensationis moderamine, consolatoria delectatio cordis suspenditur: uel quoniam deus propter causas suæ sapientię cognititas, speciale donum hoc cõsolationis ac gaudij ad tempus negat aut retrahit. Itaque loquendo in genere, causa subtractionis huiusmodi quandoque est ex parte nostri, quandoque ex parte dei. Ex parte nostri, dum negligentia nostra & cordis incustodia id meretur: quandoque uidelicet foras est

Can. 4

Psalm. 14

Psalm. 119

Rom. 6

Prouerb. 21

Mat. 7

Ecl. 1

Can. 2

Psalm. 57

funduntur ad confabulationes, consolationes inanes, oblectationes carnales, dicente Gregorio: Heu miserabiliter negligimus, dum foris ad inania fusi sumus. Foris fusi sumus, & de regno dei quod intra nos est, nihil curamus. Foris quæritur consolationem de rebus uanis & insanijs falsis, ita quod iam religionis æternæ sapientiæ dicitur: Scire debes, quod interdum & frequentius ipsa anima huius subtractionis causa existit, dum radio solari, ut dicitur luci solis insitit, fenestra cordis per opacæ quædam præcluditur, uel hospiti tantoties inuenerit exhibetur, ut proinde exire de dilecta atque in hoc non dilecta cogatur ipse, cuius deliciae sunt esse cum filijs hominum. Veruntamen non semper est ita, sed uti nunc tetigi, interdum ex parte dei contingit ista subtractio, hoc est ex pia ac salutifera diuinæ bonitatis dispensatione, propter maiorem nostrum profectum, & quoniam deum sic decet. De hoc Matthæus de Cracouia in tractatu de Communione, sic loquitur: Valet quidem consolationis subtractio ad humilitatis conseruationem: quia ut ait Bernardus, Argumentum superbiae est, priuatio gratiæ. Valet etiam ad excutiendam gloriam uanam, cuius ex præmemoratis consolationum suauitatibus gratiæ magna frequenter occasio sumitur, ita quod qui tali consolatione semper ad nictum gauderet, difficillime posset à uanitate spiritus inanis gloriæ præseruari, nisi refrenaretur per tentationes, sicut de Paulo apostolo legitur, quod datus est ei stimulus carnis, ne magnitudo reuelationum extolleret eum. Vel per exteriores turbationes, persecutiones seu infirmitates, quibus uix caruit aliquis sanctorum, qui huiusmodi dulcedinibus fouebantur. Rursum, iccirco fit ista subtractio, quoniam deum sic decet. Quamuis enim non nisi uirtute diuini auxilij & dono supernæ gratiæ nobis cœlestia sapiant, & terrena uilescant, & deus facillime posset per gratiam suam omnem difficultatem remouere, ita quod sola nobis cœlestia saperent, quemadmodum solet contingere his qui præfatis suauitatibus recreantur: Non tamen uult deus nobiscum sic pure spiritualiter atque deifice agere, sed etiam humano modo uult nostram operari salutem, ne torpeamus otio, sed exerceamur, & in nostræ saluationis negotio quasi adiutores & cooperatores dei simus, secundum Apostolum. Porro, si deus hominem talibus gratiis semper uisitaret, eumque à superbia & uana gloria præseruaret, diuino non humano modo secum agens, uideretur in nullo apparere infirmitas hominis. Iterum dulcedo ista non nunquam datur & non nunquam subtrahitur: quatenus homo eam percipiendo, gratiam dei agnoscat, fidutiamque in deo accipiat: eam uero perdendo, infirmitatem atque defectum propriæ infirmitatis perpendat. Quod si semper data fuerit, conuenit ut tentatione uel tribulatione gaudium temperetur, & mens humana ne lasciuia refrenetur. Insuper ualet homini subtractio ista consolationis diuinæ seu delectationis internæ, ut ei timor incutiatur, ne tam suauis dono tam hic quam in futuro priuetur. Et item, ut tanto ardentius tendat ad uitam æternam, in qua semper habenda est, quanto nunc uidet eam frequentius tolli infirmitatisque haberi. Adhuc ualet ista subtractio ad augendum fidei meritum, quatenus per fidem ambulantes plus accipere mereamur. Plerique etenim suauitatibus dictis dotati, magis gustui & experientia student inniti quam fidei: & quandoque alias occupationes salubres & opera fugiunt, orationi que ac contemplationi uacant potius desiderio consolationis aut delectationis internæ, quam pro gloria dei & acquisitione uirtutum. Sed & ob id non nunquam consolatio ista subtrahitur, ut tam desiderabile donum feruentius desideremus, gratantius acceptemus, que cautius custodiamus: Non enim uult deus paruipendi aut uilescere dona sua: iccirco non semper mox dat, sed differt, ut diu optato ac supplicando abundantiùs accipiamus. Hinc dicit Gregorius: Differre solet pius pater perentium uoces ad tempus, quatenus desideria crescant, ut eo magis exaudiantur ad meritum, quo minus exaudiuntur ad uotum: Deus nanque quamuis per pietatem suam immensam sit clementissimus, tamen quandoque quod libentissime tribuit, prorahit, ut discas magna desiderare ardentem, rogare instanter, adepta quoque sollicitus cum gratiarum actione seruare. Denique præinducta subtractio fit, ut uidentes quia gratia illa priuati, protinus graues sumus ad bona & pigri, discamus grati esse, nec nostris uirtibus, sed gratiæ dei ascribere, quoties nos promptos ac hilares in eius obsequio reperimus, ac per hoc timeamus iudicare aut spernere eos, qui ex apparenti eorum

segnitie

segnitie gratia ista priuantur, imò compatiamur eisdem. Postremo per subtractionem prædictam sepe prouidet miseratione diuina indiscretionem nostram, ne uidelicet dulcedinem illam sectantes, uires nostras ultra modum & irrationabiliter extendamus. Præterea sicut in profectu religiosorum docetur, subtractio consolationis internæ utilis nobis est, quia per eam tria addicimus: Primum est, de minimis beneficijs gratias agere. Cum enim homo plurima dei beneficia siue debita gratiarum actione pertrahit, plurimas deo gratias referre omittit & negligit, plurima quoque reputat parua quæ magna sunt, plurima etiã non agnoscit: sed his subtractis tunc, sicut uir uidens paupertatem suam recollit quanta habuit ac potuit prius, sicque tanquam mendicus & pauper modicum gratiæ gratanter acciperet, & pristina dona diligentius pensat, atque de eis gratias domino refert. Secundum est, minimas culpas negligentiasque timere atque cauere. Formidandum quippe est nobis, ne forte propter culpas & negligentias nostras gratia consolationis sit nobis subtracta, sicque per diligentissimam emendationem conemur eam recuperare: Qui enim spernit modica paulatim decedit, ut in Ecclesiastico habetur. Et Salomon protestatur: Qui timet deum, nihil negligit. Augustinus quoque: Vita ista grandia, uide ne obruaris arena. Tertium est, minima quæ que aduersa patienter sufferre, ut consolationem optatam possimus recipere. Non enim superat aduersa maiora, qui superare non dilcit minora. Multi dicunt se uelle pro Christo mori, & nolunt pro eo leuia uerba pati. Verum quem terret sonitus folij uolantis, quomodo sustinet scilicet gladij terribiliter uibrantis: Est interim alia causa, cur deuoti non debent consolationem seu delectationem illam experimentalem sensibilemque dulcedinem, compunctio nem siue feruorem aut fletum impotente appetere, uel nimium reputare, seu de ipsorum caritiã excessiue dolere: Quia non semper sunt certa gratiæ deuotionisque signa uel operamimò possunt esse extra & præter gratiam gratum facientem, prout Matthæus de Cracouia explorat, nec tamen uult pompis & uanitatibus seculi renuntiare, cunctaque peccata mortalia & immediatas occasiones eorum efficaciter declinare imò retinet aliena, aduersarios odit, mundano amore & seculari cupiditate sordescit. Unde huiusmodi dulces affectus aliquando ueniunt omnino præter gratiam. Nam & gentiles in ritibus suis, & Iudæi in sacrificijs suis, hæretici quoque in suis erroribus interdum cordialiter afficiuntur & lachrymas fundunt. Aliquando uero affectus hi ueniunt cum gratia, non tamen semper ex gratia, sed alio dono dei: sicut dum quidam boni ac simplices ex cantu deuoto ac dulci uel organo prouocantur ad affectus suauis & fletus. Aliquando autem ueniunt cum gratia & ex gratia, sicut in sanctis. Hinc incautum est credere istis affectibus. Refert circa hoc præallegatus Matthæus de quodam in hæresi nato ac educato, qui post conuersus ad fidem, cum non sentiret se tantum in oratione affectum, atque affectibus dulcibus seu lachrymis abundante ut olim antequam ad fidem uenit catholicam: cepit de ipsa fide dubitare, quasi ante in statu fuisset salubriori. Præterea, dum prædicti affectus uere ex gratia oriuntur, & incipientibus ex specialia dei clementia conceduntur, ualde necessaria eis est magna cautela, ne de singulari dono dulcissimæ deuotionis atque internæ consolationis generetur eis occasio uanitatis & gloriationis inanis, ita ut arbitrentur se esse aliquid cum nihil sint, & alios aspèntur, seque de numero filiorum existiment, eo quod pascantur interdum panibus filiorum ac pretiosiore substantia gratiæ. Sed quidam eorum abutentes gratia dei, ex uisitante gratia euanescent. De hoc Bernardus in epistola ad fratres Carthusienses de Monte dei plenius tractat. Veruntamen affectus isti nunquam abijcendi sunt neque spernendi: si enim non assit testimonium bonæ conscientia, tamen intantum consolantur peccatorem, quod dant sibi euidentem signum bonitatis diuinæ, per quod deus solet homines à uoluptatibus mundi abstrahere atque ad suum amorem allicere: & ad hunc finem debet homo etiam peccator pro gratia ista toto desiderio ac precibus laborare: si autem quis uellet ex his affectibus reputare se grati deo, erraret. Cui uero adest testimonium conscientie bonæ, & ea securitas de statu salutis que hic potest haberi, tunc certior fit homo de huiusmodi signis deuotionis ac uerius consolari, atque per ea ad augmentum gratiæ amplius promoueri. Quapropter multo melius est, certioribus gratiæ signis insistere, quam istis affectibus. Signa equidè certiora sunt hæc: Displacitum ac detestatio peccati tam proprii quam alieni: non solum in quantum peccatum est meritorium poenæ, sed potius in quantum est offensiuum ac inhonoratiuum sanctitatis ac maiestatis diuinæ:

VVVV 4 Zelus

Per consolationis internæ subtractionem gratia dicitur.

Ecc. 19
Ecc. 7
III.

Gal. 6

Gratia signa certiora.

Proverb. 8

Consolationis subtractio ad quædam est.

1. Cor. 12

Phil. 3

1. Cor. 7

Zelus animarum, odium iniustitiæ, humilitas fixa, superfluous cōtempus, desiderii cœlestiū, promptitudo animi ad patiendū aduersa quantū deus uoluerit, & aspernatio secularium uanitatū, auditas obseruandi uerbi dei, poenitentia de malis præteritis, firmū propositū corrigendi uitā & obseruandi mandata. Hæc hisq; similia constantiter haberi non possunt sine diuina dulcedine salte habituali & cōplacencia quadā ipsius boni propter conuenientiam eius. Quia ut sexto Musicæ asserit Augustinus: Nunquā expugnatur amor temporalium, nisi aliqua suauitate æternorum: nec est reputanda parua dulcedo, per quam redduntur amara & uilia omnia huius seculi oblectamenta, omnia quoq; eius pœnalia fiunt dulcia uel tolerabilia. Hęc est consolatio ac dulcedo quam boni iugiter habent habitualiter, quilibet secundum gradum gratiæ sibi datæ. Quamuis interim hæc habitualis dulcedo aliquādo sic effundatur & in actum procedat, q̄ efficit mentem feruentem ac hilarem ad diuina, tædiofam uero ad alia: & hoc sit aliquale signum ipsius: Continua tamen continentia ac refratio sui in prosperis, patientia in aduersis, perseverans uoluntas placendi deo obediendiq; ei in omnibus, certiora & efficaciora sunt signa illis habitualis dulcedinis, q̄ illa notabilis & quandoq; rara eius effusio sensibilisq; perceptio. Vnde pro hac habituali necessaria dulcedine instanter & sine conditione precandum est: pro illa uero actuali actualiterq; perceptibili laborandum est, non tanquā pro re necessaria ad salutē, sed uelut pro quodam amminiculo ad facilius uincendum aduersa, & delectabilia contemnenda: & sub conditione ac indifferencia quadam, uidelicet committendo hoc uoluntati diuine, dicendo: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis deus pater. Porro, si detur, gratatē accipiatur, & rationabiliter ea homo utatur. Si uero negetur, aut homo ab ea quacunq; occasione impediatur, non ideo mente decidat nec absorbeat̄ tristitia, dummodo nequaquā aduersus sit à spiritali desiderio placendi semper seruiendiq; deo: ut, si non desideret interim tam feruenter ut uellet, de imperfectione sua humiliter doleat ac discrete, & cum Psalmista ardentē desiderare concupiscat, dicendo: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Ec hoc ipsum humile desiderii ardētē desiderandi est magna pars iustitiæ deoq; ualde complacitū sufficit tamen ad salutem, debitis non omissis, habitualis illa ac radicalis dulcedo tanquam capitalis summa, quæ non tollitur, donec deus desipiat & mundus sapiat: si uero quid supererogatum fuerit, reputetur pro lucro, imò (ut ait in sermone de circūcisione domini sanctus Bernardus) Multi tota uita sua tendūt ad illam suauitatem sensibilem, & nunquam in seculo isto ad eam peringunt. Quibus utiq; ut ipse fatetur, mox cum de corpore exierint, datur, quod nunc dispensatiue negatur. Deniq; sicut in Horologio æternæ sapientiæ dicitur, In uicissitudine præinducta consolationis seu uisitationis diuinæ, quæ nunc datur nūc tollitur, consistit ludus spiritalis amoris, qui ludus est amor & dolor, qui ex dilecti super omnia dei præsentia & absentia sibi succedunt. Hoc nempe solet proprium esse amoris, ut quantus sit, præsentē dilectō lateat: recedēte autem eodem, amplius percipiatur. Ita & mater piissima faciē suā ab infantulo suo abscondit, cernēs q; eum plorantem, delectatur non quia plorat, sed quia eius ad se amorem experimentaliter sentit. In hac demum consolationis & afflictionis uicissitudine implere debet deuotus quod in Ecclesiastico legitur: In die bonorū ne immemoris malorum: & in die malorū ne immemoris bonorū, quatenus nec consolatione præsentē ultra modum exultet aut extollatur, quasi nunquā hanc amisurus, uel deum nunquam de cætero offensurus: nec ea subtrahāta immo moderanter tristetur, pusillanimitas fiat, uel à bono cepto desistat, sed in his utraq; manu utatur pro dextera, renuatq; consolari à dextera, spem tenens in deo immobilē, perpendens & implens quod canat Psalmista: Lætetur cor quærentium dñm. Quærite dñm & cōfirmamini: quærite faciē eius semper. Ipse enim est finis desiderii nostri, in quo uera & summa consistit lætitia.

Articulus XXII. De gaudio secundum Damascenum.

Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Damascenus libro secundo de delectatione seu gaudio loquens, nomine lætitiæ utitur: sumens ergo lætitiā pro delectatione generaliter sumpta, multiplicem ponit diuisionem lætitiæ, quarum hæc prima est: Lætitarum aliæ sunt animales, aliæ corporales: animales sunt, quæ sunt folius animæ secundum seipsam, id est, quæ conueniunt animæ secundum uires suas præstantiores inorganicas, diuinas ac immortales, quæ sunt intellectus atq; uoluntas. Hæc sunt delectationes intellectuales ac spiritalia gaudia, de quibus dictū est supra. Vnde Damascenus subiungit: Quæ sunt circa disciplinas & cōtemplationem: Corporales uero sunt, quæ cum communionē animæ & corporis fiunt, id est, quæ toti composito com-

Phil. 118

Ludus spiritalis amoris.

Ecc. 11

Phil. 104

Phil. 9

Lætitiæ multiplex diuisio. Prima.

petunt, & animæ corpori que communes sunt, quales sunt delectationes carnales. Corpus uero non habet delectationem aliquam sibi seorsum uel per se singulariter competentem, secundum Damascenum: à seipso nanque nec esse habet nec uiuere. Secundum ponit diuisionem hoc modo: Lætitarum hæc quidem sunt ueræ, id est, uirtuosæ atq; laudabiles, quales potissime sunt intellectuales: hæc uero mendaces, id est, uitiosæ & falsæ, ut puta bestiales aut diabolicæ, sicut in præcedentibus plenius dictum est. Tertiam deniq; diuisionem ponit, Quod corporalium lætitarum hæc quidem sunt naturales & necessariae, ut nutritiæ potentiæ delectationes, quæ sunt pro conseruatione indiuidui, puta in cibis: aliæ uero sunt naturales, non tamen necessariae, sicut sunt delectationes matrimonialis concubitus, quæ sunt pro cōseruatione speciei, sine quibus potest quis uiuere in uirginitate: aliæ autem nec naturales sunt nec necessariae sed nociuæ, sicut luxuria, ebrietas atq; ingluuius. Insuper secundum Damascenum, Eum qui uult secundum deum uiuere, id est, spiritaliter conuersari, oportet naturales simul & necessariae lætitiæ pertransire, id est, delectationes corporales, quæ sunt pro conseruatione suæ personæ: cursum peragere, non eis immoderāter utendo, diutius immorando, aut propter se has intendendo, aut eis finaliter inhærendo, sed quantum possibile est, eas non experiendo aut aduertendo: quanto enim spiritalibus lætitijs magis reficitur, tanto corporalibus minus lætatur. In secundo uero ordine naturales & non necessariae ponere, hoc est corporales delectationes quæ sunt pro specie conseruanda, debet minus q̄ alias nunc præfatas requirere siue admittere, uel certe omnino relinquere totaliter continendo: alias aut omnino oportet renuere, hoc est, delectationes uirtuosas, quæ nec naturales nec necessariae sunt, necesse est uolentē saluari prorū uitare: Bonas autem lætitiæ oportet æstimare eas, quæ non sunt complicatæ cum tristitia, id est, quæ tristitiæ non habent contrarias, nec poenitudinē inferunt, nec alterius nocimenti sunt generatiuæ. Quomodo totū hoc conueniat spiritalibus delectationibus, quæ sunt in conseruando, dictum est ante. Hæc etenim non inferunt poenitudinem aut nocumētum, nisi forte per accidens, dum melioris alicuius boni impeditiue consistunt, uel corporis complexioni per redundantiam obsunt. Per se autem fructuosum & bonum est eis esse potitum: nec est in eis excessus secundum se, sed solum per accidens. Quo enim delectatio uirtuosa maior, eo & melior comprobatur, secundum Aristotelem. Ideo Damascenus adiecit: Neq; ultra mensuram excedunt, id est, excessus non culpatur in eis: neq; à studiosis operibus nos abstrahunt, id est, non ab actibus uirtutum impediunt: imò operantem conseruant atq; cōfortant in opere: nec seruos constituunt, id est, uirtutum seruituti & dæmonum uoluntati nos minime subdunt, sed potius uera libertate adornant. Summa equidem ingenuitas & spiritaliter uera libertas est seruitus Christi, & subijci creatori. Hæc mi prædilectissime frater ac die, de gaudio spiritali ad gloriā fontis uniuersæ lætitiæ cōditoris nostri, ad tuę prohibitionis instantiā scripsi, quatenus spiritalis gaudij cognita dignitate, omnis carnalis inordi natiæq; delectationis labē iugiter aspernemur, atq; ad interioris sanctæ lætitiæ gustū pertingere: nunc in uia suauiter prælibando, demumq; in patria feliciter perfruendo uictoriam mereamur. Quod nobis ac nostris præstare clemēter dignes rex mundi, dñs uniuersis, creator omnipotēs & æternus, qui est super omnia deus sublimis & bñdictus. Restat de pace interna aliqd̄ fari, quatenus ad beatōz pacē plenissimā atq; dignissimā mereamur p̄duci.


Lætitiæ bonæ.

LIBRI PRIMI FINIS.

D. DIONYSII A RICKEL

CARTHUSIANI, DE PACE INTERNA LIBER II.

P R A E F A T I O.



NEV spatientiæ & solatiij det uobis id ipsum sapere in alterutro secundum Iesum Christū, ut unanimes uno ore honorificemus deū & patrem domini nostri Iesu Christi. Quemadmodum Leo Papa deuotissime ait: Quid in thesauro dominicę largitatis ad dei honorem tam congruū possumus inuenire q̄ pacem, quæ in natiuitate Christi prima est angelico prædicata concentu? Ipsa enim est quę parit filios dei, nutrix dilectionis & genitrix unitatis, requies beatorum & æternitatis habitaculū. Cuius hoc opus propriū & speciale beneficium est, ut iungat deo, quos secececit è mūdo. Vnde Apostolus ad hoc bonum nos

Rom. 16

Roma 5

nos inicitat, dicens: Iustificati ex fide pacem habemus ad deū. Cuius sententiæ breuitate omnium ferè mandatorum continetur effectus, quia ubi fuerit ueritas pacis, nihil potest deesse uirtutis. Quid autè est pacè habere cum deo, nisi uelle quod iubet, & nolle quod prohibet? Si enim humanæ amicitiae pares animos & similes expetunt uoluntates, nec unquam diuerfitas mox ad firmam potest peruenire concordia, quomodo diuinæ erit particeps pacis, cui ea placent quæ deo displicent, & his appetit delectari, quibus illi nouit offendi: Non est iste animus filiorum dei, nec talem sapientiam recepit ad optima nobilitas. Denique gratia patris celestis non dissimiles, non discordes, sed unum sentientes unumque amantes adoptauit hæredes. Ad unum reformatos imaginè oportet animum habere cõformè, ut intellectus omnium nostrum diuinitus illustratus in ueritate concordet & eadem sentiat: sicque unanimiter deum cum condigna animi uigilantia honoremus. Hoc utique est quod sanctus Apostolus cordialissime cupiens deprecatur: Deus patientiæ, qui est ueræ patientiæ dator, conseruator ac remunerator, dicente beato Iob: Vbi est præstolatio mea & patientia mea? tu es domine deus meus, Itemque Psalmista: Nonne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim patientia mea & solatiū, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra det uobis id ipsum sapere in alterutrum, id est, idem sentire adinuicem, secundum Iesum Christum, hoc est, secundum doctrinam ac placitum saluatoris, ne nostrum sensum sed eius eruditio in omnibus innitatur, ut unanimes uno ore, id est, simili uocis laudatione participet diuinæ laudis concentu honoremus deum per interiores & exteriores patriæ actus. Hoc autè implere nequaquam ualeamus, nisi in Christianæ pacis sinceritate fundemur, omni carnali affectu & cordis timore prorsus depulsis: quod quantum ad omnem pertineat Christianum, quamque inæstimabili mentis ardore ipse diuinus Apostolus optet ab oibus nobis impleri, patet per id, quod Philippenses hortat: Si qua consolatio in Christo, si quod solatiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera misericordie implete gaudium meum, ut idem sapiatis, unanimes id ipsum sentientes. Hinc & Christus passionem iam proximus, de pacis collatione, præsertim consolabatur apostolos: Pacem, inquit, relinquo uobis, pacem meam do uobis.

Roma 16
Iob 4
Psal 61
2. Cor. 11

Philipp. 3

Iohan. 14

Articulus I. Quomodo pax sit beatitudo & fructus. Et cur pacifici specialiter filij dei uocentur.

Mat. 5

BEati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Quemadmodum Thomas alijque plures magni doctores conscribunt, uirtutes & dona in hoc conueniunt, quod sunt habitus seu habituales, fixæ ac permanentes animæ dispositiones ad bene agendum: beatitudines autè & fructus in hoc conueniunt, quod sunt actus uirtutum siue donorum: sed de ratione beatitudinis est, quod sit actus excellenter atque perfecte uirtuosus: de ratione uero fructus, quod sit delectabilis. Denique in superiori tractatu ostensum est, qualiter accipiantur & inter se differant charitas, gaudium & pax, dum ab Apostolo inter fructus spiritus connumerantur. Cum uero saluator inter beatitudines statuit pacem septimo loco, dicens: Beati pacifici sumitur pax pro quiete interna, tranquilla ac ordinata, qua mens per charitatem quiescit in uero bono. Nempe per pacem hanc uir spiritualis primo in seipso formaliter ordinatur, pacatur & tranquillatur, omnesque uirtutum & sanctæ perfectionis impugnationes siue obfacula abigit, uincit ac dirimit, manens iugiter intra se ordinatus & fixus in deo. Non est autem in conueniens, quod unum ac idem beatitudo appellatur & fructus, secundum rationem distinctas, imò secundum Thomam, omnis beatitudo est fructus, quamuis non e conuerso. Itaque beati sunt nunc in spe, in merito, in dispositione propinqua, in inchoatione præclara, id est, interne pacis, fraternæ concordie atque communis unanimiatis amatores, sectatores & operatores, qui primo intra se pacem habere conantur, subiicientes corpus spiritui, sensualitatem rationi, rationem legi diuinæ seu deo. Deinde cum alijs pacem nituntur habere, & discordantes reconciliare. Tantiq; horum præmium meriti subdit saluator dicendo: Quoniam filij dei, haud dubium quin adoptiui, uocabuntur: & erunt in uia per gratiam, atque in patria supermunda per gloriam. Conuenienter omnino paci pro præmio est promissa filiatio dei uel adoptio filiorum: filiorum namque est patribus assimilari, & præmium debet merito correspondere ac proportionari. Cum ergo id sit deo potissime proprium, ut in seipso finaliter coquiescat, seipso pacifice perfruatur atque in se beatifice quietetur, merito pacifici qui nunc in ipso ordinate quiescunt ac dulciter quietantur, ad futuram in ipso beatissimam conquietationem pertinentes, eius filij nuncupantur. Rursus homo dicitur filius dei propter aliquam assimilationem cum eo. Cum ergo in seipso inconcusibile pacem habere, atque in alijs pacem requirere, amare ac facere sit maxime proprium deo, rite pacifici eius filij nominantur.

minantur. Quod quæ præclarum sit, Leo Papa tangit scribendo: Magnum est huius muneris sacramentum, & omnia dona excedit hoc donum, ut deus hominem uocet filium, & homo deum nomen patrem. Per has enim appellationes sentitur & dicitur, quis ad tantam altitudinem ascendat affectus. Nam si in progenie carnali & stirpe terrena, claris partibus genitos, uita malæ conuersationis obfcurant, & ipso maiorum suorum lumine soboles indigna confundunt: in quem exitum ueniunt, qui propter amorem mundi à generatione Christi non metuunt abdicari: Tertio, quoniam pacem facere fuit præcipuum officium uirgenti filij dei in terra, & ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum, secundum Apostolum. Porro, pax spiritalis à supernis ueniens & ad superna perducens, cum amatoribus mundi nulla nos uult communiōne misceri, sed omnibus obfaculis resistere, & ad uera semper namque gaudia à perniciosis dilectionibus euolare. Itaque beatitudo ista qua dicitur, Beati pacifici: non cuiuslibet confessionis aut qualiscunq; concordie est, sed illius de qua dicit Apostolus: Pacem habere ad deum. Propter quod Leo Papa testatur: Extra dignitatem pacis sunt improbarum parilitates cupiditatum, scelerum & pacta uitiorum. Amor dei cum amore mundi non congruit: nec ad societatem filiorum dei peruenit, qui se à carnali generatione non diuidit. Qui autem semper mēte cum deo sunt, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, qui nunquam ab æterna lege dissentiant, fidei oratione dicentes: Fiat uoluntas tua: hi sunt pacifici, hi bene unanimes sancteque concordēs, uocandi æterno nomine filij dei, ut nullas iam aduersitates sentiant, nulla scandala pertimescant, sed finito omnium temptationum certamine, in tranquillissima dei pace requiescant. Præterea de hoc quoque sic ait Chrysostomus: Pacifici sunt, qui à dissensionis & discordie scandalo separati, dilectionem charitatis fraternæ, & pacem ecclesie sub catholice fidei unitate custodiunt: nihil enim tam necessarium seruis dei, tam salutare ecclesie, quam charitatem seruare, quam pacem diligere. Vnde omnium studio ac deuotione pacem ecclesie seruare nos conuenit, & eos qui à pace dissentiant, ad pacis ac charitatis unitatem reuocare, quantum in nobis est. Possimmo ei quod dictum est nunc, quemadmodum pax sit beatitudo & fructus, obuiare uideatur quod in Summa uirtutum & uitiorum asseritur, quod beatitudo quæ his uerbis, Beati pacifici, commendatur, non sit pax, sed gratia faciendi pacem in se uel in proximo, & hoc respectu dei uel proximi: Sed istud irresolutum uideretur: Beatitudo enim proprie nominat actum uirtutis, gratia autem faciendi pacem non nominat actum huiusmodi. Rursus nunc dictum est, quemadmodum uirtuosus per pacem, de qua nunc sermo, est in se tranquillus, ita quod pax facit eum formaliter pacatum, quietum atque pacificum, tam quo ad deum quam ad seipsum ac proximum: & sic pax est principium formale pacificationis, quod dicitur potest gratia faciendi pacem. Iterum interrogandum esset, quid autor Summæ illius intelligit per gratiam faciendi pacem.

Eph. 2

Mat. 5

2. Cor. 13

Pacifici quod sunt.

Obiectio.

Articulus II. De multiplici acceptione diuisioneque pacis.

GRatia uobis & pax ab eo qui est, & qui uertur est. Quoniam pax est quies mentis in bono, sicut duplex est bonum, ita & duplex est pax. Est quidem uerum bonum, in quo pax uera consistit, quæ dicitur spiritalis, uirtuosa atque interna, quæ primo & principaliter fundatur, habetur & consistit in deo, secundario autem in rebus creatis per relationem earum ad deum: quæ etiam esse possunt obiectiōni charitatis infusa ac gaudij spiritalis. Aliud autem est bonum apparens, uanum & fallax, in quo consistit pax falsa, uirtuosa, carnalis, mundana: estque concordia uel consensus seu quietatio alicuius aut plurium in malo, de qua apud Martham loquitur Christus: Non ueni pacem mittere in terram, sed gladium. Denique pax uirtuosa est multiplex, secundum diuersum gradum aut statum perfectionis eorum quibus inhæret: alia namque est pax incipientium, qui animales dicuntur: alia proficientium, qui rationales uocantur: alia perfectorum, qui spirituales feruntur. Denique alia est pax uiatorum, alia comprehensorum seu beatorum. Pax mala ponitur multiplex: prima est inordinata, cum superior consentit inferiori in malo, quem admodum Adam uxori magis quam creatori: uel prælatus subdito in derogationem iustitiæ: uel anima seu spiritus carni. Quocirca Salomon ait in Proverbijs: Per tria mouetur terra: per seruū cum dominari ceperit. Et rursus fatetur: Non decet seruū dominari principibus. Secunda est simulata, quæ cõpetit proditoribus, astutis atque fallacibus, de quibus ait sermo diuinus: Simulatores & callidi prouocant iram dei. Itaque in Ecclesiastico, Qui sophistice loquitur, odibilis.

Apoc. 1

Mat. 10
Pax uirtuosa est multiplex.
1. Cor. 12

Pax mala multiplex.

Prover. 10
Prover. 19

Iob 36
Ecc. 19

odibilis est, in omni re defraudabitur. Non est illi data à domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Attende hæc ò simulator ac perditæ. Talis fuit pax Iudæ ad Christum, & Iob ad Abner ac Amasam, quos occidit in dolo. Vnde ait Psalmista: Qui loquunt pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Et Ieremias: Sagitta uulnerans linguam eorum. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias: Tertia est in quinata, uidelicet luxuriosorum ac glorioforum. Quarta est scelerata, eorum qui in pessimum sunt concordæ, ut puta hæreticorum, schismaticorum atq; rebellium. Insuper quoniam paci contrariatur dissensio seu repugnantia, ideo sicut quadruplex assignatur dissensio, ita & quadriformis est pax. Est quippe dissensio una inter carnem & spiritum, dicente Apostolo: Caro concupiscit aduersus spiritum. Hinc dissensionem opponitur pax inter carnem & spiritum, quam efficit domatio passionum seu carnis sub ratione subiectio, quemadmodum ad Romanos docet Apostolus: Obsecro uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. Secunda dissensio inter deum & hominem propter peccatum, cui opponitur pax inter eosdem, quam fecit passio Christi & quodidie facit penitentia ex parte nostri, & miseratio ex parte dei. Vnde dicit Apostolus: Obsecramus pro Christo reconciliamini deo. Tertia fuit inter homines & angelos, cui opponitur pax eorum quam fecit præcipue incarnatio uerbi. Videntes enim angeli sancti deum suum hominem factum, naturam nostram quam propter uitia despexerant, honorare ceperunt præ solito. Quarta est inter homines mutuo, cui opponitur pax fraterna, ad quam præsertim inducunt mansuetudo, humilitas & patientia. Amplius, ponitur adhuc pax triplex, scilicet temporis, pectoris, æternitatis. Pax temporis, nuncupatur temporalis tranquillitas, siue sit bona siue mala. De bona enim loquitur Ezechias quarto Regum: Sit tantum pax & ueritas in diebus meis. De mala Christus ad Ierusalem apud Lucam: Et quid in hac die tua quæ ad pacem tibi. Secunda est pax pectoris, scilicet requies mentis, de qua Christus dixit apostolis passione instanti: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis. Tertia est pax æternitatis, uidelicet quies beatorum in deo, quo beatissime perfuunt, de qua Iсайa ultimo: Erit sabbatum ex sabbato: sabbatum enim dicitur quies. Hæc species pacis non distinguuntur demper realiter, sed formaliter, quandoque autem realiter. Nulla uero specierum uisio pacis dici potest pax uere, absolute ac proprie. Propter quod dicit Leo Papa: Non habet mundus amicitias ueras, & multos facit peruerso amore concordessunt enim in uitis pares animi: & similitudo desideriorum, æqualitatem gignit affectuum. Veruntamen pacem ueram, ærctissimam amicitiam: uincula & indissolubiles similitudines non sibi ueraciter uendicant, cum non cum uoluntate diuina concordant. Postremo, adhuc ponitur pax triformalis, uidelicet corporalis, quæ est quies ab hoste uisibili aduersitateque corporalis: spiritalis, quæ est tranquillitas synceræ conscientie, orta ex confidentia immunitatis mortalibus culpæ & celestis, quæ est requies patrie. Itaque in scripturis sæpe sumitur pax pro pace uera & uirtuosa, quandoque pro uisiosa, interdum quoque pro concordia siue in bono siue in malo.

Articulus III. De pace interna, spiritali & uera secundum doctorem sanctum: ubi ostenditur in quo distinguantur pax & concordia. Et an pax sit idem quod uita æterna.

Non est deus dissensionis, sed pacis. Per pacem proprie sumptam, ut ex præinductis elici ualeat, non iam duntaxat quietus est homo, consentaneus, unitus atque tranquillus ad deum & proximum, sed insuper ad seipsum: idcirco ad pacem requiritur, ut appetitus hominis non solum concordet cum proximi sui affectu, sed ut diuersi appetitus in homine existentes, sibinuicem sint concordēs: quod sit dum appetitus sensitius uoluntati secundum rationem diuinamque legis censuram subternitur & obedit. Hinc pax non est conuertibiliter idem quod concordia: Concordia quippe proprie dicta est semper ad alterum, ut puta diuersarum uoluntatum seu cordium in idem consensus: sicque pax includit concordiam, ita que ubique est pax, ubi est quoque concordia: & aliquid superaddit, uidelicet appetituum eiusdem appetitus seu hominis pacem habentis coordinatam adinuicem unionem, ne unus appetitus alteri sit repugnans, nec aliquis appetituum eius in diuersa feratur quæ simul assequi nequit, eo que unum aliud secum non compatitur, uelut si quis uelit simul carnalium uoluptatum spiritaliumque delicias experiri dulcedinem, uel deo seruire ac Mammonæ. Hinc concordia potest esse in impijs, non pax. Frequenter tamen in sacris scripturis concordia sumitur solum in bono, & pro pace: Vt cum in Ecclesiastico inducitur: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram deo & hominibus: concordia

cordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier bene sibi consentientes. Et Christus in euangelio: Vade, inquit, & reconcilia te fratri tuo, id est, concorda cum eo, utique non nisi in bono: & tunc ueniens offeres munus tuum. Ex his euidentis est, que paci opponitur duplex dissensio: una hominis ad seipsum, secundum quod per unum appetitum ad aliud afficitur, quod per alium detestatur: alia unius hominis ad hominem alium. Et hæc secunda dissensio solum opponitur ipsi concordie: potest namque quis cum alio concordare, quauis in seipso inordinatus sit atque turbatus, præsertim cum de reprobis scriptum sit: Dixisti: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Et in libro Sapientie: Impij manibus & pedibus accerserunt eam, scilicet mortem, utique culpæ. Tales sunt omnes qui seipso carnaliter diligunt, qui se non ueraciter amant sed odiunt: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. De quibus in Proverbijs habetur: Vt quod paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi nociua sunt cupient, & imprudentes odibunt scientiam. Cum etenim amare sit alicui bonum uellet qui id appetit quod animæ suæ non expedit, nec uere beatitudini consonat, uere se odit atque fallaciter diligit. Cumque tales sint plurimi, Salomon loquens de eis: Stultorum, inquit, infinitus est numerus. Nonne ueraciter stultus probatur, qui ab æternæ, summæ ac infinitæ sapientie lege, doctrina, præceptis consilijque discedens atque dissentiens, proprias adinueriones, diabolicas suggestiones, & mundanorum consultationes hominum imitat: Ideo iuxta Apostolum: Stultus fecit deus sapientiam huius mundi. Denique uita æterna seu beatitudo est perfectissima actio operatioque perfecta: Pax autem iuxta præhabita potius quiete quam operatione designat. Ideo asserit Thomas, que pax non sit beatitudo seu felicitatis essentia, aut uita æterna, uel finis ciuitatis dei, sed propinquissima dispositio ad hunc finem. Cum enim secundum Augustinum decimono de ciuitate dei, Pax omnium rerum sit tranquillitas ordinis earundem, constat que ratio pacis ex hoc sumitur, quod aliquid a recto suo ordine non impeditur. Pax autem potissime respicit ordinem illum quo uoluntas in aliud ordinatur, tendit aut fertur. Hinc dicimus hominem habere pacem, quando uoluntate eius nil impedit ab adæptione uel conferuatione boni ad quod ordinatur. Similiter dicimus pacem esse in ciuitate, dum nihil perturbat beatitudinem ordinem rectumque ordinem ciuitatis, quem habet a suo gubernatore, qui uult inferiores superioribus subijci, turbatiua pacis auferri, & omnia ordinare deduci. Cum itaque beatitudo sit operatio conuenientissima, non impedita neque turbata, palam que ad beatitudinem requiritur pax, non quæ sit ipsa beatitudinis essentia seu realiter idem cum ea, sed sicut remotio eorum quæ possunt beatitudinem impedire. Et quia ex hoc que aliquid naturaliter desideratur, contrariū eius seu impedimentum naturaliter euitat siue refugit, & id sine quo haberi non ualet desideratum, etiā naturaliter affectat: hinc sicut omnes naturaliter beatitudinem appetunt, ita & pacem, pacisque contraria & beatitudinis impedimenta refugit: de quo infra plenius est tractandum. Aliqui enim, non obstantibus nunc inductis, affirmant, que pax beatorum sit uere beatitudo: frui tamen ipsorum, quod ex multis autoritatibus Augustini, imò quod maius est, etiam diuini ac magni Dionysii comprobare conantur, sicut patebit.

Articulus III. An pax sit uirtus, uel potius effectus uirtutis. Et quomodo diuersimode asseratur pax esse effectus charitatis ac iustitiæ atque prudentiæ.

Pax multa diligētibus legē tuā dñe, & non est illis scan dalū. In diuinis scripturis inuenitur pax tribus ascribi uirtutibus, tanquam effectus seu opus eorum: nam apud Iсайa ascribitur ipsi iustitiæ: Erīt, inquit, opus iustitiæ pax. Porro ad Romanos ait Apostolus: Prudentia spiritus uita & pax, id est, prudentia uera ac spiritalis est causa uitæ gratiæ & pacis in ternæ, ut expositores illic interpretant. Psalmista uero uidet pacem charitati ascribere tanquam effectum, dicendo: Pax multa diligētibus legē tuā. Et respondendum, que pax est charitatis effectus directæ ac propriæ: prudentiæ uero tanquam uirtutis dirigētis ad pacem iustitiæ aut tanquam remouētis impedimēta siue obstacula pacis. Cum enim pax exigat unionem utriusque appetitū adinuicem in eodē homine, ita que appetitus inferior superiori atque uterque deo recte subiectus sit, & ultra exigat pax unionem seu concordiam appetitus unius hominis cum homine alio, quantum in se est, utranque unionem efficit charitas, que est uirtus unitiua, uniōis affectum amantis amato, ita que per eam sic deo coniungimur, que secundum utranque nostrum appetitum ei subijcimus, conformamur, sicque in eo quiescimus & pacamur. Per charitatem que impletur uoluntate proximi in bonis sicut & nostrā, per quod ei unimur & concordamus: amicos quippe est idē uelle & nolle atque eligere, secundum Aristotelem & Tullium. Porro, in executione operationum ad pacem obtinendam aut conferuandam pertinentiū, dirigit rationem spiritalis prudentiæ, cuius est ordinare seu prouidere de medijs ad finem optatum conuenienter ductis

Mat. 9
Paci dissensio
duplex oppo-
nitur.

Ista 9
Sap. 1

Proverb. 1
Eodem.

Eccles. 1

1. Cor. 1

Psal. 118

Ista 32
Rom. 8

Iohan. 19
1. Reg. 10
Psal. 27
Iere. 9

Dissensio qua
duplex.
1.
Gala 5

Rom. 13
11.

1. Cor. 5
111.

1111.
Pax triplex.

4. Reg. 20
Lucæ 19

Iohan. 19

Ista 66

Alia triformalis
paci diuifio.

1. Cor. 14

Ecc. 39

bus, secundū Philosophū. Postremo, iustitia per opera sua remouet ea quæ pacis sunt turbatiua, impenitentiua aut delectiua. Quo enim legē dei plenius obseruamus, eo in omnibus iustis uiuimus & magis ordinate nos habemus, ac per hoc exuberantius perfectiorē pacem sortimur, eo quod pax sit tranquillitas mentis, quæ certū est ex bona interiorū ordinatione causari, conseruari ac perfici. Propterea per Isaiā dñs ait populo Iudæorū: Vtinā atrē distēs mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua. Et Baruch III. Dereliquisti fontē sapientiæ nam si in uia dei ambulasses, habitasses utiq; in pace super terrā. Itaq; dum ad deū conuersi in ipso simplicamur ac figimur, atq; ad eius honorē ac dilectionē nos ipsos & omnia sapienter fortiterq; referimus, pacē sanctā dulciter inuenimus: cū uero ab ipso auctri ad nos ipsos & uana conuertimur, multipliciter cōurbamur; ob hoc faterur Psalmographus: Ad me ipsum turbata est anima mea. Et denuo: Nō est, inquit, pax ossibus meis, a facie peccatorum meorū. Præterea propter præmemoratā pacis ac iustitiæ connexionē, propinquitatē & cōdependentiā loquitur Augustinus ad fratres de eremo: Si pacē amant homines, ament iustitiam; quia duæ amicæ charissimæ sunt iustitia & pax; iustitia enim & pax se osculant. Si iustitia pacis amicā non amaueris, nunq̄ te pax ipsa amabit. Cū autē pax sit charitatis effectus, non est proprie uirtus, sed opus uirtutis, cōcomitans immediatē atq; plures charitatis actū, uidelicet dilectionē actualē, sicut de gaudio dictū fuit: Dum enim plures actus seu uicem consequunt, & secundū eandē rationē ab agente procedunt, omnes ex eadē causant uirtute ordine quodā. Sic autē est de dilectione, gaudio & pace, quo ad charitatē habitualē, quæ per dilectionē actualē est origo & causa gaudij spiritualis ac pacis internæ. Hoc quoq; pefandū, quod cum pax ad uoluntatē pertineat, non obuiat paci diuersitas opinionū, quæ intellectum cōcernit: pax enim diuersorū appetitū in bonis uirtutū concordat, adunat & necit. Similiter, permanētē diuersorū concordia in principalibus bonis, non obuiat charitati, nec paci directe repugnat in aliquibus paruis dissensionibus; dissensio ex opinionū diuersitate procedit, dū unus existimat hoc uel illud ad principale bonū, in quo cōueniunt pertinere: alius aliter opinatur. Hinc alij astruunt, quod charitati & paci non repugnat, dū boni in aliquo tertio principali cōueniunt, quāuis in aliquo annexo minus principali dissentiant. Per hoc saluatur ac soluit quod de Paulo ac Barnaba in Actis legit: Facta est dissensio inter eos, ita ut ab inuicē discederēt. Itē q; Paulus restitit Cephæ in facie, ut scriptū est ad Galatas. Et itē quod sancti doctores Hieronymus & Augustinus ac alij nonnunq; in scriptis suis dissentiant. Veruntamen ista dissensio perfectæ paci beatorū repugnat in patria, ubi ueritas omnis clare conspicitur, omnisq; appetitus impletur & deo infallibiliter conformatur.

Articulus V. De pace quantum ad suum gradum supremum seu esse perfectū quod habet in uirtis perfectis, diuinis, heroicis.

PAx Christi exultat semper in cordibus uestris. Quoniā teste Augustino decimo nono de Ciuitate dei, Pax ponitur finis & consummatio uniuersarū uirtutū. Et iuxta præhabita, quanto fuerit in anima rationali maior ac purior requies ab omni strepitu uitioꝝ, impetu passionū, impugnatione tentationū, aduersitatū ac peccatorum, tanto perfectior atq; diuiniore pax eius consistit, & utiq; magis suauis, fortis ac fixa, insuperabilis itemq; cōtinua. Hinc ipsa uniuersa charismatū congeries, diuinorū uidelicet omnes uirtutes & beatitudines, dona & fructus disponunt menie ad pacē & eius eminentiā singularem. Porro, prædicta charismata gratiæ, scilicet uirtutes, dona, fructus, beatitudines sunt in uiro heroico, perfecto siue diuino, qui dicitur uir purgati animi secundū esse perfectum, prout humanæ fragilitati in uia præsentis exiliij extat possibile, ita quod per uirtutes morales quas habet in gradu supremo, nedū ab immoderantia passionū mundatus est, sed eas quodammodo necit, id est, non sentit. Et si paululū sentit, uel deo permitente tentatur, facillime præualeat atq; fortissime uincit. Insuper uir talis per dona spiritus sancti, sibi cum ingentē excellentia diuinitus impartita, est semper & ubiq; prompte ac facillime docilis, dirigibilis mobilis a supernaturali ac infallibili doctore, duce, motore spiritu sancto in omnibus quæ sunt materiæ seu obiecta septem donorum paraclæti adorandi. Habet quoq; in intellectu specialiter prudentiam & cæteros habitus intellectuales, per quos ad cōtemplatiuam seu uitam theoreticam eminenter disponitur, præsertim per fidem & dona eam ornantia, rationesq; credendorum, per quas radiante spiritu sancto, ea quæ fidei sunt lymphidissime speculatur, quantum imperfectio uix admittit & loquendo in genere per spem uero sic radicatur in confidentia filiali, de bonitate charitateq; dei circasē, quod etiam si deus occideret eum, speraret tamen in deum, sed & per charitatis deificæ seraphicum ignem ita in diuinitatis

tatis flagrat amore, & quasi in quodam continuo permanet (quantum fas est dicere) beatissimæ dilectionis ardore, quod exhibet se quasi continuum holocaustum in diuina maiestatis honorem: & quicquid sibi occurrit ad deo, facile sibi est cor suum ad deum affectuiter erigere, deumq; intra se cōplecti & stringere, laudare & glorificare, ut igni ascendere, quāuis propter humanæ conditionis infirmitatē nequeat indefinenter deo actualiter esse intēsus, atq; ab omni proterus ueniali culpa immunis. Sed quo in prædicta diuinorū charismatū perfectione excellētior cœliformiorq; extiterit, eo actualius deo unitur; perfectioni quoq; beatorū in patria propinquior ac similitior fieri cōprobatur, ita ut quāuis cū alijs occupet, loquatur, incedat, manducet, quasi iugiter intra se deū gloriosum & adorandū intendit, in eo incalescit, æstuat, epulatur; & quicquid foris occurrit aut perspicit, de hoc sibi materiā facit laudis & admirationis maiestatis diuinæ. Cum itaq; ad hanc quis in uia peregrinationis præsentis perfectionē deuenit, ex præfata charismatū spiritus sancti exuberantia, totali se sine congerie resultat, relinquē & causatur in secretissimo sinu ac fundo mentis suæ pax interna uere dulcissima, tranquillans eum sic intus, ut tam ad deū sublimē & benedictū, q̄ ad proximū atq; seipsum cum grandi quiete se habeat, ut puta finaliter quiescens, pacatus ac delectatus in deo omnipotentis & sancto in quo deliciose ac fruitiue per syncerissimā dilectionem sic quietatur, quod quasi in carne mortali cœlestis paradisi prægustans delicias, angelicam uitam eminenter orditur. Ex his quidam conantur elicere & probare, quod pax propriissime sumpta, quantum ad suā essentiā sit ipsa affectio perfectissime fruitiua, per quā mēs in deo quiescit, puta summa ac syncerissima dilectio dei huic uitæ possibilis: quæ dilectio seu fruitiua ac prædeliciosa affectio est perfectissimus actus charitatis, quo mens gaudiose ac fruitiue quiescit, soporatur & obdormit in deo opulentissimo, incircumscripto. Deniq; istud esse uidetur de intentione Bonauenturæ, in Breuiloquio suo dicentis: Pax mentis dicitur perfectū statum in optimo, qui est per affectionem tranquillam ad fruendum deo perfecte, ad quem fruitiue, tranquillæ affectionis statum potissime sapientia nos disponit, quæ iungit nos deo, in quo est finis atq; tranquillitas totius nostri rationalis appetitus, quæ pace adepta necessario sequitur abundantans delectatio spiritualis, & tunc factus est homo idoneus ad contemplationem deificam, & ad aspectus atq; complexus sponsi & sponsæ, uidelicet filij dei & animæ sanctæ, qui sunt secundum sensus spirituales; quibus uidetur Christi spōsi cœlestis summa pulchritudo sub ratione splendoris: auditur summa harmonia eius sub ratione uerbi gustatur summa dulcedo sub ratione sapientiæ, utrunq; uidelicet uerbū & splendorem comprehendens: odoratur summa fragrantia sub ratione uerbi inspirati in corde: attingitur summa suauitas sub ratione uerbi incarnati, inter nos habitantis per ardentissimam charitatē, quæ mentē nostrā per extasim in raptu transire facit ad patrem. Veruntamen sicut iam patuit, alij dicunt quod pax realiter à dilectione distinguitur, cōmuniterq; tenetur, quod pax formaliter sit quietatio appetitus, quæ aliud nihil censetur, q̄ delectatio spiritalis, deliciosa, imperturbata, seu non impugnata uel impedita, ita quod pax supera dicitur gaudio excellentiam quandam, scilicet imperturbationum & inquietudinis exclusionem, & quod sit de deo. Ex præostensis deducitur, quod status perfectorum seu heroicorum uiroꝝ est gradus pax, post in statu innocentia, in quibus omnibus fuit plena atq; omnimoda inferiorū uirium sub ratione obedientia; deinde in sanctis secundum magis & minus iuxta mensuram gratiæ eis concessæ, in quibus nō est fomes totaliter eradicatus, neq; intātum ligatus, quin possit consurgere in motum illicitum: hinc uenialibus subiacent. Nihilominus propter diuinorum charismatum redundantiam eis communicatam eatenus debilitatus est fomes in eis, ut uideatur ad insensibilitatem quandam redactus. Ecce charissime, hæc est Christianæ perfectionis uertex, dulcedo & gloria, quam propter mundi huius diuitias carnisq; delicias & seculares prosperitates, honores ac uanitates negligere q̄ uile sit, miserabile atq; dānabile, quis possit uel corde concipere, aut sermone profari, uel in scripta redigere? Hinc ergo excutiamus omnem torporem, uincamus ignauiam, non fatigaretur cor nostrum nondū enim usq; ad sanguinem repugnauimus contra peccata. Ad præfata pacis dulcedinē aspiremus futuræ beatitudinis suauitatem prægustare ut cunq; optemus, uim nostrę anime inferamus regnum quippe cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Vere enim si uel semel digne experiri, gustare, sapere præscriptæ pacis delicias nobis clementissimus deus concesserit, omnia mundi & carnis oblectamēta facilius cōtemnemus, memoriamq; abundantia: suauitatis diuinæ eructantes, dicemus ex animo: Quam bonus Israël deus, his qui

Pax propriissime sumpta quod sit.

Status perfectorum hominum, gradus.

Mat. II

Phil. 4.4

Phil. 4.4

Phil. 4.4

Phil. 4.4

Phil. 4.4

Vir purgati animi quis dicitur.

recto sunt corde. Et denuo: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine. Articulus VI. De sex gradibus quibus crescit pax in statu contemplationis, & alijs quinque gradibus eius.

Quiesce deo, & habeto pacem, & per hoc habebis fructus optimos. Quæ admodum ait Ricardus de sancto Victore, super illud psalmi: In pace in idipsum. In pace gaudium plenum constituitur enim non fuerit pax, nec gaudium: nil etenim aliud pax ista esse videtur, nisi quædam interna iucunditas ac superfluentia spiritalium deliciarum ineffabilis, per satietas celestium desideriorum huic uitæ possibilis: quia tunc tantum ueram ac plenam pacem habere uidemur, dum omne desiderium nostrum interius illius dulcedinis abundantia penitus absorbetur. Pacem autem non habet, quæ desideriorum suorum inquietudo infestat: quamuis uero in hac corruptibili uita mens humana perfectam pacem habere non queat, eo quod exiguitas sua eam non ualeat totam accipere: plenam tamen nunc habere pacem asseritur, secundum status sui proportionem & propriam fragilitatis mensuram, sicut & aliquis dicitur nunc perfectus in gratia, charitate atque uirtutibus. Denique plena hæc pax in duobus consistit: Primo in diuinitatis contemplatione, à qua pax inchoatur: quia ex contemplatione sponsum celestis animæ religiosa eius amore succenditur, desiderijs æstuat, atque in eius spiritali aduentu suspensatur, ita ut illud ex Cantico Cantico cogatur proferre: Num quæ diligit anima mea uisidisti: Crescit præterea pax hæc in statu hoc contemplationis sex gradibus: Primus uocat expectatio: dum enim sponsa Christi anima amorosa post diurnam desideriorum suorum fatigationem incipit nonnunquam de sui dilecti aduentu per inspirationem internam certificari, per gratiam præuenientem præsolatur eum, quauis cum tædio, clamatque cum desiderijs multis atque suspirijs: Vix quo die obliuisceris me in finem: Et item: Veni domine, noli tardare. Dicitque cum sancto patriarcha Iacob illud ex Genesi: Salutare tuum expectabo domine. In hoc expectationis gradu anima constituta dicere potest illud Balaam: Videbo eum, sed non modo: inuenebor eum, sed non prope. Quod si taliter in sui celestis sponsum aduentum affectuose suspensam dilatio interdum affligere coeperit, attendat illud Habacuc: Apparebit dominus & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum: quia ueniens ueniet & non tardabit. Secundus gradus est circumspectio: anima nempe expectans huc illucque frequenter respicere incipit, & diligentissime pensat quæ parte dilectus qui expectatur occurrat: hæc circumspectio quid aliud est, nisi consideratio modorum, quibus desiderata dei præsentia facilius obtineatur: Sic circumspectus qui dixit: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Modum uero conuenientissimi ad impetrandam dei gratiosam præsentiam sunt, affectuosa, constantis humilisque oratio, diuina laudatio, sancta meditatio. Tertius gradus est contemplatio, dum anima uidere iam oculis interioribus incipit, quæ longa expectatione sustinuit, ac frequenti circumspectione quæ fuit sicque suspirijs oblitam, dicat illud ex Cantico: Ego dormio, & cor meum uigilat: id est, ab exteriori operatione quiesco, atque internæ contemplationi intendo. Quartus gradus est admiratio, dum ex contemplatione sponsum celestis unigeniti filij dei propter nos incarnati exurgit anima in admirationem pulchritudinis, perfectiois & excellentie suæ secundum utramque ipsius naturam, ut puta diuinam, cuius est pulchritudo, sanctitas, perfectio & excellentia penitus infinita: itemque humanam, cuius in Christo est maior pulchritudo, sanctitas & perfectio, quam omnium electorum. Porro, quo anima diuinitus illustrata hæc filij dei speciositate, maiestatem ac eminentiam clarius contempletur, eo uehementius admiratur & quanto uehementius admiratur, tanto audius atque attentius contempletur, dicit illud in Cantico cantico: Ecce tu pulcher es dilecti mihi & decorus. Et rursus: Ego dilectio meo, & ad me conuersio eius. Quintus gradus est exultatio: dum namque anima deiformis dilectum suum sub ratione tam conuenientissimi boni, tam speciosi, dulcis, sancti, perfecti & amorosi intellectualiter apprehendit, in ipso uehementer exultat magis quam sermo exprimere possit. Sic exultauit beatissima illa quæ ait: Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Sextus gradus est dulcedo, dum ex præfata exultatione cor animæ amorosum mira atque ingenti dulcedine quadam, quæ nec sensus seu ratio æstimare nec lingua eloqui ualet, perfunditur: dum namque sponsum celestis animæ ipsum feruenter amanti, charitatis amplexibus iungitur, atque ad eius spiritali osculo inclinatur, mox illa ad ipsum contactum celestis suauitatis aspergitur. Insuper ergo ille dulcor suauitatis supernæ, incipit primo eius interiora replere, quæ admodum orauit qui dixit: Sicut adipe & pinguedine repleat anima mea: quo nisi spiritali exuberantia gratiæ. Deinde ad oculos eius effluere, & tandem ad labia emanare intantum, ut ei dicat à sponso celestis: Fauus distillans labia tua. Et denuo: Mel & lac sub lingua tua, in quolibet autem graduum horum

horum aliquid pacis internæ anima deuota participat: sed quo ad gradum cõscenderit altior, eo plus gustat & possidet pacis: Unde pacis huius perfectio in satietate suauitatis mentalis consistit. Veruntamen in hac pacificæ suauitatis excrescentia, gradus aliqui inueniuntur: Primus est, mira perfructu aduitas, quæ oritur ex hoc quod anima aliquod diuinæ dulcedinis incipit degustare, ex cuius sapore ad plenioris degustationem prouocat atque succendit: Quo enim spirituales deliciae amplius degustantur, eo ardentius concupiscunt, audiusque sumunt. Hoc experimentaliter nouit, quod gustauit, quod dulcis est dominus. Ego uero egenus & pauper sum, uir inops ac tenuis, miser & miserabilis, pauper, cæcus & nudus. Secundus est satietas: quoniam aliquid audius manducamus, eo celerius ad desideratam satietatem pertingimus. Hoc itaque modo audiat satietas, & satietas audiat consequitur. Hanc demum satietatem participare mentur contemplatiui iusti ac humiles, qui esuriunt sitiuntque iustitiam, quam ipsi saturabunt. Quid namque est ista satietas, nisi corporaliu deliciae cordiale fastidium, omniumque exteriorum rerum spontaneum aspernamentum: spiritalium uero charitatum gratiosa refectio. Tertius est ebrietas, per quam anima superesset diuinitus adimpleta, refecta & exhilarata, inter cõuiuia, obprobria, damna cæteraque mundi aduersa ac aspera hilarescit, tanquam alienata à se, & uino charitatis diuinæ mirabiliter inebriata. Quæ admodum corporaliter ebrii, pericula & aduersa non curant neque attendunt, de talibus ait Psalmista ad deum: Inebriabunt ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluntatis tuæ potabis eos: ita & nos de prædilectis, in diuina charitate fundati, Primo fastidiamus uana seculi oblectamenta, deinde spernamus quolibet eius aduersa: quoque primum facit spiritalium iam dicta satietas: secundum, præfata ebrietas. Tunc utique merebimur audire à Christo illud Cantico: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Quartus est securitas, per quam in tantam excrescit anima sancta constantiam, tamquam affumit in deo protectore suo ex diuina inspiratione aut reuelatione fiduciam, ut cum Apostolo dicere fiduciam liter queat: Certus sum, quod neque mors, neque uita, neque creatura aliqua poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Quintus gradus est metis tranquillitas, in qua gradu tanquam in ultimo amans amato præeminenter coniungitur, dilectionemque mutua perfruunt, atque se inuicem inus dulcissime uerbis laudisonis alloquunt, dicente sponso ad sponsam: Vulnere rasti cor meum soror, mea spolia, uulnerasti cor meum. Ad quod illa uicissitudinem reddens: Anima (inquit) mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Qui semel de isto gustauerit fluuium, cuius gutta est maior oceano, restat ut sitis nulli sit extincta in ipso. Itaque hæc metis tranquillitas est pax illa quæ diu gustauimus, ad quam tot gradibus uix tandem ascendimus, in qua anima in deo super omnia incomparabiliter prædilecto obdormit. Hæc est pax quæ omne ingenium superat, quæ rationis lucem reuerberat, quæ cordis desiderium replet, quæ Iohannes in Apocalypsi appellat silentium. Psalmista nota foris, & ab Apostolo dicitur pax dei exuperans omnem sensum.

Articulus VII. De pace & diffinitioibus eius secundum Augustinum XIX. de Ciuitate dei. Or impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Quid animo inordinato inquietus penalisque consistit: Cui ergo in impijs sit uitio tumultus, immoderantia passionum, feruor iræ, languor inuidiæ, per strepitum cogitationum infrenis excessus, consistat quæ uitæ quietis internæque pacis prorsus expertes sint, præsertim cum pax sit concordantiu in bono mentium ordinata tranquillitas. Denique XIX. de Ciuitate lingua ecclesie beatissimus Augustinus doctor præfulgidus, dulcis ac sobrius, uarias introducti particulas ipsius pacis descriptioes dicit: Pax corporis est ordinata temperatura parium. Pax animæ irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, est ordinatus cognitionis actionisque consensus. Pax animæ corporis, ordinata uita & salus animantis. Pax hominis mortalis & dei, est ordinata in fide sub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax claustralium, ordinata imperandi obedientiaque concordia. Pax ciuitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia ciuium. Pax ciuitatis celestis, est ordinatissima & concordissima societas fruendi deo, & se inuicem in deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Porro, secundum Augustinum, Ordo est parium dispariumque loca tribus dispositio. Tullius quoque describit pacem hoc modo: Pax est tranquilla libertas, quæ non modo (id est, non tantum) bello, sed etiam morte uindicanda est. Vix præinductas pacis descriptioes exponere, declarare & expedire non mediocriter laboriosum esset atque difficile, longissimoque sermone opus utique esset, hinc trahere. Sed hoc intendum, quod cum pax proprie sumpta sit tranquillitas metis, charitatis effectus, beatitudo & fructus, certum est quod proprie non inest nec competit nisi intellectualibus rebus, & in uoluntate præsertim ponitur subiectiue: alijs uero rebus siue irrationalibus siue inanimatis non conuenit nisi per similitudinem quandam, in quantum per naturalem

Varli exercitiae pacificæ suauitatis gradus.

I. I. Per. 2. Psal. 60. II. I. Reg. 18.

Mat. 5.

III.

Psal. 35.

Cant. 5. III.

Roma 8. V.

Can. 4.

Cant. 5.

Apoc. 8. Psal. 126. Philip. 4.

Isaie 57.

Ecclesie lingua Augustinus.

Tullius.

aut sensitiuū appetitū appetunt bene disponi ac ordinari, atq; in bono sibi conuenienti ad e.
pro quiescunt. Ordo interim secundū Aristotele ac diuinū Dionysii, est optimū quid in re-
bus, cuius obseruatio non impedita ac libera, pacē inducit, fouet ac pficit. Vñ si iuxta doctri-
nā Apostoli, Omnia nostra honeste & secundū ordinē suū, pacē uerā possidebim⁹ incessanter.

Articulus VIII. De gradibus pacis, & qualiter sit de necessitate salutis, & in præcepto.

Pacem habete inter uos. Cū itaq; pax sit charitatis effectus opusq; iustitie atq; pru-
dentie, sicut ostensum est, palā q; sicut in precedenti tractatu positi sunt tres gra-
dus gaudij spiritualis, iuxta tripartitū charitatis incrementū, gradū seu statū, ita &
triformis assignari ualeat gradus pacis, iuxta gradū triplicē charitatis. Cum ergo
pax quæ ponit̄ à Christo septima beatitudo, sit præcipue dulcis ac tranquilla per charitatē
quies in deo nō turbata aut impugnata, Primus eius grad⁹ est, cū homo p charitatē sic quie-
tatur in deo, tanq̄ in fine summo ultimato ac optimo, quod nihil eum auellit ab ipso, ita q;
nulli rei create, caducæ aut uitio magis inharet q̄ dño deo: hoc nēpe est de necessitate salu-
tis. Secundus gradus est, cū homo per speciale pignus ac donū spiritus sancti uberiori læti-
tia & confidentia pleniori perfunditur, atq; in deo sic quietat, ita q; etiā permissas ac licitas
consolatiōes respuit, & feruenter ac pie se esse de numero electorū cōfideat. Tertius gradus
est, dum homo cum omniū creaturarū fastidio tam suauiter & nonnūq̄ extaticè seu per ra-
ptum & extasim deo unitur, q; per amorē unus secū spiritus excellēt efficiat, atq; intantū
de sua saluatione diuinitus assecuratur, q; iam de cætero non amplius formidat se posse à
Christi charitate auerti, aut futura felicitate priuari, dicens illud apostoli: Quis nos sepa-
rabit à charitate dei? Et illud beati Iob: Iustificatiōe quæ cepi tenere nō deserā: & donec
deficiā non recedā ab innocentia mea. Vnde in hoc tertio gradu ipse spiritus sanctus excellē-
ti singularit̄ modo testimoniū perhibet spiritui nostro q; filij dei sumus. Vnde ex his con-
stat, q; pax secundum primū gradū sit in præcepto & de necessitate salutis. Saluator quip-
pe charitatem dei ac proximi præcipiendo, etiam pacem concordiamq; præcepit, imō &
formaliter ac distincte hæc iussit cum ait: Si offers munus tuū ad altare, & ibi recordatus
fueris quia frater tuus habet aliquid aduersus te, uade prius reconciliari fratri tuo. Er rur-
sus Pacem habete inter uos. Itemq; Si nō remiseritis, nec pater uester cœlestis remittet uo-
bis peccata uestra. Hinc pacem cōcordiamq; commendans, & unum pro alio sumens, Gre-
gorius ait super Ezechielem: Cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis acie po-
nimus, summopere necesse est, ut per charitatem semper uniti atq; constructi, & nunquam
per discordiam interrupti inueniamur: quia quilibet bona in nobis opera fuerint, si chari-
tas desit, per spiritum discordiæ locus aperitur in acie, ubi ad ferien dos nos hostis ualeat in-
troire. Antiquus uero hostis castitatem in nobis, si sine charitate fuerit, nō timet. Quia ipse
nec carne premitur, ut in eius luxuria resoluatur abstinentiam non timet, quoniam ipse cū
bo non utitur, qui necessitate corporis non urgetur: distributionem terrenarū rerum non
timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidijs nec ipse eget: ualde autem in
nobis charitatem ueram, id est amorem humilem, quem nobis interdū impendimus, timet
quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere uolens amittit in cœlo: & electorum mul-
titudinem eo pertimescit, quo eos per charitatis concordiam unitos contra se & congloba-
tos aspicit. Quanta autem sit concordia uirtus ostēditur, cum sine illa uirtutes reliquæ nō
esse uirtutes monstrantur. Quia enim nihil deo sine cōcordia placeat, ipsa per se ueritas de-
monstrat dicens: Si offers munus tuum ad altare &c. Ecce à discordantibus accipere sacri-
ficiū deus non uult. Hinc perpendite quantum sit malum discordia, propter quod & il-
lud abiicitur, per quod culpa relaxat. Ad hoc insuper pertinet quod testatur Hieronymus
Si Christus credentium pax est, quicumq; sine pace est, nec Christum habet. Et Bernardus
Qui habet pacem, teneat eam: & qui non habet, quærat eam: quoniam qui inuentus fuerit
sine ea, à patre exheredabitur, à filio refutabitur, à spiritu sancto alienus reputabitur. Nun-
quam deus aliquem in pacem deduxit, qui sine pace uixit. Imō secundum Augustinū, Chri-
stianū se esse non arbitret, qui pacē & cōcordiā custodire intra se non conat. Patet ergo, q;
pax secundū in simū suū gradū sit adeo de necessitate salutis, q; sine ea nemo potest saluari.

Articulus IX. De pace secundum diuinum & magnum Dionysium.

Ecce ego declino in eos (utiq; in electos) ut flumen pacis, & ut torrens inundans gla-
rie gētium, ait dñs. Vndecimo de Diuinis nominibus diuinā pacē laudare incipit
theologus princeps Dionysius: Laudanda (inquit) est pax diuina, quæ congregatio-
nis princeps est pacificis laudibus: ipsa nāq; unitiua est oim, & gñatiua cōsentis, &
connatu

connaturalitatis uniuersorū. Vnde & omnia eam desiderant, tanq̄ conuertentem diuisibilē
eorū multitudine ad unalem unificam unitatem, & uniētē naturale bellum omnis rei
atq; totius uniuersi ad cōformē cohabitationē, huius pacis participationē. Hæc sunt uerba
sanctissimi & in diuino amore ardētissimi Dionysii, q; ad literā dicta uidēt de incōprehēnsibi-
li increataq; pace mētis diuinæ, quæ pax est priniceps cōgregatiōis. i. principalis atq; fon-
tana causa adunitatis reductionisq; re: uniuersi, qua oia ad unū primū principiiū natura-
liter cōuertuntur in quo sicut in ultimo fine, diuersimode quidē, tamē suo modo quæq; quie-
scunt, & iuxta increatæ sapientiæ dispositionē in unū ordinē confluunt & concordant
ipsa etenim increata pax dei est effectiue & exēplariter unitiua oim quātūlibet diuersorū, ut
machina mundialis stabiliter in suo ordine perseueret. Est quoq; generatiua. i. produciua
per se immediate uel per causas secundas consensus & cōnaturalitatis uniuersorū, quo cō-
sensu & cōsensus & cōsentaneī sunt secundū uerū iudiciū p pacē atq; cōcordiā. Possunt
quoq; hæc uerba intelligi de pace creata, quæ est formaliter oim unitiua & consensus con-
naturalitatisq; entium formalis atq; intrinseca causa, quæ oia naturaliter appetit tanq̄ pfe-
ctiōne suam præcipuā. Insuper Dionysius ait, q; uirtutes angelicæ præstantiores, uel delict
ordinū superiorū ex influxu & participatione pacis supremæ & increatæ, ad seipsas & ad
alias uniant: à seipsis em̄ sunt indiuisæ, & intra se sunt cōuenientissime ordinatæ, ad alias
quoq; uirtutes angelicas cōuenienter & proportionabiliter habent se secundū ex gētiā
ordinis uniuersi ab æterna ac infinita super gloriosissimi & super sanctissimi & super bene-
dicti creatoris sapientia æternaliter præconcepti, & in exordio seculorū efficiētialiter infu-
turi, sicut subiectas sibi uirtutes. i. mentes angelicas inferiores, quas purgant, illumināt atq;
perficiunt, uniant ad unū principatū pacis oim. i. ad pacē diuinā oibus principantē, & ad
eius deificam imitationē reducunt & colligunt: & per pacem diuinā effectiue, seu eius par-
ticipationē formaliter uniant ad seipsas & ad ceteros angelicos spūs. Itēq; ad ipsum totius
principem pacis, ita q; tranquille atq; pacifice habēt se tam ad id qd est supra ipsas, tam ad
id quod est infra eas, tam ad seipsas. Et seipsas quidem ac sibi subiecta uniant & conuertūt
ad pacē fontanā totius concordie originale ac supersapientiale principiiū deū sanctū, subli-
mem & adorandū. Porro, pax diuina simpliciter superueniens uniuersis, per causalē & or-
dinariū influxum omnia diffinit, firmat ac terminat, in modo, specie & ordine statuens
ea: & nō sunt diuisiua effundi ad interminationē & infinitatē. i. entia ex se destructibilia, de-
fectiua ac separabilia non permittit ad confusionem & ordinis peremptionem deduci, sed
in numero, mensura ac pondere cū ea cōseruat, facitq; ea ad finē sibi proportionatum in-
clinari ac tendere, atq; in eo adepto, pacem quandam sortiri naturaliterq; quiescere. Prgre-
rea secundum Dionysium, pax diuina dicitur immobilitas atq; silētium in seuerum quo-
modo deus silentium agit & quiescit, & quomodo in se, & intra se, & ad se totum totus su-
perunitus est, & ad seipsam ingrediens multipliciter que se rebus communicans, nec
suis ipsius unitionem relinquens, sed procedit ad omnia, ac deintus manens per excessum
unitionis omnia superantis, nec fas est neq; possibile cogitare aut dicere: per participatio-
nes tamen seu effectus ipsius utcunq; cognoscitur. Ex quorum cōsideratione perpeditur
secundum Dionysium, quod deus omnipotens & excelsus ipsam pacem tam uniuersalem
multorumq; particulare singulorū facit consistere, facitq; omnia ad se inuicē concreat. i. cō-
ordinata, sicut se habent species numerosq; ita q; inconfusibiliter disponunt, & nihilominus
specifice distinguuntur. Itaq; contemplantur unam simplicem pacificæ unitionis naturam
puta mētē essentiamq; diuinā, unientē singula sibi ipsi: ut sit unū quodq; secundū suā na-
turā consistēs ab alijsq; distinctū: unientē etiā oia sibi inuicē, ut in unū ordinē condēcentē
concurrant. Et hac participatione pacis diuinæ, animæ rationales uires suas cit cū quæq; di-
spersas reducunt & colligunt ad unam intellectualem puritatem, simplicitate ad seipsas in
deo per immaterialem & simplicem intellectum. i. intellectualem cōsiderationem: sicq;
uia & ordine suæ conditioni cōuenientibus, ad eam unitionē pertingunt, quæ est super
intellectum. i. ad diuinæ mentis assimilationem diuinæq; unitatis deificam imitationē, dū
se à cunctis creatis auertentes, ad illud simplicissimū unū qd solū necessariū est, tota mētis
sinceritate cōuertūt. Præterea secundū Dionysium, Ex diuinæ pacis participatione, influxu
& institutione omnis cōplexio harmoniaq; entitū, cōsonantiā & connaturalitatē ac pmanē-
tiam suam sortit, ipsaq; pax primi principij per suā influentiam transit ad uniuersa, uniens
omnia iungensq; extrema extremis per media, secundum unam generalem atq; coniu-
ctam amicitiam, qua omnia naturaliter tendunt ordinate ad unum, cupiunt nanque bene

1. Cor. 14

Mat. 9

Pacis gradus
triplex.

I.

II.

III.

Roma. 8

Iob 29

Mat. 9

Mat. 6

Mat. 66

disponi. Præterea secundum Dionysium, magnifice nobis laudanda est pax facta per Christum, per quam non solum sopita est discordia hominis ad seipsum, & hominum ad homines, hominum quoque ad angelos, sed ad tantam deuenimus gratiam ex reconciliatione diuina, ut simul cum angelis secundum nostram possibilitatem operemur diuina, secundum prouidentiam Iesu omnia in omnibus operantis, & ineffabilem pacem a seculo prædiffinitam agentis. Hæc ex uerbis diuinissimi, sacratissimi ac theologissimi Dionysii breuiter sumptasunt longum etenim esset oia quæ de pace diuina præfato capitulo profundissime tractar, in ducere.

Articulus X. De increata, immensa & superdulcissima pace mentis diuinæ:

Pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Pax uerius atque sublimius competit deo quam alicui creaturæ, sicut & gaudium & dilectio ac contemplatio: & quicquid pacis in mentibus est creatis, diuinæ pacis quedam participatio mutatioque consistit, à plenitudine, perfectione atque dulcedine pacis mentis diuinæ prorsus in infinitum deficiens & occubens. Iccirco dicit Gregorius: Quid est pax transitoria, nisi quoddam uestigium pacis æternæ? Denique ad pacem tria concurrunt: Primum est, carentia forinsecus impugnantis uel molestantis. Vnde de ciuitate dei loquitur Augustinus: Quid est uictoria, nisi subiectio repugnantium? Quod cum fuerit factum, pax erit. Et Matthæi quinto asserit glossa: Vera pax est, ubi nihil repugnat. Secundum est absentia intrinsecus inquietantis. Timor enim & metus & inquietudines cæteræ intus latentes, paci contrariantur. Iccirco ad pacem requiritur reformatio siue sedatio passionum nec turbulenti ac impij pacis ualent esse participes. Hinc in Ecclesiaste Salomô ait: Peccatori dedit deus afflictionem & curam super suam. De talibus sermo in psalmo: Contritio & infelicitas in uis uos, & uiam pacis non cognouerunt. In Iob quoque legitur: Sonitus terroris semper in auribus impij: & cum pax sit illis inuidia suspicatur. Tertium est presentia boni conuenientis: quibus concurruntibus superest quartum, quod est essentialiter atque formaliter ipsa pax, ut puta fixa quies mentis in bono, præsertim in bono finali ac summo, in quo felicitas uera consistit: & quod solum ualet cordis desiderium quietare, capacitatem implere, calamitatem beatificare. Cum igitur omnipotenti ac incircumscriptibili deo nil queat resistere aut nocere, aut forinsecus repugnare, quippe quod solo nutu potest totum mundum delere, ut dicitur secundo Machabæorum: Vnde & ipse met dominus per Ieremiam testatur: Quis similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat uultui meo? Ipse nepe est rex omnipotens, in cuius ditione cuncta uita posita. Qui per Isaiam locutus est: Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Rursus, cum deus sit in seipso esse simplicissimum atque purissimum, in quo nulla esse potest transmutatio, alteratio aut uitium tudinis obumbratio, secundum quod ait Malachias tertio: Ego dominus & non mutor. Et iterum, cum bonitas ac perfectio dei sit æternaliter præsentissima, imò essentialiter idempatica ei, consequens est quod pax mentis diuinæ in seipso sit omnifarie plena, perfecta, æterna ac infinita: quoniam deus quiescit inuariabiliter æternaliterque in seipso, hoc est, in suæ immensæ bonitatis ac ueritatis possessione, dilectione, contemplatione, ac fruitione, tanquam in obiecto conuenientis, amabilitatis ac delicositatis penitus infinite: quod utique substantialiter idem est cum mente diuina & eius quiete in ipso. Contenta ergo, pacatur seu tranquillatur deus in seipso contentatione omnino perfecta, felicissima ac superdulcissima, tanquam in ente opulentissimo, indepedenti, incircumscripito, cuius sunt infinita diuinit, infinite delicias, summa felicitas, illimitata nobilitas, superiucundissima uita, perfectio simpliciter infinita. Et quidem hæc omnia in ipso non sunt, nisi uita & lux, nisi simplicissima unitas, nisi esse tam simplex, ut non sit in ipso aliqua modorum diuersitas. Quoniam ipsum est omnis nobilitatis, perfectionis beatitudinisque, cum incomprehensibili simplicitate atque immensa plenitudine contentium, in quo condecet deum quiescere, quiete completa, superfluam, incommutabili ac beata. Præterea ipsa interna pax quid est nisi serenitas mentis, cordis dulcedo, conquietio appetitus: Nonne ergo dulcedo pacis mentis diuinæ, est penitus intensiue, inaccessibiliter perfectionabiliter immensa? quies quoque ipsius incircumscribibilis, immolestabilis, sempiterna: & serenitas eius inuisibilis, interminabilis ac superbeata? Ecce qualis & quantum est beatitudo & gloria dei nostri, in cuius consideratione cordialissime gaudere, atque eidem cogaudere debemus, si tamē eum uere diligimus. Postremo in ipsa supralucida, superessentiali & superopulenta trinitate, singulæ personæ in singulis uere & incircumscribibiliter cunctinaccessibiliterque subsistunt. Et sicut seinuicem cum infinito seruire diligunt, cum infinita delectatione inspicunt, cum infinita dulcedine perfruuntur: sic utique unaqueque earum in

seipso & in qualibet alia, cum infinita iucunditate quiescit, ita quod super beatissimam trinitatis pacis dulcedo quomodo libet infinita, incomparabilis, incomprehensibilis comprobatur quam gustare in patria, est uita æterna, felicitasque perfecta qua frui, est summe delectariis quam possidere, est in perpetuum felicem consistere. Quamuis enim exuperet omnem sensum seu intellectum mentis creatæ, etiam beatorum, in infinitum, eo quod ad suam plenitudinem dulcedinemque fontalem in nullo possit perfecte participari, gustari aut recipi, nisi à solo deo: quilibet tamen comprehensor in patria, uere & immediate recipit, gustat & participat eam satiaturque, fruatur, potatur, reficitur secundum capacitatis, dignitatis, dilectionis & meritoque suorum mensuram, in quo patet infinita liberalitas, dilectio atque dignatio super nos dei nostri naturaliter boni, essentialiter sancti substantialiterque perfecti. Sed & in presenti exilio mens diuina aliquam dulcedinis sue pacis stillam deuotissimorum suorum interiori infundit palato, quæ sapit eis super mel & fauam. Quo enim à uitiorum tumultu & omni pace carnali ac seculari plenius abstinent, & deo quietius pertiusque adhererint, eo copiosius in hoc uita curricula prælibare merentur, quod paratum est eis in celo. Pax autem præfens est arra pacis futuræ.

Articulus XI. De pace uiuatorum & comprehensorum: & quod pax uiuatorum non possit in seculo isto esse perfecta.

Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium & securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fidutiæ & in requie opulenta. Nunc patuit quæ admodum ad pacem disponant, concurrant & requirantur carentia mali repugnantis, presentia boni conuenientis, & fixio mentis in bono. Cum ergo militia sit uita hominis super terram, & perseverandum sit usque in finem secundum Augustinum: Quia tentatio durat usque in finem, hoc est, quoad usque finis uia, consistat pacem uix non esse absolute perfectam. Et si dicatur perfecta in uiris perfectis, intelligendum est de perfectione secundum quendam gradum & per respectum ad humanæ fragilitatis possibilitatem, secundum quod aliquis dicitur nunc perfectus uel gratia plenus, cum tamen quotidie possit ac debeat in perfectione & gratia dei proficere. Porro, imperfectio pacis uiatorum ex multis pensatur ac demonstratur. Primo, ex presentia & inexistencia mali poenæ, hoc est malorum poenaliu seu afflictionum, quibus iusti in hac uita replentur, dicente Apostolo: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur: imò dominus deus quos amat, arguit & castigat, ducens eos per ignem & aquam. Denique Apostolus: supra modum, inquit, grauati sumus, ita ut ræderet nos uiuere. Sic & Moyses deprecabatur: Obsecro ut interficiam me, ne tantis malis afficiar. Et Helias: Sufficit mihi domine, tolle animam meam. Hinc Ieremias & Iob, diei natiuitatis suæ maledixisse leguntur. Secundo, ex inexistencia mali culpæ: Iustus enim septies cadit, & in multis offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Tertio ex imperfectio presentis boni, in quo pax nostra consistit, uidelicet dei: qui licet corda nostra gratiose ac pie inhabitet, nihilominus quandiu sumus in carne mortali, peregrinamur à domino, & per fidem, non per speciem ambulamus. Videmus quoque per speculum in ænigmate, agnoscentes ex parte, sicut Apostolus docet, qui etiam protestatur: Ego non arbitror me apprehendisse. Hinc clamare compellimur, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et item: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quarto ex frequenti eruptione seu instabilitate pacis huius exilij: Non enim ualemus iugiter deo actualiter in hac uita uniri, sed quotidie imò omni penè hora actualis quies mentis nostræ in deo frequenter ualde instabilitatem interruptionemque patitur. Insuper quotidie deplorare habemus uel propria uel proximorum peccata, dilationem patriæ, imperfectionem propriæ uitæ, innumerabilia mala ecclesiæ: sæpe quoque gratia consolationis, promptitudo deuotionis, serueur dilectionis nobis dispensatiue suspenditur, & uarijs modis affligimur. Et quamuis hæc dicantur paci uiuatorum non repugnare, ita quod eam non tollunt, certum est tamen, quod simpliciter loquendo repugnat perfectioni pacis & paci perfectæ: Non enim potest esse plena ac pura tranquillitas mentis in deo, nisi desiderium boni quietetur in ipso: quod esse non ualet, nisi præinductis malis sublati: Vnde sicut charitatis uiuatorum per comparisonem ad charitatem comprehensorum imperfecta censetur, ita & pax. Cumque uniuersa mala nunc prænominata à beatis sublata sint, consistat quod pax eorum perfecta est: repletum est enim in bonis desiderium eorum. In quibus impletum est quod ait Psalmista: Satiabor cum apparuerit gloria tua, itaque plene quietantur & pacem dulcissimam sortiuntur

Phil. 4

Ad pacem concurreunt tria. Primum

11

Eccles. 2
Psalm. 13
Iob. 19

111

1 Mac. 8
Iere. 49
Hes. 13
Iia. 45

Mal. 3

110. 73

2. Timo. 8
Apo. 2
Psalm. 67
2. Cor. 1
Nu. 11
3. Reg. 19
Iere. 20
Iob. 3
Prouer. 24
Iaco. 3
1. Ioh. 1. 1
2. Cor. 5
Eodem.
1. Cor. 13
Psalm. 119
Psalm. 119
Rom. 8

Psalm. 104
Psalm. 116

in deo: ex cuius beatifica uisione intellectus eorum omni ueritatis notitia infallibiliter adimpletur intantum, quod plus capere nec uelit nec possit, quoad id quod essentialem felicitatem concernit. Ex cuius in super felici fruitione sic eorum uoluntas omnis boni possessione eorum adimplet, quod nil ultra concupiunt: habent ergo in deo omne quod optant. Et haec pax seu quietatio appetitus eorum in deo interrumpi non ualet, sed sempiterna est, semper in actu continuo. Et quamuis animae beatae corporis resuscitatione, resumptione & glorificationem praestolatur, atque in glorificatione illa eorum gloria, quantum ad accidentale praemium, amplior erit, haec tamen praestolatio omni caret afflictione ac poena: & illa ad auctio gloriae praemij accidentalis, imò totum praemium accidentale quasi nullius momenti est respectu praemij essentialis, quod est clara ac fructiua uisio dei. Idcirco ob illam accidentalis praemij augmentationem futuram, seu eius praestolationem atque absentiam, imperfecta probari non potest pax animarum deo fruuentium, quamuis sit aliquantulum minor. Ecce mi amantissime domine, ineffabiliter dulcis ineffabiliter iucunda est pax beatorum in patria, quorum appetitus sic inauertibiliter, secure, plene ac immobiliter traquilatur in deo, quod omni caret malo poenae ac culpa, omni instabilitate & pacis ac gloriae interruptione, omnique in super defectu uoluntatis: quoniam in bonis gloriae nequeunt crelescere. Sic namque deo in time iuncti sunt, sic in eum absorpti ac transformati consistunt, quod quicquid uolunt, adest: quicquid nolunt abest. Ad huius pacis adeptioem deuotissime suspiramus, fidelissime exoremus: cuius desiderio omnia praesentis uitae uana solatia libentissime relinquamus.

Articulus XII. De commendatione seu laudibus pacis, in quo tangitur, an pax sit summum hominis bonum.

Pacem & ueritatem diligite, ait dominus omnipotens. In sermone quodam ad fratres de eremo beatissimus Augustinus praeconia pacis gloriose prosequitur inter cetera dicens: O pax, tu mentis serenitas, animi tranquillitas, cordis simplicitas, amoris uinculum, charitatis consortium. Haec est illa summa felicitas, quae simultatem tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis placet, a cunctis optatur: sed a cunctis malis, illa quae bona est pax submergitur & oditur. O pax, tu nescis extolli, beatus qui te habet: maledictus qui te odit, & qui te in hominibus frangit aut impedit: quoniam Antichristus est & filius perditionis. O pax, qui te habet, teneat qui te non habet, perquirat qui te perdidit, requirat, si filius dei esse peroptat. O pax, tu tale ac tantum bonum es in rebus creatis, tam gloriosum atque mirificum, quod nil dulcius solet audiri, nil delectabilius concupisci, nil uilius possideri. Spiritus enim humanus nunquam uiuificaret membra, nisi fuerit conuicta: sic spiritus sanctus non nunquam uiuificat, nisi pace uniti fuerimus. Ille autem uere pacem habet, qui nihil de seculo possidere desiderat. Hic uere tranquillus, qui gaudet de bonis cunctorum. Insuper loquitur Augustinus: Tanta est uirtus pacis, quod in eius dignitate Apostolus omnes suas scribit epistolas dicens: Gratia uobis & pax a domino deo nostro hanc autem salutandi formam nobis primitus donauit Christus, dicens: Pax uobis. Hanc pro testamento Christus apostolus dereliquit tanquam summum bonum, & sine quo nullus uiuere debet: sic & pater coelestis elementa, planetas, caelos & sidera ac cetera insensibilia ordinauit, ut uinculo pacis simul complecteretur. Sic quoque ordinauit gloriosos exercitus angelorum, ut nulla esset inter eos discordia, sed pax plena atque perfecta. Haec est illa gloriosa pax, quae fluxus malae cogitationum eruclat, mentem fluctuantem illa sam reseruat, conscientiam purgat. Qui pacem cordis, oris & operis non habet, Christianus dici non debet. Qui in hac non imperat, in lubrico uitam & pedem ponit, in praecipitio se illa queat. O pax, sine te regna non ualent, elemosynae quoque & oratione ac cetera bona, sine te non ualent. Habete ergo pacem cum omnibus, omnium tamen uitia odientest habete in corde, ore & opere pacem. Pax cunctis est placida, non quaerit alienum, nil deputat suum: qui in ea non fuerit inuentus abdicatur a filio, alienus efficitur a spiritu sancto. Non enim poterit ad haereditatem domini pertinere, qui testamentum pacis noluerit obseruare. Christus namque properans ad passionem, pacem discipulis quasi pro testamento reliquit: Pacem inquitens, meam do uobis, pacem relinquimus uobis, haec Augustinus. Denique Basilus ait: Pacificus homo, consortium angelorum meretur: inuidus autem particeps demoniorum efficitur. Qui enim amplectitur pacem, in suae mentis hospitio mansionem praeparat Christo: quoniam Christus pax est & in pace quiescit homo pacificus in tranquillitate semper est: inuidus autem in perturbatione est semper: pacificus est tanquam uinea fructu copioso onusta: inuidus autem opus in egestate atque miseria

Zach. 8 Augustinus

Iohann. 10

Iohann. 14 Basilus

seria detinetur. Sicut mentem illuminat, ita inuidia eam excæcat. Sectare ergo desiderabilem pacem, ut fructus eius acquiras: & execrare inuidiam, ne malorum fructibus simularis. Insuper sicut ait Hieronymus: Cum Christus creditum pax sit, qui pacem non habet, nec Christum habet. Vbi pax est, ibi omnia prosperabuntur. Et sicut loquitur Augustinus, pacificus est qui inter discordantes pacem seruat uel facit: Nec uult filius dei uocari, qui pacem non uult complecti. Quomodo autem filij dei sunt qui pacem conferunt: sic fratres filij sunt, qui eam corrumpunt & discordiam seminant, ut dicit Gregorius. Insuper ad pacificum pertinet humiliter au dire, sapienter loqui, opportune tacere: qui enim humiliter audit, non contendit: qui sapienter loquitur, contententem uincit: qui opportune tacet, proximum non offendit. Postremo, quanta sit dignitas, utilitas atque necessitas pacis, splendidius emicabit, si quanta sit contentionis seu dissensionis (quae ei opponitur) prauitas, inruamur: Ait quippe in sua canonica Jacobus: Si zelum amarum habetis & contentiones sunt inter uos, nolite gloriarī & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est ista sapientia defusum descendens, sed terrena, animalis & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Hinc ad Galatas Paulus scribit: Si in uicem mortis & comeditis, uidete ne ab inuicem consumamini. Et ad Hebraeos. Ne quae radix amaritudinis sursum germinans impediatur, & per illam inquinentur multi. Et alibi: Noli inquit contendere, ad nihil enim uile est nisi ad subuersionem audientium. Itemque: Si quis uideatur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Hinc in Deuteronomio Moyses exhortatur: Non sit inter uos radix germinans fel & amaritudinem. Itaque qui contentioni deseruit, non spiritalis censetur nec Christianitatis uocabulo dignus, dicente sancto Apostolo ad Corinthios: Cum sit inter uos zelus & contentio, nonne carnales estis: Praeterea contuendum, quemadmodum Augustinus in uerbis praehabitis, pacem nominet summam felicitatem ac desiderabilissimum bonum. Propter quod nonnulli dixerunt, pacem realiter esse dilectionem dei fructiuam, qua quietamur in deo in quantum dilectio ista est delictiosa, quo contrario non impugnata neque turbata. Alij uero aliter opinantur, sicut deduxi. Sciendum quoque, quod cum frui sit alicui propter se inhære, secundum Aurelium Augustinum: Quemadmodum deum in uia imperfecte cognoscimus & amamus, ita & imperfecte fruemur eo in uia in patria uero fruemur eo perfecte cum uidebimus eum sicuti est, cognoscentes eum sicut & cogniti sumus ab eo, secundum Apostolum. Unde quod dicunt doctores fruitionem succedere fidei, quasi in uia ubi ambulamus per fidem, non fruamur domino deo excelso: intelligendum est de fruitione completa, quae appellatur dos animae.

Articulus XIII. Quomodo peruenitur ad pacem spiritalem, ueram ac sanctam.

Quietam ac tranquillam uitam agamus in omni pietate. Quemadmodum in Ecclesiaste Salomon cōtestatur, deus fecit hominem rectum, id est, protoplastum nostrum parentem Adam condidit iustum, concreando ei originale iustitiam, per quam fuit in eo ordinatissima quies, magna tranquillitas & plena subiectio inferioris sub superiori, uidelicet carnis sub spiritu, sensualitatis sensitiuaeque partis sub ratione, & rationis ac uoluntatis sub deo. Haec autem subiectio si erit quantum ratio sub diuino praeccepto permansit: quo cum per inobedientiam recessisset, dando consentum edendi de fructu ligni prohibiti, mox sensitiua pars reluctari cepit rationi & caro spiritui, ita quod primus homo a summo usque ad ima dilapsus est, ut puta a statu illo dulcissimo tam tranquillo usque ad incessabilem fomitis rebellionem & concupiscentiam uitiosam, seu carnis contra spiritum pugnam. Volens ergo ad originalis iustitiae recuperationem & assimilationem reueri, necesse habet illico inchoare, ubi finiebat ac steterat ruina, hoc est a subiectioe carnis sub spiritu deinde a subiectioe sensitiuaeque partis sub ratione, & demum rationem subiecere deo seu legi diuinae. Hinc dicit Apostolus: Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Castiganda ergo, domanda spirituique subdanda est caro, ne aduersus spiritum concupiscat, sed in cibo, potu, uestitu ceterisque ad spectatibus, non uoluptate, curiositate, superfluitate, sed solum necessitate requiritur: crapulae graue aut ebrietate, nec cura carnis in desiderijs peragatur, imo iuxta Apostolum, Caro cum uitis quotidie crucifigatur. Non amemus uilissimam carnem nostram carnaliter, sed sicut fuit & incessabiliter est nobis malorum occasio plurimorum, tanquam unus tritus aë nostris inimicorum, qui sunt mundus, caro, diabolus, sic eadem dicere ac fortiter refrenemus, tribulemus, atque aë nostrae perfecti deseruire cogamus, in uigilijs, abstinentijs, siti, fame, frigore, disciplinae deinde sensitiuaeque partis motus, affectiones

Iaco. 3

Gal. 4

Hebr. 12

2. Timo. 2

1. Corin. 11

Deu. 19

1. Cor. 3

1. Iohann. 2

1. Cor. 13

1. Timo. 2

Ecd. 7

1. Cor. 15

Luc. 21

Roma. 13

Gal. 5

seu

seu passiones, per rationis censuram frenandę sunt, ne immoderanter excrescant: quod fit per adeptionem exercitiumq; uirtutū moralium, quibus peractis ratio & uoluntas subijciendę sunt legi diuinę in uniuersis credendis, diligendis, agendis ac fugiendis. Viribus autē animę raltiter reformatis, & in bono ac uero firmatis, inenit menti nostrę uera tranquillitas internęq; pax: tanto utiq; maior atq; stabilior, quo in prædictis subiectionibus magis creuerimus. Hinc ait Isidorus: Pax hominis & uera libertas est, quando & caro animo iudice regitur, & animus deo præfide gubernatur. Cassiodorus quoq; Senecam sequens: Vera ait pax est, litigare cum uicij concordiaq; habere cum moribus probis: semper ergo concordemus in bonis, non proprium sensum, sed Christi doctrinam sectantes, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: quia ut Bernardus & Cassiodorus protestantur: Inueniri non potest expressior forma conuersationis angelicę, quā unitas & concordia socialis uitę. Per hanc enim ad beatificam dei uisionem atq; angelicę beatitudinis ueritatem & æqualitatem perducimur, dicente Apostolo: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo deum uidebit. Ideo dicit sanctus Bernardus: Nūquam deus aliquem in pacem beatorum deduxit, qui hic sine pace uixit. Et uenerabilis Beda: Resurgens Iesus à mortuis, pacem cōmendauit discipulis, ut illos ad suam uisionem futuros monstraret, qui pacis concordiam corde & corpore seruant. Impleamus ergo ut cōgrue possimus quod docet Isidorus: Pacem ama, pacem cum omnibus serua. Odientes ad pacem inuita, discordantes ad concordia reuoca: ex hoc enim dei filius eris, & reconciliabitur tibi deus. Itaq; sicut ex omnibus nunc ostensis consequitur, per bonam conscientiam uenitur ad pacem internam: Quomodo enim potest esse pax illi, qui cōtentiones & litem habet in domo conscientię suę, cui omnia tam bona q̄ mala cooperantur in malum: qui iacet in spinis uitiatorum: quem conscientię uermis remorder, & onus diaboli portat: Ideo Augustinus fate tur: Pacifici in seipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & rationi subdentes, concupiscentiasq; carnales habentes edomitas, fiunt regnum dei: in quo ita ordinata sunt omnia, ut id quod est in homine præcipuū, scilicet mens & ratio, imperet ceteris quę sunt nobis bestijq; communia: & ipsa subijciat potiori, uidelicet deo. Hinc denuo super Iohannem loquitur Augustinus: Est nobis nunc pax aliqua, quando condeletamur legi dei secundum interiorem hominem: sed non est plena, quia uidemus aliam legem in membris nostris repugnantem legi mentis nostrę: Non enim nunc aliquis peruenire ualet ad hoc, ut lex carnis, quę est in membris, penitus extingatur. Hęc itaq; est pax uera, interna, dulcissima, ad quā quoti die suspiramus, quā Christus discipulis suis ascensurus reliquit ac dedit, atq; à pace hominum mundanorū distinxit, dicēdo: Pacem relinquo uobis, pacem meā do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis: Mūdus nempe, pura uani huius mundi amatores, dant pacem inanem, carnalem & secularem, quę est fructio quędam peruersa de liciaq; diuitiaq; honorum atq; similitum ad mundanam prosperitatem spectantium, et huius pacis obstacula cupiunt amouere: Christus uero dat pacem omnino cōtrariam, docens prædicta contemnere, atq; in solis diuinis quiescere. Porro, secundum Augustinum Christus dicēdo, Pacē relinquo uobis, non addidit meam: quia nunc concedit suis electis pacem imperfectam, in qua cum hoste pugnant ac preualent: & talem pacē ipse modo nō habet: sed talis nunc conuenit nobis. Sed dicēs, Pacem do uobis, addidit, meam: quoniam in futuro dabit nobis pacem perfectam ac plenam, in qua sine hoste impugnantem regnabimus, qualē & ipse nunc habet. Hinc sexto Moralium scribit Gregorius: Pax nostra ex desiderio conditoris inchoatur, & ex manifesta eius uisione perficitur. Plena quippe tūc erit, cum mens nostra nec ignorantia cęcabitur, nec carnis suę impugnatione concutietur: cuius exordia tangimus, cum uel mentem deo, uel carnem menti subiugamus. Præterea inueniendum, q̄ præinducta mentis tranquillitas, quę dicitur pax interna, est spiritalis sabbatū seu requies animi deo uacantis sine uitiorum tumultu, & affectionum cogitationumq; inanium strepitu: cuius sabbati interioris figura fuit ac sacramentum sabbatum illud legale, quod extrinsecus celebrari uidebatur: de quo animi sabbato ait Apostolus: Itaq; relinquitur sabbatissimum populo dei, quo utiq; sabbato carent omnes mundani, qui sic terrenis implicantur, quod deo mēte quiete uacare non queunt. Vnde ut à spiritu sancto illustreremur ad cognoscendum & ambulandum itinera uirtuosa ad pacem sanctam compendiose ductentia: oremus deum cum Zacharia, cuius laus est in euangelio: Illuminamē his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. O quam alacriter, prompte, affectuose ac dulciter obsequitur deo, qui ad præfatam mentis quietem serenissimumq;

Eph. 4

Hebr. 12

Beda

Augustinus
Pacifici q̄ sunt

Rom. 7

Iohan. 14.
Pax mundana
quę sit

Gregorius

Tranquillitas
mentis, spiritalis
sabbatum

Lucæ 11

nissimumq; cordis peruenit sabbatum. Breue profus ei est omne tempus quod in diuino ex pendit obsequio, quoniam libentissime agit omne quod agit: idcirco non percipit neq; ad uertit temporis moram: sicut & uoluptuosus ac uanis, qui sine timore perpetrā mala, omne tempus quo uoluptati uanitatiq; uacant, breue apparet. Enitatur igitur nedum secū dum propriam æstimationem, sed secū dum inuolabilem ueritatem esse pacifici, hoc potissime præcauentes, ne nos ipsi iniuriarum passi siue offensi, simus ad placandum difficiles. Vt enī ait Bernardus: Sunt quidā, qui si uiderint quempiam uel leuiter scandalizatum, ualde solliciti sunt, quomodo eum in pacem reducere possint: & uiderentur pacifici, nisi q̄ eorū commotio, si forte quicquam contra eos factum dicitur, uel uidebitur, tardius uniuersis poterit difficiliorq; sedari: qui si uere pacem diligerent, haud dubiū quin eam quærerēt sibi metipsis. Ideo ait rursus sanctus Bernardus: Pax nobis à nobis fit, ita qd' non turbemus nos ipsos, & omne quod extrinsecus minari uideatur, non terret, quia non nocet. Nam e contrario quicquid foris blandiri appareat, nulla profecto est consolatio, si intus (quod absit) seminarium discordię germinaret.

Articulus XIII. Quod sicut impiissimum est, pacem spiritalem ac bonam corrumpere, sic uile est pacem uitiosam destruere.

Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Sicut iam patuit, quem ad modum pacifici rite uocantur filij dei: sic interne pacis & sanctę concordię destructores, aduersatores ac æmuli, merito appellātur demonum filij. Deniq; sacra scriptura seminacionem discordię uehementissime detestatur, unde in Ecclesiastico habetur: Sufurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Homo iracundus incendit litem, & uir peccator turbauit pacē. Hinc Salomon ait in Prouerbij: Honor est homini qui separat se à contentionibus. Et iterum ait scriptura: Detestatur aia mea eum, qui inter fratres discordiam seminat. Hinc quoq; docet Apostolus, ab his qui dissensiones & scandala pariunt, declinandum. Porro, cum uitiosa, carnalis & secularis concordia, paxq; iniqua sit consensus aliquorū in malo, & secura ac nō impugnata quies in uitijs, constat q̄ multa & maxima gignant peccata, & bona impediūt, iustosq; opprimūt. Optimum ergo est, talem pacem concordiamq; destruere, si tamen sine maioris mali fieri queat periculo, cauendum nempe, ne fiat peior scissura. Propter hoc dicit Gregorius: Concordia malorū contraria est paci bonorum. Et sicut optandum est ut boni pacem habeāt inuicem, ita optandū est ut mali sint discordes. Impeditur enim inter bonos, si unitas non diuiditur malorum. Idem asserit Augustinus, qui etiam addit: Per discordiam quandoq; mali sunt optimi, cognoscētes quid sint, & quid erūt, dum enim tribulantur, & facies eorū ignominia adimpletur, interdū quærunt nomen domini, quod tempore pacis non fecerunt uel cōtempserunt. Et denuo ait: Sicut multum nocet discordia inter bonos, ita ualde dolēdum est, dum pax est inter malos, tunc em̄ augētur omnia mala ac pessima; dum uero in discordia uiuūt, tunc mundus aliquater tranquillatur. Hinc loquitur Christus in euangelio: Non ueni pacē mittere. Et Paulus apostolus sciens Phariseos ac Saduceos in sua persecutione concordēs, interrupit eorū concordia ita, ut inter se litigare inciperent, sicut in Actis plenius recitatur. Veruntamen in tali diuisione impię pacis atq; concordię, oportet ut recta sit diuidentis discordiamq; inducentis intentio, solum q̄ desideret impios retrahere à peccato.

Articulus XV. De his quę pacem reddunt commendabilem.

Conuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. Superius de dignitate ac laudibus pacis, ex cōsideratione ipsius pacis secū dum se, dicta sunt multa: nunc p̄fanda sunt ea, quę incidēt aliter, occasionaliter seu circumstantialiter ad pacis præconia pertinent: quorum hoc extat potissimum, quod Christus discipulos iussit, ut primo omnium pacem annuntiant, per pacis imprecationem salutando. Vnde ait apud Lucam: In quamcunq; domum intraueritis, primum dicitis: Pax huic domui. Secundum, quod dicitur Christus perhibuit pacem esse bonum finale, seu finem quodāmodo totius sue doctrinę, iuxta illud Iohannis: Hęc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Quod secundum Augustinum & Bedam, non solum accipitur de his quę locutus est Iesus in sermone illo factō in die cœnę, sed de uniuersa prædicatione ipsius. Tertium est, copiosa admonitio scripturę ueteris ac noui testamenti ad pacem, cuius scripturę testimonia iam abundanter inducta sunt. Quartum est, quod omnes naturaliter appetunt pacem, ut plenius declarabo speciali articulo. Quintum, quod finale testamentum Christi fuit testamentum

1. Cor. 13.

Ecc. 10.

Prouer. 10.

Prouer. 5.

1. Tim. 5.

Psal. 82.

Matt. 10.

Actu. 23

Num. 6.

Lucæ 10.

pacis: Passione quippe iam imminere, recessurus a discipulis, dixit: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis. Denique homines morituri solent his quos diligunt aliqua bona relinquere, charioribusque maiora. Per hoc ergo quod CHRISTVS amantissimis suis apostolis pacem reliquit, ostendit pacem esse quid optimum. Quemadmodum igitur filius tristiter, si se a bonis paternis exhere dari conspiceret, merito summe doleret Christianus, si bono pacis internae se spoliatum agnosceret. In quo reprehendendi sunt non iam tantummodo hi, qui alius renuunt reconciliari, sed insuper illi, qui non dignantur reconciliari, nisi alter primo pacem veniamque requirat. Quintum est, quod pax secundam Augustinum est finis consummatioque uirtutum. Sextum, quod omnes sancti specialiter orauerunt deum pro pace. Septimum, quod pax omnes uirtutes quodammodo includit & comprehendit. Vnde super illud: Pax super Israel, asserit glossa: Vno uerbo omnia dicit: Qui pacem non habet, infelix est: qui habet eam, beatus est. Octauum, quod pax est specialiter locus & lectulus dei in cordibus electorum, iuxta illud in Psalmo: Factus est in pace locus eius. Nonum, quod filius dei emit nobis pacem tam chara, uel dicit suo pretiosissimo sanguine. Ob hoc dicit Chrysostomus: Pro pace loquimur, propter quam filius dei passus, crucifixus atque sepultus est, quam nobis pro omni censu hereditatis reliquit: uoluit enim mori, ut reconciliaret nos patri: uoluit quasi matrimonium contrahere cum natura humana, ut pax reformaretur in mundo: adhuc etiam pacem peccatorum paratus est emere regno caelorum. Decimum est, quod pax praesertim disponit mentem ad contemplationem clarissimam: Quemadmodum enim aqua turbata non repraesentat imaginem, sic cor turbatum clare non uidet secundum Gregorium. Vndecimum, quod pax a Christo inter beatitudines numeratur, & ab Apostolo fructus spiritus nuncupatur. Item, quod praesens pax est arrationis plenissima pacis futurae in patria: & quod pax est tam singulariter deo atque hominibus grata.

Articulus XVI. De his quae ad pacem adipsendam, conferendam ac perficiendam idonea sunt & magis accommodata.

Diuerte a malo & fac bonum: inquirere pacem, & persequere eam, ait Psalmista. Cum amor & desiderium boni patulam atque pacem faciant mentem amorosam sui amari: Primum quod ualeat ad pacem sortiendam, seruanda ac consummandam, est amor uel desiderium pacis nisi enim mens tantum bonum magni perdat affectuoseque cupiat, non est digna illud a deo suscipere. Secundum est fiducialis incessabilisque pro pace oratio: Non enim uult deus dona sua dignissima, nimia inueniendi facilitate nobis uiliter scire, secundum Eusebium Emissenus: Sed quo perfectio altior, eo cordialis in fatigabilibusque pro ea oportet orare, cum ingenti fiducia & integra dei ac proximi charitate. Ideo dicit Psalmista: Rogate quae ad pacem sunt Ierusalem: Et Iacobus: Postulet in fide, nil haesitas. Verum ut docet saluator: Oportet semper orare & non deficere. Tertium est recessus a culpa: Qui enim in malo manet proposito & affectu peccandi, ponit obicem gratiae dei, & in pacem se exhibet pacis internae. Ideo scriptum est: Qui declinat aures suas ne audiat legem orationis eius erit execrabilis. Apud Iob habetur: Si omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus inaccesseris, statim euigilabit ad te. Et apud Iohannem: Scimus quoniam peccatores deus non audit: sed si quis cultor est Dei, & uoluntate eius facit, huc exaudit: quod de peccatoribus in penitentibus accipi par est. Itaque deo fideliter ministrare, meretur etiam inimicorum pacificationem, quemadmodum in Proverbis legitur: Cum placuerit domino uis hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. Ideo diuinis parere praecipitur, & uoluntati creatoris nostrae uoluntatem conformare conemur quoniam pax hominibus bonae uoluntatis annuntiat ab angelis. Porro, qui deo non subdit, quantum in se est, ei resistit: non igitur pacis est cofors, cum scriptum sit: Deus sapiens corde est, & fortis robore: quis resistit ei, & habuit pacem? Apud Isaiam quoque: Ad eum uenient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Et Psalmista: Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergent omnes qui operantur iniquitatem. Sed uoluntati deo subiecta, cui placet, cui placet deo, nihil repugnat, sicut nec uoluntati diuinae. Quartum est mansuetudo, quae iram refrenat, dicente Psalmographo: Mansueti autem hereditabunt terram, & deletabuntur in multitudine pacis. In mitibus enim non est inflammatio iracundiae, quae fertur in ultione: sed in aduersis tranquillitate conferuat, & pacati sunt animo. Quintum est patientia, quae tristitia moderata patientis namque propter iniurias & aduersa non turbat, nec contristatur, imo omne gaudium existinat, cum in diuersas ceciderit tentationes. Ira uero & tristitia inordinata uehementer contrariantur paci atque concordiae. Propter quod in Proverbis Salomon loquitur: Spiritum ad

tum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Sextum est occupatio moderata: Otiosus quippe pacem ueram non habet: quoniam inertia impatiens sui est, ut Seneca docet: Et Salomon in Proverbis: Desideria, inquit, occidunt pigrum, noluerit enim manus eius quicquam operari. Similiter occupatio nimia impedit pacem. Ideo in Ecclesiastico legitur: Fili, ne in multis sint actus tui, Et apud Ieremiam: Quia plus fecit quam potuit, iccirco perijt. Et iterum scriptum est: Qui conatur facere multa, incidit in iudicium. Ideo in Proverbis fertur: Qui festinus est pedibus, offendet. Septimum est, non se intromittere de impertinentibus sibi: Vnde in Ecclesiastico dicitur: De re quae te non molestat, ne certaueris. Et Salomon ait: Qui se dilatat, iurgia concitat. Hinc uulgariter dicitur: Qui de multis se intromittit, ad multa respondere habet, iccirco turbat & turbatur. Octauum est sapientia salutaris: Vir enim eruditus (ut Salomon asserit) fortis est, & animae suae suauis. Et Iacobi tertio scriptum est: Quae de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bonis contentiens, plena misericordia & fructibus bonis: Sapientis nempe est ordinare, ordinationem uero pax sequitur. Nonum est cordis custodia, quae admodum scriptum est: Omni custodia custodi cor teum. Decimum est taciturnitas: Qui enim custodit os suum, custodit ab angustis animam suam: qui moderatur labia sua, prudentissimus est. Luxta scripturas uulgoque dicitur: Qui de omnibus tacet, de omnibus pacem habet: Qui autem perpendit quod Christus est aduocatus suus ac iudex, ei causam suam committit. Vndecimum est humilitas: Inter superbos enim semper sunt iurgia: & ubi fuerit superbia, ibi & contumelia: ubi uero humilitas, ibi & sapientia, prout in Proverbis fertur. Duodecimum est, Omnia agere congruo loco & tempore suo: Omnia enim tempus habent. Et Apostolus, Omnia, inquit, se cum dum ordinantur in uobis. Tertiumdecimum est praerconciliation, propter quod in Ecclesiastico docet scriptura: Ante omnem actum consilium stabile te precedat. Et Apostolus: Sine praedicio, ait, nihil facias, id est, sine iudicio praenouo. In Ecclesiastico quoque docetur: Fili, sine consilio nihil facias, & post factum non poenitebis. Haec omnia nunc praefata ad pacem singulariter conferunt, eo quod quietis & tranquillitatis sint inducunt, turbationis quoque, inordinationis & instabilitatis exclusiua. Nihilominus sunt alia multa ad idem utilia, ut puta zelus iustitiae, strenuus oratio, diligens consideratio pacis, uel dicitur quod digna, bona ac dulcis sit: itaque quod poenalis, inhonesta atque damnosa sit turbatio, dissensio seu litigatio paci contraria.

Articulus XVII. De his quae paci aduersantur, eamque expellunt ac auferunt.

Si fieri potest, quod in uobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. Cum pax interna non habeatur sine charitate infusa & gratia, constat quod omne peccatum mortale paci sic contrariatur & aduersatur, quod eam expellit, tollit uel impedit. Rursum, cum pax sit proprius charitatis effectus, rancor seu odium ac cetera uitia charitatis directe contraria specialiter aduersantur paci, habitam auferendo, seu habendam impediendo. Similiter ratione cum iuxta Isaiam, Pax fit opus iustitiae, tanquam remouentis impedimentum pacis, Et iuxta Apostolum: Prudentia spiritus, id est spiritualis prudentia, quae est sapientia, fit uita & pax, non essentialiter sed causaliter, hoc est, causa uitae ac pacis. Ic circo imprudentia seu insipientia ac iniustitia, uitaeque sub eis contenta, prudentiae atque iustitiae contraria, puta rapina, furtum, stoliditas, praesertim contrariantur paci & demoliuntur eandem: haec namque praecipue pariunt inquietudinem, turbationem & inordinationem. Insuper cum pax sit tranquillitas mentis: hinc quantum ad genus suum contrariantur ei bellum, lis, tumultus, inquietudo: in quantum uero ad speciem suam contrariantur ei dissensio, turbatio cordis, angustia. Sed & illa quae manifeste quandam deordinationem, impetuositatem, inquietudinem uel poenalitatem includunt, ut sunt ira, impatiens, timor, tristitia, pusillanimitas, desperatio, paci non mediocriter aduersantur, eamque corrumpunt. Cupiditas quoque seu auaritia nimis excessiua plurimum impeditiua est pacis. Propter quod Augustinus allegat gentilem illum famosum, uidelicet Senecam, in suis loquentem Proverbis: Quietissimam uitam agerent homines in terra, si haec duo uerba a natura rerum omnium tollerent, scilicet, metum & tum. Hinc ait Augustinus. O beata paupertas, uberibus pacis plena, ubique secura, ubique illaesa, ubique cum ceterorum amica. Qui te amat, ueram pacem amat: qui te non amat, tranquillitatem omnem ignorat. Denique, teste Gregorio, quid inquietus, quam terrenae rebus desiderijs aestuare: quid uero quietus quam nihil huius mundi appetere? Postremo, quantum superbia seu ambitio destruant pacem, innotescit ex uerbis magni deuotissimi Bernardi, dicentis: Cum usurpant homines gloriam, turbant pacem. Soli gloria debet, qui facit mirabilia solus. Porro, cum non ideo bene agit, si datur sibi pace dei, pace cum deo. Quoniam ergo modo stat pax ho-

Iohan. 14

Psal. 76

Simile

Matt. 9

Psal. 33

Psal. 121
Iacob. 1
Luc. 18
Prouerb. 28
Iob. 8
Iohan. 9

Prouerb. 10

Luc. 12

Iob. 9
Iob. 37
Psal. 91

Psal. 36

Iacob. 1

Prouerb. 18

Prouerb. 18
Ecc. 11

Iere. 48
Ecc. 29
Prouerb. 19
Ecc. 11
Prouerb. 28

Prouerb. 21

Prouerb. 19
Prouerb. 11

Ecc. 37
1. Tim. 6
Ecc. 32

Rom. 18

Is. 58

minu cora deo uel cu deo, si deo no potest esse apud hoies tuta gloria sua? O stulti filij Adã, q contentes pacẽ & gloria appetetes, & pacẽ pdit & gloria. Gloria meã, ait dñs, alteri nõ dabo. Quid ergo dabis dñe, qd dabis nobis: Pacẽ, inq, do nobis, pacẽ relinq uobis. Sufficit mihi, gratãter accipio qd relinqs, & relinq tibi qd retines. Pacẽ uolo, pacẽ desidero, & nihil ampli. Cui nõ sufficit pax, nõ sufficit tu. Tu es em pax nra, pax mihi necessaria: satis mihi ẽ tibi recõciliari. Abiuro gloria prfus, nec sacrileg sum inuasor glorię tuę. Tibi dñe, tibi gloria tua maneat illibata. Mecũ bene agit, si pacẽ habuero. Ponit aut S. Bernardus differentiã inter pacatũ & patientẽ atq pacificũ, dicens: Est homo pacatũ, quia bona pro bonis reddẽs, quantũ in se est, nemini uult nocere. Est ali paciens, qui nõ reddens mala pro malis, etiã potens est sustinere nocentẽ. Est & pacificus, qui bona pro malis reddẽs, in prõptu habet etiã pdesse nocenti. Primũ quantũ in ipso est, pacẽ habet, secũdũ pacẽ tenet, tertiu pacẽ facit. Primus paruulũ est & facile scãdalizat, secũdus in paciẽtia possidet anim suã, tertiu multoꝝ aias lucrificat. Felix iste pacificũ, qd cordis sui pacẽ & dilectiõẽ securũ, pie sollicitũ ẽ quõ discor dãtes uere cõcordet, ocsq ad pacẽ reducere studet, quãtũ sibi possibile cernit & qd ope ad implere sua nõ potest industria, hoc à deo p̃cipi nitit obtinere, aut p alioꝝ solertiã pcurare.

Articulus XVIII. Quõd per pacẽ internã efficitur mens deuota lectulus ueri sum- mĩtũ Salomonis, uidelicet unigeniti filij dei, imò toti sup dignissimę trinitatis.

INTRAS in domũ meã, conuiescã cũ illa. nõ em habet amaritudinẽ conuersatio eiũ, nec ta diũ cõuictus illius, sed lætitiã & gaudiũ. Cũ dona beatitudinibus coaptant, solersa piẽtia paci aptari, qm pacifici deo in cordis sui cubiculo lectũ parãt, ita q sunt quasi se cretariũ & cubiculariũ dei, q incerta & occulta sapientię suę reuelat, de q ait Psalmist. Et factũ est in pace locũ eius, & denuo: In pace in idipsum dormiã & reuelat. Deniq p hoc q aia deo assimilãt, capax diuine inhabitationis efficit. Similitudo nanq causa est unõnis. Per pacẽ uero fit mens deo similitima, ppter qd pacifici specialiter filij dei uocant, sicut ostẽ sum est. De q ppe solus oino atq oimode est getus, ita q motus nullũ cõpetat ei. Nã alia oia in ipsum tanq in ergo mens creata p pacẽ potissime getetur in deo, ac in patria immobilite in ipso, certũ est q p pacẽ ei p̃cipue assimilãt, eiusq mãtionẽ digna efficit. Hinc ipse p Isaiã sci- ficitatẽ sup quẽ regefcet spũs meus, nisi sup getũ & humilẽ: Rurũsq Isaiã testat: Si reuerfi fueritis ut getcaris, salui eritis. Et Aplũ: Operã, inq, detis ut geti sitis. Quẽadmodũ aut pax tẽporalis nõ excludit torneamẽta, labores & furta, imò tẽpore pacis talia fiũt frequentius, ita & pax huius status ac tẽporis, q pegrinamur à dño, nõ excludit pugna inter carnem & spm, impugnationẽq mudi ac demõnis, nec etiã aduersitates diuersas atq incõmoda cor- poris. Vnde si ista nobis eueniãt, nõ cõqueramur nos pacẽ pdidisse internã, sed recolamus apostolũ Paulũ, qui utiq pacis internę exps non fuit, de se ipso scribentẽ, q fuit in labori- bus plurimis, in carceribus abũdantiũ, in plagis supra modũ, in mortibus frequẽter, in fame & siti ac ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Vẽz quẽadmodũ orta tẽpestate in regio ne elemẽtari, manet serenitas in regione coelesti, sic tentationũ, passionũ, tribulationũ inge tudine orta in inferiori parte aie nre, maneat puritas, qes & ægras in parte eius supiore seu ratione, ne p cõsensum illicitũ à deo recedat: ga tunc nulla ei nocebit aduersitas, si nulla do mine iniquitas. Præterea tẽpore pacis pectoris nri uigilãtissime cauẽamus, ne negligẽtię qti dianã, subreptiones furtiuã, cõfabulationes supflua, cæterãq uenialia mala, quẽ in se par ua à negligẽtib, in timoratis ac supficialiter trãleũtibus reputãtur, mentẽ nram paulatim tanq paruifures atq laurũculi qdã, quasi p arcũũ ingrediant foramẽ, & sua multitudine ob ruãt eã, apiantq portã maiore magnis latronib, puta consensum ad culpas mortales, qẽ ui- tare nõ ualet, uenialia qidie nõ declinat, emẽdat & corrigit. Habet ergo aia nra iugiter pacẽ internã, ut uere sit p̃cipua Chri, quẽ intra se semp syncretissimã dilectionis amorosus bra chijs, castissimisq complexibus cõplectatur, dicens illud in Canticis: In lectulo meo p noctes quã fui, quẽ diligit aia mea. Et itẽ, inueni illũ nec dimittã. Sic nepe est anima nra inter deũ atq diabolũ, sicut mulier inter uirum legitimum & adulterũ: uir nanq p̃cipit ei ut sibi duntaxat iungatur: adulter uero persuadet, ut sibi quoq copuletur: quã si uiro suo con- senserit, erit legitima ac honesta, parietq legitimos pueros: si uero admittit adulterẽ, erit adultera, impudica ac fœda, & pueros adulterinos generatura. Sic deus p̃cipit animã, ut sibi soli fideliter copuletur: diabolus uero suggerit, ut sibi adhæreat. Si ergo soli deo adhæ serit, & spiritũ sanctũ in inspirationem tanq semen bonum susceperit, erit eius sponsa dilectã & uxor legitima, gignetq filios legitimos, scilicet cogitatus affectusq bonos & opera uir tuosa:

tuosa: si uero consenserit demõni, erit eius adultera & pariet semina pessima. Ideo Augu- stinus affirmat, Quõd omnis anima est uel Christi sponsa, uel diaboli adultera. Quid equi dem est mundi huius infelix felicitas & pax inquieta, nisi liber repudij datus aie, tanquã uxori adulteræ: à dño deo eã deferẽte & abijciente: quid aliud est, nisi cibis concessus infir manti ad mortẽ à medico desperante: quid aliud est, nisi ludendũ concessa licentia à magi- stro non curante: qd aliud est, nisi munusculũ datũ à patre ex hæreditate: Vñ & populo re- probo ac dãnando deus loquit per p̃phetã: Zelus meus recessit à te, nõ irascar tibi amplũ. Et in psalmo: Dimisi eos secundũ desideria cordis eoz, ibũt in adinuetionibus suis.

Articulus XIX. An omnia naturaliter cupiant pacem.

LAUDA Ierusalem dominum, lauda deum tuum Sion. Qui posuit fines tuos pacẽ, quemadmodum omnis rationalis creatura, naturaliter appetit proprietatem & iu- cunditatem, ita & pacem. Omne etenim ens naturaliter cupit propriam perfe- ctionem. Istud aut intelligẽdũ est utiq de felicitate, iucunditate & pace secundum generalẽ rationẽ eaz, uel de eis generalissime sumpris: Non em omnes homines nec ange- li mali appetunt uerã felicitatẽ & pacem internã spiritalẽq gaudiũ: nihilominus appetũt felicitatẽ quandã & pacẽ nonnullam, Cupiunt em illud bonũ qd eoz affectui maxime pla- cet, uel eoz rationi summum uideatur: quod non est bonum uerũ, sed apparens: atq in talis boni adceptione cupiunt quietari. Hinc ad fratres de eremo loquit Augustinus: Pax bona à malis oditur. Quod aut pax generaliter sumpta ab oĩmibus desideret siue amef, Augu- stinus fateur dicendo: Nemo est qui non uelit pacẽ habere. Interroga omnes si pacẽ deside- rant: oēs una uoce respõdẽt: hoc optamus, hoc amamus, hoc uolumus. Hinc demõnono de Ciuitate dei asserit Augustinus: Sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacẽ habere non uelit. Quando quidẽ & ipsi qui bella uolunt, nihil aliud quã uincere uolũt. Ad gloriosam ergo pacẽ bellando cupiunt puenire. Quid em aliud est uictoria, nisi repugnan- tiũ subiectio, quo factõ pax erit. Deniq sicut ibidẽ astruit Augustinũ: Supbia peruerse ini- ratur deum. Odit nanq cum socijs suis æqualitatem sub deo: multq eis imponere domina- tionẽ suã pro deo odit ergo iustã pacẽ dei & amat iniquã pacẽ sui. Non amare tamen qua- lem cunq pacem non potest. Nulli quippe uitium ita contra naturam est, ut nature delect extrema uestigia constat ergo quod quamuis inter superbos semper sint iurgia, & nõ quã pax uera: appetunt tamen quandã pacẽ: imò qui seipfos scelestissime insipientissimeq occi- dunt, ideo se occidunt, ut præsentiũ uitæ miserias breui morte eua dãt. Præterea, secundũ Thomam in Secunda secundæ quæst. xxxix. Ex hoc ipso q homo aliquid appetit, certũ est ipsum appetere affectionẽ huius boni optari, & per consequens remotionẽ eoz, quæ consecutionẽ impediunt. Consecutio aut boni desiderati impediti potest per appetitũ cõ- trariũ, tam suipsum quã alterius. Contrarietas uero huius utriusq appetitus auferit per pacẽ. Iccirco necesse est, quod omne appetens appetat pacem, inquantũ desiderat trãquil- le, ac sine impedimẽto peruenire ad illud, qd appetit, in quo ratio pacis consistit. Quomo- do aut diuersis diuersimode cõpetat pacẽ appetere dictũ est supra. Sed cõtra hæc ueritatẽ qua dictũ est, Oia pacẽ appetere, obijcit diuinũ Dionysius undẽcimo de diuinis nõibus, Primo, quoniã multi gaudent alteritate & diuisiõẽ. Secundo, quoniã multi gaudent liu- bus & furoribus, uariationibus & instabilitatibus. Ad primũ istõũ respõdet, quod alteritas seu diuisio uno modo dicitur cuiuslibet rei p̃prietas, quẽ nec una esset nec aliqd, nisi esset indi uisa à se & diuisa ab alijs in sua essentia, & sic res nolũt eã amittere: quod etiã ad pacis deside- riũ p̃inet, quoniã oia appetũt ad se inuicẽ pacẽ habere, & sibi sua propria cõniri neq desic- cere. Pax nepe est seruatua p̃prietatis singuloꝝ, secundũ puidentiã dei pacẽ donãtis. Ad secundũ respõdet quod etiam tales afficiuntur quibusdam obscuris pacifici desiderij ima- ginibus, id est, defectuosam pacis affectionem sortiuntur, eo quod à passionibus suis multũ impugnatũ & ex cæcã, easq sedare optantes, sed stulte, arbitrantur se pacem habere & ob- tinere per desideriorum suorum adpletionem, quoniã perturbationur non consequen- do delectationes quas appetunt. Elucescit ergo quod d(ut Augustinus demõnono de Ci- uitate dei testatur) tantum bonum est pax, quod etiam suo contrario, ut puta bello, finali- ter quæritur. Propter quod dicit: Pacem debet habere uoluntas, bellum necessitas, Non pax quæritur ut bellum exciteret, sed bellum geritur ut pax acquiratur. Esto ergo in bel- lo pacificus, ut eos quos expugnas, ad pacis utilitatẽ uincendo perducas. Et rursus: Hostẽ repugnantẽ necessitas perimat, nõ uolũtas. Quẽadmodũ repugnantĩ ac resistenti uolũtia irrogat, ita uicto uel capto miã debetur, maxime ei in quo pacis p̃turbatio nõ timetur. Po- YYYYY ; fremo

Isaie. 48. Iohann. 14.

Pacatus, paci- ens & pacifi- cus differũt.

Sapient. 8.

Psalm. 90. Psalm. 97.

Moth. 5.

Isaie. 66. 10. 1. Thũ. 4.

1. Corin. 11.

Canis. 21. Eodem.

Ezech. 17. Psal. 50.

Psal. 147.

Augustinus.

fratrem, ut dicit Bernardus: Beati q de sua recõciliatione nõ in grati, & p fratribus suis pie solliciti, oēs q̄s ualent deo ac sibi recõciliare laborat. Et denuo: Quib' laudib' dignõ, quãto amplectens dũ putas affectu fratrem illũ, qui sine querela cõuersatur inter fratres, tota sollicitudine caues ne quid in ipso sit, quod ab alijs portari oporteat, & cum quid in alijs onerosum est, patientissime portat: qui singulorum scandala, sua reputat, & cum Apostolo loquitur: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non uror?

Articulus XX. Instructio compendiosa de pace atq; concordia.

Deus pacis sanctificet uos p oia. Sicut in tractatu de uirtutib. qui uocatur Paradisus aia, cõmemoratur: Pax uera ad deũ est, cũ quinq; sensus & oim usus mēbro rum, oia interiora & exteriora ad nutũ rationis disponuntur, ratione secundũ uoluntatē dei totaliter ordinata. Hęc pax turbat, dũ aliud cõtra consensum rationis bene disposita agit. Vnde ille uerã cũ deo pacē fortitur, qui cõtra diuina p̄cepta contraria uoluntate nõ litigat, qui sequitur iussa dei, & ad omne p̄ceptũ eius suũ flectit arbitriũ. Ille uerã cũ proximo pacē habet, qui diligēter cauet ne ipsum inordinate perturbet. Ille quoq; ueraciter querit pacē, qui seipsum cõsiderans, unũquēq; proprio ac diuino cõmittit iudicio: & oibus trãstorijs rebus, curis postpositis, in sola dei cõtēplatione quiescit, ubi solum pax uera inuenitur. Argumentũ ueræ pacis est fugere occasiones turbationũ, uidelicet loca & hoies, ex qbus turbatio probabiliter euentura timef. Nõ est uera pax, q̄ ex ppria uirtute nõ habetur, sed ex grã alioꝝ. Vnde quidã firmã pacem habet, q̄ diu nil cõtrarietatis sentit: cũ uero sit aliquid qd nõ existimabat & displicet eis, pacē mox pdunt: ideo uirtus non est in ipsis, sed in extraneis, q cũ uoluerint, tollit pacē eoz. Porro q pacē uere desiderat, nõ debet aduere in moderate quid aliq̄ faciãt aut loquãtur, uel adulẽtur aut detrahant: sed semp quid ipse, ut in ipso sit uirtus, nec quispiã eũ queat turbare. In sup concordia uera ad deũ est, uniri uoluntati diuine in prosperis & aduersis, atq; pro posse exēplis Chri ac diuinis eius moribus cõformari, quia ut ait Chrysofomus: Nihil iustius ac dignũ, q̄ ut sit homo sui creatoris imitator. Demũ, uera cõcordia ad proximos est cũ oibus & in oibus idē sapere ac sentire quæ sunt ad deũ, quæ admodũ in primitiua ecclesia multitudinis credentiũ erat cor unũ & aia una. Argumentũ ueræ ad deũ cõcordiæ, est puritas cõscientiæ, sicut dicit Apłs: Nihil mihi cõsciũ sum. Argumentũ quoq; cõcordiæ ueræ ad proximos est, dũ quis in oibus tam sancte & irreprensibiliter habet se, ut nemo de ipso conqueri aut mala ualeat loq; quales fuerũt parẽtes Iohãnis baptista, de quibus scriptũ est: Erãt ambo iusti, incedẽtes in oibus iustificationib. & mādatis dei sine querela. Ad qd hortat Apłs Titũ: In oibus p̄be te ipsum exemplũ bonoꝝ opoz, in doctrina, in integritate, in grauitate: uerbũ sanũ, irreprensibile, ut qui ex aduerso est, nihil mali habeat loqui de nobis. Argumentũ falsæ concordiæ ad deũ est, dũ quis cõscientiã suã uigilãter discutere negligẽs, credit se aliquid esse & deo placere, cũ tñ displiceat: qui autẽ sensum suũ alijs p̄fert, alioꝝq; sensum semp post se trahere nitit, cõcordare cũ proximis quõ poterit: Nõ ergo sumus in oculis proprijs sapientes, sed dociles, dirigibiles, atq; impectũ nrm iugiter cõsiderãtes: ut in pace interna ac sancta cõcordia q̄t die roboremur, soli deo placere optemus: aio fortes, & itē in omni eũtũ cõstantes inueniri conemur, sicut monet Apłs: Stabiles, inquit, estote & immobiles, abundãtes in ope dñi semp, sciẽtes q labor uester nõ est inanis in dño. Prętereã ex inductis patere: opinor, quõ pax carnalis, uana & secularis sit p̄ctm̄ mortale, puta dũ noster affectus magis q̄scit ac q̄etur in rebus caducis, terrenis & uanis, q̄ in deo summo, immẽso atq; in cõmutabili bono, tñc em̄ ponit sibi finē in rebus creatis. Si uero q̄scat, deleat & quietet in eis supflue, tñ citra deũ, erit ueniale p̄ctm̄. Postremo, ut agnoscat qn discordia fit mortalis, aduertendũ q cõcordia bona de qua nũc sermo, est charitatis effectũ, quę diuersoꝝ corda in unũ coniũgit, primo atq; potissime in bonũ diuinũ, secundario autẽ in pximi bonũ. Itaq; secundũ Thomã in Secunda secũdã, quæ st. 37, quia discordia opponitur cõcordiæ, certũ est ipsam esse p̄ctm̄, dupliciter autẽ cõcordia p discordiã tollit: primo p se, qn uidelicet aliq; ex intẽtione ac sciẽter discordat ab alio in bono diuino uel proximi, in quo cũ alio cõcordare deberet: & hoc ex suo gñe est p̄ctm̄ mortale, qm̄ charitati cõtrariat: secũdo p accidẽs, qn uidelicet aliq; in principali bono cõsentiũt, sed in aliq;bus quę sunt circa illud, dissentiũt, eo q unũ æstimat istud qd sibi uidetur melius esse, aliũ illud. Et hæc est p̄ter intentionẽ, nec est p̄ctm̄, nec charitati cõtrariũ, nisi sit cũ errore circa ea quæ sunt de necessitate salutis, uel aliq; p̄tinaciter suæ æstimationi adhareat. Discordia itaq; quæ in Actib. apłoz legitur inter Paulũ Barnabãq; fuisse, nõ fuit p̄ctm̄, qm̄ erat p accidens: nec fuit circa ea quæ sunt de necessitate salutis

1. Thess. 5.

Actuum. 4.

1. Corin. 4.

Lucæ. 1. Tit. 1.

1. Corin. 13.

salutis, ut patet Actuum decimo quarto. Cum ergo tam p̄clarum sit bonum pacis & cõcordiæ, merito dicit Psalmista: Ecce quã bonum & quã iucundum, habitare fratres in unum: imò secundũ Hieronymum, per charitatem & pacem claustra sunt paradisu in terra: & degentes in claustris, sunt angeli. Si autem charitas & pax desint, claustra sunt tartarus: & degentes in eis, sunt demones. Et rursum: Nulla, inquit, uita deterior, quã fir mul degere corpore, & nõ mente. Sit itaq; nobis semper unus affectus, una fraternitas, una uoluntas, una proportio morũ, una iucunditas, una tristitia: ne quod placet uni, displiceat alteri: & quo unus lætatur, alter tristet. Ecce in Christo charissime frater ac domine & doctor reuerende, opusculum istud de gaudio spiritali & pace interna, ad tuã charitatis instantiam, prout deo auxiliante melius potui, breuiter celeriterq; collegi, cupiens mentem tuam taliter spiritali gaudio cœlitus gratiose perfundi, internãq; pacis dulcedinem exp̄riri, ut sp̄retis seculi huius delictijs, diuitijs atq; honoribus, Christum per uiam cõsiliorum perfectionisq; semitas salubriter assequaris, ad gloriam & honorem dei sublimis & benedicti, Amen.

TOMI II. OPERVM MINORVM D. DIONYSII A' Rickel Carthusiani, fuis. . .

A D L E C T O R E M.

Libellum cui nomen fecit Dionysius noster, SONVS EPVLANTIS, quẽ huic loco destinaueramus, certas ob causas Tertio referuauimus Tomo, quẽm, ubi hos duos priores placuisse senserimus, uolente deo Opt. Max. mox dabimus, additis fortasse nonnullis huc pertinentibus, Articulorum uidelicet omnium huius Secundi Tomi Hencho, Rerumq; indice copioso, quæ quoniã nunc p̄stare non potuimus, cum fœnore tum reddemus. Vale.

E R R A T A.

Fol. 4. 95. ll. 3. unũ uirgæ 5. fr. 30. profectũ q. 32. quia. 4. 97. 14. nec aliq; uirtuose ac. 23. beatifica uisio. 503. b. 14. multũ cõfer. 22. format, & 505. b. 10. quære. 45. opt. 506. 17. m̄is totaliter. 52. iniquus. eodẽ b. 15. r̄poribus. 507. 9. theologiaz. quõq; intellectuallũ uirtuũ atq; moralũ. & se p̄tẽ donoz sp̄s sancti. 580. b. 10. me tibi. 509. 6. affectũ, ac. eod. b. 14. p̄riaceln. 510. 28. sc̄s donec. 512. 3. temp. idẽ. eod. b. 11. instrumentũ. lib. dele. in. 52. incesabili. 514. 16. qm̄ ois. 23. Fac nos. 517. 10. quoz. ac. 11. est intel. 518. 48. sc̄it̄ intel. 521. 13. aliquid fortit. eod. b. 38. sc̄it̄ eoz. 523. b. 2. c̄t̄ eoz. 524. b. 13. in finit̄ p̄. 527. 15. animas. eod. b. 33. qa. 527. b. 26. cuiuslibet. 530. 1. qd. dele. 531. 14. cõfer uatione. 534. 41. obiectũ. eod. b. 10. Huc. 536. 13. tate sue. eod. b. 25. si animũ. 537. 18. uoluptatis. eod. b. 32. quælibet. 538. 46. Ex hac.

T E R N I O N V M I I. T O M I I N D E X.

aa, aa, bb, cc, dd, ee, ff, gg, hh, ii, kk, ll, mm, nn, oo, pp, qq, rr, ss, tt, uu, xx, yy, zz. . . AA, BB, CC, DD, EE, FF, GG, HH, II, KK, LL, MM, NN, OO, PP, QQ, RR, SS, TT, VV, XX, YY, ZZ. . . AAA, BBB, CCC, DDD, EEE, FFF, GGG, HHH, III, KKK, LLL, MMM, NNN, OOO, PPP, QQQ, RRR, SSS, TTT, VVV, XXX, YYY, ZZZ. . . AAAAA, BBBBB, CCCCC, DDDDD, EEEEE, FFFFF, GGGGG, HHHHH, IIIII, KKKK, LLLL, MMMM, NNNN, OOOO, PPPPP, QQQQ, RRRR, SSSS, TTTT, VVVV, XXXX, YYYYY. Omnes sunt terniones p̄ræter aa primum, & YYYYY duerniones . . .

Coloniã excedebat Iohannes Soter, Anno M.D. XXXII. mense Martio.



ALARDI AEMSTELREDAMI IN LAVDEM DIONYSII
RICELI CARTHVSIANI EPIGRAMMA.

Quis nouus extraticus sopher hic? Dionysius ille
Ricelus, e caelo ceu Cato profiliens.
Quaeror ista nimis metuenda nouissima quorsum?
Hoc gētilicium uendico stemma mihi.
Quid laus clauus, uestistq̄ simillima cygnos?
Index germanæ candor amicitia.
Quid calami? quid pugilares? plurima produnt
Scripta, quibus quosuis hortor & admoneo.
Et quod habes epiphonema tandē singula claudēs?

Sit deus in seclum, sic benedictus amen.
Quid sol in manibus sibi uult? erratibus unde
In recta possent, monstro, redire uitam.
Sub pedib' pstratus humi cacodemō, inanes
Demonstrat fastus, quos ego despicio.
Quid sibi uult eadē cœlū undiq̄ & un diaplumē?
Nil cœlestē nisi mens mea sollicitat.
Sed qd op' multis frustra me proderē signis?
E' scriptis melius noueris cffigiem.